13
1 M
31

17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

19

13 I M 31

PRIMA PARS COMMENTARIORUM IOANNIS IGNEI IURIS UTRIUSQUE

PRIMA PARS COMMEN
tariorum Ioannis Ignei Iuris utriuſque
DOCTORIS AVRELII, IN TITVLVM
DE SILLANIANO ET CLAVDIANO
SENATVSCONSVLTO, ET QVO-
rum Teſtamenta aperiantur, libro Digeſtorum
Vigeſimonono, hactenus non
impreſſorum.

Vna cum Summarijs, quibus, quicquid præclare in qualibet lege, & paragraphis eiuſdem tituli continetur, breuiter oſtenditur.

CVM INDICE.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IHS

Lugduni,
APVD VINCENTIVM DE PORTONARIIS.
Aureliæ,
APVD FRANCISCVM GVEYARDVM.

Cum Priuilegio Regio ad Septem annos.

M. D. XXXIX.

Francois par la grace de Dieu, Roy

DE FRANCE, Aux Preuoſt de Paris, Baillifz de Rouen, Orleans Maſcon, Viennois, Seneſchaulx de Thoullouze, Lyon, Prouence, Forcalquier & terres adiacentes ou a leurs Lieutenans ſalut. Receu auons lhumble ſupplication de noz chers, & bien aimez Vincent de Portonariis Libraire iure en la Ville de Lyon, Et Francoys Gueyard Libraire iure en la Ville Dorleans Contenant quilz ont tellement faict & exploicte que par application damys & a grant labeur, frais & miſes, ilz ont recouuert les euures compoſez par noſtre treſcher amy meſſire Iehan Feu Preſident en noſtre court de Parlement de Rouen ſur le tiltre ad Sillanianũ, Et certaines repetitions ſur aucunes loix & autres tiltres en droit Ciuil & Canon au bien & prouffit de la choſe publicque de noſtre Royaulme pour ledification de ceulx qui les vouldront veoir & lire, Leſquelles euures ilz ſeroient vouluntiers imprimer & mettre a lumiere ce que na encores eſte faict. Et pource ont ia faict dreſſer partie des choſes a ce requiſes & neceſſaires, mais ilz doubtent que apres Limpreſſion par eulx faicte autres ſe voulſiſſent ingerer les imprimer ſemblablement ſur icelle leur impreſſion, Au moien dequoy ilz demoureroient fruſtrez de pouuoir recouurer les miſes par eulx faictes ſans la perte de leurs peines & vaccations Nous humblemẽt requerans que attẽdu que autre de noſtre Royaulme na recouuert ne retire leſdictes euures que eulx, ilz nous plaiſe ſur ce leur pouruoir de noſtre grace. Pource eſt il que nous, ces choſes conſiderees, deſirans les faictz, ſcience & vertu dudict meſſire Iehan Feu Preſident en noſtre dicte court de Parlement de Rouen eſtre communicques a noz ſubgectz ſans ce quil conuienne a noſdictz ſubgectz les aller querir hors de noſtre Royaulme. Auſſi les dictz ſupplians recouurer les frais & miſes qui leur a conuenu faire pour le recouurement diceulx. Pour ces cauſes & autres iuſtes & raiſonnables conſiderations auons voulu & ordonne & auſdictz ſupplians permis & octroye, permettons & octroyons de grace eſpecial par ces preſentes que autres que eulx, ou ceulx qui auroient charge deulx, ne puiſſent faire imprimer ne vendre leſdictes euures dudict meſſire Iehan Feu iuſques au temps & terme de Sept ans prochainement venans, a commancer de la dacte de la premiere impreſſion acheuee quilz feront diceulx euures. Si vous mandons & commectons par ces preſentes & a chaſcun de vous, ſicomme a luy appartiendra que de noz preſens, grace, permiſſion & octroy vous faictes, ſouffrez, & laiſſez leſdictz ſupplians ioyr & vſer ledict temps durant, en faiſant inhibitions & deffences de par nous a toutes perſonnes quelzconques de non imprimer leſdictes euures dicelluy meſſire Iehan Feu ſur leur impreſſion ou autrement, ne icelle expoſer en vente ſans le conge & conſentement deſdictz ſupplians ledict temps durant. Et ce, ſur peine damende arbitraire & de confiſcation des liures quilz auroient imprimez & venduz ou faict imprimer & vendre, & des dõmaiges & intereſtz deſdictz ſupplians, En ne donnant par vous ne faiſant faire mectre ou donner, ne ſouffrant eſtre faict mys ou donne aucun deſtourbier ou empeſchement auſdictz ſupplians a ce contraire, lequel ſi faict mys ou donne leur auroit eſte ou eſtoit leur repardz & remectdz, ou faictes reparer & remectre incontinent & ſans delay au premier eſtat & deu, car tel eſt noſtre plaiſir.

Donne a Lyon le vingtquatrieſme iour de Nouembre, Lan de grace mil cinq cens trenteſept, & de noſtre regne vingttroiſieſme.

Par le Roy a voſtre relation.

SANXON.

Illuſtriſsimo principi ac Reuerendiſsimo Cardinali Borbonio ſuo Domino ac mœcenati Ioannes Igneus felicitatem.

VEREOR, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, ne prima noſtra ætas, temporum iniuria eſſe uideatur infelix, quòd Latinus ſermo è Græcis fontibus deriuatus, omniq; nationi maxima induſtria communis factus, non tam Gothorum aliorum'ue Barbarorũ conuerſatione corruptus, quàm quod multis annis ex ſtudioſorum hominum communitate exterminatus fuerit, adeo ut diuinæ atq; proſanæ literæ hominum incuria, uel inſcitia, ſeu bonarum artium ignorantia neglecte conſenuerint, omnis'ue ſcribendi atq; interpretandi modus uel præſcriptus uel interceptus fuerit. Quo factum eſt ut Accurſiani ac Bartolini, & iſtiuſmodi gloſſematici (quorum ordini me ſubſcribo) qui in illa tempora inciderũt, uocabulorum ignorantia omnium'ue ferè legislatorum ſenſum peruerterint, & neſcio qua farragine commentariorum iuris ad ſcholia inter ſe pugnantia, atq; diſſentaneas interpretationes, alias'ue nugas ab omni cultu, & nitore abhorrentes confugerint. Ob id iureconſultorum latinitas, & dicendi ratio (quæ adeò culta & exacta eſt, ut Laurentius Vallenſis neſcire ſe dicat, diligentia ne an grauitas, prudentia an æquitas, ſcientia rerum an orationis dignitas maiori laude in eis digna ſit) Accurſianis & Bartolinis gloſſematis cæca, & illiberalis eſſe uideatur, ut ne aliquid cum eloquentia aut uocabulorum origine aliáue diſciplina commune aut coniunctum haberet. Verum hac ætate nullus non nouit omnia proniora ad inſtructionem eſſe, uberiora, atq; expeditiora ad ciuilis philoſophiæ obtinendum ſtadium, quàm Accurſio aut Bartolo & illorum aſſeclis olim fuerint. Quod literæ nitidius inſtauratæ planius'ue conſtitutæ, induſtria etiam penè incredibili, labore indefeſſo, ſolertiore cura, & concertatione indies reſtituãtur, quum Græcam linguam Latinæ ornatricem habeant. Accedit his librorum utriuſq; linguæ copia. O felix adoleſcentia. O fortunata iuuentus, quæ omnia ſuperioris æui incommoda Accurſio, Baldo, Bartolo, alijs'ue iſtius claſsis ducibus ſemper aduerſa & iniuria flagranti hominum tam ſtudioſorum opera conſertis manibus facilè depellit. O deploranda priſcorum intempeſtiuitas, quæ ingenioſis uiris mira inuidia tot ſeculis tanta beneficia præripuit. Qui quæ multis annis obſcura fuerunt ſua diligentia cuiq; bonarum literarum ſtudioſo, faciliori euentu ſucceſſum parare, ſuis'ue poſteris multo fœnore credere potuiſſent. Hac ratione mihi perſuadeo Neotericos, tum Græce, tum Latinè doctos rectius facturos, ſi depoſita Accurſiani nominis inuidia maiore cum humanitate, atq; doctrinæ lepore, ſanguine legum pro ſuo more diligentius exquiſito, ſua dogmata traderent. Atqui mea ſententia efficerent ut prudentiæ iuris florem & ciuilis ſcientiæ frugem, adoleſcentiores non ita inſolenter educati benignius faciliu'ue ſuſciperent. Cæterùm non ætati, non etiam intempeſtiuitati parcentes (quod planè non laudo) in pulpitis, & diſceptatiunculis ſingulos iure an iniuria criminantur. Libellos item conuicijs plenos, contumelijs ac probris ſcaturientes in Accurſiani nominis ludibrium conficiunt, ſuarum'ue obtrectationum roſtris ſuggeſtum adornari ſtudent, Accurſianæ doctrinæ conditionem (quæ tam multis ſæculis ueluti pro numine obſeruata eſt) abiectam & uelut fanaticam uociferantes, non minus quàm ſi Accurſius & Bartolus toto ſui æui curriculo ludicram artem ueluti ludij exercuiſſent, iſta occaſione freti quòd Accurſius & Bartolus, ac tota iſtius farinæ caterua (uti uocant) orationis uim & facultatem nihil ad iuris cognitionem pertinere opinata eſt. Verum reminiſci non ualeo in qua iuris parte Accurſius, Bartolus, aut iſtius noſtræ claſsis contubernales tam iniqua, tam perſida, tam obſcœna de latinitate, eloquentia, & ſermonis puritate dixerint, ut nulla debeat latinitatis, culti'ue ſermonis, atq; humanarum literarum ratio haberi. Licet enim non tam lautum atq; elegantem ſermonis uſum, iuris'ue, ac uerborum ſuppellectilem ſibi tam grandem comparauerint, quæ tamen à Paulo, Iuliano, Vlpiano, cæteris'ue Iureconſultis pro rerum ac uerborum notitia uel interpretatione literis commendauerint haud mediocriter explicuerunt, ut multa eis recta omnium bene ſentientium opinione (cum pace dixerim) debeantur. Qui tametſi Græcorum uocaculorum ignorantia, ueram cuiuſq; uerbi rationem temporis inuidia, librorum penuria, aut fortè præceptorum (qui id temporis fuerunt) inſcitia reddere non ualuerunt: tamen id non tam improbe ferendum eſſe reor, idq; eo magis quòd hæc tam locuplex ætas Græcis ac Latinis literis fertilis plurimorum ignorantiam ingenuè fateatur, plura'ue eſſe (ſicuti aiunt) ærugine infeſtata, Theophili ac Do-

rothei Iureconſultorum Iuſtiniani temporibus clariſsimorum Barbara uel Gotthica elocutione ſordida quæ clara
facere non ualuerunt. Quonam igitur pacto illa ætas Græcæ linguæ expers, Latinæ uerò modicè gnara, rationē
tradere debuit, cum Accurſio dicam, neſcio. Quas ob res maximopere mihi Accurſiano ſuprà annos triginta circa
forenſia ac domeſtica negotia iugiter uerſanti anxio, ſæpius'ue hæſitanti nihil potius in mentem uenit, quàm apud
me teſtari quid boni rectiq; ſit in Sillanianis & claudianis noſtris gloſſematis, quæ haud dubie Accurſianam hæ-
reſim, Bartoli ac Baldi errorum ueluti odorem redolent, nullius'ue bonæ doctrinæ imaginem repræſentant. Ve-
reor ob id, Reuerendiſsime Cardinalis, ne deliramenta noſtra (quæ nimia licentia fretus tuæ maieſtati nuncupare
decreui) haud mediocriter te offendant. Et ne Auguſtum tuum animum lædant, quippe qui regio ſanguini (quo es
oriundus) aliam morum nobilitatem perpulchro nodo copulaſti, ſic ut claritati generis doctrina & mores reſpon-
deant. Siquidem ad utriuſq; linguæ cultum capiendum Germana gymnaſia, Parriſianum & Aurelianum conſecta-
tus es, ubi ſumma cum probitate ac modeſtia, multaq; ueneratione, ac frequente ſtudio, quàmplurimos tuarum uir-
tutum æmulos reliquiſti, in eis certé nulla uitiorum labe, nullo ſordium dehoneſtamento infectus, ſed genuina uir-
tute præcellens tuo ſplendore cultiores fieri coegiſti. Tua enim domus Athenis noſtris quaſi ludus quidem patuit,
atq; officina dicendi, ſicut & Iſocratis cunctæ Græciæ Habebas in contubernio uiros nō mediocriter doctos, ſed
utriuſq; linguæ pontifices maximos, pontificij, ciuiliſq; iuris peritos, quorum opera utebaris. Effeciſti etiam tuo ſo
lerti ingenio, atq; eorum doctrina, ut omnium barbariſmorum ac ſolœciſmorum fœditatem ab Aurelia expurga-
res. Et ſi quandoq; contingebat Accurſiana interpretatione tuas benignas aures offendi, ſtatim tuo nitore, tuo'ue
ſplendore, atq; ingenij tui acrimonia reſtituebatur. Sic proculdubio literas auidè arripiebas, quaſi diuturnam fa-
mem aut ſitim omnibus numeris ciuilis ſacultatis explere cuperes. Impleuiſti tandem omnes ornatiſsimi cuiuſq; atq;
illuſtriſsimi principis, omnium'ue bonarum diſciplinarum doctiſsimi uiri numeros, ut te tertio principem iure dice
re debeam. Primùm ſuperilluſtriſsimi tui ſtemmatis ratione, qui atauis Francis Regibus editus, Deinde quòd in
eccleſiaſticorum principum ordine (Cardinalatum uocant) te ſummus ſacerdos Leo decimus cooptauit: ob id ex
filio princeps factus. Poſtremò quòd ſumma uirtute exquiſito, ac peruigili ſtudio tertium omnium bonarum litera
rum principatum multiplici corona inſignitum recto omnium iudicio comparaſti, Hunc nouiſsimum quanto ſol lu-
na eſt clarior, aut animus præſtat corpori, tanto cæteris anteire certum eſt. Tametſi Alexāder ille magnus, poſt-
poſitis animi uirtutibus, corporis fortitudine ſe Alexandrum eſſe male quàm Diogenē dixerit. Nam & reges illi
magni & (uti dicunt) Ioue ſati, quamuis ſceptris, & purpura nobiles, uerborum oratores effici noluerunt, Callio-
pen hac ratione (quæ regibus ueneranda comes accedit) colentes. Tu uerò, humaniſsime princeps, tam grauiter &
rigidè Calliopen es amplexus, ut orationis ui, & dicendi uenuſtate, atq; uocabulorum uarietate efficias, flectas,
ducas'ue multitudinem, ut pedibus in tuam ſententiam eatur. Vnde nullus non uidet quanta temeritate ducor, ac
quantum tua humanitate, tua'ue liberali atq; benigna natura abutor, quòd inſigne & illuſtre tuum nomen in limi-
nari noſtrorum commentariorum Sillaniani & Claudiani Senatuſconſulti, ſingulorum'ue capitum eius, uigeſimo-
nono Digeſtorum ſeu Pandectarum libro addicti pagina ſpectari, legiq; uoluerim. Quos in Aurelia natiuo ſolo
ubi iuris inſignia, licet imberbis & immeritus, ſuſcepi, atq; pro uirili, Accurſianorum more, iura ciuilia multis an
nis interpretari conſueueram, parturire cœpi. Tandem ſucciſiuo tempore, quibus potui numeris, impleui, quos tua
confiſus beneuolentia, atq; innata humanitate tibi dicare inſtitui, ut aliquod noſtrarum lucubrationum, ac uitæ no
ſtræ monimentum accipias. Accipe, quæſo, Mecœnas optime à proletario, ſeu uerius capite cenſo tuo Ioan. Igneo
quem poteſt dare cenſum, eamq; tuo nomine iſti commentarij inter claſſes, qui inter cauſarios milites uacationem
uſurpare non poſsunt, neq; debent, niſi incommoditatis noſtræ rationem auidus lector habuerit. Si tamen probaue
ris, erit eis tuum nomen, uſtum aduerſus omnes propugnaculum, feliciterq; in excelſa naui, cuius tu priora atq;
puppis eris, adnauigabunt. Boni igitur conſule, & tuum ſupplicem Igneum pro tua beneuolentia ac liberali urba-
nitate (uti ſoles) ama, qui te obſeruat, & diu felicem uiuere deſiderat. Iterum atq; iterum felix. Vale.

PRÆFATIO IN TITVLVM
DE SENATVSCONSVLTO
Sillaniano & Claudiano.

LVCII CORNELII SILLÆ CONSVLATV LE-
ges de iniurijs, de falſis, de parricidio & de ſicarijs populo rogante la-
tas eſſe Venuleius libro Digeſtorũ ſeu Pandectarum. xlviii. titulo de
accuſationibus, & Pomponius libro primo de origine iuris, ſcriptum
reliquerunt. Nonnullos etiam alios de legibus libros necnon & com-
mẽtarios de rebus à ſe in republica præclarè geſtis feciſſe Plutarchus,
& Tranquillus, & Gellius in noctibus atticis teſtantur. Cæterùm an il
lo Lucio Cornelio Silla, qui dum ad Græcos ſcriberet, aut ſententiam diceret, ſe venu-
ſtum appellabat, hoc Sillanianum & Claudianum ſenatuſconſultum factum fuerit, non
clarè compertum habeo: quum ſuo conſulatu ſuiſve alijs magiſtratibus collegam Clau
dium habuiſſe non ſatis mihi conſtet: tametſi ſingulos Romanorum magiſtratuum
gradus ambierit. Primò nanq; Marij conſulatu Silla quæſtoriam dignitatem exercuit:
legatus item Mario ſecundum conſule fuit. Eodem Mario tertium cõſule, tribunatum
militum aſſumpſit. Cum verò vrbanam præturam obtinere non valuiſſet, prætoribus à
populo deſignatis, ædilitatem conſequutus eſt. Anno poſt adeptam ædilitatẽ largitio-
nibus, plebe conciliata, ſic populum in ſuam opinionem traxit, vt vrbanus prætor ſuffi-
ceretur. Eo præturam agente, indignabundus in Cæſarem ſua poteſtate vſurum dixit.
At Cæſar Ridens, Recte, inquit, tuum putas magiſtratum eſſe, quẽ tuis nummis habes
comparatum. Dum etiam aduerſus Mithridatem Imperatorẽ ſe creari poſtularet Con
ſul, cum Quinto Pompeio deſignatur. Nouiſſime poſt ſociale bellum, ſeipſum dictato
rem nominauit, illum've ſupremum magiſtratum ad cẽtum & viginti annos deſumpſit,
vſurpata omnium ſactorum per ſenatuſconſultum iuris dicundi licentia, necis ac confi-
ſcationis, ſortitionum, regni auferendi, atq; conferendi, cui collibuiſſet accepta poteſta
te. Quæ licet maximo eſſe poſſint argumento Sillanianum ſenatuſconſultum ſuo conſu
latu ortum habuiſſe, è diuerſo plura eſſe reor, quæ facilè ab hac ſententia dimouent,
Quòd in primis collegam in conſulatu Claudium non habuerit: Quòd item ſociali bel
lo, poſtquam Marium ſuperaſſet, nulli ſenatorum communicato conſilio, octoginta vi
ros patricios cùm proſcripſiſſet, vno vix interiecto die, duos ac viginti adieciſſet, ter-
tio demum poſt die non pauciores adiunxiſſet, ſenatuſconſulto ſe proſcripturum dixit,
qui à ſe proſcriptos recepiſſet, Quiq; ſaluti eorum conſuleret, ſceleratam mortem defi-
niuit, non fratrem excipiens, non filios, non etiam parentes, Qui verò necaſſet, ſeu Do-
minum ſeruus, ſeu patrem filius, mercedem cõſtituit. Et quod iſtorum omniũ iniquiſſi-
mum & iniuſtiſſimum ſenatui, populoq; Romano viſum eſt, proſcriptorum filios ne-
potes've honore priuauit, omnium've bona abegit, & publicari præcepit, vt non modò
Romæ, verumetiam in tota penè italia phana & paterna domicilia à cædibus pura eſſe
non permiſerit, in vxorum manibus viros, matrum liberos, paſſim confodi iuſſerit, Fla-
gitioſas demum leges vir omnium impudentiſſimus, & nequiſſimus conſtituerit, Tria
hominum millia ad omnia promptiſſimorum, quos antiſenatum appellabat, ad explen-
das animi ſui libidines delegerit, quos etiam ad corporis ſui tutelam & cuſtodiam ſem-
per habere curauit. Poſtremò phthiriaſi vir ſceleratiſſimus interijt. cuius Satyricus pœ-
ta meminit. Et nos, inquit, conſilium dedimus Syllæ priuatus vt altum Dormiret. Cu-
iuſmodi tam impia, tam obſcœna, tam've crudelia facinora primum huius ſenatuſcon-
ſulti caput condemnat, totoq; nixu prohibet ac inſectatur, pœna mortis cõtemptori ad-
dicta. Et ne quiſquam putet ſuam ſalutem patris aut domini ſaluti anteponere, aut fami
liæ delictum, poſtq; patratum erit, occultare, vtrunq; ſenatuſconſulti caput cum pœna
multam adiungit. Vnde non recte opinari valeo à tam ſcelerato carnifice hoc ſenatuſ-
cõſultũ, verè iuſtũ & ſanctũ, factũ fuiſſe, qui ſuo cõſulatu tã nefanda tamq; immania in
rempublicam ſcelera, huic ſenatuſconſulto prorſus aduerſantia, & inimica, moliri veri-
tus non eſt. Quæ cõmemorari poſſent, ſi (vt Ciceronis verbis vtar, officiorum libro.
ij.) ſol quicquã vidiſſet indignius. Iure igitur dubitamus an eo conſule, an verò eo Syl-
læ conſulatu qui Tyronem in ipſo magiſtratu collegam habuit, cuius Venuleius in lib.
ſforum. xlviii. titulo de accuſationibus, meminit, an etiam publio Sylla, conſule. cui
primò cognomẽ Syllæ impoſitum eſt, vt Gellius. j. noctium atticarum libro, capite. xij.

commemorat, inuentum ſit, affirmare non audeo, quum nec Claudium, ſed Lucium
Anthronium collegam babuerit, vt teſtes ſunt Tranquillus in Iulio Cæſare, & Cicero
in epiſtola ad Atticum, & in oratione pro Publio Sylla. non etiā ſi Decio ſylla, ſeu ſylla
no conſularē magiſtratū agente, cuius Tranquillus in Iulio Cæſare mentionē fecit. Vel
an in ſyllæ, aut verius ſyllani temporibus, cuius collega. Q. Metellus Numidicus erat,
ſicuti Cicero in Bruto ſcribit. Huic noſtræ ſententiæ præſtat aliud argumentum, quod
& idoneum pleriſꝗ viſum eſt. Si à ſylla boc ſenatuſconſultum nomen aſſumeret, non
ſyllanianum. ſed ſyllanum potius dici deberet, tametſi à ſyllano ſyllanianū trahi poſſe
nullus dubitet. Quodꝗ priſci, qui à ſuis authoribus, legibus nomen dare voluerunt, nō
ab adiectitio nomine, ſicuti eſt ſylla, vt ex Plutarcbo in Marij vita accepimus, ſed à co-
gnomine. Quare ſi à Lucio Cornelio ſylla Venuſto tituli ſuperſcriptionē hoc ſenatuſ-
conſultum aſſumere debeat, non ſyllanianum, ſed Cornelianum præſcribendum eſſet.
Sicuti & leges authore. L. Cornelio ſylla compoſitæ, Corneliæ, nō ſyllanæ, aut ſyllania-
næ vocantur. Exemplo ſunt lex cornel. de ſicarijs, quæ etiam de parricidio, ſicut & lex
pompeia, tractat, idꝗ ex pandectis legi poteſt. Nam & Cicero, & Tranquillus in Iulio
Cæſare capite vndecimo, leges à ſylla æditas nō ſyllanas, aut ſyllanianas, ſed Cornelias
appellauerunt. Quo igitur authore ſyllanianum hoc ſenatuſconſultum factum fuerit,
adhuc incertum eſt, niſi fortè cum Cicerone in Bruto dixeris, cùm ſenatuſcōſultum boc
fieret, Syllam optimum habitum fuiſſe. Nōnulli etiam Claudianum à Claudio Nerone
nuncupatum eſſe volūt, vt ex Cornelio Tacito libro. xiiij. videre licet. Sed ſi Tacito cre
dendum eſt, Caſſianum potius, quàm Claudianum nominari debuiſſe opinor. C. enim
Caſſius vir conſularis propter Pedanium ſecundum vrbis præfectum à ſeruo domi ſuæ
occiſum orationem de ſeruorum Pedanij ſecundi ſupplicio in ſenatu habuit, ꝙ inſidias
nemo ſeruorum prohibuerat, aut prodiderat. Sua tandem oratione ſenatum tam affe-
cit mouitꝗ, vt nemo vnus ſuæ ſententiæ contradicere auſus fuerit. Quo factum eſt, vt
ex vetere ſenatuſcōſulto, quo vltimum ſupplicium à tota familia, quæ ſub eodem tecto
manſitauerat, ſumi iubebatur, aliud ſenatuſconſultū propter Pedanium Secundū à ſer-
uo occiſum integraretur, & inſtauraretur, deꝗ ſeruo ac familia eius tota ſenatuſconſul-
to ſupplicium aſſumeretur, ne ex iniquo omne malum exemplum cōtra ſingulos repen
deretur. Sed dum plebis multitudo cōglobata faces premeret, prohiberetꝗ, ne damna-
ti ad pœnam ducerētur, Claudium Neronem edicto multitudinem cohibuiſſe & incre-
paſſe ferūt, omneꝗ iter militaribus cuſtodijs ſepſiſſe, donec de familia Pedanij ſecundi
ſumptum fuiſſet ſupplicium. Quare ob id ſenatuſconſultum hoc Claudianum à Clau-
dio Nerone nomē accepiſſe arbitrati ſunt: licet Tranquillus in Nerone nihil horū me-
minerit. Sed cum ſola C. Caſſij oratio ſenatū mouerit, affeceritꝗ vt priſcum ſenatuſcon
ſultum reſtitueretur, vltioꝗ de Pedanij familia baberetur, à Caſſio Caſſianum dici po-
tius, quàm à Claudio Nerone Claudianū exiſtimo. Alia etiam ratione ſic præſcribendū
eſſe opinor, quum vix credi poſſit, quemadmodum de Sylla ſcripſimus, à Nerone publi
co Reipublicæ hoſte, qui & ſeruos in dominos ſolicitauit, omneꝗ tormenti genus inue
nit, vt in commentarijs docebimus, tanti beneficij author in Republica eſſe potuerit, vt
ciuitas ipſa huiuſmodi ſeruili fece liberaretur. Cùm igitur nihil certi huius rei habere
poſſumus, neꝗ etiam rei propoſitæ materia diutius immorari, aut diligētius authorem
eius inueſtigare patitur, ſed vtilitatem eius tantùm ſpectare, quam edicti verba, & Vl-
piani interpretis ſententia planè demonſtrant. Eam itaꝗ in commentarijs noſtris Deo
Op. Max. propitio ſemper, fauēte etiam eiuſdem ſacratiſſima genitrice abſꝗ labe origi
nalis peccati concepta, qua poterimus facultate, explicabimus. Pergamus igitur & cum
Iuſtiniano in. l. cùm ſyllanianum. C. de his quib. vt indig. aufer. bæredi. dicamus ſyllania
num ſenatuſconſultum à nobis tam laudandum quàm corroborandum eſſe. Quod à
Paulo iurcconſulto in ſcriptis traditum fuiſſe Politianus teſtatur in epiſtola, quā ad Ia-
cobum Modeſtum patrenſem ſuum ſcribit, repertumꝗ fuiſſe ait inter monobiblos, ſeu
ſingulares libros Pauli, tametſi in Pandectis quæ à Iuſtiniano traditæ ſunt, Vlpiano po
tius, quàm Paulo tribuatur, vt ex. l. j. & . iij. videre licet.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIuiduæ trinitatis, & ad laudem Dei omnipotentis, domini noſtri IESV CHRISTI, & intemeratæ virginis abſque labē originalis peccati conceptæ, ac ſancti IOANNIS BAPTISTAE, & diui HIERONYMI,

Commentarij IOANNIS IGNEI iuris vtriuſque doctoris Aurelij, in titulum de Sillaniano & Claudiano Senatuſconſulto: & quorum teſtamenta aperiantur, libro Digeſtorum vigeſimonono, hactenus non impreſſi.

PRAESCRIPTVS TITVlus duabus partibus conſtat, Secunda eſt, & quorũ teſtamẽta aperiãtur. De ea in.l.iij.§. quod ad cauſam, &.§.de his.l.in cognitiõe.l.lege.§.ex hoc edicto.&.l.fi. infrà.eo.l.ſi ea quæſtio.C.eo. Quæ plurimùm ab illo prætoris edicto differt, quod poſitũ eſt in titulo, quẽadmo. teſtamẽta aperiãtur.ſuprà. Nã illud regulariter teſtamenti aperturã permittit, licet nonnunꝗ prohibeat, quod frequẽtius contingebat hæredes ſcriptos iuris ſui ignorãtia ex teſtamento ſibi quæſiti trãſactionibus quãdoq; ac ſtipulatiõibus & cæteris id genus cõtractibus remittere. Ob id ſæpius incauti circunducebantur, vt in.l.mater.ff.de inoffi.teſta.&.l.quũ verò §.apparet illic ignorãtia iuris ſui.ff.de fideicommiſ.liber.l.ij.§.fi.ibi quòd ignotus iuris ſui.ff. de iur.fiſc.l. tres fratres.ff.de pact.quas tranſactiones ſeu pactiões illud edictũ prohibuit niſi inſpectis cognitiſq; verbis teſtamenti.l.de his. ff.de trãſactio. Facilius ergo ex illo edicto apertura teſtamenti permittitur inſpectis agnitiſque verbis teſtamẽti ꝗ hoc Senatuſcõſ.permittatur. Iſta cõſideratio ſeu Ratio illius edicti poſita eſt in.l.j.verſi.ratio.ſuprà.quẽadmo.teſta.aperian.

Secunda ratio eſt, ne teſtantium volũtates diu cõtra naturã vltimarũ voluntatũ pendeãt.l.fi.in fi.ff.cõmunia prædio. Et id nõnũꝗ fauore legatorum ſeu fideicõmiſſorũ.l.quia poterat.&.l.cogi.& pleriſq; alijs.ll.illius tituli.ff.ad ſenatuſcõſul.trebellia.l.mancipiorũ.ff.de optio.legati.§. inſtituta.inſti.de fideicõmiſ.hæredi.& dicta.l.in fi.ff.commu.prædio. Plerũq; contemplatione libertatũ.l.ſi quis libertatẽ.§.fi.ff.de peti.hæred. Quandoq; fauore creditorũ.l.j.ff.de iure deliberan.l.iij.ff.de bo.aucto.iudi.poſſiden. Demũ in conſiderationẽ ipſius teſtatoris, ne morte hæredem inſtitutũ præueniente anteꝗ ex teſtamento hæreditas adeatur, contingat teſtatorẽ inteſtatum decedere.§.j.inſti.de hæred.quæ ab inteſta. deferun.l.j.in princi.ff.de ſuis & legiti.hæredi. §.j.in autẽ.de hæredi.ab inteſt.venicti.colla.ix. Nõ diſſimilis ratio poſita eſt in.l.pe.C.eo.dum ait, interea autẽ procraſtinatione propter necis vindictam habita. Quamobrẽ à iudice terminus plerunq; præfigitur, infra quem teneatur hæres adire.l.ſi quis inſtituatur.§.j.&.§.ſeq.ff.de hæredi.inſtitu.& dicta.l.j.ff.de iur.deliberan.repeti poſſet materia.l.diffamari.C.de ingenu.& manumiſ.&.l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pigno. Nõ abs re eſt ergo, ſi in illo edicto prætor ſtatim circa aperturam teſtamẽti prouidebat, vt his & ſimilibus caſibus conſultius caueatur.l.ij.§.vtrũ &.§.fi.&.l. quum ab initio.& tribus.ll.ſeq.ff. quẽadmo.teſtamẽ.aperiã.& cũ cauſæ cognitione. Primò, an teſtator viuat, ne hæredibus ſcriptis occaſio machinandi in necem teſtatoris concedatur, vt dicitur in dicta.l.ij.§.ſi dubitatur.ſuprà.illo tit.quẽad.teſta.aper. quos lex iſta ratione multat pœna legis corneliæ, de falſis.l.j.§.is qui.ff.ad.l.cor.de fal.l.ſi quis aliquid.§.qui viui.ff.de pœn. præſertim vbi pupillares tabulæ ſunt.l.pupillares. ſuprà.illo tit.quẽadmo.teſta. aper. Secũdo, ne cõtingat in ipſo teſtamẽto falſitatẽ cõmitti, ſi teſtamẽta paſſim apiri ꝑmittẽtur, forma legis nõ obſeruata, dicta.l.ij.§. diem.illo titu.ibi: Nam inſpectio materiam falſo fabricãdo inſtruere poteſt, niſi cauſæ cognitio interuenerit, ſicuti dictum eſt.l.mulier.ſuprà.illo titul. quẽadmo.teſta.aperian. videlicet vt ſciatur, cui demandãta ſit curatio.

Cæterùm hoc ſenatuſconſultum in omni ſui parte prohibitorium eſt: nõ tantùm in apertura teſtamẽtorũ, ſed & in aditiõe hæreditatũ delatarũ nõ ſolùm ex teſtamẽto, verũetiã ab inteſtato. Et in hoc prima pars huius ſenatuſcõſulti eſt latior ſecũda, quũ prima, cauſam inteſtati & teſtati amplectatur, vt videbitur in pluribus partibus. l.j.& in.l.neceſſarios. in princi.vbiq; dicetur.infrà.eo. Secũda verò pars huius ſenatuſconſulti cauſam teſtamẽti tantũ conſiderat, vt dicetur in dicta.l.iij.§.quod ad cauſam.infrà.eo.hac ratione grauior pœna imponitur ex hoc ſenatuſcon-

ſulto peccanti in primum ꝙ in ſecundũ caput, ratione indignitatis & ingratitudinis, vt inquit.l. Caius. infrà.eo. ꝭ ingratæ hæredis. Illi enim pœna publicationis bonorũ imponitur, dicta.l. neceſſarios.§.nõ alias.infrà.eo.quia cõtra pietatis officium peccatur.l.j.C.eo.l.propter venein.§.fi.infrà.eo. At in.ij.capite huius ſenatuſconſulti pœna centum aureorum ſolùm irrogatur.l.lege.§.fi.infrà.eo. licet gloſ.aliter ſentiat in dicta.l.lege.§.fi.in gl.fi.& in.l.in cognitiõe.infrà.eo. & malevt ꝑ gl.in.l.ſi ea quæſtio.C.eo.dicetur in dicto.§.nõ alias.& in dicta.l.lege.§.fi.infrà. eo.

Et quamuis hoc ſenatuſconſultum prohibitorium ſit, donec quæſtio & ſuppliciũ de familia (quæ ſuſpecta eſt de nece domini) aſſumatur, vel ab occiſoribus pœna exigatur diligẽti inquiſitione de morte teſtatoris ſeu domini facta.l.in cognitiõe.infrà.eo.etiam per quæſtionẽ.& ſupplicium ſeruorum & familiæ, vt in.l.j.infrà.eo. Et in progreſſu lecturæ huius tituli per ſingulas leges diſcutiemus. In quibuſdam tamen caſibus permittitur hæres non habita quæſtione aut ſupplicio de familia, nec ea expectata, ex hoc ſenatuſconſulto adire. Primus eſt in.l.propter veneni.&.l.j.§.quod ſi quis.infrà.eo.l.quum fratrẽ. C.eo.Secundus in.l.ſi ideo.C.eo. Tertius in.l. hæres qui veneni.infra.eo.vbiꝗ ſuo loco de his differemus.

Vtilitas autem huius tituli conſiſtit. Primo ſit intereſſe Reipublicæ, quod principaliter circa tria verſatur. ſeriatim explicabimus in capite.l.j. infrà.eo.Primo, vt delicta non maneant impunita, ſed ſtatim ſupplicium à delinquentibus exigatur.l.ita vulneratus.ff.ad.l.Aquil. Secundo, vt vnuſquiſꝗ intrepidus domum ſuam habitet.l. plerięꝗ.ff.de in ius vocan. Tertiò, vt conſultius inopinatis caſibus, & à perſonis à quibus faciliter caueri nõ poteſt.l.in rebus.ff.cõmodati, poſſit prouideri: quale eſt id quod à familiari aut domeſtico committitur.l.data.ij.Reſponſ.C.de donatio. Quum, vt inquit Andr.de Iſer. in ca.j. in verbo, turpiter luſerit. in addit.quib.mod. feud.amitta.colla.x.referens Grego.in homilia de communi martyrum, minorem dolorem mala inferunt quæ ab extraneis inferuntur, plus verò ea tormẽta quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præſumebamus. Et pſal.xl.homo pacis meæ, in quo ſperabã, ampliauit aduerſum me ſupplantationẽ, & qui mãducabat panes meos. Facit.l.quidam quũ filium.ff.de hæredi.inſtitu. l.vendicantẽ.ff.de euictio. In capite huius tituli copioſius dicetur. Quartò, vt defunctus iniuria affectus vindicẽ habeat, & ſuæ vltorẽ iniuriæ.l. j.ff.de iur.fiſc.l.papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffic. teſta.in eaꝗ noti & amici gloriari poſſint.l.capitaliũ.§.famoſos.ff.de pœ.ibi: & ſolatio ſunt cognatis & affinibus interẽptorũ. Adde Bart.in.l.iij.§.ſi tutor inimicus.ff.de ſuſpect.tutori.l.j.§.quotiẽs.ff.de iniur.l.j.cũ legibus ſeq. ff.de libera.cauſ. Quintò, vt craſſantibus multis locus ſit exemplo, & mali odiant peccare formidine pœnæ.l.j.ff.de inſti.& iur.l.j.C.ad.l.Iul.repetũda. Sexto, quia paratur Reipublicæ gaudiũ & lætitia.l.iij. verſic.ſed ab his.C.de epiſcopa. audien. Septimo, Salus Reipublicæ & peccatorum venia obtinetur.l.j.C.de ſer. Alias pleraſꝗ vtilitates per ſingulas leges manifeſtabimus. Similis vtilitas eſt in edicto, de his qui deiecerunt vel effuderũt.l.j.§.ſumma.ff.de his qui deiecer. vel effuder. Eademvtilitate mouetur.l.j.ff.naut. caupo.ſtabular.& per rationem huius edicti.

Præſcripti tituli cõtinuatio fit ad proximum priorem titulum quo hæredes negligentes in implenda morientium voluntate, & omiſſa cauſa teſtamenti, & electa cauſa inteſtati adeuntes, nõ ex teſtamento, ſed ab inteſtato, puniuntur pœna illius edicti, ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti. Nunc de his qui non tantùm à teſtatore, ſed & à lege ad ſucceſſionem morientis vocantur, quia iniuriam eius vindicare negligunt immemores accepti beneficij, hoc ſenatuſcõſulto indigni ſiũt hæreditate, ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato delata. quæ negligẽtia ex multis cõſiderata eſt hoc ſenatuſconſulto. Et quum plerunꝗ hæredes plus auiditate mouentur, prius de cenſu certãtes, quã de nece defuncti tuenda, vt inquit tex.in.l.iij.§. non tantum.infrà.eo.ibi, nec hæres propter cõpẽdiũ ſuæ familiæ facinus occultat. ex.ij.capitu. huius ſenatuſconſulti non tantum aditio prohibetur hæredi, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, anteꝗ de familia aut quæſtio aut ſupplicium habeatur, vbi conſcia aut particeps eſt necis domini.l.j.§.occiſorum. infrà. eo. Sed & apertura teſtamẽti prohibetur, vt ſub ſpe præmij & lucri futuræ hæreditatis facilius inuitẽtur ad accuſandos homicidas domini, ſeu metu pœnæ, ſi negligere putarẽt tueri necem defuncti.l.lege Cornelia &.l.in cognitione.&.l.gaius.infrà.eo.diligẽtius ſtudeãt necem domini vindicari. Et, vt prædiximus, ob id in primo capitu.pœna publicationis bonorũ imponitur.dicta.l.neceſſarios.§. nõ alias.infrà.eo. In.ij.capitu.pœna centum aureorum tantùm, dicta.l.lege.§.fi. infrà.eo.

SVMMARIVM.

1 Serui capitis ſui periculo, dominis cuſtodiam præſtare tenentur.

2 Domus ſua cuique tuta, ac ſecurum refugiũ eſſe debet.
Extractus à domo propria per iudicis familiam, velut indebite captus, relaxandus eſt.

3 Abſens iuſte prætenditur, qui in ſuis ædibus exiſtit alibi conſtitutis.
Subditus haud quaquam cenſendus eſt, qui domicilij dumtaxat cauſa ſubeſt.

4 Apparitor quo caſu homicidam à domo vel eccleſia licite poſſit extrahere.

Dominium

Homicida è familiæ iudicis manibus ſeſe excutiens, ab eccleſia, quam ingreſſus eſt, extrahi nullatenus debet.
5 Eccleſia liberum ſeruare permittitur, quem fugientem liberum recepit.
Fugiens ad ſacerdotem corpus Chriſti tenentem, differt ab eo, qui captiuus idem Chriſti corpus recipit.
6 Eccleſia tametſi facinoroſis debite confeſsis communionem non denegat, non intẽdit per hoc iuſtitiæ præiudicium adferre.
Solutus nõ cenſetur is, qui licet ſit vinculis leuatus, manibus adhuc tenetur.
7 Captiuus quis, & quis ſolutus.
8 Poteſtas capiendi amittitur per territorij mutationem.
9 Cõſuetudo irrationabilis iudicatur, qua is, qui ad eccleſiam fugit, per victus ſubtractionẽ exire compellitur.
Exul, ſeu patria per ſententiam pulſus, an poſsit gaudere eccleſiaſtica immunitate in patriam reuerſus.
10 Abiurans patriam vi vel metu coactus, an teneatur ab ea ſecedere.
11 Conſuetudo diuturnis vtentium moribus approbata, licet alioqui iniuſta, an ſit ſeruanda.
12 Conſuetudo eos ligatos tenet, quorum conſenſu introducta eſt.
13 Conſuetudo concernens eccleſiaſticam immunitatem an induci poſsit ſummo pontifice inconſulto, aut citra eiuſdem autoritatem.
14 Clerus & populus ad conſuetudinis obſeruantiam coguntur, cuius introductioni aſſenſum præbuerunt.
15 Conſuetudo ſeu conſtitutio municipalis iurata, nõ poteſt violari, abſque periurij culpa.
16 Immunitas eccleſiaſtica eſt iuris poſitiui, cui lege vel cõſuetudine contraria poteſt derogari.
Papa legem condere nequit, à qua diſcedere non liceat, populo ſcilicet vniuerſo tali legi reluctante.
Lex qualis eſſe debeat.
17 Eccleſia iuſtitiæ cultrix eſſe debet, iniuſtitiæ autem fautrix neutiquam.
Eccleſia iuſtorum receptaculum, non ſpelunca latronum eſſe debet.
Iniurias inde ſcaturire abſurdum eſt, vnde iura naſci debent.
18 Aſylum ſacrũ templorũ quibus ad cautelã cõcedatur.
19 Iudex nimia motus miſeratione ſontem liberans, eos exitio tradit, quorum liberatus exitia cogitat.
20 Conſuetudo ſeu lex id poteſt introducere, quod pactum ſeu partis voluntas valet remittere.
Renuncians cum iuramento ei, quo ſemel vſus eſt, beneficio, periurus cenſebitur, ſi contrauenerit.
Periurus quando homicidæ volũtario ſit aſsimilãdus.
21 Eccleſia, quæ in pauperum vſus ordinantur, in facinoroſorum non conuertit alimentum.
22 Conſuetudo præſcripta non abolетur lege ſubſequente, eiuſdem mentionem expreſſam non faciente.
Lex poſterior non poteſt priori derogare, niſi eius expreſſe meminerit.
23 Solomon. in templo exiſtentem Ioab interfici iubet.
24 Natura ſemper ſtudet nouas depromere formas.
Princeps bonus bona lege eſt præoptandus.
25 Liberatio, hæc dictio, eandem vim obtinet, quam dictio, ſolutio.
Solutus aut liber haudquaquam is cẽſetur, qui naturali ſpoliatus libertate oculos noſtros nequit effugere.
26 Reſtitutio competit ei qui fideiuſſorum ſatiſdatione detentus capitur.
Immunitas eccleſiaſtica an iure diuino ſit introducta.
27 Ciuitates refugij per Moſen populo Iſraëlitico conſtitutæ, immunitatis eccleſiaſticæ typũ quondã gerebat.
28 Ius diuinum trifariam tum ſecari, tum intelligi poteſt, vbi in iure de eodem oritur quæſtio.
29 Immunitas tribus olim locis dabatur, altari ſcilicet, tẽplo & tabernaculo.
30 Mandatum primum Decalogi in ſola Dei dilectione conſiſtit.
31 Serpens æneus quare per Moſen in deſerto erectus.
Ius diuinum ſtricte ſumptum quod dicatur.
32 Ius canonicũ quandoq; venit iuris diuini appellatione.
33 Eccleſia perinde ab apoſtolis facto tradita cuſtodit, atque ea quæ nobis ſcripta reliquere.
34 Immunitas eccleſiarum in concilijs generalibus definita fuit & approbata.
35 Reus ad eccleſiã confugiens nõ eſt inde vi abſtrahẽdus.
36 Iuramentum quando illicitum emitti dicatur.
37 Iuſiurandum contra eccleſiaſticam libertatem emiſſum iurantes nullatenus obligat.
38 Libertas eccleſiaſtica offenditur, ſi ab eius cõſtitutionibus, vel latum vnguem, diſcedatur.
39 Papa ſolus in concernentibus eccleſiam à Deo poteſtatem accepit.
40 Conſuetudo iniqua nullo aut tempore aut vſu confirmari poteſt.
41 Veritas cuiuis conſuetudini debet præferri.
42 Pœna læſæ maieſtatis puniri conuenit, qui ab eccleſia inuitum extrahit.
Legibus principum pro Dei veritate latis ab omnibus obtemperandum.
43 Iuramentum de conſuetudine iniqua ſeruãda emiſſum non ligat iurantem.
Autoritas ſuperioris à lege & canone ſemper excepta cenſetur.
44 Iuramentum, vt ſit obligatorium, tribus ſtipatum comitibus eſſe decet.
45 Statuta & cõſuetudines, quæ libertati eccleſiaſticæ aduerſantur, antiquari oportet.
46 Romulus cauſam non ſatis iuſtam fratris interficiendi habuit.
47 Victus ad eccleſiam fugienti non debet denegari.
48 Victualia etiam anathematiſato non deneganda.
Filius patri hæretico alimenta conferre tenetur.
49 Serui ad eccleſias confugientes quando ſint dominis reſtituendi.
50 Rei, qui ad eccleſias confugiunt, viui & ſalui debent ſeruari.
51 Victus etiam homicidæ non ſubtrahendus.
Pœna vi extractis ab eccleſia non infligenda.
52 Relegatus comminatione ſpreta reuerſus, qua ſit pœna feriendus.
53 Delicta ſic à Deo ſunt menſurata, vt crimina à criminibus tantùm diſtincta ſint.
54 Leges ſeu legum latores non dedignantur ſacros canones imitari.
55 Crimina plura ſunt, quæ de iure ciuili carent immunitate eccleſiaſtica, quàm de iure canonico.
Reus peculatus an poſsit de domo extrahi.
56 Mulier pro debito publico nec detineri, nec è domo poteſt abſtrahi.
57 Extrahens malefactorem ab eccleſia in caſibus non permiſsis, crimen læſæ maieſtatis incurrit.
58 Anima tota eſt in toto corpore, & tota in qualibet corporis parte.
59 Deportati ſeu relegati ex conſuetudine Normaniæ an

poſsint ſuccedere.

60 Domus appellatione quid veniat.

61 Dominus à ſeruis ſeruari debet incolumis.

62 Domus pro domicilio & habitatione ſumitur quandoque, quæ cuique tuta debet eſſe.

63 Vir & vxor corpus vnum eſſe cenſentur.

Filiusfamiliás, quanquam emancipatus, non reputatur dominus, ſed de agnatione eſt domini.

64 Suorum nomine qui veniant. remiſsiuè.

65 Domus quandoque interpretatur pro vniuerſa familia ſimul habitante.

66 Familiæ eiuſdem ſunt, qui ex eadem domo & gente prodierunt.

Filius in poteſtate pro patre ieiunare poteſt.

67 Dominis proſpicitur, ne à ſuis aut extraneis in domo ſua offendantur.

68 Dominus, quocunque ſit in loco, tutus & ſaluus ſeruari debet.

69 Serui & familiares pro domino periclitante ſe debent opponere.

70 Caput, hæc dictio, quandoque ſumitur pro vltimo ſupplicio.

71 Pœna capitis nonnunquam pro deportatione capitur in iure.

Iudex nullatenus à lege clara diſcedere debet.

72 Damnatio capitis, deportationem, vltionem & ſupplicium continet.

Domeſtici qui ſint ſecundum leges.

73 Domeſtici aliquando per non domeſticos excluduntur à feudo.

74 Domeſticus non dicitur is, qui non eſt commenſalis.

Domeſtici dicuntur, qui in domo morantes, à teſtimonio repelluntur.

75 Familiarium tres ſpecies in iure reperiuntur.

76 Familia pro agnatione ſumitur quandoque.

77 Accuſator inuitus legationem non ſuſcipiet ad amicū vel domeſticum accuſati.

Familiaritas maxima ex commenſalitate contrahi præſumitur.

78 Amicitia ex quibus generetur.

79 Amor vt plurimum in propria cauſa excæcat amantē.

80 Iudex in correctione beneuolentiam debet præ ſe ferre.

81 Iudex in iudicio iuſtus eſſe debet.

82 Iudices maiores multarum cauſarum experimēto prouectos eſſe oportet.

Iudices in animaduertendis delinquentibus eſſe debent miſericordes.

83 Iudex nullo pacto excandeſcere debet in iudicio.

Iudex aduerſus incorrigibiles ſit ſeuerus.

84 Familiariū differentia nō ad pauca cenſetur neceſſaria.

85 Familiares iudicantur qui in eadē domo cum ipſo domino morantur.

Peſtis nulla ad nocendum efficacior inimico familiari & domeſtico.

86 Hoſtis domeſticus eſt oīm, qui foris ſunt, nequiſsimus.

87 Iudex reo inimicus, licet reconciliatus, recuſatur vt ſuſpectus.

88 Appellare poteſt quis pro condemnato etiam inuito.

89 Reconciliationes perfunctoriæ dicendæ ſunt, quæ non ex animo fiunt.

90 Indigni cenſendi ſunt, qui charitatis & veritatis iuſſa ſpernunt.

91 Leges & metu pœnarum, & ſpe præmiorum ad veram excitant philoſophiam.

92 Fur domeſticus grauius punitur quàm extraneus.

93 Iniuria à ſeruo illata præſidis requirit rigorem.

94 Furtum domeſticum quocunque alio furto grauius punitur.

95 Quæſtio varijs capitur modis.

96 Familiares & domeſtici torqueri poſſunt, ad eruendam veritatem de nece domini.

Plurale in ſingulari verificatur quandoque.

97 Producēs falſum teſtem an puniri debeat per ſtatutum contra falſos teſtes producentem editum.

Lex prima.

IVRECONSVLTVS vt auditores, ſeu lectores ad lectionem
propoſitæ materiæ facilius inuitet, vt dicitur in. l. j. ff. de origine
iuris. quodam procœmio cauſam & vtilitatem edicti demon-
s ſtrat. † Quum aliter, inquit, nulla domus tuta eſſe poſſit, niſi periculo capitis ſui
dominis cuſtodiam tam à domeſticis, quàm ab
extraneis præſtare ſerui cogantur: quæ cauſa impulſiua eſt huius Senatuſconſulti. Sicut in ſimili
dicitur in. l. j. §. ſexum. &. §. caſum. ff. de poſtulā.
Cauſa autem finalis eſt, vt ſupplicium ab occiſoribus domini extorqueatur. l. Caius. &. l. in cognitione. infrà eodem. & delicta impunita non
ſint. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & vectigal. & dicta. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquiliā.
Hoc probatur in capite huius legis: ibi, ideo ſenatuſcōſulta introducta ſunt de publica quæſtione à familia necatorum habenda. Simili exordio vſus eſt Iureconſultus in. l. j. ff. ſi familia furt.
feciſſe dicatur. & in. l. j. ff. nautæ, caupo. ſtabularij. & Imperator in extrauagante, ad reprimendum. collatio. xj. & in. l. j. & fina. C. ad legem Iuliam repetūdarum. in. c. j. de prohib. feud. aliena.
per Frederic. collat. x. vt in cædem domini non
magis quàm nulla alia cauſa parci oporteat, vt dicitur in. l. excipiuntur. in fine, infrà eodē. Et hoc
in crimine læſæ maieſtatis maximè concludit. l.
non dubito. §. liber autem populus. ff. de re militari. ibi, vt is populus alterius populi maieſtatem
comiter conſeruaret. & in verſic. ſic eos, qui maieſtatem noſtram comiter conſeruare debēt: qui
ſi non fecerint, veniam à domino, quem offenderunt, expectare non debent. l. iij. C. de epiſcopali
audien. quam ad id notat Ioan. Fab. in procœmio
Inſtit. in princip. Et hoc intendit principium huius legis: Ratio publicæ ſalutis eſt, vt nullus à domeſticis aut extraneis in domo ſua offendatur,
ob id maior cuſtodia ab illis deſideratur: & ſi ſe-
a cus fecerint, ſeuerius caſtigari debent. † Ex hoc
Senatuſconſulto & lectura gloſſæ primæ conſidera quantū intereſt Reipublicæ, vt vnuſquiſq;
tutus in domo eſſe poſsit: quum vtricuique domus tutum debeat eſſe refugium. Cōcordat. l. nemo de domo. infrà de regul. iur. alleg. gloſ. l. plerique. ff. de in ius vocan. & tantum eſt domus refugium

fugium, vt ſi familia iudicis proſequatur aliquē,
cum've ex iudicis iuſſu capiat, vt inquit.l.ſina.c.
de exhiben.reis.§.quadrupli.Inſtit. de actio.ibi,
iuſſu magiſtratus. ſi familia eum à domo ſua ex-
trahat, poſtquam eam ingreſſus eſt, relaxari de-
bet, tanquam indebite extractus.glo.eſt in.l.qui
neque.ff.de verbo.ſignifica. Pro qua facit dicta
lex, nemo.ff.de regul.iur.l. dies cautioni.§. præ-
tor ait.in verbo, verecundè. ff.de damno infect.
vbi per Roman. & pſal.xxx. Eſto mihi in deum
protectorem, & in domum refugij, vt ſaluū me
facias. Adde text.& Lucam de Pen.in.l.in quali
bet.c.de metat.& epide.lib.xij. Tu ad id ponde
3 ra. l.ſi eum.in fine.ff.de fidcicōmiſ.liber. † quæ
exiſtentē apud ædes ſuas iuſtè abeſſe dicit. Qui-
bus adde.l.is qui in domum.ff.de iniur. Secus au
tem in domicilio momentaneo, ſeu non cōtinuo
ſecundum Feli.in.c.nuper.ſuper gloſ. in verbo,
abſolutio.extra de ſent.excom. dum illhic gloſ.
notat, appellatione ſubditi non venire eum, qui
ratione domicilij tantùm ſubditus eſt.c.à nobis.
j.extra.eodē.& gloſ. in clemen.vnica, in verbo,
ſubditos.in fin. de foro compet.& glo.in. c.ſta-
tutum.in verbo, vnam dietam.de reſcript.in.vj.
Sed hoc in odioſis, in fauorabilibus ſecus puto,
per dictam. l.lex Cornelia.§.domum.ff.de iniu.
Licet prædictis obſtet.l.quod ait lex.§.fin.ff. ad
l. Iuliā de adulter. quæ loquitur de patre proſe-
quente filiam fugientem adultero occiſo, qui vi-
detur eodem inſtanti vno ictu & vno impetu, li-
cet interpollatis horis, adulterum & adulteram
occidiſſe. Qui text. videtur multum vrgere pro
deciſione quæſtionis de apparitore proſequente
4 homicidam, † cui indictum erat, apprehendere,
& apprehenſum carcerare, vt ſi antequam homi
cida fuerit ingreſſus eccleſiam, cœperit appari-
tor eum fugientem proſequi, vt poſſit à domo
vel eccleſia extrahere. Bald. & Cardi.ad id indu
cunt illum tex.in.c.ſi iudex.de pac.tenen.& eius
viola.colla.x. Dicit enim Bald.licere malefacto
rem in fragranti crimine deprehenſum inſequi
quòcunque vadat.de quo per Ioan. Andr. in ad
di.Specu.in titu.de accuſa.§. pen. Et Barto.in.l.
cum eo.ff.ad.l.Iul.pecula.quod non eſt verum,
vt ſtatim dicam.c. diffiniuit. &.c. ſi quis contu-
max.xvij.q.iiij.not.Archi.in.c.ſicut antiquitus.
eadē cauſa & quæſtione. Nam ſi priuata domus
immunitatem præſtat, quanto magis diuina.l.ij.
&.l.præſenti.§.j.&.§.quum autem.c.de his qui
ad eccle. confug.l.quis ſit fugitiuus.§.apud La-
beonē.&. §.idem Cælius.ff. de ædil.edic.c.illa.
xv.q.j.Exod.xxj.c.& Deuter.xix.c. Et ſi cōtin-
geret captum à familia ſe eximere de manibus fa
miliæ, & ſolutum ad eccleſiam confugere, ſtatim
ſit immunis, nec inde extrahi poteſt, dicto.c.in-
ter.&.c.fina.extra de immunita. eccleſi. dicta.l.
præſenti.& dicta.l.quis ſit fugitiuus.§.idem Cæ
lius. ibi, vnde abduci poſſit. vt in dicto.§. apud
Labeonem. in verbo, aſylum. De quo pulchrè.

per Hoſtien.& Ioan. Andr.in.c.ſanè.in glo.co-
rum, in verbo, apud omnes.extra de celebratio-
5 ne miſſa. † quia quum eccleſia fugientem libe-
rum recipit, liberū etiam cuſtodit. c.inter.extra
de immunita. eccleſi. dicta.l.ij. in verbo, confu-
gientes.c. de his qui ad eccleſi.confug. & dicto
§. apud Labeonē. & dicto. §.idem Cælius.& di
cto. c.illa.xv.q.j.& facit ratio.l. in laqueū.ff. de
acquir.rerum domi. & idem not. Hoſtiē.in ſum
ma de immunit.eccleſi.§.fin. Secus autem vbi ec
cleſia eum liberum non reciperet, ſed à familia
ſemper detineretur: quia tunc eccleſia conſeruat
tantùm in eo ſtatu, in quo reperitur.c. ſicut anti-
quitus. xvij. q. iiij. per quem idem notat Ioan.
Andr.in.c.vnico, in fin.extra de obliga. ad rati.
& in dicto.c. ſanè. poſt Hoſtien.idem Hoſtien.
in ſumma, de immunit.eccleſia.§. inquantum.ij.
colum.Ioan. Fab.in.§.fin. Inſtit. de his qui ſunt
ſui vel alie.iur. Cardi. in clemen.vnica. verſi.in-
ſtitutione.de reliq.& vener. ſanct. Sed ille text.
mihi hoc non probat. Licet Archid.ad id ponde
ret illum text. Et Hoſtien.& Ioan. And.in dicto
c.ſanè. faciunt differentiam inter eum qui fugit
ad ſacerdotem tenentem corpus Chriſti, & eum
qui captiuus recipit corpus Chriſti. Nam qui fu-
git ad ſacerdotem, liber fugit: qui verò detentus
recipit, iam liber non eſt. Alioquin ſequeretur
quòd quum de iure ad mortem damnati corpus
Chriſti recipere debeant, licet Gallia non obſer-
uet. Pro qua facit.c.placuit.verſi.ſimiliter.xxiij.
q. v. Italia verò ſecus. Pro quibus eſt text. in c.
quæſitum. xiij. q.ij.vbi text.hoc argumēto Ho-
ſtien.& glo. quæſtionis meminit, & Archi.poſt
eam.de qua per Roma.in notabili. cccxxxij.qui
bus adde Luc.de Pen. in.l.j. colū.ij.c. de erog.
6 milit.anno.lib.xij. † Eccleſia quæ vult poſt con
feſsionem, communionem non denegari ſuſpen
dendis patibulo, auctrix eſſet, quominus iuſtitia
fieri poſſet, ſeu iuſtitia eluderetur: quod cogita-
ri non debet, quum eccleſia cultrix & auctrix ſit
iuſtitiæ.§.j.de alien.feud.colla.x.hoc idem tenet
Collectarius in dicto.c. fin. extra de immunita.
eccleſi. Et ſecundum autoritatem eorum pluries
iudicatum eſt Rothomagi. Quibus ego addo
optimum text.cuius nec illi facientes eam diſtin-
ctionem (quam & Hoſtien.& Ioan. Andr.in lo-
cis prædictis faciunt) meminerunt, videlicet in.l.
qui neque.§.ſolutum.ff. de verb.ſignifi. Quum
inquit ille text. ſolutū nec intelligimus eum, qui
licet vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur.
Et ſic à familia detentus liber non eſt, & ob id
eccleſia non liberum recipit: eum igitur in liber-
tate nō ſeruabit, per rationem Hoſtien.& Ioan.
7 Andre. † Secundò dicit, ac ne eum quidem in-
telligimus qui in publico ſine vinculis ſeruatur.
l.in eadem.ff.ex quib.cauſ.maior.& ſic econtra-
rio, ſi vinculis ſit leuatus, & manibus non tene-
tur, ſolutus non eſt. Si verò ſolutus euadat, eccle
ſia liberum recipit & cōſeruat, dicta.l. quis ſit fu

gitiuus.§.idem Cælius.ff.de ædil.edic.Latius au
tem interpretatur vinculis detentum.l.ſuccurri-
tur.§.fin.& melius.l. in eadem cauſa.in princip.
& vlti.reſponſo.et.l.necnon.§.item ſi quis.ff.ex
quib.cauſ.maio. Vbi igitur extractus erit,debet
ſtatim reſtitui.dict.c.ſicut antiquitus. & in.c.mi
ror.in verbo,reuoca. xvij.q.iiij. vnde nõ poteſt
eſſe verum quod dixit Bal. iu dicto.c.j.de pace
tenend.& eius viola.colla.x.per.l. quod ait lex.
§.fin.ff.ad.l.Iul.de adulter. Prout etiam Floria.
contradicit in.l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſeruit.vend.
8 per illum text. † quia mutato territorio iam mu-
tatur poteſtas capiendi.Et ob id reſpondet ad di
ctam.l.quod ait lex. &.l. capite quinto. ff. ad.l.
Iuliã de adulter.de quo etiam per Bart. in dicta
l.cum eo.ff.ad.l.Iul.pecul. vt procedãt quando
is,qui fugitiuum proſequitur,poteſtatem habet
in loco,in quo cum inſequitur, & non aliàs. Et
eſt bona conſideratio, quam & ſequitur Cardi.
in dicto.c.ſi iudex.de pace tenend.& eius viola.
colla.x. Idem dico de eo qui ſugit ad eccleſiam
terrore ſibi incuſſo à familia iudicis,ſi exit,& de
mum capitur, licet is impreſſius non ſit: ſufficit
enim terror ille, argu.§.tuliſſe.infrà ea.l.ibi ter-
ruit aggreſſores.l.iij.§. qui armati.ff. de vi & vi
arma.ibi,Terror armorum.& ibi,Et ſi armis vſi
non ſunt ad deijciẽdum. Idem in.l. Pedius.ff.de
incend.ruin.naufrag.tex.melior in dicto.c. diffi
niuit.xvij.q.iiij.ibi,inde vi extrahere aut quod-
cunque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij reſi-
9 dentibus in loco ſancto inſerre. † Ex quo text.
probatur, conſuetudinem Normaniæ rationabi
lem non eſſe, quæ per victus ſubtractionem ad
eccleſiam fugientes exire cogit cum banni impo
ſitione, & pœnæ interminatione. Cui obſtat di-
cta.l.præſenti.§.j.C.de his qui ad eccleſ.confug.
& aletur impenſis eccleſiæ.dicta.l.præſenti.§.ſi.
tamen ſecundum Archid. poſt Hug.ſi bona ha-
beat, quibus ali poſſit, ſuis bonis aletur, ſin mi-
nus, bonis eccleſiæ, niſi proprijs manibus labo-
rando victum ſibi quærere poſſit, exemplo diui
Pauli,vt ſcribitur Actuum.xviij.c.

Sed cùm ſuperiore anno de illius iuſtitia, ple-
no, vti aiunt, cornu, in curia Rothomagenſi di-
ſputatũ fuerit per cauſam alicuius qui falſæ mo-
netæ reus poſtulatus ſeu accuſatus fuerat. Qui
vt publicũ refugeret iudicium ad eccleſiam, ſeu
ædes ſacras,veluti ad aſylum,confugerat, vindi-
cias eccleſiaſticæ libertatis poſtulaturus, quas ſe
cundum legem patriam, quam conſuetudinem
vocant,iudex abdixit,abiurareꝗ patriam perpe
tuo exilio nuſquam aliàs reuerſurus impulit,ſub
comminatione non defuturæ ſeueritatis, ſi fortè
ob id incolis cõtumeliam faceret,aut conuicium
eis diceret, aut calumniam aliquã per ſe aut aliũ
eis inſtrueret, vel quam aliam cauſam tentaret,
quorum omnium Vlpi.meminit in.l.j.ff. de iur.
patro. Sed cõminationis immemor,in reatu diu
permanere, ſeu exilium ſuſtinere non curauit.
Itaque poſt duos menſes domi ſuæ reuerſus eſt:
qua re iudici cognita & comperta, manus inie-
ctionem decreuit, capiꝗ ſeu apprehendi iuſsit:
quo decreto reus certior factus, vt manus fami-
liæ euitaret, ad aſylum denuo refugit, à quo vi,
ſeu militari manu ereptus,eiectusꝗ eſt,mox ſup
plicium de eo,veluti confeſſo & conuicto, aſſu-
mi regius procurator deſiderabat, reo ediuerſo
eccleſiaſticã libertatem reclamante, vindiciasꝗ
poſtulante. Iudex tandem pro rei libertate ſen-
tentiam tulit, à qua regius procurator prouoca-
10 uit,regemꝗ ſeu regis curiam appellauit. † Con-
trouerſa eſt in Senatu appellationis cauſa, reo
conſuetudinis ſeu legis patriæ iniquitatem accu
ſante, proponenteꝗ inuitum patriam abiuraſſe,
metuꝗ à iudice per victus ſubtractionem inie-
cto,atque ob id eccleſiaſticam libertatem à iudi-
ce violatam extitiſſe, tametſi crimen quo impa-
ctus erat,cognitum non eſſet,neque impoſitum
ſibi delictum tam enorme eſſet,vt ea libertate iu
re priuari poſſet aut deberet, hac ratione patriæ
legem ſeu conſuetudinem à regio procuratore,
veluti eccleſiaſticæ libertati repugnantem,ſuſti-
nendam non eſſe:quum in ſtatuentium facultate
non fuerit, inconſulto ſummo pontifice, omnia
iura eccleſiaſtica, maximè cum eccleſiæ iniuria
peruertere:regio procuratore ex aduerſo tã lau-
datæ conſuetudinis multis ac multis iudicum ſen
tentijs & ſenatuſconſultis confirmatæ, iuſtitiam
& æquitatem proponẽte,neque in ea quicquam
eſſe,quod diuinæ legi obſtaret:cleroꝗ ac popu-
lo licuiſſe pro Reipublicæ beneficio à iuris com
munis diſpoſitione in hoc diſcedere, ne eccleſia
iuſtitiæ cultrix, cũ Reipublicæ iniuria iniuſtitiæ
fautrix,malorumꝗ hominum receptatrix, ſeu la
11 tronum ſpelunca eſſe videretur. † Indecens igi-
tur,& ab omni ratione alienum eſſe aſſerebat,cõ
ſuetudinẽ tam diuturnis vtentiũ moribus com-
muni cleri & populi conſenſu receptam,& com
probatam, & à principe confirmatam, velle im-
probare.Re in curia hic concertata & dijudicata
longè lateꝗ diſcuſſa,& comperẽdinata, iudican
tium pars ſecundum iudicis ſententiam, altera
verò contra ſentiebat.Quæ verò contra ſenten-
tiam erat tandem præualuit, ſuperauitꝗ nume-
rus vno tantùm. Et cùm huius quæſtionis diſpu-
tatio pulchra mihi viſa eſt, ipſis noſtris commen
tarijs inſerere non dubitaui, vt vnuſquiſque in-
telligat, quonam pacto cauſæ & lites in iudicijs
tractentur & in palatijs digerantur. Atque ob id
adoleſcentes ad iuris ciuilis ſtadium obtinẽdum
facilius inuitari poſsint.

In primis pro ea iudicantiũ parte,quæ aduer-
ſus ſententiam erat,plura mouere poſſunt,& vl-
tra quàm dictum tunc fuerit,nonnulla recenſere
& addere curabo. Primo nanque loco conſue-
tudinis caput veluti pro baſi noſtræ diſputatio-
nis in medium adductum eſt,cuius tenorem pau
lò pòſt inſerere mihi congruum viſum eſt, & eſt

caput

caput octuageſimumſecũdum, ſub titulo de da-
mnatis qui ad eccleſias confugiunt. per quam di
ſputatio prorſus abſoluta videtur, quum ſecun-
dum illam ſæpius iudicatum fuerit, vt mox expli
cabimus, vt iure dici debeat, non licere de ea am
plius diſputare, iuxta. §. & nos nõ latuit. in auth.
quib. mod. natural. effic. legit. colla. vj. l. nullus.
C. de ſumma trinit. & fide cathol.

Allegabatur etiam ob id indubij iuris eſſe, nõ
viſlem eſſe conſuetudinis autoritatem. l. ij. C. quæ
ſit longa conſuet. c. fin. extra de conſuetu. l. imò.
ff. de legib. Pleraque alia triuialia de conſuetu-
dinis autoritate propoſita ſunt, quæ cuicunque
patẽt, ob id ſciens prudensq́ omitto: in his & ſi-
milibus vnicam legem allegare ſufficiat, iuxta. l.
ſcire. §. fin. quam ad id Bart. illhic not. ff. de excu
ſat. tuto. Et videat vnuſquiſque Bart. in. l. de qui
bus. ff. de legib. Cin. & Bal. in. l. j. ij. & iij. C. quæ
ſit longa conſuet. Archid. in. c. conſuetudo. j. di-
ſtinct. extant etiam plures de conſuetudine tra-
ctatus, qui huic primo argu. addi poſſent.

12 Tertiò † pro maiore huius cõſuetudinis firmi
tate & autoritate dicebatur, clerũ & populum in
huiuſmodi conſuetudine ſtatuenda & introdu-
cenda conueniſſe, communiq́ archiepiſcopi Ro
thomagenſis, epiſcoporum prouinciæ, abbatum
& reliquorum eccleſiaſticorum omnium in di-
gnitate conſtitutorum, qui id temporis erant, no
bilium denique & plebeiorum prouinciæ, qui
huiuſmodi conuentionibus vocari ſolent, cõſen-
ſum interueniſſe. Quare indubium erat, huiuſ-
modi conſuetudinem non tantùm laicos ſeu ſe-
culares, verumetiam eccleſiaſticas perſonas liga
re. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. extra de conſtitu. in
his verbis, niſi ab eccleſia fuerit approbatũ. vbi
Abbas & Feli. plura ſcribunt, & illum tex. ad id
not. Henri. Boh. in. c. quæ in eccleſiarum. ij. co-
lum. extra de conſtitut. Inducitur text. in. c. rela-
tum. & c. Raynutius. verſus finẽ. extra de teſta.
c. venientes. extra de iurciur. & quod notatur in
c. cùm veniſſent. extra de eo qui mittitur in poſ-
ſeſ. cauſa rei ſeruan. Præſertim quando conſue-
tudo decem annis præſcripta eſt, ſecundum Inn.
in. c. cùm dilectus. circa finem. extra de conſuet.
de quo in. c. cùm acceſsiſſent. extra de conſtitut.
Idem not. Henri. Boh. poſt Hoſtien. in. c. tanta.
13 extra qui fil. ſint legiti. † Neq́ ſit neceſſe in hoc
ſummi pontificis autoritatem interuenire, ſecun
dum Bald. in. c. ſi duobus. in fine. extra de appel.
vbi hoc not. argumento illius text. quem refert
Feli. in dicto. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. iiij. colũ.
extra de conſtitut. & præſertim quando conſue-
tudo eſt rationabilis & legitimè præſcripta. c. ſi.
extra de conſuetud. c. placuit. vbi hoc not. Arch.
in verbo, vſus. quinquageſima diſtinc. in. c. pla-
cuit. xxxij. diſtincti. not. Innoc. & Hoſtien. poſt
eum in. c. j. extra de conſuetud. & in. c. in noſtra.
extra de iniurijs. Quanto magis vbi conſuetudo
tanto tempore præſcripta eſt, cuius initij nõ ex-
tat memoria. In ea enim non deſideratur ſummi
pontificis, neque principis confirmatio, ſecun-
dum gloſ. in. c. in illis. §. leges. in gloſ. fina. iiij. di-
ſtinct. pro qua in argumentum trahi poſſunt. c.
eccleſiaſticarum. & c. catholica. xj. diſtinct. gloſ.
in ſumma eiuſdem diſtinctio. & c. cùm eccleſia.
extra de elect. & quod Ioan. Andr. not. in dicto
c. cum dilectus. extra de conſue. Ad id induci po
teſt. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cõmunia prædio.
& l. de quibus. ff. de legib. c. primum de præſcri
ptio. in. vj. c. ſuper quibuſdam. extra de verb. ſi-
gnific. præſertim vbi huiuſmodi conſuetudo ini
tium accepit ab eo, qui legis condendæ poteſta-
tem habet, veluti à principe, ſecundum gloſ. in
ſumma. xj. diſtincti. latè Felin. examinat in dicto
c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. xxvj. ibi, expedi
ta prima quæſtione principali de legibus princi-
pum, ſequitur videre. vbi per plures colum. tra-
ctat. Plus Archid. ait in dicto. c. in illis. §. leges.
14 iiij. diſtinct. † clerum & populum iure compelli
poſſe ad huiuſmodi conſuetudinis obſeruãtiam,
argu. c. de Liguribus. xxiij. q. v. & dicto. c. in his.
xj. diſtinct. vbi enim in ea condenda ſeu ſtatuen
da, legiſlatoris interuenit autoritas cum populi
conſenſu, non licet cuique ab ea diſcedere. dicta
l. de quibus. ff. de legib. l. j. & fin. vbi per Cin. &
Bald. C. quæ ſit longa conſuetud. l. an in totum.
C. de ædifi. priua. Sed hæc noſtra conſuetudo eſt
iſtiuſmodi: ſeruanda eſt igitur. l. vnica. §. quibus
ſpecialiter cognitis. C. de no. Codi. cõpo. §. quas
ex omnibus. in verbo, robur noſtrarum conſtitu
tionum accommodauimus. in procemio inſtitu-
tionum. l. fina. C. de legib.

Quartò, nõ tantùm præſcripta eſt, verùm plu
ries in contradictorio iudicio obtenta, & iudicũ
ſententijs confirmata, ſecundũ quod lex ad per-
petuum conſuetudinis ſtabilimentum introdu-
xit. §. j. in authen. de reſtitut. & ea quæ par. in. xj.
men. colla. v. ibi, & in iudicio approbata freque-
tatur. l. nam imperator. & l. cùm de conſuetudi-
ne. ff. de legib. c. abbate ſanè. extra. de verb. ſigni
ficatio. §. hoc ſenatuſconſultum. in noſtra lege
illhic diximus. hoc notant Bart. Bal. & alij in di-
cta. l. de quibus. ff. de legib. Cin. & Bald. in. l. j.
C. quæ ſit longa conſuetu. Innoc. in. c. j. & Ioan.
Andr. in ſumma tituli, quam poſt lecturam ſuam
inſeruit. extra de conſuetud.

15 Quintò, hæc † municipalis conſtitutio ſeu cõ
ſuetudo à magiſtratibus, quibus Reipublicæ cu
ra committitur, quotannis iuratur obſeruari, ni-
hilq́ aduerſus eam attentari. Si ſecus igitur fie-
ret, non ſine periurij ſeu deiurij culpa eſſet. c. bo-
næ. ij. extra de poſtulat. prælato. c. eam te. extra
de reſcript. dicto. c. venientes. extra de iurciur. c.
dilecto. extra de præbend. c. j. extra de his quæ
fiunt à maio. part. capitu. Clement. j. extra de re-
gula. & dicto. c. cùm acceſsiſſent. vbi plura Feli.
congerit in. v. colum. verſic. vno caſu fallit. extra
de conſtitutio. Et maxime hæc iuris concluſio

procedit ſecundum Ioan. Andr. in dicto.c.j. co-
lum.ij. extra de his quæ fiũt à maio. parte capit.
vbi conſuetudo aliquo iure, aut ciuili, vel cano-
nico confirmata reperitur, quare iuramẽtum cir
ca illius obſeruantiam exactum, ambitioſum di-
ci non poteſt, ſecundum eundem Ioan. Andr. in
apoſtil. Specu. in titu. de iureiuran. §. fin. induci-
tur ad id lex, ambitioſa. ff. de decret. ab ordin. fa-
cien. c. in his. & quod illhic glo. notat. xj. diſtin-
ctio. Moder. in. l. non dubium. C. de legib. qua-
re Plutarch. in politica ait, neque tutum, neque
honeſtum eſſe contrauenire his quibus populus
delectari ſolet, vel quibus populus tandiu vſus
eſt. dicto. c. placuit. quinquageſima diſtinct.
16 Sextò dicebatur † eccleſiæ immunitatem ſeu
emunitatem de iure poſitiuo eſſe, non autem de
iure diuino, vt conſtare dicebant in toto penè ti
tu. extra de immunit. eccleſ. l. j. C. de his qui ad ec
cleſ. confu. Sed nulli dubium eſſe poteſt, iuri po
ſitiuo lege contraria vel conſuetudine derogari
poſſe. l. de quibus. ff. de legib. c. in iſtis. & duo-
bus. c. ſequen. iiij. diſtinct. dicto. c. placuit. xxxij.
diſtinct. plenius per omnes in. c. fi. extra de con-
ſuetud. §. fin. vbi per Ioan. Fab. & Areti. inſtitu.
de iure natur. gent. & ciuili. in. l. j. & fin. C. quæ
ſit longa conſuet. non eſt igitur mirũ, ſi hac con-
ſuetudine iuri communi derogatum eſt.
Septimò confirmabant ſic, papam legem ſeu
conſtitutionem facere non poſſe, à qua non li-
ceat communi populi conſenſu diſcedere, dum-
modo rationabiliter fiat, ſecundum. c. fina. extra
de conſuetudi. Induci poteſt quod legitur in. c.
erit autem lex. iiij. diſtincti. inquit ille text. Erit
autem lex honeſta, iuſta, poſsibilis, ſecundum na
turam, & cõſuetudinem patriæ, loco, temporiq́;
conueniens, & pro cõmuni ciuium vtilitate con
ſcripta: alioqui ſic interpretanda erit, vt conſue-
tudini conueniat. l. cum de conſuetudine. ff. de
legib. c. abbate ſanè. extra de verb. obliga.
Octauò, iungendum eſſe præcedentibus argu
17 mentis, † eccleſiam iuſtitiæ cultricem eſſe, non
autem iniuſtitiæ fautricem. c. j. de alien. feud. col
la. x. non enim, inquit ille text. patitur contra iu-
ſtitiam quicquam fieri in ſe, vel in alterum. Si au
tem banniti ſeu exules, Reipublicæ hoſtes facti.
l. amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de capi. diminut.
quoniam illos patria & parentes amiſerunt. l.
poſtliminiũ. §. filius. ff. de capti. & poſtli. reuerſ.
l. minime. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. liberum
haberent ad eccleſiam refugium, eccleſia quæ iu
ſtorum eſt receptaculum, latronum ſpelunca fie-
ret, contra id quod ſcribitur Matthæi. xxj. & Lu
cæ. xix. Marc. xj. & Ieremiæ. vij. c. ſaluator. j. q. j.
iniuriæq́; inde procederẽt, vnde iura naſcuntur.
l. meminerint. C. vnde vi. Illos enim lex adeo
ſemper exoſos habuit, vt ne commeatus eis dari
poſsit, niſi à principe. l. relegati. &. l. capitalium.
§. in exulibus. ff. de pœ. Et ob id Iuſtinianus non
ſine maxima ratione huiuſmodi perditis homini
bus omne eccleſiæ beneficium & refugium de-
negauit, prohibuitq́; concedi, in. §. neque autem.
in authen. de manda. princip. colla. iij. Et ratio di
18 ligenter conſideranda eſt, dum ait, † templorum
cautela non nocentibus, ſed læſis datur à lege.
Et non erit poſsibile vtrunque tueri cautela ſa-
crorum locorum, & lædentem & læſum. Cui re-
cte conuenit ratio. l. iij. C. de epiſcopa. audient.
ibi, ſed ab his ſecernimus eos, à quibus contami-
nari potius gaudia, lætitiamq́; communem, ſi di-
mittantur. Et reliquum quod in lege eſt, conſide
ret vnuſquiſque. ſimiliter quod ſcribitur in. l.
prouinciarum præſides. C. de feri. dum ille text.
ait, Cùm facillimè in hoc ſummi numinis ſpe-
ctetur venia, per quod multorum ſalus et incolu
mitas procuratur. c. j. de homicid. libro. vj.
Prædictis addi poteſt quod legitur in. c. eſt in-
iuſta. xxiij. q. iiij. dum in eo refertur quod Deu-
teron. xix. c. ſcriptum eſt, Mittent ſeniores ciuita
tis illius, & accipient eũ de loco refugij, tradẽtq́;
in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, et mo
rietur: non miſereberis eius. Et auferes noxium
ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. Et iterum
quod primi Regum. xv. c. dicitur, Saul cõtraxit
offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtiũ regẽ,
quem prohibuerat diuina ſententia ſeruari. ſub-
iungitur nec multo poſt in dicto. c. eſt iniuſta.
19 † Itaque ſi quis latronem, filijs deprecantibus
motus, & lachrymis coniugis eius inflexus ab-
ſoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aſpirat
affectus, non'ne innocentes tradet exitio, qui li-
berat multorũ exitia cogitantem? Certe ſi gladiũ
reprimit, vincula diſſoluit, laxat exiliũ: cur latro-
cinãdi, qua poteſt clemẽtiore via, nõ eripit facul
tatẽ, qui voluntatem extorquere non potuit? Et
pſal. xvij. Perſequar inimicos meos, & compre-
hendam illos, & non conuertar donec deficiant.
His igitur autoritatibus nõ videtur huiuſmodi
conſuetudo irrationabilis, ſed autoritate & ra-
tione moueri. Quare haud dubiè ſeruãda, dicto
c. fina. extra de conſuetudi. Huic opinioni con-
ſentiunt Bart. Bald. alij etiam plerique in dicto
§. neque. in authent. de manda. princip. colla. iij.
& Cin. in. l. j. C. de his qui ad eccle. confug. Non
enim ſecundum eos tantum malum in Republi-
ca permittendũ eſt, vt tot hoſtes tot've inimici in
Republica tolerentur, quibus expedit eam pur-
gari. l. j. §. j. ff. de offic. præfec. vrb. l. congruit. ff.
de offic. præſid.
Nono, Recte facit quod in iure ſatis tritum
20 eſt, † conſuetudine ſeu lege introduci poſſe, qđ
pacto ſeu partis voluntate remitti poteſt. l. non
impoſsibile. ff. de pactis. c. gaudemus. extra de
diuort. gloſ. not. in Rubr. C. de decret. decurio.
lib. x. Bald. plenius not. in. l. vacuatis. C. de decu
rio. libr. x. & Bart. in. l. omnes populi. ff. de iuſti.
& iur. Sed per pactum, imò ſola voluntate po-
teſt vnuquiſque beneficio immunitatis renun-
tiare. c. id conſtituimus. &. c. vxor. xvij. q. iiij. igi
tur con

tur conſuetudine introduci poteſt. Hic multa re cenſeri poſſent, quæ Moder. ſcribunt in dicta. l. non impoſsibile. & in. l. ſi quis in conſeribendo. c. de pact. præſertim quũ id ſit rationi conueniens. l. quod non ratione. ff. de legi. & dicto. c. fina. extra de conſuetud.

Decimò, Clarum eſt eos, qui ſemel hoc beneficio vſi ſunt, & cum iuramento renuntiauerunt, ſi cõtrauenient periuros eſſe. c. humanæ. & c. ſi quis laicus. & per totam penè quæſtionem. xxij. quæſt. v. dicto. c. dilecto. extra de præbend. l. fi. ff. de rei vendicat. & alijs ſuprà memoratis. Sed periurus ab eccleſia remouendus eſt & repellendus. c. fi. xxij. quæſt. j. Nam & periurus illhic homicidæ volũtario æquiparatur, de quo in. c. qui ſacramẽto. xxij. quæſt. iiij. igitur huiuſmodi periuri ab eccleſia fouendi non ſunt.

21 Vndecimò, † Eccleſia fugitiuos diu aſſeruare nõ debet, neque ad facinoroſorum hominum alimoniam conuertere, quæ ad vſus pauperum ordinata ſunt. l. præſenti. §. fi. c. de his qui ad eccleſias confug. ſi ſecus fiat, factura fit eccleſiæ: quum grauius peccatum ſit, pauperum bona auferre, quàm pauperibus eleemoſynam non erogare. c. & ſi illi. xij. quæſt. iij. gloſ. in. c. ſicut. & in verbo, minus. xlvij. diſtinct. Non enim lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis, neque zelus rectitudinis ſine manſuetudine inueniri debet. c. duæ ſunt eleemoſynæ. §. ex his. xlv. diſtinc. l. reſpiciendum. in princi. ff. de pœnis. iuſti enim miſeris compati debent, ſed delinquentibus indignari. c. vera. eadem diſtinct. l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. §. talem verò. in authent. de mandа. princip. quibus ad de Archid. in. c. quid autẽ. xlv. diſtin. Luc. de Pen. in. l. ſi apparitor. viij. co. lum. c. de cohorta. lib. xij.

Duodecimò, Plerique conſtanter aſſerebant multis antè ſeculis, quàm liber Decretalium à Gregorio. ix. editus fuerit, hanc conſuetudinem factam fuiſſe, principiſque autoritate confirmatã extitiſſe, quum regnante in Gallijs Philippo Auguſto, anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo ducenteſimo vigeſimotertio, hæc conſuetudo laudata ſit, & confirmata, legiſque nomen obtinuit. Gregorius autem qui librum epiſtolarum decretaliũ compoſuit, anno Domini milleſimo trecenteſi-

22 mo publicari iuſsit. † Quare nõ videbatur iure dici poſſe, huiuſmodi conſuetudinem Gregoriũ voluiſſe improbare, cùm iam præſcripta eſſet, & in ea improbanda neceſſe erat cõ clauſula conſtitutioni ſuæ expreſſa illi derogare, deque ea mẽtionem nominatim facere, vt in. l. quoties. c. de precib. imperat. offeren. l. j. ff. de conſtit. prin. l. fina. c. ſi contra ius vel vtilit. publi. & maxime quum eandem vim conſuetudo habeat, qualem ius ſcriptum habet, dicta. l. de quibus. & l. ſed & ea. ff. de legib. §. ex non ſcripto. inſtitu. de iure natur. gent. & ciuil. Oportet igitur poſteriorem legem prioris meminiſſe, illique derogare. l. ſi quis in princip. teſtamẽti. ff. de lega. iij. de quo per Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, non obſtante. gloſ. in authent. inter liberos. c. de teſta. Sed qui hoc argumento vtebantur, annalium veritatem non rectè conſiderauerunt. plerique etiã eorum, qui de huiuſmodi conſuetudine & illius inuentione loquuti ſunt, memoriæque tradiderũt, ab Edoardo Anglorũ rege, quem inter ſanctos relatum eſſe dicunt, qui Ducatum Normaniæ tunc occupabat, factam fuiſſe, ſuoque iuſſu in ſcriptis redactam eſſe, mox à Gulielmo duce laudatam & confirmatam. Præterea ſi chronicis Francis credere licet, coæuum ſeu coætaneum fuiſſe Philippo Auguſto Gregorium nonum, quem mortem obijſſe ſcriptores tradunt anno ſalutis milleſimo ducenteſimo vigeſimoquarto, Philippum verò anteriore anno, videlicet vigeſimotertio ſupra ducenteſimum & milleſimum vitam in mortem commutaſſe. Hæc obiter dicta ſint.

23 Decimotertiò commemoratum eſt † quod legitur tertij Reg. ij. c. de Solomone, qui Ioab de templo eijci iuſsit, eiectumque interfici, & quem ſecundum Solomonis imperium Banaias cùm è templo diſcedere recuſaret, in templo occidit. Similiter à nonnullis de nummularijs à Chriſto de templo eiectis legimus in Euãgelio Ioan. ij. & Lucæ. xix. relatum eſt. & quod iſti nummularijs deteriores ſunt, quoniam Chriſti ſanguinẽ effundunt, eccleſiam perdunt, populi ſecuritatẽ & libertatem tollunt, vt ſuperius commemorauimus ex. c. eſt iniuſta. xxiij. quæſt. iiij. c. nuper. extra de ſentent. excommunic.

Decimoquartò, vt comprobaretur hanc eccleſiæ immunitatem iuris eſſe poſitiui, & non iuris diuini, à quatuorque concilijs eccleſiæ tantùm inuentam fuiſſe, plerique conſtantiſsime affirmauerunt, tametſi ab alijs concilijs & decretalibus epiſtolis id repetitum fuiſſe non inficiaretur: ſed cuiuſcunque autoritatis huiuſmodi cõcilia ſint, non tamen tantæ erant, vt vim ac poteſtatẽ illius conſuetudinis tollere poſſent, quæ communi cleri & populi cõſenſu pro Reipubli. beneficio inuenta eſt, neque populis poteſtatem tolli poſſe per ea, quominus humanis fortè neceſsitatibus

24 exigentibus contraria conſtitutio † fieri poſsit, ordinatis & ſtatutis in illis aut ſimilibus concilijs: quum natura nouas ſemper ſtudeat formas edere, in. l. ij. c. de indic. vidui. tollen. §. j. in auth. de non eligen. ſecundò nuben. colla. j. c. j. de no. for. fidel. colla. x. Inde vetus illud proceſsit adagiũ, Melius eſſe bono principe, & mala lege regi, quàm bona lege & malo principe. Cùm bonus princeps qui viua eſt lex. §. j. in authent. de conſuli. colla. iiij. legem emendare poſsit, vt ex Plutarch. in libro de doctrina principum, colligi poteſt, cùm principem Dei ſimulachrum eſſe aſſerit adminiſtrantis omnia. Nam & veteres, leges renuerunt, niſi quas ſibi principes dabant: vt ex Iuſtino in principio ſuorum epitomatum videri

poreſt. populus, inquit, nullis legibustenebatur, arbitria principum pro legibus erant.

In alteram verò partem plura commemorata ſunt, in primis conſuetudinem illam ex ſua prima figura iniquitatem quãdam demonſtrare, eccleſiaſticam libertatẽ tollere, & pugnantia inter ſe ſtatuere, dum in ſui exordio hoc habet, vt ad eccleſiam confugiens, in pace à laicali poteſtate dimittatur, ita quòd manus in eum nõ imponat. Et ſtatim ait, Cuſtodes tamen, ne inde diffugiat, iuſtitiarius debet apponere laicalis: & niſi intra nonum diem ſe reddere voluerit iuſtitiario laicali, vel Normaniam foriurare, nona die completa, iuſtitiarius exinde nullum victum ad eius ſubſtantiam ſufferet deportari, quouſque ſe iuſtitiario reddiderit, qui de ipſo ſibi reddito, ſecundũ exigentiam culpæ ordinabit, vel patriã ſe obtulerit foriurare. quæ verba ſunt conſuetudinis fideliter relata. Exiſtimabant enim illius conſuetudinis conditores, verborum iuris fortè ignari, illos à laicali poteſtate dimiſſos, qui manibus nõ tenebantur, tametſi cuſtodes illis darentur, ne ab eccleſia libere diſcederent, ſatisq́ in pace dimiſſos eſſe: quibus obſtant quæ in commentarijs diximus ex. l. liberationis. & l. qui neq́. ff. de ver-
25 bo. ſignificat. † in primis dum lex, liberationis. ait, Liberationis verbum, eãdem vim habet quã ſolutionis. & in. l. ſequen. dicitur, Qui neque ſequantur, neque ducantur. & mox in eadem dicitur, Solutum nõ intelligimus eum, qui, licet vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur: ac nec eum quidem intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur, & ſic non eſt liber, neq́ ſolutus, niſi qui eam naturalem libertatem recipit, vt oculos noſtros effugere poſsit, vel ita ſit in conſpectu noſtro, vt difficilis ſit eius perſecutio. l. naturalem. ff. de acquir. rer. domin. quem text. vt ſuprà diximus, illhic Bar. ſingulariter notauit pro his qui ad eccleſias confugiunt, qui in ea libertate reddi debent, vt liberè, & abſq́ vllo impedimento iudicis poteſtatem euadere poſſint, vt ſuprà docuimus, & ex ſequent. patebit. Id etiam probatur in. l. in eadem. in princip. ff. ex quib. cauſis maiores. dum ille text. ait, In eadem cauſa ſunt & qui à militibus ſtratoribusq́, vel à municipalibus miniſterijs obſeruantur, ſi probẽtur rei ſuæ ſupereſſe non poſſe. & in. l. necnon. §. item ſi quis. ff. ex quib. cauſ. maior. inquit ille
26 text. † Item ſi quis nec in cuſtodia, nec in vinculis ſit, ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione, & dum propter hoc recedere non poteſt, captus ſit, reſtituetur, & aduerſus eum dabitur reſtitutio. Si igitur ad eccleſiam fugiens, de iure eccleſiæ immunitate priuari non poteſt, nec illi cuſtodia dari, neque ſub fideiuſſorum ſatiſdatione committi, neque etiam ſi poſt centeſimum diem inde abire velit, extrahi poteſt: alioqui eccleſiæ vis fit, vt in lectura oſtẽdimus, & mox aliqua repetemus, quæ ad comprobationem eorum, quæ in commentarijs oſtendimus, plurimum conferent: & ſic conſtitutio hæc fieri non potuit, quũ ſit eccleſiaſticæ libertatis priuatiua, & iuris diuini & canonici derogatoria, ob id iniqua, iniuſta & irrationabilis eſſe videtur. c. j. & fina. extra de conſuetudine. & plura referemus.

Secundò, quòd eccleſiæ immunitas de iure diuino ſit, & à lege diuina introducta, & ſic nõ tantùm ſit iuris poſitiui, hoc Pſalmiſta teſtatur pſal. lxx. Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluũ me facias. Et iterũ. cxxxj. pſal. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Et iterum, Sanctum eſt templum tuum mirabile in æquitate. An non locus, vbi ſteterũt, & continuò ſtant pedes Domini, vbi Chriſti corpus iugiter aſſeruatur, colitur & adoratur: cuius in Exodo mentio fit, Exodi. iij. c. ſolue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. & c. xxxiij. Ecce, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram. Cumq́ tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeam. petra autem erat Chriſtus. primæ ad Corinth. x. Et eodem. c. Exodi dicitur, Moyſes quoque tollens tabernaculum tetendit extra caſtra, vocauitq́ nomen eius, tabernaculũ fœderis. Et. c. xix. Conſtituesq́ terminos populo per circuitũ, & dices ad eos: Cauete ne aſcendatis in montẽ, nec tãgatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Et cap. xxj.
27 † Qui non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locum, in quo fugere debeat. Hæc dei verba ſunt ad Moyſen. Et Numer. xxxv. Dominus ad Moyſen ait, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eós, Quãdo tranſgreſsi fueritis Iordanem in terram Chanáan, decernite quæ vrbes eſſe debeant in præſidia fugitiuorum, qui nolentes ſanguinem fuderunt. Et quod ſequitur eodem. c. & Deutero. xix. c. Idcirco præcipio vt tres ciuitates æqualis intra ſe ſpatij diuidas. Cùm autẽ dilatauerit dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctã terrã, quam eis pollicitus eſt, ſi tamẽ cuſtodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, & diligas dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius omni tempore, adde tibi tres alias ciuitates, & ſupra dictarũ trium vrbium numerum duplicabis, vt non effundatur ſanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi poſsidendam, ne ſis ſanguinis reus. Si quis autem odio habens proximũ ſuum, inſidiatus fuerit, fugeritq́ ad vnam de prædictis vrbibus: mittent ſeniores ciuitatis illius, & accipient de loco effugij, tradentq́ in manus proximi, cuius ſanguis effuſus, & morietur: non miſereberis eius, & auferes noxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. c. illa. xv. q. j. hæc omnia tranſcripta ſunt, vt pluribus argu. ſuperioris ſententiæ ſatisfiat, quæ ex ſequẽt. confirmabuntur.

Sed his

Sed his omnibus reſpondebant nonnulli, qui
inter vtranque ſententiam arbitros ſe conſti-
28 tuebant. † Dicebant enim tripliciter ius diuinũ
in iure dici. Primum, quod propriè ſumitur, in
quo decalogi præcepta continentur. Et ſecundũ
illud immunitas eccleſiæ nõ erit de iure diuino,
tametſi hæc præcepta à Deo Moyſi tradita ſint,
vt populo inſinuaret, iuberetq́ obſeruari. Sed
non poteſt eſſe dubium, Chriſtum apoſtolis ac
diſcipulis ſuis hæc annunciauiſſe, iuſsiſſeq́ cu-
ſtodiri, vt paulò pòſt oſtendemus. neque etiam
ex alio fonte proceſſerunt, quàm ea quæ de im-
munitate eccleſiæ ſcripta ſunt, & Moyſi data, &
populo per Moyſen denunciata.

Secundò dicebant illi, aliud eſſe ius diuinum
Euangeliorum, & ſymboli catholici Apoſtolo-
rum, quo iure eccleſiæ immunitas inuenta non
eſt, quoniam in Euangelio nulla de eo mentio
facta eſt. Tertiò quod eſt veteris teſtamenti in
præceptis legalibus & ceremonialibus. Et iſto
iure immunitas inuẽta eſt, neq́ Decalogi præce-
pta, ſecundum eos, ex legalibus præceptis erãt,
tametſi Chriſtus à Phariſæis interrogatus, quod
maius erat in lege præceptum, dixiſſet, Diliges
dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex to-
ta anima tua, & ex tota mente tua. Et ſecundum,
Diliges proximum ſicut teipſum: in iſtis duobus
mandatis lex pendet & prophetæ.

29 Tertiò, prædictis addebant † tria eſſe in ve-
teri teſtamento quæ immunitatem concedebãt,
altare, templum & tabernaculum, ſeu vrbes quæ
ſtatutæ erant in refugium. Nam & Gentiles aſy-
lum habebant pro emunitate fugitiuorum. De
altari ſit mentio in dicto. c. xix. Deuteron. & in
Exod. xxj. c. Si quis per induſtriã occiderit pro-
ximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo auel-
las eum, vt moriatur. De eo in. c. j. extra de ho-
micid. De altari & tabernaculo ſcribitur tertij
Regum. iij. c. de Ioab, qui poſtquam ad Adoniã
declinaſſet, Solomone derelicto, fugit in taber-
naculũ, & apprehendit cornu altaris: poſtquam
Solomoni nunciatum eſt Ioab in Domini taber
naculum fugiſſe, & eſſe iuxta altare, miſit Solo-
mon Banaian filium Ioiadæ, vt illum interfice-
ret, quia duos viros iuſtos, illo meliores, interfe-
ciſſet. Et cùm Ioab à tabernaculo egredi nollet,
ſed mori in eo deſideraret, iuſsit Solomon in eo
interfici. Aſcendit itaque Banaias in tabernacu-
lum, & Ioab occidit. De templo ſuprà dictum
eſt ex Pſal. lxxiiij. & mox plura dicemus, quibus
omnibus ſeriatim reſpondebitur. prius autẽ alte
rius partis rationes & argumenta videre neceſſe
eſt, vt illis non obſtantibus doceatur immunita-
tem de iure diuino eſſe, etiam propriè, ſecũdum
eos ſumpto.

In primis, dum in Decalogo de ea nihil inue-
niri dicunt, parumper Decalogi præcepta reuol
30 uamus. † Primum enim legis ſeu Decalogi mã-
datum eſt, Dominum Deum tuum adorabis ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
mente tua, illiq́ ſoli ſeruies. Videamus, quæſo,
vbi Dominus adorandus eſt. dictum eſt prius
pſal. cxxxj. introibimus in tabernaculum eius,
adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.
Quis hic locus, in quo iugiter ſtant pedes eius,
niſi templum & eccleſia? nam & dominus noſter
Ieſus Chriſtus ſic nos docuit, in templo adorare,
Lucæ. ij. vbi quotannis ſecundum legis conſue-
tudinem cum matre ſua dilectiſsima, & Ioſeph,
qui Domini pater putabatur, ibat Ieruſalem, vt
oraret in templo: & à quo nũmularios eiecit, ne
domus Dei prophanaretur ab eis. Similiter ſcri-
bitur Luc. xviij. dum ait, Duo homines aſcende-
bant in templũ, vt orarent, &c. Et Exod. xxxiiij.
poſtquam de oratione & orandi modo loquu-
tus eſt Dominus, dixit ad Moyſen, Primitias fru
gum terræ tuæ offeres in domo domini Dei tui.
& Ioann. vij.

Secundò addebatur quod Matth. c. xxiij. ſcri
bitur, dum dominus noſter Deus Scribas et Pha
riſæos increpabat, qui ſanguinem prophetarum
& ſanctorum ſuorum effuderant in locis, quæ
immunitatẽ præſtabant, ait, Vt veniat ſuper vos
omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terrã,
à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Za-
chariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter tem-
plum & altare.

31 Tertiò, quod legitur in lib. † Numer. c. xxj. de
æneo ſerpẽte, quem Moyſes exaltauit, ad quem
refugientes ſalui erant, quæ ſerpentis exaltatio
Chriſti figura erat, qui in cruce exaltari debebat,
Ioan. iij. & viij. & xij. in quo veteris teſtamenti
veritas à domino noſtro Ieſu approbata eſt, pa-
riter & lex, vt ex Matthæo videre licet. c. v. & c.
xix. Et per hæc dicebat Luc. de Pen. in. l. vnica.
C. publi. læti. libr. xij. non poſſe dici, ab eo ſerua-
tam eſſe pacem, quæ charitatis vinculum eſt, qui
contra eccleſiæ immunitatem agit, quum ſe ab
illius auxilio ſubtrahat. Vbi enim charitas non
eſt, illhic neque iuſtitia eſſe poteſt: & vbi nõ eſt
iuſtitia, nec etiam fides. c. vbi ſana. xxiiij. q. j. &
tex. in. c. frater. xvij. quæſt. iiij. ait, Nec poteſtati-
bus quidem, vel principibus vnquam licuit per-
petrare, vt hominem in ſanctuarijs conſtitutum,
captata ſacerdotis abſentia, reluctantem recla-
mantemq́ violenter abſtraherent, meritò indi-
gnos eſſe ſacra communione.

Quartò, ius diuinum propriè & ſtrictè ſum-
ptum, illud eſt, quod in lege diuina veteris & no
ui teſtamenti, videlicet Euangeliorum & apoſto
lorum ſcripturis regitur. c. j. j. diſtinct. & c. quo
iure. viij. diſtin. c. qui ſtudet. j. quæſt. j. c. ex dili-
genti. extra de ſimo. quos text. vbique gloſ. &
32 omnes ad id notant. † Nam & ius canonicum
etiam ius diuinum etiam proprie ſumptum eſſe
dicitur. c. ij. de priuileg. libr. vj. c. nimis. extra de
iureiuran. Et ratio, quia in autoritate legis diui-
næ, & ſic ſupra firmam petram, id eſt, Chriſtum

fundatum eſt.c.quàm pio.j.quæſt.ij.dicto.c.qui ſtudet.j. quæſtione. j.c. quod ſuſpecti. &.c. canonica. iij.quæſtio.v. c.ij.xix.diſtinct. Et ita tenet Domi. de ſancto Gemin. poſt Archid. in.c. ij.de præſcrip.libr.vj.facit text.in.c.de his.§. his ita reſpondetur. vbi per gloſ.& Archid.vj. diſt.

Quintò,ex ſymbolo recte confirmatur, dum in eo dicitur, Et in vnam ſanctam eccleſiam catholicã. per quæ verba ita notauit Archid. in.c. j.xv.diſtinct. Et comprobatur ex eo quod legitur Lucæ.xvj.de diuite qui à Deo poſtulabat Lazarum ad fratres ſuos mitti: cui à Domino reſponſum eſſe Lucas teſtatur,Habent Moyſen & prophetas,audiant illos. Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. Sic & apoſtoli & diſcipuli, & qui poſt eos ſucceſſerunt epiſcopi & pontifices, quos dominus audiri iuſsit: quoniam epiſcopi, tametſi dyſcoli fortè fuerint, vt de Caipha ſcribitur,qui eo anno prophetauit,quo pontifex erat, Ioan.xj.c.& Actuum apoſtolorum.c.xxiij.legitur de beato Paulo qui in Ananian principem ſacerdotum imprecationem fecit, quia os eius percuti fecerat.Percutiat,inquit,te Deus,paries dealbate: & tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti. Et dum adſtantes beato Paulo dixerunt, ſummum ſacerdotem Dei eſſe,quem maledicebat:dixit,Neſciebam, fratres, quia princeps eſſet ſacerdotum.& Paul. ad Roma.xiij. & primæ Petri. ij. c. & in prædicto. c. xvj. Lucæ. Lex & prophetæ vſque ad Ioannem:ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. facilius eſt autem cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.

33 Sextò,quod Matthæus ſcribit.c.xviij. † Vbi duo aut tres congregati erunt in nomine meo,in medio illorum ſum.c. alienus. xxiiij. quæſt. j.c. cùm ſcriptura.in fine,j.quæſt.j.in quo conciliorum autoritas ſolet comprobari.c.illa.in princi. xij.diſtin.vbi eſt tex.diui Auguſtini.Illa,inquit, quæ non ſcripta, ſed tradita ſunt, cuſtodimus: quæ quidẽ toto orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis apoſtolis, vel ex plenarijs concilijs,quorum eſt in eccleſia ſaluberrima autoritas commendata atque ſtatuta retineri, ſicut id quod domini paſsio,reſurrectio, aſcenſio ad cœlum,aduentus ſpiritus ſancti,anniuerſaria ſolennitate celebrantur. Tametſi ſatis de hac eccleſiarum immunitate,non tam in concilijs generalibus,quàm in alijs ſacris diuinis ſcripturis determinatum inueniatur,quæ quantæ ſint autoritatis commemoratur in.c.ſancta. in princip. xv. diſtinct. & penè in quatuor ſequent. diſtinctionibus.c.cùm ſcriptura.j. quæſt.j.quæ eſt vera catholicorum congregatio, in qua ſedet & præeſt ſpiritus ſanctus. Actuum.j.&.ij. Extant enim libelli de illorum autoritate à quàm plurimis non mediocris autoritatis viris, & de his in concil. Baſil. Abbas Sicul.in quæſtione incipiente,epiſcopus.gloſ.in.c.ij.xxij. diſtinctio.l.quicunque. c.de hæreti.

34 Septimò,quòd in concilijs generalibus † hæc immunitas diffinita ſit, conſtat in. c. diffiniuit. xvij.quæſt.iiij.vbi Toletanũ concilium trãſſcribitur. Diffiniuit,inquit,ſacrũ concilium, vt nullus audeat confugiẽtes ad eccleſiam, vel reſidentes inde vi abſtrahere, aut quodcunque nocibilitatis,vel damni,vel ſpolij, reſidentibus in loco ſancto inferre,ſed eſſe potius his ipſis qui eccleſias petunt per omnia licitum in triginta paſſus ab eccleſiæ ianuis progredi, in quibus triginta paſsibus vniuſcuiuſque eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur. Et ex concilio Aurelianenſi in.c.id conſtituimus. eadem cauſa & quæſtione.Id conſtituimus obſeruãdum,quod eccleſiaſtici canones decreuerũt,& lex Romana cõſtituit, vt ab eccleſiæ atrijs vel domo epiſcopi eos abſtrahere non liceat, ſed nec alteri conſignare, niſi ad Euangelia datis ſacramentis de morte & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri: qui ſi ſacramenta ſua conuictus fuerit violaſſe,reus periurij non ſolùm à communione eccleſiæ vel omnium clericorum,verumetiam à catholicorum conuiuio ſeparetur. Et in dicto.c. diffiniuit.dicitur,Si quis autem hoc decretum violare tẽtauerit, & eccleſiaſticæ executiõi ſubiaceat, & ſeueritatis regiæ ferſatur ſententia.quos canones Inn.iij. obſeruari iubet in dicto.c. inter alia. extra de immunitate eccleſiarũ. in.c. metuentes. xvij.q.iiij.dicitur, non aliter licere ab eccleſia fugitiuos extrahere, niſi cum iuramento promiſſa
35 impunitate. † Audiamus quid diuus Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium epiſcopum ſcripſit,quæ tranſſcripta eſt in.c.miror.eademcauſa & quæſtione.Miror,inquit,quomodo tam ſubitò fidei murum acies ruperit inimici.Noui enim qua religione ſemper ſis veneratus eccleſiam, quo inſtigante facinore hominem de eccleſia rapuiſti: tuus ſi de tuo amico fortè præſumeret fugitiuus, poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur, cur Deus offenditur? eccleſiæ ergo illeſum reuoca, quem irreligioſiſsimè rapuiſti. oblatio verò domus tuæ,ne à clericis ſuſcipiatur,interdixi,donec peracta pro auſibus vel errore à iure diffinita tibimet pœnitẽtia,tempore ordinaro,pro hoc facto,corde contrito & humiliato,dignum offeras ſacrificiũ Deo. Et in.c.reum.eadem cauſa & quæſtione, dicitur, Reum ad eccleſiam fugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde dãnare ad pœnam vel ad mortem, vt honor eccleſiarum conſeruetur.& in dicto.c.frater.eadem cauſa & quæſtione,dicitur,Beneuentanum & Maurum Beneuentanæ ciuitatis municipes in contumaciã religionis acerba nimis & plectibili contumacia proſiluiſſe, qui confugientem ad eccleſiæ ſepta curialem ſuum illhic nec tutum de iniu-

ria ſua

ria ſua,nec ſecurum eſſe dimiſerunt,auſi irreptio
ne temerariæ mentis admittere, quod nec pote-
ſtatibus quidem vel principibus vnquam licuit
perpetrare, vt hominem in ſanctuarijs conſtitu-
rum, captata ſacerdotis abſentia,reluctãtem, re-
elamantemq; violenter abſtraherẽt,quos,quan-
tum ſua nobis ſuggeſtione pateſecit,meritò indi
gnos eſſe ſacra communione iudicauit.
Octauò,ſi à reo iuramentum aliter extorquea
tur , quàm ponitur in dicto. c. miror. c. metuen-
tes. c. id quod. xvij. quæſt. iiij. c. inter. extra de im
munita. eccleſiarum. non tantùm illicitum,ſed &
nullum erit. c. innocens. §. ſina. xxij. quæſtio. iiij.
36 inquit ille text. † Ex modo iurandi tunc eſt illici
tum iuramentum , quando inconſideratè , & in-
circunſpectè aliquid iuratur,quo nec corporalis
nec ſpiritualis ſalus adimatur , et ſine quo vtraq;
ſalus reparari & vita conſeruari valet . & ideo
non ſeruandum, per illum text. &. c. quanto. ex-
tra de iureiuran.
Nonò additur prædictis. c. venientes. c. ſicut.
extra de iureiuran. dum in dicto. c. venientes. di-
citur, Quia non minus iudices ſecundum leges,
quàm conſules veſtri ſecundum conſuetudinem
veſtræ ciuitatis iudicare iurarunt: & ideo ſicut iu
dices contra leges , ſic & conſules veſtri contra
conſuetudinem poſſent ſubditos aggrauare. Et
haud multò pòſt ſequitur, Cùm prædictum iura
mentum vos excuſare non poſsit , in quo debet
intelligi ius ſuperioris exceptum. & illud ius in-
telligit de pontificio , quod conſuetudinem ab-
ſorbet iuri contrariam. c. ad audientiam. c. cùm
conſuetudinis. &. c. ſequẽ. extra de conſuetud.
et in. c. ſicut. ratio redditur, Quia, inquit, non iu-
ramenta, ſed periuria potius ſunt dicenda , quæ
37 contra vtilitatẽ eccleſiaſticam attẽtantur. † qua-
re non poteſt in conſideratione eſſe vnum, quo
aliqui in contrarium mouebantur , de iuramen-
to,quo ſolent magiſtratus adſtringi ad cõſuetu-
dinis obſeruantiam,quia non ligat iurantes, vbi
contra eccleſiaſticam libertatem factum eſt , &
iuris canonici diſpoſitionem, ſecundum dictum
c. licet. de iureiuran. libr. vj. c. ſina. extra de foro
competen. c. j. & ſina. extra de conſuetud.
Conſuetudo autem vel ſtatutum ſecundum
Abba. in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. extra de con-
ſtitut. & Pet. de Ancha. in. c. canonum ſtatuta.
extra eod. titu. contra eccleſiaſticam libertatem
facta eſſe cenſentur,quoties per ea tollitur quod
iure diuino,vel etiam humano,in eccleſiæ bene-
ficium expreſsè conceſſum eſt. c. j. de priuileg. in
vj. imò plus ſtatuentes cõtra id,quod in iure ſcri
ptum eſt , ipſo iure ſunt excommunicati. Et ne-
dum ſtatuentes,ſed & hi,qui huiuſmodi ſtatuta,
conſuetudines vel ordinationes ſcribunt , pari-
ter & conſultores,& prouinciarum rectores qui
illas obſeruant, & ſecundum eas iudicant. c. no-
uerit. &. c. grauem. extra de ſentent. excommu.
neque ſufficit eas non obſeruare,neque illis non
vti, ſed neceſſe habent eas delere & curare vt de
leantur. dicto. c. grauem. &. c. aduerſus. extra de
immunita. eccleſia.
38 Decimò, dicitur † eccleſiaſtica libertas offen
ſa, quoties ab eius conſtitutionibus diſceditur,
vel eccleſiaſticæ perſonæ timidiores redduntur,
& laicæ audaciores, ſecundum Barto. in. l. j. §.
quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio non datur. per
illum text. l. libertas. ff. de ſtat. homi. dicta. l. natu
ralem. in princi. ff. de acqui. rer. domi. gloſ. in. §.
fin. in verbo, degenerantur. in authent. de non
eligen. ſecundò nuben. colla. j. Idem not. Inno.
in dicto. c. nouerit. de ſentent. excommu. Ange.
in dicta. l. j. §. quæ onerandæ. Bart. Sozi. in con-
ſil. lv. incipiente, viſo decreto. & hac ratione Iu-
ſtinianus in dicta. l. omni innouatione. C. de ſa-
croſan. eccle. dixit eccleſiaſticos canones à nullo
alio quàm ſummo pontiſice, aut eo, cui ab eo ſa-
cultas conceſſa eſt, poſſe interpretari. Pro quo
eſt. c. per venerabilem. in ſine. extra qui filij ſint
legit. c. tuam. extra de ordi. cognit. c. j. &. ij. extra
de noui oper. nuncia. Idem not. Ioan. And. in. c.
39 j. de vſur. in. vj. Quum ſolus papa in his quæ ec-
cleſiam, aut eius priuilegia contingunt, poteſta-
tem habeat , quum illi ſoli à Deo poteſtas com-
miſſa ſit, Ioan. vlti. e. &. c. ſolitæ. extra de maiori.
& obedient. neque poſt eius conſtitutiones ad-
uerſus eas ſubditis refragari licet. c. ſi imperator.
c. denique. c. cùm ad verum. xcv. diſtinct. dicto
c. aduerſus. extra de immunitat. eccleſia. quoniã
vt diuus Ambroſius ait in. c. conuenior. xxiij. q.
viij. nunquã Chriſtus in iudicio, ſeu in tribunali
reus comparuit,ſed iudex tantùm, cuius vicarius
eſt ſummus pontiſex. Sed hoc immunitatis bene
ficium eccleſiaſticæ libertatis eſt priuilegium, di
cto. c. aduerſus. &. c. perpendimus. extra de ſen-
tentia excommu. c. ſina. de immunit. eccleſia. Ta
lis igitur ac tãta debet fugitiuorum eſſe libertas,
vt difficilis ſit eorum perſecutio. d. l. naturalem.
vbi hoc not. Bart. ff. de acquiren. rer. domi. neq;
cuſtodiæ vel ſatiſdationi committi, neque vincu
lis teneri debet, dicta. l. qui neque. ff. de verbo.
ſignifica. &. l. in eadem. &. l. necnon. ff. ex quib.
cauſis maio.
40 Vndecimò, † non poteſt conſuetudo, cuiuſ-
cunque tẽporis ſit, etiam longiſsimo vſu obten-
ta obſtare , neque illo vſu etiam tanti temporis,
cuius initij memoria non extat, conſirmari. §. j.
in authent. vt nulli iudi. colla. ix. ibi, malè enim
adinuenta, malæq; conſuetudines, neque ex lon
go tempore, neque ex longa conſuetudine con-
firmantur. c. ſi conſuetudinem. viij. diſtinct. & di
cto. c. ſina. extra de conſuetud. Et inquit text. in
c. cõſuetudinis. xj. diſt. Cõſuetudinis vſus've lõn
gæui non vilis autoritas eſt ; verùm non vſque-
adeo valitura momento, vt aut rationem vincat,
aut legem ſcriptam. l. iij. §. diuus. ff. de ſepulch.
viola. ibi, quid tamen ſi lex municipalis permit-
tit in ciuitate ſepeliri, poſt principalia reſcripta,

& oportet imperialia ſtatuta vim obtinere, & in omni loco, etiam ſi iurata ſit. l. non dubium. C. de legibus. & dicto.c.venientes.&.c.ſicut.extra de iureiuran.

Duodecimò, quòd ab archiepiſcopo & epiſcopis,abbatibus & clero circa illius conſuetudinis editionem, maior conſuetudini, ſeu verius corruptelæ, autoritas tribui non potuerit, non magis quàm ſi à populo abſque clero facta fuiſſet,recte probat text.in.c.quis neſciat.ix. diſtin. Quis neſciat, inquit,ſacram ſcripturam canonicam tam veteris quàm noui teſtamenti certis terminis ſuis contineri,eamq́ poſterioribus omnibus epiſcoporum literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari & diſceptari non poſsit,vtrum verum, vel vtrū rectū ſit, quicquid in ea ſcriptū ſit,vel conſtiterit eſſe. Et in.c.conſequens.xj.diſtinct. Conſequens eſt, inquit ille text. vt quod ab huius ſedis rectoribus plena autoritate ſancitur, nullius conſuetudinis præpediente occaſione, proprias tatummodo ſequendo voluntates, remoueatur, ſed firmius & inconcuſſe teneatur. &.c.nolite.eadem diſtinc. Nolite,inquit,errare, fratres chariſsimi: doctrinis varijs & extraneis nolite abduci, & inſtituta apoſtolorum & apoſtolicorum virorum canonesq́ habetis,his fruimini,vt freti eis contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis. Et in fine eiuſdem canonis dicitur, Multum enim conuenit, vt totum corpus eccleſiæ in hac ſibi obſeruatione concordet, quæ inde autoritatem habet,vbi dominus totius eccleſiæ poſuit principatū. Et in dicto.c. ſi con-
41 ſuetudinem.viij.diſtin. dicitur, † Si conſuetudinem fortaſsis opponas, aduertendum eſt quod Dominus dicit,Ioan.xiiij. Ego ſum via,veritas, & vita.nō dixit,ego ſum cōſuetudo,ſed veritas. & in.c. qui contēpta.eadē diſtin. Qui cōtempta veritate præſumit conſuetudinē ſequi, aut circa fratres inuidus eſt & malignus,quibus veritas reuelatur,aut circa Deum ingratus eſt,inſpiratiōe cuius eccleſia eius inſtituitur,& ideo, inquit,veritati cedat conſuetudo: quia Petrus qui circuncidebat, ceſsit Paulo veritatem prædicāti.c.Paulus.ij.quæſt.vij.& in epiſtola ad Galat.c.ij. Addo text.in.c.ad audientiam.extra de conſuetud. & in.c.penul.& fina.xix.quæſt.ij. Quare qui ab eccleſiæ autoritate diſcedit, ſciſſuram in eccleſia facere contēdit,vt verè dicatur cum Iudæis ſcindere Domini veſtimenta: quod nec licet, etiam ſi principum autoritate fieret.c.j.x. diſtin.& per totam penè diſtinctionem.

Decimotertiò,ex dicto.c.nouerit.extra de ſententent.excommu.aliud non contemnendum ſumitur argumentum. Dicit enim,Non tantùm diuinis coſtitutionibus,ſed & humanis,id eſt,ab imperatoribus hanc eccleſiæ emunitatem ſingulari ratione conceſſam eſſe.l.ij.& finali.C.de his qui
42 ad eccle.confug. † vbi pœna læſæ maieſtatis interminatur in eos,qui inuitos ab eccleſia extrahunt.l.ij.C.de his qui in eccle.manumit.l.in ſynagoga.C.de Iudæ.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.vbi glo.in verb.abduci.ff.de ædili. edicto. Et indecens non eſt imperatori, in his & ſimilibus conſtitutionem edere, quæ canonicæ diſciplinæ autoritatem fouere & augere poſsit. in c.j.&.c.cùm ad verum.& pleriſque alijs.c.xcvj. diſtinct. Et quatenus cum lege diuina & canonica conueniant,nō licet aduerſus eum quicquā moliri ſeu attentare. dicto.c.imperatores.ix. diſtinct.inquit ille text.Quicunque legibus imperatorum,quæ pro Dei veritate feruntur,obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium. & non multò pòſt ſequitur, Quicunque verò legibus imperatorum, quæ contra Dei voluntatem feruntur,obtemperare non vult,acquirit grande præmium.multò maius præmium acquirit,qui à populo & clero legis condendæ autoritatem non habente abſque ſummi pontificis autoritate vel conſenſu,ſtatutis non obedit: maximè vbi cōtra legem diuinam vel canonicam,quæ immutabiles ſunt.c.j.j.diſtinct.c.duo ſunt.xix. quæſt.ij. ordinata ſeu conſtituta leguntur.c.fin.ix. diſtin. &.c.conſtitutiones.c.certum eſt.x.diſtin.c. non inuenitur.in finc. xxiij.quæſt.iiij.ibi,Quis enim veſtrū non laudat leges ab imperatoribus latas aduerſus ſacrificia paganorū? Et plenius in. c. ſi eccleſia.eadē cauſa & quæſt.dum verſus finē canonis exponit illud pſal. ij. Et nunc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terrā.c. ſi in adiutoriū.&.c.quoniā.x.diſtin. Sed vbi aduerſarentur eccleſiaſticæ libertati,vel pontificalibus cōſtitutionibus, non eſt illis parendū. dicto.c. certum. &.c.conſtitutiones.x.diſtinct.Pleno cornu ſcribunt omnes in. c. canonum ſtatuta. propter illū tex.extra de conſtit.c.ij.&.iij.de ſtatu. & conſti. contra libertatem eccleſiæ edi.colla.x.

43 Decimoquartò, non poteſt † iuramentū circa huiuſmodi conſuetudinis obſeruantiam factū eſſe obligatorium,regula, nō eſt obligatorium. de regu.iur.in.vj.l.non dubium.in finc.C.de legib.dicto.c.veniētes.&.c.ſicut.extra de iureiur. Nam & iudices iurant ius & iuſtitiam ſeruare,in c.j.in authent.iuſiurandum quod præſta.ab his. colla. ij. neq́ ab illo iuramēto abſoluuntur propter cōſuetudinē etiam iuratā: quoniam oportet primùm ius ſcriptum & conſtitutiones imperiales obſeruare, dicto. c. venientes. extra de iureiuran.&.c.conſtitutiones.x. diſtinct. dicta.l. iij. §. diuus. ff.de ſepulchr. viola. Hac ratione dixit Luc.de Pen.in.l.j.C.de pala. & domibus domi. lib.xj.non poſſe iudicem etiam cum iuramento impunitatem facinoroſis hominibus promittere,cùm ab initio ſuſcepti magiſtatus iurent fideliter ſubditis iuſtitiam adminiſtrare,& noxijs ſecundum delictorum qualitatem pœnam & ſupplicium inferre.§.omnis.in authent. de iudic.colla.vj.dicto.§.j.verſic.ſed exequar.in authē.iuſiurandum quod præſtatur ab his.colla.ij.Non va-

let igitur

let igitur poſterius iuramentum. c. eam te. &. c.
intellecto.extra de iureiurā. & maxime propter
ſuperioris autoritatem,quæ ſemper à lege & ca-
none reſeruatur, dicto.c. venientes.ij.quoniam
iuramentum illud Reipublicæ damnoſum ſit,&
contra legis diſpoſitionem,ob id non ſeruandū,
neque tolerandum.c.eſt etiam.&.c.vnuſquiſꝙ.
&.c.in malis.xxij.quæſt.iiij.

Quanto magis ab eo qui à iudice per metum
impellitur patriam contra ius & eccleſiaſticam li
bertatem abiurare:quia per iudicem in neceſsita
te ad eccleſiam fugiens conſtituitur.c.inter.xxij.
quæſt.iiij.dicto.c.venientes. &.c.ſicut. extra de
44 iureiuran. † Iuramentum enim ad hoc vt obliga
torium eſſe poſsit,tres habere debet comites, vt
effectus ſit.Et quæſtioni propoſitæ reſpõdet ſi-
ue cõueniat eccleſiã vt recognoſcať emphyteo-
ta,ſiue cõueniatur ab eccleſia,vt recognoſcat ſe
emphyteotã eccleſiæ,decenniũ neceſſariũ eſſe.l.
litibus.C.de agri.& cenſi. Secũda quæſtio Bal.
eſt,nũquid poſsidẽs longo tẽpore præſumať do
minus,vt ex hoc fundet rei vẽdicationem.rñdet,
nõ:qm̃ aliud eſt titulus,aliud dñiũ, & aliud poſ-
ſeſsio.Addiť altera ratio, quia cauſa dñij incer-
ta eſt:ex multis eñ cauſis acquiriť. In qua quæ-
ſtione ab expreſſo Decio cõtradicit. Tertia quæ
ſtio Bal.eſt:Si ego tãquã vaſallus præſto ſerui-
tia dño acceptãti an præſumar inueſtitus.Rñdet
ſpeciale in feudo,ſi ꝑ annũ præſtiti ſeruitiũ dño
acceptãti.Ex hoc non ſentit Bal.directũ fieri do
minũ,ſed vaſallum tm̃ nominari. Et ſi nũc locus
eſſet hãc vltimã quæſtionẽ Bal.examinare,ꝓcul
dubio ab eo diſſentirẽ:qm̃ plura alia deſideran-
tur,quæ notanť in.c.j.de cõtrouer. inueſti. & in
c.j.& fi.ſi de inue.inter domi.& vaſal.lis oria. et
c.vnico,quid ſit inueſti.colla.x.ſed de hoc aliàs,
quũ hic non ſit opportunus locus, neq̃ aliud ex
18 dictis Bar.& Bal.exigi poteſt. † Fateor vtiq̃ ad
eſſe præſcriptionis nõ ſufficere poſſeſsionẽ lõgã
x.vel.xx.anno.niſi titulus & bona fides interue-
niãt quia ſola præſtatiõe ſine titulo & bona fide
præſcriptio lõgi tẽporis impleri nõ põt.l.ſi quis
emptionis.in prin.C.de præſcrip. xxx.anno.§.j.
inſti.de vſucapio.Et eſt materia dictæ.l.quũ de
in rem verſo.&.l.pecuniæ fœnebris. ff.de vſur.
& dictæ.l.ſi certis annis.C.de pac.glo.in verbo;
ſine cauſa.in.l.ij.§.circa.ff.de excep.doli.l.Seio.
§.medico.ff.de annuis leg.l.ſi ego.ff.de reb. cre.
l.obligationũ fere.ff.de acti.& obli.quæ diuerſa
eſt à nr̃a,vt inqt Bal.in.l.ſolẽnibus.C.de rei vẽ.
19 Quæſtio aũt nr̃a eſt, † qñ vtile dñium ſeparatum
eſt à directo,& ſi is,qui vtilis eſt dñs,ſoluit mihi
bonæ fidei emptori, qui directum dñium emi iu
ſto titulo & bona fide,ab eo qui re vera nõ erat
dñs,nũquid poſt.x.vel.xx.an.q̃bus gauiſus ſum
directo dñio bona fide & iuſto titulo recipiẽdo
cẽſum ab emphyteotis,vel fidelitatẽ à vaſallis,et
faciẽdo alios actus cõpetentes ſoli dño directo,
de q̃bus in.l. Titia.ff. de ſolutio. directũ dñium
præſcribãť:& clarũ eſt me præſcribere:licet vſuſ-

fructus eſſet ab vtili dño.d.l.locū. §. proprieta-
rius.ff.de vſufr. Vel pone in eo qui vſumfructū
vtilis dominij habebat legatū ſeu emptum cuius
onus eſt ſoluēdi cēſus.l.neq; tributū.ff.de impē.
in re dota.fact.mihi cēſum domus.x.vel.xx. an-
20 nis continuis ſoluit. † Vel vt præcedēs diſputa-
tio cōueniēs huic literæ non ſit omnino inutilis,
tolle in caſu conſuetudinis, quo mulier ſtatim
quo nubit, in bonis mariti, quæ illi ex ſuceſsione
parētū obuenerūt, acqrit dotalitiū, extēt, vel nō
extēt filij illius matrimonij, in plerisque prouin-
cijs regni medietatē fructuū iure vſusfructus, in
Normania verò tertiā partē tātùm percipit, niſi
in pactis dotalitijs minus cōceſſum ſit: hæredes
verò mariti in illa parte qua vxor vſufructuaria
eſt emphyteotæ ſeu vaſalli ſemper remanēt, tene
būturq; hæredes mariti fidelitatē dño præſtare,
iura etiā feudalia ſoluere: nō autē vxor, quæ vſu
fructuaria eſt. Cuius conſuetudinis meminerunt
Pet. & Cin.in.l.j.C.de ſum.trini. & fide catholi.
Modo pone, emi à te nō domino caſtrū vel nobi
le prædium à quo aliud mouetur, iureq; feudi ab
eo recognoſcitur: hæredes mariti debitā iure feu
di fidelitatē mihi bonæ fidei emptori præſtant,
ſeu ius emphyteoticum mihi bonæ fidei emptori
talis directi dominij decem vel viginti annis ſol-
uunt: nónne ex ea diuturna ſolutione dominiū
directum feudi vel emphyteoſis acquiretur? Cla
rum eſt quòd ſic de iure ſcripto quo iura præſcri
buntur.x.vel.xx.annis: licet pleræque locorū cō
ſuetudines in omnibus præſcriptionibus ſiue cū
titulo & bona fide, ſiue abſq; titulo. xxx. annos
deſiderat. Normania verò.xl.annos, ſiue cū titu-
lo, ſiue abſq; titulo poſsideantur. Et tamē vſuſ-
fructus in hoc caſu diſtinctus eſt ab vtili domi-
nio, quoniam hæres mariti verus eſt vaſallus ſeu
emphyteota, vxor vero vſufructuaria: feudi autē
dñs directus eſt dñs. Et hic caſus indubie verifi-
catur in.d.l.locum.§.proprietarius.ff.de vſufru.
&.l.j.in prin.C.cōmunia de manumiſ.in his ver
bis, vſucapio ꝓprietatis nō perimit vſumfructū.
Et hic in tex.nro. Ex his vides, primò quātū iſte
caſus ab exemplo Decij differt: ſimpliciter enim
Decius loquitur de eo qui ab emphyteota reco-
gnoſcitur per ſolutionē cēſus tātùm factā.x. vel
xx.annis, ex ea præſtatione non acquiritur dire-
ctū neque vtile dominiū: quia nō interuenit titu
21 lus neque bona fides. † Sola enim nuda præſta-
tio cēſus nō facit quē dñium qui nō eſt. & ad id
eſt.l.fi.C.ne rei do.vel tēplo.in fi.legis.ibi, neq;
eñ incubatio diuturna aut nouella ꝑſeſsio pro-
prietatis noſtræ priuilegium abolere poterit. ea
dem.l. repetit̃ in.l.ſi qua loca. C.de fun.& ſalti.
rei do.li.xj.l.ſolēnibus. vbi Bal.quē omnino vide
C.de rei vendi. Bar.in.l.lex vectigali. de pigno.
dū de creditore loquit̃, qui pōt rei pignoratæ cē
ſum ſoluere. Deficiūt eñ ibi ſubſtātialia præſcri
ptionis.d.l.quū de in rem verſo.ff.de vſur.d.l.li
tibus.C.de agric.& cēſi.li.xj.d.l.j.C.de fideicō.
& in legibus ſupra alleg. Tēpus enim nō eſt mo
dus inducēdæ obligationis. Et ita diffinit Bar.in
d.l.litibus.& Bal. in.d.l.j.C.de fideic. quicquid
dicat Decius. Sed vbi iuſto titulo & bona fide
feudum acquiſiui, mihiq; bonæ fidei emptori ius
feudi.xx.annis vel emphyteoſis ſoluit̃: tūc ſecus
per ſupra dicta.et.l.ſi.in fi.C.de fund.pat.lib.xj.
Neque ex hoc natura vſuſfructus variabitur, li-
cet cōtra directum dominum præſcripta ſit pro-
prietas.d.l.j.C.com. de manumiſ. d.l. locum.§.
proprietarius.&.d.l.iuſto.§.nō mutat. Nec verū
eſt, illā.l.locū.§.proprietarius.probare exēplum
Decij, neq; in ea probari ſine titulo & bona fide
proprietatē rei ſola præſtatione.x.vel.xx.anno.
præſcribi: ſed potius oppoſitū, quod verbū, vſu-
capio. à iurecōſulto in ea.l.prolatū præſupponit
omnia vſucapionis ſeu præſcriptiōis eſſentialia
præcedere, videlicet iuſtū titulū, & bonā fidē, cū
poſſeſsione.x.vel.xx.anno. in præſcriptiōe, et in
vſucapione triū annorū.l.iij. de vſucapio.ff. Præ
terea.d.l.iuſto.§.nō mutat.ff.de vſucapio. addit
aliū & longe diuerſum caſum à.d.l.locū. §. pro-
22 prietarius. † dū de creditore loquitur ius hypo-
thecæ tātùm habēte, qđ nō poſſe præſcribi ait: li
cet dñium directū ſeu proprietas rei præſcriba-
tur. Nā creditor dominiū rei nō habet: ſicut nec
vſufructuarius.d.l.eorū. in princ.ff.de dam. in-
fecto. quæ de creditore fructuario & ſuperficia-
rio loquitur, vt dictū eſt, neque in ea inuenitur
aliqua dominiorū diſtinctio, & tamen concludit
Papinianus in dicto.§.nō mutat.in his verbis: ita
ꝑſecutio pignoris, quæ nulla ſocietate dominio
cōiūgitur, ſed ſola cōuentione cōſtituitur, vſuca
pione rei nō perimitur. per illa verba, dominio.
&, rei. non tātum dominiū rei, ſed rem ipſam vſu
capione acquiri, lice hypotheca non præſcriba-
tur. quæ lex euitari non poteſt.

Tertiò cōtra Decium dico glo.in.d.l.iij.§. ex
pluribus.in verbo, poſsideo. ff. de acqui.poſſeſ.
per ipſum allegata indirecte Decio cōtradicere
& illius autoritate ſibi contrarius eſt. Primò eñ
Decius dicere voluit poſt gloſ.in.d.§. ex pluri-
bus. ꝑ præſcriptionē ſolū vtile dñiū occidēs di-
rectū acquiri: & tamē ſecūdū eūdē, ſi vtile domi
niū à directo ſit diſtinctū, acquiritur nō ſolū vti-
le occidens directū, ſed & ipm directū dominiū.
Secūdò in eo quod dixit in illo directo dño, qđ
vtile occidit, nō cōſiderari præſcriptionē, ita qđ
formaliter præſcribatur: & tñ in caſu ꝑ eū ſupra
dicto, quū vtile à directo diſtinctū eſt, directum
præſcribit̃: & cōſiderabit̃ formaliter ſecūdū ſuā
ſentētiā præſcriptio in dñio acquirēdo, quia ꝑ eā
23 directū acqrit̃, quod aliàs nō acquireret. † Ra-
tio eſt, qm̃ ſi is q tradit dñs nō eſt, in aliū nō pōt
trāsferre quod nō habet.l.traditio.&.l.nūquam
nuda.ff.de acqui.rer.domi. Requirit̃ eñ cū cau-
ſa trāsferēdi dominiū quod à dño, aut eo qui po
teſtatē habet ab eo tradatur, ad hoc vt dñium ac
quirat̃.d.l.obligationū ſubſtantia.ff.de actio. &

oblig. Et hoc vltimū dico ad tollendū argumen
tum, qđ fieri poſſet de.l.non eſt nouū.ff. de acq.
rer.dom. Ex his liquide conſtat non cōuenire ſo
lutiones Decij argumento Petr.facto de.d.l.lo-
cum.&.l. iuſto.§. non mutat. Nunc videndū eſt
de ſolutione domini Phili. Decij ad argumentū
per me factū, aſsignata.l.fi. C.de edic.diui Adri.
tollen. Dum Decius inquit illum tex.formaliter
magis concludere oppoſitū q̃ dicatur dominiū
24 directū ex præſcriptione acquiri: † quum aliud
ſit, dominium habere, & aliud pleniſsimā ſecuri
tatē de dominio. Intelligendū enim eſt, ſecundū
eum, ſuper dominio alterius, ita q moleſtari nō
poſsit. Et licet pro hac ſua inductione nihil alle-
get, tamen eſt text.in dicta.l.iubemus. in fi. C.de
fund.patrim.lib.xj.ibi: poſſeſſorum iura noſtro-
rum in eo ſtatu in quo per.xl. annos, ſicut dictū
eſt, iugiter manſerunt, abſque vlla innouatione
durare. Vbi prius de eo dixerat, q patrimonialē
fundum ex reſcripto principis obtinuerat: & ſic
cum titulo cōcurrente.xl.annorum poſſeſsione.
Idem in dicta.l.omnes. C.de præſcriptione.xxx.
anno.ibi: ſit liber, et præſentis ſaluberrimæ legis
pleniſsima munitione ſecurus. Quas leges indu
ximus. & clarius in dicta.l.cōtractus.in his enim
legibus non dicit dominium acquiri, ſed ſolam
pleniſsimam ſententiam à lege concedi.

Priuſquàm ad abſolutionē huius reſpōſionis
diuertamus, nonnulla cōſiderari expedit: libuit
eñ ex dictis ipſius inter ſe pughantia recenſere.
multū eñ differre inquit, an dicamus dominium
ex præſcriptione acquiri, an verò ſecuritatē. Sed
illa.l.fi. C.de edic.diui Adria.tollē.& aliæ ſuprà
per me allegatæ ſimpliciter dicūt, pleniſsimā eis
ſecuritatem ſuper dominio concedi: nō q ipſum
dominiū acquiratur, ſi dominiū ex præſcriptiōe
nō acquiratur, ſed ſola ſecuritas, licet pleniſsima
& ſi cū titulo & bona fide.xl. annis res ſit poſſeſ
ſa.d.l.iubemus.quomodo dici poteſt, ex præſcri
ptiōe dominiū vtile vel directū acquiri, maximè
vbi directū ab vtili diſtinctū eſt, quū per illas le-
ges ſola ſecuritas acquirantur. Secundò, ex opi-
nione glo. quā defendit Deci. nō aquiretur etiā
vtile, ſed effectus dominij tm̄: & ſic ſecuritas ſup
dominio pleniſsima non acquirit, quū nō ipſum
dominiū, ſed effectus dominij ex ea acquirat ſe-
cundū glo.in.d.auth.niſi tricennale. C.de bo.ma
ter.& in.d.l.acquiritur.§. nō ſolū. in verbo, do-
miniū.ff. de acq.rer.dom. quæ interuertendo, nō
autē interpretādo, dixit ſuper verbis illius.l.quæ
25 ſequunt: † Vnde etiā p longā eorū poſſeſſionē
dñium nobis acquirit. dominiū, inquit glo.id eſt
effectus dominij. Et ſic nō vtile neq directū do-
miniū, imò neq plena ſecuritas. quis igit erit hic
effectus dominij, declarat in.d.l. ſi qs emptiōis.
in prin. C.de præſcr.xxx. anno.in his verbis: vel
cuiuſcūq cōtractus titulo, & longi tēporis exce
ptionem.vbi vide gloſ. in verbo, exceptionem.
dixi plenius in dicta.l.contractus.

His ſic præmiſsis dico, non eſſe veram illam
differentiam domini Philip. Decij, vt aliud ſit di
rectum dominium, et aliud pleniſsima ſecuritas,
etiam ſuper dominio: ſed dic illa verba hanc vim
habere, vt demonſtrent directum dominium ex
præſcriptione acquiri, dicta.l.finali. C. de fund.
patri.lib.xj. & text.quem illhic gloſ.ſic interpre
tatur, & bene in.l. Iulianus.j.§.fin.ff. de rei ven-
26 dic. † In his verbis procedit: ſi poſt litem conte-
ſtatam vſucepit poſſeſſor, quia plenum ius inci-
pit habere. Dicit gloſ. plenum ius, id eſt, directū
dominium. Pro qua eſt text. in dicta.l.ſi ita ſtipu
latus fuero.§.Titius.verſic. non ita contingit.ff.
de verbo.obli.&.l.fœminæ.§.illud.vbi per Bal.
C. de ſecundis nupt. Et Ange.illam gloſ.ibi ſe-
quitur poſt Bald.allegat text.in.l.j.in verbo, ple
no iure. C. de reuocan.donatio.l.generaliter.ff.
qui & à quib.manumiſ.libert.accipi. Plures con
cordantes habebis à Feli.in.c.auditis.iij.colum.
extra de præſcriptio. Cui adde.l.ſi in aliquem.§.
quum pleniſsimam.ff. de officio proconſul.l. fi.
§.& liceat.in verbo, pleniſsime. C.de iure domi.
impetran. Et hoc dictum extendere potes ex his
quæ coætaneus Decij Iaſon dicit in.l.imperium.
v.colum.in expeditione gloſ.fin.ff. de iuriſdict.
omn.iudic. dum refert Bald. in.l. fin.ff. de con-
27 ſtitu.princip. † Si princeps alicui, inquit, caſtrū
cum iuriſdictione donet, intelligitur pleniſsimā
iuriſdictionem concedere.l.j.§. quum vrbem.ff.
de officio præfec.vrb.plura illhic addit. Cui ad.
de Feli.in.c.cauſam quæ.v. colum. in fine.extra
de præſcript. Iaco.de ſancto Geor.in ſuo tracta
tu feudo.in verbo, & cum mero & mixto impe-
rio.iij. colum. in princip. Hæc etiam adde ad ea
quæ ſcripſimus in illa.l.contractus. Vnde quum
in illo text. dicatur, pleniſsima ſecuritas, etiam ſu
per dominio: ſatis demonſtratur, ex præſcriptio
ne directum, non vtile tantùm acquiri dominiū,
Hoc aperte ſatis probat illa lex fin. C. de edi.di-
ui Adria.tollen. vult enim, miſſo in poſſeſsionē
ex vi illius edicti nullū tēporis obſtaculū obijci
poſſe, niſi tantum tēporis effluxerit, quod poſsit
vel poſſeſſori pleniſsime ſecuritatē etiam ſuper
dominio præſtare, id eſt, vt nō tantùm ſuper rei
poſſeſsione, ſed & ſuper ipſo dominio ſecurita-
tem præſtare. Prius enim dixerat ille text. qui po
tiora iura habeat. & ſic titulum & longam poſ-
ſeſsionem à contradictore diſiderat, antequam
legitimus contradictor eſſe dicatur ei, qui miſsio
nem in poſſeſsionem ex teſtamento poſtulat,
28 Præcedente † igitur titulo, & ſecuta poſſeſsio-
ne, dicitur pleniſsime ſuccurſum, vt dicat ſe do-
minum: & non aliàs, dicta.l. non eſt nouum. ff.
de acquir.rer.domi. declarant alia verba illius.l.
fin. quæ ſequuntur: vel ipſi, qui miſſus eſt, omnē
intentionē excludere. ſigna illa verba, omnē intē
tionē. quæ non ſolū exceptionē comprehēdunt,
ſed & actionem. dicta.l.ſi quis emptionis.§.j. Et
dicit parua gloſ. in dicta.l.finali.in verbo, domi-
nio, id eſt

nio,id eſt,ex vſucapione. Et alia gloſ. in verbo,
excludere filium per præſcriptionem decem vel
vigitti annorum. Ecce qualiter ſuper ipſo domi
nio æqualiter gloſ. iudicat in præſcriptione de-
cem vel viginti annorum,ſicut in vſucapione,ex
qua dominium directum acquiritur. vt confiten
tur gloſ. & Bart. & ſequaces. pro quibus eſt.l.
vnica.C. ſi aduerſ. vſucap.quaſi dicant illæ duæ
29 gloſ. † ſicut vſucapio ſuper dominio pleniſsimã
ſecuritatem præſtat poſſeſſori, quia dominus ſit
directus:ſimiliter de præſcriptione longi rempo
ris decem vel viginti annorum, eadem ſecuritas
pleniſsima datur ſuper ipſo dominio, quia idem
dominiũ ſibi acquiritur ex præſcriptione, quod
ex vſucapione conceditur, vt in.§. j. inſtitut. de
vſuc.&.d.l.acquiritur.§.non ſolũ.ff. de acq.rer.
domi.et dicta.l.vnica.C.ſi aduerſ.vſucapionem.
vbiq; dicitur, dominiũ ex vſucapione & præſcri
ptione acquiri,nulla inter vſucapionẽ & præſcri
ptionem differentia ſacta. Addo.l.in rebus.§.vo
lumus. C. de iure dot.ibi, per vtranq; viam,ſiue
in rem, ſiue hypothecariam pleniſsime conſula-
tur. per quæ verba denotatur , apertè probari,
pleniſsime ſuccurri:quum ex illa ſecuritate et rei
vendicatio,& hypothecaria, & ſimiles, quæ ſoli
domino competunt, conceduntur. Nec melius
poterat dicere ille text. vxorem dominam dotis
permanſiſſe, niſi quum dixit, vtranque actionẽ;
videlicet rei vendicationem & hypothecariam
competere pleniſsime. Sic in illa.l.fin.C.de edic.
diui Adria.tollendo. dixit, pleniſsime ſecuritatẽ
etiã ſuper dominio præſtare, vel ipſi, qui miſſus
30 eſt, omnẽ intentionẽ excludere. † Præterea cui
cõpetũt remedia omnia actionis & exceptionis;
illa dicuntur rei perfectæ accedere.l.metũ.§. ſed
cũ prætor.ff.quod met.cauſa.vbi autẽ res perfe-
cta non eſt, ſola exceptio cõceditur per illũ tex.
ſicut in ſimili dicitur in præſcriptiõe.xxx.aut.xl.
annorũ,quæ abſque titulo legitimo proceſsit,in
dicta.l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc ſuper illis.&
§.ſequenti.C.de præſcript.xxx.annorum. Hanc
oppoſitionem præſentiens Decius in principio
lecturæ dictæ.l.fin.non poſſe euadere,confeſſus
eſt tandẽ omnia argumenta & leges,quæ in vſu-
capione concludunt, ſimiliter in præſcriptione
longi temporis procedere, vt plenius dixi in di-
cta.l.cõtractus.ex qua Decius multa refert,quæ
prius eo dixeramus. Vnde & argumentum no-
ſtrum ex hac interpretatione ſolidum manet,&
non diſſolutum.

His addo dictam.l.ſi quis emptionis. in prin-
cip. quæ non tantùm præſcribenti longa præſcri
ptione.x.vel.xx.annorum exceptionem præſcri
ptionis concedit, ſed & rei vendicationem quæ
domino competit, quia dominus eſt:dum dicit,
poſſe eum etiam actionem ad vendicandam rem
eandem habere ſancimus. Hoc enim & veteres
leges,ſi quis eas inſpexerit,ſanciebant. Sic vides
qualiter Iuſtinia.inhæret legibus digeſtorũ,qui-
bus non erat notum vtile dominium,ſed directũ
tantùm,& vt dixi ſuprà,id not. Bart.in.l.poſſeſ-
ſores.C.de fund.patri.lib.xj. Secundò,vt actio
directa rei vendicationis concedatur, quæ dire-
cto domino competit.cui concor.c. placuit.ij.§.
præſcriptionũ.xvj.q. iiij. Nec obſtat. §. ſi tamẽ.
in verbo,extinctæ. inſtitut. de rer.diuiſio.alleg.
per glo.in dicta.l.iij.§.ex pluribus.in verbo,poſ
ſideo.ff.de acquir.poſſ.In primis non poteſt ille
§.ſi tamen.cũ ſua gloſ.in verbo, extinctæ.in præ
ſcriptione ſeu vſucapione verificari. Primò,qđ
verbum nullum fiat de præſcriptione in illo tex.
Secundò,vt cognoſcas illum tex.cum glo.etiam
in eo in quo Decius voluit inducere,nihil milita
re,volo præſupponas vnum in materia rei ven-
31 dicationis: † ſi materiæ mixtione ita confundan-
tur,vt ſeparari non poſsint,& tranſeant in aliam
ſpeciem,tunc dominium earũ, quibus compete-
bat,extinguitur,& incipit eſſe ſpecificantis.verũ
eſt autem,dominis rerum confuſarum compete-
re furti actionem & condictionem furti,pro æſti
matione rerũ confuſarum, ſi dolosè cõfuſæ ſint:
ſecus ſi bona fide,vt dicam infrà. Et facit.l. idem
Põponius.§.idem ſcribit.cum.§. ſeq.l. quo qui-
dem.ff.de rei vendica. & dicto.§.ſi tamen.in fin.
Inſtitu.de rer.diuiſio.non autem rei vendicatio-
nem. Et ratio eſt , quia quum dominium rerum
confuſarum ſit extinctum,& acquiſitum ſpecifi-
canti, non agitur rei vendicatione: ſed quum is
qui confundit inuito domino res alienas,furtum
committat,quia de re aliena cõttactat inuito do-
mino, ideo actio furti & condictio furtiua com-
petunt: & ad eas introducẽdas actio ad exhiben
dum datur.l.Iulianus. §.ſi quis rem.ff.ad exhib.
vbi eſt text. conformis illi.§. ſi tamen. in verbo,
extinctæ.ibi: nam mutata forma propè interimi
32 ſubſtãtiam rei. † Et ratio quare competit condi-
ctio furtiua, non autem rei vendicatio, eſt, quia
condictio competit domino, licet res non extet.
l.in re furtiua.ff.de condi.fur.Secus autem in rei
vendicatione,quoniam ad hoc vt corpus vendi-
cari poſsit,neceſſe eſt vt poſsit diſtingui,dicta.l.
idem Pomponius.§.j.&.ij. vbi plenè. & in dicta
l.quo quidem.ff. de rei vendicat. Et idem notat
Ange. in dicto.§. ſi tamen. quæ differunt à præ-
ſcriptione. Nam præſcriptio non facit rem à ſua
ſubſtãtia deſinere,licet operetur tranſlationẽ do
minij de vna perſona in aliam, & non extinguit
dominium,ſed tollit ab vno, & in alium trãſfert
quod apud eum erat. text.in dicta.l.iij.ff.de vſu-
capione. Dum dicit: Vſucapio eſt acquiſitio ſeu
adiectio dominij. Nota dum dicit,acquiſitio. Se
cũdò, cùm dicit,adiectio. quia abijcit ab vno &
adijcit alteri. Et ſi dixeris,glo.allegat illum text.
ex argumẽto quod ſumit ſuper verbo,extinctæ.
vt ſicut cõmixtione rerum dominium eorũ, quo
rum res erant,extinguitur,ſic præſcriptione.Sed
iſta æquiparatio non eſt bona,quũ in nullo con-
ueniant. Et ſi cũ glo.perſeueres, dic magis cõtra

33 eam concludere. † Nam per confuſionem do-
minium rerum mixtarum fit miſcẽtis, & in aliam
ſpeciem commutãtis, & deſinunt eſſe prioris do
mini, dicta.l.idem Põponius.§.idem ſcribit. ibi:
ſed puto verius(vt ipſe ſignificat)eius potius
eſſe, qui fecit. dicit illhic glo. in verbo, fecit. iure
ſpecificationis. Et licet glo. non ponderet illum
tex. tamẽ hoc dicit in ratione decidendi, ibi: quo
niam ſuam ſpeciem priſtinam non continet. Et
in.§.quum ex aliena.&.§. quid ſi partim. et dicto
§.ſi tamen. Nec puto interpretationẽ glo. in ver-
bo, extinctæ. eſſe veram: ſed vult text. dicere, ex-
tinctæ res, quia commixtione facta in ſua ſpecie
condici non poſſunt, quum in aliã ſpeciem con-
fuſæ ſint, & cedunt rei cui confuſæ ſunt. Ex hoc
cõſtat dominium earum extinctum eſſe illa con-
fuſione, quia in ſpecificantem transfertur. Nec
ille tex. conſiderat quanto tempore res apud de-
tentorem ſteterũt, ſed ſolùm quòd forma ſeu rei
ſubſtãtia mutata eſt, dicta.l.Iulianus.§.j.ff.ad ex
34 hiben. † Sic vſucapione dominiũ mutatur, et alij
adijcitur per continuationẽ temporis à lege diffi
niti, ſicut confuſione rerũ dominium earũ tranſ-
fertur de vna perſona in aliam, id eſt, de eo, qui
dominus erat, in ſpecificantem. Et ſicut non agi-
tur rei vendicatione contra ſpecificantem bona
fide, quia factus eſt dominus rerũ cõfuſarum, &
quæ antea erant domini, per ipſam confuſionem
deſierunt eſſe domini, & cœperũt eſſe ſpecifican
tis incommutabiliter, ideo non agunt rei vendi-
catione: ſic idem in vſucapione & præſcriptione
dicendum eſſet.

Ex his videre potes rationem differentiæ inter
commiſcentem bona fide, & eum qui mala fide
ſpecies commixtione cõfundit: ſimiliter & diffe-
rentiam inter rei vendicationem & condictionẽ
furtiuam: quia condictio furtiua competit, etiam
ſi res non extet, dicta.l.in re furtiua.ff. de condi-
ctio. furti. non autem rei vendicatio, ſed tantum
ſi res extet. ſic etiam conferentiam, quæ eſt inter
præſcriptionem & commixtionem, vt quemad-
modum cõmixtione bona fide facta rerum con-
fuſarum dominium ſpecificanti acquiritur, vbi
mutata eſt materiæ forma: ſic præſcriptione trãſ-
fertur de vno in aliũ(vt dixi)quia qui dominus
erat, deſijt dominus eſſe: & alius vſucapione ſeu
præſcriptione.x.vel.xx.annorum acquirit domi
niũ rei vſucaptæ ſeu præſcriptæ, quod apud aliũ
35 erat, maxime ſi bona fide cõpleta eſt. † Iam poſ-
ſes alludere dicto glo. vt dominium, quod acqui
ritur ex præſcriptione, verè occidatur in præiudi
cium prioris domini, ſed occidẽdo regeneratur
in præſcribente ab vno tollendo, & in aliũ tranſ-
ferendo, ſicut dictum eſt ſuprà per.§.j.Inſtitu. de
vſucap.&.l.iij.ff. de vſucap. in his verbis: acqui-
ſitio & adiectio. Et ſic quod ab vno tollitur, alte
ri acquiritur, & adijcitur.

Ex his etiam vides aliquas eſſe differentias in-
ter commixtionem & præſcriptionem. Commi-
xtio enim tempus poſt mutatam ſpeciem non cõ
ſiderat: præſcriptio verò non dicitur mutare, niſi
per continuationem temporis à lege diffiniti.

Secundò, Commixtio vnico actu & momen-
to vnum dominũ facit. Præſcriptio verò per tem
poris continuationem. In eo tamen conueniunt
ad tollendam rei vẽdicationem, quia in vtraque
deſideratur bona fides, & iuſtus titulus: quibus
interuenientibus, & commixtione illa ſecuta, &
præſcriptione finita, iam deſinit actio rei vendi-
cationis competere: quia hi qui ante commixtio
nem ſeu præſcriptionem domini erant, deſinunt
per eas domini eſſe. Et per hæc reſponſiones De
cij nihil obſtant illis duobus argumẽtis inductis
per Petr. & me contra opin. glo. & Bart. Et quia
in reliquis Decius inhæret opin. Petri et noſtræ,
in illa iuris concluſione per me Papiæ diſputata,
36 videlicet † ex præſcriptione.x.vel.xx.annorum
directum dominium acquiri, ſicut ex vſucapio-
ne. quam multis legibus & argumentis probaui
in dicta.l.cõtractus. quibus hactenus etiã reſpõ-
ſum non eſt. Vide quæ copioſius illhic ſcripſi.

In quibus quæſtionibus maxima poteſt de iu-
re ſequi vtilitas, & quas pluries iudicando recen
ſui. Nam ſi is qui cum titulo & bona fide decem
vel viginti annis præſcripſit, dominium directũ
ex præſcriptione non acquireret, ſed ſolam ſecu
ritatem, vt moderatus eſt Deci. ſequeretur, ſi is
cõtra quem præſcriptum eſt, aut eius creditores,
poſſeſsionem fundi præſcripti anno interuerte-
rent à præſcribente, non poſſet à detentore præ-
ſcribens vẽdicare: quemadmodum nec poteſt is
qui præſcripſit.xxx.annis abſque titulo & bona
fide, ab eo, qui dominus erat, vel eius creditori-
bus, vendicare: quum illi tantum ſecuritas, id eſt
exceptio præſcriptionis competeret.l.ſi quis
emptionis.§. quod ſi quis. verſicu. ſi verò.C.de
præſcriptio.xxx.anno.c.placuit.§. præſcriptio-
num. & tribus.§§.ſequent.xvj.q.iij. &.c. ſi quis
per.xxx.annos. ſi de feud. fuerit contentio. inter
domi. & agna. colla.x. Et tamen ei qui.x.vel.xx.
annis præſcripſit, non tantùm exceptio, & ſic ſe-
curitas præſcriptionis conceditur, ſed & rei ven
dicatio contra eum, qui ab initio dominus erat,
& eius creditores, licet ſortuito caſu poſſeſsionẽ
eius rei perdiderit, & is, qui ab initio dominus
erat, ſeu eius creditores, à præſcribente poſſeſsio
nem auocauerint, & anno aut pluribus eã tenue-
37 rint, dicta.l.ſi quis emptionis. in princip. † Qui
igitur proprietatem habet, ſiue eam habeat ex ti
tulo emptionis, vel alijs cauſis, de quibus in.l.iij.
§.genera.ff. de acquir. poſſeſ. ſecuta longi tempo
ris poſſeſsione dicitur dominus, non ſolùm vti-
lis, ſed & directus: licet vſusfructus à proprieta-
te diſtinctus ſit. Adde.l.fina.§.ſimiliq; modo.C.
de bon. quæ liber. ibi: vt ad ipſum perueniat ple
no iure, tam per vſumfructum, quàm per domi-
nium eandem hæreditatem poſſeſſurum. Et vt di
xi ſuprà poſt Bal. hic libellus ſuſtinetur, ſi nudus
propric

proprietarius dicat ſe dominũ: licet de ſola pro-
prietate doceat.text.eſt hic,& in dicta.l.recte.ff.
de verbo.ſignifica.non autem ſi vſufructuarius,
ſeu qui bona ſide ſeruum alienũ detinet, hoc di-
cat. Et bene probatur in tex.noſtro,in verſi.qui
ſeruum. & in.l.ſciendum.§.poſſeſſori.ff. qui ſa-
tiſdare cogun.l.ſeruos.ff. de legat.iij. Ratio eſt,
quia ſola detentio non eſt capax acquirendi do-
minij, niſi præcedat titulus habilis ad transferen
dum dominium.l. traditio.&.l.nunquam nuda:
ff. de acquirẽ. rer. domi. Plenè per omnes poſt
gloſ.in.l.traditionibus. per illum tex.C. de pac.
38 † qnod autem non ſit dominus vſufructuarius,
eſt text.in dicta.l.eorum.in princi.ff.de dam.in-
fecto.l. in noxalibus.ff. de noxa.actio. Et ob id
vſufructuarius, quia dominus non eſt, non po-
teſt nunciare nouum opus.l.j.§. vſufructuarius.
ff.de no.oper.nunciatio. imò non eſt pars domi
nij.dicta.l.recte.ff. de verb.ſignifica. Licet forti-
ter obſtet lex.iiij.ff.de vſufruc. quæ faciliter tol-
litur per gloſ.in dicta.l.rectè.quã ſequitur illhic
Bart.& Moder. in dicto.§. vſufructuarius. dixi
in repeti.§.cato.in.l.iiij.ff.de verb.oblig.ſed agi
tur tantùm nomine procuratorio domini. dicto
§.vſufructuarius . & notatur in.l. vnica.§. ius is
habet.ff. de remiſsio. licet videantur obſtare illi
duo.§§. videlicet.§.vſufructuarius.&.§.ius is ha
bet.vbi per illos text.vſufructuarius poteſt ven-
dicare vſumfructum, & hoc modo petere ab eo
qui ædificando reddit vſumfructum inutilem,&
agere confeſſoria contra dominum proprietatis
l.vti frui.in prin.&.§.vtrum.ff.ſi vſusfruc. peta.
l.loci.§.in confeſſoria.ff.ſi ſerui.vendi.aliàs poſ-
ſet reddi vſusfructus inutilis.l.ſicuti.§.competit:
&.§.ſi quæratur.ff.ſi ſerui.vendi. Rei autem ven
dicatio ſolet domino dari.l. vnica. C.de alie.iu-
di.mutan.cauſa facta.l.in rem.ff. de rei vendica:
Quod autem ſit dominus,eſt text.in.l.in vendi-
tione.in princip.ff.de bon.auto.iudi.poſſid.ibi:
quia appellatione domini fructuarius qnoque
continetur. Cui videtur conformis text.in.l. qui
vſumfructum. ff. ſi vſusfruct. peta. ibi: qui poſ-
ſeſsionem duntaxat vſusfructus, nõ etiam domi
39 nium adepti ſunt. † Per quem text.dicit Bald.ſi
vſufructuarius petat ſibi tradi dominium vſuſ-
fructus, recte petit, per dictam.l. in venditione.
Aliter autem fruſtra diceretur, rei vendicationẽ
ſibi competere, ſi de dominio non concluderet:
quia ad aliud non videtur poſſe cõcludere in ea,
dicta.l.vnica.C. de alie.iudi.mutan. cauſa facta.
Et ita etiam hic arguit glo.noſtra in verbo, alie-
nus. de.l. ſi poſtulauerit.§. de eo.ff.ad.l. Iuliam
de adulter. vbi tex. admittit quæſtionem haberi
de ſeruo vſufructuarij ad eruendam veritatem
adulterij: ſimiliter & de eis qui bona fide poſsi-
dentur.l.ſeruos.ff. de lega.iij.& alleg. hic gloſ. l.
quoties.§.j.ff.de noxa.actio.& gloſ. non ſoluit:
ſed Bart. hic reſpondet quòd in illo.§.de eo.ſer-
uus torquetur pro vſufructuario,quia in miniſte
rio eius erat, quod ſufficit,in.l. Iulia.de adulter.
non autem quòd vſufructuarius dominus ſit.
Secundò ad.l. quoties.§.j. dicit bonæ fidei poſ-
ſeſſorem loco domini haberi,donec conſtet aliũ
eſſe dominum. Et licet ſolutio Bar.videatur pro
bata in dicto.§.de eo. verſic. nec tam proprieta-
tis cauſa ad quæſtionẽ quàm miniſterij pertinet:
tamen non videtur illa ratio concludere in hoc
Senatuſconſulto Sillaniano,quod necdum mini
ſterium conſiderat, vt dixi in capite huius legis,
ibi:tam à domeſticis quàm extraneis.& ibi:quæ
ſtione à familia necatorum habenda, famuli do-
meſtici,licet ſerui non ſint,ſed mercenarij tantũ,
torquentur,& ab eis quæſtio & ſupplicium exi-
gitur. Secunda ratio huius Senatuſconſulti eſt,
vt domini à familia, ſiue domeſtici, ſiue extranei
40 ſint,cuſtodiantur. † Tertia,quia ſi in domo ſint,
quum dominus offenditur , omnes ex illo ſolo
iudicantur quodammodo participes , niſi aliter
de eorum innocẽtia conſtet. Cui adde.l. vnicam
in his verbis,participes,id eſt, conſiliarios & do
meſticos. C. ſi rec.prouinc. dicam in.§.ſerui ap-
pellatione: &.§. quod ſi quis, puta veneno. per
illos text.infrà ead.l. Facit ad id.l.j.ff. de his qui
deiecerunt vel effude. & eodem modo verſatur
intereſſe Reipublicæ in homicidio domini,ſicut
in adulterio dominæ,in.l.pen.& fina. C.eodem.
niſi dicas quòd plus ſit adulterare aut ſtuprare
vxorem,quàm hominem occidere,vt inquit tex.
in.l.iſti quidem.§.pen.ff.quod met.cau.ibi: quũ
viris bonis iſte metus maior quàm mortis eſſe
debeat.quem tex. ſingulariter ad id notant Bal.
Iaco.de bel.viſ. & Marti.Lauden.in. c.j.in ver-
bo,cucurbitauerit.quib.mod.feud. amit.coll.x.
Sed obſtat lex, ſi adulterium.§. liberto. ff. ad.l.
Iuliã de adulter. ibi: nam cuius famæ,multoma-
gis vitæ parcendum eſt. & argumento.l. in ſuis.
in fine.ff.de liber. & poſthu. vnde Bart.in dicto
§.de eo.aliter ſoluit:dicit enim in hoc Senatuſcõ
ſulto deſiderari pœnam à ſeruo: ideo domini ſi-
gnificatio reſtringitur. ſed in. §. de eo. tractatur
tantùm de eruenda veritate adulterij. Ex hoc la-
tior ſit interpretatio. & hanc ſolutionem ſequi-
tur illhic Ange.hæc autem ſolutio nõ videtur ſa
tisfacere, quoniã in hoc Senatuſcõſulto aliquan
do habetur ratio ſimplicis quæſtionis pro eruen
da veritate homicidij commiſsi in dominum,vbi
non comperiuntur participes. Probat principiũ
huius Senatuſconſulti in his verbis: de publica
quæſtione. Et id notauit gloſ. in verbo,necato-
rum.ſuprà eodem.dum dicit,vel dic, ſit quæſtio
familiæ,id eſt, tormenta ad eruendam veritatem
domini necati.quare Bar.in dicta.l.in venditio-
41 ne.& Bald.in dicta.l.qui vſumfructum. † aliter
dicunt, ſtricte accipiendo dominum non venire
vſufructuarium, ſed ſolum directum dominum,
l.j.ff.ſi ager vect.vel emphy.et dicta.l.eorum.ff.
de dam.infect. ſed largè dominũ accipiendo ve-
nit vſufructuarius,quoniã dominus eſt vſusfru-

ctus:non autē dicitur dominus rei: ſed cū domi-
nus ſit vſusfructus, largo modo dicitur domi-
nus,ſcilicet vſusfructus. Alle. Bar. l. naturaliter.
§.nihil commune.ff. de acqui.poſſ. qui text.non
loquitur de dominio,ſed de poſſeſſione. Tu dic,
tam in dominio, quàm in poſſeſsione vſufructuariū
ſub ſimplici domini appellatione nullo modo
comprehendi, ſed cum adiuncto dici poteſt do-
minus vſusfructus, dicta.l. qui vſumfructum.ff.
ſi vſusfruct. peta.l. qui vſumfructum.ff. de verb.
obliga. alibi dicitur eſſe ad inſtar domini, in.l. cū
filius.§. dominus.ff. de lega.ij. facit in argumen-
tum.l. vxori vſufruct.ff. de vſufruc.lega.l.ſi pe-
cuniæ numeratæ. in princi.ff. vt in poſ. lega.&.l.
iiij.ff. de vſufru. dicit, in multis eſt pars dominij,
& ſic non eſt dominium. Bene autem dicitur do
42 minus vſusfructus: † ſicut in ſimili de donatione
dicit.l.j.ff.de donat. donatio, inquit, quæ cū cau-
ſa fit, ſimpliciter donatio nō dicitur, ſed ea tātùm
quæ ex mera liberalitate fit. Similiter dicit Bald.
in dicta.l. qui vſumfructū.ff. ſi vſusfruc.pet. vbi
vſufructuarius agit rei vendicatione pro ſuo vſu
fructu, iuxta dictā.l.j.§. vſufructuarius.ff. de no.
oper. nuncia. debet in libello dicere ſe dominū
vſusfructus, & illo medio petere vſumfructum
ſibi reſtitui, & nō aliter. d.l. vnica.§. ius is habet.
ff. de remiſ. alioquin male agit. Eodem modo ſi
vſufructuarius turbetur in ſua poſſeſsione vſuſ-
fructus poteſt intentare interdictum vti poſside
tis, & in eo concludere, manuteneri & conſerua
ri in ſua poſſeſsione vſusfructus, non in poſſeſ-
ſione rei. aliàs petitio inepta eſſet, & non conclu
dens: ſed ſi petat manuteneri in poſſeſsiōe vſuſ-
fructus, rectè agit. Et hæc libelli concluſio tradi
tur in.l. in ſumma.ff. vti poſside. nō enim dicitur
poſsidere, ſed in poſſeſsione eſſe tantùm.l. certe.
§. is qui rogauit.ff. de preca.l. Celſus.§. Iulianus.
ff. ad exhibē. Et ita debet intelligi.l. naturaliter.
in princi.ff. de acquir.poſſ. dixi in repeti. dicti.§.
differētia. in.l. ſi quis vi.ff. de acquir. poſſeſ. Ego
verò aliter ſentio quàm dictum ſit, non eſſe mirū
ſi ſeruus vſufructuarij, vel bonæ fidei poſſeſſoris
pro eruenda veritate adulterij torqueri poteſt:
43 quū † ſeruus etiā extraneus torqueatur. & eum
dico extraneum, qui nullo modo eſt de familia
ipſius domini accuſantis mulierem de adulterio,
ſeu de familia dominæ: ſed & qui omnino alie-
nus & exterus eſt, etiā ſi ſeruus ſit adulteri, dicta
l. ſi poſtulauerit. in princip. &.§. diuus.ff. ad.l. Iu
liam de adulter.l. conſenſu.§. ſuper plagis. C. de
repud.l. extraneo. in princi. &.l. patre. in his ver
bis: de ſeruis rei.ff. de quæſtio. vbi etiā ſerui adul
teri torquentur contra eum, & ſic contra domi-
num. Secus autem eſt in hoc Senatuſconſulto,
quod loquitur tantùm de ſeruis, & his qui de fa-
milia ſunt occiſi, vt torqueri debeāt, ſeu aliter de
illis quæſtio haberi: extranei verò non poſſunt
torqueri, licet hi qui de familia ſunt, ſi mortis do
mini participes fuerint, torqueri poſſunt.§. de
matris. &.§. idemq́ erit. infrà ead.l. Cæterùm nō
inficiabor quo minus ſerui extranei ſuſpecti fa-
cti de crimine, cum proprijs, vt veritas delicti cō
miſsi erui poſsit, torqueri poſsint, ſi hoc iudici
æquum videatur: aliàs nō.l. diuus.ff. de quæſtio.
Dicam in.§. ſerui. infrà eodem. Secundò, alia ra
tione differt hoc Senatuſconſultum à.l. Iulia de
adulter. quoniā in eo ſerui poſtquàm torti erūt,
ſi comperiatur eos domi fuiſſe, et dominum non
iuuiſſe, licet aliter conſcij aut participes non ſint
necis domini, tamen punientur pœna huius Se-
natuſconſulti.§. ſerui quoties. infrà eadem.l. &
44 l. fina. C. eodem. † Secus in adulterio, quoniam
ſeruus adulteri tantùm publicatur, et de poteſta-
te domini eripitur, dicta.l. ſi poſtulauerit. in prin
cip. &.§. iubet lex.ff. ad.l. Iuliam de adulte. vnde
non poteſt concludere argumentum de illa.l. ſi
poſtulauerit.§. de eo. Ad.l. in venditione. in prin
cip.ff. de bon. auto. iudic. poſſ. dic illam eſſe cla-
ram: quum illud edictum de bonis autoritate iu-
dicis poſsidendis. ſolùm cōſideret indemnes red
dere creditores, quod ſuum eſt, repetere volētes
à creditoribus, qui cum iactura creditorum bo-
na ſua diſtrahunt, vel latitant: ob id ſtatuit, vt ea
quæ in bonis ſunt debitoris, vendantur. Clarum
eſt vſumfructum in bonis eſſe debitoris, ſicut cæ
tera bona vſufructuarij, quæ pleno iure illi ſpe-
ctāt. Similiter in publicatione venit vſusfructus.
Nam licet vſufructuarius deportetur, & bona
ſua publicentur, vſusfructus non extinguetur.l.
j.§. ſi tibi.ff. quib.mod. vſusfruc.amit. Et quoad
viuet deportatus, fiſcus percipiet fructus illius
vſusfructus.l. Statius Florus.§. fin.ff. de iure fiſ.
Plenè per Bart. & Bald. in authenti. ingreſsi. C.
de ſacroſanc. eccleſ. dum de legato fratribus mi-
noribus facto loquuntur. Per Feud. in.c. vnico.
de vaſallo mili. qui arma bel. depoſu. coll.x. Tu
illis adde tex. in.l. cum pater.§. hæreditatem.j.&
45 l. peto.§. prædiū.ff. de lega.ij. † Creditores autē
præferentur fiſco per rationem legis vnicæ. C.
pœn.fiſc.credi.præfer.lib.x. Vſusfructus igitur
quum in bonis ſit vſufructuarij, non mirum ſi di
citur, in venditione bonorum venire vſumfru-
ctum: nam & fructuarij domini ſunt, ſcilicet vſuſ
fructus. & in hoc conuenio cum Bart. & Ange.
circa declarationem illius.l. in venditione. quum
dicatur in ea, fructuarij domini ſunt, ſcilicet vſuſ
fructus: & ſic in bonis vſufructuarij. Et vt dixi in
dicta.l. cōtractus. illhic prætor in odiū debitoris
latitantis vſumfructuarium dominum dixit, ne
cum aliena iactura locupletetur. Similiter dico
in ſeruo bonæ fidei poſſeſſoris, per ſupradicta.
Videbatur tamen idem debere in hoc Senatuſ-
cōſulto dici, ſicut in lege Cornelia de iniurijs.l.
item apud Labeonem.§. ſi vſumfructum.ff. de
iniur. Sed dic illum tex. differre ab iſto, quoniam
in illo quæritur de ſeruo offenſo: quo caſu inqui
ritur occaſio iniuriæ, vt cognoſcatur in cuius in-
iuriam contumelia ſeruo facta eſt. Secus autem
in hoc

in hoc Senatuſconſulto, in quo domini perſo-
na ſolùm attenditur. Cæterum videtur, bonæ fi
dei poſſeſſorem plus iuris in ſeruo habere, vſu-
fructuario: quia donec conſtet, ſeruum alterius
eſſe, præſumitur eſſe bonæ fidei poſſeſſoris. l. j.
§. ſed & per ſeruum. ff. de acquirend. poſſeſsio.
Et alijs legibus hic per gloſſam, Bart. & Angel.
allegat. Et infert ex hoc Bald. ad ſtatutum pu-
niens inſultantem aliquem in re alterius, vt non
ſufficiat probare de poſſeſsione tantùm, per
hunc textum, &. l. ij. §. ſed hic ſermo. ff. de re-
ligioſis & ſumptibus funerum. Ille textus poſ-
46 ſet euitari: † quia per impoſitionem cadaueris
locus ſacer fieret, & ob id dominus re ſua priua-
retur. Ne igitur dominus abſque facto ſuo re
ſua priuetur, de vero domino intelligi debet. ſed
quum interſit Reipublicæ aliquem in domo ſua
non offendi, ea ex cauſa fauorabile eſt hoc Se-
natuſconſultum: ſicut etiam in actione iniuria-
rum latior ſit domus interpretatio. l. lex Corne-
lia. §. domum. ff. de iniurijs. Et dicam latius in. §.
domini. ij. poſt Roman. infrà eadem. l. Non po-
teſt igitur bonum eſſe argumentum ex illa. l. ij.
in principio. ff. de religioſis & ſumptibus fu-
nerum. & eadem conſideratione vtitur. l. quo-
ties. §. eos. ff. de noxa. actio. vbi ſerui bona fide
poſſeſsi, de delicto accuſati poſſunt per poſſeſ-
ſorem defendi, ſi abſentes fuerint, ſicut proprij
ſerui abſentes defenduntur. Sed pro dicto Bal.
bene facit. l. item apud Labeonem. §. ſi vſumfru-
ctum. ff. de iniurijs. arguendo de re, in qua quis
offenditur, ad ſeruum bona fide poſſeſſum inſul
tatum, ſeu aliter iniuriam paſſum: quum dicat
47 ille textus in verſiculo, idemq́ probatur. † ſi ſer
uus bona fide poſſeſſus vulneretur, aut iniuriam
patiatur: actio iniuriarum vero domino ſerui, nõ
autẽ bonæ fidei poſſeſſori cõpetit. Idem dicit in
vſufructuario, in verſicu. item ſi liberũ. niſi ani-
mo iniuriandi bonæ fidei poſſeſſorem facta ſit
ſeruo iniuria: nam tunc & bonæ fidei poſſeſſo-
ri acquiretur actio, ſicut & domino. Idem vbi
animo iniuriam faciendi bonæ fidei poſſeſſori,
inſultus in re bona fide poſſeſſa factus fuerit:
aget enim bonæ fidei poſſeſſor, ſicut et dominus
rei. aliter non, argu. illius textus, & dictæ. l. item
apud Labeonem. §. ſi quis ſic fecit iniuriam. Et
ratio, quia in delictis principaliter debet conſi-
derari animus iniuriam facientis. l. ſi non conui-
cij. C. de iniurijs. l. j. C. ad legem Corneliam de
ſica. Adde dictis Baldi, vt quamuis bonæ fidei
poſſeſſor ex cauſa ſtatuti de inſultu agere poſsit,
ne tamen delictum maneat inultum, poterit ex
alio capite agere. l. ſi poſtulauerit. §. j. ff. ad legẽ
Iuliam de adulterijs. ibi: ſed & ſi vſusfructus in
ſeruo alieno ſit, inter dominum & fructuarium
diuidi debet æſtimatio. & §. ſi liber. ibi: ne impu-
nita ſit calumnia. Adde in argumentum. l. liber
homo. §. ſed licet. ff. de acquiren. rerum domin.
ibi: reſtituendam ei hæreditatem. Et dicit gloſ.
& bene: ei ſcilicet poſſeſſori per condictionem
ſine cauſa. l. penulti. ff. de ſtipulat. ſeruorum. ſi-
cut ſuprà dictum eſt de vſufructuario, per ea
quæ notantur in dicta. l. j. §. vſufructuarius. ff. de
no. ope. nunciat.

SVMMARIVM.

1 Seruus qui pignori datur, in omnibus debitoris re
manere præſumitur.
Creditor non dominium, ſed ius tantùm habet in re hy
pothecata ſeu pignorata.
2 Facultas luendi, triginta annorum præſcriptioni ſub-
ijcitur.
3 Retractus locũ habet, quãdo pignori res pro ea ſum-
ma tradita eſt, vt luitio non ſperetur, perinde ac ſi ipſa
veniſſet.
4 Hypotheca vim obtinet venditionis, quæ ſpem tollit
luitionis.
5 Dominium ius quoddam pleniſsimum dicitur.
6 Dominium creditori per pignorationem ſeu hypothe
cam non quæritur.
7 Feudum nec vendi, nec tradi pignori poteſt.
8 Creditor, rei ſibi pignoratæ fructus, ſuos non efficit.
Debitor rei, quam pignori dedit, dñs ſemper remanet.
9 Debitore committente maleficium, quo bona ipſius
deuaſtationi aut vẽditioni ſubiecta facta ſint, nequibit
creditor deuaſtationem ſeu venditionem impedire.
10 Vxor, cui pro dote res mariti obligatæ ſunt, venditio-
nem aut deuaſtationem earundem impedire poteſt.
11 Fructus pendentes tempore delicti iam alteri venditi,
an veniant in vaſtatione.
12 Creditores in confiſcatione omnium bonorum ſunt
fiſco præferendi.
13 Perinde, hæc dictio, qua polleat virtute.
14 Deiectus vi à poſſeſsione perinde poſsidet, ac ſi deie-
ctus nõn eſſet.

§. Seruus pign. dat.

1 SERVVS † datus pignori,
quantum ad effectũ huius Senatuſ
cõſulti remanet per omnia debi
toris. h. d. Ratio concludens in
hoc Senatuſcõ. cõcludit in alijs
caſibus ſimilibus: quia creditor
ius tñ in re pignorata ſeu hypo
thecata, non autẽ dominiũ habet. l. eorũ. in prin.
ff. de dã. infec. & l. in noxalibus. ff. de noxa. acti.
quas de vſufructuario in. §. præced. allegauimus.
l. generaliter. in prin. ff. qui, & à quib. ibi: ſine du
bio pleno iure eſt debitoris, ſi cauſa pignoris do
miniũ non mutat, nõ põt dici dñs, neq́ detinẽdo
præſcribit contra debitorẽ. l. cũ ſcimus. §. fi. C. de
agri. & cenſi. li. xj. melius. l. cũ notiſsimi. §. j. C. de
præſc. xxx. ann. & l. fi. §. ſin autẽ ſub conditione.
C. cõia de lega. de quo tamẽ hic non dico latius,
ſed eã apertius declarabo in. l. in cognitione. vbi
Roma. eã aperit ex illo tex. ſuper verbo, ſemper.
infrà eo. quũ in ea inueniantur plures opin. inter
ſe pugnantes: vtcunque nulla eſt opi. quæ diſcre
pet in illa. l. cũ notiſsimi. & l. ſicut. C. de præſcr.

xxx.anno.quominus ante lapſos.xxx.ann.debi-
tor remaneat ſemper dominus. Vnũ interim nõ
2 omitto pro opi.gl.in illis duabus.ll. † quæ vult
facultati luendi poſſe præſcribi.xxx.ann.vt poſ-
ſit facere vna conſideratio,quã Iaco.de Rauẽ.&
alij poſt eũ in.l.j.§.per ſeruũ corporaliter pigno
ri datũ.ff.de acq.poſ.affirmant,dum dicitur,rem
pignori datã manere ſemper debitoris. per.l.ſta
tuliber.ff.ad.l.falc.verũ eſt ſecundũ eos,niſi pro
tanta ſumma fuerit res pignorata,vt non ſit ſpes
luitionis.l. qui habebat.in prin.ff. de lega.iij.eo
caſu dominium apud creditorẽ remanet. ſic vbi
tandiu creditor rem ſibi pignori datã poſſedit,ꝙ
à debitore non fuerit repetita, videtur deſinere
velle poſsidere tãꝗ obliuioni traditã,arg.l.per-
egrè.ff.de acq.poſ.Sic vt deſierit animum habe-
re luendi rem pignoratã,ſeu hypothecæ traditã.
Idem tenet Bar.in.d.l.ſtatuliber.ff.ad.l.falc.hãc
limitationẽ Iac. de Rauẽ.dilatant illhic Moder.
& in.l.ſciendũ.§.creditor.ff.qui ſatiſd. cog.& in
l.manumiſsiones.Præſertim Moder.Papiẽ.poſt
Bal.ff.de iuſti.& iur.Bar.in.l.in quorũ.ff.de pi-
3 gnor. † eã nouiter extendo, vt ſicut retractui eſt
locus, vbi res vendita eſt: ſic vbi pignori pro ea
ſumma traditur,vt ſpes non ſit luitioni,per ratio
nem.d.l.qui habebat.&.l.legata.§.fi.ff.de ſupel.
lega.Hoc etiam ita extendit Bal.in.l.fi.C.de re.
alie.nõ alienã. Aliter autẽ creditor dominus nõ
eſt, nec cauſa illa pignoris releuat eum ab onere
ſatiſdationis.d.l.ſciendũ.§.creditor.quia ſuã nõ
põt dicere creditor, ſed ſolus debitor.l. ſeruos.
§.eos verò.ff.de lega.iij.vbi Bar.addit hanc extẽ
ſionẽ,& in.d.l. qui habebat. & Alex. poſt eum.
Et Aret.in.l.qui pignori.ff.de acq.poſ. Quibus
addo.l.per ſeruum qui pignori.ff.de acquir.rer.
dom. Quos autem effectus habeat poſſeſsio rei
pignoratæ ſeu hypothecæ traditæ creditori in fa
uorem creditoris,& quos in fauorem debitoris:
dic vt per glo.Bar. & Moder. omnes in dicta.l.
ſciendum.§.creditor.ff.qui ſatiſda.cogũ.in.l.ſer
ui nomine.ff.de vſucap.in.l.rem quæ nobis. per
Aret.ff.de acq.poſ.Io.Fab.in.§.j.Inſti.de ſatiſd.
Secũdò, vltra prædicta induco ad diſputationẽ,
Cano.in.c. cùm Bertoldus.extra de ſentẽr. & re
iudic.& in.c.ex literis.præſertim Anto.de Butr.
in.iiij.colum. in expeditione glo.j.extra de iure
patron.an creditor, cui villa ſeu fundus pignori
datus eſt,poſsit beneficio præſentare quod inhæ
ret fundo ſeu villæ pignoratæ, maxime cũ deeſt
ſpes luitionis. quæ videtur clara eſſe,& abſoluta
per ea quæ notantur in dicto.c. cùm Bertoldus.
præſertim per glo.fi.Inno.Hoſtien.Io.Andr.&
alios.tamẽ quum vtilis ſit hæc diſputatio, inten-
do eam plenius examinare, cùm per eos non re-
perio in ſpecie deciſam. Pone igitur fundum cui
inhæret ius patronatus pro tanta ſumma hypo-
thecæ traditũ eſſe, vt non ſubeſſe poſsit ſpes lui-
tionis, an creditor poterit præſentare de credito
re nõ habente illam qualitatẽ. Deciſio omnium
eſt quòd nõ:dicto.c.cùm Bertoldus. & in dicto
c.ex literis.In qua videbatur creditorẽ iſtius qua
4 litatis de iure poſſe præſentare: † quum talis hy-
potheca quæ tollit ſpem luitionis vim habeat vẽ
ditionis,per dictam.l.qui habebat.in princ.ff.de
leg.iij.Et melior tex.in.§.at ſi liuellario. quibus
mod.feud. amit.colla.x. quem tex.notat Bar.in
dicta.l.legata ſupellectili.§.fi.ff.de ſupelle.lega.
declarat enim melius alio, quando res cenſeatur
taliter pignorata,vt non ſit ſpes luitionis,vt quũ
pignoratur ſeu hypothecæ traditur pro pecunia
excedente valorem medietatis rei. habeo alium
tex. cuius nec alius meminit in.l.fi. C. de iur.do.
impetrã.in duabus ſui partibus.Prima eſt in ver
ſicu. ſed ſi quidem minus.dum dicit:minus in pi
gnore, plus verò in debito. Secundò,dum dicit
non multò poſt:ex vtraꝗ parte quantitas æqua.
Tertiò, dum dicit,plus in pignore ꝙ in debito.
ſed qualiter æſtimandum ſit:an plus eſt in pigno
re ꝙ in debito,declarat verſi.ſin autẽ minus. qui
paulò poſt ſequitur.Intelligitur enim,inquit ille
text. quum minus æqua parte eſt in debito ꝙ in
pignore.Et in omnibus his caſibus poteſt impe-
trari ex reſcripto principis, iure dominij pignus
poſsideri,quoniam non eſt ſpes luitionis,potiſsi
mè quando tẽpus luendi datum primò à iudice,
ſecundò à principe lapſum eſt : licet vltra tẽpus
à iudice vel principe datum,illa lex intuitu pieta
tis,ad reuocandum dominium per debitorẽ con
cedat biennium, dominio tamẽ remanente apud
creditorem,donec à debitore retrahatur.quã le-
gem nota in verſi. & liceat ad materiã retractus.
vt quãuis proximo de genere concedatur facul-
tas retrahendi intra annum & diem à die contra-
ctus computandum, interim tamen emptor do-
minus eſt,ſed nõ irreuocabilis,vt inquit ille tex.
ſed lapſo illo tẽpore irreuocabilis eſt dominus.
Et illum text.volo te ſingulariter notare,vt dixi
in præcedente.§. Declarat enim melius quocũꝗ
alio deſinitionem dominij:nec alibi inuenies.Et
5 ad illum text. bene illhic aduertit Bald. † Dicit
enim:dominium eſt pleniſsimũ ius. Ex illo text.
notatur,creditorẽ poſt lapſum tempus prædictũ
habere ius pleniſsimũ in re, & dominus eſt irre-
uocabilis rei pignoratæ.prohibita igitur aliena-
tione, prohibetur pignoratio, per quam deſinit
ſpes eſſe luitionis:& eo modo pignorans fundũ,
cui ius patronatus inhæret, videtur ipſum ius cũ
vniuerſitate fundi transferre irreuocabiliter, ar-
gu.illius.l.et dictæ.l.legata.§.ſi.ff.de ſupel.lega.
ibi : vtique ſi non in vſu creditoris id argentum
voluntate debitoris fuit.ſic hoc modo pignoran
do videtur dominiũ rei transferri voluntate de-
bitoris.His addo.l. ſi ſeruus depoſitus. verſicu.
is qui pignori. ff. de noxa . actio. in his verbis:
ſed hos quoque in poteſtate domini intelligi, ſi
facultatem repetẽdi eos dominus habeat. Et no-
ta quod ſequitur in illo text.Quid eſt habere fa-
cultatẽ repetendi,ſi habeat pecuniã,ex qua libe-
rari poteſt

rari poteſt. vbi Floria. refert dictum Ray. de
Forli. aliquando citra montes fuiſſe deciſum in
quæſtione orta inter duos nobiles, qui pœnam
dixerant illi qui in territorio alterius quicquam
acquireret, pœnam alteri eorum indictam fuiſſe,
qui fundum aliquem pignori acceperat, in quo
ſpes non erat luitionis. Ego verò dico oppoſitū,
& præſertim per dictam. l. fi. C. de iure domi. im
petran. quia quantūcunque certum ſit debitorē
pignori dediſſe fundum, non tantùm pro æqua
parte, ſed & plus pignore, & ob id non poſsit ha
beri ſpes luitionis, adhuc tamen non fieri credi-
toris quantum ad dominium, niſi ſeruata ſolenni
tate illius. l. fi. videlicet facta prius duplici denun
ciatione debitori de ſoluendo: & demum illis fa
ctis impetrato reſcripto à principe vt iure domi-
nij poſsideat. Antea autē non dicitur neque dici
poteſt dominus rei pignoratæ. Idem in. l. j. illius
6 titu. & ratio patens eſt: † quia quū per pignora-
tionē ſeu hypothecā creditori dominiū non ac-
quiratur, ſed ius tantū in re. d. l. eorū. in princ. ff.
de dam. infe. & d. l. in noxalibus. ff. de noxa. acti.
Non poteſt dominiū adaptari ad ius hypothecæ
l. in quorū. ff. de pignor. & hoc ſatis innuit illa. l.
legata. §. fi. ff. de ſupellec. lega. ibi, acceptū argen
tum pignori non continebitur, quia ſupellectilē
ſuā legauit. Nec obſtat quod poſtea dicit: vtique
ſi non in vſu creditoris id argentum voluntate
debitoris fuit. quæ verba debent ſic intelligi: le-
gata ſupellectili nō venire argentum pignori da
tum, niſi ex voluntate debitoris creditori tradi-
tum ſit ad vſum creditoris, & ſic contra natu-
ram pignoris: quia, vt inquit ille text. propter
propoſitum et fidem contractus à debitore præ-
ſtitam licet creditori ex illa conuentione, quod
ex natura pignoratitij contractus non liceret. Et
ſic ille text. probat oppoſitum. Minus obſtat. §.
at ſi liuellario. quib. mod. feud. amitta. collat. x.
7 quoniam † in feudis non tantùm prohibetur
venditio, ſed & pignoratio. §. j. de prohib. feud.
aliena. per Federic. colla. x. ibi: feudum totum,
vel partem aliquam vendere, vel pignorare. &
ob id gloſ. in dicto. §. at ſi liuellario. in verbo,
mulctabitur. quærit an per pignorationem par-
tis feudi tantùm priuetur toto. Et dicit quòd nō
per text. in. c. j. de vaſal. qui contra conſtitu. Lo-
thar. feud. alien. colla. x. Cui adde. l. quidam in
iure. §. donationem. vbi per Cin. ff. de donatio.
per Modern. Papien. in. l. ſi priuſquam. xj. co-
lum. ff. de no. oper. nuncia. Nec obſtat. l. qui ha-
bebat. in princip. ff. de legat. iij. ad quam omnes
recurrunt: quoniam directè probat oppoſitum.
dicit enim, in legato ſuorum prædiorum prædia
pignorata non venire, niſi in proprium patrimo
nium fuerint per creditorem redacta, vt eſt (in-
quit ille text.) quādo debitore ceſſante fit: & ſic
antè requirit, quàm creditor dominus pignoris
fiat, quod per ceſſationem contingentem facto
debitoris creditor reduxerit in proprium patri-
monium. Sed quomodo poteſt reducere credi-
tor bona ſui debitoris in proprium patrimoniū
non aliter quàm ſeruata ſolennitate. l. ſi conuene
rit. j. ff. de pigno. actio. ibi: niſi ei ter à creditore
fuerit denunciatum, vt ſoluat, & demum ceſſaue
rit. Et ſic intelliguntur verba illius. l. qui habe-
bat. in princip. ibi: quod ferè ceſſante debitore
fit. Cæterùm Canoniſ. Modern. in dicto. c. cum
Bertoldus. extra de re iudica. ſequuntur rationē
8 gloſ. fina. illius decretalis, quæ eſt, † quoniam
creditor fructus rei pignoratæ ſuos nō facit, ſed
in ſortem conuertit. l. j. &. ij. C. de pignor. actio.
adde. l. rogaſti. §. ſi tibi dedero. ff. de reb. credi.
vltra ſortem enim à debitore nihil exigendum
eſt: alioquin vſura eſſet. Illa ratio concludit in
creditore, in quo ſpes eſt luitionis, non autem
in eo in quo deſinit eſſe ſpes: ſi vera eſſet limita-
tio prius relata ex dicta. l. qui habebat. ff. de le-
ga. iij. Illa igitur eſt potiſsima ratio, quia credi-
tor non ſit dominus, ſed remanet debitor ſem-
per dominus pignoris. l. ſciendum. §. creditor.
ff. qui ſatiſda. cogun. l. in quorum. ff. de pigno. di
cta. l. ſerui nomine. ff. de vſucapio. & alijs legi-
bus ſuprà notatis. Non mirum ſi debitor præ-
ſentat, non autem creditor. In emptore verò ſe-
cus, ſi venditor dominus erat cum vēdidit & tra
didit. l. j. ff. de actio. empti. l. traditionibus. C. de
pact. Et hunc text. inducebat hic Iaco. de Aret.
vt meminit hic Barto. & poſt eum Bald. Ange.
9 & Roman. † ſi debitor committat maleficium,
propter quod bona ſua omnia vendi debeant,
vel ſecundum Bald. per fiſcum deuaſtari, non
poterit creditor venditionem ſeu deuaſtationem
impedire, quamuis res ſit ſpecialiter hypotheca-
ta, cum creditor dominus non ſit. Et hic dicitur,
creditorem habentem ſeruum pignoratum, non
poſſe defendere ſeruum, quominus torqueatur,
& ſuppliciū de eo habeatur, ſi conſcius aut par-
ticeps ſit necis domini, aut ſciuerit dominum
fuiſſe offenſum, & cum non iuuerit: etiam ſi pu-
niatur ſeruus vltimo ſupplicio, iuxta. §. vltimū.
infrà ea. l. ſimiliter dicendum eſt in deuaſtatione
ſeu venditione per fiſcum facienda. Bar. verò te-
net oppoſitum. ſequuntur Bal. Ange. & Roma.
per. l. vnicam. C. pœn. fiſc. credit. præfer. libr. x.
quibus adde Anto. de Butri. in. c. ſuper ſpecula.
in fine. extra de priuileg. Et reſpondet Bart. ad
hunc text. vt intelligatur de re, quæ facto ſuo pu
nitur ex delicto: ſecus autē in re inanimata, quæ
nullum poteſt offendere. allegat. l. j. §. quoties.
ff. de vi & vi armata. l. quod placuit. ff. de iure
fiſc. Adde. §. oportet. in authent. de manda. prin-
cip. colla. iij. hoc vult etiam Bald. dum ait aliud
eſſe in re animata, quæ propter delictum tertij
10 non poterit puniri. † Inferens ex hoc vxorem ha
bentem res mariti pro dote obligatas, poſſe im-
pedire venditionem ſeu deuaſtationem rerū ma-
riti ex delicto condemnati. Ange. tamen voluit
moderari opi. Iaco. de Are. & Bart. vt opi. Iaco.

de Arc. locum habeat, quãdo aliter ex bonis de-
bitoris de crimine condemnati poteſt creditori
ſatisfieri, vel vxori: vbi verò bona debitoris non
ſatisfacerẽt vxori ſeu creditoribus, dicit verã eſſe
opi. Bart. & Bal. per illam. l. vnicam. C. pœ. fiſc.
credi. præfer. li. x. Roma. verò latius hanc quæ-
ſtionem examinat, cum pluribus alijs, quæ vnica
quæſtione diſſoluuntur, quas latius diſputabo
in. l. Senatuſconſulto. infrà eod. vbi ille text. eſt
opportunus & quadrans ad deciſionẽ iſtius quæ
ſtionis. Interea vide quæ ſcribunt Bal. & Cardi.
in. c. conuenticulas. de pace tenen. & eius viola.
colla. x. Bart. Roman. & Cuma. in. l. Atheius. ff.
de aqua pluuia arcen. Floria. in. l. ij. in fine. ff. de
ſeruitu. Petr. de Ancha. & Domi. poſt Ioannem
Andr. in. c. fœlicis. de pœnis. in. vj. Luc. de Pen.
in. l. ij. C. de peti. bon. ſubla. Alia videbis per me
notata in dicta. l. Senatuſconſulto. infrà eodem.
Non omitto inter alias quæſtiones vnam, cuius
11 meminit hic Roman. de eo † qui vendidit redi-
tum decem annorum ſui prædij, vel recepit pen-
ſionem decem annorum: ſi ante lapſos decem an
nos cõtingat locatorem vel venditorem delictũ
cõmittere, propter quod vaſtari debent fructus:
an tunc poterunt vaſtari illi qui tempore delicti
pendentes, erant iam alteri venditi. & facit diffe-
rentiam inter venditorem & conductorem, vt ſi
venditur fundus, & non ſit traditus, fructus non
fiunt emptoris, ſed publicãtur cum fundo. alle. l.
ſi fundus. ff. loca. & conduc. qui tex. eodem mo
do loquitur in conductione: & agetur tantùm
ad pretium fundi venditi nondum traditi, & re-
ſtitutionem mercis ſolutæ pro eo tempore, quo
conductor non vtetur fundo conducto: repro-
bata opinione Alberi. tenẽtis contrarium in. ij.
parte ſtatutorum per. l. in vẽditione. §. j. ff. de bo.
auto. iudic. poſsid. Circa iſtam differentiam opi-
nionum, dico diſtinguẽdam eſſe publicationem
omniũ bonorũ à publicatione vnius rei: ſi vnius
rei tantùm ſiat confiſcatio, & non tenetur ſtare
colono fiſcus, ſed ſiet diſtinctio circa lucrum, &
perceptionem fructuum, quæ fit in. l. fina. ff. de
iure fiſci. vt pro præterito ſint conductoris fru-
ctuum: pro futuro fiſci, & ſucceſſoris ſingularis.
Idem in. l. ſi filiofa. §. ſina. ff. ſolu. matri. & ita in-
telligitur gl. in. l. neceſſario. §. j. in verbo, pericu
lum. ff. de pericu. & commo. rei vendi. & quod
ſuprà perceptum erit, per locatorem reſtituetur,
12 per illam. l. ſi fundus. † Si verò publicatio fiat
omnium bonorũ, ſicut dicitur de ſucceſſore vni-
uerſali, qui tenetur ſtare colono, ſic & fiſcus. Et
creditores in hoc præferentur fiſco, argu. l. Sta-
tius Florus. §. ſina. ibi: dicebat Felix ſe ante pœ-
nam eſſe. ff. de iure fiſc. & . l. vnica. c. pœ. fiſc. cre-
di. præfer. verum eſt, niſi in fraudem recepiſſet.
& ita intelligatur. l. in venditione. §. j. ff. de bon.
auto. iudic. poſsid. l. j. §. ſi quis in fraudem patro
ni. ff. ſi quid in fraudem patroni. niſi in caſibus

expreſsis per me in dicta. l. Senatuſconſulto. vt
quando locus eſſet exemplo. Licet aliqui dicant
eſſe differentiam inter vẽditionem fundi & ven-
ditionem fructuum: ſed hoc nihil eſt, per dictam
l. ſi fundus. & iſta eſt diſtinctio Bal. in dicta. l. ſi
fundus. vbi allegat. l. ij. C. ad legem Iuliam de vi
publi. hanc ſequitur Alexan. in dicta. l. ſi filiofa.
§. finali. colum. iiij. ff. ſolut. matrimo. dicam in. l.
cum fiſco. infrà eodem.

13 In tex. ibi: † per omnia perinde habetur atq;
ſi pignori datus non eſſet. Idem in. l. ſi exhæ-
redatus. & . l. iij. §. de his. infrà eodẽ. Conſidera
quam vim habeant iſta verba. Et Bartolus in
extrauagan. ad reprimendum. in verbo, perin-
de. dicit hæc verba, per omnia. aliquid addere
ad dictionem, perinde. præſertim in his, in qui-
bus induci poſſet contrarietas: vt in illo textu.
aliàs ſi contrarietas non inueniatur, ſola dictio,
perinde. abſque illis verbis, per omnia. erit
eiuſdem efficaciæ. l. ſacrilegij pœnam. §. is au-
tem. ff. ad legem Iuliam peculatus. vbi vult gloſ.
in verbo, condemnatus. l. ſed & ſi lege. §. per-
inde. ff. de petit. hæred. per quam dicit Roma.
poſt Ange. in. l. ſi finita. §. finali. ff. de dam. infec.
ſi ſtatutum aut lex diſponat aliquem ex obliga-
tione teneri perinde acſi confeſſus eſſet, & ex ſta
tuto inſtrumẽta confeſsionata habeant paratam
executionem: talis obligatio virtute primi ſtatu-
ti erit executoria. Et dicit Ange. audiuiſſe Bar.
ad id induxiſſe illam. l. ſi finita. §. finali, in his ver
bis, ſi ea. Licet in lectura hoc nõ dicat. Cuius con
trarium tenet Roma. in. l. ſi quis vi. in princ. per
illum textum in verbo, interea. vbi glo. ff. de ac-
14 quiren. poſſeſſ. dum dicit ille textus, † deiectum
vi perinde poſsidere atque ſi deiectus non eſſet.
tamen in multis non habetur pro poſſeſſore. de
quibus illuc per gloſſam & Alexand. poſt eam.
communis tamen omnium opinio eſt, vbi cum
dictione, perinde. ſunt oppoſita hæc verba, per
omnia. dictio, perinde. importabit omnimodam
æqualitatem. ſed aduerte quod contra hanc opi-
nionem videtur fortiter obſtare hic textus, dum
dicit, perinde per omnia habetur, atque ſi pigno
ri datus non eſſet. Et tamen debitor per omnia
non habetur vt poſſeſſor, neque vt dominus
rei pignoratæ. Et caſus recenſet gloſſa in di-
cta. l. ſciendum. §. poſſeſſor. ff. qui ſatiſdare co-
gantur. & in. l. ſerui nomine. ff. de vſucapione.
Sed tu potes hoc argumentum faciliter euita-
re ex noſtro textu, in his verbis: quod attinet ad
debitoris necem. quia re vera quantum ad hunc
caſum ſpecificum per omnia habendus eſt atque
ſi pignoratus non eſſet ſeruus. & ſic faceret pro
illa communi opinione. ſi autem ſimpliciter di-
xiſſet iureconſultus, per omnia perinde: nec ad-
didiſſet hanc limitationem, procederet argumen
tum ſuprà factum. Adde textum in. l. iij. §. de his.
infrà eo. vbi aliquid dicam.

SVMMARIVM.

1 Hæres, rerum ſub conditione legatarum, quandiu non extat conditio, dominus remanet.
Obligatio nulla conſurgit in debito conditionali ante ipſius conditionis euentum.
2 Dominium non mutatur per legatum conditionale quo minus remaneat penes hæredem.
3 Obligatio nulla oritur ante conditionis euentum.
4 Tempus an poſsit eſſe modus inducendæ vel tollendæ obligationis.
5 Petitio nonnunquam actionis executio dicitur.
6 Tẽpus quod in obligatione dicitur, non impedit actionem naſci.
7 Stipulatio purè contracta, quid differat ab ea, quæ in diem contrahitur.
Executio quotuplex in iure.
8 Actio qua de cauſa obligationis dicatur effectus.
9 Exceptiones pro obligatione conditionali competentes dilatoriæ ſunt & tẽporales, quemadmodum & hæ quæ pro obligatione in diem.
10 Creditor in diem vel ſub conditione, non minus cenſetur creditor, quo ad ius tranſmittendi.
11 Lex actionem oriri impediens, hoc ipſo exceptionem parit illi impedimento deſeruientem.
12 Agens ante tempus in conuentione expreſſum, quare dicatur male agerè.
13 Actio intentari non debet, ante aduentum temporis pacto appoſiti.
14 Exceptio alicui competens, fundamentum habere debet, quod actionem impediat.
15 Actio an poſsit ex conſenſu ante diem naſci, ſicut ex delicto. & nu. 16.
17 Deletor inſtrumenti damnatur ad intereſſe eius, cui inſtrumentum debitum erat.
18 Soluens ante tempus obligationi adiectum, plus ſoluere præſumitur.
19 Cedere diem, ad obligationẽ referri debet: venire autem diem, ad actionem.
20 Obligatio in diem quare actioni directæ contradicat.
21 Debitor is definitur, à quo exigi poteſt inuito.
22 Soluens ante diem quare nequeat repetere.
Dies incertus contractui adiectus, conditioni æquipollet.
23 Debitor ad diem incertum, ſi ante diem ſoluerit, quam ob rem repetere poſsit.
24 Actio ad dotem, ante diem ſoluti matrimonij intentari nequit.
25 Debitor ſuſpectus cogi poteſt ad præſtãdam cautionẽ de ſoluendo die aduenieute.
Actio ex mutuo, & ſimiles, ante diem intẽtari poſſunt.
26 Actio in vſufructu an naſcatur ante diem.
Vſusfructus quur non ſit tranſmiſsibilis.
27 Vſusfructus quid diſcriminis habeat cum cæteris rebus tempore non perituris.
Actio non naſcitur, vbi nec obligatio.
28 Maritus matrimonio conſtante nõ poteſt de dote conueniri.
29 Vxor intra annum à die matrimonij ſoluti ad dotis reſtitutionem agere poteſt.
30 Actio quædam noua vxori conceditur à lege, in fauorem dotis conſeruandæ.
31 Actio naſcitur ilico lata ſententia, verùm differtur miſerationis gratia.
32 Renunciare cuiuis liberum eſt fauori pro ſe introducto.
33 Actio priorem nouans, eiuſdem aufert effectum.
Efficacia obligationis quid propriè dicatur.
34 Obligatio quæ efficax cenſenda ſit, & quæ non.
Soluens ſcienter ante diem, quare nequeat repetere.
35 Obligatio quælibet, quæ modo legitimo contracta eſt efficaciter actionem producere poteſt.
Obligationes naturales qua vi aut efficacia polleant.
36 Actio quando domino mandanti competere incipiat aduerſus mandatarium.
37 Conditio non poteſt retrotrahi: quo fit, vt is, qui conditione pendente fructus percipit in re, eoſdẽ ſuos faciat.
Legata hoc à contractibus differunt, quòd in illis conditio retrotrahitur, in his autem non item.
38 Mulier quotam partem percipiat in bonis mariti prædefuncti.
39 Maritus præmortua vxore an lucretur obligationes in diem vel ſub conditione.
40 Donatio qua de cauſa potius in contractibus, quàm in legatis retrotrahatur.
41 Euentus conditionis in contractibus maxime attendi debet & in legatis.
42 Alienatio rei legatæ facta ante cõditionis euentum, ea veniente omnino reuocatur.
Filius quando ſibi acquirat, & non patri.
43 Donatio cauſa mortis legato æquiparatur.
44 Tempus an & quando in legatis retrotrahatur.
45 Seruus, cui libertas relicta eſt, an poſsit torqueri.
46 Seruus, cui ſub conditione libertas relicta eſt, quo caſu ei, qui decedit conditione deficiente, æquiparetur.
47 Conditio negatiua an trahatur retro in vltimis voluntatibus.
Donatio cauſa mortis effectum non ſortitur ante mortem donantis.
48 Teſtator non cenſetur obligatus ob legatum purè factum.
49 Priuilegiatior eſſe debet quis in eo, quod ipſe ſua prouidentia ſibi quærit, quàm ex facto alieno.
50 Donatio ante acceptationem per donatarium factam, perfecta non cenſetur.
Donatio perfecta eſſe nequit, niſi duorum interuenien te conſenſu.
51 Actio pro quota parte mulieri vel eius hæredi competat, pro obligatione ex contractu prouenienté, & in diem concepta.
52 Contractuum inter ſeſe quæ & qualis differentia.
Donatio, conſtante matrimonio facta inter virum & vxorem, eſt inualida.
53 Fieri aliquid tempore permiſſo, & in tempus permiſſum conferri, paria ſunt.
54 Filius & ſeruus ſuo ipſorũ nomine ſtipulantes, patre & domino non contradicentibus, ſibi acquirunt.
Filiusfamilias ſub conditione ſibi aliquid dari ſtipulãs patri acquirit.
55 Contractus ex poſt facto in tempore habili collati, an quo ad dominium ſint retrotrahendi.
Retrotractio in nonnullis contractibus, negotiorũ geſtorum ratihabitioni æquiparatur.
56 Maritus vxori matrimonio conſtante non poteſt donare, ſicut nec pater filio in poteſtate.
57 Relictum ſub conditione quo iudicio poſsit in diuiſionem venire.
58 Exiſtentia rei penes vxorem nihil operatur in dominio transferendo.
59 Partus ancillæ an ſit in fructu recenſendus.

60 Donatio quare inter virum & vxorem lege prohibeatur matrimonio conſtante.
61 Iudex competens, ratam habendo ſententiam per iudicem incompetentem latam, non poteſt illam validam efficere.
62 Maritus coniugem in acquirendis, hoc eſt, in fructibus in re donata creſcentibus, locupletiorem facere non vetatur.
63 Filiusfamilias & ſeruus ſub conditione hæredes inſtituti, ante conditionis euentum ſui iuris effecti, ſibiipſis non patri aut domino acquirunt.
64 Seruus quanquam ex teſtamento liber effectus, quæſtioni nihilominus ſubijci poteſt.
Hæres cuilibet legato quartam detrahere poteſt.
65 Quarta falcidia ilico teſtatore mortuo æſtimari debet, qua æſtimatione claudendæ ſunt ſingulæ res hæreditariæ.
66 Liber homo æſtimationem non admittit.
67 Seruus ante conditionis, ſub qua libertate donatus fuerat, exiſtentiam mortuus, qualiter æſtimetur inter res hæreditarias.
68 Statuliber is cenſetur, cui ſub conditione libertas relinquitur.
Statuliber inter ſeruos numeratur, & vt ſeruus punitur, ſi deliquerit.
69 Seruus, cui ſub conditione libertas conceſſa eſt, æſtimatur in falcidia, quandiu ipſa conditio expectatur.
70 Statuliber non perinde ſeuerè tractandus eſt, acſi mere ſeruus eſſet.
Statuliber quando familiam hæredis augere dicatur.
71 Iudex pœnam inflicturus, delicti commiſſi tempus attendere debet.
72 Priuilegium ſuperueniẽs patri plebeio decurioni effecto, an & quando filijs antea natis ſit profectui & adiumento.
73 Vaſalius vendens ſub conditione vel in diem rem feudalem, non ſtatim priuatur eadem.
Libertas per fideicommiſſum relicta, cenſetur purè debita.
74 Libertas per fideicommiſſum ſeruo relicta, non eſt cenſenda directa, ſed fideicommiſſaria.
Quæſtio ſeu tortura non temere infligenda ei, cui libertas fideicommiſſaria debetur.
Suſpectus de crimine ilico non præſumitur, qui erat in in loco delicti, niſi aliter conſtet eum criminis participem fuiſſe.
75 Quæſtio quam ob rem citius in crimine clàm commiſſo inferatur, quàm in eo quod palàm.
76 Ignobili, aut ei, qui vilis eſt conditionis vt plurimum abſque tortura non creditur.
Deportatis in inſulam, quanquam infamibus, facilè creditur abſque quæſtione.
77 Teſtis vilis non torquetur niſi tribus concurrentibus.
78 Preſbyter vilis non torquendus, niſi indicijs præcedentibus.
Clericus nolens ſuæ adminiſtrationis rationem reddere, an poſsit in carcerem conijci.
Teſtis non admittitur quis in ea cauſa, in qua prius fuit aduocatus.
79 Teſtes vilis conditionis in criminibus atrocibus abſq; tortura non admittendi.
Diuites in duobus caſibus pro eruenda veritate torquendi.
80 Damnati ad mortem ſeruantur aliquandiu, vt de conſcijs interrogentur.
81 Vilitas perſonarum multipliciter in iure reperitur.
82 Perſonæ viles quædam dicuntur ob ſuum delictum.
Viles ſuo facto qui à lege iudicentur.
83 Infames & viles qui dicantur legis atque hominis iudicio.
Viles qui ſint ſtatus deminutione.
84 Viles non ſunt cẽſendi, qui fide & opinione ſunt probati.
85 Sacerdos quanquam vilis, non niſi indicijs præcedentibus torqueri debet.
86 Seruus non eſt facilè quæſtioni ſubijciendus.
87 Milites, aut quiuis in dignitate conſtituti, quãlibet pauperes, fide digni ſunt cenſendi.
88 Vir & vxor ob furtum inter ſeſe factum, nõ actione furti, ſed rerum amotarum conueniuntur.
Factum potius quàm iudicis ſententia per legem attenditur.
89 Mulier intra annum luctus nubens, non ob hoc à teſtimonio eſt repellenda.
Reus criminis publici, aut per ſententiam iudicatus, nõ admittitur vt teſtis idoneus.
90 Infames publico iudicio, non admittuntur ad teſtimonium abſque quæſtione.
91 Damnati publico iudicio, in teſtes producti an ſint torquendi.
92 Teſtes minus idonei in ſubſidium admittuntur, ne veritas occultetur.
93 Seruus pro quibus criminibus cõtra dominum examinari poſsit, ſeu torqueri.
94 Famoſi ex crimine facti, varij, pro cauſarum criminum varietate.
Milites non ſunt quæſtione examinandi.
Presbyteri nullatenus torquendi.
95 Sacerdos in crimine læſæ maieſtatis & proditionis torqueri poterit.
Ætas minor in quibus criminibus non excuſetur.
96 Quæſtio homini conuerſationis honeſtæ in ciuilibus non infligenda, etiam ſi non ſit in dignitate aliqua conſtitutus.
Teſtis vnicus in crimine excepto productus, torqueri poteſt, ſi reus aliàs conuinci nequeat.
97 Seruus quando contra dominum præſentem vel præteritum, & quando contra extraneum torqueatur.
Seruus regulariter contra dominum non audiendus.
98 Serui in dominum non torquendi, ſi alijs probationibus facti veritas erui poſsit.
99 Teſtes viles & notati non ſunt abſq; quæſtione admittendi.
Serui publici contra dominum poſſunt torqueri.
100 Seruus pro necato domino non punitur ſceleris non particeps, quamuis ſub eodem eſſet tecto cùm necaretur dominus.
101 Statuliber ob vnicum indiciũ non ſubijcitur torturæ.
102 Suſpicio de crimine inſufficiens eſt quæſtioni infligendæ, alijs deficientibus argumentis.
Probationes in criminalibus luce meridiana clariores eſſe oportet.
103 Teſtes bonæ opinionis & famæ eſſe debent.
104 Teſtes quot numero eſſe debeãt, & quales, vt ſufficienter fidem faciant.
105 Teſtamentum quot & quales teſtes requirat ad ſui valorem.
106 Teſtis per iudicem examinari debet, vt veritas eruatur

ex conſt

ex conſtantia & vultu examinati.

107 Famuli domeſtici regulariter pro aut cõtra dominum non debet interrogari.& nu.ſequentib,

108 Teſtes alioqui inhabiles,in crimine occulto,de quo veritas non facile eruitur,admittuntur.

109 Rei de crimine damnati conſeruantur aliquãdiu de cõſcijs examinandi.

110 Teſtimonium inhabiliũ quibus caſibus admittatur in ſubſidium.

111 Famulus mercenarius hoc à ſeruo differt, quòd ipſe ingenuus ſit,ſeruus verò non item.

112 Serui de ſuo interrogati facto torqueri poſſunt.

113 Seruum alienum fugitiuum retinens, ad alterum ſeruũ reſtituendum tenetur,aut ſerui loco ſolidos viginti cũ ſeruo retento.

Seruus abs re à domino fugiens ſuipſius furtum facit.

114 Pœna nemini ob alterius culpam debet infligi.

115 Seruus, qui cum domino idem commiſit delictum, nõ interrogatur de domino.

116 Seruus fugiens à domino corruptus,an & quare ſit puniendus.

117 Seruus quibus indicijs præcedentibus in dominũ torqueatur.

Seruus de delicto proprio vel domini interrogatus,nõ torquetur niſi tribus aut quatuor concurrentibus.

118 Seruus de facto proprio interrogandus, etiam abſque indicijs torqueri poteſt.

119 Participatio in crimine ſufficit, vt is torqueatur, cui per fideicommiſſum libertas relicta eſt.

120 Presbyteri,clerici,& nobiles in teſtimonium pro alijs producti,non ſunt cum quæſtione interrogandi.

121 Milites armatæ militiæ, ſi in expeditione deſierint eſſe, coram quouis ordinario conueniri poſſunt.

122 Liberi homines,aut liberorũ beneficio vtentes non torquentur, niſi vacillãtes,aut de mendacio conuicti, vel in teſtificando præcipites ſint, aut ſceleris participes.

Seruus nuſquam in teſtem eſt admittendus.

123 Serui cum quæſtione examinantur, ſi aliàs veritas percipi non valeat.

124 Teſtes domeſtici dicũtur nedum ij quibus imperari poteſt,verùm & ij omnes qui de domo ſunt producentis.

125 Præſens homicidij commiſſi tẽpore,an teneatur de homicidio.

126 Præſens quãdo quis eſſe præſumatur alicui facto, puta,ſeruus domini interfectioni.

127 Pecunia an accipiatur licite pro alio defendendo.

Rixantes, de homicidio non tenẽtur,ſi eum, qui ſe medium obtulit,occiderint.

128 Ædibus vicini igni flammeſcentibus medias ædes ad mearum conſeruationem diruere poſſum.

129 Domus media deſtrui poteſt, ne ignis domos poſtremas peruadat.

130 Occidens medium ſe opponentẽ, quando de homicidio teneatur,& quando non.

131 Occidens alium defenſione licita vtendo,non valẽs aliter periculum euitare,cenſetur iure occidere.

132 Opponere ſe medium rixantibus nemo debet,niſi ſe & rixantes ſeruare poſſe arbitretur veriſimile.

133 Præſens rixæ,quãdo teneatur homicidium prohibere.

Gladio ancipiti,& dubio euentui ſeſe exponens,culpa non vacat.

134 Damnum inferens alterius impulſu,an teneatur de damno,an verò impellens.

135 Ambulans per vias opacas & prohibitas,ſi in aliquod periculum inciderit,ſibi ipſi imputet.

136 Homicidiũ non prohibentes quum poſſent, tenẽtur literas ſuæ innocẽtiæ obtinere,ne ſceleris participes præſumantur.

137 Libertus patrono ad operas non tenetur,quæ ſine vitæ periculo præſtari nequeunt.

138 Laicus timens per clericum offendi, vt pote iam ſemel offenſus,non incidit in excommunicationem repercutiendo.

139 Socius ſocio tenetur ſubuenire periclitanti,& ſuperior ſubdito.

Magiſtratus reſpondere debet pro familia ſua delinquente.

140 Magiſtratus nedum filium, ſed & quoſuis à malo non cohibens,de facto eorum tenetur.

141 Seruus per fideicommiſſum liber factus abſens tempore interfectionis domini, quãlibet ſub eodem tecto fuerit,non tenetur.

142 Præſens in quo differat ab eo,qui ꝓ præſente habetur.

143 Præſens delicto non cenſetur eſſe quis,niſi armis munitus adſtet.

144 Seruus videns periclitantem dominum,nec valens eidẽ ſuccurrere,nõ æſtimãdus ſceleris particeps aut cõſcius.

145 Seruus, cui per fideicommiſſum relicta eſt libertas, & ſi adhuc liber non ſit, breui tamen libertate donandus, non citius eſt quæſtioni ſubijciendus, quàm liber.

146 Vſufructuarius eos fructus non facit ſuos, quos nondum percepit.

147 Rebanniendus de proximo, habendus eſt perinde atque iam è banno ſublatus.

Vineæ non ligatæ inter mobilia non annumerandæ.

148 Seruus iam liber voluntate teſtatoris dicitur, cui libertas in teſtamento relinquitur.

149 Implerum reputatur in fauorabilibus, quod de proximo implendum eſt.

150 Libertus an maneat manumiſſoris,an vero hæredis.

§. Serui appellat.

HIC IVRECONSVLtus declarat hoc ſenatuſcõſultũ in ea parte, quæ de ſeruis loquitur, qui veniãt appellatione ſeruorum. Et quatuor dicta continet vſque in.§.domini. Primum eſt de ſeruo ſub conditione legato: cuius ſit, an hæredis, vel legatarij pẽdente cõditione adiecta legato. Secũdum de ſtatulibero. Tertium de ſeruo, cui per fideicommiſſum libertas relicta eſt, an interim cenſendi ſunt teſtatoris ſerui. Quartũ & quod ſignetur digito, per illud enim datur forma iudicibus quam obſeruare debent in quæſtione infligenda ſeruis & ſtatuliberis, & quibus libertas per fideicommiſſum relicta eſt, & ex conſequenti vilibus perſonis. Secũdum eſt in verſi. idque. Tertium in verſic. ſed in eo. Quartum in verſ. extat. In prima parte huius
1 §. nota hæredem remanere dominum rerum ſub conditione legatarum, donec conditio extiterit. l.generaliter.§.ſub conditione.ff.qui, & à quib. ibi, pendẽte cõditione pleno iure hæredis eſt. ſic res ſubiectæ reſtitutioni in euẽtũ cõditionis pen

dente conditione, debitoris manēt. l. ſi poſt diē.
§. ſed ſi ſub conditione. ff. quando dies lega. ced.
l. cedere diem. ff. de verbo. ſignifi. glo. in. l. in o-
mnibus obligationibus. ff. de regu. iur. adde. l. &
poſt litem conteſtatam. §. res quæ. ff. famil. ercíſ.
l. ſi fur. ff. de vſufructu. ibi, exemplum rei ſub cō
ditione legatæ quæ interim hæredis eſt, exiſten-
te autem conditione ad legatariū tranſit. Et quā-
uis res ſubiecta ſit reſtitutioni: tamen hæres agit
rei vendicatione contra eum qui eam detinet. l.
non ideo. ff. de reivēdi. l. ſi ſeruus. ff. de cōdi. fur.
l. is cui. §. fi. vbi per Bald. & Flori. ff. quēadmo.
ſeruit. amitta. Per hæc videtur probari in debito
conditionali non naſci aliquam obligationē an-
te euentum conditionis. quem articulum aliquā
do Papiæ diſputaui: quū in multis differāt citra-
montani ab vltramontanis. Et Cin. eā plene exa
minat in. l. vnica. C. vt actio. ab hæredi. & cōtra
hæred. inci. Io. Fab. & alij poſt Pet. in. §. omnis.
inſti. de verb. oblig. & in. §. fi. inſti. de inutili. ſti-
pula. Bart. in dicta. l. cedere diem. ff. de verbo. ſi-
gnific. Et hæc concluſio Petri bene probatur in
hoc tex. in his verbis, Nam medio tempore hæ-
redis ſunt. nec quod conditio exiſtens efficit vt
deſinant eſſe hæredis, facit ne videantur interim
2 eius ſcilicet legatarij eſſe. † Ecce quomodo per
legatum conditionale non mutatur dominium
hæredis: neque cōditio efficit vt legatario videā
tur eſſe acquiſitæ. idē in dicta. l. ſi poſt diē. §. ſed
ſi ſub conditione. ff. quando dies lega. cedit. ibi:
non prius dies legati cedit, quàm conditio fuerit
impleta. hoc declarat. l. cedere diem. in princi. ff.
de verbo. ſignifi. dum dicit: cedere diem, ſignifi-
cat incipere debere pecuniam. & circa finem in-
quit: vbi ſub conditione neque ceſſit neque ve-
nit dies ſi non cedit dies legati, niſi conditio fue-
rit impleta, & non incipiat deberi, niſi cedēte die
legati per implementum cōditionis. ante igitur
impletam conditionem nihil debetur: ſic nulla
obligatio neque actio acquiritur, nec retro trahi
tur cedente die impletæ conditionis. §. ex condi-
tionali. inſti. de verbo. obliga. ibi: tātum ſpes eſt
debitum iri. & Bar. in. l. ita ſtipulatus. xviij. col.
ff. de verbo. obli. verſi. tertiò eſt videndum. dicit
3 omnes in hoc conuenire, † videlicet ante ad-
uentum conditionis poſsibilis ſeu contingentis
nō naſci obligationem neque actionem. difficul
tas ergo eſt in obligatione in diem, vtrum ſtatim
naſcatur obligatio & actio, an vero tantùm obli
gatio. quam Cin. plenius quouis alio diſputat in
dicta. l. vnica. C. vt actio. ab hæredi. et contra hæ
red. incip. Bal. poſt eum recedēs ab opinione Pe
tri, & Cin. ſimiliter & Bar. & Moder. in dicta. l.
ita ſtipulatus. hanc Petr. Io. Fab. & Nico. ſpi. cō
cluſionem poſitam in. §. omnis. inſti. de verbo.
obliga. diſcuſſi Petro inhærēdo. Cæterùm vltrà
ea quæ aliquando dixi in. l. dudum. xx. colum.
& ſequentibus. C. de contrahen. emptio. intēdo
reſpondere obiectis quæ in Petrum & ſuos ſe-
quaces facta ſunt per Bal. licet Cin. illis & pleriſ
que alijs non minus ſubtiliter quàm verè reſpon
deat poſt Petrū, quem audierat in hac iuris con-
cluſione verba ſua reſonātem, vt ipſe teſtatur in
dicta. l. vnica. in primis Bal. cōtra opi. Petri mo-
4 uetur hoc dialectico argumēto: † tempus non
pōt poni in numero cauſæ ſiue efficientis ſeu fi-
nalis, formalis ſeu materialis, & ob id nō eſt mo
dus inducendæ vel tollendæ obligationis. l. obli
gationum fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. igi-
tur ratione diei non impeditur natiuitas obliga-
tionis vel actionis, quū aliæ cauſæ producant eā
in eſſe. Addit ſecundò & argumētatur ex etymo
logia diei, qui nihil aliud eſt niſi motus tempo-
ris naturaliter menſurati vel per accidens. l. mo-
re Romano. ff. de fer. Et ſicut tempus non peri-
mit actionem ipſo iure, ſic non poteſt impedire
ne naſcatur. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. manda. Tertiò
limitans nō habet limitare, niſi id quod inducit.
l. talis ſcriptura. ff. de lega. j. ſed tempus, ſeu dies
non adijcitur verbo obligatiuo ſed executiuo,
ideo natiuitas actionis nō impedit, ſed eius exe
cutio. l. ex his. C. quando dies lega. ced. Hæc tria
vnica ſolutione Pet. & Cin. abſoluerunt, non tē-
pus, ſed voluntas eſt contrahentium quæ in tem
pus voluit executionem non tātum actionis ſed
& obligationis differre. Partes enim ſic cōueniē
tes non intendunt aliud ex promiſſione agere,
quàm debitorem adueniente die cōtractui adie-
cto obligare, nec antè poſſe petere, quàm dies
aduenerit. l. cedere diem. §. venire. ff. de verbo.
ſignifi. ibi: eum diē veniſſe quo pecunia peti poſ
ſit. & ſic licet nata ſit obligatio, quia dies eius ceſ
ſit: actionis autem dies non venit, & ideo peti nō
5 poteſt. † Petitio autem eſt actionis executio. §.
j. inſti. de actio. quia ius eſt proſequendi in iudi-
cio quod debetur. l. nihil aliud eſt. ff. de actio. &
oblig. hoc declarat. §. omnis. verſi. in diem. inſti.
de verbo. obliga. l. in illa. ibi: quæritur an ſtatim
ante Calendas agi poſsit. Sabinus & Proculus
expectandam diem actionis putant. ff. de verbo.
obliga. vbi obligatio quæ ſub conditione & in
diem ſimul concepta eſt, licet conditio extiterit,
agi tamen non poterit, quia dies ſupereſt. & ille
tex. dicit expectandam diem actionis: ſi expectā-
da eſt dies, igitur non eſt nata. Nam quæſtio in
illo, tex. erat, an ante Calēdas agi poſſet. & reſpō
dit, agi non poſſe. idem in. l. vnica. §. fi. ff. quando
dies vſusfruc. lega. ced. quem tex. Bal. nō potuit
aliter euitare in dicta. l. vnica. quàm dicere ſpe-
ciale eſſe in caſu illius. l. vnicæ. an ſit hoc verum,
dicam infrà. vtcūque clarus eſt ille tex. in his ver
bis: ſed nec actio de vſufructu. &c. Et Bal. dicit il
lū tex. alibi nō inueniri. ſed ego addo illi nō diſſi
milem in. l. quod autem. §. fi. ff. de dona. inter vi-
rum et vxorem. ibi: quare antè manumittēdo ni-
hil agit. & dū dicitur in alijs legibus, rem nō poſ
ſe peti. intellige per viā actionis in iudicio. l. am-
plius non peti. ff. rem ra. haberi. Et hunc articu-
lum

lum ſubtiliter & clare Cin. declarauit: quia Petr.
dixerat hoc eſſe potiſsimum argumentum quod
6 in hac materia fieri poteſt. † Ex his vides tẽpus
in obligatione adiectum non impedire natiuita-
tem actionis, ſed ſolam voluntatem contrahen-
tium. l. nõ omnis. ff. de reb. cred. quæ pro reo fa
cit. l. eũ qui Calendis. §. fi. ff. de verb. obli. Cùm
ergo in fauorem debitoris dies adiectus ſit, quo
modo poteſt in odium eius retorqueri, vt dica-
tur ſtatim natam eſſe actionem, & ſic peti poſsit
quod noluit à ſe peti, niſi aduenie͂te die, & leges
omnes quæ de obligatione in diem loquuntur,
dicant, licet ſtatim debeatur, ante diem tamen pe
ti nõ poteſt, vt dicit. §. omnis. verſi. in diem. ibi:
ſed peti priuſquam dies venerit non poteſt. No-
ta verbum, venerit. Et dum dicit Bal. diem adie-
ctum contractui, non eſſe adiectũ niſi verbo exe
cutiuo, non autem obligatiuo: hoc verũ eſt, quia
obligatio nata eſt, ſed verbo executiuo ſcilicet
obligationis, non autem actionis. Et cùm infert
Bal. igitur non impeditur natiuitas actionis: eſt
falſum, & contra eum eſt tex. clarus in. l. liber ho
mo. ij. §. decem. ff. de verbo. obliga. ibi: in propo
ſito enim diem nõ differendæ actionis cauſa in-
7 ſertũ eſſe. † per quæ verba tex. demonſtrat diffe
rentiam inter ſtipulationem pure contractam, &
ſtipulationem in die͂, vt de ſtipulatione pura tem
pus non ſit adiectum cauſa differendæ actionis:
ſecus autem in ſtipulatione in diem, in qua dicit
ille tex. peti non poteſt quod intra tempus com-
prehenſum ſolui poteſt. ratio, quia tempus fauo
re promiſſoris, non ſtipulatoris adiectum eſt, vt
dixi. Prædictis addo. l. ſi ita ſcriptum ſit. §. ſi ſub
conditione. ff. de leg. ij. in his verbis: nã nec perti
net ad nos antequam dies veniat vel cõditio exi-
ſtat, dicta. l. ſi fur. ff. de vſufru. Nec obſtat quod
dicit Bal. de verbo executiuo, quoniam duplex
eſt executio. Prima eſt quæ obligationi deſer-
uit, & eſt actio. l. licet. §. ea autem obligatio. ff. de
procur. §. actio. inſti. de actio. Secunda executio
eſt ſcilicet actionis, & eſt petitio, quæ in iudicio
fit, dicta. l. amplius. in princi. ff. rem ratã haberi.
& vtraque executio obligationis eſt ſublata per
appoſitionem diei, quia dies ſeu tempus cau-
ſa differendæ actionis apponitur. Et dicit ille. §.
8 decem. † effectus obligatiõis eſt actio, quia per
eam petimus quod ex obligatione nobis debe͂r.
Nec obſtat. l. vnica. §. ſi. in fi. ff. quando dies vſuſ
fruc. ced. in his verbis: agentem ante diem vſuſ-
fructus nihil facere, quamuis aliàs qui ante diem
agit male agit. & ſic per viam exceptionis tãtum
actio tollatur, non autem natiuitas actionis impe
diatur: pro qua eruenda, ſi non eſſet nata actio,
competeret peremptoria, nõ autem dilatoria. §.
temporales. inſti. de exceptio. cui accedit. §. tem-
pore. inſti. de actio. Et licet Cin. iſtis duobus ar-
gumentis plus æquo reſpondeat, à cuius ſolutio
ne Bar. non multum diſſentit in dicta. l. ita ſtipu
latus. in. j. quæſtione princi. ff. de verbo. obliga.

dum reſpondet ad. §. temporales. inſti. de excep.
Ego verò aliter ab eis ſentio, & dico leges per
Bal. relatas, & eas quas illi addidi, pariter cõclu
dere in obligatione conditionali & obligatione
in diem. ſicuti enim qui ante die͂ agit, male agit:
ſic etiam qui ante conditionem agit quod nihil
ad eum pertinet ante diem vel conditione͂, dicta
9 l. ſi ita ſcriptum ſit. §. ſi ſub cõditione. Secũdò †
ſicut exceptiones quæ pro obligatione conditio
nali competunt dilatoriæ ſunt & temporales, ſi-
militer & hæ quæ pro obligatione in diem com-
petunt, dicto. §. tempore. inſti. de actio. in his ver
bis: veluti ſi quis ante diem vel ante conditione͂
petierit. De vtraque eadem ratione concludens,
vt præmature petatur, ſcilicet ſi ante diem vel cõ
ditione͂ petatur: & de cõditionali loquitur pun-
ctualiter. l. j. §. annus. ff. quando de pecul. actio
annal. ſit. ibi: ſed ex quo peti potuit conditione
exiſtente. l. bouem. §. ſi ſub cõditione. ff. de ædil.
edic. ibi: ante conditionem exiſtentem inutiliter
agitur. et ſi illa verba, male agit. poſita in dicta. l.
vnica. §. ſi. ff. quãdo dies vſusfruc. cedit. inferre͂t
neceſſariò obligatione͂ ꝓducere ſtatim & actio-
nem: idem eſſet in obligatione cõditionali, ſicut
in obligatione in diem, per dictum. §. ſi ſub con-
ditione. dum dicit: inutiliter agitur. quod ide͂ eſt
ac ſi diceret: male agitur. & tamen fate͂tur ipſi ex
obligatione cõditionali nõ ante naſci actione͂ ex
illa obligatione, quàm conditio extiterit. ſed ſi
verum eſt quod dixit Bar. in dicta. l. ita ſtipula-
tus. ff. de verbo. obliga. in. xviij. colum. non eſſe
aliquem qui diſcrepet, in obligatione conditio-
nali ante aduentũ conditionis poſsibilis ſeu con
tingentis obligationem non naſci, quàm condi-
tio aduenerit: idem igitur erit in obligatione in
10 die͂: quia in iſtis & alijs multis conferunt. † Dici
tur enim de creditore in diem ad effectum tranſ-
mittendi creditore͂ eſſe, in. l. ſi poſt diem. ff. quan
do dies leg. ced. eodem etiã modo creditor qui
ſtipulatus eſt rem ſibi dari ſub conditione; ea pe͂
dente quantum ad effectum tranſmittendi cred(i)
tor eſſe dicitur. l. is cui ſub cõditione. ff. de actio
ni. & obligatio. vbi gloſ. alios ſimiles effectus
refert, in quibus recte creditores dicũtur: de qui
bus in dicto. §. ex conditionali. inſti. de verborũ
obli. & in. §. cum quis ſub aliqua conditione. in-
ſti. de inutil. ſtipula. Adde prædictis. l. pecuniã.
ff. de reb. credi. in duabus partibus legis. Prima
eſt in his verbis: ſi pendente conditione petam
&c. & in finalibus verbis illius. l. ibi: ante tẽpus
petere videor. Secundò dico ad illas leges & il-
11 lis ſimiles, conſiderandũ eſſe pro ſolutione; † q
lex quæ natiuitate͂ actionis impedit, ſimul & ex-
ceptionem parit deſeruientem illi impedimento
§. tẽporales. inſti. de exceptio. & l. vnica. ff. quã.
dies vſusfruc. leg. ced. l. pecuniã. in fi. ff. de reb.
credi. ibi, quoniã cũ incertum ſit an ex ea ſtipu-
latiõe deberi poſsit, ante tempus petere videor.
Ratione enim pacti conuenti impeditur naſci

actio ante tempus obligationi expreſſum : quia
prohibet ante tempus illud petere. ſi tamen cre-
ditor nõ expectato tempore obligationis agat,
contra eũ obſtabit exceptio pacti conuenti, quæ
eſt, male agis. ſeu, inutiliter agis. vel, plus tempo
re petis. vel, nõ recte petis. vel, præmaturè petis,
cum tibi ius agendi ante tempus pacto ſeu ſtipu
lationi vel obligationi expreſſum nõ competat.
l. qui hoc anno. ff. de verbo. obliga. Et illa. l. vni-
ca hoc dicit clarè in verſi. nõ ſolum. ibi: ante adi-
tã hæreditatẽ dies non cedit: ſed nec actio de vſu
fructu. diligenter nota hæc verba, ſed nec actio
de vſufructu. qualiter actio ante diem non naſci
tur. & quod dicit in fi. agentem ante diem vſuſ-
12 fructus, nihil facere. ſed quare nihil facit? † quo-
niam qui ante diẽ agit male agit. ſed quomodo
male agit? quia ſibi non competit ius agendi. &
gloſ. aliter ſentiens ſua interpretatione vult illũ
tex. deſtruere. & eſt clarus text. in dicta. l. pecu-
niam. vltimo reſpon. ibi, pendente autem cauſa
conditionis idem petere non poſſum : quoniam
cùm incertũ ſit an ex ea ſtipulatione deberi poſ-
ſit, ante tempus petere videor. Ex quibus cõſtat,
actionem intentatam ex promiſsione ſub condi-
tione facta elidi illa exceptione, ante tempus pe-
tis. idem in. §. tempore. inſti. de actio. ibi: præma-
turè petit. quæ verba (vt dixi,) pariter referũtur
ad obligationem in diem, & obligationem con-
ditionalem, vt præmaturè agat qui ante diẽ agit
vel conditionem. Et licet Cin. in. d. l. vnica. C. vt
actio. ab hæredi. & contra hære. incipi. quem in
hoc Bar. ſequitur, quamuis Cin. nõ alleget in di
cta. l. ita ſtipulatus. in prima parte diſtinctionis
primæ quæſtionis principalis, vt ille. §. tempora-
les. inſt. de exceptio. loquatur de pacto conuẽto
de non petendo quod iam pure erat debitum, ni
ſi intra certum tempus: tamẽ ille tex. mihi hoc nõ
probat: neque comperio quomodo ex illo text.
poſsit ſine diuinatione vel ſuppoſitione colligi.
Ob id Cin. in illa. l. vnica, dicit illum text. facere
pro opi. Petri. & verũ dicit in duabus partibus il
lius. §. Prima eſt in illis verbis: cum ita cõuenerit
ne intra certum tẽpus ageretur, veluti intra quin
quennium. Secundò ibi: quibus intra certum tẽ-
pus agere volentibus. & ſic de facto cum eis nul
lum ius competeret agendi, vt paulo poſt ſequi-
tur in illo tex. obijcitur exceptio aut pacti conuẽ
ti, aut alia ſimilis, videlicet, præmature petis. vt
in dicto. §. tempore. & in dicta. l. pecunia. vel, ti-
bi nõ competit ius agendi. vt in. l. mater. vbi per
Bar. ff. de inoffi. teſta. per Alexã. in. l. vir bonus.
in apoſtil. Barto. ff. iudi. ſol. Tertiò dum dicitur
in. §. temporales. differre debent actionẽ, & poſt
13 tempus agere: † vides quomõ actio differtur in
tempus adiectũ pacto, cùm dicit, differre debẽt.
quæ ſunt verba neceſsitatem inducentia. l. ſæpe
audiui. vbi per glo. ff. de offi. præſi. Nec eſt verũ
verbum, differre. præſupponere actionẽ eſſe na-
tam, ſed natiuitatem actionis vult in tẽpus obli-
gationi adiectum differri. §. cõditiones. & §. ſub
conditione. inſti. de verbo. obliga. in his verbis:
aut omnino non differant. & in illo. §. tempora-
les. probant verba quæ ſequuntur in illo text. &
poſt tempus agere. Vides qualiter nõ poteſt agi
ante diem: & ſic actio non eſt nata ante tempus:
vbi ſi nata eſſet, agi poſſet, licet ope exceptionis
tolli poſſet: vt præſenſit Bar. in dicta. l. ita ſtipula
tus. Cæterùm vt ille text. demonſtret actionẽ nõ
eſſe natam, ſed in tempos dilatam: dicit, differre
debent actionem, & poſt tempus agere. vbi ſi na
ta eſſet actio quæ exceptione elideretur, impera
tor vſus fuiſſet ſimilibus terminis, quibus vſus
eſt in. §. j. illius titu. de exceptio. verſi. verbi gra-
tia. & verſic. Ideoq. dum dicit, dare te oportere
efficax eſt, ſed iniquum eſt te cõdemnari, ideoq;
datẽ tibi exceptio. Quartò facit tex. in verſi. alio-
quin. eo. §. dum refert ius antiquum de plus peti
tionibus. de quo in. §. plus petere. inſti. de actio.
in his verbis: vt non ſolum ante, ſed neque poſt
iudicium temere intentatum olim agere poterãt.
nota verbum, temere. propter agentes ante tem-
pus: qui ſolum de facto agere dicũtur, & præma
turè. Et hæc conſideratio eſt maxime attendenda
14 multiplici ratione. Prima, quoniam † intereſt no
ſtra non tantùm exceptionem nobis compete-
re ad excludẽdam actionem, ſed etiam fundamẽ
tum habere actionem impediẽs. l. ſi quis emptio
nis. §. j. C. de præſcrip. xxx. anno. præſertim ſi ex
illo iudicio trãſactio ſequeretur per. l. in ſumma.
ff. de condi. indebi. ibi: niſi tam euidens ſit calum
nia. Secundò, expedit pluribus vti remedijs etiã
diuerſis. l. ſi creditori. ff. de leg. j. Quare cũ Cin.
cõuenio, vt ille tex. faciat pro Petro & Cin. Nec
obſtat. l. iij. §. ſi quis ita ſtipuletur. Secundò. ff. de
15 eo quod cer. loco. alleg. per gloſ. in d. l. vnica. ff.
quando dies vſusfruc. lega. ced. quæ de ſtipula-
tione ſeu promiſsione, cui tacita tantùm dies à le
ge datur, loquitur: vt in dicta. l. interdum. ff. de
verbo. obliga. in qua eſt longe diuerſa ratio, vt
dicit Bartol. & alij poſt eum in dicta. l. ita ſtipu-
latus. & in. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ff. de
verbo. obliga. Et dum caſus Aureliæ ſe obtulit
de eo qui à capitulo inſignis eccleſiæ Aureliẽ.
domum in emphyteoſim acceperat vſque in cer-
tas generationes & in. lix. annos, poſt finitas ge-
nerationes alius non impleto tẽpore primæ em-
phyteoſis ab eodẽ capitulo in ſimile tẽpus à die
finitæ primæ emphyteoſis aſſumpſit: hic non fini
ta prima emphyteoſi in primum emphyteotam
agit viſurũ declarari ius ex illa emphyteoſi ſecũ
16 da competere: reus conuentus excepit ius agen-
di illi non competere, donec prima emphyteoſis
finita eſſet, & dies eius aduenisset: & vbi ius illi
cẽt, poſtulabat primus emphyteota ſibi cedi bñ-
ficio. l. cõgruit. & l. fi. C. de loca. prædi. ciuil. li.
xj. ſecundũ. c. ad aures. extra de reb. eccleſi. non
alien. c. primũ extra de in integ. reſtit. per Henri.
in. c. nulli. extra de reb. eccleſi. non alien. Barto.
in. l. j.

in.l.j.§.permittitur.ff.de aqua quotid.& æſtiua.
& vide.§.quod autem.in auth.de non alien.reb.
eccleſi.colla.ij. Ad aliud agumentum Bal. de.l.
in.l.Aquilia ſi deletũ.ff.ad.l.Aquil.quod fuit In
15 noc.in.c.vnico,extra de plus peti. † ſi ex delicto
naſcitur actio ante diem,igitur ſortius ex conſen
ſu.Iſtud argumentum dupliciter eſt falſum. Pri-
mò,quia illa.l.loquitur in obligatiõe cõditiona
li,& nõ de obligatione in diem.patet in ea dum
dicitur,ſi deletum chirographum mihi eſſe dicã
in quo ſub conditione mihi debita pecunia fue-
rit.& tamen in ea nulla cadit obligatio ſecũdum
eos:& ſi fundamentum eſſet verũ probaretur in
illo tex.naſci obligationem ſtatim in debito con
ditionali,quod negatur ab omnibus: vt dixi ſu-
prà.Secundò,in illo tex.per ſentẽtiam iudicis ni
hil aliud declaratur niſi æſtimatio debiti condi-
tionalis,quod eſt in ſpe aduenientis conditionis
videlicet quantum res erat : non autem declarat
ipſam obligationem, ſed quantum aduenięte cõ
ditione poterit peti propter carentiam pecuniæ
promiſſæ facto illius qui inſtrumentum deleuit,
id eſt,quantum res,quæ debebatur eo tunc,quo
perijt facto & culpa eius, qui inſtrumentum de-
leuit,valebat,probato delicto & æſtimatiõe rei
facta:ſic non eſt propriè cõdemnatio debiti, ſed
æſtimatio debiti conditionalis adueniente con-
ditione,hoc eſt quantum adueniente die vel con
ditione peti poterit.probat ille tex.in his verbis:
condẽnationis exactio , cùm debiti conditio ex-
titerit,in qua eſt creditor, vt dixi per.l.is cui. ff.
de actio.& oblig.de qua non erat dubium, quo
minus in ſpe non ſit.§.ex conuentionali.inſti.de
verbo. obligat. Vel tertiò, dic quòd concluſio
Innoc.& Bal.eſt minus pertinẽs ſi ex delicto agi
tur ante tẽpus,& ſic ex noua cauſa: ergo fortius
16 ex conſenſu. † verum eſt ſi ita conſentiunt par-
tes vt agi poſsit ante tempus pacto poſtea facto:
& hoc eſt indubium.ſed dicere per obligationẽ
in diem,cõſenſum debitoris ſeu promiſſoris eſſe
vt agatur ante tempus,non eſt verum. Et adhuc
minus concludens eſt dicere,delictum accelera-
re obligationem, ſeu actionem temporalem , vt
ad eam ſoluendam contra pacti conuentionem
condemnetur:quoniam hoc non dicit illa.l.in.l.
Aquilia.ſed quia is qui deleuit inſtrumentum in
quo pecunia ſub conditione mihi erat debita,
delendo inſtrumẽtum deliquit, poſſum agere.l.
Aquilia. ſed ad quid agam? an vt condemnetur
ſtatim ad ſoluendum quod in inſtrumento erat?
nõ.ſed admittar ad probationem deletionis in-
17 ſtrumenti facti per deletorem. † Secundò, quan
tum in inſtrumento continebatur eſſe mihi debi
tum facta illa probatione condemnabitur ad in-
tereſſe meum,in quo veniet pecunia quæ proba
bit̃ eſſe debita.l.chirographis.ff. de adminiſtra.
tuto.& quicquid erogaui in probationem illius
deletionis.l.ſi procurator. ff.rem ratam haberi.
& alia quæ ponuntur in.l.ſi ſeruũ.ff.ad.l.Aquil.

Et licet propter delictum condemnatus ſit , nòn
tamen exigi poterit,niſi adueniente conditione,
quod debitum erat per ipſum inſtrumentum,vt
dicit finis illius.l.in.l.Aquilia.ibi:ſed tunc con-
demnationis exactio competit,cùm debiti con-
ditio extiterit.Secundò,in obligatione in diem
conſenſus partium non eſt,vt ante diem agi poſ-
ſit:imò ſecundum Petrum & Cin. in loco ſuprà
allegato,forma ipſius contractus ſeu conſenſus
vtriuſque partis eſt,vt non ante tempus adiectũ
contractui ſeu obligationi agi poſsit, & ſic dies
eſt pars ipſius contractus.l.j.§.diem.ff.de eden.
ibi, dies ſolutiõis ſicut ſumma pars eſt ſtipulatio
nis. quem tex.tu ſingulariter nota in hac mate-
18 ria. † Nam & qui citius tempore adiecto obliga
tioni ſoluit,plus ſoluere dicitur.§.non ſolũ. ver-
ſic.plus eſt enim.inſti.de fideiuſ. Et ſic vides, ex
conſenſu partium tempus adiectum obligationi
non aliter poſſe ſubſiſtere,niſi cùm tempus adue
nit:quia de contractu eſt.l.pacta conuenta.&.l.
fundi partem.ff.de cõtrahen.emptio. Nec aliter
pactio ſeu conuentio(quæ duorum eſt conſen-
ſus)regulari debet,quàm inter eos conuenit.l.j.
in princi.&.§.j.&.§. cõuẽtionis.ff. de pactis. Et
ad id quod Bald.voluit probare, in obligatione
in diẽ partes conſentire,vt ſtatim naſcatur actio;
ponderans.l.cedere diem.ff.de verb.ſigni. Cin.
debite reſpondit, & aliter intellecta illa.l. quàm
19 Cin.dixit , male erit intellecta. † Cedere em̃ diẽ
obligationi conuenit: venire diem, actioni. vbi
igit̃ nata eſt obligatio,ceſsit dies:vbi verò actio
nata eſt,venit dies.Ita ecõtrario,ſi nõ venit dies,
actio nata nõ eſt.& ita declarat illa.l.cedere diẽ.
in princi.Vnde niſi dies venerit,agi non poteſt.
ſi de facto agatur:contra naturam obligationis
& voluntatem contrahentiũ agitur.Et ideo vſq;
ad tempus differtur,vt dixi ſuprà in expoſitione
§.temporales.inſti.de exceptio.intra quod tem-
pus per illum tex.& alios ſuprà relatos,actio nõ
poteſt ſuum officium exercere propter reſiſten-
tiam obligationis:quia obligatio, licet ſit nata,
tamen executio eius,quæ in actione conſiſtit,vo
luntate contrahentium dilata eſt ad tempus cer-
tum:ideò non niſi adueniente die exercitiũ obli-
gationis(quod eſt actio quæ eſt ius proſequen-
di in iudicio quod debetur,vt dictum eſt ſuprà)
haber obligationem reſiſtentem : quoniam non
vult eã poſſe proſequi ſeu exequi,niſi aduenięte
20 die. † & ſic obligatio quæ eſt in diẽ directè actio
ni contradicit:quia obligatio eſt iuris vinculum,
quo neceſsitate aſtringimnr alicuius ſoluendæ
rei. & illa aſtrictio eſt actio, quæ pro ſolutione
obligationis competit:ſed clarum eſt ſecundum
glo.Bar.Bal.& ſequaces,ad ſoluẽdum ante diẽ
debitorẽ aſtringi nõ poſſe:nulla eſt igitur obli-
gationis executio,niſi adueniente die, cùm ante
diem de neceſsitate aſtringi non poſsit debitor:
in quo virtus obligationis conſiſtit.l.obligatio-
num ſubſtantia.ff.de actio.& obliga.§.j.inſti.de

oblig. & hoc argumento vtitur.l.j.§.annus.ff.qñ
de pec. actio annal.ſit.ibi:Iulianus ſcribit ex eo
computandum annum,non ex quo emancipatus
eſt,ſed ex quo peti potuit conditione exiſtente.
21 Idem in.l.debitor.ff.de verbo.ſigniſi. † debitor
(inquit ille tex.)eſt is à quo inuito exigi pecunia
poteſt.non igitur debitor eſt, à quo inuito exigi
non poteſt. Clarum eſt autem quòd à debitore
in diem inuito exigi nõ poteſt.igitur interim de-
bitor non eſt,neque actio nata eſt: quũ obliga-
tio efficax non ſit ad producendam actionem,vt
debitum exigi poſsit,niſi adueniente die obliga
tioni adiecto.Nec obſtat.l.ſtipulatio iſta.§.inter
certam.ff.de verbo.obliga.dũ ille tex.dicit poſ-
ſe ante diem ſolui,cum tempus fauore debitoris
adiectum ſit:fateor,per ea quæ ſuprà dixi per.l.
cum qui Calendis.§.finali.ff.de verborum obli-
ga.latam eſſe differentiam an quis,quod efficaci
ter nõ debet,ſoluit:an,quod nullo modo debet,
ſoluit.hoc vltimum dico,cùm in ſi.illius.§.text.
dicat cum interpretatione gloſ. quod competit
debitori ad diem incertum obligatum ſoluẽs an
te tempus vt videatur indebitum ſoluiſſe qui ad
diem certum ſoluere aliquid promiſit iam obli-
gum, vt dixi ſuprà. Idem dico in cauſa ciuili, in
qua de dolo aut ſuſpicione doli domini agit᷑, per
dictam.l.fi.§. licentia.C.de iure deliberan. dictū
§. ſi verò abiunt.in authent. de hæred. & ſalcid.
colla.j. Et melius in.l. interdum.§.j.vbi gloſ.idē
notar. ff. de publica. & vectigalib. Idem dico
in qualibet alia cauſa ciuili, duobus tamen con-
currentibus: Primò, ſi aliter veritas facti proba-
ri non poteſt, quàm per ſeruos. Secundò, quādo
ex indicijs non poſſet aliter conſtare.l. diuus. ff.
de quæſtio.in princip. ne faciliter iudex mouea-
tur ad quæſtionem ſeruorum, per illum tex.&.l.
quoniam.C.de hæretic.Probationes enim angu
ſtandæ non ſunt: ſed omni ſtudio iudex inueſti-
gare debet rei veritatem, etiam per ſeruorum ſeu
domeſticorum quæſtiones. poterit etiam iudex
partes ipſas ſuo officio interrogare.l.vbicunque
ff. de interroga.actio.& eo magis, cùm de rebus
agitur, quæ faciliter occultari poſſunt.l. edictū.
& duabus.ll.ſeq.ff.de interrog.acti.vel qn̄ inter
duos dominos agitur.l. quoties de dominio. C.
de quæſt. vt dixi ſuprà in diſtin.Io. And.Et hoc
ſatis ſuadet ratio.d.l.conſenſu.§. ſuper plagis.in
his verbis: qm̄ quæ domi gerūtur non facilè per
alienos poterūt confiteri. Ex qua ratione induco
108 duo. † Primò, in crimine occultè facto, vel in eo
loco, ex quo in tp̄e et loco delicti perpetrati non
pōt veritas facti haberi, valere teſtimonium inha
biliū vel minus idoneorū, ſi cū quæſtione inter-
rogentur: alioquin recipi nō debere. tolle exem-
plū in delicto in proſtibulo vel caupona cōmiſ-
ſo, vel in domo, in qua ludus alearū frequentat᷑,
vel ſi in nemore delictū cōmiſſum eſt, & aliter ꝙ
per ſociū itineris veritas criminis detegi nō pōt.
De ſingulis videamus. In primis cùm delictū in
proſtibulo cōmiſſum eſt, vt ſtetur his qui frequē
tius interſunt, vbi nulli alij aſtitiſſent.d.l. conſen
ſu.§.ſuper plagis.C.de repud. in ratione illius.l.
ibi: qm̄ non facilè quæ domi gerunt᷑ per alios po
terūt confiteri. Et de his dico debere intelligi.d.
l.ob carmen.§.ſi ea rei conditio.ff.de teſtib.cùm
inquit, vbi arenariū teſtē vel ſimilē perſonā ad-
mittere cogimur. Nam quū aliter ſciri veritas nō
poſsit, recipere cogimur illorū teſtimoniū. & in
c.qm̄.extra de teſti.in his verbis: & ſeu mulieres
cum quibus peregiſſe dicitur.c.tam lr̄is.extra de
teſti.ibi: tam laici, ꝙ fœminæ. & in.c.ſin.extra de
teſti.cogēd. Primò, pōderāda verba illius.c. ibi:
quandā præſumpſerūt cōiurationē facere cōtra
eū. Secundò, ibi: & ad hæc celanda ſe aſtringētes
vinculo iuramēti. Tertiò, in rōne decidēdi illius
decretalis dicit᷑: & ipſe intētionē ſuā ꝓbare non
poſsit, niſi teſtimonio ciuium prædictorū &c. Fa
cit illa.l. q vltimo ſupplicio.ff. de pœ. quā ſuprà
109 annotaui. † vult em̄ reos de crimine dānatos cō
ſeruari, vt ſeruati de cōſcijs interrogentur, & ere
detur illis, licet nō plenè ꝓbēt, indiciū tn̄ faciūt,
vt dicā in.l. & ſi certus.infrà eo. Ad id pōdera.l.
excipiunt᷑. infrà eo. vbi adhuc impuberi credit᷑:
imò plus pœna imponit᷑, quia crimē nō detexit.
& idē not. Ange.in ſuo tracta.malefic.in verbo;
Metidore de mali dadi.in princ. quū in eis locis
nō verſent᷑ niſi homines improbatæ vitæ: ab his
igit᷑ exigi pōt. Et refert Inn.in.c.cū I.& A.extra
de re iudic. in fin. dicentē, ab his maleuolis & in
crimine participantibus teſtimoniū exigi poſſe,
& inquiri, nō ſolùm inquiſitione generali, ſed &
ſpeciali. Plenius per eundē & Moder.præſertim
Feli.in.c.qualiter & quando.extra de accuſatio.
Quibus addo glo.in.d.l.interdū.§.j.ff.de publi.
& vectiga. Et ad id ſolet allegari deciſio illius
vulgatæ quæſtionis: an ij de capitulo idonei ſint
teſtes geſtorum in capitulo. de qua in.l.in tantū.
§.vniuerſitatis. Præſertim per Barto. & Bald.ff.
de rerum diuiſione. Et communiter omnes tan-
gunt in.§. vniuerſitatis. Inſtit. de rerum diuiſio.
Cano.in.c. ſi res. xiiij.q.vj.in.c. inſuper.& in.c.
cùm nuncius. extra de teſtibus. & in.c. veniens.
eodem titulo. Salice.in.l.ea quidem. C.qui accu
ſare poſſunt.in.v.colum.quem ad id Ange. Are
ti. in dicto ſuo tractatu refert. De ſocio itineris
dicā in dicta.l.et ſi certus.§.ſi vnus.infrà eodem.
vbi eſt locus opportunus. Et Anto.de But.in.c.

110 tertio loco.colum.iij.extra de prob. † non inele
ganter dicit,omnes regulas,quæ volunt teſtimo
nium inhabilium in ſubſidiũ admitti,debere in
telligi cũ ex qualitate loci,tẽporis,& facti,copia
aliorũ teſtium haberi,vel aliis mediis veritas ex
quiri non poteſt:aliter nõ. Cui conſentio per.d.
l.edictum.&.l.diuus.ff.de quæſt. dictam.l.con
ſenſu.§.ſeruis. &.§. ſuper plagis.C. de repudiis.
& dictam.l.j.C.de quæſtio.Cui addo.l.ſin.C.de
quæſtio. ibi: de corporibus tantùm hæreditariis
interrogari.Nec multò póſt dicit ille text.& lice
te ſeruos eos tantummodo qui res gerendas de
tinẽt,ſiue in ſeruitute relicti ſint, in quæſtionem
rerum hæreditariarum deduci, & ex his, ea quæ
occulta ſunt,reuelari.quibus claré oſtẽditur,eos
ſolos,qui ex qualitate rerum,& temporis, & lo
ci, & facti notitiam habere poſſunt, debere cum
quæſtione interrogari:cæteros verò non.
Si contra extraneũ ſeruus interrogandus erit,
& non eſt eadẽ ratio ſerui & famuli mercenarii:
111 ſed à famulo differt, † quoniã mercenarii famuli
ingenui ſunt.Ideo nõ debet iudex æque faciliter
moueri ad eos torquẽdos,ſicut & ſeruos.l.ex li
bero.ff.de quæſt.facit ad id. d.l.milites.in fin.C.
de quæſtio. ibi: hac enim ratione etiam vniuerſi
prouinciales noſtri fructum ingenitæ nobis be
neuolentiæ conſequuntur. Idem in.§.ſina.in au
then.vt nul. iudi.liceat hab.loci conſer.colla.ix.
Et in his terminis loquitur noſter text.dum vult
eum,cui per fideicommiſſum relicta eſt libertas,
non ea ſola ratione torqueri, quia in domo erat
cùm facinus in dominum admiſſum eſt, ſicut &
ſeruum,niſi aliter cõſtet eum fuiſſe criminis par
ticipem.quem text.nota. Cui addo.c.ſuper pru
dentia. xiiij.q.ij. vel niſi alterum illorum trium,
quæ ſuprà in diſtinc. Ioan.Andr.diximus,inter
ueniat,videlicet ſi non vacillant,aut de mẽdacio
conuincantur,vel ſponte offerant ſe teſtimonio.
112 Si verò † ſerui de ſuo facto interrogãtur,& tor
queri poſſunt.l. interrogari.cũ glo.C. de quæſt.
ſed difficultas eſt,an præcedere debeant indicia.
Et in ea comperio gloſ. variare. Nam in dicta.l.
quicunque.§.ſin.C. de ſeruis ſugi.per illum tex.
vult ante præcedere indicia, ꝙ ſeruus torquea
tur.Idem tenet glo.in.l.cùm probatio.ff.de pro
batio.glo. verò in.l. interrogari.C.de quæſt.di
cit,forté etiam ſine indiciis.Alleg.l. cùm proba
tio.ff.de probat.Cæterùm glo.in.l.ſeruos.C.de
teſti.abſoluté tenet ſine dictione,forté.glo. in.l.
ſerui reſponſo.ff.de teſtib.remanſit dubia.ſimili
ter Ange.in dicta.l.quicunq;.vbi Paul.de Caſt.
ſequitur gloſ.dictæ.l. quicunque. & ante eũ fuit
opinio Petri,Iaco.Butr.& Ioan.Fab.ſed cũ mo
deratione, videlicet quãdo de facto ſerui agitur
& domini. Quum enim,ſecundũ eos,à quæſtio
ne incipiendum non ſit.l.j.ff. de quæſt. &.l.j.C.
eodem.de quæſtio.præſertim contra dominum,
niſi alia præcedant indicia,confeſsioni ſerui non
ſtabitur.l. quæro. ff.de ædil.edicto.ſecus vbi de
ſerui facto tãtùm agitur,ſecũdum Cin. Alii verò
dicũt adhuc præcedere debere indicia. Ego verò
puto non bene intellectam illam.l. quicunque.
verſic.ſané mancipiũ. Et pro intelligentia ipſius
113 volo te conſiderare principium illius.l. † Vult
enim retinẽtem alienum ſeruum fugitiuum, alte
rum ſeruum, aut loco ſerui ſolidos viginti cum
ipſo ſeruo retento & receptato domino tradere.
Secundò, volo te præmittere,ſeruum,fugiendo
à domino ſine cauſa,delinquere,& ſuiipſius fur
tum facere.l.j.C.de ſeruis fug. His ſic præſuppo
ſitis in illo verſicu.ſané mancipium. quæritur de
ſeruo qui fugit,& apud exterum inuentus eſt:an
ille habens ſeruum conuentus à domino vt eum
reddat,condemnandus ſit domino ad alium ſer
uum,vel cum ſeruo in viginti ſolidos in pœnam,
& ſic dominus de lucro certat pœnam petens cũ
ſeruo,vt dicit ille tex.in verbo,lucrum. Et hoc ſa
né cõſiderauit illhic gl. in verbo, viginti ſolidis.
Nam ſecundum glo. in illa pœna non conſidera
tur æſtimatio ſerui.Cui adde.l. iij.§.qui de ſepul
chri.ff.de ſepulc.viola.&.l. ita vulneratus.§.j.ff.
114 ad.l.Aquiliam. † Et reſpondet imperator,inde
cens eſſe aliquem ſine culpa,vel ex dolo alterius
puniri, vel dominum ſuo dolo lucrum percipe
re. Vnde ille tex.volens hoc dubium tollere,ait,
Aut conſilio domini ſeruus aufugit, & vult ſer
uum interrogari cum quæſtione, an facto domi
ni vel perſuaſione, an verò ſua ſponte aufuge
rit.non quòd conſtet in illo tex.dominum ſeruo
perſuaſiſſe vt fugeret, animo lucrum faciendi ex
fuga ſerui. Et ob id non dicitur de facto domini
interrogari : ſed ſi ſine facto & cõſenſu domini
interuenit fuga. Magis ergo ex ſuo facto, ꝙ do
mini dicitur interrogari, vt ſciat iudex, an ſeruũ
receptans, dupli pœna mulctari debeat.ſi tamen
dñs incidenter ex dolo ſuo conuincatur, punie
tur. Vnde lõgé diuerſum eſt, an ſeruus in pœnã
domini de facto domini interrogetur, quia nul
lo modo poteſt interrogari,vt dixi ſuprà per.l.j.
C.de quæſtio.& alias.ll.ſuprà notatas.non repe
115 to. quibus addo † etiam ſi dominus & ſeruus
vnum & idem delictũ ſimul commiſerint,adhuc
de domino interrogari non poteſt. Et ſi vltro de
domino aliquid dicat, domino non præiudicat.
text. indubius tollens illam diſtinctionem Ioan.
Andr.Petri,Cini,Ang.Ioan.Fab. & aliorum in
l.j.§. diuus Antoninus & diuus Adrianus. ff. de
quæſt.ibi:cùm ſerui pariter cum domino aurum
& argentum exportaſſe dicerentur, non eſſe de
domino interrogandos: nec quidem ſi vltro ali
quid dixerint,obeſſe hoc domino. An verò ſer
uus ex facto ſuo, vbi ad vtrunq; tendere poteſt,
interrogatur. & illa interrogatio ſit,vt ex ea ſer
ui facto dominus lucrum percipiat,ſcilicet dupli
pœnã,quæ pœna illi eſt lucro,vt inquit ille text.
quem text.volo te ſingulariter notare.Aliud igi
tur eſt, ſi factum ſerui interuenerit, vt lucrum ex
ſuo facto dominus conſequatur,et alius pœnam
ſuo deli

ſuo delicto patiať,& de eo ſeruus particeps ſit.
In eo eđ delinquit ſeruus,quia doloſè hoc agit,
vt ex dolo aequirat domino:licet et illius doli ſit
116 dominus particeps. † Secundò,fugiendo delin-
quit,quia corruptus à domino,fugit: & illa cor-
ruptio conſideratur, argumento à contrario ex
l.ſi quis ſeruo. C.de ſur. vt inquiratur de cauſa,
propter quam,is qui detinet,duplo veniat mul-
ctandus ſeu puniendus , quod duplum exquiri-
tur à domino. Et hoc eſt tantũ inquirere de qua-
litate delictum aggrauante.l. ſi non. conuicij. C.
de iniurijs. c. licer cauſam. iuncta glo. in verbo,ſe
aſtrinxit. vbi plenius altero Feli.extra. de proba
tio.per eundem Feli.in.c.cum ordinem.in prin-
cip.extra de reſcriptis. Nec hoc modo interrogã
do ſeruum,dicitur ſeruus de facto domini, neq;
pro domino, neque contra dominum interroga
ri,ſed tantum de facto ſuo. tex.eſt in dicta.l.cùm
probatio.ff.de probatio. quæ lex eſt clara , dum
dicit:cùm ꝑbatio prioris fugæ deficit,ſerui quæ
ſtioni credendum. in ſe enim interrogari,nõ pro
domino,aut in dominum videtur. Dicitur,& be
ne in illo text. Cùm probatio prioris fugæ defi-
cit. quoniam non conſtat,an ſeruus conſilio do-
mini doloſè fugerit , vt alium ſua fuga de crimi-
ne faceret ſuſpectum. Et ille tex.eſt declaratiuus
dictæ.l.quicunque. §. ſanè mancipium. C.de ſer.
fugiti. Cui expoſitioni adde text. ſimili interpre-
tatione vtẽtem in.l.etſi certus. §. ſi vnus.infrà eo.
in ratione. l. ibi:magis enim de ſalute,aut vltione
domini nõ comparẽtis,quàm in caput præſentis
torquebũtur. vbi alia illhic dicam. Sic magis eſt
hoc modo exquirere de cauſa & mõ delicti ſer-
ui,quàm de domino,aut de facto domini interro
gare:licet ex quadam cõſequentia ſequatur de-
claratio facti domini: ſicut dicitur in dicto. §. ſi
vnus. dum dicit:magis de ſalute domini nõ com
parentis,quàm de vltione domini. & tamen cla-
rum eſt ex illa ſerui interrogatione dominum pu
niri. ſic idem in caſu dictæ.l.quicunque. Et quic
quid dicat glo. in dicta.l. quicunque. & alij do-
ctores ad illam.l.puto non eſſe verum in caſu il-
117 lius tex. † illa indicia cõtra ipſum ſeruum ad cũ
torquendum pro illo delicto deſiderari , quàm
ipſummet delictum in quo reperitur. Et vt intel-
ligatur an is, qui eum recepit, ſcienter & doloſè
eum receperit. Secũdò, de modo & forma ſugæ,
an ſciente vel conſentiente domino fugit.l. quis
ſit fugitiuus. §. Cælius quoq;. ff. de ædili. edicto.
ibi:conſilio ſuſcepto à domino. Quid enim ſi ſer
uus auſugerit non malo animo, ſed vt feruorem
domini aufugeret, vt inquit text. in dicta.l. quis
ſit ſugitiuus. §. idem ait interrogatus. ff. de ædil.
edicto. ad puniendum ergo receptatorẽ torquẽ-
dus eſt ſeruus: & ſi ſua interrogatione comperia
tur dominũ malitioſè hoc feciſſe, priuandus erit
ſeruo dominus & fiſco applicandus, vt ea pena
puniatur dominus, qua puniretur receptator ſer
ui ſugitiui, ſi in ea fuga dolus domini non inter-
ueniſſet. Cæterùm, vt prius dixi, vbi de delicto
domini, vel ſerui & domini ſimul cõmiſsi inter-
rogandus eſſet ſeruus : non niſi tribus aut qua-
tuor concurrentibus interrogari & torqueri po
teſt in dominum. Primò, quòd delictum de exce
ptis ſit, in dicta.l.j. C. de quæſtio. & alijs legibus
ſuprà relatis. Secundò, vt ſerui confeſsionẽ præ-
cedant alia indicia.l. quæro. ff. de ædili. edicto.
Tertiò, quando ex qualitate criminis, loci, & tẽ-
poris veritas facti aliter haberi non poteſt quàm
per interrogationem ſerui & quæſtionem, vt di-
xi.l.ſerui reſponſo. ff. de teſtib.l. diuus. &.l. edi-
ctum. &.l.j.§.j. ff. de quæſtio. & alijs.ll. ſuprà no
118 tatis. † Sed ſi de facto ſuo interrogandus eſt, tũc
ſecus etiã ſine indicijs, dicta.l. interrogari. C. de
quæſtio. & puto verum dicere illam gloſ. & quæ
ſimiliter diſtinxit in dicta.l.ſerui reſponſo. & be
ne, licet glo. in dicta.l.cùm probatio. variauerit.
Et Cin. ſimpliciter amplexus eſt eam partẽ, poſt
Petrum & Iac. de Aretio, in dicta.l. quicunque.
vt dixit Petrus, & bene, illam.l. in verſi. ſanè man
cipium. debere intelligi de ſeruo de facto ſugæ
ſuæ interrogato: quæ fuga, quum illi imputetur
ad delictum, ſufficiens eſt ad eum torquendum,
& interrogandum de modo & qualitate & cau-
ſa ſugæ, ſimiliter de autoribus ſeu complicibus
in genere, non autẽ in ſpecie, an dominus autor
fuerit, niſi alijs indicijs iudici conſtet, dominum
illius fugæ in ſuſpicionem veniſſe: vt dicam in il
la.l. & ſi certus. infrà eo. Et in his terminis etiã lo
quitur lex, qui vltimo. iuncta glo. fi. illius.l. ff. de
pœn.l. ſeruos. C. de teſtib. vbi idem tenet glo. &
addit idem eſſe dicendum in alijs caſibus, in qui-
bus cum quæſtione venit interrogandus, per ca-
119 ſum.l. ob carmẽ. §. fi. ff. de teſtib. dixi ſuprà. † Tu
igitur diligẽter nota hunc tex. dum dicit, niſi par
ticeps ſceleris fuit. vt iſta ſola qualitas participa-
tionis ſceleris ſufficiat ad torquẽdũ eum cui per
fideicommiſſum relicta libertas eſt: licet in mul-
tis, & præſertim quãtum ad quæſtionem, habeat
priuilegium liberi hominis. Et poterit iudex cũ
quæſtione eum interrogare non tantùm de fa-
cto ſuo, ſed & de qualitate & autoribus vel par-
ticipibus ſceleris. Idẽ in. c. ſi res. xiiij. quæſt. vj. et
c. j. extra de depoſito. in verbo, quæſtionibus. &
in. c. qui iuxta. in principio. &. §. presbyteris. v.
quæſti. vj. ſimile de clericis & presbyteris dicit,
vt interrogati de facto ſuo & de crimine conui-
cti poſſunt ab epiſcopo quæſtionibus exponi, et
ſupplicijs emendari: de quo plenius in dicto. c. j.
extra de depoſito. & ratio eſt, quia viles ſunt &
infames per conuictionem effecti, dicto ca. qui
iuxta. & dicto. c. j. extra de depoſito. de quo etiã
per omnes in dicta.l. presbyteri. C. de epiſcop. et
cleric. et in.l. nullũ. C. de teſtib. præſertim ꝑ Bal.
Hæc omnia locum habent cùm tales perſonæ de
120 ſuo facto aut participum interrogantur. † Si ve
rò in teſtes producantur vt de alijs interrogen-
tur: & diſtinguit. aut enim clerici ſunt ſeu presby

teri vel nobiles, aut aliàs in dignitate poſiti, &
abſque quæſtiõe eorum teſtimonium recipitur,
dicta.l.milites.&.l.diuo.C.de quæſtio. Excipiũ
tur illi tres caſus ſuprà memorati. Primus, niſi va
cillent, aut falſum deponãt, dicta.l.nullum.C.de
teſtibus.dicta.l.presbyteri.C.de epiſc. & cleric.
dicto.c.qui iuxta.v.q.vj.vel ex aliqua cauſa effe
cti ſint infames, dicta.l.milites.verſi.exceptis. &
l.fi.&.l.moris.§.fi.ff.de pœn.dicto.c.j. extra de
depoſito. Vbi plenius per Hoſtien.Io. Andr.&
Anto.de butrio.ſed quod de presbyteris & cle-
ricis ſuprà dictum eſt, intellige quando à ſuo iu-
dice examinantur, dicto.c.ſi res.xiiij.q.vj. & di-
cto.c.j.extra de depoſi.auth.clericus.C.de epiſ.
& cleric.c.ſi iudex laicus.de ſentẽ. excommuni.
lib.vj.plenè in.c.decernimus.c.clerici.&.c.cùm
121 non ab homine.extra de iudic. † In militibus ve
rò armatæ militiæ, ſi deſierũt in expeditiõe mili-
tari eſſe, poſſunt coram quocũque ordinario iu-
dice, & non ſolùm incidenter, ſed & principali-
ter conueniri.l.ex eo.C.de agentib.in reb.l.fin.
C. de deſer.& occult.lib.xij.vel ſi vocati vt per-
hibeant teſtimonium tempore expeditionis co-
ram alio iudice quàm magiſtro militum falſum
dixerint teſtimonium: per eum, quem teſtifican-
do offenderunt, poterũt puniri, dicta.l. nullum.
C.de teſtib. licet iudex eorum ordinarius nõ ſit.
l.magiſteriæ.C.de iuriſdi.omnium iudic. tamen
iudex eorum erit, ſi faciẽ eius illudat falſum de-
ponẽdo. Nam & latrunculator iudex, qui de pe-
cuniarijs cauſis non cognoſcit.l.ſolemus.§.latrũ
culator.ff.de iudic.ſi tamen incidens ſit crimen,
cognoſcet.l.ſed & loci.§.ſi dicantur.ff.fi.regun-
do.l.fi.C.de ſide inſtru. Mod.notant in.l. quo-
ties.C. de iudi. Idem ſi de mendacio reprehendã
tur, dicta.l.vnius.§.j.ff.de quæſtio.vel ſi in depo
ſitione ſua nimis præcipites ſunt, vt dixi ſuprà.§.
ſi verò ignoti.in auth.de teſtib.colla.vij.et dicto
122 c.illi.v.q.v. † Idem dicas de liberis hominibus,
per dictã.l.ex libero.ff.de quæſtio. & ſimilibus
perſonis vtentibus beneficio liberorum homi-
num, vel qui à lege pro liberis habentur, dicta.l.
moris.§.fi.in fi.ff.de pœn.& hic, dum dicitur, de
eo, cui per fideicommiſſum relicta eſt libertas,
vt niſi vacillent, vel de mendacio conuincantur,
vel præcipites ſint in teſtificando, vel participes
ſceleris reperiantur, non torquentur. De ſeruis
dicas, nullo modo recipiendos eſſe in teſtes, ſiue
cauſa ciuilis ſit, ſiue criminalis, ſiue pro domino,
ſiue aduerſus dominum, vel extraneum, dicta.l.
iij.ff.de teſtib.conditio enim eorũ aduerſatur. Et
interrogati in nullo fidẽ faciũt, niſi ſit talis actus
qui probari aliter non poteſt quàm per ſeruo-
rum depoſitiones, dicta.l. ſerui reſponſo. ff.de
teſtib. In hoc tamen cauſæ ciuiles diſtinguũtur
à criminalibus. Nam ſi ciuilis eſt, & teſtimoniũ
ſerui ſi poteſt iuuari aliorum teſtimonijs vel alijs
medijs ſeu indicijs vel præſumptionibus nullo
modo torquendus eſt: ſubſiſtentibus autem alijs
indicijs, habebitur ratio ſuæ depoſitiõis, dicta.l.
quæro.ff.de ædili.edicto.dicta.l.diuus.verſ.ſed
hoc ita.cum verſi.ſequen.ff.de quæſtionib. Nec
aliàs eis fides adhibebitur.l.qui teſtamẽto.§.ſer-
uus.ff.de teſta.glo.notat in dicta.l.ſerui reſpon-
123 ſo. † aliquãdo autem ex neceſsitate facti, vbi nõ
poteſt veritas aliter haberi, quàm per ſeruorum
depoſitionẽ, tunc cum quæſtione examinari po-
terunt. Tolle exemplum: ſi per creditores dica-
tur, res hæreditarias ſubſtractas eſſe, quæ ſubſtra
ctio non niſi per eos, qui in domo erant, haberi
poteſt, torquentur.l.fi.§.licentia.C.de iure deli-
berandi.l.cùm falſum.vbi vide Ang.ff.de quæ-
ſtio.l.hæreditarij.& illhic Bar.ff.de quæſtionib.
& ita debet intelligi dicta lex, diuus.ſecundo re-
ſponſo.ff.de quæſtionib. In cauſa vero criminali
nullo modo ſine quæſtione recipiẽdi ſunt, per di
ctam.l.ob carmen.§.fi.ff.de teſtib.ſed nec exami
nandi ſunt, niſi cùm aliter delicta manifeſtari nõ
poſſunt, & delicta atrocia ſunt, per dictam.l.edi-
ctum.ff.de quæſtio.dicta.l.conſenſu.§.ſuper pla
gis.&.§.ſeruis.C.de repud.l.j.C.de quæſtio.cõ-
tra dominum non recipiuntur, niſi in caſibus ex-
ceptis, vt dixi ſuprà.

De domeſticis famulis dicitur in dicta.l.etiã.
C.de teſtib.& dicto.c.ſuper prudentia.xiiij.q.ij.
124 l.fi.§.ſic vbi.C.de his qui ad eccleſ.confug. † Et
licet Iac.Butri.in dicta.l.etiam. intelligat tãtùm
de his quibus imperari poteſt: pro quo eſt.l. ido
nei.ff.de teſtib.vel his qui reuerentiam debẽt.l.
iij.§.lege Iulia.in fi.in verbo, propter reuerentiã
ff.de teſtibus. Ego verò generalius dico dome-
ſticos eos qui de domo ſunt producentis, per.l.
teſtes.ff.de teſti. &.l.pronunciatio.§.familiæ. ff.
de verb.ſignifi.l.vnicam.C.ſi rector prouinciæ.
de qbus dixi in capite huius.l.in verbo, domus.
ſuprà eo. Cæterùm iſtorum teſtimonium, vbi ra-
tione loci aut temporis & qualitatis delicti non
poteſt aliter haberi veritas, in ſubſidium tantùm
recipitur, & non aliàs, vt dixi ſuprà poſt Anto.
de butrio in.c.tertio loco.extra de probatio. Fe-
li.copioſè notat poſt Hoſtiẽſem, Inno.Io. And.
& Anto.in.c.in literis.extra de teſtib. Et ſi ex ne
ceſsitate cogimur eorum teſtimonium admitte-
re iudex faciliter nõ debet ad quæſtionẽ eorum
procedere.tex.eſt hic, & in.l.j.§.ad quæſtionem.
ff.de quæſtio.ſed tunc ſi participes criminis inue
niantur, aliquibus indicijs præcedentibus, et de-
lictũ de grauioribus ſit, vt hic, & dicta.l. edictũ.
Et in hoc pondero tex.dictæ.l.conſenſu.§.ſuper
plagis.C.de repud.dum dicit, Quum facilè quæ
domi gerũtur per alienos non poſſunt probari,
qui text.non tantùm de ſeruis & ancillis loquiẽ,
ſicut prius locutus erat in.§.ſeruus.ſed etiam de
quibuſcunque famulis domeſticis, vt cum quæ-
ſtione examinantur, de quo etiam in dicto.c. ſu-
per prudentia.xiiij.q.ij. Et ratio colligitur ex.l.
data.C.de donatio.quia familiares & domeſtici
faciliter fingunt pro dominis & alijs condome-
ſticis:

ſticis:non mirum ſi facilius contra eos,concurrē
tibus his quæ ſuprà diximus, ꝓcedatur. Dixi in
principio huius.l.ſuper verbo,domus. Addo.l.
vnicam. C.ſi quacunq; prædit.poteſtate.

In tex.ob hoc,quòd ſub eodē tecto fuit.Bart.
Bal. Ang. & Roma.ſingulariter inducunt text.
125 ad deciſionem tertij articuli ſuprà relati, † vt is
qui præſens eſt tempore homicidij commiſſi nō
teneatur de homicidio, licet tueri poterat occi-
ſum. Hoc modo inducas hūc textum:Seruus cui
per fideicommiſſum relicta eſt libertas,iure ſpe-
ciali tenetur hoc ſenatuſconſulto,ſi præſens erat
cùm occiſus eſt dominus, & eum non iuuit, vel
non prohibuit quo minus occideretur. Igitur in
contrarium ius commune eſt.quibus adde quod
in ſimili notať in.l.j.ff.ad municipales.& Dinus
declinans à fixa petra in.l.non eſt ſine culpa. ita
hunc textum interpretatur:ſed melius conueni-
ret.§.eodem tecto.infrà eadem.l.quàm huic tex.
quoniā vult ſeruum excuſari à pena & quæſtio-
ne,licet ſub eodem tecto fuerit cùm occiſus eſt
dominus.verè enim præſens æſtimari nō poteſt,
neque ob id criminis particeps,quamuis ſub eo-
dem tecto fuerit,niſi aliter conſtet eum partici-
pē eſſe criminis.Licet verba ſenatuſconſulti præ
ſentem eum exiſtimarent, qui ſub eodem tecto
erat cùm dominus occiſus eſt,& ob id de morte
domini participem:ſententia verò ſenatuſcōſul-
126 ti, † quæ æquitati innitiť,deſiderat vt in eo loco
fuerit,quo potuerit dominum exaudire & iuua-
re,ad hoc vt particeps exiſtimetur,et ex loci vici
nitate ignorantiam cauſare non poſsit, dicto.§.
eodem tecto.infrà ea.l.&.l.fi.C.eodem. Et Di-
nus in regula,nō eſt ſine culpa.de reg.iur.in. vj.
varius eſt.Et dicūt Bar.Bal.Ang.& Roma. hūc
text. facere in argumentum,vt ſi quis alium me
præſente occidat,quamuis eum non adiuuē quū
poſsim,non teneor,niſi aliàs conſcius ſim. Sed
Dinus in regula,non eſt ſine culpa.de reg.iur.in
vj. dicit contrarium eſſe de iure canonico deci-
ſum in.c.dilecto.extra de ſenten.excommuni.&
de iure ciuili per regulam,culpa caret.ff.de reg.
iuris.per argumentum à contrario ſenſu. &.l.ij.
in princip.ff.de noxa.actio.l. omne delictum.§.
qui propoſitum.ff.de re militari. Et Bart. in.l.vt
vim.ff.de iuſt.& iure. dicit Dinū in hac.l.moue-
re quæſtionem ſub alijs terminis,videlicet an qs
teneatur eum,qui nulla neceſsitudine coniūctus
eſt,defendere quem ab alio videt offendi.ſed nō
comperio Din.hic quicquam de ea dicere.ſi Di-
nus hic in lectura mea imperfectus ſit, prorſus
ignoro:neque Din.in dicto.c.nō eſt ſine culpa.
mouet argumenta quæ Bar.in illa.l.vt vim.dicit
à Dino hic facta eſſe poſt Iaco.Butri. Et ipſemet
Bar.in dicta.l.culpa caret.ff.de reg.iur.vltra ea
quæ hic ſcripſit,& in.§.occiſorum. infrà ea.l.ad-
dit prius dictis per eum hic vnum, quo omnes
127 qui eum ſequunť præcipuo vtuntur, † videlicet
licere pecunias accipere vt alium defendamus.l.
metum.§.licet.ff.quod met.cauſa. ſi non liceret
accipere,datæ repeti poſſent condictione ob tur
pem cauſam.l.pen.& fi.ff.de condictio.ob turp.
cauſam.hanc rationem dicit Bar.eſſe Iac. Butri.
in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iure.& ante Butri. glo.
quæ plenius diſputat in.c.quātæ. extra de ſentē.
excommuni. Alleg.c.abbate ſanè.de ſenten. ex-
communi.in.vj.& dicit canoniſtas latius legiſtis
loqui.& ex verbis Bar.ſatis coniecturari poteſt,
nō ex ſuo ſtylo hæc dicta fuiſſe,in dicta.l.vt vim.
vti Alex.meminit in.l.j.ff.ſolu.matrimonio. nō
tantùm quæ in illa.l.vt vim.ſcripſit, ſed penè in
toto Digeſtorum libro primo,excepta repetitio
ne.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure. glo. plura
alia refert in dicto.c.quantæ.Bal.autem & Mo-
der.poſt eum in dicta.l.vt vim.prædictis addūt,
ſi vnus ſe mediū inter duos rixātes offerat:ſi occi
dať nō teneť occidēs.mouētur autoritate glo.in
l.ij.in verbo,alium.C.ad.l. Cor. de ſica.dum al-
leg.l.ſi quis fumo.§.fi.ff.ad.l. Aquil.quam gloſ.
ſic illhic Ang.inducit ex argumento illius.l.ſi qs
128 fumo.§.fi. † Si ædes vicini mei incenduntur,poſ
ſum medias ædes deſtruere ad conſeruationem
mearum,vbi aliter ignis extingui non poteſt vel
incendium tolli.Similiter licitum eſt medium oc
cidere,ſi aliter vitæ periculum eminēs vitare nō
poſſum:quum ſecūdum eum bonum ſit argumē
tum de perſonis ad res. Decius in dicta.l. culpa
caret.ff.de reg.iur.dupliciter conatur reſponde-
re ad.l.metum.§.ſed licet.ff. quod metus cauſa.
Primò,dicit.l.metū.§.ſed licet.ff.quod met. cau
ſa.intelligi debere quādo quis generaliter defen
ſionem alterius ſuſcipit,vt eum à vi hoſtium ſeu
latronum liberet.hoc modo locando ſuas ope-
ras pecuniam licitè accipit.ſecus verò quādo agi
tur de aliquo caſu particulari occurrente.Secun
dò reſpondet,aut quis rogatur alium à vi hoſtiū
prohibere & tueri: ſi ſine maximo vitæ periculo
non poteſt, gratis tunc defendere non tenetur,
vel ſe ſubijcere periculo.c.ex parte.extra de ap-
pella.ſecus quādo abſque periculo tueri poteſt.
Et ita dicit notare Albert.in dicto.§.ſed licet.&
Bal.in.l.j.C.de ſer.fugiti.quæ declarationes ſue
runt glo.& Io.And.in dicto.c.quantæ.extra de
ſenten.excommuni. Mihi autem nō videtur per
fecta inductio Ange.ex doctrina gloſ.in.l.ij. C.
ad.l.Corne.de ſica.neque concludens argumen
tum glo.in dicto.c.quātæ.& Cano.poſt eam,ſi-
militer Bar.in dicta.l.vt vim. de dicta.l.metum.
§.ſed licet.& quamuis Decius opportunè caſus
aliquos illi accommodet,non tamē perfectè, ſed
melius eo locutus eſt Anto. de Butrio in dicto
c.quantæ.& poſt eum declaro. In primis ſi vera
& bona eſſet inductio Ange.ex dictis glo. in.l.
ij.C.ad.l.Corne.de ſica.in verbo, alium. de.l. ſi
129 quis fumo.§.fin.ff.ad.l.Aquiliam. † quæ vult li
cere mediam domum deſtruere,ne ignis alterius
domus ſuperioris meā incēdat:vt ſimiliter abſq;
delectu liceat hominem medium ſe opponētem

inter rixantes occidere, qui neque cauſa eſt rixæ
neque appetẽs rixæ, vt inquit. d. l. metũ. §. ſed li-
cet. ibi: tibi hanc vim ſubmiſi. vel culpa ſeu cau-
ſa ipſius aggreſsi commiſſa eſt, vt in. l. in his re-
bus. in princi. ff. ſolu. matri. Non puto licere. Et
l. ij. C. ad. l. Cor. de ſicar. ſi rectè legatur, de eo tã
tum loquitur, qui inſultum paſſus eſt, aut in rixa
in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, non deſide
rans medium ſe opponentem rixæ occidere, ſed
eum qui inſultũ fecit, licet fortuito medius ſe op
ponens occidatur, non tenetur occidens. ſecus
autem in eo eſt, qui hominem vult ex propoſito
occidere, vtpote Gaium, ſi Seium mediũ ſe offe
rẽtem loco Gaij occidat, de homicidio tenetur,
quamuis intentio eius non fuerit Seium occide-
re. Conſideratur enim tantùm ꝙ hominem con-
ſultò voluit occidere, licet vnum pro altero oc-
ciderit. l. eum qui nocentem. §. fi. ff. de iniur. glo.
eſt in. c. ſi verò aliqs. in verbo, ignorauerit. ex-
tra de ſenten. excommuni. mota dicta. l. eum qui
nocentem. Et idem notat Cin. in. l. quoniã mul-
ta facinora. colum. ij. C. ad. l. Iuliam de vi publi.
dum quærit de eo qui ſanguine cõiunctam car-
naliter cognouit, quã coniũctã eſſe non arbitra
batur. quibus addo. l. ſi cum ſeruo. & l. pater cu
130 ius filio. ff. de iniur. † De eo autem qui medium
ſe opponentem caſu occidit, non intendẽs eum,
ſed aggreſſorem occidere, iuſta defenſione vtẽ-
do, impune occidit, etiam ſi cum aggreſſore eũ
occidat. Ratio eſt, ſi licet aggreſſorẽ impune oc
cidere, dicta. l. is qui aggreſſorẽ. & l. ſi percuſſo-
rem. in verbo, venientem. C. ad. l. Cor. de ſicar. l.
qui quum aliter. §. ſcientiam. vbi per Flori. ff. ad
l. Aquiliam. Et vtendo defenſione alius, qui me-
dius erat, à me occidatur, quem non intendebam
occidere, ſed inopinatè cum aggreſſore occiſus
eſt: non poteſt dici ex animo occiſus. volũtas eñ
& opinio, non autem factum, ſpectari ſeu conſi-
derari debet, dicta. l. eum qui nocentem. §. fin. ff.
de iniur. & l. qui iniuriæ. ff. de furtis. l. j. C. ad. l.
Corn. de ſica. l. ſi non conuicij. C. de iniur. l. j. §.
diuus. ff. ad. l. Corn. de ſica. maxime, quia rei lici-
tæ tunc operam dabam: ideo de homicidio accu
ſari non poſſum. l. ſi quis in colluctatiõe. ff. ad. l.
Aquiliam. ſi tamen immoderata defenſione vſus
fuerim, tenebor tantùm. l. Aquilia, dicta. l. itaqꝫ.
ff. ad. l. Aquiliam. quibus adde quod notat Cin.
in dicta. l. quoniam multa facinora. C. ad. l. Iuliã
de vi publi. quum diſputat eam quæſtionem de
eo qui cauſam aggreſsioni præbuit, ſi præter ani
mum & conſcientiam aggreſſoris homicidium
ſequatur: an teñcatur de homicidio. Et dicit non
131 teneri, dicta. l. ij. C. ad. l. Cor. de ſica. † vtẽdo eñ,
ſecundum eum, actu licito defenſionis non po-
tẽs aliter periculum euitare, iure occidit, dicta. l.
itaque. ff. ad. l. Aquiliam. c. interfeciſti. extra de
homicid. & dicta. l. ſi percuſſorem. Secũdò, quia
præter & contra voluntatem & opinionem occi
dentis ſecutum eſt homicidium. vnde quum non
fuerit animus occidendi, non poteſt dici homici
dium cum iniuria occiſi factum eſſe, licet re vera
occiſus ſit: ideo homicidium punibile non eſt, di
cta. l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. quod volo te ſin-
gulariter notare in his verbis: In proximo te ſtã
tem inuitus percuſſerim. Secundò, alia ratione
quam ſumo ex argumẽto. l. qui bona fide. §. quũ
inter ædes. ff. de damno infecto. dum inquit ille
tex. de eo qui ædes nõ vitioſas habet, ſed ſint me
diæ inter meas & alias ædes vicini mei omnino
vitioſas: ille qui medius eſt, non tantùm ſibi, ſed
& mihi cauere debet, quantumcunque ſuæ ædes
vitioſæ non ſint: & ideo ſi facto vitioſarũ ædium
contingat iactura in domum meam, licet ille me-
dius vitioſas ædes non habeat, tamen æquè tene
bitur mihi de damno facto occaſiõe ruinæ, ſicut
132 & dominus ædium quæ ruerunt. † Similiter di-
co in oblata quæſtione, licet ille homo medius
ſe opponens volũtate corruptus non ſit, nec intẽ
dat ſimulatè ſe opponere animo me offendẽdi:
vt in ſimili notatur in. §. pen. infrà eadẽ. l. & me-
minit glo. in dicto. c. quantæ. extra de ſenten. ex-
communic. & in. l. ij. C. ad. l. Cor. de ſicar. in ver
bo, alium. in. j. expoſitiõe: ſed magis pro viribus
me liberandi ab inſultu aduerſum me facto: non
debet ſe opponere niſi putet ſe & me ſaluos face
re. aliàs ſi cõtingat in caput eius fabam retorque
ri, quum ſibi primùm, demũ mihi cauere debuit;
in culpa eſt, quæ mihi non poteſt imputari. prius
enim cogitare tenebatur periculum, ꝙ ſe pericu
lo offerre. Et ad. l. metũ. §. ſed licet. ff. quod met.
cauſa. dum in ea dicitur, licere pecuniam accipe-
re ad alium defendendum. dic hoc argumentum
nullo modo cõſiderandum eſſe in quæſtione oc
currente. Lata eſt enim differentia, an loquamur
de eo qui inopinatæ rixæ occurrẽti aſtitit, quam
ſine vitæ ſuæ diſcrimine faciliter diſſoluere vel
non diſſoluere poteſt: an verò loquamur de eo
qui conſulto periculo ſe offert: veluti ſunt hi qui
operas ſuas locando pro rege bellum aduerſus
alium regem mouente ſtipentur, vel melius ad
alium tuendum mercedem accipiunt. Primo ca-
133 ſu † ſi is qui caſu præſens eſt rixæ faciliter poteſt
rixam diſſoluere abſque ſuæ vitæ periculo: & te-
netur ſi non prohibuit. Et hoc modo puto pro-
cedere. c. quantæ. extra de ſenten. excommunic.
c. ſicut dignum. extra de homicid. & cætera iura
canonica, quorũ meminit Petrus de Anch. in. c.
dilecto. de ſenten. excommunic. in. vj. Felt. & alij
in. c. j. extra de offic. delegati. Si verò ſine diſcri-
mine vitæ non poteſt quis homicidium prohibe
re, vel dubium illi eſt ſi ſe offerat: & nõ puto te-
neri ſe offerre, & tentare anceps vitæ periculum:
neque ſi inde homicidium ſequatur, poterit in fo
ro conſcientiæ vel contentioſo argui: & ita puto
l. culpa caret. ff. de reg. iur. & ſimiles, debere in-
telligi. Et ratio eſt, quia qui tali dubio & gladio
ancipiti ſe exponit, in culpa eſt. l. qua actione. §.
j. ff. ad. l. Aquiliam. in duabus ſuis partibus. Pri-
ma

ma eſt in his verbis: Aquſlia locum habet. fuit
enim in ipſius arbitrio ita ſe nõ onerare. & in his
verbis: Pegaſus ait lege Aquilia eum teneri, ita
demum ſi plus iuſto ſe onerauerit, vel negligen-
tius per lubricum tranſierit: Ideo ſe opponens ta
li periculo, ſi offendatur, in culpa eſt. Et ad id põ
134 dero verſi. proinde. in eadem. l. dum dicit, † da-
mnũ dãtem alterius impulſu, neque eum qui im-
pulit teneri, quia non occidit: neque qui impul-
ſus eſt, quoniam damnum iniuria non dedit. ad-
ditur ratio per gloſ. in verbo, in factum. quoniã
impulſus ſua ſponte non fecit. l. ſi ex plagis. §. in
cliuo. ff. ad. l. Aquiliam. Similiter & is qui inſul
tatus eſt ab alio, impulſus eſt ſe defendere in du-
bio vitæ periculo. l. j. C. vnde vi. l. vt vim. ff. de iu
ſti. & iure. ſi impulſus medium ſe opponentẽ oc
cidit: quia cum iniuria hoc non fecit, ob id nõ te-
netur: licet is, qui impulit, teneatur actione in fa
ctum loco actionis legis Aquiliæ, non autem. l.
Cornelia de ſicarijs. Ratio illius tex. eſt, quia nõ
occidit. & alia ratio eſt, cuius ſuprà meminimus:
quoniam ille qui medium ſe poſuit, periculũ ele
git, non mirum ſi in periculum incidit, & à peri-
135 culo abſorbetur. † Hinc ſolet dici de eo qui per
vias opacas ambulat & probibitas: ſi quid illi cõ
tingat, tenetur. l. nõ ſolum. §. annus autem copu-
latorũ. ff. de excu. tuto. l. qui fiſtulas. C. de naui-
cula. lib. xj. Feli. plenius extendit in. c. olim. col.
ij. &. iij. extra de exceptio. ſimiliter is, qui non ca
uit ſibi, in culpa eſt, eligens aut expectans pericu
lum. l. ij. §. pen. & fin. vbi per Bald. & Alexã. ff. ſi
quis cautio. Si verò de eo loquamur, qui offert
operas ſuas vt alium à periculo liberet ſeu prohi
beat quem in illo non reperit, & nõ tenetur quis
ſe offerre: & ſi ſe obtulerit, licitè pecunias acci-
pit. Et de his loquitur dicta lex, metum. §. ſed li-
cet. ff. quod metus cauſa. non autem ca. quantæ.
extra de ſententia excõmunic. ſed de his tantùm,
qui in actu inſultationis præſentes ſunt, vel erãt,
quũ orta eſt diſcordia vel rixa inter duos, quos
faciliter potuerunt diuertere, ne mutuò ſe offen
derent: ſi id non faciunt, in culpa ſunt, non in do
lo: & tenentur actione in factum loco actionis le
136 gis Aquiliæ. † Et in hoc ordinata eſt communis
totius Galliæ praxis, ſi in conſpectu multorum
qui rixantes prohibere potuerũt, quo minus mu
tuò ſe offenderent, homicidium ſequatur, tenenẽ
à principe literas innocentiæ obtinere, ꝑ quas ex
ponent ſe non eſſe criminis participes. alioquin
cõtra eos præſumetur, ipſos ſcilicet in culpa fuiſ
ſe, dicta. l. culpa caret qui ſcit & prohibere non
poteſt. à cõtrario ſenſu, qui ſcit, & prohibere po
teſt, & non prohibet, in culpa eſt, dicto. c. quãtæ.
l. liberorũ. & fi. in verbo, paſſus. ff. de his qui no-
tãtur infamia. Nec in hoc diſcrepare puto ius ca
nonicum à ciuili, ſeu forum contentioſum à pœ-
nitentiali, quicquid dicant omnes: ſed intelligan
tur hæc verba: prohibere poteſt. id eſt, ſine vitæ
ſuæ diſcrimine: vel niſi iuſtè dubitare potuit de

vita vel graui offenſa ſi ſe mediũ exponeret. Mo
ueor ex. l. eius. ibi: ſi hæ ſint quæ quandoꝗ hone
ſtè & ſine periculo vitæ præſtantur. &. l. nec au-
diendus. ibi: vel propoſitum vitæ minuatur. &
l. hæ demum impoſitæ. ibi: quæ ſine turpitudine
præſtari poſſunt, & ſine periculo vitæ, & ibi: nec
arenarius manumiſſus tales operas, quia iſtæ ſine
periculo vitæ præſtari non poſſunt. ff. de operis
137 liberto. † vbi is, qui non tantùm naturaliter, ſed
& ciuiliter eſt obligatus operas patrono præſta-
re, nõ tenetur eas præſtare quæ ſine vitæ pericu-
lo dare non poteſt, quantumcũque vilis ſit perſo
na, quæ ſimiles operas debet. Nam ille tex. de li-
berta meretrice & liberto arenario loquit̃: quan
tominus is qui obligatione naturali tantùm pro-
ximo ſubuenire obligatur, poteſt aſtringi auxi-
lium proximo ferre, vel eum defendere ab iniu-
ria, ſi ſine dubio vitæ periculo hoc facere nõ po
teſt. Adde tex. in. c. ſi. xxiij. q. viij. Vñ nec in iſto
textu poteſt probari quæſtio prius recitata poſt
Bar. & Bal. Ang. & Rom. & quam om̃es docto
res ad id quotidie referunt, videlicet in illa. l. vt
vim. ff. de iuſti. & iure. in. l. j. C. vnde vi. Ange. in
l. vnica. C. de nili aggerib. non rumpend. Feli.
in dicto ca. quantæ. extra de ſenten. excom. poſt
Innoc. Hoſtien. Io. And. Anto. & alios: per eoſ-
dem in. c. j. extra de offic. delegati. Pet. de Anch.
in. c. dilecto. de ſenten. excommunicatio. in. vj.
Bald. in. l. j. C. de ſer. fugiti. Bar. & Moder. in di-
cta. l. culpa caret. ff. de reg. iur. Floria. in dicta. l.
qui cùm aliter. §. ſcientiam. ff. ad. l. Aquiliam. Et
idem tenet Innoc. in. c. ſi verò alicuius. in verbo,
inferentem. extra de ſenten. excommu. vbi dicit
138 ſi †. laicus ꝓbabiliter dubitat offendi à clerico,
iam ſemel ab eo offenſus, & repercutiat eum, nõ
incidit in canonem, ſi quis ſuadẽte. xvij. q. iiij. &
eſt illhic bonus tex. Addit dictã. l. ij. C. ad. l. Cor.
de ſicar. &. l. qui cùm aliter. §. ſcientiam. ff. ad. l.
Aquiliam. l. j. C. quãdo liceat vnicuiꝗ ſine iudi.
ſe vindica. Et pro hac noſtra concluſione ponde
ro dictũ. c. ſi verò alicuius. in his verbis: niſi for-
tè turbam arcẽdo irruentem, non ex deliberatio
ne, ſed fortuito caſu clericum lædat. facit. c. ipſa
pietas. verſi. item ſi duo. & verſi. porrò. xxiij. q.
iiij. vbi per Archid. & gl. in verbo, ſed quare. &
in verbo, non noſtra. ſuper verbis illius tex. ibi:
non noſtra culpa, ſed ſua potius interire permit-
teremus. quibus adde quæ notat Archid. in ca.
non in inferenda. &. c. ſi. xxiij. q. iij. poſt Inno. in
c. ſi verò aliquis. extra de ſenten. excommunica.
vbi Inno. poſt gloſ. in hac noſtra conſideratione
ponderauit dictam. l. eum qui nocentem. §. fi. ff.
de iniur. Nec eſt tam reſtringenda hæc regula, vt
de his intelligamus tantùm, qui poteſtatem iuriſ
dictionis habent. de qua glo. meminit in dicto. c.
quantæ. extra de ſenten. excommu. vt dicit gloſ.
glo. & bene in dicto. c. non in inferenda. xxiij. q.
iij. in verbo, poteſt. per tex. in dicto. c. fin. eadem
cauſa & quæſtione. ſed, vt illhic dicit Archid. &

139 bene, † ſi quiſlibet ſocius tenetur, per illum textū
ſubuenire ſocio: quanto magis exēplo Moyſis,
ꝗ poteſtatē habet vim purgandi autoritate ſibi à
lege vel principe conceſſa, defendere debet, quo
minus ſubditus offendatur per illū text. & ad id
bene facit quæſtio diſputata per Cinū in. l. ſi ſer-
uus. C. de noxa. actio. dum quærit de filio officia
lis præſente patre vim alicui inferente: an pater
pro eo teneat̃, ſi filiū nō ꝓhibuit. quā ad vtrāꝙ
partem diſputauit: tādem impoſitionem pœnæ
in patrem arbitrio ſuperioris reliquit. magiſtra-
tus tamē pro ſua familia reſpondere tenetur. c. li-
cet Heli. extra de ſimon. l. obſeruare. ff. de offic.
proconſul. l. j. C. ad. l. Iuliā repetūdarū. l. vnica.
C. ſi quacūꝙ prædit. poteſtā. &. l. vnica. C. ſi re-
ctor prouin. l. ij. iij. &. iiij. ff. de noxa. actio. ſed
iſtud verum eſſe puto de his quæ officium eorū
concernunt: non autem de his quæ extra cauſam
officij cōmittuntur. l. ne quid. vbi illhic Bart. &
Alex. ff. de incēd. rui. naufragio. l. j. §. familiæ. ff.
de publi. & vectiga. l. fi. in princi. ff. nautæ, cau-
po. ſtabu. Moder. Papien. extendūt in. l. age. co-
lum. ij. C. de tranſactionibus. Dicetur aliquid in
140 §. occiſorum. infrà eodem. † ſed vbi pater magi-
ſtratus poteſt non tantùm filiū, ſed & quoſcūꝙ
alios cohibere tenetur, alioquin facto eorū obli
gabitur. l. j. §. quies. ff. de offic. præfecti vrb. l. cō
gruit. &. l. ſenatuſconſulto. ff. de offic. præſid. &
in his terminis loquuntur hi, qui moderantur di
ctam. l. culpa caret. & dictum. c. quantæ. pro qui
bus eſt lex. ij. C. de cōmer. & merca. ca. peruenit.
&. c. ſequēti. lxxxiij. diſt. l. lege Cornelia. §. eadē
pœna. ff. ad. l. Cor. de fal. ſed quæſtio noſtra gña
lis eſt, & amplectens quaſcunꝙ perſonas, etiam
non in dignitate poſitas, quæ pñt hominē offen-
ſum à morte liberare, dicto ca. ſicut dignū. §. illi.
extra de homici. ibi: quia quū ſcriptū ſit, qui po-
tuit hominē liberare à morte, & nō liberauit, eū
occidit. qui tex. loquit̃ de ſubditis regis Angliæ,
qui potuerunt Angliæ regem, ſatellites & mini-
ſtros ſuos cohibere, quò minus in Cantuarien.
archiepiſcopū ſæuirent: qui ab homicidio ipſius
ſancti viri immunes non habiti ſunt, inquit ille
textus. vbi plenius vide per Ioā. And. Hoſtien.
Anto. & Feli. per eoſdem in. c. ij. extra de hære-
ti. & in dicto. c. j. extra de offic. delegati. Sed in
ſubditis prædicta locū non habent. Caſus eſt hic
141 aliter inductus, quàm hic meminerit Bart. † Nā
hic tex. excuſat ſeruum per fideicōmiſſum liberū
factū, ſi præſens non fuit tēpore homicidij, licet
ſub eodē tecto fuerit. Igitur ſi præſens fuiſſet, nō
excuſaret̃. & in. §. eodē tecto. &. §. ſeq. infrà eadē
l. eximitur ab eis cauſa excuſandæ culpæ, quā
in alijs perſonis ſuprà expoſuimus, videlicet quū
ſine maximo vitæ diſcrimine auxiliū offenſo fer-
ri nō pōt. In ſeruo enim & filio & ſubdito alia ra
tio eſt. Non debent ſalutē ſuā ſaluti dñi, pr̄is, vel
principis præponere, ſed quocūꝙ modo ſuccur
rere poterunt, tenent̃ eis ſubuenire. d. §. eodē te-
cto. licet And. de Iſer. aliter ſentiat in. c. j. ij. colū.
quibus modis ſeud. amitta. colla. x. & plenius ꝙ
alius adhuc dixerit, ſcribā in. l. pen. infrà eod. tit.
qm̄ me ſcribēte cōmētarios meos in illā. l. caſus
occurrit: & ob id deſideraui pleniore ſtylo exa-
minare. interim vide nōnullas declarationes per
Io. Andr. Anto. & Felin. traditas in. d. c. ij. extra
de hæreti. Mod. in. c. j. extra de offic. dele. Ange.
in. l. vnica. C. de nili aggerib. nō rumpēd. Mod.
poſt Bald. in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Paul. de
caſt. in. l. fi. C. de his quib. vt indig. Vnū nō omit
142 to ex hac litera probatū, † aliud eſſe præſentem
homicidio, & haberi pro præſente. Nā hoc ſena-
tuſconſultum habebat ſeruū pro præſente & cri
minis participe ſi ſub eodē tecto erat cùm dñs oc
ciſus eſt, & eū vt præſentē & participē criminis
ſeu mortis dñi puniebat. §. hoc autē ſenatuſcon-
ſultum. infrà ea. l. Vlpianus tñ ipſum ſenatuſcon
ſultū aliter hic moderatus eſt: vt licet ſub eodem
tecto fuerit ſeruus cùm offenſus eſt dñs, niſi in ea
domus parte fuerit ex qua dñi vocē exaudire po
tuerit, vel aliter criminis particeps inueniat̃, non
torquebitur vel punietur, dicto. §. eodē tecto. in
frà ea. l. &. l. fin. C. de his quib. vt indig. Nec abs
re cōſiderādus eſt locus vbi occiſus eſt dñs, & an
ex eo vox eius exaudiri potuerit: qm̄ poteſt do-
mus plura habere diuerticula. l. cætera. §. hoc ſe-
natuſconſultū. ij. ff. de lega. j. l. cæterū. verſi. quid
enim. &. l. pen. §. licet. in princi. ff. de vſu & habi
ta. vel alia ratione ſecūdum Bal. in. d. l. vt vim. ff.
de iuſti. & iure. poſt Innoc. in ca. continentiā. ex-
tra de clerico percuſ. qm̄ quis aſtare pōt delicto,
non vt autor vel fautor ſceleris, ſed forſitā vt eū,
quē videt aliū offendere, diuertat. l. iij. in ſi. prin-
cipij. ff. de vi & vi armata. dicto. c. ſicut dignū. §.
illi. vbi idem notant Inno. Anto. & alij, extra de
homicid. vel non in eo loco eſt, in quo poſsit au
xilium ferre. Nam ſi in tali loco non eſſet in quo
auxiliū ferre poſſet, non tenetur, d. §. eod. tecto,
143 infrà ea. l. & ideo inquit hic Bal. † nō dicitur qs
præſens eſſe delicto, niſi aſtet armatus. fretus au
toritate Inno. in. d. c. continentiā. Hoc etiam cō
firmat hic Roma. poſt Bal. in. l. j. C. de ſer. fugit.
licet tex. in. l. præſens. ff. de procura. &. l. ſeq. eū
dicat actui præſentem, qui in hortis vel continē-
tibus ædificijs eſt. Idem erat in hoc ſenatuſcōſul
to, vt ex verbis ſenatuſconſulti perpendi poteſt:
per quæ cenſebatur præſens homicidio dñi, qui
ſub eodem tecto erat. ſed Vlpianus quadā præ-
toria æquitate ductus præſentem dixit, qui in eo
loco eſt, qui vocem domini exaudire poteſt: vt
in. §. eodē tecto. infrà ea. l. ſimilis expoſitio eſt in
l. j. in princip. ff. de verbo. obliga. ibi: nec abſens
quidem, quoniam exaudire ſe inuicem debent.
dicam in. d. §. eodem tecto. & in. §. ſi tibi ma-
nus. infrà eodem. l. interim. adde prædictis, non
ſufficere, vocem clamantis exaudire, aut percu-
tientem videre, niſi in eo loco ſit, in quo domino
144 auxiliū ferre poſsit. † Pone ſeruum ex alta turri
aut

aut loco aliàs eminente exiſtentem, videre ſeu au
dire dominum offendere, vt in ſimili dicitur in.l.
quod meo.§.ſi venditore.ff. de acquir. poſſeſ.ta-
men non ſtatim auxilium ferre poteſt domino:
an ob id particeps ſceleris erit? certe non.argu-
mento. l.naturalem.in princ.ff.de acquir.rerum
domi.ibi:vel ita ſit in cōſpectu noſtro, vt diffici-
lis ſit eius perſecutio.§.naturalem.inſtit. de rerū
diuiſio.&.l.fi. C.de his quib.vt indig. declarans
verba illius.§. eodem tecto. &.§. ſequenti. infrà
eadem. l. addit huic ſenatuſconſulto hæc ver-
ba:qui præſto erant.& ita ſentio per illum text.
Secundò, intelligo de his qui corpore valent, nō
autem ſunt imbecilles vel debilitati.l.iij.§.igno-
ſcit:&.§. ſeq.vbi dicetur.infrà eo.tex.cū gloſ.in
l.fi.in verbo, orbitates.C.ad.l.Fa. de plagiarijs.
Hunc text. in his verbis:ſed in eo.& verſic.&
magis.inducunt Bal. Ange.et Roma.ad hoc vul
gatum iuris adagium:de proximo cingendū pro
145 iam cincto haberi. † Dum hic dicitur, eum, cui
per fideicōmiſſum relicta eſt libertas, licet liber
non ſit, de proximo tamen liber fieri debet, pro
libero haberi:adeo vt iudex non minus differre
debeat eum torquere, quàm liberum. Cui adde
l.is cui.ff.de quæſtio.quod dictū Roma. ad plu-
ra extendit. Nonnulla ex dictis hic per Roma.re
petunt Moder.Papien.in.l. diuortio.§.interdū.
ff.ſoluto matrimonio.in expeditione glo. in ver
bo, reddet.dum illhic glo. quæſtionem facit de
fructibus maturis tēpore diuortij vel ſoluti ma-
trimonij. Et vt reddatur tibi vtile hoc vulgatum
prouerbium, Pone in terminis cōſuetudinis Au
reliæ, qua vxor fit communis cum viro in bonis
mobilibus,& eo mortuo pro æqua portione cū
hæredibus mariti ea diuidit. & iterum alio capi-
te eiuſdem conſuetudinis ſcriptum comperitur,
fructus vinearum inter mobilia annumerari ſta-
tim quo maritatæ ſeu ligatæ vineæ erūt:& quan-
quàm fructus adhuc maturi non ſint, tamē vt cæ
tera mobilia veniant in iudicio diuiſionis inter
vxorem & hæredes mariti:ſimiliter è contrario
pone quòd iam incœptæ erant vineæ ligari quū
maritus deceſsit, an vxor quæ ex illa conſuetudi
ne percipit medietatem mobiliū, poterit fructus
prouenturos ex non ligatis vineis, cœptis tamē
ligari, pro medietate, tanquàm ſibi affectos, per-
cipere, ſicut cæterorum bonorum mobilium per
maritum relictorū: & ſic an vineæ cœptæ ligari
pro ligatis haberi debeant. Et cōſuetudinē huic
non diſsimilem habes memoratam in.c.fi.hic fi-
nitur lex.colla.x.vbi in lucro fructuū diſtinguit
fructus ante Martium mēſem, vel poſt Calēdas
Martij perceptos,& eos qui poſt mēſem Augu-
146 ſtum percipiūtur. † De vſufructuario clarū eſt
de iure non facere ſuos fructus, niſi perceptos. l.
ſi vſufructuarius meſſem.ff.qbus mod.vſusfruc.
amitta.de venditore idem.l.Iulianus.§.ſi fructi-
bus iam maturis.ff:de actio.empti.poſſent, con-
tra hanc quæſtionem vulgatæ iuris regulæ, quæ
de fructibus pendentibus aſſeruntur, vt ſint pars
rei, recenſeri:de quibus in.l. fructus pendentes.
ff.de rei vendi.dixi aliquando in.l.dudum.C. de
contrahen.emptio. Et ad id vide.l. Statius Flo-
rus.§.fi.ff.de iure fiſci. Sed in quæſtione conſue
tudinis Aureliæ conſiderandi ſunt termini con-
ſuetudinis, qui actum conſummatum deſiderāt,
videlicet vineas ligatas eſſe, ad hoc vt inter mobi
lia enumerentur:vnde non ſufficit actum inchoa
tum eſſe, niſi perfectus ſit.l.ſi Barſatorem latro-
nem.C.de fideiuſ.l.j.§.hæc verba. vbi Moder.
poſt glo.& Bar.ff.quod quiſque iuris.& copio-
ſè Moder.tractant in.l.j.in princi.ff.de acquirē.
poſſ.tamen regula huius literæ ſuprà relata, quæ
vult, de proximo cingendum haberi pro iā cin-
cto:videretur cōcludere in hac conſuetudine, vt
vineæ incœptæ ligari deberent pro ligatis habe-
147 ri.l.pen.ff.de teſta.milita. † Per quam & hunc
textum Roma.hic inſert de proximo rebāniendo-
do, id eſt, tollendo à banno, in quo matriculatus
erat, haberi pro ſublato. Cui adde diſputationē
Bart.Pauli de caſtro, Alex. in.l.iij.§.ſi ſeruus.ff.
de acquirē.poſſeſsione. vbi plenius hoc Roma.
dictum examinatur. Accedit & alia quæſtio non
diſſormis huic, per Moder. abundè diſputata in
l.j.& in rubrica.ff.ſoluto matrimonio. An ſpon
ſa de proximo ad mariti domum traducenda pri
uilegio vxoris gaudeat:de qua etiā in.l.ij.§.ſi ſpō
ſa.ff.de priuile.credi.per Guliel. de cun. & Bal.
in.l.nō ſine.C.de bo.quæ liber.& Bal. in.l. dos
data.C.de donatio.ante nuptias.Feli.in.c.tertio
loco.colū.iij.verſic.& tetenta.extra de præſum-
ptio. Cæterū in caſu cōſuetudinis Aureliæ, quæ
actum perfectum deſiderat, dic inter mobilia nō
poſſe æſtimari niſi quatenus vineæ ligatæ erunt,
dicta.l.j.§.hæc verba.ff.quod quiſque iuris.ſed
illi videtur aduerſari lex, diuortio.§. interdum.
iuncta glo.ff.ſoluto matrimo.quæ pro rata tem-
poris, qua matrimoniū fuit, fructus concedit cō-
tēplatione matrimonij. Igitur in quæſtione pro-
poſita fructus pro rata tpis vxori acqri deberēt,
non habita ratione, an vineæ ligatæ eſſent necne
fauore matrimonij. d.l.diuortio.in prin. ff. ſolu.
ſentiẽtis, quàm de priuatione iuris alterius abu-
tẽtis tractabatur, vt dixi ſuprà,per.l.& ſi certus.
§.ſi vnus. infrà eodem. Et hæc cõſideratio ex ra-
tione.l. in executione. §. pro parte.ff. de verbo.
oblig.maxime procedit quando id,quod in obli
gatione deducitur,ſua natura eſt indiuiſibile,vel
effectu:vti eſt in eo, qui partem hominis promi-
ſit. Nam licet pro parte peti poſsit, nõ niſi totus
ſolui poteſt.l.ij.§.j.& dicta.l.in executiõe.§. pro
parte.ff.de verbo.obliga.dixi plenius in.l.eadẽ.
§.Caro.eodem titu. ratione ergo adiuncti impe-
ditur effectus reſcripti:non autem quòd ſubſtan
tia rei ſeu qualitas mutetur. Et ſolutio glo.in di-
cto.c.quum in illis.§.fin. probatur clarè in dicta
l.ij.ff.de condi.inſtit. in verſicu. niſi euidentiſsi-
mis probationibus &c.vbi enim ex voluntate te
ſtantis conſtat ratione partis alienatæ totum re-
uocare, clarum eſt partem non venire: quia de
voluntate teſtantis conſtat. ſimiliter dicendũ eſt
41 ad dictum.c. quum in illis. † quia voluntas pa-
pæ non eſt niſi ſpecialiter à ſe nominatos graua-
re,per illum text.& dictum.c.mãdatum.de præ-
bend. in.vj. Non enim conueniens eſſet,ſocium
facto alterius ſocij grauari. Et in caſu præmiſſo
non tam de eo qui grauatur illo reſcripto con-
tẽditur,quo minus etiam dicatur, quod cõmune
eſt,ſuum non ſit: ſed quia vtens illo iure ſuo aliũ
cõſociũ facto ſuo priuaret: quod indecens eſſet,
l.fraudati. §. fi. ff. de publi. & vectigal. maximè
vbi ſtatuentis ad id non tendit voluntas. Et per
rationẽ ſumptam ex.l.& ſi certus.§.ſi vnus.infrà
eodem. non puto verum quod Bal.in.l.j.C. qui
teſta.face. poſ. dixit, dum loquitur de eo,qui in
domo cõmuni conſocium offendit,vt non tenea
tur:& per hunc tex. Ex his remanebit concluſio
noſtra vera:pro qua Bart.& Bald. hic inducunt
hunc text.ad deciſionem pulchræ quæſtionis de
dominis habentibus plures vaſallos, vt quilibet
ipſorum domini appellatione contineatur,con-
tra quos eſt text.in.c.præterea ducatus.de prohi
42 bi.ſeud.alie. per Feder. colla.x. vbi text. † non
admittit,vaſallum plures habere dominos,ita vt
diuiſim fidelitatem præſtare teneatur.& Inno.in
c.veritatis.extra de iureiurã. dicit conſtitutionẽ
illius.c.præterea.eſſe ſpecialem in ſuo caſu, & in
ea quæſtione gloſ. vbique ſunt variæ. In primis
gl.in.l.ſi vſusfructus legatus.in verbo, oportet.
ff.de vſufruc.contraria eſt glo. in.l. cõmuni diui
dundo. in verbo, confunderetur.in vltimis ver-
bis glo.ff. cõmuni diuidun.gloſ.etiam plene di-
ſputans in.§. omnes filij. ſi de feud.fuer.conten.
inter dominum & agna.colla.x. ſimpliciter con-
cludit abſolutam eſſe in dicto.c. præterea duca-
tus. Doctores iuris ciuilis & Cano. & potiſsimè
Feudiſtæ diuiſerũt ſe in illas duas opinio. aliqui
glo.

glo. primò relatam ſequuntur: cæteri verò no-
uiſsimas. Et eos qui ita diuiſi ſunt, refert Iaco. de
ſancto Geor. in ſuo tracta. feudo. in verbo, qui
quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fide-
litatis. colum. vij. verſi. quid autem ecõtra, ſi do-
minus decedat relictis pluribus hæredibus. vbi
nouiſsimo loco in opi. vltimarum gloſſarũ incli
nat, per dictum. c. præterea ducatus. cum modifi
catione Marti. Lauden. in dicto. §. omnes filij.
quæ eſt, dummodo vaſallus, qui alterum hæredũ
dominum eligit, fidelitatem nomine aliorum co-
hæredum domini feudi præſtet. Et vltra Marti.
allegat. l. plerũque. §. fi. ff. de iure dot. cuius glo.
meminit in dicto. c. præterea. Iaſon verò in. l. de
pupillo. §. ſi plurium. ff. de no: oper. nuncia. rela-
tis multorum opinionibus ſentẽtiam primæ glo.
amplectitur, poſt And. de Iſer. in dicto. §. omnes
filij. & in dicto. c. præterea ducatus. referẽs duas
ſolutiones ad. d. c. præterea. in quo vis totius di-
ſputationis conſiſtit. Primò recenſet ſolutionem
Roma. in. l. ij. §. ex his. ff. de verbo. oblig. dum di
43 cit, † vaſallum omnibus filijs hæredibus domini
fidelitatem præſtare. Et ſi ſentiat ſe multis domi
nis oneratum, poterit feudo renunciare. quæ re-
ſponſio ſolutionis formam non habet: ſed eſt cõ
ſideratio quædam, quæ ante Roma. fuit Pylei, in
dicto. §. omnes filij. prout illhic glo. retulit in fi.
quæ omnino contradicit dicto. c. præterea. Secũ
dò, diſputatio noſtra non eſt, an vaſallus eligere
teneatur cedere feudo, vel omnibus fidelitatem
præſtare. Tertiò, dubium eſſet maximũ, an poſ-
ſet vaſallus inuito domino renunciare feudo. de
qua per Bart. in. l. is cum quo. ff. de aqua pluuia
arcenda. And. de Iſer. in. c. ſimiliter poteſt. iij. co
lum. & princip. ſeq. de capita. qui cur. vendi. col-
la. x. Sed dubiũ eſſet an vaſallus cogi poſsit præ-
ciſè ad factum, id eſt, ad præſtandam fidelitatem
tot dominis numero. in quo tex. in dicto. c. præ-
terea. non vult, vaſallum poſſe pluribus dominis
aſtringi. Et ideo ſi ſolutio dici debeat, nulla eſt
hæc ſolutio ſeu conſideratio, quæ tex. de directo
aduerſantem habet. Ob id Iaſon aliam dat ſolu-
tionem. dicit enim in quæſtione noſtra, diuiſio-
nem ex neceſsitate ſucceſsionis non fieri. l. hære
des. §. an ea ſtipulatio. &. §. illa. ff. famil. erciſ. vbi
Floria. hanc quæſtionem examinat: ſed diuiſio-
ne facta omnes hæredes loco vnius erunt. l. cui
fundus. ff. de condit. & demonſtra. Secus autem
ſi ex vi contractus fiat, dicto. c. præterea. in ver-
bo, conſortes. Et quamuis Iaſon à ſeipſo videa-
tur confirmare, fuit tamen conſideratio Roma.
& Bart. Sozi. in finalibus verbis ſuæ lecturæ in
dicto. §. ex his. & And. de Iſer. in loco prædicto
dixit in caſu dicti. c. præterea ducatus. diuiſionẽ
inter conſortes non ex neceſsitate, ſed volunta-
te fieri: ponderans illum tex. in verbo, voluerũt.
Cuius dicta Iaſon ſibi aſſeribit, dicẽs, nihil aliud
poſſe dici ad dictum. c. præterea. ſed de ſolutiõe
44 Andr. multùm dubitauit, † quum diuiſio ex ſuc
ceſsione proueniens, ſecundum eundem Iaſonẽ,
neceſſaria ſit, eo quòd in cõmunitate nemo ſtare
cogitur. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi.
indebiti. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. ff. com
muni diuidũ. l. ij. C. quando & quib. quarta pars
debea. li. x. Sed ad iſtud obiectum, dixit multùm
differre diuiſionem, quæ fit inter cohæredes, ab
ea, quæ fit inter conſortes, de qua loquitur dictũ
c. præterea ducatus. vt ea, quæ fit inter conſortes
maiorem neceſsitatẽ inducat, quàm diuiſio, quæ
inter conhæredes fit. nam diuiſio, quæ inter hæ-
redes fit, vim non habet alienationis. §. j. in auth.
de litigio. colla. ix. Cui addo, ſi alienatio in cohæ
redem fiat, non reuocabitur. §. j. de alie. feud. pa-
ter. colla. x. Secus autem in ea, quæ fit inter con-
ſortes. Hanc differentiam tradit Marti. Lauden.
in dicto. c. præterea. in fine. & ante eos Andr. de
Iſer. in dicto. c. omnes filij. ſi de feud. fuer. contẽ.
inter domi. & agna. colla. x. Et Card. Alexan. in
dicto. c. præterea ducatus. ſed contra eam facit. l.
45 j. C. cõmunia vtriuſque iudi. † vbi diuiſio, quæ
inter hæredes fit, vim cõtinet emptionis. Et quã-
uis Iaſon in dicta. l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de
no. oper. nuncia. dixerit nihil vlterius dici poſſe
ad dictum. c. præterea. & id conſtanter affirmet:
tamen ſi recte ad ſcripta per Andr. de Iſer. in di-
cto. c. præterea ducatus. et in dicto. §. omnes filij.
aduertiſſet, palpaſſet oculis & manibus duas ſo-
lutiones meliores illa. In primis dicit Andre. de
Iſer. illum text. directè illis aduerſari, qui dicunt
vaſallum vni tantùm domino teneri fidelitatem
præſtare, non autẽ pluribus, licet dominus mul-
tis filijs relictis decedat: quum ille text. dixit, ita
tamẽ vt vaſallus pro vno feudo plures dominos
habere nõ cõpellatur. quaſi ille tex. ſecũdum cũ
innuat, iurare debere vaſallũ omnibus, maximè
cùm plures pro indiuiſo feudum occupant, vt di
xit hic Bal. vel vni pro omnibus iurabit, & omni
bus videbitur iurare, quoniam iuramentum indi
uiſibile eſt: indiuiſibilia verò debentur pluribus
& cuilibet inſolidum: ſeruitium tamen omnibus
præſtare non cogetur vaſallus, ne in plures do-
minos diſtringatur. l. ne in plures. ff. de exercito.
actio. & ſi contingeret vnum dominorum alteri
bellum facere, non poſſet vaſallus diuerſis domi
nis per ſe ſeruire: oporteret enim aut antiquiori
ſeruire, aut alterum eligere cui ſubuenire magis
deſideraret, vt vnus ſit loco omnium, & omnes
loco vnius ſint, ſicut inquit. l. cui fundus. ff. de cõ
46 ditio. & demonſtr. † Alia & ſecunda ſolutio eſt
eiuſdem Andr. de Iſer. in dicto. §. omnes filij. di-
cit enim. c. præterea. intelligi debere, quando do
minus feudum pluribus alienat, vt vaſallus plu-
res dominos habeat, & non poteſt, dicto. c. præ-
terea. in his verbis, nec dominus feudum ſine vo
luntate vaſalli ad alium trãsferat. quæ intelligun
tur ex contractu domini. In quibus verbis Iaſon
diſtinctionem quam inter conſortes & hæredes
fecit, ſumere voluit. Sed in hæredibus ſecus: quo

niam omnes ſecundum Andr. loco vnius ſunt, di
cta. l. cui fundus. ff. de condi. & demonſt. Et hoc
modo non erit vaſallus vnius tantùm, ſed pluriū.
Quibus addo: fidelitas, quæ debetur à vaſallo
domino, reciproca eſt. Nam & dominus debet
vaſallo ſuo fidelis eſſe, ſicut vaſallus domino. c.
vnico, qualiter dominus propri. feud. priue. et. c.
vnico, de for. fidel. colla. x. ibi: dominus quoque
in his omnibus vicem fideli ſuo reddere debet.
47 Secundò, † ſicut vaſallus inuito domino non po
teſt alienare feudum. c. j. de prohi. feud. alie. per
Frede. colla. x. ſimiliter dominus non poteſt va-
ſallum alienare eo inuito. l. inuitus. ff. de fideicō.
liber. dicto. c. j. qualiter dominus propri. feudi
priue. Clarum eſt autem per dictum. §. omnes fi-
lij. ſi de feud. conten. fuer. inter dominū & agna.
ſi vaſallus pluribus relictis hæredibus decedat,
omnes inſolidum fidelitatem domino præſtare
debere: econuerſo, ſi cauſa vtriuſque eſt recipro
ca, vnus vaſallus omnibus filijs ſuccedētibus in
feudo fidelis eſſe debet, & maximè quū hic text.
dicat, appellatione domini venire eum, qui pro
parte eſt dominus: prout hunc text. ad id induxe
runt hic Bart. & Bal. vt dixi ſuprà. Et hoc pacto
vltimæ ſolutioni And. de Iſer. inhærendo, verſi.
ita tamen. in dicto. c. præterea. eſſet declaratiuus
vltimi reſpōſi dicti. c. ibi: nec dominus feudum.
vt intelligatur cùm dominus contrahendo vult
vaſallo plures alios dominos dare, et ipſum in id
grauare. Nam inuito vaſallo non poterit, quem-
admodum nec vaſallus inuito domino alium va
ſallum dare poteſt. ſecus autem ſi ex ſucceſsione
hoc contingat: quoniam filij ſui hæredes ſunt, vt
neceſſarij. §. ſui. inſtitu. de hæred. qualit. & diffe.
48 quæ † neceſsitas naturæ & ſanguinis plurimùm
cōſideranda eſt. §. primū itaque. in authen. de hæ
redi. & falci. colla. j. Sed ſolutiones And. de Iſer.
& Iaſo. ad illum text. veræ non ſunt, & minus ve
ra eſt interpretatio, quam tradunt ad verbum, cō
ſortes. dum dicunt debere de conſortibus ex cō
tractu, non autem cohæredibus intelligi. Nam
illo verbo, conſortes. vſus eſt legiſlator, vt aper-
tius & generalius feudorum maiorū, qualia ſunt
ducatus, comitatus, & marchionatus, diuiſionē
prohiberet, inferiorum verò diuiſionem non ne
garet: non tamen ſic ea diuidere permiſit, vt va-
ſallus plures in eis dominos habere teneatur.
Et ita illhic tenent Bal. Iaco. de bello viſu, Card.
& communiter omnes, & bene: vnde abs re non
eſt quod Inno. dixit in dicto. c. veritatis. extra de
iureiuran. ſpecialem eſſe illam conſtitutionem,
quæ de feudo loquitur. Non tamen vt hoc dicā
ſpeciale eſſe in feudo, ſed vt ratio feudalis conſti
tutionis in conſideratione ſit, ſecūdum eundem
49 Inno. in dicto. c. veritatis. extra de iureiu. † quo-
niam iuramentum ex perſona iurantis eſt perſo-
nale: ex parte verò eius, cui præſtatur, in rem eſt.
& quamuis ad id nihil alleget, tamen text. eſt in
dicto. c. vnico, de forma fide. ibi, vtile, ne ſit ei in
damno de ſuis poſſeſsionibus quod fidelitatis iu
ramentū ſi pluribus præſtandum eſt, ſæpius diffi
cile eſſet obſeruare. & propter hanc Inno. ratio-
nem Flori. in dicta. l. hæredes. §. an ea ſtipulatio.
ff. famil. ercıſc. ſecutus eſt hanc nouiſsimam opi-
nionem. Cui addo rationem illi proximam: diffi
cile enim & plerunq; impoſsibile eſſet, duobus
dominis eodem tempore ſimul & ſemel ſeruire,
Luc. xvj. c. Notatur in. §. illud. de prohibi. feud.
alien. per Freder. dicam in. l. ſi quis in graui. §. ſi
quum omnes. & l. penul. infrà eodem. potiſsimè
quum omnium filiorum, de iure ſcripto, æqualis
ſit conditio. Licet Andr. de Iſer. in dicto. c. præ-
50 terea. & dicto. §. omnes. dixerit † aliud de iure
Francorum eſſe, quo primogenitus in feudo cæ-
teris filijs præfertur: quod ius generale non eſt
in Francia. verum eſt autem, primogenitū in feu
dalibus aliquid præter cæteros filios in ſucceſ-
ſione parentum iure primogenituræ percipere:
in allodialibus vel vectigalibus ſeu emphyteoti-
cis fundis omnium filiorum eandem eſſe condi-
tionem. Nos verò in terminis iuris ſcripti loqui-
mur, quo omnium filiorū par cauſa eſt, dicto. c.
præterea. ibi: ita vt oēs qui partē &c. & d. §. oēs
filij. melius in. c. j. de ſucceſ. feu. colla. x. ibi, ſucce
dunt tm̄ filij æqualr̄. Et iſta eſt ratio, ꝑpter quā
filij inter ſe feudum diuidunt. Cæterum illa diui-
ſio cauſam vaſalli grauiorem facere non poteſt,
dicto. c. præterea. quæ durior eſſet, ſi plures do-
minos habere, & omnibus fidelitatem æqualiter
præſtare teneatur: maximè eam fidelitatis partē,
quæ honeſtum & vtile continet ipſis dominis &
51 hæredibus præliantibus. † Vnde ratione impoſ
ſibilis effectus ex ipſo iuramēto procedentis nō
intendit lex vaſallum illaqueare periurijs. l. ij. C.
de indi. vidui. tollen. §. quum autem. in authent.
de non eligen. ſecundò nuben. colla. j. nec puto
in illa cauſa iuramenti poſſe locum eſſe gratifica
tioni, vbi omnium æqualis eſt honor debitus, &
æqualis obligatio. l. ſed & milites. in princip. ff.
de excu. tuto. ibi, coæqualitas enim honoris mili
tiæ fortior videtur militum olim priuilegio. nec
mouere poteſt contraria ratio de fide reciproca
vaſalli & domini: quoniam in eo ceſſat. facilius
enim plures vni ſubueniunt, quàm vnus à pluri-
bus deſideratus in partes omnino contrarias ani
mum & corpus diuidat: duobus enim dominis
ſeruire eodem tempore impoſsibile eſt. ratione
etiam alterius impoſsibilitatis naturæ exiſtentis
in perſona debitoris. l. iij. §. ex contrario. ff. de ac
quir. poſſeſ. l. impoſsibilis. ff. de verbo. obligat.
52 Præterea † non puto aliquem teneri cauſam gra
uiorem vel à domino, ſeu à quouis alio credito-
re admittere. l. damni infecti. §. ſi is qui vicinas
ædes. in verbo, augeri. ff. de dam. infe. facit quod
notat Ioan. Fab. in. §. quædam. iiij. colum. Inſtit.
de actio. dum quærit de eo, qui expletum habet
in nemore pro ſe & ſuis filijs: ſi contingat fami-
liam ſuam augeri, an pro aucta familia quantum
cuique

cuique ſufficiet poſsit in nemore ligna percipe-
re. Tertiò, alia ratione, præſtans ab initio fideli-
tatem domino, conſiderationem tantùm eius ha-
bet, qui dominus eſt, vt illi ſoli ſeruiat. Nos autẽ
ne in plures aduerſarios diſtringatur, dicta. l. ne
in plures. ff. de exer. actio. præſertim quando na
tura ipſius rei vel iudicij indiuiduitatem ſeu plura-
litatem non admittit, argumento. l. ſi familiæ. ff.
familiæ ercíſ. tunc enim omnes ſimul conuenire
debent, vt vnus plurium nomine reſpondeat, di-
cta. l. cui fundus. ff. de conditio. & demonſtrati:
53 Vnde † quum ex natura feudi teneatur vaſal-
lus domino fidelitatem præſtare: ſi vaſallus ali-
quis ſit duorum dominorum: iura interpretari
ſolent, debere vaſallum antiquiori domino ſub-
uenire, dicto. §. illud. de prohibi. feud. alien. per
Freder. colla. x. & §. finali. hic finitur lex. colla.
x. Vnde primogenitus, quum antiquior ſit do-
minus, iuris præſumptione hoc admittente, quo
niam filius quodammodo viuo patre, ſtatim quo
natus eſt, dominus eſſe cenſetur. l. in ſuis. ff. de li-
beris & poſthumis. §. ſui. Inſtit. de hæredum qua
litate & differentia. vaſallus potius debet primo
genito ſubuenire, & illi ſoli fidelitatem ſeruare,
quàm cæteris, ſi pluribus dominis grauari non
poteſt, dicto. c. præterea ducatus. de prohibita
feud. alien. per Freder. Ceſſante autem hac natu-
rali ratione, quæ pro primogenitura facit, non
eſſet dare inter filios antiquiorem dominum: ob
id ratio antiquitatis locum obtinere non poſſet.
Similiter & ratio gratificationis admitti non po-
teſt propter vaſalli iuſiurandum: quod enim ho-
neſtum vtile eſt, & incolumem dominum, ſi plu-
res dominos habuerit ſimul præliantes ſeruare
non poteſt. vnde in hoc cauſa vaſalli & domini
non eſt reciproca propter naturæ & affectionis
& effectus impoſsibilitatem. Et quòd hæc ratio
ſit concludens in feudo, habes textum in. c. ex
eadem lege. verſic. eſt vaſallus. de lege Corradi.
colla. x. Secundò. c. prætera ducatus. vtrunque
caſum amplectitur, videlicet quando contingit
feudum in plures diuidi ſucceſsione, vel ex con-
tractu. Primus eſt in verſicu. ita, vt omnes qui
partem feudi habẽt diuiſi vel diuidendi fidelita-
tem faciant. Secundus in verſicu. nec dominus
feudi ſine voluntate vaſalli ad alium transferat.
ex quo perpenditur conſortium ex contractu
procedens non poſſe in illo textu conſiderari.
Et licet Andreas de Iſer. Cardina. & poſt eos Ia-
ſon verbum, conſortes. in illo textu poſitum, di-
cant debere intelligi de conſortio ex contractu,
non autem ex ſucceſsione prouenientẽ, & verba,
diuidi & diuidendi. poſita in illo textu, intelligi
de domino feudi, qui vaſallo alium in parte do-
minum dare vult: neſcio quomodo hoc ſomnia-
54 uerint. † In primis dominus volens partem feu-
di vendere, aut donare, ſeu alio titulo in alium
transferre, non poteſt inuito vaſallo, per illum
textum ibi, nec dominus feudum ſine voluntate
vaſalli ad alium transferat, neque vaſallus inui-
to domino. c. imperialem. eodem titulo. de pro-
hibita feudi alien. per Freder. Et ea de cauſa ex
contractu lege ad id reſiſtente non poteſt con-
ſortem habere titulo vẽditionis ſeu alterius con-
tractus. & ſic verbum, conſortes. non poteſt in
emptore verificari: ſed in hærede tantùm neceſſe
eſt, illum textum interpretari, oportet conſor-
tium illud ex diuiſione fieri, vt quilibet in parte
rei dominus ſit. l. j. C. de conſorti. eiuſdem litis.
Sed ſi ex contractu non poteſt inuito vaſallo ac-
quiri conſortium, quo pacto dicere poteris con
ſortes diuidere? Igitur in illo textu verbum, con
ſortes. in hærede, non autem in emptore verifi-
55 catur. imò plus volo vnum attendi: † Quoniam
in feudis maioribus, qualia ſunt ducatus, mar-
chionatus, & comitatus, de iure feudorum non
fiebat tranſmiſsio ad hæredes. c. finali, in fine. de
alien. feud. c. vnico, de feud. marchiæ. colla. x. ni-
ſi per pactum cum domino factum tranſmiſsio
ad filios aut fratres, aut ex ſpeciali facultate ſeu
priuilegio in ipſa inueſtitura inſerta indultum
fuiſſet, dicto. c. vnico, de feud. marchiæ. ibi, niſi
ab imperatore per inueſtituram acquiſierit. &
in fine. c. ibi, niſi pactum fuerit in inueſtitura. &
ſic contra propriam naturam feudi, dicto. c. fina.
de alien. feudi. in fine. in verbo, vſurpatum. vbi
dicit gloſſa, in feudo ergo ſeruandum non eſſe.
Si igitur etiam ſucceſsione non tranſmittatur,
quomodo diuidi poteſt etiam ſucceſsione, ſi de
maioribus feudis loquatur? Ex his puto. c. præ-
terea ducatus. velle corrigere omnino cõſuetudi
nem, ſeu magis corruptelam contra conſtitutio-
nes feudorum vſurpatam, per quam ducatus,
marchionatus & comitatus cœperunt diuidi, ea
firma in feudis inferioribus manente, in quibus
ſucceſsionem & tranſmiſsionem ad ſuos admi-
ſit, alienationem autem ex quocunque contra-
ctus genere prohibuit, etiam ſi contemplatio-
ne animæ fieret: niſi conſentiente rege vel prin-
cipe talis alienatio fieret. c. imperialem. §. habito
ergo conſilio. de prohibit. feud. alien. per Frede.
56 colla. x. c. j. de capit. Corra. † Nulla igitur alie-
natio ſeu tranſmiſsio feudi in tertium quocunque
gradu contractus fieri poteſt inuito principe: li-
cet tranſmiſsio ex ſucceſsione concedatur, dicto
c. omnes filij. ſi de feudo fuerit contentio inter
dominum & agnatos. & dicto. c. j. de ſucceſsio.
feudorum. quomodo poteſt dici, inter conſor-
tes euiſdem contractus feudum diuiſum eſſe,
quum non niſi volente vaſallo conſortium in
feudo ex contractu acquiri poſsit, per illum tex.
certè fieri non poteſt propter iuris reſiſtentiam.
Et longe minus argumentum de vſufructu ad
feudum concludit: in multis enim differt feu-
dum ab vſufructu aliarum rerum. Primò enim
poteſt vſusfructus conſtitui, & ſpecialiter conce

di & alienari.§.j. Inſtitu. de vſufructu.l.iiij.ff.de vſufructu.dixi in.§.domini.j.ſuprà eadem.l.non autem feudum, dicto.c. imperialem. Secundò, vſusfructus ſeruitus eſt perſonalis.§.finiẽ. Inſtitu.de vſufructu. Feudum reale eſt & tranſmiſſibile ad hæredes,dicto.c.j. de ſucceſsio.feudorũ.
57 Tertiò, natura vſusfructus eſt † vt vſufructuarius ſalua rerum ſubſtantia pro tempore ſuo tantùm vſufructu vtatur, & transferens vſumfructum non intendit neque poteſt rem in totum vel in partem aliter concedere.l. vſusfructus.ff. de vſufructu. ſed ea intentione tantùm vt finito vſufructu ſalua ſit rei ſubſtantia: & ob id caueatur ab vſufructuario ſubſtantiam rei ſaluam proprietario finito vſufructu reddere. Hæc autem cautio in feudo non deſideratur. Quartò, velle vaſallorum à voluntate dominorum dependet, & econtra, vbi de tranſmiſsione feudi agitur ex contractu, dicto.c. imperialem. & dicto.c. præterea. quare conſideratio illius voluntariæ diuiſionis aliter ſubſiſtere non poteſt,quàm inter hæredes. & ille textus Iaſo. fecit titubare in loco prædicto. Et ſic ex prædictis tranſeo cum communi opinione,in qua reſidet Ioan.Fab.in dicto §. quædam. iiij. colum. inſtitu. de actio. Franciſ. Areti.in dicta.l.ij.§.ex his.in princi.ff.de verbo. oblig. Et Aurelia conſuetudo in titulo de feud. c.xcvij.hanc interpretationem accepit.

SVMMARIVM.

1 Filijfamilias in poteſtate exiſtentes ſola carent adminiſtratione.
2 Filij nomine cenſentur etiam liberi, omnes deſcendentes ſcilicet.
3 Filij etiamnũ ſub patria poteſtate exiſtentes, æqualiter à prætore vocantur ad eandem bonorum poſſeſsionẽ atque emancipati.
4 Dolus coniuncti coniuncto præiudicat.
5 Pater & dñs quare teſtamentum mutari prohibeant, in quo filius aut ſeruus inſtituti erant.
6 Filius emãcipatus abſque ſua culpa nequit per patrem iure ſibi aliunde quæſito fraudari.
7 Fideicommiſſarius nullum patitur detrimentum, ſi is, qui per fideicommiſſum grauatus eſt legatum reſtituere,doloſe procurauerit teſtamentum non mutari.
8 Filij emancipati an & quando domini appellatione cõprehendantur.
9 Pater & filius ad ſe inuicem cenſentur conſimilem habere pietatem & affectionem.
10 Domus nomine qui vniuerſaliter poſsint cõprehendi.
Filius adoptatus quid differat ab eo, qui in adoptionem datur.
11 Filius in adoptionem datus,ex patris adoptantis dignitate honorem conſequitur.
Filius adoptatus eodem gaudet priuilegio, quo filius legitimus & naturalis.
12 Filius in adoptionem datus, iure antiquo Digeſtorum cognationes omnes & affinitates retinet.
13 Pater naturalis & legitimus filium in adoptionem datũ exhæredans,an ei præiudicium adferat.
14 Filius adoptatus quãdo poſsit hæreditatem paternam adeundo ſibi acquirere.
15 Arrogatus quo iure ſe,ſua,ſuosq; in poteſtatem arrogatoris transferat.
16 Filius emancipatus non eſt de agnatione patris.
Emancipatio an & quando iura tollat agnationis.
17 Iura naturalia filio emancipato remanent integra.
18 Filius in adoptionem datus, etiam ſi de patris naturalis familia eſſe deſinit, offenſus tamen in domo ipſius non venit domini appellatione.
19 Filius qui in adoptionem datur in alienam tranſit poteſtatem,ſequiturq; gentis alterius familiam.
20 Emãcipatus,& is qui datur in adoptionem,iura ſanguinis retinent.
21 Arrogatus iura conſequitur ſuitatis in ſucceſsione arrogantis.
Reſtitutus natalibus per principem, omnium ingenuitatũ iurium capax efficitur.
22 Arrogatus in quo differat ab eo, qui in adoptionem eſt datus.
Adoptatus remanet in p̃tãte patris aut aui naturalis.
23 Arrogatus quamuis emancipatus vel exhæredatus, legitimam ab arrogatorẽ cõſequitur, ac ea bona quæ ad eundem tranſtulerat.
Arrogatio cum cauſæ cognitione fieri ſolet: adoptio verò non idem.
Caſus fictus nonnunquam pro vero habendus.
24 Fictio interdum plus,quàm ipſa veritas operatur.
Emãcipatus, in domo paterna filius reputatur, venitq; domini appellatione.
25 Promittens aliquẽ tanquam filium alere quatenus erga eundem ſe debeat habere.
26 Arrogatus licet emãcipatus aut etiã exhæredatus, beneficio tñ principis quartã in bonis arrogatoris obtinet.
Adoptans non poteſt in vxorem habere filiam adoptatam,etiam adoptione finita.
27 Filius adoptiuus quare in feudo ſuccedere nequeat.
28 Serui materni quam ob rem ob filium occiſum non torqueantur.
Fictiones plures in eadem cauſa vix aut raro repertæ.
29 Serui vxoris non ſunt propriè mariti,aut contra.
30 Hæredes extranei qui ſint cenſendi.
31 Senatuſconſultum Sillanianum qua de cauſa ad emancipatos cenſuerit Vlpianus extendendum.
32 Filius viuente matre non eſt dominus rei maternæ.
Liberi fœminarum non ſunt in familia ipſarum.
33 Filius patris familiam ſequitur,& non matris.
34 Emancipatio non obeſt filio quo ad effectum Senatuſconſulti Sillaniani.
35 Filius vulgò quæſitus, item naturalis & ſpurius quid inter ſeſe habeant diſcriminis.
36 Serui patris naturalis tantùm non ſunt torquendi pro veritate eruẽda adulterij per filiam naturalẽ commiſsi.
37 Spurius non filius decurionis dicitur, licet pater ipſius naturalis decurio efficiatur.
38 Prohibitio facta in naturali & legitimo, locum etiam ſibi captat in filio naturali tantùm.
Baſtardus domus alicuius an poſsit inſignia & arma eius portare.
Baſtardus iniuriã patri vel conſanguineo naturali illatam vlciſci poteſt.
39 Peccata ſuos ſequuntur autores,nec alius pro alio pœnas dare debet.

40 Rigor legum non extenditur ad perſonas in eis non cõprehenſas.
41 Spurij, vulgo quæſiti, & naturales tantùm qualiter inter ſe differant.
Filiorum ſex ſunt ſpecies.
42 Naturales filij tantùm non veniunt nomine filiorum.
43 Naturales filij aut parentes in ordinarijs, à natura nomine parentis aut filij veniunt: ſecus autem cenſendum eſt in ordinarijs à iure.
44 Nati ex damnato complexu adeo lege improbantur, vt etiam quæ iuris ſunt naturalis ipſis deneget.
45 Lex beneficio veré naturalibus & legitimis debito, ob delictum eos priuare poteſt, qui ex damnato coitu nati ſunt.
46 Fictio legis non ſoluit naturæ vinculum.
47 Pater filio naturali deuotionem decentem ſeruare debet, & contrà.
48 Vaſallus filium domini offendens, feudo perinde ſpoliatur, acſi dominum ipſum offenderet.
49 Domus patris etiam viuentis cenſetur eſſe domus filij, & quam ob cauſam.
Pater quando & vbi adulterum cum filia repertum occidere poſsit.
50 Vaſallus dominum quouis in loco incolumem debet cuſtodire.
Locus in criminibus maxime attendendus.
51 Emancipatus per emancipationem poteſtate paterna exuitur, peculijq́ ſui adminiſtrationem recipit.
52 Emancipatio ſimulata non eximit filium à poteſtate patria. & nu.53.
54 Filij mortuo patre ſinguli incipiunt onera ſeſe contingentia portare.
55 Pater in quibus cauſis & rebus filios excuſet à muneribus. & nu.56.
57 Filius qua ratione per leges à muneribus eximatur propter patrem.
58 Decurionatus quare à cæteris excipiatur muneribus.
59 Priuilegium à principe vel lege conceſſum, latius eſt interpretandum.
60 Munera perſonalia, quæ cum ſumptu exercẽtur, ab his differunt quæ ſine ſumptu.
61 Munera ſubire quando quis cogi non poſsit.
62 Filius quando ad munus aliquod eligi poſsit, an immediate poſt patrem, an verò poſt quinquennium.
63 Pater filios in poteſtate exiſtentes liberat à muneribus, quæ abſq́ ſumptu exerceri non poſſunt.
64 Communitas bonorum inter fratres non attenditur patre mortuo.
65 Pater ſi vni filiorum titulum ſacerdotis contulit, an cæteri fratres teneantur continuò ſoluere.
66 Nauis an comprehendatur domus nomine.
67 Adulterium commiſſum in domo patris aut mariti, an perinde puniendũ ſit ac ſi in domo habitationis commiſſum ſit.
68 Actio vtilis in eum, qui naui præpoſitus eſt, datur, pro eo quod ab ea deiectum eſt.
69 Actio vtilis conceditur, & non directa, quando legis ſententia fit extenſio.
70 Autoritas ſeu poteſtas aut deciſio legis ibi locum habere dicitur vbi & ratio.
71 Nauis quare non veniat domus vocabulo.
72 Stabulum non intelligitur domus appellatione.

§. Domini appel.iij.

HIC. §. cõcluditur ſeptem dictis diuerſis: & ob id ſeptẽ erũt partes in eo. Prima de filiofamiliàs in poteſtate in domo patris occiſo loquit̃. Secũda de nepote & ꝓnepote & cæteris deſcẽdentibus in ptãte aui exiſtẽtibus, vt eadẽ ſit de nepote & cæteris liberis conſideratio, q̃ & de filio in ptãte exiſtẽte. Tertia idẽ de emancipato ſicut de retento in ptãte concludit. Quarta dicit filiũ in adoptione datũ differre à filio non dato in adoptionẽ ſeu in poteſtate retẽto. Quinta adoptatũ filio legitimo & naturali in ptãte retẽto æquiparat. Sexta de alũno loquit̃, quẽ filio in adoptionẽ dato vult cõformari, vt non cõprehendat̃ hoc Senatuſcõſulto, ſi in domo ſui alũni occiſus ſit. Septima declarat an ſerui materni ſub familiæ filij vel domini appellatione cõprehendantur. Secunda pars eſt in verſic. Senatus enim conſultũ. Tertia in verſi. quid deinde. Quarta in verſi. in eo. Quinta in verſi. q̃uis. Sexta in verſi. ſed nec in alumno. Septima in verſi. de matris. Et hæc diuiſio ſit loco ſummarij.

Ratio primi dicti colligitur ex glo. in verbo,
1 cõtinent̃. † quia filijsfa. exiſtẽtibus in ptãte deeſt ſola adminiſtratio. l. in ſuis. ff. de liber. et poſthu. §. ſui. Inſti. de hære. quali. & diffe. Alia cõformis huic eſt propter identitatẽ perſonarũ pr̃is & filij. l. fi. C. de impub. & alijs ſubſti. l. patris & filij. ff. de vulgar. ſubſti. Hæ rationes in emancipato nõ concludunt de iure Digeſtorũ, & prætorio, quibus inducta eſt differẽtia patriæ ptãtis & emancipationis. l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. & l. fi. ff. de liber. & poſthu. l. ſi ita eſſet. ff. quando dies lega. ced. l. filium. ff. de bono. poſſeſ. contra tabul. §. præterea. Inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolui. ſimiliter nec de iure nouo concludit ſecundũ aliquos, niſi ab inteſtato, non autẽ ex teſtamẽto. §. j. in authent. de hæred. ab inteſt. veni. colla. ix.
2 Secundi dicti ratio eſt, † qm̃ filij appellatione oẽs liberi intelliguntur, & ob id nepotes & pronepotes & cæteri deſcendẽtes. l. filij appellatiõe, & l. liberorũ. §. fi. ff. de verbo. ſignifi. & ratio ponitur in. l. pronunciatio. §. familiæ. verſi. iure proprio. ff. de verb. ſigni. quoniã nepotes & pronepotes vicem filiorum ſequuntur. §. quum filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & hoc in fauorabilibus. ſecus in odioſis, vt dicam infrà: præſertim quando in poteſtate ſunt parentum, vt inquit iſte tex. quæ ratio videbatur contradicere tertio dicto huius. §. dum loquitur de filio emancipato, vt nõ debeat ſub appellatione dñi emancipatus comprehendi: qm̃ per emancipationem deſinit in patris poteſtate eſſe, & ſic deinceps de domo patris non erit. l. fi. C. de patria poteſtate.

§. præterea per emãcipationem. Inſti. quib. mod.
ius patr. poteſ. ſoluitur. Cæterũ hæc ratio patriæ
poteſtatis in hoc Senatuſconſulto Sillaniano nõ
attenditur, ſicut dicit hic gloſ. in verbo, in pote-
ſtate. per. l. j. §. j. infrà titu. j. & eſt in verſic. quum
& liberis. ibi, & ſi nõ fuerint in poteſtate. vbi nõ
conſideratur, an filij ſint in poteſtate vel emanci-
pati: quum ſecundũ glo. hic per. §. eadẽ. Inſtit. de
3 hæred. quæ ab inteſt. defer. † filij in poteſtate &
emancipati æqualiter vocantur à prætore ad ean
dem bonorũ poſſeſsionẽ, ſcilicet contra tabulas
teſtamẽti paterni, ſi præteriti ſint, vel non ritè ex
hæredati. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bo.
poſſ. contra tabu. Et quamuis nullus hic tangat,
non puto hanc glo. in aliqua ſui parte verum di-
cere. Licet gloſ. quam illhic Bar. approbat, idem
teneat, ſicut hic in verbo, & ſi nõ fuerint. ibi, alij,
quia etiam ſi vtroque tempore fuerint ſui iuris.
mota per. l. vnicam. ff. quib. non compe. bo. poſ.
& vt intentionem glo. habeas, aduerte glo. velle
præſupponere filium emancipatũ in illa. l. j. infrà
titu. j. fuiſſe hæredem inſtitutum, & quòd pater
ſciens teſtatorẽ velle inſtitutionẽ filij emancipa-
ti reuocare, dolo prohibuit teſtatorẽ, ne teſtamẽ
tum mutaret. quem glo. intellectũ illhic præſen-
ſit Bar. in. j. ſolutione primæ oppoſit. quam fecit
ad illum text. de principio. §. ad ſinem eius, dicẽs
4 ideo dolũ præiudicare filio & ſeruo, † quia do-
lus coniuncti præiudicat cõiuncto, & in quibus
facilius dolus præſumitur. l. pen. ff. de bo. liber.
Secundò, dum ſequitur intellectum glo. in dicto
c. j. in verbo, & ſi non fuerint. ſuprà relatum. ſed
iſte intellectus nõ eſt verus: & hoc bene præſen-
tiunt Dinus & Bart. in illo. §. j. cùm ſupplent ad
illum tex. in illis verbis, & ſi non fuerint in pote-
ſtate, ſcilicet tẽpore aditionis. & verũ dicũt: & li
cet non declarent, tamẽ hoc clarius Sole patet in
illo tex. in. j. reſpõſo illius. §. cùm loquitur de ſer
uo hærede inſtituto, ſed manumiſſo, adeunte hæ
reditatẽ. Deinde ſubdit, idem de filio in poteſta-
te hærede inſtituto, qui anteꝗ̃ adiret hæreditatẽ
emancipatus eſt: & ſic non erat in poteſtate cùm
adijt hæreditatẽ, licet in poteſtate eſſet cùm inſti
tutus eſt. Et glo. in. d. l. vnica. ff. quib. non cõpe.
bon. poſſ. ſequitur & melius hanc opi. in verbo,
emancipato. cùm dicit poſt, ſed tp̃e prohibitiõis
erat in poteſtate. alleg. l. ne cõtra. C. ne fil. pro pa
tre. & l. ſi ſeruus eius qui capere nõ poteſt. ff. de
acq. hære. tex. illius. l. vnicæ apertè hoc declarat.
5 Ratio huius dicti eſt: † quia cùm pater vel dñs
teſtatorẽ prohibuerunt ne teſtm̃, in quo ſeruus
vel filius in ptãte exiſtentes inſtituti erant, muta-
retur, ſcientes hæreditatẽ eis futurã, ſi iuſſu eorũ
adirent, ea intentione dolosè procurauerunt ne
mutaretur teſtm̃, vt ſibi, nõ autem ſeruo vel filio
hæreditas vel legatũ acquireret̃. Vnde quũ illa
voluntas ad id in tẽpus prohibitũ deſtinata eſſet,
lex voluit tali captioni reſiſtere. Si verò nõ fuiſ-
ſet filius in ptãte cùm inſtitutus eſt, neꝗ̃ doli par
ticeps inuentus, nõ poſſet filio factũ patris præiu
dicare. l. elegãter. in prin. ff. de dolo. l. factũ. ff. de
reg. iur. qm̃, vt dixi, quodãmodo alienus cenſet̃
à pr̃e, & præſertim de iure Digeſtorũ, quo filius
omnino à patria poteſtate liberat̃: ſicut de extra-
neo hærede inſtituto dicimus, cuius dolo factum
nõ eſſet quo minus volũtas mutaretur, qui dolo
alterius ſucceſsione non priuaretur, neꝗ̃ legato.
l. ij. §. fratris. & l. j. §. j. verſi. ſed ſi legatũ. infrà tit.
proxi. quẽ vltimũ verſi. male hic intellexit Bart.
in. ij. ſolutione ſuæ oppoſitionis, vt dicam infrà.
6 ſimiliter † nec filius emancipatus ſine culpa po-
teſt per patrem iure ſibi aliunde quæſito priuari.
Nam quum filius emãcipatus cenſeatur alienus,
& tanquã extraneus à patre, & tertij dolus non
poſsit inſtituto præiudicare, dũmodo particeps
doli non ſit. Similiter nõ præiudicabit filio emã-
cipato, dicta. l. vnica. §. fi. ff. quib. non cõpe. bon.
poſſ. Nec obſtabit ratio proximitatis ſeu coniun
ctionis, quoniam illa ſola ratio non eſt ſufficiens
ad priuandum filium. l. fi. ff. de his quib. vt indig.
ibi, ſola ratio paternæ affectionis non admittit.
Si igitur in illo text. non erat filius tempore inſti
tutionis emancipatus, quanꝗ̃ tempore aditionis
deſierit filius in poteſtate patris eſſe, quomodo
poteſt ille tex. huic. §. conuenire, qui pariter de fi
lio emãcipato & filiofamiliàs in poteſtate reten-
to diſponit, ſi in domo patris occiſi ſunt, vt pater
ni ſerui æquè torqueantur pro emãcipato occiſo
in domo patris, ſicut pro filio in poteſtate reten-
to? Prius tamen ꝗ̃ ad rationem huius tertij dicti
deueniatur, intendo declarare quomodo Bar. in
illa. l. j. §. j. infrà titu. proximo, non bene diſſoluit
oppõſitio. quam ex illo textu fecit arguendo de
fine illius. §. ad principium, dum dixit principiũ
§. debere de inſtitutione, finem autem de legato
intelligi. Et licet Bart. fateatur primam ſuam ſo-
lutionem veriorẽ, cuius ſuprà meminimus, quæ
nec vera eſt (vt dixi) adhuc hæc nouiſsima plus
eſt aduerſans verſicu. ſed ſi legatum. dum ille
7 text. † de eo loquitur, qui dolosè fecit ne teſta-
mentum mutaretur, qui grauatus erat per fidei-
commiſſum, legatum alteri reſtituere. Et ille do-
lus non noceat fideicommiſſario, cui, is qui do-
lum commiſit, tenetur per fideicõmiſſum reſti-
tuere. ibi cõſequẽs erit dicere admitti eũ ad lega
tum, quod non ipſe habiturus eſſet, ſed ad alium
ſit translaturus. Et ſic ratione doli ſui non po-
teſt conſequi: ſed quia alteri reſtituturus eſt,
percipit vt reſtituat in dolo non participanti.
& hoc illhic notat gloſſa in verbo, quod non.
per. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffici. te-
ſtamento. Et ſic ille textus in legato loquitur,
in quo ſit eadem deciſio, quæ & in inſtitutione.
Ea ex cauſa do tibi alias rationes quare filij
etiam emancipati in hoc Senatuſconſulto domi-
8 ni appellatione comprehenduntur. † Prima eſt,
qm̃ hoc Senatuſcõſultum domũ vniuſcuiuſque
& dominum ipſum & eius filium ſaluum facere
deſide

deſiderat : lex autem filios etiam emancipatos,
qui ex ſanguine patris prodierūt, filios appellat.
l.iij.§.ſi emancipatus.j.ff.de bono.poſſeſ.contra
tabul. ibi, qui iuſtus eſt filius, non poteſt effici
quin filius ſit. Non mirum ſi ad emancipatos vo
luit extendere. Et eo magis quòd textus ille con
ſiderat iuſtam eſſe rationem filium emancipa-
tum exhæredandi, ſicut & filiūſfamiliàs ſi non ex
volūtate patris filiam vxorem duxerit, quæ tam
patri ꝙ ipſi filio emancipato dedecori eſt. Ecce
quomodo in emācipato eadē ratio honoris ſ pa
tre deſideratur, quæ & in filio in poteſtate. Nam
et in vtroqꝫ eadē cā et ratio datur, videlicet qñ ex
eadē domo & agnatione ſunt. l. pronunciatio.§.
deniqꝫ.verſ.ideꝙ eueniet.ff. de verb.ſi. Et ob id
l.filio.ff.de libe.& poſth. dicit fictionē iuris ciui
lis nō poſſe veritatē naturæ tollere. l.ius agnatio
nis.ff.de pact.l.iura agnationis.ff. de reg. iur. Et
præſertim per rationē. §.ſi. Inſtit.de legit.agnat.
ſucceſ.per quam pater filiū emancipando iura le
gitima in filium ſibi retinet. Et antiquitus eman-
cipando contrahebatur quædā fiducia. per patrē
ſuper reſeruatione legitimæ portionis in ſucceſ-
ſione filij.è cōtrario eadē filio reſeruatur fiducia
per illū tex. Cui adde.l.legitimis.vbi idem notat
9 gloſ.in verbo, liberorū.ff.vnde cognati. † Et ſi-
cut pater pro filijs conſilium capit. l. nec in ea.in
ſi.ff.ad.l.Iul.de adul. Similiter & lex hic, quæ cō
filium paternū attendit, qm̄ paterna pietas ſimilē
affectionē admouet in filijs.§.fin.verſi.nā ſi hoc.
in authen.quib.mod.natu.effici. ſui.ibi, oportet
enim per omnē viam ſubtilitatem ſimulꝙ pieta-
tē tranſire. Et multò pulchrior tex. de filio eman
cipato loquēs in.l.pen.ff.de obſeq.patro.præſt.
et.l.j.eo.ti.et in.l.j.§.illud.ibi, penè omnibus. C.
cōia de manumiſ. vbi penè in omnibus æquipa-
rat emancipatū filiofamiliàs in poteſtate retēto.
quem tex.illhic optimè conſiderauit Bal.& Bar.
in dicta.l.pronunciatio.§. familiæ.per deciſionē
illius tex. quæ huic conuenit. Eodē modo de ba-
ſtardo & de legitimo & naturali cōcludit, de cu-
ius dicti veritate dicetur ſuper.vij.articulo huius
§.Interim adde rationē poſitam in.§.ſi.verſic. de
nepote.in authē.quib.mod.natu.effic. ſui.colla.
vij.dum ille tex.de officijs naturalis pr̄is loquit̃.
Secunda ratio eſt, qm̄ actio iniuriarum, & aliæ ſi
miles, quæ perſecutionem ſanguinis admittunt,
non tm̄ proximos gradus, ſed etiam poſteriores
ſeu inferiores admittunt, licet filij emācipati ſint.
l.j.cum.l.ſequ.ff.de liber.cauſa.l.j.ff. ad.l.Pom-
pe. de parricid. Sanguis enim pro ſanguine pu-
gnat : & potiſsimè quia lex in puniendа iniuria
non tantum eos, qui in patria ſunt poteſtate, con
ſiderat: ſed eos, qui ex affectu ſubiecti ſunt. l.j. §.
j.verſicu. ſpectat enim ad nos. ff. de iniur. Vnde
quum in ea non attendatur niſi ſola ſanguinis &
affectionis ratio. l. pronunciatio.§.ſi. ff.de verb.
ſignifi.ſimiliter in hoc Senatuſcōſulto.§. ſi pater
necatus.infrà ea.l.ibi, & magis eſt.& ibi, licet nō

10 ſit in poteſtate filius. † Ex his perpendis in hoc
tex.ꝓbari interpretationē per me datā ad verbū
domus.ſuprà nr̄a.l.in prin. vt nō ipſa domus tm̄
ſeu domiciliū ipſum principaliter conſideretur,
vt in actione iniuriarū, & lege Iulia de adult. per
l.nec in ea.ff. ad.l. Iul.de adult. ſed domus prin-
ceps & dn̄s, & hi qui ſub nomine domini ſunt.
Adde prædictis rōibus dictū Iuſtiniani in.l.quū
in adoptiuis.§.j.verſi. quū enim. C. de adop.ibi,
vt poſsit in ipſo die & filius fieri et extraneus per
emancipationē inueniri: quis patiatur iura patris
naturalis nexu diuino copulata ludibrio defrau-
dari? quæ in legitimo emancipato concludūt, ſi-
cut in adoptato. In.iiij.&.v. dictis fit differentia
inter filiū adoptatū & in adoptionē datū. Filius
em̄ in adoptionē datus, deſinit de familia patris
naturalis eſſe, & tranſit in poteſtatē patris ado-
ptantis, fitꝙ de eius familia. l.adoptiuū.in princ.
ff.de in ius vocā.l.qui in adoptionē.ff.de adopt.
l.non facile.§.in adoptionē. ff. de gradib. affini.
11 & † ex dignitate patris adoptantis honorē cōſe
quitur: vt ſi pater adoptans decurio ſit, filius de-
curionis vocari poſsit. l.quū adoptiuū. C. de de-
curio.li.x.tanꝙ vicē naturalis pignoris obtinēs,
inquit ille text. & cū naturalibus ſuccedit. l. ſi te
parens. C.de ſuis & legi.hæred.l.j.§.ſuos.&.§.ſi.
ff.de ſuis & legi.hæred.licet in illo.§.ſi. videātur
poni vt diuerſa adoptiuus & filius naturalis & le
gitimus, dum inquit, cum his qui ſunt in familia.
tex.Inſti.de adopt.in princ. dicit filiūſfamiliàs fie-
ri de familia patris adoptantis. l. cùm in adopti-
uis. in princ. C.de adop. Adoptato verò per hoc
Senatuſconſultū idem priuilegium, quod filio le
gitimo & naturali, cōceditur, quādiu in adoptio
ne manebit. Et ideo ſi in domo patris adoptātis
offendatur, ſerui patris adoptantis torquebunt̃,
non autē ſerui patris naturalis, etiam ſi in domo
eius offendatur. Ob id Bar. Bal.& Roma.dicūt
correctā eſſe hanc iuris differētiā per.l. quum in
adoptiuis. C.de adopt.§.ſed hodie.Inſtit. de ado
12 ptio.dicā infrà. † Sed iſtud non videbatur poſſe
procedere, etiā de iure antiquo Digeſtorū, quū
filius in adoptionē datus omnes cognationes &
affinitates ſemper retinebat, dicta.l. non facile.§.
in adoptionem. neꝙ per illū text.iura ſanguinis
in patrem adoptātem transferre poterat. l. qui in
adoptionem.ff. de adopt.ibi, adoptio em̄ nō ius
ſanguinis, ſed ius agnationis affert. l. nō putauit.
§.ſi quis emancipatū.ff.de bo. poſ.cōtra tab.ibi,
iura naturalia in eo ꝑualere.vbi etiā in actu odio
ſo demōſtrat̃ effectus paternæ poteſtatis de filio
emācipato exhæredato à patre, demū per ipſum
arrogato: licet iura arrogatiōis potiora ſint iuri-
bus adoptionis. l. ſi arrogator. ff. de adoptio.§.
quum autem impubes. Inſti. de adoptio. Ex tex.
in.§. per adoptionem. Inſtitu.de legitima agna.
ſucceſ. dicit adoptatos impropriè cōſanguineos
cæteris filijs patris adoptantis fieri : tamen per
dictum. §. ſi quis emancipatum. ſi pater filij ſui

emancipati & poſtea arrogati, exhæredationem
non reuocauerit, valebit exhæredatio, quæ tamē
nonvidebatur poſſe ſubſiſtere, per rationem. l. ſi
paterfamiliàs. §. qui duos. ff. de adoptio. vt ſi non
poſſet tanquam filius, tamen vt extraneus factus
à patre per emancipationem, exhæredationē di-
ſtrictam impugnare poſsit. quanto magis, inquit
Bald. debebat nulla declarari exhæredatio. l. in
ipſius. C. famil. erciſcun. cui adde meliorem text.
in. l. non tantùm. §. ſi quis poſt emancipationem.
ff. de bon. poſſeſ. contra tab. ibi, æquiſsimum eſt
ei præſtari quod cuiuis arrogato filio. Plus dico
à cōſanguineis adoptatos illo iure ſuos eis hære-
des fieri. §. item ſi quis. Inſti. de legi. agna. ſucceſ.
quoniā de ipſius patris naturalis, & eiuſdē arro-
gatoris ſunt familia, vt inquit. l. iij. §. ſi filio. ff. de
bo. poſ. contra tab. Et in eis concurrēt naturalia
& ciuilia iura, dicto. §. ſed hodie. Inſti. de adopt.
Secundò, prædictis addo. d. l. non putauit. §. ſi fi
13 lium in adoptiua. † Vult em̄ ſi naturalis & legiti
mus pater filium ſuum extranei in adoptionē da
tum, durante adoptione exhæredat, demū exhæ-
redatione nō reuocata decedat, nocere filio talē
exhæredationem: licet eo exiſtente in aliena fami
lia, id eſt, adoptiua facta fuerit. Et quāuis in illo
tex. nulla ratio detur: tamen in. l. filio. ff. de liber.
& poſthu. hæc aſsignatur, quoniam adoptio nō
niſi quædam fictio eſt, quæ veritati præiudicare
non poteſt. Nam verè filius eſt: ob id nocet illi
præcedens exhæredatio non reuocata. non enim
per adoptionem nouus homo fit, neque transla-
tus, ſed tantùm patri redditus. Et textus in dicta
l. non putauit. §. in adoptionem. vtitur his ver-
bis, nec enim in totum extranei ſunt. Nam &
eum in ius vocare ſine venia nō poterit. l. adopti
uum. in princip. de adoptio. &. l. ſi ex duobus.
§. filius. ff. de bono. poſſeſ. contra tabu. dicit de
nepote ex filio in adoptionem dato, & nato du-
rante adoptione, mortuo tamen patre adoptiuo
à patre emancipato, poſſe petere bonorum poſ-
ſeſsionem contra tabulas aui naturalis: licet cùm
natus eſt pater eius in adoptionem datus eſſet. Et
ſi dixeris ad illum text. id fieri, quia mortuo pa-
tre adoptiuo remanent adhuc iura naturalia. l. in
omni iure. cum. l. ſequen. ff. de adoptio. Ex ad-
uerſo dici poteſt, ſi nō eſſet fictio adoptiōnis cō-
ſideranda, non fuiſſet natus nepos in poteſtate
aui naturalis, ſed in poteſtate patris adoptiui, in
cuius erat familia. §. eadem. vltimo reſponſo. In-
ſtitu. de hæredi. quæ ab inteſt. defer. argumēto. l.
ſi poſt mortem. §. ſi in adoptionem. ff. de bo. poſ.
14 contra tabu. † vbi filius adoptatus hæreditatem
patris naturalis ſibi iure inſtitutionis paternæ
obuentam iuſſu adoptiui patris adit, & acquirit:
nec aliter acquirere potuiſſet, vt dicit illhic gloſ.
alleg. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir.
hæredi. verum eſt autem, quo ad alios effectus
tranſire in poteſtatem patris adoptiui de iure an
tiquo. dicta. l. qui in adoptionem. et. d. l. in omni.

in verbo, ferè. vbi per glo. ff. de adopt. de quibus
per Bar. in. l. ſi in adoptionem. ff. de bo. poſſ. con
tra tabu. et in. l. j. §. is quoq; ff. de colla. bono. Cu
ius doctrinam amplius hic non examino, non ta
men oēs effectus patriæ poteſtatis illo iure anti-
quo in patre adoptiuo conſiſtebant, vt ſuprà di-
ctum eſt. & ex his conuenio hic cum Ange. in eo
quod reprehendit Bart. hic dicentem hunc text.
in hoc correctum eſſe per dictam. l. quum in ado
ptiuis. Fortior enim ratio eſt in arrogato quàm
in adoptato, tam de iure antiquo, quàm de iure
15 nouo. † Filius enim arrogatus ſe & ſua & ſuos
in poteſtate patris arrogatoris transferebat. l. ij.
§. fi. &. l. ſi paterfamiliàs. in princip. ff. de adopt.
dicto. §. quum autem impubes. Inſtitu. de adopt.
nec poterat arrogator quicquam facere quo mi-
nus filius arrogatus quartam partem bonorum
patris arrogatoris vnà cum ſuis bonis, quæ ad pa
trem arrogantem tranſtulerat, conſequeretur. l.
ſi arrogator. ff. de adoptio. etiam ſi filium arroga
tum exhæredaret, dicta. l. non putauit. §. ſi quis
emancipatum. ff. de bono. poſſ. contra tabul. de
quo in. l. quidam quum filium. ff. de verb. oblig.
Excipitur caſus, cuius ſuprà meminimus, quādo
filius à patre emancipatus, facta emancipatione
ab ipſomet patre arrogatur, demū exhæredatur,
valet exhæredatio, vt dixi, per. l. filio. ff. de liber.
& poſthu. &. l. non putauit. §. ſi quis emancipatū
ff. de bo. poſſ. contra tabu. Nec in arrogato iura
antiqua Digeſtorū per ius Codicis inueniuntur
correcta. l. quū in adoptiuis. §. ſi. C. de adopti. In
reliquis cum Bar. Bal. & Roma. cōuenio hodie
hanc diſputationem ceſſare, per dictam. l. quum
in adoptiuis. in princi. &. §. ſed hodie. Inſtitu. de
adopt. Ex his Bar. dicit hic probari cōtra opinio
nem Iaco. Aret. poſitam in capite huius legis, ſu-
per verbo, domus. exponentis verbum, domus.
16 pro agnatione: † quū filius emancipatus non ſit
de agnatione patris. l. tutelas. in prin. ff. de capi.
diminutio. ſed melior tex. eſt in dicta. l. non faci-
le. §. in adoptionem. ff. de gradib. affini. vbi dicit
filios in adoptionem datos, ſimiliter filios eman
cipatos, iura agnationis nō retinere, licet cogna-
tiones aut affinitates retineāt. dic variè iura agna
tionis interpretari in. l. pronunciatio. §. familiæ.
ff. de verborum ſignifi. Nam ſi agnationem ac-
cipiamus, per quam filius ex emancipatione ius
à patre diſtinctum accepit, & ſui iuris & poteſta-
tis factus eſt, ſeu per quam cœpit nouam familiā
conſtituere, vt inquit dicta. l. pronunciatio. ver-
ſicu. idemq; eueniet. ff. de verborum ſignifica. &
verum dicit Barto. Si verò pro agnatione, quæ
agnatos ſanguine cognatos vel coniunctos fa-
cit: & dic emancipationem iura agnationis non
poſſe tollere. l. ius agnationis. ff. de pact. Et ſta-
tim copioſius dicā, dum de emancipato tractabi
mus. Et ad id facit. d. l. nō putauit. §. ſi quis eman
cipatum. ff. de bonorum poſſeſ. contra tabu. ibi,
17 iura naturalia in eo præualere. † Ecce quomo-
do iura

do iura naturalia non obſtante emancipatione fi
lij integra remanẽt etiam in caſu odioſo, ſcilicet
exhæredationis. quare ex hoc capite non meruit
Iaco. de Aret. reprehendi à Bar. nam ſi non eſſet
ratio ſanguinis, quæ in filio ſeruatur, nullo iure
potuiſſet filius emancipatus per hoc ſenatuſcon-
ſultum dumini appellatione cõprehendi. Et hoc
clarè conſtat, quoniam per emancipationem de-
ſierat de familia patris eſſe, dicta. l. pronũciatio.
§. Idémque eueniet. ff. de verbo. ſignifica. Et no-
uam familiam cœpit per emancipationem conſti
tuere, per illum tex. Igitur non poſſet ex hoc ca-
pite vera eſſe interpretatio Bar. qui verbum, do
mus. pro familia aſſumpſit. Nam & emancipatus
per emancipationem deſijt de familia & agnatio
ne patris naturalis eſſe, dicta. l. nõ facile. §. in ado
ptionẽ. vbi pariter loquitur de emãcipato & da-
to in adoptionẽ: ſicut hic dicitur de dato in ado-
18 ptionem, † qui deſinit de familia patris natura-
lis eſſe: & tamen datus in adoptionem extraneo
offenſus in domo patris naturalis appellatione
domini non comprehenditur: ſic vt ſerui patris
naturalis pro eo torqueantur. per illum textũ. &
non minus videmus hic iureconſultum diuerſo
iure ſentire de filio emãcipato & filio in adoptio
nem dato. Quanquàm tex. in dicta. l. non facile.
§. in adoptionem. ff. de gradi. affi. dicat vtrunque
eodẽ iure amittere iura agnationis, nihilominus
tamen filius emancipatus hic appellatione domi
ni venit, ſi à ſeruis patris ſui offendatur: ſecus au-
tem in filio in adoptionem dato, quoniã per ado
ptionem in alienam tranſiuit poteſtatem. Vnde
non poteſt æquiparatio ſeu ratio Bar. eſſe cõclu
dens. Igitur do tibi vnam & nouam cõſideratio-
nem, per quam poteris coniecturare differentiã
de iure Digeſtorum poſitam inter emancipatio-
19 nem & dationem in adoptionem: † quoniam fi-
lius in adoptionem datus tranſit in alienam pote
ſtatem, et alterius gentis familiam ſequitur. ſecus
autem in filio emancipato, qui fit ſui iuris, & pa-
terfamiliàs nouam familiam conſtituens, ſed nõ
diuerſæ gentis, vt dicta. l. pronũciatio. §. idemq́
eueniet. iuncto. §. communi iure. in fi. §. ff. de ver
bor. ſignifi. Secundò, affectus qui in patre eſt ex
officio naturæ procedens, per emancipationem
non tollitur. l. j. ff. de liber. cauſa. l. pen. ff. de ob-
ſeq. patro. præſtan. ſecus autem erat præſumptio
ne iuris antiqui: vbi pater filium, qui ſuæ poteſta
tis erat, extero dat in adoptionem: à ſua enim po
teſtate adimit, vt eum in alterius poteſtatem trãſ
ferret. ſed Iuſtinianus, qui hãc rationem diligen-
ter attendit, propter eam iura antiqua de filio in
adoptionem dato loquentia correxit & emenda
uit in dicta. l. quum in adoptiuis. §. ideoq́. C. de
adoptio. Ea de re exiſtimo Iaco. de Are. non de-
buiſſe in capite huius legis ſuper verbo, domus.
reprehendi. Aliud & ſecundum dictũ aduerſans
priori verſic. videtur hic tex. introducere, dũ hic
tex. loquens de filio in adoptionem dato, vult in
poteſtatem patris adoptantis filium trãſire, ſic vt
appellatione domini penes adoptantem compre
hendatur: vt ſi in domo adoptiui patris offenda-
tur, ſerui patris adoptiui torqueri poterunt: nec
hoc modo ſenatuſconſultum Sillanianũ cauſam
ſanguinis attendit, vt dictum eſt, et tamẽ in filio
emancipato rationem habet ſanguinis tantùm,
20 non autem patriæ poteſtatis: † ea ratione nõ de-
bebat diuerſum fieri iudicium inter filiũ in ado-
ptionem datum & emãcipatum: quia vterque iu
ra ſanguinis retinet: et ob id non poteſt mouere,
ſi de iure antiquo filius adoptiuus trãſibat in po
teſtatem patris adoptantis, vt plene declaratum
eſt in præcedente verſi. huius. §. nam ex hoc text.
duplex fictio in eodem ſubiecto concurrit. Pri-
ma quoniam hic fit extenſio huius vocabuli, do-
mini. contra propriũ ſignificatum, vt dixi in. §.
domini. j. & ij. ſuprà eo. ſecunda fingit eum filiũ,
qui verè non eſt, nec eſſe poteſt filius. l. filio. ff.
de liber. & poſthu. licet quadã iuris fictione pro
filio habeat, dicta. l. qui in adoptionẽ. ff. de ado-
ptio. & alijs. ll. ſuprà allegatis. Et ſi dixeris iſtas
duas rationes in arrogato procedere: dic nõ eſſe
verum, propter autoritatem principis in arroga-
tione interuenientem, quæ aliter fieri non poteſt
21 l. ij. ff. de adoptio. §. j. inſtit. de adopt. † Et ob id
iura ſuitatis conſequitur in ſucceſſione patria
arrogatoris, dicta. l. quum in adoptiuis. §. fi. C. de
adoptio. ibi, auguſtali liberalitate fit ſuus. & di-
cta. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. ibi, principali
prouidentia conſequitur ius ſui hæredis. ſecus in
adoptato, in quo reſcriptum & autoritas princi-
pis nõ interuenit. ſimile de filio naturali tãtùm à
principe legitimato dicimus. recipit enim omnia
iura naturalis & legitimi, vt in authẽtica, quibus
mod. natur. effici. ſui. colla. vij. §. ſi verò is qui ſo-
lũ. & . §. generaliter. eo. titu. & . l. ſed ſi hac lege. §.
patronum. verſi. ſed ſi ius anulorum. ff. de in ius
vocan. c. naturales. ſi de feudo fuer. conten. inter
domi. & agna. colla. x. plenè per Bart. & omnes
in. l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. ff. de liber. & poſt
hu. Idem dico in eo qui natalibus à principe reſti
tuitur: recipit eñ omnia ingenuitatis iura. l. quæ-
ris. ff. de natali. reſti. ſic etiam arrogatus fit ſuus,
22 propter autoritatem reſcripti principis. † Secun
dò, alia ratione differunt: quoniam is qui arroga
tur, præciſe ad id rogatur, an velit ſe eſſe iuſtũ pa
tris arrogatoris filium, dicta. l. ij. in princi. ff. de
adoptio. dicto. §. j. inſtit. de adoptio. ſecus eſt in
filio in adoptionem dato, qui licet cõſentire de-
beat ſuæ adoptioni, ſi aliàs habilis eſt ad conſen-
tiendum, dicta. l. in adoptionibus. ff. de adoptio.
non tamen ſic interrogatur, an iuſtus filius ado-
ptantis eſſe velit: ſed ſolùm pater conſentiẽs trãſ
mittit in familiã patris adoptãtis, dicta. l. q in ado
ptionẽ. ff. de adoptio. Nec per hoc fiũt omnino
alieni, dicta. l. nõ putauit. §. in adoptionem. ff. de
bono. poſ. cõtra tabul. ibi, nec in totum extranei
ſunt. quem text. ſuprà notaui. Tertiò, arrogatus

ſe & ſua & ſuos transfert.l.ij.§.fi.&.l.ſi arroga-
tor.ff.de adoptio.§.illud proprium.inſti.de ado
ptio. Aliud eſt in adoptato: quoniã filius in ado-
ptionem datus non transfertur in adoptantem,
ſed remanet in poteſtate patris aut aui naturalis.
l.ſi emãcipatus.§.j.&.§.ſi filius.ff.de bono. poſ.
contra tabul.& in pleriſque alijs legibus illius ti
tuli,de quo in.§.minorem. & tribus.§.ſeq.inſtit.
de adoptio.l.liberum.ff.de adoptio. ſecus in ar-
23 rogato. † Quartò, qui arrogatur, licet emãcipe-
tur vel exhæredetur, non minus quartam legiti-
mam ab arrogatore conſequitur cum reſtitutio-
ne ſuorum bonorum, quæ ad arrogatorem trãſ-
tulit, dicta.l.ſi arrogator.ff.de adoptio.§.quum
autẽ impubes.inſti.de adoptio.aliter eſt in ado-
ptato.l.quũ in adoptiuis.in princ.C.de adoptio.
l.in omni iure.cũ.l.ſeq.ff. de adoptio. Quintò,
arrogatio ſit cum cauſæ cognitione.l. ſi paterfa-
miliàs.§.in arrogationibus.ff.de adoptio.§. quũ
aũt impubes.inſti.de adoptio. In adoptiõe vero
aliter ſentiẽdũ eſt.§.j.inſti.de adop.l.ij.ff.de ado
ptio.Sextò, cautio ab arrogatore de reſtituendis
bonis filij arrogati exquiritur, ſi contingat eum
emancipare vel exhæredare filium arrogatum.l.
nec ei.§.eorum.&.l.non aliter.ff.de adoptio. &
dicto.§.quum aliter impubes.l.ij.C.de adoptio.
cum alijs, quas ſedulus lector videre poteſt ex ti
tu.de adoptio.ff.&.C.& in inſtitutionibus,& in
toto titu.inſti.de acqui.per arroga. Nõ ita eſt in
adoptante. Ex his habes hic tex.multùm ſingula
rem, per quem probatur, in odioſis caſum fictũ
pro vero haberi. Nam hic filius in adoptionẽ da
tus, licet vere filius nõ ſit, dicta.l.filio.ff.de libe.
& poſthu.appellatione tamen filij comprehendi
tur, & eodem priuilegio vtitur penes patrẽ ado-
ptantem, quo & naturalis et legitimus vtitur. hic
eſt tex.in his verbis, quamuis in adoptato locum
habeat. Econtra, vt is, qui verè eſt filius, non ha-
beatur pro filio: quoniã filius naturalis & legiti
mus in adoptionem datus, deſinit eſſe de familia
patris naturalis, ſic vt non retineat iura filijs legi
timis & naturalibus conceſſa, quantumcunq; fa-
uorabilia ſint. Hoc approbat iſte tex. in verſi. in
eo. Ex quo clarè perpendis fictionem diuerſos
24 effectus producere, & contrarios. † Nam filius
in adoptionem datus iura patris naturalis, quan-
tum eſt ad beneficium huius ſenatuſconſulti, nõ
retinet: & hoc reſpectu plus fictio quàm veritas
operatur, contra.l.filio.ff.de liber.& poſthu. Ex
alio capite plus fictio quàm veritas conſideratᷣ.
Nam adoptatus iura filij legitimi & naturalis ex
hoc ſenatuſcõſulto obtinet, qui re vera filius nõ
eſt, neque iura ſanguinis amiſit, vt suprà dictum
eſt: ob id fictio potior eſt ipſa veritate. in eman-
cipato oppoſitum omnino conſideratur: magis
enim veritas ſanguinis perpenditur, quàm iuris
fictio, quæ circa emancipationem fingit. cõſequi
tur enim ſuorum filiorum iura ex hoc ſenatuſcõ
ſulto introducta: quia eiuſdem gentis ſeu gene-
ris eſt.l.pronunciatio.§.communi iure.ff.de ver
borum ſignif. Nam emancipatus in domo patris
filius exiſtimatur, & domini appellatione conti-
netur: ſed filius in adoptionem datus. Et ſic plus
eſt illi damnoſa adoptio, quàm emancipatio:
quia in poteſtatem adoptantis tranſijt: aliter autẽ
in adoptato dicitur, qui iura patris naturalis non
retinet, ſed adoptantis ſolùm. His addo, vbi cum
fictione concurrit principis autoritas, fictio ma-
ioris eſt effectus, vt dictum eſt ſuprà de arrogato
qui cũ reſcripto principis arrogatur. & propter
autoritatẽ reſcripti principis non aliter de eo iu-
dicatur quàm de ſuo. dixi ſuprà. De his autem fi-
ctionibus plenius tractat Ro.in.l.ſi verò.§.de vi
ro.ff.ſolu.matri.ab eo & recentioribus, quibus
hæc quotidiana ſunt, exquires. non curo plures
concordantes referre.

25 In.vj.parte, † quæ de alumno loquitur, dubiũ
eſt propter.l.quidam quum filium.ff. de verbo.
oblig.dum de eo loquitur, qui aliquem vt filium
alere promiſit: vt eum alere debeat, quemadmo-
dum pater filium naturalem & legitimũ. Cui ad-
de in ſimili.l.nutritoribus.C.communia de ſuc-
ceſ.l.ſi.collactaneus.in princi. &.l. alumnos. ff.
de manumiſ. vindic.§.eadem lege Aelia Sentia.
inſti.qui & ex quib.cauſ.manumit.non licet.vbi
collactaneos, alũnos, & id genus perſonas vno
fauore iuſtæ manumiſſionis cum filijs, fratribus
& cæteris ſanguine coniunctis proſequitur. ſimi
liter quũ hic actus in hoc ſenatuſconſulto memo
ratus æquè ſit fauorabilis, videbatur eadẽ ratio-
ne in hoc ſenatuſconſulto obſeruandum eſſe ſi-
cut & in arrogato, cui filius alumnus videbatur
eſſe conformandus: ſed hic æquiparatur filio in
adoptionem dato, de quo in dicta.l.quidã quum
filium.ff.de verbo.obliga.verſi.quid ergo dici-
mus. ſed alia ratione maior conſideratio eſt in ar
rogato propter autoritatem principis in arroga
tione interuenientem, vt dixi, quæ alumno non
26 conueniunt. Secundò, quarta † in bonis arroga-
toris patris filio arrogato quantũcunque eman-
cipato vel exhæredato beneficio principis reſer-
uatur: ſecus in alumno, dicta.l.quidam quũ filiũ.
verſi.hæc enim pater. cum verſi.ſeq. Sed illis vi-
debatur obſtare maximum argumentum: ſicuti
enim finita adoptiõe adhuc prohibitio matrimo
nij inter patrem adoptãtem & filiã manet.l. ado
ptiuus.ff.de ritu nuptia.l.qui in adoptionem.in
fi.ff.de adoptio.§.& hæc adeo.inſti.de nuptij. Si-
militer de alumna dicimus, quæ loco filiæ aſſum
pta eſt.l.ſi quis alumnam. C.de nuptijs. ibi, nec
enim homo ſic impius inuenietur, vt quã ab ini-
tio loco filiæ habuit, eam poſtea in ſuo collocet
matrimonio. Et ſic publica honeſtas prohibet
matrimonium cum alumna contrahi, propter fi-
liationem acquiſitam. vnde videbatur alumnus
æquandus filio arrogato: ſed nec hi filij ſunt: igi-
tur ſenatuſconſultum non poteſt in illis verifica
ri. Adde iſtis tex.in.§.adoptiuus.ſi de feudo fue-
rit con-

27 rit cōten.inter do.& agna.colla.x. † vbi adopti-
uus in feudo nō ſuccedit,quia verè ſilius nō eſt.
Et tamen hic tex.adoptiuum filium filio natura-
li & legitimo æquiparat:in quo non videbatur
maior ratio quàm in alumno,qui dicitur quodā-
modo adoptatus.ſed in ſeudis ſanguinis ratio at
tenditur.c.j.qui ſeud.dare poſ.colla.x.&.c.j. de
ſucceſ.feudi. eadem collat.in.vij.parte in verſic:
de matris.glo.in verbo,non habetur.quærit ra-
tionem,quare non æquè de ſeruis maternis ſit iu
dicandum,ſicut de paternis.dicit gloſ.quū ſilius
de patris non de matris familia ſit.Secunda ratio
eſt,quia filium in poteſtate non habet:quod ne-
ceſſe eſt,verſ.quid deinde.quæ eſt tertia pars hu
ius.§.Primam impugnant hic Bart.Ang.& Ro.
Nam emancipatus de familia patris non eſt,& ta
men hoc ſenatuſconſulto continetur , vt dictum
eſt ſuprà in illa tertia parte. Sed nec eſt bona ſe-
cunda ratio , vt dixi in tertia parte, in verſicu. &
ego puto.ſuprà ea.l.vbi text.non conſiderat, an
liberi in poteſtate ſint.Igitur licet ſilius in pote-
ſtate matris non ſit,quia tamen filius eſt, & ratio
ſanguinis in ea mutari non poteſt.l.maximum vi
tium.C.de liber. præter.&.l.penul.C.de adopt.
non videbantur veræ rationes glo.Barto.aliam
28 tradit,quam Ang.& Roma.ſequūtur,† vt ideo
hic ſerui materni propter filium occiſum nō tor-
quebunť:quia ſimul non habitabat ſilius cū ma-
tre.alioquin ſecus:§.ſi vir.infrà ead.l: Certè hæc
ratio Bar.non videtur vera:nec obſtat.§.ſi vir. q
loquitur de marito offenſo à ſeruis vxoris,quia
commixta eſt ſamilia.Nec in eo attenditur,an ſi-
mul habitant vxoris ſerui cum ſeruis mariti: ſed
quia vna domus eſſe cenſetur mariti & vxoris,
propter cōmixtionem familiarum,per illum tex.
licet vna familiá. ſed diuerſæ ſunt familiæ , vt di-
cam.Secundò,non conſideratur habitatio, vt di
xi in princip. huius.l.& in verſic.ſed in eo. quia
vbicunque dominus ſit,defendi debet à ſeruis,
& ſaluus conſeruari,ſiue in domo,ſiue extra do-
mum.l.ſi.ff.de his quib.vt indig.§.eodem autem
tecto.&.§.quum dominus.infrà ead.l.Tertiò, ſi
hæc ratio Bar.eſſet vera,ſequerentur duæ fictio
nes in eadem cauſa:quod regulariter non fit.l.ij.
29 ff.de pollicita.l.j.C.de dot. promiſ. † Nam mari
tus dominus non eſt ſeruorum vxoris,neq; ecō-
tra,dicto.§.ſi vir.ibi,neq; viri ſerui propriè vxo
ris dicantur,neq; vxoris propriè viri.l.ſed ſi vir.
§.fi.ff.de don.inter vir. & vxo. ſed ex quadā in-
terpretatiōe,vt in.l. doce ancillā.C. de rei ven.l.
aditio.ff.de acqr.hære.& tñ fingerenť eſſe mari
ti.Secūda eſſet,qa iurecōſultus dubitauit hoc ſe
natuſconſultum ad emancipatos trahere : quum
verba ſenatuſconſulti de patrefamiliàs loquebā-
tur: non fuit durum inuentum extendere ad ſi-
liumfamiliàs,qui quaſi dominus viuo patre æſti-
matur.l.in ſuis.ff.de liber.et poſthu.l.pronūcia-
tio.§.iure enim proprio.ff.de verb.ſignifi.Secus
in emancipato,qui omnino alienus à patre de iu
re ciuili reputabatur.Pari ratione ſi extenſio fie-
ret ad ſeruos maternos,iam fieret noua et ſecūda
extenſio contra mentem ſenatuſconſulti , quod
ſuis hæredibus prouidere voluit,ſilij autem ma-
tri nō ſui ſiunt.Et hæc ratio à Iuſtiniano data eſt
in.§.ſui.inſt.de hære.quali.& differentia.ibi,ſed
ſui quidem hæredes ideo appellātur, quia dome
ſtici hæredes ſunt,quæ domeſticitas à domino di
cta eſt,vt vult ille tex.cùm paulò pòſt inquit , &
viuo patre quodāmodo domini exiſtimātur . Et
hoc me multum mouit dare eam interpretationē
ad verbum,domus.in capite huius.l.poſitā, quā
illhic expoſuimus,quia à domino,.& domeſtici-
tas inde conſiderata.eodem modo iureconſultus
interpretatur in.l.quod ſi nolit. §. idem Pedius
ait.ff.de ædili.edic.Secūdò,pōderať tex.in.§.cæ
teri.inſtit.de hære.quali.& differ. in duabus ſuis
30 partibus.Prima quū inquit,Cæteri, † qui teſta-
toris iuri ſubiecti non ſunt,extranei hæredes ap-
pellantur.deinde ſequitur,Liberi,qui in noſtra
poteſtate non ſunt,à nobis inſtituti,extranei hæ
redes nobis videntur.Qua de cauſa & qui à ma
tre inſtituuntur,eodem numero ſunt, quia fœmi
næ in poteſtate liberos non habent.Et ſic illa ra-
tio poteſtatis tollit rationem huius ſenatuſcōſul
ti,quæ eſt domeſticitatis : quia filij non poſſunt
cenſeri matris domeſtici,quum eos in ſua nō ha-
beat poteſtate. Deinde ratio Bart. & ſequacium
nō eſſet generalis:quid enim ſi filius cum matre
habitaret:& tamen clarum eſt, vt dixi , ſamiliam
vxoris aliam eſſe à familia viri, neque confundi-
tur.l.ſed ſi vir.§.ſi.ff.de dona.inter virū & vxo-
rem.ibi,quæ in vſu communi.& ibi,quid ſi fami
liam domeſticam.& in dicto.§.ſi vir.infrà ead.l.
ſequeretur, filium vti iure domini in ſeruos ma-
tris:quod negat iſte tex. Nec obſtat verſ.et ego.
qui de emancipato loquitur : qm̄ emancipatus
aliquando in poteſtate patris fuit: vnde propter
memoriam prioris poteſtatis,quia ius ipſum nō
videť omnino eliſum,quin affectio patris ſemp
remaneat.l.iij.§. ſi emancipatus.ff.de bono.poſ.
31 contra tabul. † Vlpianus interpres huius ſena-
tuſconſulti, propter memoriam prioris paternæ
poteſtatis & affectionis,non dubitauit hoc ſena
tuſconſultum ad emancipatos extendere. Acce-
dat ratio iureconſulti in.l.pronūciatio.§. cōmu-
ni iure.ff.de verbo.ſignifi.ibi,tamen omnes,qui
ſub vnius poteſtate fuerunt,rectè eiuſdem fami-
liæ appellabuntur,qui ex eadem domo & gente
proditi ſunt.&.§.fi.ibi,qui ab eiuſdem vltimi ge
nitoris ſanguine proficiſcitur.Et in hoc vera eſt
ratio glo.cùm dicit in ratione ſui,quòd de fami-
lia matris non ſit,id eſt,agnatione matris : & in
hoc familia pro agnatione accipitur.Et ita accipi
tur in.§.j.verſi.itaque.inſti.de legit.agna. tutela.
& in.l.familiæ.verſi. fœminarum.ff.de verb.ſig.
& in.l.pronunciatio.§.ſi.eo.titu.ibi,vltimi geni
toris ſanguine.Et ob id Bal.hoc præſentiens, in
32 ſummario huius.l.dixit ad hunc text. † filius, rei

maternæ nõ dicitur dominus donec viuit mater.
& eſt vera conſideratio huius verſi. Et Roma. ex
hoc infert non poſſe ſtatuto neque priuilegio fie
ri, vt filius quo ad agnationem, matrem & nõ pa
trem ſequatur. hoc vltimum dictum Roma. non
videtur eſſe verum: & contra eum eſt text. in. l. j.
ff. ad municipal. ibi, niſi fortè priuilegio aliquo
materna origo cenſeatur. vbi de Ilienſibus, Del-
phis & Ponticis ſimiliter & vulgo quæſitis lo-
quitur. l. neq; Dorotheum. ibi, lege diuæ memo-
riæ Iuliani, quæ de materno curialium Antioche
næ ciuitatis. &c. C. de decurio. li. x. ſed poſſes ſal
uare vt non de agnatione loquantur, ſed tantùm
de conditionibus circa originẽ conceſsis à prin-
cipe quodam priuilegio. quod inducit Rom. ad
quæſtionẽ de filio vulnerato in domo paterna,
an habeat locum in filio vulnerato in domo ma-
terna. Et contra Bar. eſt tex. in. l. familiæ appella
tione. ff. de verbo. ſignifi. qui omnino probat ra-
tionem glo. cùm inquit, fœminarũ liberos in fa-
milia earum non eſſe, palàm eſt: quia qui naſcun
tur, patris, non matris familiam ſequuntur. Et ſi
vera eſſet declaratio Bar. ad verbum, domus. po
ſitum in capite huius legis, cùm de familia loqui
33 tur: adhuc clarè conſtat, familiam cõſiderari de-
bere. & ſi familia eſt conſideranda, filius patris,
non matris familiam ſequitur: quomodo appella
tione domini veniet qui dominus non eſt, quem
nec dominium illud ſequitur. l. pronunciatio. in
fi. ibi, mulier autem familiæ ſuæ & caput & finis
eſt. facit. §. mater. inſtit. de exhæreda. liber. quo-
modo igitur põt filius domini appellatione ve-
nire, qui nec de familia matris eſſe cẽſetur, ſed ea
mortua ſtatim expirat: & ſic non ea eſt dñij con-
tinuatio, quia nunquam fuit, argumento. l. filio.
ff. de iniuſ. rupto & irri. teſta. Ex quibus ſatis cõ
ſtat, non procedere argumentum de matre ad fi-
lium emancipatum: quum filij nullo vnquàm tẽ-
pore in matris inuenti neque futuri ſint poteſta-
te. ſecus in emancipato, qui aliquando in patris
poteſtate fuit. Et repeti poteſt quod in. §. præce-
dente diximus. quemadmodum propter memo-
riam prioris dominij, quod in ſeruos habuit do-
minus, non poteſt ſeruus in caput præteriti do-
mini torqueri, dicta. l. vnius. §. ſeruus. ff. de quæ-
ſtio. ſimiliter in memoriam paternæ poteſtatis,
quam aliquãdo pater habuit in filiũ, antequàm
emanciparetur, dicendum eſt quaſi reciprocè in-
ter patrem & filium contractam eſſe fiduciam. §.
fi. inſti. de legit. agna. ſucceſ. l. fi. C. de emanci. li-
ber. ibi, & legitima iura omnimodo habere, & ſi
34 nõ ſpecialiter hoc ſibi ſeruauerit. † Et hic vides
nihil obſtare filio emancipationem: quia quantũ
ad effectum huius ſenatuſconſulti iura filiationis
non obſtante emancipatione, retinet. l. j. §. fi. vbi
Bal. notat. C. communia de manumiſ. & ſic in fi-
lio emancipato ſola ratio ſanguinis, quæ eſt im-
mutabilis, attenditur, in dicta. l. pronunciatio. §.
idẽq; eueniet. ff. de verb. ſigni. in. l. legitimis. iun
cta glo. in verbo, quæ liberorum. ff. vnde cogna
ti. l. liberi. ff. vnde liberi. quam conſiderationem
non abs re Bart. habuit in dicta. l. pronunciatio.
§. idemq; eueniet. ff. de verborum oblig. in quæ-
ſtione per eum diſputata, an baſtardi appellatio
ne domus vel agnationis veniãt. per rationem il
lius literæ &. l. j. iuncta glo. ff. de probatio. quum
in ea ſolùm conſideratur ſanguis. baſtardi autem
de ſanguine ſunt. venient igitur ſub illa appella-
tione, ſecundũ eum. Et licet hæc quæſtio ſit à plu
ribus frequentata: aliquid tamen in ea dicã, quũ
35 non ſit ab hac litera aliena. † In primis facio dif-
ferentiam inter vulgo quæſitum, & naturalem fi
lium tantùm, & ſpurium. vulgo quæſitus, matris
& nõ patris originem ſequitur, quia ignotus eſt
pater: vel ſi notus eſt, honeſtè tamen oſtendi non
poteſt, qui & ſpurius dici poteſt. l. vulgo conce-
pti. ff. de ſta. homi. §. ſi aduerſus. inſti. de nupti. §.
ſed & aliud. verſi. neque dignam. in authẽ. quib.
mod. natur. effic. leg. colla. vj. de quibus in auth.
ex complexu. C. de inceſt. nupti. licet Cano. qui
inſtinctu naturali moti ſuis (prò dolor) fauere
curauerint, in. c. quũ nõ haberet. extra de eo qui
dux. in matrimo. quam prius pollu. per adul. cui
ius ciuile aduerſatur. Sed, inquit Cinus in. l. cum
ancillis. C. de inceſ. nupti. Cano. in ordinibus ſer
uẽt ſuũ ius: ſed in hæreditatibus legitiæ ius ſuũ
ciuile ſequantur. prohibẽt aũt Cano. prolem ex
clandeſtino matrimonio procreatã ad patris ſuc
ceſsionem venire. c. fi. extra de clandeſti. deſpõ-
ſa. cæterùm iſtius modi filij de domo patris vel
familia ſeu ſanguine iudicari non poſſunt. nam
à lege reprobati ſunt. l. qui cõtra. C. de inceſ. nu-
pti. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi. §. nouiſsimè. vbi
per glo. inſti. de ſenatuſcon. Orfi. Sed de natura-
libus tãtùm non videtur poſſe eos appellatione
filiorum comprehendi. l. iij. C. ad. l. Iuliã de adul
ter. ibi, & patris eius, non naturalis, ſed iuſti dun
36 taxat. † vbi ſerui patris naturalis tãtùm pro eruẽ
da veritate adulterij filiæ naturalis torqueri non
poſſunt, ſed iuſti patris ſerui tantùm. l. generali-
ter. §. quum autẽ. in verbo, iuſta ſobole. vbi per
Bal. & moder. C. de inſti. & ſubſti. ſub cõdi. fac.
l. fi. in verbo, verum filium. ff. de iure deliber. l. fi
lium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi idẽ no
tat Bal. c. naturales. ſi de feudo ſue. conten. inter
do. & agna. colla. x. & hoc verius dicit eſſe Bart.
in. l. fi. C. de verbo. ſign. ſequitur illhic Bal. & cõ
muniter Mod. glo. in cle. vnica. de baptiſ. in ver-
bo, liberi. Cinus & communiter omnes, poſt eũ
in. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſ. dicunt il
lum tex. non habere locũ in naturali tantùm. Idẽ
notat Bal. in dicta. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui
vel alie. iur. ſequuntur Moder. in dicta. l. genera
liter. §. quum autem. C. de inſti. & ſubſti. ſub con
ditio. fac. Bald. in. l. ex libera. per illum tex. C. de
ſuis & legiti. hæred. vbi dicit Peruſij fuiſſe ſemel
de ſpurijs de Petramala deciſum, vt non diceren
37 tur de Petramala, vbi per illũ tex. † ſpurius, de-
curionis

curionis filius dici non poteſt, licet pater eius na
turalis decurio fiat. hoc idẽ refert Ange. in dicta
l.fi. C. de verbo.ſignifi. Flor. de ſancto Petro in
l. qui teſtamentum. ff. de probatio. Ex aduerſo fa
cit conſideratio huius. l. loquentis de emancipa-
to, in quo habetur tantùm ratio ſanguinis: licet
emancipatus, de iure ciuili per emancipationem
alienus à patre exiſtimeẽ, & quaſi legitimus non
ſit. Eadem ratione vtitur tex. §. ſi. in authẽ. quib.
mod. natur. effi. ſui. collatio. vij. in verſic. ſi quis
igiẽ. ibi, paſci verò naturales à legibus. & in ver-
ſic. de nepotibus. ibi, in quibus enim caſibus na-
turales filios vocamus ad ſucceſsionem, in his
quoque & ipſi decentẽ naturalibus patribus de-
uotionem ſeruent. Similiter in dicta. l. pronũcia-
tio. §. ideóq; eueniet. ff. de verbo. ſignifi. l. Lucius.
ij. §. Damæ & Pamphilo. in fi. ff. de leg. ij. ibi, ap-
pellatione filiorum et naturales liberos, id eſt, in
ſeruitute ſuſceptos contineri. ſimilis tex. in dicta
l. fi. ff. de iure deliber. & in dicta. l. generaliter. §.
quum autem. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac.
vbi tex. in cauſa fideicommiſsi habet eam ratio-
nem filiorum naturalium quam & legitimorum
& naturalium in ſubſtitutione ſimpliciter filijs fa
cta, videlicet pro portionibus à iure permiſsis. l.
libertinũ. C. de interdic. matri. inter tutor. & pu-
38 pil. † vbi prohibitio, quæ locum habet in natura
li & legitimo, in naturali tantùm procedit. l. tute
las. in prin. ff. de capi. diminutio. vbi ex illo text.
& dicta. l. pronunciatio. Bar. dicit, baſtardum ali
cuius domus, poſſe inſignia illius portare. ſimili-
ter hoc dicit in dicta. l. pronunciatio. Et Angel.
in dicta. l. fi. C. de verbo. ſignifi. idem Bar. in tra
ctatu ſuo de inſignibus & armis. & Bal. in. l. lege
Iulia. ff. de ritu nupti. dicit baſtardos eſſe de caſa
to. quem tex. ad id ponderat in verſic. nec diſtin-
guitur. &. l. adoptiuus. §. ſeruiles. ff. eo. de ritu nu
ptiarum. ibi, quoniam in contrahendis matrimo
nijs & naturale ius & pudor inſpiciendus: ex illo
enim coitu etiam conſanguinitas contrahitur. l.
liberi. C. de nuptijs. l. iij. in princ. ff. de libera. cau
ſa. per quam dico licere filio baſtardo, poſſe vlci
ſci iniuriam patri vel conſanguineo naturali fa-
ctam. & idem tenuit Bal. in dicta. l. lege Iulia. ff.
de ritu nupti. põderans. l. hos accuſare. §. ſi. ff. de
accuſa. ſed melius hoc probat illa. l. iij. quam tu
nota. & ſimiliter hoc fecit Gulielmus Norma-
niæ dux, qui de rege Angliæ vindictam aſſum-
pſit, quia ſororem ſuam præter & contra decorẽ
regiũ in Gallias remiſerat, & Angliæ regno poti
tus eſt. In illa quæſtione Cin. & Ange. in dicta. l.
libertinũ. C. de interdic. matri. inter tutor. & pu-
pil. & in. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſta.
& in. l. fi. C. de verb. ſignifi. & Io. de Imola in. l.
ex facto. §. ſi rogatus. ff. ad Trebel. dixerunt, vbi
de odio irrationabili tractatur, vti eſt, ſi lex vel
ſtatutum dicat, filium pro patre pati debere, vt in
dicta. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſ. l. fin.
39 C. de natur. liber. † vt peccata ſuos autores ſe-
quantur. l. ſancimus. C. de pœ. & anima quæ pec
cauit, ipſa ſola moriatur, non autem filius pro pa
tre: vt in illo toto titulo. C. ne filius pro patre. l.
crimen paternum. ff. de pœnis. appellatione filij
non veniet baſtardus. Nec mouere debet, ſi dixe
ris filium baſtardum melioris eſſe cõditionis na-
turali & legitimo. hoc enim facit odium intolera
bile. Nam & agnati inueniuntur melioris condi
tiõis filijs, in. c. denique. quæ fuit prima cauſa be
nefi. amitten. colla. x. l. ij. C. de liber. & eo. liber.
ca. filius. de capi. qui cur. vendi. colla. x. ſed ideo
eſt, quia lex ſpecialiter de filio determinauit. Cæ
40 terùm, † quia rigor maximus eſt in ſimilibus cõ
ſtitutionibus, ideo ad perſonas in lege non com
prehenſas extendi non debet. vbi verò odiũ nõ
eſt irrationabile, ſecus eſt, dicta. l. libertinũ. C. de
interd. matri. inter tutorem & pupil. cum ſimili-
bus. Alij verò, vt Bar. et Bal. in dicta. l. tutelas. ff.
de capi. diminutio. et in dicta. l. fi. C. de verb. ſig.
& dicta. l. pronunciatio. ff. de verbo. ſign. Bal. in
dicta. l. lege Iulia. ff. de ritu nupti. Flo. in dicta. l.
qui teſtamentum. ff. de probatio. Ioã. de Imo. in
dicta. l. ex facto. §. ſi rogatus. ff. ad Trebel. Bald.
in. l. quũ pater. §. mater. ff. de leg. ij. aliter ſentiũt.
aut enim lex, ſecundum eos, vtitur termino natu
rali, vt hi qui de ſanguine ſunt nobiliũ aliquam
immunitatem in ciuitate habeant, quum baſtar-
di de ſanguine ſint, appellatione naturalium &
legitimorum comprehenduntur, per iura ſuprà
dicta. ſi verò termino iuris ciuilis vtatur, vt pote
ſi dixerit de agnatis nobilium, & quũ tales agna
tionem non habeant. §. & vulgo quæſitos. inſtit.
de ſucceſ. cogna. l. qui adoptionem. ff. de adopt.
non comprehenduntur naturales tãtùm. Alij ve
rò, vt Innocen. in. c. nonnulli. extra de reſcrip. fa-
41 ciunt † differentiam inter ſpurios, et vulgo quæ-
ſitos, & naturales tantùm, vt ſpurij non poſsint
appellatione filij venire. l. hac parte. et. l. ſpurius.
ff. vnde cogna. Idẽ in vulgo quæſito, cuius pater
incertus eſt, qui patris cõditionem ſequi nõ poſ-
ſet, quia patrem non habeat, licet matris cõditio
nem ſequatur, dicto. §. ſi aduerſus. inſti. de nupti.
l. vulgo cõcepti. ff. de ſtatu homi. in naturali tan
tùm ſecus: cui etiã multa alia de iure cõceduñ in
§. j. &. ij. in auth. quib. mod. natu. effici. legiti. col
la. vj. §. ſi. in authen. quib. mod. natur. effi. ſui. col
la. vij. Et idem tenuit Specu. in titu. de accuſa. in
prin. Ego verò omiſsis alijs diſtinctionibus reci
tatis per Imo. in dicta. l. ex facto. §. ſi rogatus. ff.
ad Trebel. coniungendo hanc nouiſsimam cum
prioribus aliter dico, & facio ſex filiorũ ſpecies.
aliqui ſunt ſpurij, alij ex complexu nephario vel
à lege prohibito nati, alij vulgo concepti, alij na
turales, ſeu ex vnica concubina nati, alij legitimi
tantùm. In primis de ſpurijs clarum eſt non veni
re, dicta. l. ſpurius. &. l. hac parte. ff. vnde cogna-
ti. Idem de natis ex complexu prohibito, ſeu cui
lex reſiſtit, & taliter ſunt à lege reprobati vt nihil
eis relinqui poſsit etiam pro alimentis, dicta au-

then.ex complexu. C. de inceſt.nuptijs. propter
reſiſtentiam legis. Idem de vulgo conceptis ſen-
tio, qui patrem non habent, vel incertum, vt di-
ctũ eſt per dictam.l.vulgo concepti.ff.de ſta. ho
mi.l.hac parte. ff. vnde cogna. quoniam & hi ſpu
42 rij dici poſſunt, dicta.l.vulgo concepti. † Si ve-
rò de filijs ſimpliciter loquaris: & dic in propria
appellatione filiorum naturales filios non com-
prehendi, dicta.l.generaliter.§.quum autem. C.
de inſti. & ſubſtitu.ſub cond.fac. in verbo, iuſta
ſobole.c.naturales.ſi de feudo fuer. contẽ. inter.
do. & agna.colla.x.per Luc.de Pẽna in.l. filios.
C.de decurio.lib.x.niſi quatenus expreſſe inue-
niatur in iure deciſum, vel mens legis vel teſtato
ris vel ſtatuti cõſtare poſſit, per quam voluit ad
eos extenſionem fieri.hoc dicit expreſſe dicta.l.
generaliter.§.quum autem.quam nota ſimiliter.
l.fi.C.de verbo.ſigni.cum alijs legibus allegatis
in primo præſuppoſito huius quæſtionis, quæ
ſatis poteſt coniecturari vel interpretari eſſe de
mente legis vel ſtatuti: quoniam cauſa legis eſt
fauorabilis, & in terminis iuris naturalis loqui-
tur, vt dictum eſt in diſtin. Bar. & Bal.ſuprà rela
tis, quas in hoc potes ſequi.vel, vt dicit Cinus,
quando non continet lex odium irrationabile,
præſertim in his, in quibus iura naturalis patris
retinet, & ideo inſignia patris ſui naturalis deſer
re poſſit, licet non plana, quia in naturalibus de-
ficiat, argumento.l.ex libera. C.de ſuis & legiti.
hæredi. vt dictum eſt ſuprà poſt Bart. hoc idem
notat Ang. & Moder.poſt eum in.l.parentes.ff.
de in ius vocan. vbi Ang. refert aliam diſtinctio.
Guliel.de Cu.dicentis: aut enim, inquit Guliel.
43 de Cu. † loquimur de ordinatis à natura: & ap-
pellatione parentis vel filij veniunt naturales tã-
tùm, dicta.l.parentis. Sed in ordinatis à iure ſe-
cus: niſi aliter cautum inueniatur expreſſe: vt in
l.iij. C.ad.l.Iuliam de adulter. & dicta.l. genera-
liter.quæ diſtinctio Guliel. nõ differt ab ea, quæ
eſt Bar. cuius ſuprà meminimus. de qua vide etiã
Bal.in dicta.l.parentes.ff.de in ius vocan. Et idẽ
notat hic Bal.ratione inſeparabilis cognationis.
licet Cin.in dicta.l.quiſquis. C.ad. l. Iuliam ma-
ieſ. differentiam non faciat inter ſpurios, & natu-
rales, & eos qui ex damnato complexu procrea-
ti ſunt. dictum Bal. intellige dummodo aliàs pa-
ter certus ſit, per dictam.l.adoptiuus.§. ſeruiles.
ff.de ritu nuptia. &.l. & nihil.eo.titulo. Nam la-
ta eſt inter eos differentia: & præſertim eos, qui
ex damnato coitu nati ſunt, per dictam authen.
44 ex complexu. C.de inceſt.nuptijs. † quoniam ſi
lex eos ita improbet, vt naturam etiam accuſet,
quia vult ea quæ iuris ſunt naturalis, videlicet
educationem & alimenta.l.j.§.ſi.in verbo educa
tio. ff.de iuſti.et iure.§.j.inſti.de iure naturali, gẽ
tium & ciuili.illis denegari per illam authen. ex
complexu. In quibus ſi ius naturale reſeruaretᷣ,
eos alere cogeremur.l.necare.ff.de liber. agno-
ſcend. Si à patre beneficium non recipit: quanto
magis nec maleficium: licet magis pietatis quàm
neceſſitatis officium dicitur pater in filiũ vel fi-
lius in patrem impendere, ſi alimenta præſtat.l.
nullum.ff.de obſeq.patro. præſtan. Negãdo igi
tur alimoniam, negatur id, quod patri incumbit,
videlicet pietas in liberos.l.pen.ff.de obſeq.pa-
tro.præſtan.quum igitur in illa pietate non reci-
pientur ex damnato coitu nati: quomodo ius de
beret eſſe tam impium, vt quem in pietate nõ re-
cognouit, in impietate cognoſcat? Nec obſtat.l.
& nihil.&.l.adoptiuus.§. ſeruiles. ff. de ritu nu-
ptia.quia verum eſt, legem non poſſe facere, vt
quod in natura verum eſt, non ſit verum.l. filio.
ff.de liber. & poſthu.glo.in.l.vnica, in princi. in
verbo, non poteſt. C. de rap.virgi.l.in bello.§.fa
45 ctæ.ff.de capti. & poſtli.reuer. † ſed poteſt lex il
lo beneficio, quod vere naturalibus & legitimis
debetur, priuare, videlicet iure naturalitatis pro
pter delictum.l.non dubium. C. de legi. quia fa-
cta pro infectis habere poteſt, et circa id fingere:
vt in.l.fi.C.de ſenten.paſ. ſed ſi lex commodum
illius naturalis iuris tollit, ſic & incommodum
inde prodiens: quum hoc ſit naturale officium.l.
nihil.ff.de bo.liber. ibi, quũ omnia, quæ noſtra
ſunt, liberis noſtris ex voto paremus.l. ſecundũ
naturam.ff.de reg.iur.§.vnico.inſti.de legiti.pa-
tro.tutela. In ſpurio autem, cui de iure non inue-
niuntur alimenta, & alia iura naturalia denega-
ta, fortè poſſet ſuſtineri opi.Cini. Et ob id dico
in his, in quibus vis & poteſtas naturæ, quæ cir-
ca creationem & ſanguinem eſt, remanet, nõ poſ
ſe aliter cenſeri, niſi quòd nati ex damno comple
xu filij ſunt: & ſicut cum naturali & legitimo nu-
ptiæ prohibentur, ſimiliter & cum illo ex damna
to coitu nato, dicta.l.adoptiuus.in princi. verſi.
quoniam in contrahẽdis. &.l.lege.§.hoc capite.
46 ff.de ritu nupti. † quia vinculum naturæ propter
legis fictionem non eſt ſolutum, neque ſolui po-
teſt per illos tex.ſed vbi lex circa aliquid fingit,
debet circa æquales cauſas eandem rationem ha
bentes fingere: præſertim vbi actus eſt fauorabi
lis.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapio.l.fi. C.
de ſenten.paſ.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. verſ.
ſed ex ſententia legis. &.§.ſi eius.ff. de liberis &
poſthu.l.miles.§.ſocer.verſic.quare non iniquè.
&.§.quidam accuſare.verſi.reſpondi opinionẽ.
ff.ad.l.Iuliam de adulte. & ideo ſi lex ſua fictiõe
veritatem naturæ vult obumbrare, debet æquali
ter in vtroque diſponere, vt dixi per.l. ſicuti. ff.
de reg.iur.ſed authen.ex complexu. vult eos nõ
nominari naturales, neque eis alimenta præſta-
ri.ſi naturales non ſint nominandi, legitimi eſſe
non poſſunt: quia vtrunque ius & naturale & ci-
uile abhorret ſimiles complexus. Et ad id iuuat
dicta.l.adoptiuus.§.ſeruiles. ff. de ritu nupt.ibi,
naturale ius & pudor inſpiciendus eſt. ſed quis
ille pudor eſt? dic eum eſſe qui notatur in Leuiti
co.xviij.c.in illo.§.ſeruiles. verſi.cõtra pudorẽ.
&.l.& ſi concubinam.ff. de ritu nupti.§.cauſas.
in auth.

in authen.vt cùm de appella. cognoſ.colla. viij.
ibi,ſi nouercæ ſuæ aut concubinæ patris ſilius ſe
47 immiſcuerit. † his addo:nam & ratio iuris, qua-
re in naturalibus tantùm,non ſpurijs,aut illicito
coitu natis ſit extenſio,eſt: quia reciprocè pater
filio naturali,& econuerſo filius patri decentem
deuotionem obſeruare debent,ſiue in ſucceſſio-
nibus,ſiue in alimentis.§.finali.verſic.de nepoti
bus.in authẽ.quib.mod.natur.effi.ſui. collatio.
vij.non facio dubium,quin in eis poſſet conſide
ratio Cini & Baldi in illa.l.quiſquis.procedere:
quia lex omnia beneficia iuris naturalis conſer-
uat,non mirum ſi filij appellatione veniũt. ſecus
autem in eis,in quibus illa ratio iuris naturalis,
de qua etiam in.l.fi.ff.de bo.damna.ceſſat,vt di-
xi per dictam auth.ex complexu.& dictum.§.fi.
verſic.primum quidẽ.in auth.quib.mod.natur.
effici.ſui.ibi,iſte neq; naturalis nominatur, neq;
alendus eſt à parentibus, neque habebit quod-
dam ad præſentem legem participiũ. Ecce, quo-
modo omnia beneficia iuris naturalis tolluntur
ab eis. Ideo tene quod dixi ſuprà,quicquid dicãt
Cinus,Bald.& alij ſequaces ſui. Et primam par-
tem huius.§.inducit ſingulariter Bal. & poſt eũ
48 Roma.in vaſallo : † vt ſicut vaſallus offendens
dominum priuatur feudo,ſimiliter ſi filium do-
mini offendat. Et vltra ea, quæ hic dicunt, adde
text.in capi.j.quibus modis feu.amitta. colla.x.
vbi Andreas de Iſernia,nec refert ſecundum eũ
in verſic.aut nuptæ ſilio.an filius ſit ſucceſſurus
patri vel non.hoc ſumit ex argumento illius tex.
de filia,quæ in feudo non ſuccedit. §. hoc autem
notandum.qui feud.dare poſ.ca.fina.de ſucceſ.
feudi.colla.x.tamen iniuria filiæ illata æque pu-
nitur,ſicut ea quæ vxori domini fit.hoc clarè hic
probatur, dum de emancipato loquitur, qui de
iure ciuili patri non ſuccedebat, vt dixi : quam-
uis hoc ſit de iure prætorio, & iure nouo corre-
ctum,vt plenius notaui ſuprà et in authentica,ex
cauſa.C.de liber.præteri.ſicut hic tantùm conſi-
deratur paterna domus,ſimiliter & domini feu-
di:quia vaſallus honorem præſtare, & exhibitũ
domino conſeruare debet.ca.vnico.de ſor.fide-
li.hoc etiam debet genero.l.lex Cornelia. ff. de
iniur.§.oportet.in authẽ.de manda.princi.colla
tione.iij.Sed maius dubium eſt,ſecundum eum,
ſi mortuo patre filius in domo patris offenda-
tur:quia iam non amplius ſimpliciter filius dici-
tur,ſed cum adiectione dictionis, quondam fi-
lius. Sed iſte caſus videtur deciſus in.§.ſequen-
ti.in his verbis,quod etiam poſt mortem patris
probat.ſimiliter dum dicit,quamuis enim ſi vi-
ueret hærede eo exiſtente ipſius non eſſent futu-
ri.de eo dicam infrà.§.proxi.vide per Bartolum
Alexan.& Moder.in.l.eius qui in prouincia.in
princi.in expeditione glo.in verbo,defuncti. ff.
de reb.credi.de vxore dicam in.§.ſi vir.infrà ea-
49 dem lege. † Addit hic Bal.aliud probari ex hoc
tex.domum patris domum eſſe filij, etiam viuo
patre.nec puto ſimpliciter ſic verbum, domus.
debere ſumi in hoc Senatuſconſulto,ſicut accipi
tur in.l.Iulia de adulter.videlicet pro ipſa habi-
tatione,in qua pater degit in.l.quod ait lex.verſ.
illa ratio.ff.ad.l. Iuliam de adulterijs. quum di-
cit ille textus non licere patri adulterum inuen-
tum cum filia occidere, ſi in alia domo quàm
ſuæ habitationis adulterum cum filia adulte-
ra inueniat : licet aliter domus ſit ipſius patris,
in ea tamen non habitet. ſimiliter dico non eſſe
idem reſtringendum, vt in. l. Cornelia de in-
iurijs. vbi habitatio conſideratur.l.lex Corne-
lia.§. domum.ff. de iniurijs. vt dixi in principio
huius.l. Quia per hoc Senatuſconſultum non
tantùm deſideratur dominum,aut eum qui pro
domino habetur ex interpretatione legis ſeu
iureconſulti in domo ſaluum facere,ſed in quo-
cunque loco dominus ſit, vult eum ſaluum à
famulis ſeruari,vt in.§.eodem tecto.&.§.ſi quis
50 in villa.infrà eadem.l.& in.l.finali.C.eo. † idem
in vaſallo dico, qui dominum incolumem ſer-
uare debet vbique. capit.vnico. de forma fide-
lit.& dicto capi.j.quibus modis feud.amit.col-
latio.x.verum eſt autem, delictum grauius eſſe
in domo ſeu habitatione commiſſum, dicta. l.
quod ait lex.&.d.l. lex Cornelia.l.cum ancillis.
C.de inceſt.nupti.capitu.j.ibi,ſi in domo domi-
ni maneat.ca.ſimiliter. ibi, caſtrum domini ſciẽs
dominum vel dominam ibi eſſe. quibus modis
feud.amitta.collatione.x.l.j.in principio.in ver
bo, habitauerit.&.§.finali.ff. de his qui deiece-
runt vel effuderunt.capitu.rurſus. quæ fuit pri-
ma cauſa beneficij amittendi.collatione. x. Fa-
ciunt alia trita in iure,quæ de loco ſtatuunt,vide
licet, debere locum in criminibus attendi. de
quo in.l.denunciamus.C. de his qui ad eccleſiã
confugiunt.l.aut facta.§.locus. ff.de pœn.l. li-
bellorum.ff.de accuſatio.de quibus per Iacobũ
de bello viſu in dicto capitu.j. quib. mod. feu.
amittatur.collatione.x.Secundò,Barto. Baldus
& Romanus ex boc textu probari dicunt, vt
quum patris & filij domus vna & eadem cen-
ſeatur, ſiue filius in poteſtate ſit,ſiue emancipa-
tus, allibratio patris abſoluere debet filium à
cataſtro ſeu allibratione : de qua dixi in capite
huius legis. Sed hoc dictum non eſt verum in
emancipato, per.l. primam &.l. hi qui.C. de fi-
lijsfamil.& quemadmodum pater pro eis tenea-
tur.libro.x.vbi rationem addit Lucas de Penna
51 quũ † per emancipationem filius exuatur de po
teſtate paterna,& adminiſtrationẽ ſui peculij re
cipiat.l.certũ.C.famil.erciſ.melius in.l.ſi totas.
C.de inoffi.don.l.licet. C.de decu.li.x.videt̃ eñ
quodãmodo nouã familiã cõſtituere.l. vacatio.
iuncta gloſ.ff.de muneri.& honor.vacatio enim
non poteſt prodeſſe his, qui deſinunt de familia
patris eſſe:ſed verè emancipati deſinunt de fami

lia eſſe, vt dixi, cui concordat. l. ij. C. de emanci.
liber. per quam dicebat Luc. de Penna, prædictā
limitationem nō procedere, vbi filius verbaliter
tantùm, non autem de facto eſſet emancipatus.
Sed iſta limitatio non eſt ſimpliciter vera, nec ſic
accipienda: ſed potes eam declarare, quādo emā
cipatio verè & non ſimulatè facta eſt: tunc eman
cipatus extra familiam eſt patris, & incipit ſuum
patrimonium habere diſtinctum, per illā. l. ij. C.
de emanci. libero. & alias leges ſuprà relatas, &
nouam familiā conſtituere, dicta. l. pronūciatio.
§. idemq; eueniet. ff. de verb. ſign. Sed vbi ſimula
ta eſt emancipatio, quum actus inutiliter geſtus
ſit, quia imaginarius. §. præterea. inſti. quib. mo.
ius patr. poteſta. ſol. & argumēto eſſe poteſt. l. &
qui ſub imagine. C. de diſtrac. pig. l. quidā igna-
52 uiæ. C. de decurio. lib. x. † talis emancipatio non
eximeret eum à patria poteſtate: & hoc modo di
ceretur vnicum patrimonium patris & filij. ſed ſi
Luc. de Pen. emancipationē ſimulatā pro verba-
li accipit, conuenio cū eo: aliter non inuenio hāc
differētiā procedere. hodie verò quum iura emā
cipationis propter beneficium prætoris non de-
rogent filiationi, dicta. l. iij. §. emancipatus. ff. de
bo. poſ. con. tabul. ſimiliter & de iure nouo. §. j.
in auth. de hære. ab inteſt. venien. colla. ix. poſſet
hæc lex, quæ de filijs loquitur, extēdi, & hoc mo
do ſaluari opi. Bart. Bal. & Roma. & non aliàs.
pro qua ſaluatione facit. l. nihil. §. ſed nūquid. ff.
de bo. liber. ibi, faciliorq; ſuſpicio per ſcriptum
filium hæredem quamuis emācipatū adeūtem li-
berti hæreditatem. quem text. cum ratione illius
literæ quæ ſequitur in verſi. quū omnia, quæ no-
ſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paremus. quæ
concludit in emancipato ſicut in retento in pote
53 ſtate. † Ecce quomodo emancipatio non diſſol-
uit omnino votū patriæ poteſtatis. l. tria onera.
ff. de excuſa. tutor. in his verbis, vel filius vel fra
ter, qui eſt in eius poteſtate. Adde & pondera. l.
immunitates. ff. de iure immunita. quum dicat im
munitates conceſſas vt ad poſteros tranſmittan-
tur in perpetuum ſuccedentibus durare. ſed quū
iure prætorio & authenticorum, emancipati pa-
tri ſuccedant: ius igitur patri conceſſum retinēt.
licet de iure Digeſtorum non militent omnes ra
tiōes allegatæ hic per Roma. dum dicit, filiū vi-
uo patre eſſe dominum rerum paternarum. l. in
ſuis. ff. de liber. & poſthu. & bona patris iure na-
turali filijs deberi. l. quum ratio. ff. de bo. damn.
cum alijs vulga. brocardis: quorum aliqua refert
glo. in. l. ij. C. qui æta. ſe excuſ. libro decimo, alle
gata hic per Bal. Sed reſciſſa emancipatione poſ
54 ſet extendi. † Patre verò decedente omnes filij
tenentur ſinguli onera portare, quum incipiant
patrimonia habere diſtincta. l. iij. §. ſi duo. & l. et
ſi filiū. ibi, ad honores cohæredis filijs, &c. ff. de
muneribus & honoribus. dicta. l. licet. C. de de-
curio. libro decimo. & l. fi. C. de muneribus non
continuan. Et quia Romanus hic diſtinguit pa-
trimonialia à perſonalibus, & inter patrem & fi-
lios & fratres: in primis de patre & filio, non fa-
cta differentia inter patrimonialia & perſonalia
munera, pater excuſat filium, ſecundum eum, per
l. j. C. de muneri. non continuā. libro decimo. &
l. diximus. §. ſi pater. ff. de excuſa. tutorum. hoc
primum membrum reperio aliter affirmatū per
Nicol. Spinel. demum per Ioan. de Platea in di-
cta. l. ſi hi qui. C. de filijsfa. & quemadmodū pa-
55 ter pro eis tene. lib. x. † dicunt enim patrē in pa-
trimonialibus bene excuſare filium, per dictam
l. ſi hi qui. quæ loquitur de munere proteſtaſiæ,
quod patrimonij eſt munus. l. neq; proteſtaſiæ.
C. de mun. patrimo. libro decimo. Fallit autem,
ſecundum eos, in decurionatu, qui nō præſtat ab
alijs muneribus vacationem, per dictam. l. j. C.
de muneri. non continuan. lib. x. vbi glo. j. hāc ra
tionem aſsignat, mota per. l. à decurionatu. ff. de
vaca. mune. aliam rationem tradit glo. ij. dictæ. l.
j. C. de muneri. non continuan. libro. x. quia ſine
ſumptu eſt. alleg. l. honor. §. j. ff. de muneri. & ho
nori. Sed in alijs ſecus. hoc idē tenet Nic. Spin.
in dicta. l. ij. C. qui æta. ſe excuſ. lib. x. In perſona
libus verò dicunt patrem nō excuſare filiū neq;
ecōtra, p. l. filio. & l. filius. ff. de legatio. l. filios.
C. de decurio. lib. x. dummodo non fiat cōtinua-
tiu: excepto decurionatu, per dictā. l. j. C. de mu-
neri. non continuā. lib. x. per rationes ſuprà aſsi-
gnatas. Ego verò puto Roma. verius dicere, cū
56 aliqua tamen modificatione, videlicet, † quādo
patris & filij vnicum eſt patrimonium nō diſtin-
ctum ſeu ſeparatum, ſiue in patrimonialibus lo-
quamur, ſiue in perſonalibus. Nā in patrimonia
libus vbi vtriuſq; patrimonium eſt coniūctum,
& non eſt dubiū, per dictā. l. ſi hi qui. C. de filijs-
fa. & quemadmodū pater pro eis tenea. Et pon-
dera verba illius. l. ibi, quum ex eadē familia hoc
modo duos ad iſta obſequia deſtinari periniquū
videatur. ſimilibus verbis vtit text. in. l. vacatio.
ff. de muneri. & honori. ibi, ad eos duntaxat per-
tinet, qui eius familiæ ſunt. In perſonalibus vltra
illam. l. j. C. de muneri. non continuan. alleg. per
Roma. & Spi. & Ioan. de Platea, pondero illam
l. diximus. alleg. per Roma. in. §. fi. ff. de excuſa.
tutor. in his verbis, quum onus vni domui non
ſeparatis attingit. Et dicit glo. & bene non ſepa-
ratis domibus. vel melius dicas, non ſeparatis, id
eſt patre & filijs. & in dicta. l. ſi is qui tres. §. fina.
ff. de excuſa. tutorum. ibi, ſi idem patrimonium
habent. Ecce quomodo in munere tutelæ quod
eſt perſonale. l. j. §. æquè. ff. de muneribus & ho-
noribus. quū dicit, æquè perſonale munus eſt tu
57 tela, cura adulti furioſi'ue. † Et om̄es leges quæ
eximūt filiū propter patrem, conſiderant potiſ-
ſime hāc rationem: quia ſunt eiuſdem familiæ, &
in patris poteſtate. Et ob id text. in illa. l. j. C. de
filijsfa. & quemadmo. pater pro eis tene. excipit
emancipatum, vt non excuſetur. Similiter in di-
cta. l. ſi hi qui. verſi. ſanè. quum dicit, quòs eman

cipatos

cipatos eſſe atque ex familia exijſſe manifeſtum
eſt. Et in hoc videtur mihi multum bona conſi-
deratio Luc. de Pen. in dicta.l.ſi hi qui.& bene
facit dicta.l.ſi is qui tres.in princi.ff. de excuſa.
tutorum.qui tex.non poteſt euitari,& qui habet
hanc conſiderationem etiam in extraneis nullo
iure ſanguine coniunctis. hoc probat illa.l. ibi,
neque igitur fratres & ſorores plurium loco ha-
bendi ſunt,neque nõ fratres ſi idem patrimoniũ
habent,& ratio adminiſtrationis pariter redden
da ſit. Ex diuerſo fratrũ diuiſo patrimonio duæ
tutelæ ſunt. Similiter in dicta.l.tria onera.ff. de
excuſa.tutor.ibi,proinde ſi pater alicuius filius,
vel frater qui eſt in eiuſdem poteſtate tria onera
ſuſtinuerit,quæ ad periculum patris ſui ſpectãt.
Alias refert Luc. de Pen.in dicta.l.ſi hi qui.vide
per eum. Nec obſtat.l.filios.C.de decu.li.x. per
rationes ſuprà relatas ex doctri.gloſ.in dicta.l.j.
58 C.de muneri.non continu.lib.x. † Nec eſt incõ-
ueniens decurionatum à cæteris muneribus per-
ſonalibus excipere, quoniã lex ipſa nominatim
excipit in.l.ij.C.de his qui ſponte munera ſube.
lib.x.ibi,excepto decurionatu. Poteſt etiam ali-
ter dici vt loquitur in eo,qui ſponte munera ſu-
bit.l.ſponte.&.l.æſtimationem.§. inuitus. ff. de
muneri.& honori.vbi de patre onus reipublicæ
ſubeunte loquitur,quia filium inuitum non obli
gat.ſecus autẽ ſi eos cogere vellet: quoniã ad id
nõ poſſunt,per ſuprà.d.&.l.j.C.de muneri.non
continuan.ibi,tamen onera ſuſtinere non coge-
ris.&.l.honorem.§.plebeij.ff.de muneri. & ho-
nori. Nec obſtat iſte tex.qui rationem ſanguinis
ſeu filiationis tantùm habet.in verſic. ſenatus.in
verbo, liberos.& in verſi.& ego puto , vt etiam
ad eos liberos, qui in poteſtate nõ ſunt,ꝑtineat.
& iureconſultus hic latiſsime voluit verbum, li-
beros.interpretari,dum dicit , ego puto plenius
59 accipiendum. † Ex quibus verbis elicio priuile-
gium à principe vel à lege conceſſum in amplio-
ri ſignificatione interpretandum eſſe.l. benefi-
cium.ff.de conſti.princip. &.l.ſi quando .C. de
bonis vacan.libro decimo.regula,decet benefi-
cium.de reg.iur.in.vj. Nam hic in fauorem filio-
rum extenſio fit ad emancipatos. Secundò, dum
hic Roma. diſtinguit in fratre,an patrimonium
vtriuſque fratris commune eſt,an verò diuiſum:
vt ſi commune eſt,vno allibrato alius excuſatur.
l.diximus.§.ſi pater.ff.de excuſa. tutorum. facit
in argumentum.l.ſi communem.ff.quemadmo-
dum ſerui. amitta. Et dixi in.§. domini appella-
tione.ſecundo. ſuprà eo. Tu adde illi textum in
capitu. vnico, de beneficio fratris. collatione.x.
ibi,vel beneficium fuerit de communibus bonis
emptum. Et in his verbis , ſi inſimul ſteterint. Si
verò eorum patrimonium diuiſum ſit, vnus non
excuſat alium.l.iij.C.de muneri. non continuã.
libro decimo . Bartolus autem in dicta . l. tria
onera.ff.de excuſatio.tutorum.aliter diſtinguit,
dicit enim , aut patrimonialia ſunt munera : &
vnus frater alium excuſat. In perſonali autem ſe
cus. vnus enim alium non liberat. l. licet. C. de
decurio.libro decimo.vbi Ioannes de Platea.&
in dicta.l.j.&.iij.C. de muneri. non continuan.
libro decimo.per eundem in dicta.l. licet.præſer
60 tim in dicta.l.j. † vbique facit differentiam inter
munera perſonalia , quæ cum ſumptu exercen-
tur, & ea quæ ſine ſumptu. Secundò,inter conti
nuationem muneris & interuallum muneris, &
vt intelligas mentem Ioan.de Plat. quæ videtur
fundari in illa.l.j.& fin. C. de muneri. non con-
tinuan.libro decimo.volo te neceſſariò præſup-
ponere aliqua. Primò,nonnulla eſſe munera ho-
noris,vbi tantum honor eſt illud munus ſubire,
nec in eis exercendis ſumptus eſt: quale eſt mu-
nus defenſoris ciuitatis vel ſyndici vel præſtare
circa annonam vt ſoluatur, vel vt patrimonium
reipub.deſcribatur. De quibus in.l.j.in princip.
&.§.j.&.l.honor.in princi.&.l.munerum.§.j.ff.
de muneri.& honori.§.j.in authen. de defenſor.
ciuita.colla.iij. Tertiò,aliqua eſſe munera , quæ
cum ſumptu ſiunt : qualia ſunt munera annonæ
ſoluendæ vel portandæ,hoſpitis recipiendi:quæ
aut patrimonialia aut mixta ſunt.l.j.§.illud. &.l.
61 fina.§.ſi.ff. de muneri.& honori. † Tertiò,quæ-
dam eſſe munera,quæ poſtquam aliquis ea ſuſti
nuerit vel honores, immunitatem habet quan-
doque quinquennij,quo durante non poteſt co
gi illud denuo ſubire:nonnulla triennij: alia ve-
rò biennij.l.ij.C.de muneri.non continuan.lib.
x. & illud quinquennium appellatur interual-
lum,quo interuallo non poteſt quis cogi ad mu
nera: & id priuilegium perſonale eſt. intelligas
ſanè quando munus perſonale ſine ſumptu eſt ;
ſed tantum exigitur labor perſonæ. hoc dicitur
l.ſi. C.de muneri.non continuan.& dicta.l.licet.
verum eſt autem , non poſſe ſtatim filium finito
officio vel munere patris, cogi illud ſuſcipere ni
ſi ſuo ordine,vt inquit.§.j.in authẽ. de defenſor.
ciuita.collatio.iij.dummodo non ſit locus conti
nuationi,quæ continuatio regulariter prohibita
eſt,& potiſsimùm ratione coniunctionis perſo-
narum patris & filij , maximè cùm in poteſtate
eſt patris. Tolle clarum exemplum : ſi hoc anno
domini milleſimo quingenteſimo. xij. ſyndicus
vel defenſor ciuitatis Aureliæ creatus fuero ,
quod officium [illegible] munus apud eos biennio tan
tùm durat, vti [illegible]re eſt in. §. iuſiurandum.in
authentica,de defenſoribus ciuitatum. colla. iij.
finito meo biennio ciues filium meum , quem
in poteſtate habeo:defenſorem ſeu ſyndicum eli
gere volunt:an poſsint? non : quia prohibita eſt
continuatio : & ego pater filium pro ſequente
biennio excuſo,dicta.l.j.C.de muneri.non cõti-
nuan.lib.x. Similiter ego qui adminiſtraui hoc
biennio , vacationem illius muneris habeo hinc
ad quinquennium finiti mei officij ſeu admini-
62 ſtrationis.l.ij.C.de muner.non continuã. † Nũc
quæritur an filius meus habebit hoc interuallum

quinquennij.non hoc dicit illa.l.fin.C.de mune
ri.non continuan.quia non expectato illo quin
quennio poterit eligi,dummodo non ſtatim fi
nito meo officio vocetur.Similiter dico in fratre
exiſtente in eadem poteſtate paterna.Tolle exē
plū : Ecce ſumus duo fratres in poteſtate patris:
ego electus ſum defenſor ciuitatis hoc biennio:
non poterit illo biennio finito pater meus eligi,
ſimiliter neque frater meus : quia omnes vnum
ſumus.Sed quæritur, an pater meus habebit in
teruallum quinquēnij,an etiam frater meus? nō.
& ita loquitur illa.l.fina.ſed non expectato illo
quinquennio poterit pater aut frater meus ſyn
dicus vel defenſor ciuitatis eligi vel creari. Et
inter iſta munera ſpecialiter excipitur decurio
natus per dictam.l.j.C.de muneri.nō continuā.
rationes ſuprà reddidi poſt gloſ.in illa.l.j. quia
pater & filius poterunt ſimul decuriones creari.
63 Sed † in patrimonialibus quæ cum ſumptu ſunt,
patris extimū omnes filios in poteſtate exiſten
tes liberat,dicta.l.iij.&.j.C.de filijsfami.& quē
admodum pater pro eis teneatur.lib.x. emanci
patos verò non,per illos text.Nec obſtat.l.fi.§.
ſi plures.ff.de bo.damna.quoniam de delatione
hæreditatis damnati de crimine ad filios loqui
tur,quos fiſcus quotquot ſunt poſſeſſores facit:
nec in illa lege poſsidebant omnes liberi pro in
diuiſo,ſed ſolus fiſcus,qui in ſingulos filios hæ
reditatem damnati patris de crimine poſt mor
tem eius diſtribuet.vnde quot erunt filij tot erūt
ſeu incipient eſſe patrimonia diſtincta.l.pronun
ciatio.§.& quum paterfamiliàs.ff.de verborum
ſignificatione.hoc idem notat Ioan.de Platea in
dicta.l.ſi hi quos.in fi.C.de filijsfami. & quem
admodum pater pro eis tenea.lib.x.Et licet poſt
mortem patris bona pro tempore remaneant in
diuiſa,& ſic communia:tamen quia poſt mortē
patris oportet ea neceſſariò cōmunia eſſe donec
diuiſerint,niſi aliàs in fraudem reipublicæ in cō
munitate perſeuerauerint, argumento.l.quum
facultates.C.de his qui numero liber.ſe excuſ.
64 lib.x. † illa communitas inter fratres non conſi
deratur,neque de his iudicandum eſt tanquam
de communibus, ſed veluti de diſtinctis patri
monijs,dicta.l.licet.C.de decurio.libro.x.l.& ſi
filium.ff.de muneri.& honor.l.ex parte.§.filius.
ff.famil.erciſc.l.ſi fratres.C.communia vtriuſq;
iudic.l.ſi fratres.in princip.l.pro ſocio.niſi co
gitauerint ſe ſocios omnium bonorum facere,
dicta.l.ſi fratres.§.idem Papi.ff.pro ſocio.l. hæ
redes.§. non tantum.ff.famil. erciſc. Adde.l.iij.
§.finali.ff.de muneri.& honori. vel niſi geſtum
fuerit officium viuo patre,& eo volente & con
ſentiente:tunc filij ex cauſa patris pro eo tempo
re tantùm,quo pater vixit, obligabuntur, dicta
l.ſponte.ff.de muneri.& honori.&.l.quoties.ff.
ad municipales.l.j.C.de decurio.lib.x.l.ſi filia.
§.idē ſcribit.vbi pulchrè per Flo.ff.famil.erciſc.

non autem pro tempore quo patre mortuo offi
cium geſsit.l.æſtimationem.ff.de muneri. & ho
nori.l.j.§.nec caſtrenſe. vbi per Bartol.ff.de col
la.bono.Plenius in authentica,quod locum. &
l.ſi emancipati.vbi Modern. C.de collatio.vbi
65 etiam Ioannes Faber † quæſtionem facit de ti
tulo ſacerdotis à patre conceſſo, an cæteri filij
teneantur continuò ſoluere:vel an ſacerdos in
ſucceſsione teneatur conferre. Aduerte tamen,
fratres ex perſona patris beneficium diſcuſsio
nis habere:quemadmodum enim pater ex facto
filij non poterat conueniri,niſi diſcuſſo prius fi
lio qui officium exercuit:ſimiliter nec fratres.&
non tantum diſcuſſo filio qui exercuit in bonis,
quæ à patre illi obuenerunt, ſed etiam ſi aliunde
quæſiuit,ex cauſa etiam priuilegiata,videlicet ex
ſtudio vel in caſtris.tex.quem volo te digito no
tare in.l.libertus.§. filium. ff. ad municipal. ibi,
nec ad rem pertinebit an filius caſtrenſe pecu
lium tantùm poſsidet : quum ante militaſſet vel
poſtea.q tex.eſt multùm ſingularis pro declara
tione dicti.§.nec caſtrenſe.Nec aliud diſcuti po
teſt argumento.l.ij.C.de prædi. nauicul. lib.xj.
quod proſequere vt hic per Roma. & Barto. in
dicta.l.quoties.& Flo. in dicta.l. ex parte. §. fi
lius.&.l.ſi filia.§.idem ſcribit.Et præcedētia cō
ferunt multùm ad deciſionem plurium quæſtio
num, quas diſputauerunt Baldus & Cardin. in
c.& quia vidimus.v.colum.de his qui feud.dare
poſ.in expeditiōe glo.dū quærit de feudo ab al
tero fratrum cōmunibus pecunijs empto, & ad
huc ſimul habitantibus.Secundò, de re empta à
marito ex pecunia dotali.Tertiò,de pecunia pu
pillari,vel eccleſiæ.de qbus in.l.Titio aut Seio.
§.altero.vbi per Bart.ff.de admini.tutor. & per
glo.& omnes in.l.ſi vt proponis.&.l.ſi ex ea. C.
de rei vendica.& in.l.ſi ſocius.ff.de rebus credi.
& in.l.de pupillo.§.ſi plurium.ff.de no.oper.nū
66 cia. † Et quod hic dicitur, de domo, quærit hic
Roma.quid ſi dominus vel filius & ſimiles per
ſonæ vulneratæ ſeu occiſæ ſunt in naui paterna,
an nauis appellatione domus veniet? Et dicit nō
venire : quoniam domus ex tecto & cæmentis
conſiſtit.l.eum qui ædes.ff.de vſucapio.l.quæ re
ligioſis.§.j.ff.de rei vendi.& ſtatuta & leges pœ
nales in proprio ſignificato verificari debent. l,
vnica. §. hoc interdictum quod de ciſterna. ff.
de ſonte. Nec obſtat ſecundum eum.l.penulti
ma.§.finali.ff.de his qui deiecerunt vel effude
runt.quum ſpeciale ſit in illo edicto, ex quo ra
tio quæ in illo edicto militat in domo, militat
etiam in naui? Similiter eſſet dicendum in hoc
Senatuſconſulto Sillaniano, & fortior, vt dixi
ſuprà,quia lex non tantùm domum deſiderat,
ſed & quemcunque locum ſiue intra ſiue extra
domum,quocunque loco fuerit dominus,à ſer
uis & domeſticis, qui cum eo ſunt, illæſus ſer
uari debet.§.eodem autem tecto.&.§.ſi quis in
villa

villa.infrà eadem.l.&.l.fin. C.eodem. quæ ratio
nõ procedit in lege Iulia de adulterijs. vt dixi ſu-
67 prà. † quia non ſufficit adulterium commiſſum
fuiſſe in domo patris aut mariti: ſed oportet vt
fiat in domo habitationis: dicta.l. quod ait lex.
§.illa ratio.ff.ad.l.Iuliam, de adulterijs. ſimiliter
in lege Cornelia de iniurijs.l.lex Cornelia.§. do
mum.in princi.& verſic.ſi tamen.& verſicu.ego
puto.& verſicu.tantum igitur.ff.de iniur. ſed re
vera ex verbis edicti, de his qui deiecer.vel effu-
derunt.non venit ex ſignificatione domus, ſed
ex alia parte edicti, de his qui deiecerunt vel effu
derunt.quum dicitur in.l.j.in princip.&.§. ſum-
ma.ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt. quia
deſiderat itinera tuta fieri, & itinerantibus ratio-
ne publicæ vtilitatis & ſalutis tantùm proſpice-
re, ne in eos aliquid deijciatur. hoc dicit textus
in dicto.§.ſumma.ibi, quia iter facientibus pro-
ſpicitur, non publicis vijs ſtudet.& in verſ.ſem-
per enim.vbi redditur ratio.& ita textus in dicta
l.penultima.§.finali.ff.de his qui deiecerunt vel
68 effuderunt. interpretatur dum inquit, † ſi de na-
ui deiectum ſit, videlicet in itinere, dabitur actio
vtilis in eũ qui naui præpoſitus eſt.& dixit gloſ.
hoc ad primum edictum ſpectat, vt ſi damnum
datum ſit tranſeuntibus iuxta nauem. Non eſt
igitur in illo edicto aliqua ſpecialitas: ſimiliter
nec ex ratione huius edicti, ſeu Senatuſconſulti,
quod dominis, & ſaluti eorum conſulit, quo-
cunque iuerint, aliquid ſpecialiter ſtatuitur. Et
licet de domo mentio fiat, non tamen vt cau-
ſam Senatuſconſulti arctet: quia ratio vltra ex-
tenditur. Cui addo.l.iij.in fine.ff. ad legem Iu-
liam de vi publi.ibi, vel naui ſua deiecerit.&.l.
quemadmodum.§.ſi nauis.ff.ad.l.Aquiliã. Nec
obſtat quod dixit Romanus, loquens in ſta-
tuto, cuius dicit verba diligenter eſſe conſide-
randa.l.iij.§.hæc verba. ff. de negotijs geſtis.l.
j.§.ſi plures.ff.de exercito. actio.verum eſt, niſi
ex mente ſeu ratione ſtatuti aliter colligi poteſt.
l.non aliter.ff.de legatis.iij.l.vellera.C.de veſti.
olobe.lib.xj.in verbo, in ſpecie ſacri muricis in-
tingere.quod eſt contra quæſtionem Bart. for-
matam de perlis veris & perlis fictis, in dicta.l.
vnica.§.hoc interdictum.ff.de fonte. Et iuriſcõ-
ſulti interpretes edictorum & ſenatuſconſulto-
rum ſæpius ſententias eorum quàm verba con-
ſiderant.hoc probat noſter.§.quum extẽdit ver-
bum, domini.ad filios, etiam emancipatos, &
adoptatos: licet adoptati nullo ſanguine nobis
coniuncti ſint. Similiter, vt dixi ſuprà.l.miles.§.
quidam.verſic.reſpondi.ff.ad.l.Iuliam de adul.
69 Et † quando ex ſententia legis fit extenſio, tunc
non directa ſed vtilis tantùm actio datur. l. ſi
quis id quod.vbi pulchra gloſ.in verbo, ſenten-
tiam.ff.de iuriſdi.omni.iudi.& textus in dicta.l.
penultima.§. finali.ff. de his qui deiecerunt vel
effuderunt.dat ſolam vtilem actionem: quia non
in verbis illius edicti contra eos, qui ex naui in
tranſeuntes deiecerunt, datur: ſed ex ſententia
illius edicti, vt dixi ſuprà.Similiter dico in ſta-
tuto loquente de domo, vt domus ſit adiecta
vt demonſtret ſolum locum habitationis, ſeu
domicilij: vt dicitur in dicta.l.lex Cornelia.§.
domum. ff. de iniur.Non tamen intelligo de eo
qui repentino tempore habitaret, qualis eſt via-
tor, qui repẽte iturus eſt: per rationem.l. vnicæ.
ff. fur. aduer. naut.Ibi, nanque viatorem ſibi eli
gere Caupo vel ſtabularius non videtur, nec re-
pellere poteſt iter agentes.Idem in.l.licet.§. fin.
ff.nautæ, caupo.ſtabu.&.l.j.§.habitare.&.§.ho-
ſpes.vbi Barto.ff.de his qui deiecerunt vel effu-
derunt. Ex quibus legibus conſideratur quan-
doque varietas interpretationis ex ratione le-
70 gis vel ſtatuti, † vt vbi ratio conuenit, ſimili-
ter & poteſtas & autoritas ſeu deciſio legis.l.
nam vt ait Pedius.ff.de legibus. Adde Baldum
in.c.& quia.vj.colum. verſiculo, extra quæro,
vtrum eſſentiæ ſtatuti.de his qui feud.dare poſ.
colla.x.niſi decretum ambitioſum eſſet, forſitã
quod conſuetudine inualuit.l.quod nõ ratione.
ff.de legi.l.ambitioſa.vbi per Bart.ff.de decre.
ab ordi. facien. l.venditor.§.ſi conſtat.ff. com-
munia prædio. Vnde puto dari poſſe bonum
exemplum, quo etiam nauis veniat appellatio-
ne domus. Pone in quæſtione facta per Bart.
in.l. quo minus.ff. de fluminibus.quam Mod.
illhic extendunt in molendinis, quæ ſupra Pa-
dum, vel Ligerim, ſeu Rhodanum, in nauicu-
lis compoſita ſunt, & in quibus molendinarius
conſtituit ſibi domicilium: vel in triremibus, &
alijs nauibus onerarijs. In qua moderni Papien.
in dicta. l. quo minus.& in.l.plerique. allegãtes
Baldũ in.l. certi iuris.in.iiij. quæſtione.C. loca-
ti & conducti. tenuerunt contrarium per.l.j.§.ſi
quis de naue. ff. de vi & vi arma.quos ſecutus
eſt Philippus Decius in.l. nemo de domo.ff. de
regulis iuris.non faciens de eis mentionem, di-
cunt nauem domus appellatione non venire,
per dictum.§.ſi quis de naue. moti etiam quòd
Baldus in illa.l.certi iuris.non dederit bonam
ſolutionem ad illum textum.quibus adde.l.ar-
boribus.§.nauis.ff. de vſufruct. ibi, nauis enim
ad hoc operatur, vt nauigetur.ſed facilis eſt re-
ſponſio: quoniam illud interdictum ſpecialiter
reſtrictum eſt ad res ſoli, videlicet fundum vel
ædificium, & res ſolo cohærentes tantùm, dicta
l. j. §. hoc interdictum. verſiculo, ad ſolum. ff.
71 de vi & vi armata. † Non mirum ſi nauis non
veniat domus ſeu habitationis appellatione.
ſed vbi lex non reſtringeret, ſecus.& ita proce-
dat dicta.l.pen.§.fi.ff.de his qui deiecer.vel effu
derunt.& dicta.l.iij.§.fi.ff.ad.l.Iuliam de vi pu-
bli.de quo aliquid per Roma.in dicta.l.eum qui
ædes.ff.de vſucapio. Et licet hic Romanus dicat
non habere locum in Campania quæ ruri eſt:

hoc falſum eſt, dummodo in ea habitet, dicta.l. lex Cornelia.§.ſi tamen.verſi.ego puto.ff.de iniur.& in verſi.tantum igitur.vbi ille tex. excipit domos meritorias vel ſtabula tantùm, quæ non veniunt appellatione domus: quia in eis nõ habitet homo, nec illis vtitur pro habitatione. Et facit.l.æquiſsimum.§.ſi.ff.de vſufruc. vbi habens vſumfructũ domus, meritoria & ſtabula pro iumentis conficere non poteſt: quia pro vſu ipſius vſufructuarij, non etiam pro iumẽtis & alijs ædi

72 ficijs artificioſis vilibus deſtinari poteſt. † vnde non mirum ſi non veniat domus appellatione. Et hoc voluit hic annotare Roma. ſed non habuit memoriam illarum legum.

Ex his omnibus collige primò filiumfamiliàs venire appellatione domini, quum de familia ſit & domeſticitate.l.quod ſi nolit.§.idem Pedius. ff.de ædili.edicto. Secundò, idem de emancipato: quia lex quæ admittit cõſanguineos ad proſequẽdam vindictam ſuorum, non diſtinguit emãcipatos à non emancipatis, dicta.l.j.verſic. ſed ſi in poteſtate nõ ſunt.ff.de liber.cauſa.l.j.§.j.verſic.ſpectat.in verbo, affectui. ff.de iniur. Idem in adoptato, licet ius naturale ſaluum manet tam in emãcipato quàm dato in adoptionem, reſpectu patris naturalis de iure ciuili.l.non facile.§.pen. ff.de gradibus affi.

SVMMARIVM.

1 Filius domini vocabulo comprehenditur patre captiuo.
2 Filius efficitur hæres patris apud hoſtes defuncti.
3 Hæredis ſui exiſtẽtia immediate conſequitur mortem patris.
4 Filius ſtatim & in inſtanti mortis patris ſui hæres ipſius efficitur.
5 Filius ſi purè fuerit inſtitutus, nõ erit momentum quod interuenire poſsit inter patris mortem & hæreditatis aditionem.
6 Nepotes ſui efficiuntur, qui antè non erant, ei qui filiũ exhæredauit.
7 Medium an ſit aliquod inter mortem teſtatoris, & exiſtentiam ſui hæredis.
Hæredes neceſſarij quare olim dicti.
8 Filijfamiliàs olim iuris prætorij beneficio ab hæreditate abſtinere poterant.
9 Hæredes ſui & neceſſarij ſemper hæredes permanẽt, velint nolint, quamuis ab hæreditate abſtineant.
10 Immixtio & aditio ad quid inuentæ.
11 Aditio hæreditatis in quo differat ab exiſtentia ſui hæredis.
12 Filius ſecundum iura Digeſtorum debet hæres inſtitui aut nominatim exhæredari.
13 Succeſsio ab inteſtato quando locum habere poſsit, & quando non.
14 Prouiſio teſtatoris ceſſare facit prouiſionem legis.
15 Hæredes neceſſarij, teſtatoris voluntatem velint nolint implere coguntur.
16 Subſtitutus quando adire & ſuccedere poſsit.
Conditio poteſtatiua duobus modis intelligi poteſt.
17 Nepos ſubſtitutus non ſuccedit niſi mortuo prius filio teſtatoris, qui inſtitutus fuerat.
18 Subſtitutus àn admitti poſsit ad hæreditatem viuo inſtituto.
19 Conditio poteſtatiua, quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri poteſt, quid operetur in inſtitutiõe & ſubſtitutione.
20 Exiſtentia ſui hæredis quando attendi debeat.
21 Teſtamentum ad cauſam inteſtati reducitur, quando inſtitutus nullo dato ſubſtituto non adit.
22 Inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quamuis abſtineat, aut conditionem implere nolit, hæres tamen cenſetur.
23 Emancipatus quare ſuus dici nequeat.
24 Voluntas pura ſemper exiſtimatur, niſi aliter conſtet.
25 Filius hæres eſt patris, quamuis abſtineat, aut expreſſe renunciet.
Beneficium abſtinendi quare à prætore indultum.
26 Serui an ſint torquendi pro nece filij cuius pater mortuus eſt.
27 Immixtionis duæ ſunt ſpecies, & quæ vtraque.
28 Iura hæreditaria in filium hæredem inſtitutum transferuntur, etiam antequam ſe immiſceat.
29 Suus hæres non incidit in pœnam; niſi prius hæreditati paternæ ſe immiſcuerit.
30 Filius non immiſcens ſe hæreditati nõ conſtituitur reus pœnæ per ſenatuſconſultum Sillanianum.
31 Serui in teſtamento purè donati libertate torqueri non debẽt quòd ſub eodem tecto fuerint, cùm dominus interficeretur, ni aliàs ſceleris comperiantur participes.
32 Exiſtentia ſui hæredis, quamuis abſtinentis, libertatis in teſtamento dationem confirmat.
33 Emancipatus hæreditatem non aditam non trãſmittit.
34 Filij qui in patris ſunt poteſtate, ſui hæredes ſunt.
Filij in poteſtate exiſtentes, trãſmittere poſſunt ad ſuos hæreditatem etiam non aditam.
35 Exiſtentia ſuitatis, dominij cõtinuationem haudquaquam operatur.
36 Cauſæ principales in materia ſucceſsionũ introductæ per iura, tres ſunt numero.
Filius hæreditati paternæ obligatur, licet tẽpore mortis non ſit in eius poteſtate.
37 Filius quo caſu iure ciuili patris hæreditatem repudiare non poſsit.
38 Hæredis ſui exiſtentia non attenditur quãdo filius exhæredatus eſt alio hærede inſtituto.
39 Suitas facit vt filius abſque cauſa legitima exhæredatus vel præteritus teſtamẽtum patris querelare vel nullum dicere poſsit.
40 Filius à patre ignorãter præteritus, quaſi legitimus ab inteſtato poſsidet.
41 Teſtamentum in quo filius præteritus eſt, conſeruatur per legem ex bono & æquo.
42 Obligatus ex neceſsitate à lege impoſita, non dicitur obligari ex contractu vel quaſi.
43 Lex ciuilis quare ſemper in viridi eſſe dicatur.
44 Inſtitutus in re certa, non niſi ad ſupplementum agere poteſt.
Emancipatus quare ſuus eſſe non poſsit.
45 Suus iure Digeſtorum et prætorio nullus eſſe poteſt.
Filius qui hæres inſtituitur, etiam ſi abſtineat, heres tamen reputatur.
46 Libertates & legata non debẽtur, filio ex teſtamẽto bona fide omittente adire, licet adeat ab inteſtato.
Teſtamento ad cauſam inteſtati per querelam vel quouis alio modo, reducto, intercidunt libertates & legata.
47 Serui in teſtamento libertate donati, quo caſu in ſeruitutem reuocari poſsint.

48 Seruus cum libertate neceſſarius hæres factus minoré abſtinente, manet liber minore reſtituto.
Exiſtentia ſui hæredis duplex eſt, altera facti ſcilicet, & altera iuris.
49 Exiſtentia ſui hæredis, quæ eſt facti, non abſorbet eam, quæ iuris eſt, exiſtentiam.
50 Filius captiui ſuus non niſi impropriè dici poteſt.
51 Teſtamentum ad cauſam inteſtati reducitur, quãdo hæres ante aditionem hæreditatis moritur.
52 Incertitudo hæreditatis delatæ immixtionem impedit, ſed non tranſmiſsionem.
53 Succeſsio ab inteſtato locum non habet quandiu ex teſtamento ſucceſsioni locus eſt.
54 Legatum nõ ſtatim à teſtatoris obitu debetur, ſed poſt aditam hæreditatem deberi incipit.

§.Si pater ab hoſtib.

TRIA dicta principaliter continet hic.§. Et nihilominus ꝓ clariore intellectu ipſius diuidetur in quatuor partes. In prima ponitus quæſtio. In ſecunda datur extenſio. In tertia continetur ſecundum dictum huius.§. In quarta aliud dictum declaratiuum huius Senatuſconſulti. Secunda ibi, quod etiam. Tertia in verſicu. idem Scæuola ait. Quarta ibi, attamen vbi deceſsit. Et hoc dicit: Pendente fictione iuris poſtliminij & legis Corneliæ, filius dominus ſeruorum paternorum exiſtimatur, licet adhuc ſuus hæres nõ ſit. Et quamuis ſeruis purè relicta libertas ſit, torquebũtur tamen de filio ante aditam hæreditatem patris captiui occiſo.

Ratio primi dicti pendet ex deciſione.§. præ-
1 cedentis. † Nam ſi filiusfamilias viuo adhuc patre veniat domini appellatione: quanto magis in filio captiui dicendum eſt, in quo ius poſtliminij & legis Corneliæ fingere poſſunt. l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupil. ſubſti.§. ſi ab hoſtibus. Inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolui. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. l. illa inſtitutio.§. fin. ff. de hæredi. inſtituen. Aut enim viuit pater, & ſic ſubſit ſpes poſtliminij: & manet deciſio.§. præcedẽtis. Viuo enim adhuc patre appellatiõe dñi venit, per rationẽ. l. in ſuis.§. ſui. ff. de liber. & poſth.§. ſui. Inſtit. de hæred. qualita. & differ. Et hoc dicit iſte tex. in his verbis, quod etiã poſt mortẽ patris probat. & hæc dictio, etiam. implicat caſum cõtrarium. l. ſed ſi plures.§. nemo. iuncta glo. in verbo, in eius. ff. de vulga. & pupilla. ſubſti. & caſum ipſum coniungit, videlicet, quando pater apud hoſtes mortuus eſt: tamen certum non eſt an ſuus hæres exiſtat: quoniam ignoratur an pater viuat, licet in natura certum ſit. l. quum quidam.§. ſuum hæredem. ff. de acquiren. hæredita. l. hæc venditio. ff. de contrahen. empti.
2 etiam † ſi filius ipſe ignoret patrem apud hoſtes deceſsiſſe, adhuc tamen hæres eſt. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. hæred. non autem quod poſsit (niſi certus ſit de morte patris) ſe hæreditati immiſcere, dicta. l. quum quidã.§. quod dicitur. & l. hæres inſtitutus. ff. de acquir. hæredi. Et nota hunc text. in his verbis, ſi, antequam ſeruus hæres exiſtat, occiſus fuerit, quæ nobis maximã difficultatem & difficile contrarium contra omnes vulgatas iuris regulas pepererunt. Per illa enim videtur probari ſecundum Dinum, Bart. Bald. Ang. & Roma. inter mortem & ſui hæredis exiſtẽtiam, eſſe dare medium, dum Scæuola inquit, propter filium patris captiui occiſum etiam poſt mortem patris, antequam ſuus hæres exiſtat, patre apud hoſtes mortuò, ſupplicium à ſeruis hæreditarijs ſumi poſſe: quoniam hæreditatis ſunt iacente ſeu non adita hæreditate. l. hæreditas in multis. ff. de acquir. rer. domi. l. hæres & hæredi-
3 tas. ff. de vſucapio. † Et tamen de iure contrariũ eſt verum: quum non ſit dare inſtans neque momentum inter mortem patris, & exiſtentiam ſui hæredis.§. ſui. verſic. neceſſarij. Inſtit. de hæred. qualit. et differentia. l. neceſſarijs. ibi, vt quamuis creditoribus hæreditarijs iure ciuili teneãtur. ff. de acquir. hæredi. l. quum quaſi.§. ſed ſi quis. ff. de fideicõmiſ. liber. ibi, tametſi non eſt ſine hærede, qui ſuum hæredem habet, licet abſtinentem. & dicta. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. ibi, vt nulla videat̃ hæreditas fuiſſe, quaſi olim hi domini eſſent & viuo patre, vt dicat cõtinuationem eſſe de pratre in filium: ſicut & alibi dicit text. in ſimilr in. l. placet. ff. de acquir. hæred. vt neq; momento aliquo ſubſiſtere in perſonã eius per quam acquiritur, & mors patris ſtatim infundit dominiũ in filium, vt ſimiliter dicit. l. fin.§. commu. de manumiſ. & dicat ille.§. ſui. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. vt velint nolint hæredes fiant: licet hodie ius abſtinendi conceſſum ſit, dicta. l. neceſſarijs. & l. ei qui. & l. impuberibus. ff. de acquirenda hæredit. l. nam nec. ff. de lega. j. & dicto.§. ſui. & hoc etiam tenuit glo. ſecundum Bart. hic in. l. Iulianus noſter. in verbo, neceſſarijs. ff. de cond. & demonſt. per.§. neceſſarij. in verbo, protinus. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. Licet glo. variauerit, ſecundum eum in. l. ſi alienum.§. in extraneis. in verbo, hæreditatem. ff. de hæred. inſtitu. non comperio gloſ. variare: nam & in ſuo con-
4 trarium affirmauit. † Vult enim ſtatim tempore mortis & in inſtanti mortis hæredem fieri, dicto §. ſui. & facit text. quẽ hic allegat Dinus in. l. j.§. prætermittere. verſi. qui ſunt in poteſtate. ſuprà tit. proximo. ibi, ſtatim hæredes ſunt ſeu ab inteſtato ſiue ex teſtamento: nec φ ſe abſtinere poſſunt, aliquid facit. qui text. eſt clarus. Sed melius poſſet allegari glo. in dicta. l. neceſſarijs. in verbo, teneantur. dum dicit glo. exponendo verba, teneantur, id eſt, teneri videantur, prima facie. quamuis rectè intellecta nihil dicat quod aduerſetur prædictæ regulæ. Pro tollenda igitur hac differentia glo. remittis ſe vltra ea, quæ hic dicit

ad ea quæ ſcripſit in.l.fin.ff.de condit. inſtit.vbi
ſimiliter refert illas duas glo. quas dicit eſſe con-
trarias, prout hic affirmauit, videlicet in dicta.l.
ſi alienum. §. in extraneis. & in dicta.l. Iulianus
noſter.ff.de condit.& demonſtra.& Bart.in illa
5 l.fina.ff.de condit.inſtitu.diſtinguit, † aut filius
eſt inſtitutus purè: & non eſt dare medium inter
mortem & aditionē,dicta.l. ſi alienū.§. in extra-
neis.ff.de hæred.inſtit. aut eſt inſtitutus ſub con
ditione:& eſt dare medium vſque in euentū con
ditionis.l. in conditionibus.in princi.ff. de con-
ditio.& demonſtra.Similiter hoc notat in.l. ven
tre.ff.de acquir.hæred. dum dicit, Aut pater de-
cedit inteſtatus, quia nullum teſtamentum fece-
rit:& non eſt dare medium,dicto.§.ſui. inſtit.de
hæred.qualit. & differen.niſi moriente patre re-
licta parte,quia poſſet eſſe dubiū de quota, pro-
pter naſcituros:plures enim poſſunt naſci. dicta
l.quum quidam.§.ſuum.ff.de acqui.hæred. Aut
facto teſtamēto decedit,ſed reducitur ad cauſam
inteſtati:quia filius nō adit hæreditatem, vel ſub
conditione poteſtatiua inſtitutus,antequam im-
pleuerit, decedit. & hoc de iure ciuili ſecundum
eum:in quo eſt caſus dictæ.l.fin.ff.de condit.in-
ſtitu.per quem tex.dicit illhic Bal.in verſic.neq;
enim. filium pendēte conditione non eſſe ſuum.
6 vel † ſecundum eum , ſi filius ſit exhæredatus,
nepotes ex eo,mortuo patre,fiunt ſui, qui antea
non erant,per illum text.in fine.verſic.quemad-
modum ſi exhæredato & proximior tēpore quo
teſtamētum deſtituitur ſeu irritatur ſuccedit:hoc
modo eſt dare medium inter mortem & aditio-
nem. ſecus de iure prætorio , quo iure filius po-
teſt abſtinere.l.nam nec emancipatus.ff.de lega.
j. & ita intelligit gloſ. in dicta.l. Iulianus noſter.
ff.de condit. & demonſtra. Ego verò non puto
diſtinctionem Bart. quātum ſit reſpectu ſuitatis,
ſeu exiſtentiæ ſui hæredis,eſſe veram:licet Bald.
& Paul.de Caſt.in illa.l.fina.ff. de condit.inſtit.
videantur ſic illam legem declarare, dum loqui-
tur de inſtitutione ſui hæredis ſub conditione
poteſtatiua facta, quæ vltimo vitæ momento im
pleri poteſt,et ea quæ non poteſt impleri vltimo
vitæ ſpiritu. Et quamuis eam longo ſtylo diſpu-
tauerim in authent.ex cauſa.C.de liber. præteri.
vel exhæreda. recitabo tamen ea quæ puto pro
deciſione huius articuli neceſſaria. In primis di-
co non eſſe in hac noſtra quæſtione de iure ciui-
li aut prætorio in caſu noſtro præmiſſo differen-
tiam: licet Bart. Bald. & Roman. aliter hic ſen-
7 tiant. † Secundò,neutro iure eſſe medium inter
mortem & ſui hæredis exiſtentiam:licet ius præ-
torium beneficiū abſtinendi ſuis hæredibus con
cedat.neque glo.alleg.per Bar.hoc dicunt. Ter-
tiò, fateor dabile medium eſſe inter immixtionē
ſeu aditionem & patris aut aui mortem. Singu-
los articulos examinemus.

Circa primum dic, ſiue ex teſtamento ſiue ab
inteſtato ſtatim filios in poteſtate exiſtentes, &
non exiſtentibus filijs nepotes aut pronepotes
ordine ſucceſſorio, ſtatim ſuos & neceſſarios fie
ri hæredes patri velint nolint,licet prætoris bene
ficio ab hæreditate abſtineāt, dicta.l.j.§. præter-
mittere. verſi.qui ſunt in poteſtate.ſuprà tit. pro
ximo.§.ſui.inſtit.de hæred.qualit.& differen.di-
cta.l.in ſuis.ff.de liber.& poſthu.&.§.ſui. inſtit.
de hære.quæ ab inteſt.defe.Nec filijsfamiliàs de
iure ciuili conceſſum erat ius abſtinendi:et ob id
neceſſarij hæredes dicebantur,dicto.§.ſui. verſi.
neceſſarij. d.l. neceſſarijs. vbi ſimiliter ius præ-
8 torium refertur, † quo conceſſum erat filijsfami
liàs poſſe abſtinere,dicta.l. impuberibus. &.l.ei
qui.ff.de acquir.hæred. Et quod dicitur,de iure
prætorio filiosfamiliàs abſtinere poſſe:verbum,
abſtinere. de ſe ponit filium hæredem eſſe, licet
ab hæreditate delata beneficio prætoris abſtine-
re poſsit . & ſufficit eum aliquo momento hæ-
redem fuiſſe, quamuis poſtea deſinat hæres eſſe,
dicta.l.fina.ff.de condit. inſtitu. per quam idem
illhic notant Paul.& Ange.& Bal.in.l. apud ho
ſtes.C. de ſuis & legit.hæred.&.l. ex facto.§.Iu-
lius Longinus.ff.de vulga. & pupilla.ſubſti.ibi,
nec deſinet hæres eſſe : licet res, quæ ita relictæ
ſunt,auferantur.l.quum quaſi.§.ſed ſi quis.ff.de
fideicōmiſ.liber.ibi, tametſi non eſt ſine hærede
qui ſuum hæredem habet,licet abſtinentem ſe.l.
& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.ff.de mino.ibi,
ſine dubio hæres manebit, qui ſemel extitit. vbi
de pupillo , beneficio reſtitutionis in integrum
abſtinēte loquitur:& non abs re tex.in dicta.l.j.
§.prætermittere.verſicu. qui ſunt in poteſtate.di
xit,nec,quòd ſe abſtinere poſſunt,quicquam fa-
cit.&.§.reſtituta. Inſtit.de fideicōmiſ.hæred.in-
quit,reſtituta hæreditate,is quidem qui reſtituit,
9 nihilominus hæres pmanet. † Ex his vides ſuos
& neceſſarios hæredes velint nolint ſemper hæ-
redes,etiam ſi abſtineant,vel ſuo delicto priuen-
tur hæreditate,permanere,dicto.§.Iulius Longi
nus.in quo præmiſſo caſu Senatuſconſultū Silla
nianum loquitur, ſiue etiam ex beneficio mino-
ris ætatis reſtituatur.d.l. & ſi ſine.§. ſed & quod
Papinianus. ſiue à teſtatore rogati & coacti ſint
reſtituere,dicto.§.prætermittere. & ſic tam ex te
ſtamento quàm ab inteſtato ſemper ſui hæredes
ſunt, & ſtatim quo mortuus eſt pater, per dictū
§.ſui.& dictum.§.prætermittere.verſic. qui ſunt
in poteſtate.&.d.l.in ſuis.ff.de liber. & poſthu.
Similiter &.§.ſui. apertè addūt etiam viuo patre
quaſi dominos,& mortuo patre continuari tan-
tùm,vt non videantur hæreditatē,ſed ſolum bo-
norum adminiſtrationem recipere. Ob id clarè
conſtat,non eſſe dare medium inter mortem pa-
tris & ſui hæredis exiſtentiam, ſiue ex teſtamen-
to,ſiue ab inteſtato:et hoc reſpectu nō eſt aditio
ſeu immixtio neceſſaria.l.in ſuis.ff.de ſuis et legi
timis hered. Neque puto de aditione factū argu
10 mentum valere: † quoniam immixtio & aditio
de iure ad acquirendam poſſeſsionē, non autem
dominium

dominium ipſius hæreditatis ſeu exiſtentiam ſui
hæredis inuentæ ſunt.l.quum hæredes.in princ.
ff.de acqui.poſſeſ. licet quantum ad aliquos effe
ctus,potiſsimè ad vſucapionem, poſſeſsio abſq;
interuallo cōtinuari poſsit.l.quum miles.in prin
cip.ff.ex quib.cau.maior. dummodo non ſe im-
miſceant. Et ob id hæreditarijs creditoribus re-
ſpondere non tenebuntur, dicta.l. neceſſarijs.&
l.fina.C.de iure deliberā.& multis alijs legibus.
per ipſam autem aditionem poſſeſsio hæredita-
tis acquiritur.l. pro hærede.ff. de acquir.hæred.
l.repudianda.C.de inſtit.& ſubſtitu.ſub condit.
fac.dicta.l.cum hæredes.Et in hoc maxima diffe
rentia eſt inter immixtionē ſeu aditionem, & ſui
11 hæredis exiſtentiam: † quum & ſi filius non ſe
immiſceat,vel etiam hæreditati renunciet,adhuc
tamen hæres eſt,vt dixi: quare cōcluſio illa Bar.
non concluderet,quicquid ipſe dicat,& alij poſt
eum,in illa.l.fin.ff.de condit.inſtitu.nec vera eſt
Bar.diſtinctio,quam facit inter cauſam teſtati &
inteſtati,dicta.l.j.§.prætermittere.verſi.qui ſunt
in poteſtate.ſuprà titu.proximo.dum inquit,qui
ſunt in poteſtate, ſtatim hæredes ſunt, ſeu ab in-
teſtato ſeu ex teſtamento.Nec quòd ſe abſtinere
poſſunt quicquam facit.Idem in dicto.§.ſui. ver
ſicu.neceſſarij.Inſtit.de hæred. qualit.& differē.
ibi, quia omnino ſiue velint ſiue nolint, tam ab
inteſtato,quàm ex teſtamento ex lege. xij.tabul.
hæredes fiunt.& quod non multò poſt ſequitur
de beneficio abſtinendi à prætore cōceſſo, vt po
tius parentis bona quàm ipſorum à creditoribus
poſsideantur. fingit in hoc ſuper illa exiſtentia
prætor,idem in dicta.l.neceſſarijs.ff.de acquirē.
hæred.Nec obſtat.l.fin.ff. de condit.inſtit. dum
illum tex.ponderant Bal. Paul.de Caſt.Ioan.de
Imo.& Ange.in verſic.neque.& verſi.quemad-
modum.Idem dum in illo text.exemplum datur
de inſtitutione filij per patrem ſub cōditione po
teſtatiua facta, quæ poteſt impleri vltimo vitæ
ſpiritu, & ea quæ non poteſt viuo filio impleri:
quoniam per illū text.ſui hæredis exiſtentia non
tollitur.Prius autem quàm declarem quomodo
12 in ea lege probetur: † volo vnum præmittere, fi
lium de iure Digeſtorū debere aut hæredē inſti-
tui,aut nominatim exhæredari:alioquin teſtamē
tum rumpebatur, imò teſtamētum nullum erat.
l.filio.ff.de iniuſto,rup.& irri.teſtamēto.l. inter
cætera.ff.de liber.& poſth. Plenius dixi in auth.
ex cauſa.C.de liber.præter.vel exhæredatis. ſub
conditione autem inſtitui non poterat, niſi con-
ditio eſſet poteſtatiua,quæ multiplex eſt,vt in di
cta.l.fin.vbi glo.j.vtranque declarat.ff.de cond.
inſtitu.l.filius à patre.ff. de liber.& poſthu. Pri-
ma, quæ non poteſt vltimo vitæ ſpiritu impleri;
ſub qua inſtitutus filius viuo adhuc eo nepotes
auo ſui hæredes ſunt: niſi filio ſub cōditione illa
poteſtatiua inſtituto datus ſit ſubſtitutus,quo ca
ſu ſuccedet ſubſtitutus per illas leges. Ratio eſt
ſecundum Bald.in.l.iij.C.de iure deliberā. quia
cauſa teſtamenti potior eſt cauſa inteſtati: opor-
tet enim magis ex teſtamento ipſum ſubſtitutum
adire,quàm omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato
ſuccedere: præſertim vbi teſtamentum aut defe-
ctu ſolennitatis,aut præteritione filij vel exhære
datione, aut alia cauſa extrinſeca vitioſum non
eſt. Si verò poteſt vltimo vitæ momento, id eſt,
vſque ad vltimū vitæ momentum,filij ſub ea cō-
ditiōe inſtituti impleri, nepotes auo hæredes nō
ſunt,niſi poſt patris mortē: quia quoad vixit pa-
13 ter implere poteſt conditionem. † Donec igitur
certum ſit, eum nō impleturum(quod ſit quum
decedit) non eſt locus ſucceſsioni ab inteſtato,
ſimiliter nec ſubſtituto,per illas leges.Secundò,
volo te poſt glo.in dicta.l.ſin. vulgatam iuris re
gulam præmittere, Quandiu poteſt ab inteſtato
ſuccedi, non eſt locus ſucceſsioni ex teſtamēto.
l. quandiu.ff.de acquir.hære.hoc vltimo ſic præ
ſuppoſito videtur Bart. bene diſtinxiſſe cauſam
teſtamenti à cauſa inteſtati,vt exiſtente teſtamen
to ſit dare medium inter mortem & aditionem.
Sed præcedens regula non concludit inter mor-
tem & exiſtentiā ſui hæredis tempus eſſe mediū.
Et ratio eſt ſecūdum Bal.in dicta.l.iij.C. de iure
deliberan. quoniam dato cohærede ex teſtamen
to,videtur facultas abſtinendi à teſtatore filio in
ſtituto conceſſa.l. ſi filius hæres. ff. de liber. &
14 poſthu.l. quæſitum.ff. de acquir. poſſeſ. † & ſic
ex prouiſione teſtatoris, non autem legis, quæ
quandiu locum habet, ceſſare facit legis proui-
ſionem.§.ſi expreſsim.in authē. de hæred.& fal.
dicta.l. quandiu. ff.de acquir. hæred.l.apud Iu-
lianum. §.j. ff. ad Trebel.Et ideo dico duo: Aut
enim filius hæres eſt inſtitutus,aut exhæredatus.
Si inſtitutus eſt ſiue purè,ſiue ſub poteſtatiua cō
ditione:pendente ea hæres eſt velit nolit, dupli-
ci ratione.Prima,quia inſtitutio filij facta ſub cō
ditione poteſtatiua, non cenſetur conditionalis,
ſed pura.l.j.§.prætermittere.verſic.qui ſub con-
ditione.ſuprà titu.proximo.Alioquin ſi eſſet cō
ditionalis,non valeret inſtitutio.tex. cum glo.in
dicta.l.ſuus.in princ.ff.de hæred.inſtit.Secunda
ratio eſt,quia de iure ciuili tenebatur volūtatem
teſtatoris,et ſic conditionē implere,quum in ſua
poteſtate cōditio adiecta erat:aliàs filio liberum
fuiſſet patrem inteſtatum reddere, qui teſtatus
mortuus eſt:quod lex.xij. tabularū prohibebat,
dicto.§.ſui.verſi.neceſſarij.Inſtit.de hæred.qua-
lita.& differen.dum,vt inquit ille tex.velint no-
lint hæredes patris ſunt, dicta.l. neceſſarijs.ff.de
acquir. hæredi.ibi, vt quamuis creditoribus hæ-
15 reditarijs iure ciuili teneantur. † Et ſic illud non
implere in facultate eorum nō erat, quum dicit,
velint nolint. De iure verò prætorio ſecus eſt:
quia illa qualitas ipſo iure non tollitur,dicta.l.j.
§.prætermittere.ſuprà titu. proximo.ſed tantùm
beneficio prætoris conceditur eis, ne creditori-
bus hæreditarijs teneantur, & ab illa cauſa iuris
ciuilis,quæ ſtatim eos obligabat, reddat abſolu-

tos, dicta.l. neceſſarijs. donec autem hoc decla-
rent, interim hæredes ſunt.l.ſuus. in princ. verſi.
non debere eum expectare, donec conditioni pa
reat filius &c.ff. de hæred. inſtit. quæ multū diffe
runt. l.ſilio præterito. ibi, licet ſubtilitas iuris re-
fragetur. ff. de iniuſto, rupto, & irri. teſta. Et tali-
ter hæres eſt, vt viuo eo, ſubſtituto locus non ſit:
ſed tantùm eo mortuo. dicta. l. ſuus. §. fina. ff. de
hæred. inſti. Cohæres verò adire poterit, dicta. l.
ſuus. in princi. & hoc verum, ſi conditio vltimo
vitæ ſpiritu impleri poteſt. Tolle exemplum, ſi
16 filius inſtitutus eſt, ſi decem Titio dederit. † quæ
verò eo viuo non poteſt impleri, ſubſtitutus vel
alius legitimus hæres adire poterit. Sed quæri-
tur, quādo poterit ſubſtitutus ſuccedere? In hoc
illa. l. fina. ff. de condi. inſtit. videtur obſcura pro
pter varietatem interpretationis eius in verſicu.
nam ſuperior. Ego verò puto aliter dicendum
quàm hactenus dictum ſit, & ſenſus totius. l. eſt:
filiusfamiliàs poteſt hæres ſub conditione pote-
ſtatiua inſtitui. Et dupliciter dicitur poteſtatiua.
Primò, quæ nō poteſt vltimo vitæ ſpiritu imple-
ri, quia fortè difficilis eſt implemēti. Tolle exem
plum iureconſulti in dicta. l. ſuus. §. puto. teſta-
tor, inquit, filium inſtituit, ſi Alexandriam intra
ſex mēſes iuerit: tempore verò teſtamenti horri-
da erat hyems, & iter lōgum, exiſtimat ob id iu-
reconſultus illam conditionem viuo filio imple-
ri nō poſſe, quāuis poteſtatiua ſit. Sed quū diffi-
cilis, imò impoſsibilis implemēti ſit, nepos ideo
viuo filio ſuus eſt hæres auo, ſi in eo caſu filio nō
ſit datus ſubſtitutus. Propter enim datum ſubſti
tutum non ſuccedet nepos, quia ab inteſtato ſuc
cederet, cui non poteſt locus eſſe, quandiu ex te
17 ſtamento ſuccedi poteſt. † Cæterùm ſtatim ſub-
ſtituto locus non erit, ſed mors ipſius filij expe-
ctabitur: neque nepotes ex filio inſtituto ſucce-
dent. hoc probat illa. l. fina. bene intellecta, in his
verbis, Qui ſi neminē haberet ſubſtitutum dum
moritur, ſcilicet filius inſtitutus, legitimus patri
hæres extitiſſet, ſcilicet filius. Et ratio, quia defe-
ciſſet conditio. De ſubſtituto verò nō poteſt in-
telligi, quum dixerat prius, ſi neminem ſubſti-
tuiſſet. Et ſic in illa inſtitutione conſiderationem
nepotis non habet. Sed Paul. de Caſt. & cæteri
aliter ſentiunt, vt etiam nepos vel extraneus ſub
ſtituti, poſsint viuo filio hærede inſtituto ſub cō
ditione poteſtatiua adire. Sed quærunt quo tem
pore tales ſubſtituti, viuo adhuc inſtituto, adire
poterūt? dicūt, Dum filius inſtitutus ad mortem
tendere videbitur: eo tunc ſpes implementi talis
poteſtatiuæ conditionis eſſe deſinet. ſed non po-
18 teſt iſtud ex illa. l. fi. perſuaderi: † ſed magis op-
poſitum innuit, dum inquit, Nam ſuperior qui-
dem ſpes conditionis videlicet, quæ vltimo vitæ
ſpiritu impleri nō poteſt, de qua loquitˀ primus
verſic. illius. l. ad quem ſe refert ille verſic. Nam
ſuperior. admittit viuo filio nepotes ad hæredi-
tatem, non dicit neque hoc innuere vult ille tex.
ſubſtitutos àdmitti propter illa verba, qui nemi-
nem ſubſtitutū haberet dum moritur legitimus
pater hæres extitiſſet. Si enim de nepotibus ſub-
ſtitutis intellexiſſet, non ſingulariter fuiſſet locu
tus iurecōſultus, ſed pluraliter. Et ob id videtur
velle ſuis, id eſt, nepotibus non eſſe locum viuo
eo, ſi datus eſt ei ſubſtitutus, qui non poteſt ex vi
ſubſtitutionis ſuccedere inſtituto, niſi quum mo
ritur inſtitutus: cui inſtituto ſi nō eſſet datus ſub
ſtitutus, poſſent viuo filio inſtituto ſuccedere
auo. Sed vtcunq;, ſi velis lecturā Pauli de Caſt.
& cōmuniorem amplecti: ex ea vnum neceſſariū
ſequetur, non eſſe locum ſubſtituto viuo filio hæ
rede inſtituto: niſi quum incipit certū eſſe, ipſum
non impleturum cōditionem ſub qua inſtitutus
eſt: & ſic medio tempore hæres eſt. alioquin ſta-
tim ſubſtituto locus eſſet, quod non poteſt eſſe,
per ſuprà dicta, conceſſa etiam lectura Pauli de
19 Caſt. † De ſecundo verò caſu, quando conditio
poteſtatiua vltimo vitæ ſpiritu impleri poteſt,
quum facilis ſit implementi quandocunque im-
pleatur, vt ex illo verſi. colligi poteſt. & die ſuffi
cere aliquem vno momento hæredem eſſe: & nō
niſi mortuo hærede inſtituto poteſt à ſubſtituto
vel legitimis hæredibus adiri hæreditas, dicta. l.
fi. in fine. & dicta. l. ſuus. §. fina. ff. de hæred. inſti.
Et ſtante legis, duodecim tabularū, diſpoſitione
adhuc hæres eſt, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamē
to: licet abſtinere poſsit, vel cōditionem non im-
plendo, vel ex beneficio prætoris abſtinendo: &
ob id hæreditati nō obligari, dicta. l. neceſſarijs.
ff. de acquiren. hæredi.

Si filius nominatim exhæredatus eſt, & nepo-
tes inſtituti, vel extraneus, hæres inſtitutus, quia
validum eſt teſtamētum: in hoc ratio ſuitatis ſeu
exiſtentiæ ſui hæredis non habebitur, quia locus
eſt teſtamento, & non ſucceſsioni ab inteſtato,
dicta. l. quandiu. ff. de acqui. hæred. l. antequam.
20 C. cōmunia de ſucceſſ. † Tunc autē ratio exiſten
tiæ ſui hæredis ab inteſtato vel ex teſtamento ha
bebitur, quū ſui inſtituti erunt: nec aliter neceſſa
rij dici poſſunt, niſi quū teſtator voluit eos hæ-
redes eſſe. alioquin ab inteſtato à lege hæredes
fiunt: ex quo non cōſtat patrem velle filium ſuū
exhæredē eſſe: ob id lex præſumit patrem velle
filium ſuum hæredem eſſe. l. nihil intereſt. ff. de
bon. liber. ibi, quum omnia quæ noſtra ſunt, libe
ris noſtris ex voto paremus. Ratione cuius ne-
ceſſarius fit hæres patri. Nec obſtat ſi dixeris. l.
fi. ff. de condit. inſtit. hæc duo à pari iudicare, vi-
delicet filium exhæredatum eſſe, vel non implen
tem conditionem poteſtatiuam, quæ vltimo vitæ
ſpiritu impleri poteſt: vt vtroq; caſu nepotes ex
illo filio nō implēte aut exhæredato, ſtatim mor-
tuo patre, hæredes fiant. Dic in illo textu con-
trarium probari, dum dicit, vſque in euentū mor-
tis filij inſtituti ſub illa cōditiōe, vel exhæredati,
differri ꝓpter dubiū, videlicet inſtituti implentis
vel exhæredati, qui potuit viuus querelare teſta-
mentum

mentum. Vtroque enim caſu teſtamẽtum aui vi-
21 ribus non ſubſiſtet. † Nam ſi inſtitutus nullo da
to ſubſtituto vel cohærede non adit, teſtamentũ
ad cauſam inteſtati reducetur, dicta.l.ſuus.§.j.ff.
de hæred.inſtit.l.j.ff.de ſuis & legiti.hære. Et ſic
ſemper ſuus hæres patri remanſit. Idem ſi non re
ctè exhæredatus fuerit, querelando teſtamẽtum
ad cauſam inteſtati reducit.l.ij. &.iij.ff.de inoffi.
teſta. quòd ſi per jus dicendi nullum, vel per bo-
norum poſſeſsionem contra tabulas, teſtamentũ
irritum fiat, de quibus plenius dixi in authen. ex
cauſa.C. de liber. præteri.l. filio præterito.ff.de
iniuſto, rupto, & irri.teſta.l.Gallus. in princi. &
l.inter cætera.ff.de liber. & poſthu. Interim autẽ
non eſt ſine hærede. aut enim rectè exhæredatus
eſt, & manebit teſtamentum, & hæres inſtitutus
ſuccedet ex teſtamento quod præcedet cauſam
inteſtati, & ex conſequente ſuitatẽ, dicta.l.quan-
diu.ff.de acqui.hæred.l.j.ff.de dona. cauſa mor.
Aut non eſt rectè aut ritè exhæredatus: & ex be-
neficio ſuitatis ſtatim mortuo patre ſuit hæres:
quia teſtamentum reducitur ad cauſam inteſtati.
l.j.ff.de ſuis & legiti. hæred. licet in euentũ que-
relæ vel nullitatis aditio differatur.l.ſi exhæreda
22 tus. infrà eodem. † Aut abſtinuit, quod poteſt,
vel ſi voluntatẽ teſtatoris implere nõ vult, id eſt,
cõditionem poteſtatiuam, ſub qua inſtitutus eſt,
adhuc hæres eſt.l.ſuus.in princi.ff.de hære.inſti.
ibi, & ſi patrem inteſtatum faceret nõ parendo,
& nihilominus hæres manet. idem in.l.quũ qua-
ſi.§.ſed & ſi quis.ff.de fideicõmiſ. liber. & dicta
l.j.§.prætermittere.verſ. qui ſunt in poteſtate.ſu
prà tit.proximo. Vnde nec illæ conſiderationes
Bal. & Pauli de Caſt. in dicta.l.fin.verſic.neque
enim.& verſi.quemadmodũ. veræ eſſe poſſunt.
hoc etiam tenet illhic Ange. & Ioan.de Imo. To
ta vis igitur noſtræ diſputationis erit in hoc tex.
qui punctualiter videtur ꝓbare, aliquod mediũ
eſſe inter mortem & ſui hæredis exiſtentiam. Et
glo.hic in verbo, inſtituto. ſentiens cum his quæ
ſuprà dixi, vult ſuum hæredem ſtatim fieri hære-
dem. Et ideo iſte tex. ſecundũ eam de filio eman
cipato intelligatur, qui ſtatim hæres non eſt, ſed
per beneficium prætoris tãtùm hæres fit reſciſſa
emancipatione.l.iij.§.ſi emancipatus.ff. de bon.
poſſeſ.contra tabu. dixi plenè in dicta authen. ex
cauſa.C. de liber. præter. Hoc reprobat Angel,
23 quoniam † emancipatus nunquam ſuus dici po
teſt, quum hi ſoli in poteſtate exiſtẽtes ſui dican-
tur. dicto.§.ſui.Inſtit. de hæred. qualit. & differ.
hac ratione motus Bart. dicit iſtum text. de iure
prætorio loqui, quo eſt dare medium inter mor
tem & ſui hæredis exiſtẽtiam. Et Bar. ſequuntur
hic Ang. & Roma. ſed vt vidiſti non poteſt hoc
eſſe verum: quia licet facultas abſtinendi de iure
prætorio detur: ante tamen ꝙ effectualiter abſti-
neat, hæres eſt, niſi apertè ſe nolle eſſe hæredem
declaret.§.neceſſarij.Inſtitu. de hæred. qualit. &
differen. ibi, ſed his prætor permittit volentibus
ſe abſtinere ab hæreditate, vt potius parentis ꝙ
ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſsidean
tur. Primò pondera verbum, volẽtibus. & ſic do
nec de illa voluntate abſtinẽdi doceatur, interim
24 hæres eſt. † quia voluntas, niſi aliter conſtet, pu-
ra æſtimãda eſt vt ſit hæres, maximè quum in po
teſtate ſua eſt declarãdi.l.j.§. qui ſub conditione.
ſuprà titu.proximo. dicta.l.ſuus.§.j. iuncta gloſ.
in verbo, ſubmotum.ff. de hære.inſti.l.reprehen
denda.C. de inſti. & ſubſti.ſub cond. factis. verũ
eſt autem interim, donec declaret nõ poſſe à cre-
ditoribus hæreditarijs pro paternis debitis cogi,
niſi aut verbo aut facto ſe hæredem demonſtra-
uerit.l.pro hærede. in princi.ff. de acquir. hæred.
Prius enim quàm ſe immiſceat aut verbo ſe hære
dem proferat, liberum illi eſt dicere, ſe nolle hæ-
redem eſſe.l.recuſari.ff. de acquir. hære. Et ratio
eſt, quia ius ipſum naturale & pietatis officium,
quæ faciunt filium hæredem patris, vt dicatur fi-
lius, ergo hæres.l.maximum vitium. C. de liber.
præte. ſuſpenditur donec ſe hæredem eſſe decla-
rauerit: & ad declarandum eius animũ à lege ius
deliberandi conceditur.l.j. & fi. &.l.Ariſto. &.l.
ait prætor.ff. de iure deliber.l.ſcimus.C. de iure
deliberan.ij. & ius prætorium nihil à lege duode
25 cim tabularũ detrahit. † quamuis enim effectua-
liter abſtineat filius, vel expreſſe renũciet, adhuc
tamen hæres eſt, dicta.l.j.§.prætermittere.ſuprà
titu. proximo. & dicta.l. quum quaſi. §.ſed & ſi
quis.ff. de fideicõ.liber. verũ enim eſt dicere ali-
quando fuiſſe hæredem antequam abſtineret vel
ſe velle abſtinere declararet. Nam ſufficit aliquo
momento hæredem fuiſſe, vt dixi per dictã.l.fin.
ff. de condi.inſtitu. & beneficium illud abſtinen-
di à prætore conceſſum, facit vt debitis & oneri-
bus hæreditarijs abſque voluntate ſua ſpecifica
non obligetur, dicta.l.neceſſarijs. & dicto.§.ne-
ceſſarij. Et hoc Bar. notat in.l.ventre.ff. de acqu.
hæred. & Bal. in.l.iij.C. de iure delib. allegant.l.
ſi filius qui patri.ff. de vulg. & pupil. ſubſti. dum
ex illo tex. in verſi. iuſtius. volũt beneficiũ à præ-
tore indultum eſſe ad tollendam filiorum vexa-
tionem, non autem ad tollendos eorum fauores
qui ex ſuitatis exiſtentia procedunt. Puto igitur
aliter in expoſitione textuali huius literæ in his
verbis, ſi antequam ſuus hæres exiſtat. dicendum
eſſe vt ſenſus huius.§. ſit, videlicet ſi filius patre
ab hoſtibus capto, & eo apud hoſtes mortuo, an
tequam mors eius nota ſit, à ſeruis patris occiſus
eſt, ſerui teneantur. & ſic hæc verba, antequam
hæres exiſtat. intelliguntur, antequam potuiſſet
ſuus hæres per immixtionem exiſtere, propter
ignoratam patris mortem filius occiſus ſit, ſerui
26 teneãtur. ratio eſt duplex. Prima † quoniã etiam
ſi pater viueret quum filius occiſus eſt, ſerui tor-
querentur. Nam & patre mortuo, quum ſtatim
filius ſit hæres, torquentur: licet ſe hæredem eſſe
& poſſe hæreditatẽ patris mortui adire ignoret.
Simili interpretatione vtitur.l. quum quidam.§.

quod dicitur.ff.de acquiren.hæredi.dum de ſuo
loquitur, cuius mater prægnans eſt, qui antè
adireſeu ſe immiſcere poteſt,quàm de matre præ
gnante certus ſit quot liberos parere poſsit. Se-
cunda,licet quantum ad ſuitatis exiſtentiam im-
mixtio vel aditio neceſſaria non ſit.l.in ſuis.ff.de
ſuis & legit.hæred.tamen ad effectum huius Se-
natuſcōſulti neceſſaria eſt.l.neceſſarios.in princ.
&.§.non aliàs.infrà eodem titu.ſicut & in alio ca
ſu conſideratur.l.eum bonis.in princi.ff.de acq.
hæredi. Alia ratione perſuadetur.nam.l.neceſſa-
rios.infrà eo.licet ad effectum pœnæ huius Sena
tuſconſulti dicat neceſſariam immixtionem eſſe,
tamen ſola ſui hæredis exiſtentia etiam poſt mor
tem patris non facit ſilium æſtimare effectualiter
dominū eſſe hæreditatis, niſi actu ſe immiſceat:
ideo verbū,exiſtat. hic poſitū neceſſariò per im-
mixtionem intelligi debet. Ita notat Alex.in.l. ſi
cùm dotem.§.tranſgrediamur.iiij. colū.ff. ſolut.
matr.alioquin hæres exiſtimādus non eſt, quum
edictum hoc pœnale & odioſum ſit, dicta.l. ne-
ceſſarios.quam ad id ponderat Dinus,& dictam
l.eum bonis.ſuprà.de acquir.hæred.dum inquit
ille tex. eum bonis patris ſe immiſceri conuenit,
qui remoto familiæ vinculo pro hærede gerere
videtur. Nota hæc verba,remoto familiæ vincu-
lo.& facit.l.ita tamen.§. ſi pater ſilium.ff.ad Tre
bell.alleg. hic per Dinū. Ex his verbum,exiſtat.
intellige ſuum effectualiter factum eſſe per im-
mixtionē. Cui addo quod dicit Bal.in.l.iij.colū.
ij.C.de iure deliber.dum duas ſpecies immixtio-
27 nis eſſe dicit. † Primam videlicet immixtionem
iuris,quæ ex iure ciuili,quo ſilius ſtatim mortuo
patre ſit hæres,procedit.de ea loquitur.§.ſui.In-
ſtitu.de hæred.qualit.& differ. Et in iſta nullum
eſt medium inter mortem & exiſtentiam ſui hæ-
redis. Alia verò eſt immixtio facti. in ea eſt dare
medium inter mortem & ipſam hæredis exiſten-
tiam.de ea loquitur.l. ſi poſt mortem.ff.de lega.
j.& dicta.l.neceſſarijs.ff.de acquirē. hæred.&.l.
Iulianus noſter.ff.de condi.& demō.de qua etiā
hic noſter tex. intelligitur. Et hoc modo ſolutio
Bar. Ange.& Roma.ſuſtineri poſſet, dum dicūt
iſtum tex.de iure prætorio intelligi,vt ſit ſenſus,
Licet de iure ciuili ſtatim ſit hæres,quia tamē ius
prætorium effectualiter ſilium hæredem ſieri no
luit,& ad hoc vt ei,& aduerſus eum iura et actio
nes hæreditariæ tranſeant, donec paternæ hære-
ditati ſe immiſceat,prætor eis ius abſtinendi con
ceſsit:& illo iure ſui hæredes non erunt, donec ſe
immiſceant.& hoc modo iſte text. poſſet intelli-
gi de iure prætorio. ſed contra hoc facit dicta.l.
ita tamen.§.ſi pater ſilium.ff.ad Trebel.vbi tex.
dicit. Et ſi non immiſcuerit ſe hæreditati, nihilo-
minus actiones quæ ei & in eum cōpetebant, ad
Sempronium,ſcilicet fideicommiſſarium trāſfe-
28 runtur. † Ecce qualiter antequam ſe immiſceat
ſilius hæres inſtitutus,ei & in eum omnia hæredi
taria iura transferūtur. Sed poſſet dici, quamuis
ei & in eum translata ſint:pro eis tamē non tene-
bitur vt hæres, ſicut prius dictū eſt. Verū eſt effe
ctualiter propter ius prætoriū concedēs ſilio ius
abſtinēdi:ſed & hoc nihil eſt (vt dixi) quoniā ex
hoc beneficio abſtinendi exiſtentia ſui hæredis
nō tollitur per ſuprà dicta. vnde melius mea opi
nione dicēdum eſt, quum Sillanianum Senatuſ-
conſultum vltra ius antiquum nouam pœnam
introduxerit in hæredes non vindicantes necem
occiſi patris, videlicet priuationis hæreditatis:
noluit ſilium exiſtimare hæredem eſſe, donec pa
ternæ hæreditati ſe immiſcuerit:non habita con-
ſideratione exiſtētiæ ſui hæredis,quæ à lege duo
decim tabularū introducta erat.ſed Senatus præ
toriam æquitatem ſecutus, & ad ſimilitudinē iu-
ris prætorij,quod prius ſilium hæredē non exiſti
mauit eſſe,quàm ſe hæreditati immiſceat,dicta.l.
neceſſarijs.ff. de acqui.hæred. eodem modo Se-
natus non eſt arbitratus ſilium patris occiſi hæ-
redem exiſtere, donec paternæ hæreditati ſe im-
miſceat.l.neceſſarios.in princi.&.§.non aliàs.in-
frà eod. Et ideo dum hic dicitur, etiam poſt mor
tem patris, antequam ſuus exiſtat. intellige per
immixtionem remoto familiæ vinculo ex hoc Se
natuſcōſulto Sillaniano,vt in dicta.l.eum bonis.
ff.de acquir. hæred. & per hæc non obſtabit iſte
tex.non autem dicas de iure prætorio hunc text.
loqui.non enim video quomodo ex hoc tex.col
29 ligi poſsit: † ſed dicas hoc Senatuſconſulto ad ſi
militudinem rationis iuris prætorij noluit ſuum
hæredē in pœnam incidere,niſi paternæ hæredi-
tati ſe immiſceat, ſicut nec de iure prætorio ſuus
hæres creditoribus hæreditarijs non obligatur,
niſi quatenus hæreditati ſe immiſceat,dicta.l.ne-
ceſſarijs.ff. de acqui. hæred. & hæc conſideratio
probatur in dicta.l.neceſſarios. in princip. &.§.
non aliàs. infrà eodem. Cæterùm hæc diſputatio
non videtur multùm neceſſaria pro concluſione
quæſtionis hic per Iureconſultum factæ: quum
ſiliusfamiliàs viuo adhuc patre appellatione do-
mini veniat. Similiter et mortuo patre,etiam ſi ſe
paternæ hæreditati nō immiſceat: & hoc de iure
ciuili vt dictū eſt de iure prætorio,ſi ſe non abſti
net ad ſuam vtilitatem dominus rerum paterna-
rum exiſtimatur.ſi verò abſtineat,nō deſinit hæ-
res eſſe nomine: ſed ad hunc effectum tantùm vt
pro debitis & oneribus hæreditarijs & paternis
cogi non poſsit. Et idem notat Ange.& bene in
dicta.l. neceſſarijs. hoc dixi in authent.ex cauſa.
circa princip. C. de liber. præteri. Et ideo quum
iſto iure prætorio nomine tantùm et non effectu
dominus & hæres patris ſit,niſi poſt mortem pa
30 tris ſe immiſceat: † ſimiliter hoc Senatuſconſul-
tum rationem iuris prætorij conſiderauit,vt reus
non ſit pœnæ huius Senatuſconſulti ſilius ſe nō
immiſcens: ſicut nec de iure prætorio credito-
ribus hæreditarijs nō obligatur, niſi ſe immiſceat,
dicta.l.neceſſarios.in princi.&.§.non aliàs.infrà
eodem.vbi pœna huius Senatuſconſulti,quæ eſt
priuat

priuationis paternæ hæreditatis propter indigni
tatem ex ingratitudine accepti beneficij proue-
nientem, vt dixi in capite huius.l.j. per.l. Caius.
infrà eodem. non vult antè imponi, quàm filius
ſe immiſceat, vt dicam in.l.iij.§.quod ad cauſam.
& in dicta.l. neceſſarios. in princip. & in.§. non
aliàs.&.l.lege Cornelia.infrà eodem. & pleriſq;
alijs legibus huius titu.non mirum ſi ante immi-
xtionem hic dicatur, non exiſtere, neq; dari exi-
ſtentiam ſui hæredis: quia verum eſt quãtum ad
pœnam huius Senatuſconſulti. Et facit ad prædi
cta dicta.l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff.de vul-
ga.& pupil.ſubſtitu. Et iſto medio ſolutio Bart.
Bal. Ang.& Roma.ſaluari poſſet, & non aliter.
In verſicu.idem Scæuola. ſuboriuntur duo di
cta omnino aduerſantia præcedenti ſolutioni:&
ꝓpter ipſa neceſſario debemus interpretationẽ
ad illa verba, ſi antequã ſuus hæres exiſtat. ſuprà
relatã omnino ſequi:& maxime ꝓpter.§. elegan
ter.in.l.iij. infrà eodem titu. quæ duo dicta con-
tra duas iuris communis regulas pugnare viden
tur. Primũ eſt aduerſans.§. ſed in eo. ſuprà ea.l.
31 & his quæ hic dicta ſunt. † Nam ſerui quibus
purè libertas in teſtamẽto domini relicta eſt, niſi
aliter cõſtet eos criminis eſſe participes, ꝙ quòd
ſub eodẽ tecto fuerint quũ dominus occiſus eſt,
torqueri nõ poſſunt. Hic verò ſimiliter dicitur,
eos filio poſt mortem patris, hæreditate autẽ nõ-
dum adita, occiſo torqueri poſſe, quũ ante aditã
hæreditatem libertatem ex teſtamento eis relictã
non receperint: quia teſtamẽtum ad cauſam inte
ſtati reductũ eſt propter non aditam hæreditatẽ,
licet purè in teſtamento ſit eis legata libertas: Se
cundum, & fortius eſt, exiſtentia ſui hæredis ope
ratur conſeruationem libertatum in teſtamento
relictarũ, dicta.l.quũ quaſi.§. ſed & ſi quis.ff.de
fideicõ.liber. quãuis, vt inquit hic Bar. aliud ſit
in legatis particularibus.l.j.§.fi.ff.vt in poſ.lega.
l.j.ff.de iniuſto, rup.& irri.teſta.de iure nouo ſe-
cus.auth.ex cauſa.C.de liber. præter.vbi dixi co
32 pioſe. † Si igitur exiſtentia ſui hæredis etiã abſti
nentis dationem libertatis confirmet: quomodo
hic dicitur, Attamẽ vbi deceſsit. quia extinctum
legatũ & libertas eſt Senatuſconſulto locũ fore.
Et ſic non videtur conſiderandum eſſe, an ſuus
hæres ſe immiſceat vel non: ſufficit enim ſuũ hæ-
redem exiſtere: licet ad effectum conſequendæ li
bertatis per ſeruum abſtineat. d.§. ſed & ſi quis.
cum multis alijs.ll. illhic per glo.alleg. Hic verò
oppoſitũ dicit, vt quantũcunq; filius hæres poſt
mortẽ patris extiterit, quia patri ſuperuixit, niſi
effectualiter ſe immiſcuerit, libertatẽ non conſe-
quuntur: & ob id filio occiſo non adita hæredita
te poſt mortẽ patris torqueri poterunt. ante igiẽ
ſuus hæres exiſtere non dicitur. Ea ratione Bar.
hic poſt glo.in verbo, inſtituto. voluit hunc tex.
in filio emãcipato inſtituto, à quo fuerãt relictæ
libertates & legata, intelligi debere. alioquin ſi
de ſuo intelligeretur qui ſtatim hæres fit, per exi
ſtentiam eius libertates confirmarentur.d.l.quũ
quaſi.§.ſed & ſi quis.&.l.ſciẽdũ.ff. de manumiſ.
teſta.alleg.hic per Bart.hãc interpretationẽ glo.
& Bar.ſequitur hic Bal.addẽs vnum ex hoc tex.
probari cõtra ea quæ notat Cinus in.l. vnica. C.
de his qui ante apert. tabul. & in.l.ventre. ff. de
33 acqui.hæred. † vt emancipatus non tranſmittat
hæreditatẽ niſi aditam. ſecus in ſuo, per hũc tex.
Sed non placuit Ang. hæc opi.glo.Bart.& Bal.
cui ego conſentio.emãcipatus enim ſuus dici nõ
poteſt, ſed ſolum filius qui in poteſtate eſt.§. ſui.
Inſtit.de hære.quali.& diffe.&.l.j.§.prætermitte
re.verſ.qui ſunt in poteſtate.ſuprà titu.proxi. Et
hic text. clarè de filio in poteſtate loquitur, dum
dicit, Antequã ſuus hæres exiſtat. non autem de
emãcipato, qui ſuus eſſe nõ poteſt, vt dictum eſt.
Et ratio Bal. directè cõtra Bar.& pro opi.Ang.
quam ſequor, concluderet. Nam ſi emancipatus
non tranſmitteret: igitur de emãcipato hoc dice-
re nõ poteſt, & ob id vana eſſet diſputatio ſuprà
relata ex dictis Dini & Bar.quum dicunt ex hoc
tex. probari eſſe dare mediũ inter mortem & ſui
hæredis exiſtentiam: quia hic nõ probaretur ſui-
tas, ſed diſputatio de emãcipato fieri deberet, vt
eſſet dare tempus inter mortẽ & aditionem, quæ
de indubitabili eſſet in emancipato de iure Dige
ſtorũ, ſeu lege.xij. tabu.per ea quæ dicta ſunt.&
l.nam nec emancipatus.ff.de lega.j. Circa prædi
cta intendo breuibus aliquibus iuris concluſio-
nibus difficultates huius.§.abſoluere. Prima eſt,
34 Filij † in poteſtate exiſtentes, ſui hæredes ſunt,
& ſtatim mortuo patre hæredes fiunt, & hæredi-
tatem etiam ignorantes ſibi acquirũt.l.apud ho-
ſtes.C.de ſuis & legit.hæred.dicto.§.ſui. Inſtitu.
de hære.quali.& diffe.l.j.§.prætermittere.verſi.
qui ſunt in poteſtate.ſuprà titu.proxi.§.ſui.inſti.
de hæred.quæ inteſta.defer.dixi ſuprà. Secunda,
Filij in poteſtate exiſtentes hæreditatẽ non aditã
ad ſuos hæredes tranſmittunt.l. vnica. C. de his
qui ante aper.tabul.l.iij.C. de iure delibe.l.ven-
tre.vbi plenè per Bar.& omnes.ff. de acq.hære.
etiam ignorãtes ſibi delatã, dicta.l.apud hoſtes.
§.ſui. Inſtit.de hæred. quæ ab inteſta. defer.l. ex
militari.§.fin.vbi per Bar.& Bal.ff.de teſta. mili
ta.ſcientia enim vel ignorantia mortis vel delatæ
hæreditatis paternæ nihil detrahit à tranſmiſsio-
ne, per illos tex.& hoc exiſtentia ſui hæredis ope
ratur.l.cum quidam.§.ſuum.ff.de acqui. hæred.
l.lege Cornelia.ff.de teſta.per Aret.in.l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth. in expe-
ditione ſecundæ partis glo. in verbo, emancipa-
tus.per eundẽ in dicta.l. ventre. per illum tex.in
xvj.&.xvij.colũ. Et licet Bald.in.l. apud hoſtes.
C.de ſuis & legiti.hære.dicat inuitis dentibus fa
35 tendum eſſe, † exiſtentiam ſuitatis non operari
cõtinuationẽ dominij: neq; ꝙ ex ea cõtinuatiõe
exiſtentia ſuitatis arguatur.dat exemplũ in exhæ
redato teſtamentũ rumpẽte per querelam vel ius
dicendi nullũ, vel ſecundũ eum in filio in re cer-

ta inſtituto petente ſupplementum, in eo quod
ſuppletur nõ eſt cõtinuatio. Secundò dicit Bal.
data naturali obligatione inter patrem & filium,
per exiſtentiam tolleretur, ſaluo quod vtilis de
iure prætorio remaner.l. frater à fratre.ff. de cõ-
di.indebit.ſequeretur & tertiò, quòd filius quaſi
contraheret per illam exiſtentiam, & conſequen
ter obligaretur creditoribus & oneribus hæredi
tarijs. Et ſi liberaretur ab eis, eſſet beneficio præ
toris, & non poſſet liberari, niſi ope exceptio-
nis, quia non poteſt ab oſsibus eradicari. Et ta-
men iſtud falſum eſt, ſecundum eum.l. ſi quum
dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolu.matri.licet præ
ſumptiuè ſuus hæres ſit. Et ſi pater debitor fuit,
ſimiliter & filius erit. tex. cũ glo.in.§. ſancimus.
in authent.vt hi qui obliga.perhi.habere res mi-
nor.per hæc concludit eſſe fatendum, quaſi con
tractum aut exiſtentiam. Ideo dicit exiſtentiam
eſſe quo ad tranſmiſsionem, nõ quo ad alia. Sed
nec diſputatio Bal.vera eſſe poteſt, & minus ar-
36 gumenta eius concludunt. † Dic igitur breuius
iura in materia ſucceſsionũ tres principales cau-
ſas introduxiſſe: vnam ab inteſtato, alteram ex te
ſtamento. Tertiam verò per reductionem cauſæ
teſtamenti ad cauſam inteſtati, quæ multis & va-
rijs modis contingit, vt in præcedẽte titu. ſi quis
omiſ.cauſa teſtamenti. Prima igitur ab inteſtato,
ab omnibus reputatur indubia: quia ſtatim hæ-
res fit velit nolit: & cum ſuitate concurrit neceſ-
ſitas. Ob id filij, ſui & neceſſarij dicuntur, dicto
§.ſui. Inſtitu. de hæred. qualita. & differentia. In
ea etiam locum habet continuatio dominij ipſo
iure in ipſum filium, dicta.l.in ſuis.ff. de liber. &
poſthu. §. ſui. Inſtitu.de hæredi. quæ ab inteſta.
defer. Nec aliquis inficiatus eſt vnquam. Igitur
in ea non poteſt ſophiſticum argumentum Bal.
ſubſiſtere: & hoc fateatur ipſe inuitus. Imò licet
pater filium in poteſtate mortis ſuæ tempore nõ
habeat, adhuc inuitus hæreditati paternæ obli-
gatur, quamuis in hoc ſuus verè non ſit, vt eſt ſi
pater moriatur apud hoſtes: in quo caſu loqui-
tur hic noſter.§. Nam tunc in poteſtate morien-
tis non moritur qui alienæ poteſtati ſubiectus
eſt.& hoc per rationem.l. Corneliæ, vel econtra
per fictionem iuris poſtliminij.§.interdum. Inſti
tu.de hæred.quæ ab inteſta.defer.vbi alius caſus
in damnato de crimine perduellionis additur: &
de iure ciuili debitis & oneribus hæreditarijs effi
caciter obligatus remanet, fuit dubium de poſſeſ
ſione in dicta.l.quum hæres.in princi.ff. de acq.
poſ.per.l.quum miles.in princip.ff.ex quib.cau.
maior.ſed aditio ſeu immixtio ad id conſiderãda
non eſt.l.in ſuis.ff.de ſuis & legit.hæred. Ad ſe-
cundam, quæ eſt ex teſtamento, dic ſi filius hæres
inſtitutus eſt, & adhuc conſideratur ſui hæredis
exiſtentia, non ſolum quantum ad tranſmiſsionẽ
vt in.d.l.cum quidã.§.ſuũ.&.l.ventre.ff. de acq.
37 hæred.verumetiã quantũ ad plura alia. † Primò
de iure ciuili repudiare nõ poterat: quia inuitus
tenebatur patri hæres eſſe in teſtamẽto, dicto.§.
ſui.&.d.l.j.§.prætermittere.verſi. qui ſunt in po
teſtate.ſuprà titu.proxi.cũ multis alijs ſuprà rela
tis, & creditoribus hæreditarijs obligabatur.d.l.
neceſſarijs.ff.de acq.hæred.etiã inuitus ꝑ ea quæ
ſuprà dicta ſunt.&.l.lege Cornelia.in fi.ff.de te-
ſta.ibi, inuitus hæreditati obligatur.et velit nolit
Bal.debet hoc fateri. Secundò, ad cõfirmationẽ
libertatũ, vt dixi per.d.l.ſciendũ.&.l.quũ quaſi.
§.ſed & ſi quis.ff.de fideicõ.liber. Tertio, ad con
firmationem & reſtitutionẽ fideicõmiſsi vniuer-
ſalis tenebatur adire, & aditam hæreditatẽ reſti-
tuere: et nihilominus hæreditate reſtituta fideicõ
miſſario hæres manebat.§. reſtituta. Inſtit. de fi-
deicõ.hæredi.l.ita tamẽ.§.ſi pater filiũ.ff.ad Tre
bel.dixi ſuprà. Quarto, quantũ ad tranſmiſsionẽ
quod fatetur Bal.de quo in.d.l. vẽtre.ff. de acq.
hære.& in.l.iij.C.de iure delibe. Moder.Papiẽ.
in.l.emãcipato.C. ꝗ admitti ad bo.poſ. poſſunt.
de ea aliquid dicã in.l.iij.§. elegãter. infrà eo.tit.
Et alia plura quorũ meminit gloſ.in.d.l. ventre:
in verbo, relinquere.& Moder. Papien.in dicta
38 l.emãcipato. † Si verò filius exhæredatus eſt alio
hærede inſtituto, & eo legitimè exhæredato, ſui
hæredis exiſtentia non attenditur, quia locus eſt
teſtamento. Ratio, quia cauſa teſtamenti cauſam
inteſtati abſorbet.l.quandiu.ff.de acq.hæred.ſi-
militer & cauſam ſuitatis ratione indignitatis fi-
liorum ex delicto vel culpa eorum prouenientis.
§.aliud quoq.&.§.cauſas.in auth.vt cùm de ap-
pel.cogno. igitur falſa eſt exiſtentia. nõ eſt verũ
quoniã iſta longè differũt.§. per contrariũ. in fi.
Inſtit.de hæred.quæ ab inteſta.defer.ibi, ſed po-
teſt dici ipſo iure eſſe ſuum hæredem, ſed deſine-
re: & maximè hoc ꝓcedit de iure nouo, quo cau-
ſa probari & iudicari debet. d.§. aliud quoq.&
§.ſin autẽ hæc omnia.in auth.vt quũ de appel. co
gnoſ.colla.viij.dixi in auth.ex cauſa.C. de liber.
præter.vel exhæreda.tuetur enim lex ex bono &
æquo teſtantiũ voluntates, licet iuris ſubtilitas re
fragari videatur, vt inquit.l.filio.ff.de iniuſ.rup.
& irri.teſta. Et in hoc caſu Bal. nõ loquitur: ſed
tunc quum teſtamentum irritatur per querelam
ſeu ius dicendi nullũ, vel quũ filius inſtitutus eſt
hæres in re certa, & ad ſupplemẽtũ quartæ agit.
vtrũque membrum diſtinguamus, in qua minus
bene dicit Bald. In primis dum loquitur de teſtõ
ad cauſam inteſtati per querelam inofficioſi teſta
menti, vel bo.poſ.cõtra tabu. vel ius dicendi nul
lum reducto, vel quia teſtm̃ eſt falſum. Et miror
qualiter Bald.qui tot & tanta nouit, auſus ſit no
39 ſtros dentes ad id conſtringere. † Nam quod di
citur filium querelare vel cõtratabulare patris te
ſtamentũ, vel nullum dicere teſtamentũ, vbi legi
timè exhæredatus non eſt, vel eſt præteritus, pro
pter quæ teſtm̃ ad cauſam inteſtati reducit̃: hoc
ſuitas operatur, quæ patri quãdam neceſsitatem
imponit inſtituendi filios, quemadmodũ filijs ne
ceſsitas ſuſcipiẽdæ hæreditatis paternæ, & ſe pro
hæredi

hæredibus gerere impoſita eſt, quæ neceſsitas
probatur in.l.Gallus.in princ.&.l.inter cætera.
ff.de liber. & poſthu.l. filio.&.l.j. ff. de iniuſto,
rupto & irrito teſta. §.j. Inſtitu. de exhæreda.li-
bet.hoc melius declarat text.in.§. primum itaq;.
in authen.de hæred.& fal.colla.j.ibi, quia teſtan
tibus alijs quandam neceſsitatem imponit lex
diſtribuere quandam partem perſonis quibuſdā
tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis de-
beatur,quale eſt filijs & nepotibus patribus atq;
matribus.Addo.l.vxorem.ff.de manumiſ. teſta.
ibi,hæreditatem patris ab inteſtato, quaſi legiti-
40 mus poſsidet. † Vbi text. ille de filio ignoran-
ter à patre præterito loquitur, qui non obſtante
præteritione quaſi legitimus ab inteſtato poſsi-
dere dicitur. Ecce quid operatur ſuitas, & exi-
ſtentia ſuitatis.l. finali.ff.de hæred.inſtit.vt pro-
pter eam exhæredati vel præteriti filij cōſequan-
tur hæreditatem,& retro fingātur ſui fuiſſe,quia
nulliter exhæredati vel præteriti. Et vt dicit tex.
in.l.quum falſum.ff.de acquiren.hæredi.non po
teſt dubium ſuper exiſtentia ſuitatis cadere, ſed
ſuper ipſa aditione ſeu immixtione ſolùm.l. quū
quidem.§. fina. cum duabus legibus ſequen.eo.
titu. & ipſo poſtea adeunte ſeu ſe hæreditati pa-
ternæ immiſcente retro fuiſſe hæredem à morte
teſtatoris dicitur.l.hæres quandoque.ff.eodem.
de acquir. hæredi.interim autem quo rumpi po-
teſt vis teſtamenti quieſcit,dicta.l.ventre.in prin
cip.ff.eo.de acquir. hæredi. cum facultate tranſ-
mittēdi.per illum tex.l.ſi infanti.vbi Moder. C.
de iure delibe. Et pondera illum tex.in verſi.ſed
ſi hoc. ibi, iure patrio quaſi iam infanti quæſita
capere. & in verſic.ſi verò.ibi,quaſi ab initio nō
eſſent ad eum delatæ,& eo modo ad illas perue-
niant quæ vocabātur,ſi minime hæreditas infan-
ti fuiſſet delata. Et ſatis hoc vult gloſ. alleg. per
Bal.in.§.ſancimus.in verbo,parentes.in auth.vt
hi qui perhi.oblig.habere res minor.colla.vj.Et
in dicta.l. Gallus.§. & quid ſi tm̄. præſertim per
Aret.in expeditione ſecūdæ partis glo.in verbo,
41 emancipatus.ff.de liber.& poſth. † Plus dico,ſi
filius ſit præteritus, & ob id teſtamentum poſsit
nullum dicere:donec tamen nullū dicat, interim
lex ex bono & æquo teſtamentū tuetur: quia de
ſtricto rigore iuris ſecus eſt,dicta.l.filio.ff.de in-
iuſto,rup.& irri.teſta.ibi,licet ſubtilitas iuris re-
fragari videatur. &.l. ſi exhæredatus. vbi dicam
infrà eo. donec ergo dicatur nullum in ſuſpenſo
eſt,dicta.l.ſi exhæredatus.in verbo,ex euētu. Et
hoc ſuitas operatur, dicta.l. ventre.ibi,quandiu
rumpi teſtamentum poteſt,non defertur ex teſta
mēto hæreditas. Et illa ſuſpenſio teſtamēti pro-
cedit occaſione ſui præteriti.ſic ſuitas eſt quæ fa-
cit retro filium dominum.l. ſi exhæredatus.infrà
eo.ibi,ſi verò irritum teſtamentū factum ſit.quia
ipſius eſſent ſi viueret.ipſius, ſcilicet filij exhære
dati. omnia perinde aguntur ac ſi dominus eſſet.
& quod dicit,ac ſi dominus eſſet.hoc ideo dixit,

quia filius exhæredatus deceſſerat occiſus, antè
tamen quàm adiretur patris hæreditas. Et idem
tenuit glo.fin.in.l.poſthumo.C.de bo.poſ.con-
tra tabul. ibi, ſed dicit quòd adiuit hæreditatem
&c. quā illhic ad id notauit Pau. de Caſt. Alex.
& recentiores poſt Paul. reprehendentes in hoc
Iaſo. Et dum dicit Bald. per filium ſuum ſeu in
poteſtate exiſtentem quaſi contrahi.dic non eſſe
verum, ſed eum obligari ex vi & poteſtate legis,
eum ſuum hæredē facientis:ſicut in ſimili dicitur
in.l.j.ff. de conſtitu.pecu.&.l.ſi quis argentum.
§. finali. C. de donatio. ibi, nihilominus ex lege
42 noſtra neceſsitatē ei imponi etiam tradere. † Nō
enim poteſt dici in hoc caſu obligari ex contra-
ctu vel quaſi contractu, qui non ſua voluntate,
ſed velit nolit obligatur, & neceſsitate à lege im
poſita. Ideo procedit actio ex lege illa duode-
cim tabularum, quæ prima hanc neceſsitatem fi-
lijs impoſuit.Similis neceſsitas eſt in.l. ſi inter
tres.§.ſi quis creabitur.&.§.ſeq.ff.de excu.tuto.
l.fin.ff.de ſuſpe.tuto.nec verum eſt,illam obliga
tionē de iure prætorio tolli. quātumcunq; enim
filius beneficio p̄toris abſtineat(vt dixi)exiſten
tia tamen ſui hæredis ſiue ab inteſtato,ſiue ex te-
ſtamento remanet,dicta.l.j.§. qui ſunt in poteſta
te.ſuprà titu.proxi.& dicto.§. ſui.inſti. de hære.
quali.& differ. remanet enim ſemper vis & pote
ſtas legis ciuilis, licet lex prætoria beneficiū ab-
ſtinendi concedat, quæ exemptionem producit
filio,ſi ex vi legis ciuilis conueniat̄,ſcilicet quòd
abſtinuit,& probet ſe non immiſcuiſſe.l.j.&. iij.
43 C.de repudian.hæredi. † Et ratio eſt:quia lex ci
uilis ſemper in viridi eſt.l. Arriani.C. de hæreti.
& maximè, quia in ratione naturali, quam cauſa
pietatis induxit, vt patris ſint hæredes, cauſata
eſt,dicta.l.nihil.ff.de bonis libert.§. cæterùm.in
authent.vt quum de appella.cogno. colla.viij.l.
quum auus.ff.de condit. & demonſtra.l.ij.ff. de
inofficio.teſtamen. Et idem probat glo.in dicto
§. ſancimus.in verbo,parentes.per Bald.allega.
quam in hoc contra Bald. retorqueo. Et alia ra-
tione dictū Bal. ſuſtineri nō poteſt: quia prætor
nō poteſt aliquem hæredem facere.§.quos autē.
Inſtit.de bo.poſ.Si igitur prætor aliquem nō fa-
cit hæredem,ſed lex vel Senatuſconſulta tantùm
quomodo poteſt beneficium abſtinēdi inductū
de iure prætorio qualitatē ipſius iuris tollere, id
eſt,deſinere facere hæredem:certe non pōt. d.§.
quos autē. licet ex quadā æquitate poſsit ſubue-
nire,ne inuitus quis alienis debitis grauet̄,vt in-
quit tex.in.d.§.ſui.verſi.neceſſarij. Et hoc argu-
mentū fit in.l.paterfamiliàs.§. ſiue illud.& verſi.
reſpōdi q; prætor.ff.de priuil.cred. vbi etiā à iu-
44 recōſulto ſaluat̄. † Plus dico ſuprà dicta in filio
in re certa inſtituto à patre ꝓcedere, qui nō pōt
niſi ad ſupplementū agere,p.d.§.cæterū.in auth.
vt cùm de appell.cogno. dixi plenius in.d.auth.
ex cauſa.xcix.colum.& ſequentibus.C.de liber.
præteri. vel exhæreda. & eo exiſtente inſtituto

ſuus manet ex teſtamento, vti dictum eſt, licet in
re certa tñ ſuus eſt hæres. & quod de ſupplemen
to oppoſuit Bald. dic, quũ cauſa illa ſit cum iure
ſuitatis accreſcens, eius naturam ſapit, argu. l. ſi
conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pigno. actio.

Tertia concluſio, in emãcipato non erat dare
ſuitatẽ neq; exiſtentiã, quia in poteſtate nõ erat:
& hi tantùm ſui ſunt, qui in poteſtate patris inue
niuntur mortis tẽpore, dicto. §. ſui. Inſti. de hære.
quali. & diffe. Et ideo non aditã hæreditatẽ non
tranſmittebat, licet decreto prætoris ei emãcipa-
to ad ſimilitudinẽ filij in poteſtate exiſtentis ſub
ueniri velit, vt in dicta. l. ventre. in ſi. ff. de acqui.
hæred. dicam in. l. iij. §. fina. infrà eo. ſecus autem
de iure Codicis. l. iij. C. de iure deliber. vbi idem
notat Cinus, & in. l. vnica. C. de his q ante aper.
tabu. & in. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. hære.
vbique per Cinũ: & præſertim quum hodie ſub-
lata ſit differentia ſui & emancipati. l. maximum
vitium. C. de liber. præter. §. nullum. in authẽ. de
hære. ab inteſt. venien. colla. ix. ob id non poteſt
hic text. in emancipato verificari (vt dixi ſuprà)
45 poſt Ange. † quum iſto iure neq; iure prætorio
ſuus non eſſet, & ſoli ſui tranſmitterent, dicta. l.
vẽtre. licet ei poſtea ſuccurſum ſit ad ſui hæredis
exemplum, inquit illa lex, in ſi.

Quarta, Exiſtentia ſui hæredis confirmabat li
bertates, dicta. l. quum quaſi. §. ſed et ſi quis. & l.
ſciendũ. ff. de fideicõ. liber. non autem legata, vt
dixi ſuprà poſt Bar. hic. alleg. & bene. l. j. §. fi. ff.
vt in poſſ. lega. Hæc cõcluſio non ita ieiunè acci
pienda eſt. Ideo facio tibi quatuor dicta inter ſe
differẽtia. Primũ, quãdoq; filius hæres eſt ab in-
teſtato vel ex teſtamento, ſed abſtinet. Secundũ,
filius hæres inſtitutus non ex teſtamento, ſed cau
ſa teſtamenti omiſſa ab inteſtato adit vel ſe immi
ſcet. Tertium, filius quamuis inſtitutus ſit, nihilo
minus contratabulat vel querelat teſtamentum
tanquam inofficioſum, vel falſum dicit. Quartũ,
exhæredatus vel præteritus nullum dicit teſtamẽ
tum. vtrum omnibus iſtis caſibus debeantur le-
gata et libertates? De primo dic, filius hæres inſti
tutus quamuis abſtineat, hæres tamen eſt: & ex
æquitate libertates, non autẽ legata debentur, di
cta. l. quum quaſi. §. ſed & ſi quis. ff. de fideicõ. li
ber. dicta. l. j. §. ſi. ff. vt in poſſ. leg. & l. filio. ff. de
iniuſto, rup. & irri. teſta. ibi, quòd ſi bonis ſe pa-
tris abſtinuit: licet ſubtilitas iuris refragatur, atta
men voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebi-
tur. Et ſic de rigore iuris nõ deberent libertates,
46 ſed de æquitate. ſi filius abſtinet, debentur. † De
ſecundo dic, ſi filius ex teſtamento adire bona fi-
de omittat, & adit ab inteſtato, & vera ſit cauſa
aditionis, non debebuntur legata neque liberta-
tes. l. ij. C. ſi omiſſa cauſa teſta. l. ſi quis omiſſa. in
verbo, intercidãt. ſuprà titu. proximo. ſecus ſi in
fraudem: eo caſu & legata & libertates tam dire-
ctæ quàm fideicommiſſariæ, debebuntur. l. de li-
bertatibus. & l. ſi ſeruum. §. ſi. ſuprà titu. proxi.

& dicta. l. ij. C. eod. ſi omiſſa cauſa teſta. Idem di-
cas quando hæres moritur non adita hæreditate
quia teſtamentum reducitur ad cauſam inteſtati.
l. j. ff. de ſuis & legit. hæred. §. j. Inſtitu. de hæred.
quæ ab inteſta. deſer. quum enim ſine fraude ad
cauſam inteſtati reducitur, ex eo nihil debetur, ſi
cut & ſuprà dictum eſt, quando aliter ſine frau-
de cauſa teſtamenti omittitur & ab inteſtato adi-
tur. et de hoc loquitur iſte tex. De tertio & quar
to dic vbicunq; teſtamentum ad cauſam inteſtati
per querelã, vel bonorum poſſeſſionẽ contra ta
bulas, vel ius dicendi nullum, vel quia falſum eſt
reducitur, & filius in eis obtinet, & legata & li-
bertates de iure Digeſtorum intercidunt, neque
debentur. l. filio præterito. ff. de iniuſto, rupto, et
irrito teſta. ſecus autem de iure nouo, per dictam
authent. ex cauſa. C. de liber. præteri. vbi plenius
47 hunc articulum examinaui. † Hanc autem con-
cluſionem primò limita, niſi pater ignorans ſe fi
lium habere, eum præterijt, & quum teſtamentũ
irritum factum eſt, ſerui libertate donati in teſta-
mento iam in libertate quinquennio permanſe-
runt, fauore libertatis in ſeruitutem non reuoca-
buntur, ſed liberi manebunt, dicta. l. vxorẽ. ff. de
manumiſ. teſtam. qui tex. eſt pulcher ad proban-
dam quinquennij præſcriptionem. Secundò, niſi
teſtamentum ex benignitate irritetur propter fal
ſam cauſam teſtamento adiectam, propter quam
teſtator ad prætereundum filium motus eſt. ex
quadam enim æquitate etiam legata conſeruan-
tur. l. ſi. ff. de hæred. inſtitu. Et ratio, quoniam ex
adiectione illius falſæ cauſæ probatur coniectu-
ra pietatis, quæ in patre fuit, quũ filium præterijt
l. quum auus. ff. de condi. & demonſtra. l. Titius.
§. Lucius. ff. de liber. & poſthu. Adde illis alium
caſum, quũ ratione indignitatis filij, ab eo hære-
ditas aufertur, & fiſco acquiritur, tunc legata &
libertates à fiſco debebuntur. l. quum fiſco. infrà
eodem titu. vide alium caſum in. l. ex facto. §. Iu
lius Longinus. in fine. ff. de vulgari & pupilla.
ſubſtitu. Adde alium caſum in. l. & ſi ſine. §. ſed
48 quod Papinianus. ff. de minor. † De minore qui
abſtinuit, & ob id oportuit ſeruum neceſſarium
hæredem domini fieri cum libertate, licet minor
reſtituatur, manet tamen ſeruus liber.

Quinta, Duplicẽ eſſe ſui hæredis exiſtẽtiã. vnã
iuris, et alterã facti. Prima miniſterio legis fit abſ
que facto hominis, & eſt ea q̃ fit iure ciuili, quũ
ſuus ſtatim ſit hæres velit nolit. de qua prius dixi
§. ſui. inſtitu. de hære. qualit. & differ. l. lege Cor-
nelia. ff. de teſta. l. j. §. qui ſunt in poteſtate. ſuprà
titu. proximo. & ad eam faciendam non conſide-
ratur immixtio. l. in ſuis. ff. de ſuis & legit. hære.
Alterã verò & ſecundã facti, quæ per immixtio
nem fit ſeu aditionem. & iſta eſt, de qua loquitur
noſter tex. per quam non poteſt obligari debitis
hæreditarijs, niſi actualiter ſe immiſceat. l. neceſ-
ſarijs. ff. de acquiren. hæredi. Et iſta non eſt ne-
ceſſaria ad tranſmiſſionem hæreditatis. l. vnica.
C. de

C.de his qui ante apertas tabu.l.iij.C. de iure de
liber.&.d.l.vẽtre.ff.de acq.hære. de qua in.l.iij.
§.fi.infrà eo.vbi dicã. Et hãc differentiã, vt dixi,
49 tradit Bal. in.d.l.iij.C.de iure delibe. † Sed iſta
exiſtentia ſecunda,licet in hoc Senatuſcõ. conſi-
deref,non tñ abſorbet exiſtentiã iuris, quin ſem
per illa remaneat,vt dixi,ſiue immiſceat ſe filius,
ſiue abſtineat.d.l.filio.ff.de iniuſt.rup.& irri.te-
ſta.in ea parte.ſuprà ponderata per me.ibi,quod
ſi bonis patris ſe abſtinuit.in his verbis,licet ſub
tilitas iuris refragetur. Ecce qualiter de ſtricto
iuris rigore remanet ſui qualitas : licet ex bono
& æquo lex ad tuendam voluntatem reſpiciat.
Quare dico alterutrum eſſe conſiderandum in
hoc tex.aut quòd intelligatur de bac ſecunda exi
ſtentia facti,quam hoc Senatuſconſultũ vult con
ſiderari.d.l.neceſſarios.in prin.infrà eo.ad ſimi-
litudinẽ rationis iuris prætorij ꝓpter cõſequen-
tiam inflictionis pœnæ,vt dixi, dicto.§.nõ aliàs.
dicta.l.neceſſarios.&.l. lege Cornelia.§.fi. infrà
eodem.aut quòd intelligas hunc text.ſecundum
caſum.l. lege Cornelia.ff. de teſta.&.§. interdũ.
Inſtitu.de hæred.quæ ab inteſt.defer.l.apud ho-
50 ſtes.C.de ſuis & legit.hære. † de filio captiui in
quo text.noſter loquitur, qui propriè ſuus non
dicitur,vt inquit illa.l.lege Cornelia. ſuprà de te
ſta.ibi, quamuis ſuus hæres dici nõ poſsit qui in
poteſtate moriẽtis non fuit.l.iij.ff.de verb.ſigni.
Et in dicto.§.interdum.ibi, licet in poteſtate pa-
rentis mortis tempore ſuus hæres non fuit , ta-
men ſuus hæres parenti efficitur. Nota verbum,
efficitur. de quibus etiam in.l. Gallus.§. quod ſi
is.&.§.ſi eius.&.§.videndũ.ff. de liber.& poſth.
vbi plenius Moder.diſputãt.& in.d.l.ventre.de
ea videtur noſter text.loqui, quũ de filio captiui
loquitur, poſt mortem patris occiſo,antè tamen
quàm ſciret ſe hæredẽ eſſe : licet illa ſcientia non
impediat trãſmiſsionem propter exiſtentiam ſui
hæredis.d,l.apud boſtes.C. de ſuis & legi.hære.
licet poſsit ſilius adire,ſeu ſe immiſcere ſi vult, li
cet venter plenus & ob id incertus de quota ſuæ
ꝑtis.& ſic de facto bæres eſſe.l.quũ quidã.§.ſuũ.
ff.de acqui.hære.Et iſta nouiſsima eſt ſui exiſten
tia de qua lex noſtra loquitur:ſequere vtram ve-
lis.Et gloſ.noſtra in verbo, probat.ſequitur hãc
vltimam,dum inquit,patre captiuo filius pro cer
to nondum hæres erat.Reſtat videre argumenta
ſuprà facta de verſi.ſed in eo. ſuprà ead.l. Et dic
51 plus ſatis reſponſum eſſe, videlicet † quũ hære-
ditas ex teſtamẽto non aditur, quia ſi hæres ante
aditam hæreditatẽ moriatur,teſtamẽtum ad cau-
ſam inteſtati reducitur,vt dixi per.l.j.in princ.ff.
de ſuis & legi.hære.&.§.j.Inſtit.de hære.quæ ab
inteſta.defer. Et ideo nihil ex illo teſtamento de
betur:quia inutile redditum eſt (ſicut dictũ eſt)
quando hæres ſine fraude omiſſo teſtamẽto adit
ab inteſtato,quia nec libertates debẽtur,vt dictũ
eſt per.l. ſi qs omiſſa. ſuprà tit. proxi.nec quicꝙ
in hoc ſui hæredis exiſtentia operatur,quæ in le-
gata libertate in teſtamẽto attendi debet, quæ lo
cum habere non poteſt vbi hæreditas ex teſtamẽ
to non aditur. Verũ enim eſt dicere non extitiſſe
hæredẽ effectualiter,quum hæreditas ex eo adita
non ſit:præſertim in caſu huius literæ,quũ hæres
anteꝙ occiſus fuiſſet,certus de morte patris non
52 erat. † vnde illa incertitudo immixtionẽ nõ autẽ
tranſmiſsionẽ impediuit,vt dicã in.l.iij.§.fi.infrà
eo.ſecus eſt autẽ quũ quis abſtinet:quia iam hæ-
res fuit, quod ſufficit etiam momento eum fuiſſe
hæredem per.l. ſilius qui patri.ff. de vulg.ſubſt.
l.ij.&.iij.in verbo,illico.C.de poſth.hære. inſti.
& licet abſtineat, nomine tamẽ hæres manet,ſed
nõ effectu.Idẽ in eo q per fideicõmiſſum grauaf
hæreditatem aditam reſtituere.§.reſtituta.Inſtit.
de ſideicõ.hæred.ſecus autẽ in eo qui non adiuit
vel ſe immiſcuit ꝑuentus morte,& ſic abſꝙ dolo
et culpa ſua.vñ hæres effectualiter aliquo momẽ
to nõ fuit,intelligas per exiſtentiã facti(vt dixi)
quo caſu conſideraf exiſtẽtia ſui q̃ eſt iuris,quia
per teſtm̃,quantũ ad id abſorpta eſt per illã iuris
53 regulã. † Quandiu locus eſt ſucceſsioni ex teſta
mento, non eſt locus ſucceſsioni ab inteſtato.l.
quandiu.ff.de acq.hære. Nõ abs re eſt ſi ex eo te
ſtamento libertates non debeantur neꝙ legata:
quũ ſerui ſemper remãſerint hæreditarij, & cõſe
quenter effecti ſunt filij occiſi vel ſuorũ ab inte-
ſtato.nõ eſt igitur mirandũ ſi torqueri poſſunt.
at in illo.§.ſed in eo.ſuprà ea.l.iam adita erat hæ-
reditas,quãuis per fideicõmiſſum relicta eſſet li-
bertas. vnde fideicõmiſſaria ſuũ fundamentũ ab
aditione recepit.l.ij.&.iiij. ff. de ſideicõ. liber.l.
teſtõ.§.teſtõ.ff.de manumiſ.teſta.§.q autẽ.verſi.
directa.iuncta glo.in verbo,cõpetere.inſtitu.de
ſingu.re.ꝑ fideicõ.relic. Secũdò, põt aliter dici,
vt ille tex. nihil obſtet,ſed intelligaf hic tex. no-
ſter ſecundũ illũ.§.videlicet,vt is cui purè eſt reli
cta libertas nõ faciſr torqueaf, niſi particeps ſce
leris inueniatur. ſed prima eſt vera ꝓpter verba
quæ hic in tex.ponuntur,videlicet quia extinctũ
eſt legatum & libertas . hic enim non exiſtebat
hæres,ſed in illo.§.ſed in eo.ſecus, vt dixi. vnde
prima vera eſt,& vt dicit hic gloſ.in verbo,futu-
ri.ſi hæreditatem adijſſet, ſerui liberi effecti fuiſ-
54 ſent.l.à Titio.ff.de fur. † Ex qua habes legatum
ſtatim non deberi à morte teſtatoris, ſed tantùm
adita hæreditate. De quo dicam aliàs.

SVMMARIVM.

1 Obſequia patri à filio iure naturali debita, nullo pri
uilegio tolli poſſunt.
2 Priuilegium an poſsit quandoꝙ alio tolli priuilegio,
3 Filius nõ recognoſcit patrem in ſeruis peculij caſtrenſis.
Serui caſtrenſis peculij filij,torqueri poſſunt pro nece
patris.
4 Liberti liberorum an poſsint aliquo modo dici liber-
ti noſtri.
5 Actio famoſa patri in filium & contrà ratione caſtren-
ſis peculij conceditur.
6 Militia non eximit filium à patria poteſtate.

7 Beneficium ſanguinis non tollitur per ſuperuenientem cauſam, licet priuilegiatam.
8 Iniuria diuerſimode æſtimatur pro dignitate iniuriati.
9 Filius non vindicans necem patris, tanquam indignus vt filius dicatur, ab hæreditate repellitur.
10 Honor filio debitus, an etiã ad aſcẽdentes extẽdi poſsit.
11 Filius actionem iniuriarum intentare poteſt pro iniuria patri illata.
12 Filio patri ab inteſtato ſuccedente, hæreditas paterna cum caſtrenſi peculio confunditur.
13 Filio teſtamento condito moriente, non fit confuſio peculij caſtrenſis cum hæreditate patris.
14 Patria poteſtas in Senatuſcõſulto Sillaniano non prorſus obſeruatur.
15 Peculia caſtrenſia patre mortuo in diuiſionem inter fratres non deducuntur.
16 Priuiligiũ peculij caſtrenſis abſorbere neqt ius ſanguis.

§. Si pater necatus.

IVra ſanguinis & pietatis quo-
cunq; priuilegio ſuperueniente
non tollũtur. vel aliter: In pecu
lio caſtrenſi filij pater iura pieta
tis retinet. h. d. De primo plenè
tractatur in. l. ius agnationis. ff.
de pac. in. §. ſed naturalia. per
Io. Fab. & Ang. Inſti. de iure natura. glo. Bar. &
oẽs in. l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iure. & in. l. iura
1 ſanguinis. vbi dixi. ff. de reg. iur. † Et præſertim
obſequia quæ iure naturali patri filius debet, tol
li non poſſunt. c. eſt ordo. xxxiij. q. v. ſtatus etiã
mutatione ex patris culpa procedente. §. j. in fin.
verſi. ſi verò contigerit. in authen. de inceſt. nup.
colla. iij. Filius enim miſerias & occupationes pa
tris adiuuare debet. §. qſquis. verſi. ſed neq; agri
colã. in auth. quib. mod. natu. effic. legi. colla. vj.
l. mutus. §. manẽte. ff. de iure dotiũ. l. pe. ff. de bo.
liber. ecõtra pater filio, ꝑ ſuprà dicta. Et ideo pa
ter ſæuiẽs in filiũ, ſi pietatis officiũ exceſſerit, nõ
excuſatur, licet iuſta cauſa ad ſæuitiã duci potuit.
l. diuus. in fi. ff. ad. l. Pompe. de parrici. Idem in fi
lio. §. ſi vnum de prædictis. & §. ſi quis de prædi-
ctis. verſi. ſi autẽ aliqui. & §. cauſas. in prin. in au
2 thẽt. vt quũ de appel. cogno. colla. viij. † Ex his
dic in hoc text. probari, priuilegiũ priuilegio nõ
tolli. Cui adde conformem in. l. dotalem. vbi per
glo. ff. de teſta. mili. Materiam autem huius. §. ali
quantũ in. §. domini. iij. ſuprà ea. l. diſputauimus.
breuius igit̃ abſoluemus qđ ex ea reſtabit vltra
ea quæ in illo. §. domini. iij. annotauimus. Nota
in hoc Senatuſconſulto poteſtatem paternã non
cõſiderari. nam ſicut dñi appellatione filius emã
cipatus venit, licet in poteſtate patris nõ ſit: ſimi-
liter pater in hoc Senatuſcõſulto iure quodã ſin-
gulari à ſanguine proueniente in ſeruos filij emã
cipati appellatione dñi comprehenditur: tametſi
re vera dñs non ſit, neque filium in poteſtate ſua
habeat. probatur in verſi. licet non ſit in poteſta-
3 te filius. † Et dum loquitur hic tex. de ſeruis ca-
ſtrenſis peculij, in quo filius patrem nõ recogno
ſcit. l. fi. C. de inoffi. teſta. l. j. §. nec caſtrẽſe. ff. de
colla. bonorum. l. miles. ff. de caſtrenſi pecul. §. j.
Inſtitu. per quas perſo. nob. acqui. l. quum opor
tet. §. exceptis. C. de bo. quæ libe. Et in eis omnia
iura patriſfamiliàs habeat. l. iij. C. de caſtrẽ. pecu.
mili. lib. xij. Adeo vt patrem ex cauſa caſtrenſis
peculij filius conuenire, & à patre conueniri poſ
ſit. l. ſi quis vxori. §. j. ff. de fur. Plenè in. l. lis nul-
la. ff. de iudi. Non minus tamen hoc Senatuſcon-
ſultum vult ſeruos peculij caſtrenſis poſſe tor-
queri, ac de his, ſi pater offenſus eſt, vel occiſus,
ſupplicium ſumi, atque ſi ſerui proprij ipſius pa-
tris eſſent. Ex hoc dicit hic gloſ. in verbo, licet.
iſta eſſe correlatiua, quoniam idem de filijs di-
ctum eſt in dicto. §. domini. iij. verſicu. & ego pu
to. ſuprà eadem lege. Rationem huius dicti aſſi-
gnat hic Bart. cuius meminit in dicto. §. domini.
Nam communis eſt familia patris & filij. ob id
non obſtabit ſecundum eum. l. licet inter. §. pa-
4 ternos. ff. de verbo. ſignifi. vbi tex. † ille inquit,
libertos liberorum non rectè dici noſtros eſſe li
bertos: licet ecõuerſo paternos libertos, noſtros
dicere poſſumus. Et Bald. hic idem ſentiens cum
Bart. dicit hunc tex. hic eſſe notandum, vt pater
caput ſit familiæ filij, filius verò membrum: fa-
teor in filio in poteſtate & in cauſa peculij pro-
fectitij, cuius eſt dominus pater, vel aduentitij in
quo pater quoad viuit, vſumfructũ habet. l. quũ
oportet. C. de bo. quæ liber. ſed non in caſtrenſi-
bus vel quaſi, dicta. l. quum oportet. §. exceptis.
& l. quum multa. C. eo. de bo. quæ liber. l. vnica.
C. de caſtren. omnium pala. pecu. libr. xij. in quo
pleno iure domini ſunt, nec patrẽ in eo recogno
5 ſcunt. d. l. iij. C. de caſtren. pecu. mili. lib. xij. † Et
eo magis quũ rõne caſtrẽſis peculij actio famoſa
patri in filiũ & filio in patrẽ conceditᷣ. d. l. ſi quis
vxori. §. j. ff. de fur. vbi aliàs nulla ſimilis actio fi-
lio contra patrem nec econtra competere poſſet,
dicta. l. lis nulla. ff. de iudi. & l. ſi. C. qui et aduer.
quos. l. ij. ff. de obſeq. patro. præſtan. l. fi. C. de in
ius vocan. l. parẽtes. cum tribus. ll. ſequẽ. ff. de in
ius vocan. Et filij qui in poteſtate patris nõ ſunt,
ſeu qui ius habent à patre diſcretum, & in quo
pater ius patriæ poteſtatis explere non poteſt,
caput ſuæ familiæ ſunt, vt dixi in. d. §. domini.
iij. ſuprà eadẽ. l. per. l. pronunciatio. §. iure enim
proprio. & §. idemq; eueniet. ff. de verb. ſignifi.
ibi, nam & hic ſui iuris effectus propriã familiã
habet. & l. ſi hi qui. C. de filijsfa. & quemad. pa-
ter pro eis tene. lib. x. vbi idem notat Lucas. tex.
6 cum glo. in. l. certum. C. fami. erciſcũ. † Quanq;
filius miles propter militiã à patria poteſtate nõ
eximatur. l. iij. C. de caſtrẽ. pecu. mili. l. fina. C. de
ſilentia. li. xij. §. filiusfamiliàs. Inſtitu. quib. mod.
ius patriæ poteſt. ſolui. tamen per illas. ll. & l. iij.
C. de caſtrenſi pecul. milit. filius omnem ipſius
peculij adminiſtrationem habet. Verum eſt ta-
men patrem ab inteſtato caſtrenſe peculium filij
conſequi

conſequi,& eius hæredem eſſe.l.ij.ff.de caſtren.
pecul.l.intelligis.C.de caſtrẽ.pecul. milir.li. xij.
Conueniens eſt igitur, quum filius etiam miles
in poteſtate maneat, vt fauor patriæ poteſtatis in
rebus peculiaribus viuo filio attẽdi debeat,quẽ-
admodum & eo mortuo,in fauorabilibus maxi-
7 me: † quum(vt dictum eſt)ſuperueniens cauſa
quantumcũque priuilegiata beneficium ſangui-
nis non tollat.l.ij.§.in filijs.ff.de decurio.l. pen.
ff.de ſenator.per Bar.in.l.legatis.§.ſi ex officio.
ff.de leg.iij.inde eſt quòd pater pro iniuria filio
illata,& econtra,agere poſſunt, ipſis etiam reni-
tentibus & contradicentibus.l.j.ff.de liber.cau-
ſa.ibi,vt puta parenti,qui dicat filium in ſua po-
teſtate eſſe.Nam etiam ſi nolit filius, pro eo liti-
gabit.& ibi,verſa enim vice dicemus liberis pa-
rentum etiam inuitorum eandem facultatem da-
ri,etiam militi,licet aliàs in iudicio nõ audiatur,
in hoc tamen caſu admittitur.l.iij.§.militi.eo.tit.
de liber.cauſa.ff.de quo dic vt per Luc. de Pen.
in.l.quum ſcimus.iiij.col.C.de agri.& cenſi.lib.
xj.& eo magis in Senatuſcõſulto Sillaniano hæc
locum obtinere debent: quum gradus perſona-
rum,quæ occiſo ſuccedere poſſunt, diligẽter at-
tẽdãtur.l.ſi ſequẽs gradus. vbi dicetur infrà eo.
8 titu. † Iniuria autem diuerſimode ſecundũ digni
tatem aut patris aut filij æſtimari ſolet.l. quũ poſ
ſit.ff.de iniur.contemplatione enim filij in digni
tate conſtituti iniuria grauior æſtimari poteſt, q̃
ſi patri in dignitate non poſito facta eſſet: tamet
ſi pater dignitate filij nobilior fiat.§.generaliter.
in auth.conſti.quæ de digni.colla.vj. Cæterùm,
vt dictum eſt,hoc Senatuſconſultum quoddã na
turæ & pietatis officium diligenter pro reipubli
cæ bñficio vult conſiderari.l.j.C. de his quib.vt
indig.l.ꝑpter veneni.§. præſidis iniquitate. vbi
copioſius dicetur infrà eo.tit.à quo pietatis offi-
cio,etiam filij milites excuſari non poſſunt.l.j.in
princi.ff.de obſeq.patro.præſtan.dum inquit il-
le tex.Etiam militibus pietatis ratio in parentes
conſtare debet.Similiter de filio emancipato di-
citur in.l.nullum.eo.titu.l.j.in princi.ff. ſi quis à
9 paren.fuer.manumiſ. † Et hæc cauſa pietatis à fi
lio exquirenda eſt,adeo vt ſi filius ob vindican-
dam patris necem eam non impleuerit, à iure
intantum indignus iudicatur,vt pro filio non ha
beatur.l.ſi filius.ff.de iure patro.atque ſi probrũ
aut nefandũ aliquod facinus in patrẽ admiſiſſet,
dicta.l.j.in fi.ff.de obſeq.patro.præſtan.Nec ru
ſticitas in ſimilibus excuſatur. l. venia.C. de in
ius vocã.quam ad id ſingularem eſſe dicit illhic
Franciſ.Are.Non eſt igitur mirandũ,ſi in hoc di
caſ, filij ſeruos etiã caſtrẽſis peculij torqueri poſ
ſe,ſi pater occiſus eſt.Ex his Ange.infert,quem-
admodum vaſallus dominum offendens feudo
priuatur.ca.j.quibus modis feu.amitta. colla.x.
ſimiliter & qui patrem domini offendit.& quã-
10 quàm nihil alleget,tu illi adde: † quamuis regu-
lariter honor qui filio debetur,non ad aſcenden

tes,ſed ad deſcendentes ex ipſo filio ſolùm extẽ-
datur.l.j.ff.de ſenatori.in his tamẽ,in quibus na
turæ fauor conſideratur,ad aſcendẽtes etiã extẽ-
ditur.l.in ſacris.in princ. C. de proxi.ſacro.ſcri.
li.xij.l.fi.C.de priuile.ſchola.eo.lib.per quẽ idẽ
tenet Aluarot. in dicto ca.j.quibus modis feud.
amitta.colla.x.vbi addit.§.fin.in auth.de conſu-
li.colla.iiij. Et fortiori ratione in patre conclu-
dendum eſt,quàm in fratre vel ſorore ipſius va-
ſalli,cum quibus ſi per vaſallum ſæuiatur,priua-
tur feudo.§. item ſi fratrem.quibus modis feud.
amitta.colla.x.Intereſt enim filij patrem à nemi-
11 ne offendi. † Et ideo dictum eſt ſuprà, filiũ pro
iniuria patri illata agere poſſe actione iniuriarũ,
dicta.l.j.ff.de liber.cauſa.Ob id ſi vis opi. Bar.à
præcedente impugnatione defendere, potes di-
cere: Quum patri ſucceſſurus eſt filius, quo illi
ſuccedente vtriuſque familiæ confuſio fit, vt nõ
amplius niſi vnica ſit familia patris & filij,vt dici
tur in.§.ſeq.ibi, ſed quia commixta familia eſt.
Et hic tex.loquitur de patre occiſo,& ſic ab inte
ſtato defuncto,cuius filius factus eſt hæres, quia
in poteſtate patris erat quũ occiſus eſt pater: eo
tamen ſe immiſcẽte de iure prætorio, & hoc Se-
natuſconſulto,vel de iure ciuili,ſtatim factus eſt
hæres,ex conſequẽte vnicũ patrimonium.& vni
ca familia eſſe cœperũt.l.paterfamiliàs.§. at quũ
12 ſubſtitutus.ff.de priuile.credi. † Et eo modo hæ
reditatis paternæ & peculij caſtrenſis nulla erit
diſtinctio,quin de vtriſque æqualiter iudicetur,
per dictam.l.paterfamiliàs. Et quamuis hæc con
ſideratio pulchra ſit:tamen vera non eſt.Nam &
pater filio ab inteſtato ſuccedens,non hæredita-
tem,ſed peculium acquirere dicitur,dicta.l.ij.ff.
de caſtrẽ.pecul.ibi,nõ quaſi hæreditas,ſed quaſi
peculium patri deferũtur. &.l.j.eo. titu.ibi, ſine
teſtamento filio defuncto pater ipſi hæres nõ fit,
dicta.l.intelligis.C.de caſtren.pecul.mili.li. xij.
ibi,peculium eius penes patrem remanſiſſe, non
13 hæreditatem patri quæſitam. † Similiter econtra
rio ex perſona filij confuſio caſtrenſis peculij nõ
fiet cum hæreditate paterna filio teſtato decedẽ
te & iure militari teſtamentum faciente: quoniã
hæres in militari filij teſtamento ſcriptus,peculij
caſtrenſis tantum hæres erit,non autem delatæ ſi
bi à patre hæreditatis:& maxime ſi delata ſit pa-
tris hæreditas filio ignorãte patrem deceſſiſſe.l.
ex militari.in fi.ff.de teſt.mili.& actio quæ ex il-
la aditione ab inteſtato in illo caſtrenſi peculio
naſcitur, breuioris eſt vitæ, quoniã anno tantũ
durat.l.pater qui caſtrenſe.§.pater.ff.de caſtren.
pecul.Illa igitur ratio Bart.quæ de vnitate fami-
liarum loquitur,in caſtrenſi peculio haberi non
debet:ſed iſtud fauor ſanguinis offenſi & patriæ
14 poteſtatis, quæ in patre remanſit, † quamuis in
hoc Senatuſconſulto patria poteſtas omnino nõ
conſideretur,vt patet in verbis huius literæ,licet
non ſit in poteſtate filius:tamẽ cùm ea ſanguinis
cogitatio permittit ſeruos caſtrenſis peculij tor-

queri,confuſio caſtrēſis peculij cum paterna hæ
reditate qualitatem eius nō abſorbet.l. ſeruum.
ff. de iure patro.&.l.ſi quis hac lege.§. ſed ſi ca-
ſtrenſem.ff.qui & à quib.manumiſ.liberta.acci-
pi. Adde his pulchrum tex.in dicta.l.fi.C.de ſilē
15 tia.lib.xij.vbi etiam tex.prohibet, † caſtrēſia pe
culia in diuiſionem fratrum patre mortuo dedu-
ci: quum(vt inquit)non oportet labores eorum
alijs fructum vel lucrum afferre. Et ideo vult ea
filijs eſſe præcipua.l.vnica.C. de caſtren. omniū
pala.pecul.lib.xij. Et iſta ratio videtur mihi ve-
rior: quam(vt dixi)videtur hic amplecti Ange.
16 quoniā † priuilegium caſtrenſis peculij(vt dixi)
nō abſorbet ius ſanguinis. Et ſic priuilegium ſu-
perueniens primum non tollit.

SVMMARIVM.

1 Serui & aliæ res mariti non ſunt propriè vxoris,aut contrà.
2 Dominium rerum dotalium penes vxorem ſemper remanet.
3 Meum eſſe iudicatur id quod vendicare poſſum.
4 Dominium eiuſdem rei apud plures inſolidū eſſe non poteſt eodem tempore.
5 Paraphernalia an differant à rebus dotalibus.
6 Serui dotales ſunt vxoris proprij,& non viri.
7 Dominium dotis non transfertur in maritum per legis ſubtilitatem.
8 Traditio dotis viro facta ab vxore an ſufficienter operetur translationem dominij.
9 Traditio rei quando dominij translationem operetur, & quando non.
10 Vſusfructus rei conceſſus alicui,in eius bona ſeu patrimonium tranſit.
11 Mulier quo animo ſeu intentione res ſuas marito in dotem dare præſumatur.
Dos ob quam cauſam marito tribuatur.
12 Animus vxoris dotem marito dantis à lege interpretationem recipit,ſi non apparet alioqui qualis fuerit.
13 Maritus per dotis traditionē rei dotalis dominus non conſtituitur.
14 Dominium nemini traditione nuda acquiritur.
15 Vxor rerum dotalium domina manet naturali iure & ciuili,ſicut filius rerum paternarum dominus.
16 Hypothecaria quo caſu concurrat cū rei vendicatione.
17 Dotales res æſtimatæ in quibus differāt ab inæſtimatis.
18 Euictio datur pro rebus dotalibus, quarum periculū ad maritum ſpectat.
19 Vxor marito res dotales tradit æſtimatas, non vt in eū transferat dominium,verū vt dotis cauſa habeat eaſdē.
Maritus dotē inæſtimatam, quamuis vxore conſentiēte,non poteſt alienare.
20 Res dotales omnino ſunt inalienabiles.
21 Maritus res dotales nullo modo in alium transferre poteſt.
22 Seruus dotalis hæres inſtitutus,vxore diſſentiente non poteſt adire.
Seruus dotalis vxori acquirit hæreditatem ſibi relictā.
23 Seruus dotalis ante matrimonium inſtitutus hæres,mulieri ſoli quærit,& etiam poſt diuortium.
24 Hæreditas ſeruo dotali ſimpliciter relicta matrimonio conſtante,mulieri quæritur.
25 Ius peculij per ſeruū dotalem quæſiti quo caſu ad maritum,& quo ad vxorem ſpectet.
26 Maritus duplex ius habet in quæſitis per ſeruum dotalem.
27 Operæ ſeruorum in fructu ſunt annumerandæ.
28 Peculium vxoris apud ſeruum dotalem exiſtens, an ſit diſtinctum à rebus mariti,quæ in peculio ſunt dotalis ſerui.
29 Res dotales commixtæ cum rebus mariti non confunduntur ſimul.
30 Mulier libera an & quo caſu pro contractu ſerui dotalis teneatur.
31 Seruus dotalis hæres inſtitutus iuſſu mariti adire debet, & non vxoris.
32 Seruus dotalis qualitercunque aditam hæreditatē vxori & non viro quærit.
33 Aditio plus iuris quàm facti habet, licet aliquid facti habeat neceſſariò.
34 Mulier rei dotalis poſſeſsionē cum iure vtendi & fructus percipiendi in maritum transfert.
35 Iuſſus mariti quare neceſſarius in adeunda vel repudianda per dotalem ſeruum hæreditate.
36 Iuſſus mariti de adeunda hæreditate per ſeruum dotalem quid operetur.
37 Poſſeſsio rei dotalis penes maritum reſidens, impedit vxorem quo minus iubere poſsit ſeruum dotalem adire vel repudiare.& nu.38.
39 Marito per iureconſultum conſulitur ne in omnē euentum integram dotem reſtituere compellatur.
40 Seruus dotalis in quibus differat à ſeruo fructuario.
41 Fructuarius in quo differat à fideicommiſſario.
42 Pater an maiorem habeat in filium autoritatem, quàm tutor in pupillum.
Filius in poteſtate ſine patris iuſſu hæreditatē ſibi delatam non poteſt adire.
43 Seruus dotalis hæreditatem ſibi delatam aditurus vxori per maritum eſt reddendus.
44 Maritus rei dotalis dominus non eſt, ſicut nec vſufructuarius rei in qua vſumfructū habet, eſt dominus.
45 Vxor an conſtante matrimonio poſsit rem dotalem à marito venditam vendicare,& quare.& nu.46.
Maritus dotem quam vendidit reuocare poteſt.
47 Maritus re dotali quam vendidit,matrimonio conſtante vti non poteſt,nec eandem vendicare.
48 Dominium ex contractu transfertur cōtra prohibitionem cauſatiuam.
49 Alienatio dotis cauſatiuè tantùm prohibita eſt: quo fit vt maritus quam alienauit,per ſe reuocare nequeat.
50 Vxor conſtante matrimonio res dotales à creditoribus mariti occupatas vendicare non poteſt.
51 Proprietarius,fundum fructuarium quem vſufructuarius vendidit,vendicare non poterit viuente vēditore.
52 Mulier dotem per maritum venditā, quoad durat matrimonium, non vendicat.
53 Vxor donationis ante nuptias dña eſſe præſumitur.
54 Fructuarius nouum opus nunciare & vſumfructū vendicare poteſt.
55 Conductor fundi ipſum fundum etiam à domino vendicare poteſt.
56 Conductor rei ad tempus cōductionis durante tempore rem conductam à locatore, ſi impediatur, vendicat.
57 Maritus an poſsit ſeruum dotalem libertate donare.
Maritus non exiſtens ſoluendo,ſeruum dotalem manumittere nequit.
58 Maritus qui eſt ſoluendo res dotales mobiles alienare poteſt.

Manum

59 Manumiſsio ſerui dotalis per maritum facta quando valeat.
60 Res dotales quæ alienari poſsint & quæ non.
61 Res dotalis ſiue mobilis ſiue immobilis iure nouo alienari non poteſt.
62 Maritus rei dotalis dotaliter eſt dominus, vxor autem vera domina eſt.
63 Mulier ſoluto matrimonio ius habet omnes res dotales vendicandi.
64 Vxor ſpecialis hypothecæ ius habet in rebus dotalibus.
65 Dos iure nouo non conſentiente vxore alienari non poteſt.
66 Res dotalis etiam mobilis eſt proſſus inalienabilis.
67 Manumiſsio ſerui dotalis facta à marito, an cum cæteris rebus dotalibus per vxorem reuocetur.
68 Res dotales etiam vxoris conſenſu alienatæ reuocãtur, ſi ea indemnis ſeruari nequeat.
69 Libertas ſerui an ſit dote vxoris fauorabilior.
70 Dos an iure nouo poſsit in aliqua parte alienari.
71 Res dotales, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, alienari nequeunt.
72 Maritus matrimonio conſtãte an poſsit dotẽ alienare.
73 Vxor dotis alienationi conſentiens an ſibi ipſi præiudicet.
74 Vxor conſentiens alienationi rerum mariti, ſibi præiudicium affert.
75 Priuilegiũ quo dos alienari vetatur, quo ſit introductum iure.
76 Res dotales æſtimatæ ab inæſtimatis differunt iure Digeſtorum.
Rerum dotalium multiplex diuiſio.
77 Res dotales æſtimatæ viro traditæ, illi ſtatim acquiruntur.
78 Maritus caueat res dotales æſtimatas recipere.
79 Res mobiles quale inter ſeſe diſcrimen habeant.
80 Vſus ſeu vſusfructus rerum vſu conſumptibiliũ ſi concedatur, qua ſpecie mortuo vſuario vel capitis deminutionem paſſo ipſæ res reſtituantur.
81 Pecunia in dotem data, marito perit, & quare.
82 Mulier in cauſa dotis æquè priuilegiata eſt minori in præſcriptione impedienda.
83 Maritus quam ob cauſam res dotales mobiles ſuo periculo interituras diſtrahere poſsit.
84 Maritus res dotales inæſtimatas nõ conſiſtentes in pondere, numero aut menſura non tenetur alienare, quum vxoris cedant periculo.
85 Alienatio rerum dotalium nõ prohibetur, ſi ex ea vxoris conditio futura ſit melior.
86 Mulier hypothecariam actionem obtinet ad confirmationem vendicationis rerum dotalium.
Legatum rei puræ debitæ eſt validum.
87 Legatum de re debita factum dominij ipſius rei trãslationem operatur.
88 Legatum quando legatario inutile cenſeatur.
89 Legatum rei debitæ ad quid valeat.
90 Actio hypothecaria ad quid mulieri dotem vendicanti concedatur.
91 Vxor rem dotalem per maritum alienatam & in vxoris vtilitatem conuerſam vendicare non poteſt.
92 Locupletior fieri nemo debet cum iactura aliena.
93 Alienatio rerum dotalium quare prohibenda.
94 Res dotales quæ ſeruari non poſſunt, per maritum alienari poſſunt: quæ verò non ſeruantur, duobus tantum caſibus alienari permittuntur.
95 Maritus quo modo facultatem rerum dotalium alienãdarum habere dicatur.
96 Maritus in dotem accipiens res in pondere, numero & menſura conſiſtentes, alias eiuſdem generis reddere tenetur, quòd vtendo æſtimatione varientur.
97 Seruus dotalis quare hodie manumitti nequeat.
98 Res dotales immobiles de iure Digeſtorum nõ poſſunt alienari.
99 Alienatio rei dotalis quibus concurrẽtibus de iure Authenticorum valeat.
100 Alienatio rei mobilis dotalis qualiter & quãdo per maritum alienari poſsit.
101 Maritus de quarum rerum dotalium interitu teneatur.
102 Maritus abutens rebus dotalibus, de periculo & interitu tenetur.
103 Seruus dotalis manumiſſus in rerum exiſtens natura venit nomine mobilium.
104 Actio hypothecaria ad vendicandas res dotales mulieri non conceditur, niſi cauſa rei vendicationis confortãdæ eidem mulieri competentis.
105 Hypotheca mulieri conceſſa rei vendicationi per viam exceptionis magis accedit, quàm quòd ipſi ea opus ſit.
106 Hypotheca mulieri competens quocunque alio iure etiam anteriore potior cenſetur.
107 Factum contra legem quando valeat, & quando non. & nume. 108.
108 Dolus contractum annullat cui cauſam dedit.
109 Maritus de euictione rei dotalis, quã vendidit, tenetur.
110 Maritus nomine vxoris ſuæ rem dotalem alienatam vẽdicare poteſt.
111 Commercium rei dotalis non quantum ad maritum, ſed quo ad vxorem prohibetur.
112 Contractus contra prohibitionem legis factus eſt ipſo iure nullus.
113 Maritus aut vxor quo caſu rem dotalem alienatam vendicare poſsit matrimonio conſtante.
114 Alienatio rei dotalis mulieris tantùm fauore ꝓhibetur.
115 Contractus cum marito aut œconomo initi, in eorum præiudicium ſunt validi.
116 Euictio nulla cadit, vbi nulla obligatio contrahitur.
117 Vendicatio mulieri contra emptorem rei dotalis conceſſa, non perſonalis tantùm cenſetur, quinimo & ipſi conceditur.
118 Maritus vxoris prædefunctæ dotem hæredibus reſtituere tenetur.
119 Maritus de euictione dotis vindicatæ tenetur.
120 Maritus rem dotalem alienatam vendicare non poteſt nomine vxoris, ſi ipſa vxor per ſe nequeat vendicare.
121 Maritus quare agere non poſsit ad vendicandam rem dotalem per ſe alienatam.
122 Reipublicæ qualiter interſit mulieribus dotes conſeruari.
123 Matrimonium iure ciuili varijs ſoluitur modis.
Maritus tanquã procurator vxoris agere poteſt ad vendicandam dotem per ſe alienatam.
124 Actio de dote nõ publica, ſed mulieris priuata dicitur.
125 Maritus ad dotis reſtitutionem cõpelli nequit, niſi aut ea male vtatur, aut ad inopiam vergat.
Dotem alienari non poſſe qualiter intelligi debeat.
126 Maritus rem dotalem quam alienauit quã ob rem vendicare nequeat.
127 Contractus de re dotali cum marito factus, non nullus eſt, ſed in eius præiudicium eſt validus.
128 Maritus dotem, quam alienauit, vendicare nequit.
129 Alienans res eccleſiæ tenetur ad earũdem reſtitutionẽ,

130 Epiſcopus vel ſacerdos rem eccleſiaſticam alienans, cõdignam ſubire debet vltionem.

131 Creditor qui accepit vſuras à debitore promiſſas, qualiter eas vendicet.

132 Sacerdos ab adminiſtratione depoſitus, nihilominus remanet ſacerdos.

133 Alienans non poteſt fructum percipere ex rebus quas alienauerat reuocatis.

134 Alienatio rei eccleſiaſticæ nulla eſt quo ad eccleſiæ præiuditium, licet alienanti præiudicet.

135 Ius ciuile in rebus dotalibus iuri canonico præferendũ.

136 Emptor malæ fidei quo caſu actionem habeat ad precium repetendum.

137 Solennitas per errorem omiſſa quando excuſet.

138 Oeconomus qui rem eccleſiaſticam alienauit, non poteſt eam poſtmodum vendicare.

139 Oeconomus rem eccleſiaſticam aliẽnãs debet vt ſuſpectus remoueri.

140 Prælatus ob rei eccleſiaſticæ alienationem ſuſpectus iudicatur, & ei coadiutor dari debet.

141 Procurator qui in ſuo officio doloſe verſatus eſt, an reuocare poſsit quod male alienauit.

142 Contractus per œconomum eccleſiæ initus in præiudicium eccleſiæ, eſt reuocandus, licet œconomo præiudicet.

Prælatus contrahere poteſt in ſuum ipſius præiudiciũ, ſed non affert eccleſiæ detrimentum.

143 Præſcriptio non currit contra eccleſiam in re per prælatum alienata, eo qui alienauit, viuente.

144 Prælatus res eccleſiaſticas alienans contrauenit iuramẽto proprio.

145 Alienatio dotis eſt marito prohibita.

146 Vxor conſentiens alienationi dotis an ſibi præiudicet.

147 Reipublicæ derogari nequaquam poteſt priuatorũ pacto, quamuis firmato iureiurando.

148 Alienatio dotis non valet in præiudicium mulieris.

149 Intereſſe publico renũtiare nemo põt, priuato verò ſic.

150 Dos filijs aliter obligatur iure ciuili, quàm ex ſucceſsione aut aui vel patris contractu.

151 Dos fauore filiorum alendorum eſt quouis creditore priuilegiatior.

152 Dos adeo fauorabilis eſt, vt pro ea in dubio præſumatur.

153 Mulieres à viris facillimè circunueniuntur.

154 Iuramentũ mulieris de non vendicanda dote eſt ei duobus reſpectibus diſpendioſum.

155 Canoniſtæ varijs erroribus ſcatentes à iuriſconſultis taxantur.

156 Iuramentum iurantem ſolum ligat, & non eius hæredem: eſt enim quid perſonale.

157 Contractus mulieris & ſi iuramento firmetur, effectus tamen eius per abſolutionem tollitur.

158 Prohibitio alienationis dotis rem reſpicit, & non perſonam.

159 Dos fauorabilior eſt ea donatiõe, quæ fit ante nuptias.

160 Authentica, ſacramenta puberum. quam ob cauſam à Frederico imperatore edita.

161 Iuramentum contra iuris communis regulas emiſſum, non eſt ſeruandum.

162 Reſtitutio mulieri & impuberi conceditur aduerſus cõtractum iuramento firmatum.

163 Contractus mulieris vel impuberis iuratus, abſolutione impetrata efficitur nullus.

164 Prælatus quando per ſe contractum quem de re eccleſiæ fecit reuocare poteſt, & agere pro eccleſia læſa.

165 Contractus quibus caſibus poſsint iuramento firmari, & quibus non.

166 Alienatio dotis nedum mulieris fauore, ſed & liberorũ cauſa prohibetur.

167 Filius iudicis officio cogere poteſt patrem dote abutentem, ad eandem conſignandam.

168 Dos ideo alienari prohibetur, ne mulier in repentinam incidat inopiam.

169 Dominium quadruplex eſt, vendicatiõis ſcilicet, diſpoſitionis &c.

170 Priuilegium dotis ad hæredes eſt tranſmiſsibile.

171 Maritus & vxor liberos dote non debent priuare, aut donatione propter nuptias.

172 Liberis reſeruari debet totum id quod ex matrimonio, in quo procreati ſunt, ad virum aut vxorem peruenit.

173 Dominium dotis quale ſit penes maritum.

174 Dominium fruitionis quod dicatur.

175 Vxor eſt rerũ dotalium proprietaria, hoc eſt, proprietatis domina.

176 Mulieres de facili à principe aduerſus contractus per ſe initos reſtituuntur.

Commixtio familiarum non operatur dominij tranſlationem in virum aut vxorem.

177 Maritus paciſcens alimenta ſibi dari, vxori etiam cenſetur paciſci.

178 Maritus in cauſa vxoris non eſt idoneus teſtis, neque contrà.

179 Maritus & vxor quare pro ſe inuicem teſtimoniũ prohibere nequeant.

180 Seruus vxoris an debeat pro ea teſtificari potius quàm pro viro.

181 Domus vna eſt viri & vxoris.

182 Vxor an gaudeat mariti priuilegio, remiſsiuè.

Extenſio de vna perſona ad aliam in fauorabilibus eſt licita.

183 Coniunx, pro ſocero teſtis eſſe nequit.

Socer venit patris vocabulo.

§. Si uir.

HVNC. §. pro maiore parte examinaui in. §. domini. iij. verſi. de matris. ſuprà ea. l. Et. h. d. Licet mariti & vxoris familiæ diuerſæ ſint: tamen earum commixtione vſus communis erit, & hoc Senatuſconſulto comprehendentur. vel ſic: Tanta eſt vis matrimonij vt vnam domum faciat vir & vxor. hoc dicit.

Præmitte igitur quod diximus in. d. §. domi-
1 ni. iij. verſic. de matris. † vt ſerui mariti propriè vxoris non ſint, neque econtra, res vxoris mariti non ſunt. probat iſte tex. in his verbis, neque viri ſerui propriè vxoris dicantur, neque vxoris propriè viri. idem in. l. ſed & ſi vir. §. fina. ff. de dona. inter virum & vxorem. qui tex. videtur huic tex. contrariari, ibi, quæ in vſu communi erant, non dicentur. & ſic per ipſum matrimonium familiæ viri & vxoris miſceri non cenſentur, vt vna domus vel familia fiat, ſed diuerſæ remanẽt, niſi ſpecialiter communes ab eis factæ ſint. Nec videtur

hoc

tantum in his ſeruis vel rebus , quas mulier vltra
dotales præcipuas habet,procedere,ſed etiam in
2 dotalibus: † vt quãuis marito in dotem datæ ſint
dominium tamen nõ mutant,ſed ſemper vxoris
manent.l.ſi conſtãte.§.ſi maritus.in fi. in verbo,
alienis.ff.ſolut.matri. vbi ſeruos dotales alienos
vocat:licet maritus fructum dotis conſequatur.
l.fructus.&.l.diuortio.ff.ſolu.matrimo.l. quod
dicitur.&.l. neque.ff.de impen. in reb.dota.fac.
intellige ſolum de fructu.quia ſi lapides ex lapi-
ciditis vel arbores fructus nõ eſſent, augerẽt do
tẽ.l.ſi ex lapicidinis.ff.de iure dot.ſoluto etiã ma
trimonio res ipſas cum rebus accreſcentibus do-
ti reſtituit.l.aditio.ff.de acqui.hæred.l.ſi marito.
§.fi.ff.ſolut.matri.Et ob id poſſet hic diſputari,
an in rebus dotalibus maritus dñiũ acquirat:hic
ꝓbaĩ quod nõ,quicquid dicat glo.in.l.doce an-
cillam.C.de rei vendic. & in.l.ſeruus dotalis.in
verbo,mariti.ff.ſolu.matr.&.§.j.inſti.quib.alie.
licet vel non.& in.l.in rebus.C.de iure dot.quæ
opi.glo.communior eſt.Pro qua glo. multa alle
gat in dicta.l.in rebus.quæ vtraque opinione di
ſputata in opi.Bulga.& Io.inclinauit,reprobata
Marti.opinione,& præſertim per.l.ſi prædium.
C.de iure doti.l.Quintus.§.argento.&.§.ſeq.ff.
de auro & argen.lega.ibi, quia non videtur ſuũ
3 eſſe quod vendicari non poteſt. † qui ergo ven-
dicat,ſuum dicere poteſt quod vendicat.ſed ma-
ritus vendicat dotem,econtra mulier non vendi
cat.l.doce ancillam.C.de rei vẽdi.Igitur dos ſua
eſt,& quæ ſua facta eſt per traditionem ab vxo-
re vel nomine vxoris factam.§. per traditionem.
inſti.de rer.diuiſio.qui tex.videtur multum vr-
gere in fi.ſui. Et hoc nouiſsimum argumentum
multùm conſideratum eſt ab his qui glo.ſequun
tur,præſertim Cino,Bal.& alijs,Are.& Chriſto
phor.Porc.in.§.j.inſti.quib.alienare nõ licet.vt
ſit cauſa acquirendæ poſſeſsionis.l.j. & per totũ
titu.ff.pro dote.l.Pomponius.§. in dotem.ff. de
acquirẽ.poſ.de quo capitale facit Bald.maxime
quum cauſa dotis ordinata ſit ad translationem
dominij,vt ſecuta traditione dominium de iure
gentium acquiratur,& dos de iure gentium ſit.l.
eas.ff.de capi.diminu.inſiſtunt etiam vno argu-
mento ex prioribus procedente videlicet ex im-
4 poſsibilitate iuris † quod prohibet dominiũ in-
ſolidum apud plures eſſe eodem tempore.l. ſi vt
certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commoda.vnde
ſi apud maritum dominium eſt, per traditionem
ab vxore ex cauſa habili ad transferẽdũ & acqui
rendum dominium factam non poteſt apud vxo
rem remanere.huius argumenti gloſ.meminit in
dicta.l.in rebus.C.de iure do.& plurium aliorũ
quæ ſedulus lector videre poteſt.Et licet Marti.
inter ius naturale ſeu ius gentium & ciuile diffe-
rentiam ponat, vt de iure ciuili verum ſit,maritũ
dominum eſſe rei dotalis:de iure autem naturali
ſeu gentiũ ſecus,dicta.l.in rebus.Circa hanc dif-
ferentiam nunc non inſiſto. Tamen pro Marti.
contra glo.plura ſunt.in primis contra gloſ. eſt
hic tex.quẽ ſuprà notaui in his verbis, neq; vxo-
5 ris propriè viri. † Et ſi vis inter res dotales & pa
raphernales,ſeu eas quas vxor vltra dotẽ habet,
differentiam conſtituere,& dicas hunc tex.de pa
raphernalibus tantum loqui.ſimiliter &.l.ſed &
ſi vir.§.fi.ff.de dona.inter virum & vxorẽ.tamẽ
quod in hoc nõ ſit inter eas differẽtia, eſt tex. cla
rus in dicta.l.ſi cõſtãte.§.ſi maritus.ff.ſolu.matri
monio.Cui hactenus non vidi datum conueniẽs
reſponſum in his verbis, attamen ſæuitia quæ in
proprijs culpanda eſt , in alienis coercenda eſt.
hoc eſt,in dotalibus. quæ ſunt originalia verba
illius legis. Ecce quomodo res dotales non eſſe
viri dixit,ſed omnino alienas,& proprias vxoris
etiã conſtante matrimonio remanere.Et rurſum
in capite illius.§.quos primò dotales vocauerat,
ſeruos vxoris tantùm dixit. licet dictio, tantùm.
præcedentes non arctet:quũ inquit ille text.& ſi
6 quidẽ tãtùm in ſeruos vxoris ſæuus fuerit. † Ec-
ce quomodo ſerui dotales proprij vxoris dicun-
tur,& non viri.Tertiò,dicta.l.in rebus.C.de iu-
re dot.quæ præter omnem calumniam res dota-
les in dominio vxoris manere dicit. Probaĩ pri-
mo in his verbis,& naturaliter in eius permanſe
runt dominio:quæ verba fecerunt Marti.varia-
re vt voluerit ex illis verbis affirmare, mulierem
de iure naturali dominam dotalium rerum per-
manere,non autem de iure ciuili.ſed hæc iurium
differentia,vera non eſt.Et ſatis probat verſi. nõ
enim.qui haud multo pòſt ſequitur:in quo pro-
batur, dominium dotis etiam de iure ciuili in ma
ritum non tranſire,ſed tranſitum ſolum de manu
mulieris fieri in manus viri,dominio apud mulie
rem manente:dum inquit,Non enim quod legũ
ſubtilitate tranſitus earum in mariti patrimoniũ
videtur fieri,ideo rei veritas delata vel confuſa
eſt.Ex quibus dico duo clarè probari. Primum,
ſolum tranſitum in poſſeſsionem ſeu in bona ma
riti fieri.ob id videtur(inquit ille tex.)ex ſubtili
tate legum dici dominium tranſire in maritum.
7 ſed hoc falſum eſſe dicit. † Non enim(inquit)il-
la ſubtilitas legis,quæ ſuper tranſitu cauſatur,fa
cit dominium dotis in maritum transferre , quia
re vera cum patrimonio non defertur neque con
funditur.Hoc planè probat ille tex. quũ inquit,
non enim quòd tranſitus fit in patrimonio mari-
ti,videtur veritas rei ita eſſe: non ergo transfer-
tur dominium.Similiter hoc vult iſte tex.dum di
cit,neque viri ſerui,propriè vxoris dicãtur: neq;
vxoris,viri:ſed quia cõmixta familia eſt , & vna
domus eſt.Conuenit ad id illa.l. in rebus. in his
verbis,delata vel confuſa eſt. Ecce quãquam in
maritum res dotales tranſeant , ſeu bona viri &
vxoris per conſtitutionem dotis miſceantur : nõ
tamen earum dominium in maritum transfertur
neque confunduntur. Ex his clara patet ſolutio
ad.§.per traditionẽ.in fi.inſti. de re. diuiſio. per
8 quem gloſ. & ſequaces innuere videntur, † per

traditionem dotis ab vxore viro factam ſufficiē-
rem eſſe cauſam trāsferendi dominij. ſed cum pa
ce tantorum patrum dixerim, nō puto hoc verū:
licet ille text. in capite ſui dicat, per traditionem
acquiri dominium & transferri. & in fi. inquit,
ſed ſi ex cauſa donationis aut dotis, aut qualibet
alia ex cauſa tradantur, ſine dubio transferūtur,
id eſt, ſecundum gloſ. dominium earum transfer
tur. Non puto tamen ſic intelligendum: quoniā
ratio illius. §. in principio ſui poſita multum huic
expoſitioni aduerſatur, dum inquit: Nihil enim
tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm vo-
luntatem domini volentis rem ſuam in aliū transſ
9 ferre, ratam haberi. † vbi igitur tradentis volun-
tas non erit transferendi dominium: traditio, do
minij translationem non operabitur: tranſitum
autem bene operabitur, prout illa. l. in rebus. in
duabus ſuis partibus clarè oſtendit. Prima eſt in
his verbis: nō enim quod legum ſubtilitate trāſi
tus earum in mariti patrimonium videtur fieri,
ideo rei veritas delata vel confuſa eſt. Diligēter
notanda ſunt hæc verba, videtur fieri. Secundo
dum dicit, in patrimonium viri: quod idem eſt et
fortiori ratiōe ac ſi diceret, in bona viri. Tertiò,
probatur in verſi. volumus. in eadem. l. in rebus.
ibi, vel ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti
ſubſtantiam perueniſſe. Ecce qualiter ille tex. nō
dicit etiam ex legum ſubtilitate dominium transſ
ferri de vxore in maritum: ſed tantummodo trāſ
ire in ſubſtantiam ſeu in patrimonium viri, quæ
omnino diuerſa ſunt, vt dixi in. §. domini. j. verſ.
qui ſeruū. ſupra ea. l. quum induxi ad id. l. in. ven
10 ditione. in princi. ff. de bo. auto. iudi. poſ. † vſuſ-
fructus tranſit in bona ſeu patrimonium vſufru-
ctuarij: & ideo in venditione honorum vſufru-
ctuarij venit vſusfructus, quia dominus eſt (vt di
cit ille tex.) & tamen clarum eſt, fructuarium nō
eſſe dominum. l. eorū. in princi. ff. de dam. infec.
l. in noxalibus. ff. de noxali. actio. Et de hoc eſt
tex. clarus in. l. quamuis in bonis. ff. de iure dot.
quum inquit, Quamuis in bonis mariti dos ſit,
mulieris tamē eſt. & paulò pòſt ſequitur, ſi q̃ ma
rito euictus ſit, ſtatim eam ex ſtipulatione agere
poſſe. Iiſdem verbis vtitur iureconſultus loquēs
de bunis dotalibus, in. l. Lucius. §. idem reſpon-
dit. ff. ad municipal. ibi, dotē in bonis mariti eſſe.
Et in his duobus verſic. licet Marti. cogitauerit
ſuam opi. firmare, quæ vera non eſt: ſi tamē glo.
ſententia ſequenda eſſet, videretur opi. Marti.
ex illa. l. defendi poſſe, propter illa verba, legum
ſubtilitate. &, legum ſubtilitatem. in illa lege po-
ſita. nec poſſet glo. aut alius inficiari, quin cauſa
11 prima naturalis dominij remaneret: quia mulier
in dotem res ſuas dando, nō eo animo dat vt eas
mariti faciat, ſed ſolum vt illis conſtāte matrimo
nio vtatur & fruatur tantùm. vt autem commo-
dius illis fruatur, & onera matrimonij facilius ſu
ſtineat: & ſic vxorem ipſam cum ſua familia alat,
vt inquit. l. pro oneribus. & l. vbi. in fi. C. de iure
dot. l. plerūque. ff. de iure dot. eas marito tradit,
dicta. l. in rebus. Vnum non omitto: ſi mulier cō
ſtituendo dotem viro, pepigerit fructus dotis in
augmentum dotis eſſe, ita tamen quòd ſe & ſuos
alet, & tuebitur, cæteraˈve vniuerſa onera expe-
diet, pactū valere. l. ſi conuenerit. in fi. ff. de pac.
dotali. ecce quomodo dos marito non datur,
niſi vt dotis fructus percipiat, & matrimonij
onera ſuſtineat. Prædictis addo. l. ſi fundus. in
princi. ff. ſolu. matrimonio. quæ clarius quauis
alia lege probat quo animo mulieres viris dotē
conſtituunt & tradunt, dum inquit, Quia palàm
fit eo animo dediſſe mulierem fundū, vt iſte fru-
ctus ad maritum pertineat. Et ſic non vt fundus
in dotem datus, in quo lapicidina eſt, ad maritū
pertineat, ſed fructus tantū ex dotali fundo pro-
ueniens: niſi aliter de contraria vxoris voluntate
12 in conſtituēda dote conſtet. vbi ergo vxoris ani-
mus non apparebit, à lege interpretatur, nō alio
animo dediſſe, niſi vt fructus ad maritum, nō au-
tem dominiū ipſius fundi pertineat. dum igitur
tex. §. per traditionem. inſti. de rer. diuiſio. dicit,
voluntatem tradentis conſiderādam eſſe, ad hoc
vt coniecturari poſſit an tradens dominium trāſ
ferre intendit: legis interpretatione animus vxo
ris alius eſſe non iudicatur, niſi vt fructus tātum,
non autem dominium dotalis fundi in maritum
transferatur, licet fundus ipſe in dotem datus ſit.
ego illi addo tex. non diſsimili ratione vtentē q̃
ille. §. per traditionē. vti: & eſt. l. ſi vſumfructū.
in princ. & vſque ad. §. ſi mater. ff. de libera. cau-
ſa. vbi ille tex. cauſam vēditionis, donationis, da
tionis in dotē & pignoris conſtitutionem æqui-
parat: quamuis omnium iſtorum lata ſit differen
tia. l. apud Celſum. §. autoris. ff. de exceptio. do.
dicta. l. eorum. in prin. ff. de dam. infec. & præſer
tim volo te notare dictam. l. ſi vſumfructum. dū
cauſam dotis & cauſam pignoris æquiparat. vñ
ſi vtriuſque ratio eadem ſit: igit̃ ſicuti per pigno-
ris aut hypothecæ conſtitutionem ſeu traditionē
dominium nō acquiritur, eadem ratione per do-
tis cōſtitutionem ab vxore factam: quia vt ſuprà
13 dictum eſt, mulier non eo animo dat. † Clare igi
tur conſtat maritum per traditionem dotis domi
num rei dotalis non fieri, non magis quàm vxor
domina rerum mariti dicitur, licet res ſuæ cū re-
bus mariti mixtæ fuerint, & vnam domū faciāt,
vt hic dicitur: neque ex eo quòd vtriuſq; res mi-
ſcentur domina rerum mariti fit, neque maritus
rerū vxoris fit dominus, vt hic & l. j. ff. de actio.
rerum amota. Et ſi dixeris, non eſſe conueniens
reſponſum ad dictum. §. per traditionem. inſti.
de rer. diuiſio. quum ille text. dicat, ſi ex cauſa
donatiōis aut dotis aut ex qualibet alia cauſa tra-
dantur ſine dubio transferuntur. vbi ille tex. cau-
ſam dotis cauſæ donationis æquiparat, vt quem-
admodum tradēdo rem ex cauſa donationis do-
natarum rerum dominium transfertur, ſimiliter
ex cauſa dotis per illum tex. Ob id verum ſit di-
cere

cere träſferri dominium.l.ſi prædium.C.de iure
dot.ibi,rei quæſitæ dominiũ ab vxore conferre
nolenti minime potuerit,etiam quocunque con
tractu dationem ſeu conſtitutionem dotis ſuper
ueniente.§.j.inſti.quib.alie.licet vel nõ. ibi,quã
uis ipſius ſit dotis cauſa ei datũ. Dic primò ſatis
huic ſatisfactũ eſſe per dictã.l.ſi vſumfructũ. ſed
vlterius dic.§.per traditionẽ.in fi.inſti.de rer. di
uiſio.non obſtare:quia dictũ illud non eſt rõne
eius potentius.l.quum pater.§.dulciſsimis.ff. de
14 lega.ij.& dictum illud verum eſt, † ſi mulier fun
dum in dotem viro dederit ea intentione vt pro-
prium viri faceret,quemadmodũ & donãs ea in-
tentione dat vt dñium transferat.alioquin nõ po
teſt nuda traditione dñium acquiri. l. nunquam
nuda.ff.de acqui.rerũ domi.ſed ſi cum traditiõe
concurrit ſpecifica vxoris volũtas , ex quo dotis
cauſa prohibita non inuenitur conſtante matri-
monio,verum erit virum poſsidere,& dñm ſecũ
dum quid fieri,non tamẽ abſolutè dominũ:quia
nec mulier hoc poteſt facere,etiã ſi res æſtimatas
viro in dotem dederit:quibus rebus etiã æſtima
tis datis nõ fit dñs,ſimpliciter de domino loquẽ
do.nec gloſ.iſtud inficiat̃ in dicta.l.in rebus. C.
de iure dot.& in dicto.§.j.inſti.quib.alie.lic. vel
15 non. dicit enim gloſ. vxorem † de iure naturali
& ciuili dominam manere , eo modo quo filius
rerum paternarum eſt dñs, tam viuo q̃ mortuo
patre,iuxta.l.in ſuis.ff.de liber.& poſthu.inſpe-
cto tamen exitu.ſimiliter & vxor, argumento.l.
ordinata.ff.de liber.cauſa.hoc non negauerunt
hi qui glo.ſequuntur.Ego verò dico hanc gloſ.
conſiderationem verã non eſſe,& illi directè ad-
uerſari.l.in rebus.ibi,quum eædem res ab initio
vxoris fuerant,& naturaliter in eius permãſerũt
dñio.à quibus verbis glo.ſaluari aut defendi nõ
poteſt:quia non tantùm inſpecto ſeu conſidera-
to exitu vxor domina dotis dicitur etiam con-
ſtante matrimonio,ſed etiam cõſiderato ipſo ini
tio,& medio tempore dña ſemper remanet. imò
plus illa.l.in rebus.in prin.differentiã non facit,
an dos æſtimata ab initio data ſit;an verò inæſti-
16 mata: † qm̃ vtroq; caſu actionẽ rei vendicatiõis
& hypothecariam pro vendicandis rebus dotali
bus ſoluto matrimonio mulieri concedit,nec rei
vendicatio & hypothecaria ſe impediunt, per il-
lum tex.vt dicã ſtatim.concor.l.j.C.ſolu. matri.
intelligas(vt inq̃t ille text.) ſi æſtimatæ res dotẽ
datæ adhuc in rerum natura extãt.idem in.l.ſi cir
cumſcripta.eo.titu.etiam ſi maritus alteri vendi-
derit. ſufficit enim eas in rerum natura eſſe cùm
matrimonium diſſoluitur.l.ſi extimatis rebus.ff.
ſolu.matri.Et quantũ ad dotis reſtitutionẽ ſolu-
to matrimonio faciẽdam nulla erit inter ipſas res
dotales differẽtia: quia ſiue æſtimatæ ſiue inæſti-
matæ fuerint,dũmodo extent , ſoluto m̃rimonio
reſtitui debẽt.ſi verò nõ extãt, aliæ eiuſdẽ quali-
tatis & gñis, aut earũ æſtimatio reſtitui debet.l.
res in dotẽ.ff.de iu.do.cũ alijs.g.notatis.adde in
ſimili.l.ſi donatæ.in prin.ff.de dona.inter vir.&
17 vxo. † In hoc aũt inter æſtimatas & inæſtimatas
res dotales eſt dña,qm̃ per æſtimationẽ dñiũ ea-
rũ ex cõſenſu & volũtate mulieris in ipſum mari
tũ translatũ eſſe videt̃.l.quũ poſt.§.in dotẽ.ff.de
iure dot.dũ inquit,In dotẽ rebus æſtimatis et tra
ditis:q̃uis eas mulier in vſu habeat, viri dñiũ fa-
ctũ videt̃.& nota verbũ,videt̃.qđ eſt denotati-
uũ improprietatis,vt notat̃ in.l.patris & filij.de
vulg.ſubſt.l.iij.§.ex cõtrario.in verbo,videaris.
vbi Moder.ff.de acqui.poſ.& ſic propriè adhuc
in æſtimatis nõ dicit̃ dñs rei dotalis,ſed videt̃ do
minus eſſe. Et (vt dixi) iſta ratio eſt , quia ſpe-
cifica mulieris volũtas acceſsit dãdo eas æſtima-
tas:qm̃ illa æſtimatio inſtar habet venditionis.l.
æſtimatæ res.ff.ſolu.matri.imò vẽditio ſit.l.ple-
runq;.§.inde quæri.ff.de iure dot. quãuis nõ om
nes effectus vẽditionis habeat,dicta.l. quũ poſt.
18 §.quũ res.ff.de iure dot. † Pro eis enim dat̃ eui-
ctio,per illũ text.&.l.j.C.de iure dot.dic vt in il-
lis.ll.diſtinguit̃:ſed quãtũ ad periculũ trãſeũt in
maritum,dicta.l.æſtimatæ res. &.l. quum dotẽ.
C.de iure dot.Et ex ipſa æſtimatione videtur do
minium trãſferre, vt dixi ſuprà ad dictum.§.per
traditionem.quando mulier dotem dando mari
to animum habet transferendi dominium. quod
coniecturatur quum dotem æſtimatam tradit,vi
detur dominum facere maritum conſtante matri
monio:non quòd verè dominũ eum faciat(vt di
xi)per dictam.l.quũ poſt.§.in dotẽ. quin & ſta-
tim eo diſſoluto integraliter ad eam aut eius hæ-
redes reuertatur.l.vnica. C.ſi dos conſtante ma-
trimonio ſoluta fuer.ibi, ita vt proprietas eiuſ-
dem liberis ex eadem ſuſceptis competens &c.
&.l.dotis.C.ſoluto matrimonio.ſed(vt dixi)nõ
verè in maritum dominium transfertur: ſed fictè
quo ad aliquos effectus tãtùm.Et ad id pondera
tex.cui difficile eſt reſpondere in.l.quoties.ff.de
iure dot.ibi,quia nõ ſimplex venditio ſit ſed do
tis cauſa.per quæ verba clarè ꝓbatur inductio,
quam ſuprà reſpondẽdo dicto.§.per traditionẽ.
19 fecimus. † mulier enim nõ eo animo res dotales,
quãtũcũq; æſtimatas,tradit,vt dñium transferat:
ſed vt eas dotis cauſa tantùm maritus habeat.qui
tex.in fortioribus terminis loquitur quàm dixe-
rim ad dictũ.§.per traditionẽ.quia in rebus æſti-
matis loquit̃,quæ ſtatim ꝑiculo viri ſunt. quòd
autem mulier illius intentionis non ſit, vt traden
do,dominium dotis in maritum transferre velit,
clarum eſt:quia maritus dotem inæſtimatam,ſi-
ue conſentiat mulier,ſiue non, alienare non po-
teſt.Et ſi dixeris , huic rationi reſpondere vide-
tur tex.in.§.j.inſti.quibus alie.lic.in princi. pro
ea tamen facit.l.j.C.de fundo dota.l. vnica. §. &
quum lex.C. de rei vxor.actio.ex quo habes po
ſitam præcedentem differẽtiam,quam ſuprà an-
notaui in verſi.licet.ibi,tamẽ eam intelligi opor
tet in res mariti vel dotes æſtimatas , in quibus
dñium & periculum mariti eſt.vbi text. ille duo

20 affirmat. Primò, † res dotales inæſtimatas etiam
cum conſenſu mulieris inalienabiles eſſe. Et ra-
tio ponitur in. §. quia propter. in auth. vt immo-
bil. antenupti. dona. colla. v. quoniam mulieres
frequenter ſeductionibus maritorum circunue-
niuntur, vt ſimilibus fraudibus obuietur, & ne
ſæpius fragilitate decipiãtur, conſentiendi facul
tatem tollit. Cæterùm in rebus æſtimatis, in qui-
bus periculum in maritũ tranſit, ſecus: quas etiã
maritus ſiniſtris pactis aut alijs medijs in præiu-
dicium mulieris inæſtimatas facere non poteſt. l.
quũ maritus. in princ. ff. de pac. dotali. Alioquin
ſi ſecus fecerit, fauore mulieris tantùm pactũ ad
primam conuentionẽ reducetur. Lex in hoc vel-
le videtur marito gratificari, vt in eis dicat videri
maritos ſimilium rerum dotalium habere domi-
nium, & eum tacita ſua voluntate dominum face
21 re: ob id eas alienare poſſe, † niſi in ipſa æſtima-
tione retẽta ſit optio mulieri ſoluto matrimonio
aut rei vel æſtimationis, hoc caſu maritus eas vẽ-
dere non poterit, dicta. l. j. C. de ſund. dotal. neq;
aliquo contractu in alium transferre, etiam ſub
ſpecie diuiſionis, quoniam vim alienationis ob-
tinet (inquit ille tex.) &. l. j. C. cõmunia prædio.
l. fi. C. eo. de fund. dota. l. ſi fundum. ff. de ſund.
dota. vel niſi in conſtituenda dote ſpecialiter cõ
uentum fuerit ſoluto matrimonio eas reddi: tũc
alienatæ per maritum repeti poterunt, licet æſti-
matæ datæ fuerint. l. ſi inter virũ. C. de iure dot.
Ex his dico, in rebus æſtimatis tantum poſſe do-
minium acquiri: quia ex voluntate mulieris ad
id æſtimatæ dari videntur, vt in maritum tanquã
in emptorem dominium earum transferat, & eis
iure dominij vtatur. l. ſi res æſtimatæ. §. ſi mulier.
ff. de iure dot. In non æſtimatis verò ſecus, per ſu
prà dicta. Ex his congruè eſt reſponſum dicto. §.
per traditionem. & ſimilibus. Et ita declarat di-
cta. l. ſi fundus. in princ. ff. ſolu. matri. dicta. l. vni
ca. §. & quum lex. C. de rei vxor. actio. & aliæ ſu
prà alleg. Quartò, facit. l. ſeruus dotalis. ff. ſolu.
22 matri. quam contra glo. retorqueo † vbi dotalis
ſeruus hæres inſtitutus non poteſt abſque vxo-
ris iuſſu hæreditatem adire: & ſi iuſſu mariti adie
rit, in præiudicium dotis nihil agit aut agere po-
teſt. quum autem per traditionem marito factam
in poſſeſsione mariti ſit, retradi vxori debebit,
vt retraditus iuſſu eius adeat, & ſibi in perpetuũ
acquirat. Paul. de Caſt. illã. l. pro glo. inducit di-
cens, in ea melius quàm in nulla alia probari, ma
ritum dominum eſſe rei dotalis. Et ſi inductionẽ
Pauli de Caſt. videas, faciliter ſuaderi poteſt, ve-
rum eſſe dictum eius. Ego verò putaui non eſſe
veram Pauli de Caſtro expoſitionem, imò magis
in ea oppoſitum probari. Et vt clarius pateat, ali
qua ad intellectum illius. l. neceſſaria præmittere
curaui. In primis volo conſiderari dotalem ſer-
uum ſiue ante cõtractum matrimonium, ſiue cõ-
ſtante matrimonio, ſiue poſt diuortium, hæredẽ
inſtitutum hæreditatem ſibi relictam, vxori, non
autem marito acquirere. ſpreta gloſ. & ſequaciũ
diſtinctione, quæ eſt, an viri vel vxoris contẽpla
tione ſeruus hæres inſtitutus fuerit: vt ſi contem
platione viri ſit inſtitutus, hæreditas ſeu legatum
dotali ſeruo relictum marito acquiratur. ſi verò
contemplatione vxoris, vxori & non viro ac-
quiratur: & maxime ſi conſtante matrimonio in-
ſtitutus eſt hæres, quæ diſtinctio vera non eſt.
23 † Dico enim dotalem ſeruum hæredem inſtitu-
tum delatam ſibi ante matrimonium hæreditatẽ
ſoli mulieri acquirere. Et iſte caſus eſt indubius.
l. ſi ſeruo. ff. de iure dot. poſt diuortium ſi fuerit
inſtitutus, ſimiliter. Caſus eſt clarus. l. ſi marito.
§. ſi. ff. ſolu. matrimonio. in verbo, poſt diuortiũ.
Si conſtante matrimonio: & iſte articulus eſt, in
quo glo. & qui eam ſequũtur, præmiſſam diſtin-
ctionem fecerunt, & ſuppletionibus vſi ſunt, le-
ges torquendo, quod abſonũ eſt. l. præcipimus.
C. de appella. glo. in. c. cupientes. in verbo, pete-
re. de electio. in. vj. Ob id in eo dico verum non
eſſe, hæreditatem vel legatum dotali ſeruo, etiam
conſtante matrimonio, factum, marito acquiri:
etiã ſi ſpecificè teſtator marito acquiri voluerit.
tex. eſt, qui non poteſt euitari, in. l. ſi legato. ff. de
iure dot. ibi, quod teſtator voluerit ad maritum
pertinere, id ſoluto matrimonio reddendum eſt
mulieri. Idẽ in homine libero bõa fide poſſeſſo.
l. liber homo. §. j. ff. de acquir. rer. domi. licet per
maritum ad reſtituendũ condictione ob cauſam
datorum agi poſsit, per. §. ſeq. in eadẽ. l. liber ho-
24 mo. † quanto magis vbi ſimpliciter hæres inſtitu
tus eſt ſeruus dotalis, vel ei legatum conſtãte ma
trimonio relictum eſt: quia mulieri acquiritur. l.
fundus. ff. de fund. dota. & dicta. l. aditio. ff. de ac
qui. hære. Et ideo ſi ſeruus hæreditatẽ adeat, mu
lier actiõe de dote recuperabit, vt inquit ille tex.
& in. l. dotalem. &. l. ſi conſtante. §. ſi vir. ff. ſolu.
matrimonio. Et licet glo. & ſequaces pro ſua di-
ſtinctione ponderent. l. hinc quæritur. §. poteſt.
ff. de pecul. miror quod glo. & qui eam ſequun-
tur, illam legem ad id allegare auſi ſunt, quæ nul
lo pacto in præmiſſo caſu loquitur: imò illa dili-
genter inſpecta probat oppoſitum, dum quæri-
tur in ea, ſi ſeruus dotalis ex ſuo peculio aliquid
acquiſiuit, cuius erũt res acquiſitæ? an viri an ve-
rò vxoris? Et reſpondet, apud maritum duplex
iure peculij eſſe poſſe: vnum quod ad eũ ſpectat,
25 alterum quod ad mulierem pertinet. † Primo ca
ſu quum ad maritũ ſpectat, eſt (inquit ille text.)
quando ſeruus dotalis ex re mariti vel ex ſuis
operis acquiſiuit: quid volunt hæc verba, ex re
mariti quæſijt. vel, ex operis. poſita in illa. l. in-
nuere? vt in. d. l. liber homo. dic ſi dotalis ſeruus
peculiũ ab vxore habens in eo peculio maritus
aliquas res, vt puta vicarios ſeruos (inq̃t ille tex.
in capite. l.) ad ſe ſpectãtes cõuertit & eos dotali
ſeruo tradidit, vt in ſuo peculio habeat: q̃bus ſer
uis vicarijs à marito dotali ſeruo ordinario tra-
ditis aliq̃d legatũ eſt vel hæreditas relicta: tunc
illa

illa hæreditas vel legatum illi ſeruo vicario à ma
rito dotali ſeruo tradito factum, marito non vxo
ri acquiret. Et rõ, quia ex re ipſius mariti obue-
nit, id eſt, per medium ſerui ad maritum pertinẽ
tis, & dotali ſeruo traditi hæreditas obuenit: ob
id contemplatione dñi & rei, ſiue quòd vicarius
ille ſeruus hæres inſtitutus eſſe videtur, vel lega-
tum ei contemplatione mariti factum: ideo non
mirum ſi marito illam hæreditatem vel lega-
26 tum acquirit. † ratio, quia in eis maritus duplex
ius habet. Primũ ex re ſua, id eſt, p mediũ ſui ſer-
ui. ſecundũ quia iuris præſumptione eius contẽ-
platione hæres inſtitutus eſt, ſeu legatum factum
eſt: non eſt mirandum ſi in hoc caſu marito, non
autem vxori, acquirat. l.j.§. veteres. in ſi. ff. de ac-
quiren. poſ. ibi, quia propter meã partem acqui-
ro: ad ſimilitudinem vſufructuarij, qui per ſeruũ
fructuarium hæreditatem vel legatum, ſi illi ſer-
uo factum eſt legatum vel relicta hæreditas, ac-
quirit: quoniã vſufructuarij contemplatione re-
licta videtur hæreditas vel legatum factum eſſe,
vt inquit ille tex. in verſi. quæ quæſtio dilucidius
in fructuario tractata. de qua in. l. ſed & ſi quid
donetur. ff. de vſufruc. Idem dico ſi ex ipſius ſer-
ui operis quicq̃ quæſitum eſt. §. de his. inſti. per
27 quas perſo. nob. acqui. † quum operæ in fructu
ſint, dicta. l. aditio. ff. de acqui. hæredi. & fructus
viro competãt, vt vxorem & eius familiam alat,
& cætera matrimonij onera cõmodius ſuſtineat,
vt dixi. l. pro oneribus. C. de iure dot. Sed ſi ex re
mariti vel ſuis operis dotalis ſeruus nihil acqui-
rat, vel ex re mariti nõ proueniat: vxori tantùm,
non autem marito acquiretur, per illum textũ. &
ſic vides quomodo illa lex directè aduerſatur
glo. & alijs ſequentibus eam. Et licet gloſ. perſe-
ueret in illa. l. verſic. ſed in marito. in verbo, tene
ri. & dicat probari conſtante matrimonio totum
ad maritum ſpectari. Et ob id diſſoluta quæſtio
ſit, quam iureconſultus prius fecerat in verſi. igi-
tur ſi meum. in his verbis, an verò ſeparamus cau
28 ſas quaſi in duobus peculijs. quæ erat, † an iſto
caſu peculium vxoris, quod apud ſeruum dotalẽ
erat, à rebus mariti, quæ pariter in peculio dota-
lis ſerui erãt, diſtinctum ſit. Et glo. illam quæſtio
nem ſolutam eſſe, dicit in verſi. ſed in marito me
lius eſt dicere ſimpliciter de peculio teneri. & ſic
(inquit glo.) de eo quod ad mulierẽ ſpectabat,
quum totum interim ſit viri: & in hoc maritus
differat ab vſufructuario. Certè miror quod gl.
tandiu inſtiterit, quum aperte verſi. ſin autem ma
ritus. illi aduerſet, cùm quærit de marito qui in
præmiſſo caſu aliquid pro dotali ſeruo præſtitit,
nunquid mulieri dotalem ſuum ſeruum repeten
ti per actionem de dote, aliquid occaſione illius
contractus adducere poterit? Et reſpondet, ſi id
quod creditori præſtitum eſt, ad vtriuſque pecu
lium pertinebit pro rata vtriq; de peculio dedu-
29 cere debere. † Et ſic vides quomõ cõmixtiõe re
rũ mariti cũ rebus mulieris eiuſ dotalibus non ſit
earũ cõfuſio, ſed ſuas cauſas & conditiones reti-
nent, & in ea qualitate remanẽt, qua añ cõmixtio
nem erãt. Vnde vides nõ eſſe in aliqua parte ve-
ram glo. ſententiã. Nec obſtat quod dicitur in il-
lo verſi. ſed in marito melius eſt dicere ſimplici-
ter de peculio teneri. dic in caſu illius. §. non eſſe
abſonã differẽtiam fructuarij ſimplicis & ipſius
mariti, in caſu illius. l. quia maritus in peculio ſer
ui aliquid plus iuris habet quàm vſufructuarius
ſimplex habeat. ratio eſt, qm̃ in ipſo peculio non
tantũ quantũ ad vſumfructum partẽ habebit, ve-
rumetiã quãtũ ad rerũ peculiariũ proprietatẽ, in
quibus pro parte dñs erat, & ſic nõ ſimplex fru-
ctuarius, dicta. l.j.§. veteres. verſic. ex parte. ff. de
acqui. poſ. l. aditio. in ſi. ff. de acqui. hære. ibi, ſed
ex re mea. ratione igitur illius partis inſolidũ te-
30 netur. Secundo alia ratione. † quia in totum do
tali ſeruo conſtante matrimonio vtebatur, & mu
lier, ſi fuiſſet libera, non potuiſſet pro contra-
ctu ſerui obligari, niſi quantum in peculio erat,
deducto quod dño debetur. l. ſed ſi damnum.
per totam. l. ff. de peculio. Quum igitur inſoli-
dum maritus dotali ſeruo vteretur, inſolidum
etiam creditoribus peculiaribus præſtat: licet ab
vxore poſtea de dote agente quod præſtitit repe
ter, vel quũ ab eo dos ſoluto matrimonio exige-
tur, deducet quod in fructuario vel bonæ fidei
emptore contingere non põt. l. ſed in emptore.
ff. de pecu. §. idẽ placet. inſt. per quas perſo. nob.
acqui. quare nec ratio glo. meruit ſignari. Cæte-
rùm, quia Pau. de Caſ. mirabiliter dictã. l. ſeruus
dotalis. cõmendauit, põderans eã in prin. ipſius,
ibi, mariti iuſſu vel adire vel repudiare debet hoc
modo inducẽdo, ſeruus iuſſu dñi, & nõ aliter hæ-
reditatem adire debet. l. ſi quis mihi bona fide. §.
iuſſum. ff. de acquir. hæred. ſed dubium factũ eſt
in illa. l. cuius iuſſus exq̃ri debeat viri an vxoris.
Et rñdet ille tex. iuſſu mariti vel adire vel repu-
diare debet. Cõſtat igit̃, ſecundũ eũ, maritũ dñm
eſſe, nõ autẽ vxorẽ, niſi imaginariã, inquit Paul.
de Caſ. per dictã. l. in rebus. C. de iure dot. Plus
Bar. dicit in illa. l. ſi quis mihi bona fide. in prin.
31 ff. de acqui. hæred. in illa. l. ſeruus dotalis. † cõtẽ
platione mulieris dotalem ſeruum inſtitutũ fuiſ-
ſe, & tamen non mulieris, ſed viri iuſſu vult dota
lem ſeruum adire. Credo Bar. voluiſſe pondera-
re verbum, maluerit. in illo tex. poſitum, vel aliũ
caſum conſiderare, videlicet vbi non exprimitur
cuius cõtemplatione, vt præſumatur cõtẽplatio-
ne mulieris inſtitutus, prout voluit glo. in. l. ſi le
gato. ff. de iure dot. Sed hæc rõ Bar. vera nõ eſt:
quia lex illa intẽdit ſolùm marito cõſulere quo-
cũq; hæres dotalis ſeruus inſtituat̃. Et rõ eſt, q̃a
etiã ſi mariti cõſideratiõe fuerit inſtitutus, adhuc
tamẽ vxori acquirit, & ei ſoluto m̃rimonio reſti-
tuere tenet̃. d. l. ſi legato. in verbo, voluerit. ff. de
iure dot. quã ſuprà ad id notaui. quare quũ mari
tus reſtitutiõi ſubiectus ſit, vult illi iurecõſultus
cõſulere, ne ſuo p̃iculo à dotali ſeruo hæreditas

adeatur. Vlterius admiror quomodo Pau. de Cà
ſtro tam debili fundamẽto in hac opi. cõtra aper
tam illius. l. deciſionẽ inſtiterit: vt clarius pateat
32 volo tria præmittere. † Primo, vt ſuprà dictũ eſt,
ſeruum quõcunque hæreditatẽ, in qua inſtitutus
eſt, adeat, eam non marito ſed vxori acquirere:
quia non ex re mariti neque ſerui opera hæredi-
tas acquiritur. Et ideo actione de dote maritus
ad eam reſtituendã vxori ſoluto matrimonio cõ
pelli poterit. d. l. aditio. ff. de acquir. hære. & l. ſi
legato. ff. de iure dot. Secũdò, tex. in. l. j. §. per ſer
uum corporaliter pignori datũ. ff. de acqui. poſ.
multum facit contra Paul. de Caſt. dum vult ſer-
uum pignori corporaliter datũ non poſſe quicꝙ
ſuo dño, id eſt, debitori acquirere. Et ratio illius
tex. quia corporaliter datus in poſſeſſionẽ credi
toris omnino trãſit, præter ꝙ ad cauſam vſucapio
nis cõtra quẽcunque, inquit ille tex. Et iſtud ope
ratur illa corporalis traditio per debitorem cre-
ditori facta, & debitor per creditorẽ præſcribit,
per illum tex. Similiter in re dotali dicendum eſt
quaſi pignori corporaliter tradita viro pro cau-
tione dotis, quam mulier per maritum poſſeſſo-
rem, cui tradita eſt, præſcribit. Et iſta eſt cauſa do
tis, quæ marito modum præſcribendi præbet. l. j.
& ſi. ff. pro dote. l. Põponius. §. in dotẽ. ff. de ac-
33 qui. poſ. & l. iij. §. genera. eo. titu. † Tertiò, licet
plus iuris habeat aditio ꝙ facti. l. pro hærede. in
princi. ff. de acqui. hæredi. habet tamen neceſſa-
rio aliquid facti. Et hoc probat illa. l. pro hære-
de. & l. gerit. ff. eodem. de acquirenda hæredi. in
verbo, cuius poſſeſſio qualis qualis fuit in hære-
ditate. quoniam in illa. l. gerit. is qui verbo ſe hæ
redem eſſe declarauerat, in poſſeſſione rei hære-
ditariæ erat. Licet verbo aliquis pro hærede ſe ge
rere poſſit. §. ſi. inſti. de hære. quali. & differẽ. ta-
men in ea declaratione verbi aliquid facti eſt. l.
Labeo. ff. de ſupellec. lega. Et hoc vult illa. l. pro
hærede. ibi, non tam facti. His ſic præſuppoſitis
34 dic primò † mulierem poſſeſſionem rei dotalis
in maritum transferre. §. per traditionem. inſtit.
de rer. diuiſio. & cum poſſeſſiõe ius re dotali vtẽ
di, & fructus ex ea percipiendi concedit. Simili-
ter & poteſtatem in vſus ſuos & ſuam vtilitatem
conuertendi: quod ius potentius eſt iure credito
ris, quod in re pignorata corporaliter per debi-
torem traditur. l. j. & ij. C. de pigno. actio. Et ta-
men clarum eſt, ſeruum pignori corporaliter tra
ditum creditori, poſſeſſionẽ alicuius rei nõ poſ-
ſe debitori ꝙtumcũque vero ſuo domino acqui
rere, licet etiã iubeat eum poſſeſſionem ſibi ac-
quirere. dicta. l. j. §. per ſeruũ corporaliter pigno
ri datum. ff. de acquir. poſ. quinimo ſi ſeruus ab
alio poſſideatur ex cauſa etiam peculiari domi-
no ignoranti non acquirit. l. homo liber. in fi. ff.
de acquir. rer. domi. quanto magis dicendum eſt
35 in ſeruo dotali. † Et licet iuſſus mariti in adeun-
do vel repudiando deſideretur: non tamen abſq;
ratione eſt, quia rei dotalis adminiſtrationem cõ

ſequitur, & ob id de eius interitu & periculo fa-
cto ſerui proueniente, quãdiu in poſſeſſiõe eius
erit, reſpondere tenetur, quia vſumfructum eius
percipit, dicta. l. in rebus. in princ. C. de iure dot.
Et ſi dixeris, duo ex illa. l. ſeruus dotalis. obſta-
re: primo in verbo, cõſulendũ. ꝙuis conſulat ma
rito conſenſum vxoris in adeũda aut repudiãda
hæreditate vel legato ſeruo dotali relicto prius
quærere ꝙ iubeat ſeruũ adire, non niſi ex conſi-
lio, nõ autẽ quòd neceſſarius ſit cõſenſus vxoris
vel iuſſus ſed ſufficiat ſolo mariti iuſſu adire. Ad
iſtud dic eodem modo quo & glo. reſpondet in
l. Gallus. in princi. in verbo, poſſe. ff. de liber. &
poſthu. quum ad illud verbum, poſſe. ſupplet, &
neceſſe habet ſi velit pater ſuum teſtamentũ con
ſeruari: ſimiliter ſi maritus velit vxori agenti de
dote nõ obligari eã indemnẽ reddere, vt inquit
illa. l. ſeruus dotalis. in ſi. ff. ſolu. matri. ibi, ſed ne
maritus, aut facilè repudiando vel temerè ſuſci-
piendo incognitam ſucceſſionem dotis iudicio
vxori ſuæ obligetur, debet iuſſum vxoris expe-
ctare. Alioquin maritus vxori actiõe dotis, ꝙtũ
vxoris intererit dotalẽ ſeruũ non adiiſſe, tenebiť
36 per illũ tex. † igitur nihil operabitur iuſſus mari
ti niſi in præiudicium vſusfructus rei dotalis ſibi
cõpetẽtis. Primò, quia ſi adeat, nihil agit, nec age
re poteſt in præiudicium dotis. Secundò, quia vt
dixi, licet ſeruus dotalis etiã iuſſu mariti adeat,
nihil acquirit ipſi merito: ſed totũ quæſitum per
ſeruũ vxori reſtituendũ eſt, vt dixi. l. aditio. ff. de
acq. hæredi. l. ſi legato. ff. de iure doti. l. fundus.
ff. de fund. dota. qa adeũdo ex opera ſerui vel ex
re viri non acquirit: ſicut dictũ eſt de vſufructua
rio et bonæ fidei poſſeſſore. nõ mirũ ſi iuſſus mu
lieris expectatur: alioquin periculũ aditionis ſeu
repudiationis erit mariti, nõ vxoris. Nec obſtat
verſi. quod ſi hæreditatẽ agnoſcere maluerit. ea-
dẽ. l. ſeruus dotalis. dũ dicit, reddẽdus eſt à mari
to ſeruus vxori ea cõditione, vt cũ iuſſu eius adie
rit, rurſum marito retradať. qui tex. multũ aduer
37 ſať Pau. de Caſt. † vt ſola poſſeſſio apud maritũ
exiſtẽs vxorẽ impediat iubere dotalẽ ſeruũ adire
vel repudiare: duplici rõne, quia ꝙdiu apud ma-
ritũ erit, nõ poſſet mulier iubere ſeruũ adire, eo
quod marito corporaliter traditus eſt: et ſic in eũ
poſſeſſio ſerui trãslata, nõ aũt rõne dñij in mari-
tum trãslati impeditur: ſed quia ab alio poſſidea
tur, ſcilicet marito, non põt dotalis ſeruus, ꝙdiu
in poſſeſſione viri erit, vxori iubere poſſeſſionẽ
hæreditatis capere, & hoc mõ eã acquirere. d. l.
j. §. per ſeruũ corporaliter. ff. de acquir. poſ. ſecus
aũt (vt inquit illic glo. in verbo, corporaliter.) ſi
ſolo conſenſu pignus ſerui cõtractũ eſt. l. j. ff. de
pign. actio. ſimiliter ſi res dotales actualiter tradi
tæ nõ ſũt. d. §. ꝑ traditionẽ. rõ eſt, quã dixi ſuprà,
qa quũ aditio, facti ſit & animi. d. l. ꝑ hærede. in
prin. ff. de acq. hære. de facto nõ poſſet iuſſu vxo
ris adire: qa ſeruũ in dotẽ datũ nõ poſſidet, & iõ
iuſſus nõ poſſet impleri. Quæ omĩa ſatis ꝓbanť
ex

ex illo text.in verbo,retradatur. quum inquit,vt
38 cum iuſſu eius adierit marito retradatur. † & ſic
ſola poſſeſsio,quæ apud maritũ eſt,vxorẽ prohi
bet quandiu ſeruus in mariti poſſeſsiõe eſt, quo
minus adire eum iuberet vel iubere poſsit, quũ
inquit, marito retradat̃ poſſeſsiõe retradita vxo
ri iubet:ſed poſtquàm iuſsit,marito retraditur vt
matrimonij onera ſuſtineat: & ſub hac forma ſe-
cutus iuſſus maritus ab vxore de dote conueniri
non poterit. Ecce quomodo ex illo text.conſtat
non tantum operari iuſſum mariti quantũ iuſſus
vxoris in acquirenda hæreditate aut legato ſer-
uo dotali facto.qđ clare eſt cõtra Paulũ de Ca-
ſtro & Bar.Secundò,addo tenendo opi.Iac. de
Rauen.in.l.ſi quis mihi bona fide.in princi.ff.de
acqui:poſ.licet eam Bar.illhic impugnet, vt dixi
ſuprà.l.ſed & ſi quid donet̃.ff. de vſufruct. quæ
vult,ſeruum fructuarium hæredem inſtitutũ cõ-
templatione fructuarij acquirere hæreditatẽ fru
ctuario.ſimiliter in dicta.l.hinc quæritur.§.j. in
fi.ff.de pecul. Vnde iuſſu eius adire debet. Hoc
reprobat Bart.per dictam.l.ſeruus dotalis.ff. de
iure dotiũ.quia in illa.l.ſeruus.dicitur, ſeruũ cõ-
templatione vxoris inſtitutum fuiſſe, & tamẽ iuſ
ſu mariti adit.hoc falſum eſt duplici ratione.pri-
39 ma cuius ſuprà meminimus,eſt, † quoniã conſta
re non poteſt illius contemplatione ſeruum hæ-
redem inſtitutum fuiſſe:ſed ductus eſt iurecõſul
tus marito tantum conſulere,ne in omnem euen
tum dotẽ integram,& ab omni onere facto ſuo
prouenientе liberam reſtituere teneatur.Secun-
da ratio eſt,ſi maritus dominus eſſet,& re dotali
ea diligentia vſus eſſet, qua ſuis rebus vti ſolet,
excuſaretur.l.ſi cõſtante.§.ſi maritus.ff.ſolu. ma
tri.ſed quoniam res dotales ſuæ non ſunt,nõ ex-
cuſaretur. Ea ex cauſa cõſulit, iuſſum vxoris ac-
cedere, imò magis petere. Alioquin rei dotalis
interitus ſeu talis aditio mariti periculo erit. Se-
cundò, licet Bartol. in dicta.l. ſi quis mihi bo-
na fide.in princ.poſt glo.in dicta.l.ſed & ſi quid
donetur.ff.de vſufruc.dicat fructuarium cõpel-
lere dominum vt iubeat ſeruo fructuario hæredi
contemplatione fructuarij inſtituto, vt adeat,ad
ſimilitudinem hæredis,qui tenetur adire & fidei
commiſſario reſtituere.l.quia poterat.&.l.cogi.
ff.ad Trebel.dic non eſſe legem quæ hoc dicat:
40 nec illa.l.ſed & ſi quid.hoc dicit. † dico tamẽ la-
tam inter vtrunq; differentiã eſſe, quoniã hæres
quartam detrahit:dñs verò nihil de ea habebit.
Secundò,ſi iuſſu proprietarij adiret non vſufru-
ctuario ſed ꝓprietario acquireret.l.liber homo,
verſi.ſed verius eſt.ff.de acqui.rerum domi.licet
poſtea compelleretur reſtituere,per illam.l.in fi.
& ſi dixeris,in illa.l.probari intentionem Bart.
vti ſuprà induxi:falſum eſt. Nam maximà eſt dif
ferentia inter fructuarium & poſsidentem bona
fide hominem liberum, quoniam poſſeſſor libe-
ri hominis per hominem liberum nihil acquirit,
etiã ſi teſtator hoc voluerit. ſecus in fructuario,
dicta.l.ſed et ſi quid donetur.ff.de vſufruc.Et in
vſufructuario ſtatim dicit acquiri ex volũtate de
functi:in poſſeſſore bonæ fidei ſecus, dicta.l. li-
41 ber homo. † Adde aliam differentiam inter fru-
ctuarium & fideicommiſſarium.hæres eñ adeũ-
do fit dominus,& ſibi acquirit, & ſemper hæres
remanet,licet reſtituat.in vſufructuario aliter di
cendum eſt:quia ſtatim fructuario,cuius cõtem-
platione legatum factũ vel hæreditas relicta eſt,
acquiritur.§.de his.inſti.per quas perſo.nob.ac-
qui.Secundò,per rationem Bar. cõpelletur ſer-
uus iuſſu domini adire,& tamẽ ſibi nullo modo
acquirit. Ideo non eſt vera conſideratio Bart. in
dicta.l.ſi quis mihi bona fide.§.iuſſum.ff. de ac-
quir.hæredi.dum quærit,quare filius adire non
poteſt niſi iuſſus patris præcedat, cũ quis aliter ſit
vbi autoritas tantùm interponi debet. Rationẽ
42 eſſe dicit, † q̃a maior eſt patris autoritas in filiũ,
quàm tutoris in pupillum.Iſta ratio nõ eſt vera:
ſed iſta eſt,quoniã pater inuitus & ignorans à fi-
lio obligaretur.quod iniquum eſſet.l.qui in alie
na.in princi.ff.de acqui.hæred.non enim condi-
tionem eius deteriorẽ eo inuito facere poteſt.l.
filius. C.de pac.quæ tandem patri nociua eſſet,
ſi eo inſcio & non iubente adiret, quia ſtatim
adita hæreditate creditoribus hæreditarijs te-
neretur.l.fi.C.de iure deliberã.prohibetur ergo
filio in poteſtate ſine iuſſu adire. quæ rõ per iu-
reconſultum in ſeruo dotali in fauorem mulieris
tantùm attenditur,in dicta.l.ſeruus dotalis.ff.ſo
lu.matrimo.ibi,vel temere ſuſcipiendo incogni-
tam hæreditatem &c.vnde verum dicit Iaco. de
Rauen.quicquid Bar.dicat. Cui addo glo.in.d.
l.ſed & ſi quid.in fi.glo.j.ff.de vſufruc. dum di-
cit,ſatis dici ex re vſufructuarij acquiri,ſi eius cõ
templatione inſtitutio fiat,dicta.l.aditio.in fi.ff.
de acqui.hæred.quæ optimè probat.adde.l.ſi ve
rò.§.itẽ quicquid.ff.ſolu.matr.l.ſed & ſi plures.
§.in arrogato.ff.de vulga.ſubſt. Et.l.ſeruus dota
43 lis. † dicit,reddendus eſt à marito ſeruus vxori.
Et ſic in poſſeſsionẽ vxoris tradi vt redditus adi
re poſsit:quia vxor tradendo viro poſsidere de-
ſierat,demũ cùm paulò pòſt in eadẽ.l.ſeruus.di-
cat̃,rurſum marito retradat̃.Ideo hoc affirmauit
vt fructũ ſerui dotalis cõſequat̃,et facilius eo vta
tur,quũ onera mr̃imonij ſuſtineat. Alioquin ma
ritus alimẽta ſuæ vxori & familiæ ipſius denega
re poſſet,vt inquit Bal. & bñ,in.l.de diuiſiõe. ff.
ſolu.matri.poſt glo.in.§.fi.in auth.de nõ eligen.
ſecundò nubentes.colla.j.in verbo,onera. Et.l.
Lucius.§.idem reſpõdit.ff.ad municipal.dicit do
tem in bonis mariti eſſe tantum. & ſi ſecundum
viri facultates onera municipalia illi indicenda
ſunt: in eis non computatur dos, licet in bonis
mariti ſit.l. qui balneũ.§. Titia.ff.qui potior. in
pigno.habean.hoc verum eſſe intelligas in mu-
neribus perſonalibus, non autem in realibus,
quæ poſſeſſorem rei ſequuntur.l. hactenus. &
l.ſi pendentes.§.ſi quid cloacarij.ff. de vſufruct.

l.neque tributũ.ff.de impen.in reb.dot.fac.glo.
eſt in.l.vnica.in glo.fi.C.de mulier. & in quo lo
co munera ſubeant.lib.x.quam Bar. ſequitur &
Ioan.de Pla.ipſi idem in.l.j.C.de anno.& tribu.
44 colla.j.† Et ſi dixeris,maritus igit̃ dominus eſt
rei dotalis:falſum eſt:quia eodem modo ſeque-
retur etiam vſufructuarium dominũ eſſe: quod
ſimiliter eſt falſum,vt dixi per.l.in noxalibus.ff.
de noxa.actio.& tamẽ vſufructuarius realia ſol-
uit:quia prædia tributis affecta poſsidet: quæ ſi
non poſsideret,ſolueret mulier. ſoluuntur enim
propter fructus prædiorum,dicta.l.neque tribu
tum.& dicta.l.hactenus.& dicta.l.ſi pendentes.
§.ſi quid cloacarij. Nec obſtabit.l.doce ancillã.
C.de rei vend.l.quamuis.ff.de iure dot.et.l.quũ
in ſundo.eod.titu.&.l. Aurelius.§.argento. ibi,
quia non videtur ſuum eſſe,quod vendicari non
poteſt.ff.de auro & argen.lega.Primò,dũ in illa
l.doce.dicitur,vxorem non poſſe rem dotalem
vendicare:igitur non eſt vxoris. Non facta diffe
rentia,ſecundum glo.illhic, an æſtimata dos vel
inæſtimata ſit.quæ glo. expoſitio vera non eſt,
per ea quæ ſuprà dicta ſunt.Et vlterius dico poſ
45 ſe ad id dupliciter reſponderi,pro † quibus intel
ligendis aduertendum eſſe puto.l.doce ancillã.
marito dirigi imperatorem cõſulenti,an rem do
talem à ſe venditam potuerit vxor conſtante ma
trimonio vendicare. Et ſimpliciter reſpondet,
non potuiſſe:igitur maritus dominus eſt.Cõclu
ſio ſeu illatio bona nõ eſt per dictam.l.in rebus.
C.de iure doti.quum maritus onera matrimonij
ſuſtinet,ſi alteri cõſtante matrimonio alienauit,
non vendicat vxor,ſiue dos æſtimata ſiue inæſti
mata ſit.Nam ſi contingeret à creditore mariti,
vel ab eo,qui ius à marito habet conſtante matri
monio vendicari,poſſe maritus conſtante matri-
monio commodo rei dotalis priuari.Nam credi
tores à marito repeterent, quod pro dote mari-
tus ab eis accepiſſet.Et ſic maritus conueniretur
de dote ab vxore conſtante matrimonio: quod
fieri non poteſt,niſi ad inopiam vergat.l.ſi con-
ſtante.in princi.ff.ſoluto matrimonio.l. vbi ad-
46 huc.C.de iure dot.† Non ergo ex eo prohibe-
tur mulier à tertio vendicare,qui cauſam à mari-
to habuit,quia maritus dominus ſit, ſed quia cre
ditor cauſam habet à marito: ab eo igitur nõ po
teſt vẽdicare,ſicut nec ab ipſo marito mulier vẽ-
dicare poſſet.Non poteſt etiam verum eſſe dictũ
glo.in dicta.l.in rebus.& in.l.vnica.§. & quum
lex.C.de rei vxor.actio.in verbo, alienare. dum
dicit,maritum ipſum, qui alienauit, poſſe ab eo
cui dotem vendidit,reuocare.mota per illã.l.do
ce.neſcio ſub quibus ramuſculis glo.& qui eam
ſequuntur hoc ſomniauerũt. ſatis enim video in
ea probari,mulierem conſtante matrimonio ius
vendicandi non habere.id fateor: ſed nihil vlte-
47 rius ex illa.l.colligi poteſt. † Ob id oppoſitũ di-
co,vt quemadmodũ rem dotalem vxor conſtan
te matrimonio vendicare non poteſt,ſic nec ma-
ritus (quum maritus dicitur) ea vti,licet eam ven
diderit.l.arboribus.§.vſufructuarius.ff. de vſu-
fruc.dicã abundantius infrà.glo.tñ in.§.j.in ver-
bo,interdicta.inſti.qui.alie.licet. quã illhic Chri
ſtoph.Por.ſequit̃ vltra dictã.l.doce ancillã.mo-
uetur per.l.quẽadmodũ.C.de agri.& cenſi.lib.
xj.quæ vult,cõtra autoritatẽ legis & prohibitio
nẽ alienata poſſe ab ipſo alienante reuocari.Cui
adde.l.ſi procurator.ff.de doli exceptio.l. iube-
mus.§.ſanè.verſi. œconomus.vbi per glo.C. de
ſacroſan.eccleſ.hoc tenuit Cin.in.d.l.vnica.§.&
quũ lex.C.de rei vxor.actio.& in.l.ſi p̄diũ.C.de
iure dot.Motus his ſolis argumẽtis,q̄bus reſpõ
det glo.in.l.per fundũ.ff.de ſer.ruſti.prædio. &
in.l.poſt mortẽ.ff.de adoptio. Cõperio Nicol.
Spin.in.l.iij.C.de iure fiſ.li.x.& in.l. rẽpublicã.
C.de iure reipu.li.xj.à Cino in diſſolutiõe huius
48 argumenti diſſentire. † dicit enim qñ prohibitio
cauſatiua eſt tãtùm,vti eſt in dote,tam de iure an
tiquo q̄ de iure nouo transferebatur dominium
ex cõtractu,et viribus ſubſiſtebat,donec res ipſa
reuocaretur.Primo de iure antiquo ſecũdũ Bar.
mulier ſoluto matrimonio ſtatim dominiũ nõ re
petebat:ſed opus erat noua retraditiõe. Interim
igit̃ valebat alienatio,donec reuocaret̃:vti in ſi-
mili ait.l.iij.§.ſed quod Marcellus.ff.de in diem
adiec.in eo q̄ ſub pacto adiectiõis in diẽ rẽ vẽdi
dit,interim emptor dñs erat. ſimiliter in re ſub-
iecta reſtitutiõi,auth.res quæ.C.cõia de leg. Et
idẽ voluit Cinus poſt Iac.de Are.in.d.l.vnica.§.
& quũ lex.C.de rei vxor.actio.& in.d.l.ſi præ-
diũ.C.de iure dot.de iure nouo idẽ erat,ſi cõſen
tiẽte muliere maritus alienabat.aliàs ſecus. Inter
ea ergo res manebat vendita,donec per mulierẽ
reuocaretur.Nam etiã,ſecũdũ eos, quum hodie
abſq; noua retraditiõe mulier ſoluto mr̃imonio
poſſeſsionẽ nõ repetat dotis.l.j.&.l.dotis.C.ſo-
luto matri.hæc ſi vera ſunt:maiore ratiõe prima
49 noſtra cõcluſio vera eſt, † vt quũ tãtum cauſati-
uè ſit prohibita dotis alienatio,pactũ obligat vi-
rũ vt per ſe reuocare nõ poſsit. ſecus vbi lex om
nino cõtractui reſiſtit:vt nullo modo res dotalis
alienari poſſet à marito cõſtante matrimonio in
præiudicium mariti vendentis eam, tunc habe-
ret locum dicta.l.quemadmodum,& ſimiles. C.
de agri.& cenſi.libro vndecimo.per.l.& ſi is.C.
de prædijs minor.ſine decre.non alienan. dicam
infrà.Aliter autem ſoluit Iac.de bello viſu in.§.
ſin.in auth.vt immobil. antenupt.dona.colla.v.
aut enim ratione perſonæ prohibetur alienatio:
& valet,licet reuocetur: & pro ea de euictione
actio datur.l.& ſi is.C.de prædi.minorũ. Idem
ſi ratione rei.§.ſi quis igitur emere.in authentica
de non alienandis rebus eccleſi.colla.ij. ſecus ſi
in totum prohibetur.l.non dubium. C. de legi.
vbi vide Bar.dicam infrà.Et illa.l.in rebus. om-
nino eſt declaratiua illius.l.doce ancillam.quia
50 ponit caſum,† quando dotales res à creditori-
bus mariti cõſtãte matrimonio fuerãt occupatæ

propter

propter anteriores hypothecas: quas ſic occupa-
tas non poteſt vendicare mulier conſtante matri
monio: dum in ea dicitur, mulierem in his vendi-
candis omnẽ habere poſt diſſolutũ matrimoniũ
prærogatiuã. & ratio, quia illo tempore maritus
fructus ſuos facit, & ideo nomine mariti poterũt
accipere creditores, quum in bonis mariti ſit, ſi-
cut dictum eſt de vſufructu, qui in bonis fructua
rij eſt, quandiu vſufructuarius durat, & in vendi
tione bonorum fructuarij venit. l. in venditione.
ff. de bon. auto. iudi. poſsid. per quam dico non
valere conſequentiam illius. l. Aurelius. §. argen
to. quum inquit, non videri ſuum eſſe quod ven-
dicari non poteſt. Nam ſi vſufructuarius fundũ,
in quo vſumfructũ habet, vendit: dño proprie-
tatis non poteſt viuo fructuario ab emptore, qui
fundum fructuariũ emit, vendicare: igitur pro-
prietarius non eſt dominus. hoc falſum eſt, per
illam. l. in venditione. & l. Statius Florus. §. fi. ff.
de iure fiſci. l. peto. §. prædium. & l. cùm pater. §.
hæreditatem. j. ff. de lega. ij. c. vnico, de milite va
51 ſallo qui arma bel. depoſ. colla. x. † Non enim
quoad viuet vſufructuarius, poterit dominus
proprietatis vẽdicare ab eo cui ceſsit vſufructua
rius, ſed ceſsionarius fruetur, nõ autem proprie-
tarius, dicta. l. arboribus. §. vſufructuarius. ff. de
vſufruct. Adde tex. de fundo dotali loquentem,
acquiſito fiſco propter mariti delictum, quo fa-
ctus eſt ſeruus pœnæ: quoad enim maritus viuet
fiſcus fructus fundi dotalis percipiet, & ſuos fa-
ciet. l. ij. ff. de ſund. dota. l. lex vectigali. ff. de pi-
gnori. l. neceſſario. §. ſi. ff. de pericu. & cõmo. rei
vendi. Nec obſtat ſi dixeris, maritum vendendo
rem dotalẽ, priuare ſe vſu rei dotalis: falſum eſt,
dicta. l. arboribus. §. vſufructuarius. ff. de vſufru.
ibi, nam & qui locat, vtitur: & qui vendit, vtitur,
vel precario alij concedat, vel donet, vtitur: &
ideo retinet vſumfructum, inquit ille tex. Et pro
pter illum vſum non vendicat proprietarius, ſed
poſsidebit ceſsionarius. §. finitur. Inſtitu. de vſu-
fructu. §. j. in fine. Inſtitu. de vſu & habita. ſimili-
52 ter † dico in re dotali, vt quandiu durabit matri
monium mulier dotem à marito alienatam non
vendicat: quoniam fructus dotis maritus perci-
pere debet: quos non percipiet, ſi dotem mulier
conſtante matrimonio vendicare poſſet. Inde le
ge cautum eſt, quandiu ex bonis mariti conſtan-
te matrimonio ſatisfieri poteſt, exactio dotis im-
peditur, dicta. l. ſi conſtante. in princi. ff. ſolu. ma
trimo. Et hanc inductionem probat. l. vbi. C. de
iure dot. in duabus ſuis partibus. Prima ibi, ſed
ita eam poſſe eaſdem res vendicare, vel a credito
ribus poſterioribus, vel ab alijs, qui non potiora
iura legibus habere noſcuntur, vt potuiſſet ſi ma
trimonium eo modo eſſet diſſolutum &c. & in
verſic. ita tamẽ. ibi, nullam habeat licentiam eas
alienandi viuẽte marito, ſed fructibus earum ad
ſuſtentationem tam ſui quàm mariti filiorumq́
&c. & in authent. donationẽ. eo. titu. iuncta glo.
in verbo, vendicare. quæ ponderat authent. res
quæ. C. cõmunia de lega. in verbo, alienari. per
quod verbum & verbum, vendicare. poſitum in
53 illa authent. donationem. dicit probari, † vxorẽ
dominam eſſe donationis ante nuptias. & in cor
pore vnde ſumitur. in. §. illud. in authẽ. de æqua.
colla. vij. dicitur eſſe dotis dña ibi, ſi verò nullius
alterius domina conſiſtit illa, niſi actionum quæ
cõtra maritum ſunt. Quia maritus inops erat, &
ſic inutilis ſit reddita actio dotis mulieri propter
inopiam viri. alioquin domina ſuæ dotis, ſi patri
vult ſuccedere, conſerre tenebitur dotem, aut mi
nus tantùm accipere, vt inquit ille tex. in princi.
l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſta. l. dotis pe-
titio. C. de collati. licet illud principium. §. illud.
loquatur in caſu quo maritus iam deceſsit. ſed
verſi. nos autẽ. idem dicit, quando conſtante ma
trimonio agit, aut agere poteſt, & dotem ſimul
& donationem propter nuptias conſtante matri
monio à marito vendicare poteſt. & tex. in. l. j. §.
54 fi. ff. de no. ope. nuncia. † dicit fructuarium non
tantum nunciare nouum opus, ſed & vendicare
poſſe vſumfructum. alioquin ſi negligat agere,
tenebitur domino proprietatis. l. j. §. fin. cum. l.
ſequen. ff. vſuſruc. quemad. caue. Et tamẽ actio
realis dicitur dominò competere. l. vnica. C. de
alie. iudi. mutan. cauſa fact. quamuis vſufructua-
rius dominus non ſit, vt dixi ſuprà. l. eorum. ff. de
dam. infec. Et idem Moder. Papien. ſibi contra-
rij tenent in. l. ij. §. vſufructuarius. ff. de no. oper.
nuncia. vt per Barto. in dicta. l. in venditione. in
princi. ff. de bo. auto. iud. poſsi. Et tex. in dicta. l.
Aurelius. §. argento. ff. de aur. & argen. lega. vti-
tur verbo, videtur. quod denotatiuum eſt impro
prietatis, vt dixi ſuprà, quũ inquit, non videtur
ſuum eſſe quod vendicari non poteſt. & in. §. ſe-
quen. dicitur ſuum eſſe quod vẽdicari poteſt. Igi
tur fructuarius, qui vſumfructũ vendicat, ſuum
dicet: quod eſt falſum, ſed tantùm ius habet vten
di fruendi. l. ſi vſusfructus. ff. de iure dot. & §. fi-
nitur. Inſtitu. de vſufruct. & idem notat gloſ. ſe-
quuntur Bar. & Ang. in dicta. l. in venditione. ſu
per verbo, continetur. Secundò obſtat. l. ſin. ff. ſi
55 ager vectig. vel emphy. † vbi cõductores ad mo
dicum tempus, ſundum conductum etiam à do-
mino vendicant. & licet multi poſt gloſ. in dicta
l. ſin. in. l. codicillis. §. illa inſtitutio. ff. de legat. ij.
dicant illam. l. ſin. intelligi de conductore ad lon
gum tempus, propter quod acquiratur domi-
nium. Et ita ius Canonicum interpretatum eſt in
Clem. j. de reb. eccle. non alienan. & id dicunt vt
euitent. l. non ſolet. ff. loca. & conducti. ſi tamen
veritas literæ conſideranda eſt, non poteſt hæc
interpretatio aliquo pacto vera eſſe. Primò, quo
niam. l. j. illius titu. ſi ager vecti. ff. etiam condu-
ctorem in perpetuum non eſſe dominum dicit,
& nihilominus dat rei vendicationem. Secundò
ſi leges debent ad proximas referri. l. non eſt no-
uum. & l. ſequẽ. ff. de legi. neceſſario referendæ

ſunt ad.l.j. illius titu. in verſicu. non vectigales.
56 quum dicatur in illa.l.fin. † qui ad tempus con-
ductum habent,nec tempus finitũ ſit conductio-
nis, conductor à locatore rem conductam ven-
dicat, ſi à locatore impediatur. licet glo.dicat de
decennio: & ob id ſi dixeris ad illam.l. fina.cum
interpretatione gloſ.vt intelligatᷣ de vtili domi-
nio:dixi pluries cum diuinatione ſuppleri ad illũ
tex.Secundò,non eſſe de iure Digeſtorũ cogni-
tum.& licet Bar.in.l.ſi quis vi.§. differẽtia.ff. de
acquir.poſ.per.l. poſſeſſores. C. de fund. patri.
lib.x.dicat emphyteotam vtilem dominum eſſe:
non autem dicit ille tex.conductorẽ,ſiue ad lon-
gum tempus, ſiue ad modicum, dominũ eſſe. Et
ideo abſque diuinatione accipi nõ põt,quinimò
ſine lege loquuntur: quod abſonum eſt.l.ſin. C.
de conſuli.lib.xij.§. conſideremus.in authent.de
trien.& ſemiſ.colla.iij.imò Bar.in.l.poſſeſſores.
confitetur de iure Digeſtorũ non fuiſſe vtile do-
minium cognitum: ſed per ius Codicis introdu-
ctum,videlicet per dictã.l.poſſeſſores.licet opi-
nio glo.& Bar. ab omnibus teneatur, tranſeat,ſi
ſine lege loquendum ſit, & à verbis & mente le-
gis recedendum: quoniam traditio hæc ab omni
bus accipitur. Nec obſtat aliud argumentum,cu
ius meminit gloſſ. in.l. & ſi dotis. C.de iure dot.
57 per illum tex. † dum dicit, maritum poſſe ſeruo
dotali libertatem dare: igitur dominus eſt dotis.
hoc non puto verum: licet glo. vbique iſto fun-
damento moueatur,in.l.j.C.de ſer. pig.dat. ma-
numiſ.in.l.dotalem.ff.ſolu.matr.in dicta.l.in re-
bus.C.de iure dot.&.l. inteſtato.§.j.ff.de ſuis &
legit.hæredi.dicit,maritum fieri patronum ſerui
dotalis eũ manumittentis. Ex hoc omnes ſequen
tes glo.concludunt,maritum dotis dominũ eſſe.
Sed miror quomodo glo.& qui eam ſequuntur,
tam debili fundamẽto moueantur,quum & glo.
ad id multipliciter reſpondeat.pro quibus abſol
uendis præmitto quòd maritus,qui ſoluendo nõ
eſt,ſeruum dotalem manumittere non poteſt.l.
ſeruum dotalem.ff.de manumiſ.l.j.C.de ſer.pig.
dat.manumiſ. ſi verò fuerit ſoluendo,manumit-
tit. His ſic præſuppoſitis dantur plures ſolutio-
nes,quæ omnes fuerunt glo.quas etiã refert Be-
nedic. de Plumbi. in dicta.l. ſeruum dotalem.ff.
de manumiſ. Prima eſt,non eſſe mirum,ſi ſeruus
58 à marito manumitti poteſt: † quia res omnes do
tales mobiles poteſt maritus alienare, ſi ſoluẽdo
eſt:& valet alienatio, per.l.res in dotem datæ.ff.
de iure dot.quæ aſsignat pulchram rationẽ, quo
niam quum dãtur in dotem marito, ad id dantur
vt eas maritus diſtrahat , vt ſoluto matrimonio
alias eiuſdem generis & qualitatis reſtituat, vel
ipſe vel hæres eius, aut earum æſtimationẽ,ſicut
de rebus æſtimatis in dotem datis dicitur.l. ple-
runque.in ſin.ff.de iure dot.Et ſi dixeris,illam.l.
res in dotem datæ. intelligi de rebus,quæ conſi-
ſtunt in pondere,numero, vel menſura:ſatis po-
teſt dici,ſeruos venire ſub illis qualitatibus.tamẽ
per rationem illius.l.quæ multum conſideranda
eſt , non ſic per Iureconſultum reſtrictio ad eas
res ſit.vnde illud argumentum nihil concludit.l.
ij.§.fin.&.l.quum quid.ff.de reb.eredi.& dicam
infrà. & aduerte ad aliam illius legis rationem,
quæ eſt,vt illa.l.de his rebus intelligatᷣ, quæ faci
liter perire poſſunt. & in dicta.l.plerunque.glo.
eam de ſeruis intellexit in. §.j. in verbo, dotale.
Inſtitu.quib.alie.licet vel non. Allegans dictam
l.j.C.de ſer. pigno. dat. manumiſ. quæ de ſeruo
59 dotali manumiſſo tantùm loquitur. † Et ſic quũ
maritus alium ſeruum eiuſdem æſtimationis vel
æſtimationem dare poteſt: manumiſsio eius ſeu
etiam alienatio valet,ſicut & cæterarũ rerum mo
bilium:quoniam ſi periret, periculo mariti peri-
ret. Et ideo lex dicit,res mobiles dotales marito
datas ad id traditas eſſe, vt eas pro arbitrio ſuo
diſtrahat propter periculum futuræ mortis . Et
quia de hac ſolutione dubitatum eſt, ſimiliter &
de ſequẽ.ideo infrà de his copioſius diſcutiemus
illis recitatis. Secunda ſolutio glo.in.l. libertas
omnibus.ff.de reg.iur. quæ dicit fauore liberta-
tis alienationẽ rei dotalis permitti,quæ aliàs non
permitteretur. & hanc ſolutionem ſequitur Bal.
in.l.j.C.de ſer. pigno.dat.manumiſ. Similiter &
Moder.in.l.j.ff.ſol.matrimo. de qua infrà latius
dicetur. Tertia,quam ſuprà aperuimus,quoniã
res quæ in pondere, numero, & menſura conſi-
ſtunt,vt inquit Benedic.de Plumb.in dicta.l.ſer
uum dotalem.alleg.glo.in authent. ſiue à me.C.
ad Velleia. & ea quæ faciliter diminui poſſunt,
alienãtur.ſed decipitur Benedic. in illa glo.quæ
60 aliter loquuta eſt ꝙ ſenſerit. † Diſtinguit enim
aut res dotales ſeruando ſeruari poſſunt, qualis
eſt ſeruus:& alienari non poteſt. Aliæ autẽ ſunt,
quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt:& illæ alienari
poſſunt.l.res in dotem datæ.ff. de iure doti.quæ
differentia nullo pacto videtur concludere.quid
enim ſi res dotales mulieris in auro & argẽto cõ
ſiſtunt?ſeruando enim ſeruari poſſunt.§.j.Inſtit.
quib.mod.re contrahi.oblig.Et notatur in dicta
l.ij.§.j.ff. de reb. credi. Et facilius aurum aut ar-
gentum quod in pondere conſiſtit,& ære conta-
minatum in numero facilius ſeruando ſeruari po
teſt abſque diminutione, quàm ſeruus qui mori
poteſt,vel debilitari.l.j.ff.de condi. & demonſt.
&.l.j. ff. de his qui deiece. vel effuder. & tamen
maritus alienare poteſt,dicta.l. res in dotem da-
tæ. quare prima glo.conſideratio videretur me-
lior: ſed exemplũ de ſeruo datum non eſſet con-
ueniens:nec ſolutio iſta cõmendari poteſt. Quar
tam Moder.tradũt poſt Bar. in dicta.l.j.ff. ſolu.
matrimo. cuius meminimus in.ij.glo. ſolutione,
61 vt † nulla res dotalis hodie alienari poſsit de iu-
re nouo,per authẽt. ſiue à me. C. ad Velleia.ſiue
mobilis ſiue immobilis ſit.p.l.in rebus.§.omnis.
C.de iure dot.vbi tex.prohibet vſucapionẽ rerũ
mobilium dotalium, ſicut & præſcriptionem im
mobilium rerum dotalium, per illum tex. Quæ
ſolut

ſolutiones & ſingulæ earum clarè probant, mari-
tum non eſſe dominum dotis: quia ſiue dicamus
hoc ſingulariter procedere quodam iure ſpecia-
li fauore dotis, ſiue quòd generaliter dicamus
res dotales mobiles à marito poſſe alienari: vel
etiam de rebus dotalibus loquamur, quæ ſeruan-
do ſeruari non poſſunt ſine attritione ſeu earum
diminutione, vt inquit.l.plerunq;.ff.de iure dot.
ſiue etiam de rebus dotalibus, quæ pondere, nu-
mero, aut menſura conſiſtunt, contendamus. Et
vlterius dicamus, in ſeruo fauore libertatis non-
nihil ſpecialitatis eſſe: nullo modo argumentum
glóſ. tam generale, concludens eſſe poteſt, vt o-
mnium rerum dotalium maritus dominus ſit: ſed
tantùm ſerui, vel rerũ, quæ ſeruando ſeruari poſ-
ſunt, quarũ alienatio prohibita eſt. Et ob id Bal.
in illa.l.j. C. de ſeruo pignori dato manumiſſo,
videns hoc obiectum difficile, non vidit reſpon-
ſum opportunius vno ab eo nouiter conſidera-
62 to, videlicet vt dicatur, † maritum rei dotalis do
minum, ſcilicet dotaliter, & non aliter: ſed vxor
ſit vera domina, excepto ſeruo libertate donato
fauore libertatis, per quam ſatis conſtat argumẽ
tum gloſ. ab ipſamet gloſ. ſuis ſolutionibus eſſe
eliſum & funditus abſolutum. Et licet multi hãc
ſolutionem Bal. impugnẽt, tamen pro ea eſt tex.
clarus in.l.quoties. ff.de iure doti. ibi, quia non
ſimplex venditio ſit, ſed dotis cauſa. Sed quia o-
mnes iſtæ ſolutiones glo. à Bar. relatæ ſunt in di-
cta.l.j. in diſtinctione glo. in verbo, ſemper. ff. ſo
lu.matr. Antequam eas aperiam, volo te conſide
rare difficile argumentum in hac materia, quod
vix diſſolui poteſt, niſi teneamus aut primam aut
ſecundam ſolutionem glo. & illud facio de dicta
l.in rebus. in princip. C. de iure dot. vt nunc non
intrem priorem Bar. diſputationẽ, an ius nouum
in hoc à iure antiquo differat. & clarius deducã
infrà. Et argumẽtum quod præmitto ex illa.l.in
63 rebus. eſt, quia.l. illa dicit, † mulierem ius habe-
re vendicandi ſoluto matrimonio omnes res do-
tales, ètiam alienatas per maritum, ſiue æſtimatæ
fuerint datæ, ſiue inæſtimatæ: dummodo ſoluto
matrimonio adhuc extant, ſi mulier eas vendica-
re poteſt, habeatq; in eis vltra ius illud vendica-
tionis ſpecialem hypothecam potiorem quibuſ-
cunque alijs hypothecis, etiã ſpecialibus & ante-
rioribus, per illũ tex. &.l.aſsiduis. C. qui potior.
in pigno. habean. nec impediri poſsit vendicatio
earum, ſi extant. Igitur ſeruũ manumiſſum à ma-
rito in rerum natura adhuc extãtem poterit vxor
vendicare ſoluto matrimonio: nec maritus ſeu
alius reuocationem prohibere poſſet, per dictã
l.in rebus. Secundum argumentum & difficilius
64 primo, quod ex illa.l.in rebus. elicio, eſt, † mulie
rem in rebus dotalibus ius ètiam ſpecialis hypo-
thecæ habere, per illũ text. quod eſt mirabile, vt
inquit illhic glo. & cõmuniter Docto. quomo-
do poſſunt hypothecaria & rei vẽdicatio in eodẽ
ſubiecto cõcurrere. Sed mulier, q̃ in ſeruo dotali
ius hypothecæ reſeruatum habet, prohibet mari-
tum eum manumittere, & manumiſſum in priſti-
nam ſeruitutem reuocat.l.j.in fi. &.l.iij. C. de ſer.
pig.dat.manumiſ. ſed quum lex ſuppleat factum
hominis.l.ob cauſam. C. de euictio. præſertim in
cauſa dotis.l.vnica. in prin. C. de rei vxor. actio.
quia ab initio in rebus dotalibus vxori ſpecialẽ
hypothecã reſeruat, per illas.l.in rebus. &.l.aſsi-
duis. &.l.vnicam. in princi. C. de rei vxor. actio.
quomodo poteſt à marito ſeruus dotalis aliena-
ri, non videtur poſſe. Et ob id Azo in ſumma. C.
de fund. dota. & plerique alij dicunt, res dotales
ſiue mobiles, ſiue immobiles alienari non poſſe.
65 & ipſemet Bar. in illa.l.j.ff. ſolu.matr. † dicit de
iure nouo authenticorũ nõ poſſe quicquam alie
nari ex dote, niſi mulier conſentiat, dicto.§.fin.in
authent. vt immobi. antenupti. donat. vbi idem
tenet Bar. & ante eum Petr. in authen. ſiue à me.
C. ad Velleia. vt dicam infrà. Et ob id dicunt ipſi
in hoc ſpeciale eſſe fauore libertatis, in illa.l.j. C.
de ſer.pig.dat. manumiſ. Nec aliter poſſunt eui-
tare, niſi dicant ſpeciale eſſe fauore libertatis. Si
igitur ſit ſpeciale fauore libertatis, vt ob id mari-
tus dominus ſit ſerui dotalis: in cõtrarium igitur
ius commune in alijs rebus erit, vt dominus cæte
rarum rerũ dotalium conſtante matrimonio eſſe
non poſsit, propter prohibitionẽ legis circa alie
nationem rerum dotalium, & ius vendicandi no
minatim mulieri à lege cõceſſum. Videamus nũc
de veritate ſolutionum prædictarum, & conſide
remus leges & textus earum prout iacent abſq;
interuerſione earũ vel diuinatione: quas in pri-
mis comperio relatas eſſe de Cino & Ioan. Fab.
poſt Petr. in dicta.l.vnica.§. & quũ lex. C. de rei
vxor. actio. & in authẽt. ſi ſine. C. ad Velleia. per
Ioan. Fab. in.§.j. Inſtitu. quib. alie. licet vel non.
Bar. in dicta.l.j.iij. colum. ff. ſolut. matri. & Mo-
der. illhic, ſed non omnes ſequuntur Bar. Pro di
ſcuſsione autẽ earum ſequar ordinem Bar. in di-
cta.l.j.ff. ſolu.matr. In primis glo. in dicta.l.j.ff.
ſolu. matri. & in dicta.l. libertas omnibus. ff. de
reg. iur. in dicta.l.vnica.§. & quum lex. C. de rei
66 vxor. actio. † tenet indiſtincte rem dotalem etiã
mobilem eſſe inalienabilem: excipitur caſus.l.j.
C. de ſer.pig.dat.manumiſ. licet Bar. eam ſequa-
tur, præſertim ſecundum iura nouiſsima, per di-
ctam authent. ſi ſine. C. ad Velleia. & tex. corpo-
ris authent. à quo ſumpta eſt dicta authen. vbi di
cit probari nõ tantùm de donatione propter nu-
ptias, ſed etiã de dote, vt ſi quid ex ea fuerat alie-
natum, nulliter ſit alienatũ. Et hoc videtur velle
§.fi.in auth. vt immobi. antenupt. dona. colla.v.
in verſi. & multo potius hæc in dote valebunt, ſi
quid dotis aut alienatur aut ſupponitur. Nota ſe
cundum Bart. & bene, hæc verba, ſi quid dotis.
quæ verba adeo ſunt prægnantia, vt non tantùm
res immobiles comprehendãt, ſed etiam res mo-
biles dotis, ſi alienatæ fuerint. Hoc reprobat Io.
Fab. in dicto.§.j. inſtit. quib. alie. licet. Dicit enĩ

illum tex. in donatione,propter nuptias tantùm
loqui. Ange. Imo. Aret. & recẽtiores tenent con
tra Bart. per dictam. l. res in dotẽ datæ. ff. de iure
dot. vt non ſit ratio illius legis correcta, præſer-
tim, ſecundum eos, in rebus quæ ſeruando ſerua
ri non poſſunt, ſecundum diſtinctionem gloſ. in
dicta authent. ſiue à me. C. ad Velleia. & iſta eſt
cõmunior ſententia. Plus dico, ſi verũ dicit Bar.
prout re vera ille tex. authenticorum planè pro-
bat, res dotis alienatas reuocari, quaſi nulliter
alienatæ, omnia iura antiqua correcta erunt, ſimi
67 liter & l. j. C. de ſer. pig. dat. manumiſ. † Et non
valebit ſerui dotalis manumiſsio, ſed eum cæte-
ris rebus dotalibus reuocabit̃. Et ratio in prom-
ptu eſt: quia ſi vendicatio pro quibuſcunque re-
bus dotalibus alienatis à marito extantibus mu-
lieri cõpetat, ſimiliter & pro ſeruo cõpetet: aliàs
eſſet dabilis caſus quo mulier eſſet indotata. Po-
ne totã dotẽ in ſeruo conſiſtere, & cùm maritus
manumiſit ſoluẽdo erat, fortuitus autẽ caſus in-
opinatus ſuperuenit, quo maritus bona ſua ami-
ſit, vti eſt in quæſtione per Bar. diſputata in. l. ſi
cõſtante. in prin. ff. ſolu. matr. dum dicit, mulierẽ
in hoc caſu debere participẽ eſſe infortunij mari
ti. l. ſi quũ dotẽ. §. ſi maritus. ff. ſolu. matr. hoc mo
do mulier priuabitur dote: quod dãnoſum eſſet
mulieri. Nam hoc pacto cauſa dotis ſemper &
vbique præcipua non eſſet. contra. l. j. ff. ſolu. ma
trimo. ſi igitur res dotales alienatæ reuocãtur: ſi-
militer de ſeruo manumiſſo dicendũ eſt: quia mu
lier de damno vitando certat. dicta. l. aſsiduis. C.
qui potior. in pigno. habean. Et ſi dixeris, hodie
prouiſum eſſe huic obiectioni per dictum. §. ſi. in
68 authent. vt immobi. antenupti. dona. † quia di-
cat res dotales etiam de conſenſu mulieris aliena
tas, ſi mulier indemnis in rebus mariti ſeruari nõ
poteſt, per mulierem reuocabuntur. quare dic
illum tex. in caſu intelligi, quo maritus tempore
alienationis ſoluendo eſt, non autem tempus ſu-
luti matrimonij conſiderat, quo poteſt deſinere
ſoluendo eſſe. Idem notat. l. ſeruum dotalem. ff.
de manumiſsio. l. & ſi dotis. C. de iure doti. ſed
quomodo poterit alienatio quæ iure & lege per
mittente facta eſt, reuocari, & maximè ſi alie-
nata eſt dos eo tempore, quo ſatis mulieri in re-
bus mariti conſultum erat, quæ forſitan caſu pe-
rierunt. Secundò, ius actionẽ mulieri ſoluto ma
trimonio reſeruat, nulla inter res dotales facta
differẽtia an æſtimatæ ſint, vel inæſtimatæ, dicta
l. in rebus. dummodo extant. Tertiò, ſi illo reſpe
ctu ſemper ſua dos remanet. d. l. in rebus. quo-
modo ſine facto ſuo potuit deſinere ſua eſſe.
69 Quartò, non † eſt maior neque vberior fauor li
bertatis ſerui dote vxoris, quæ impedit etiam re-
ſtitutionem rerum in dotem datarum, licet reſti-
ſtitutioni ſubiectæ ſint, authent. res quæ. C. com
munia de lega. in qua concurrunt tot & tanta pri
uilegia, de quibus poſt glo. in. l. j. ff. ſolu. matri.
Præſertim intereſſe reipublicæ concurrens cum
fauore dotis, vt inquit illa. l. j. ff. ſolut. matrimo.
Alioquin ſi dixerimus, non eſſe in hoc caſu cor-
rectam. l. j. C. de ſeruo pigno. dat. & ſimiles, ma-
neret etiam firma ratio illius. l. res in dotem da-
tæ. ff. de iure dot. quæ videtur in fauorem mulie-
ris, nõ autem viri facta. de qua dicam infrà. Alia
& ſecunda eſt in dicto. §. j. Inſtit. quib. alie. licet.
quam ſecutus eſt Azo in ſumma. C. de fundo do
tali. quam refert Cinus in dicta authẽt. ſiue à me.
C. ad Velleia. ſimiliter Bart. in dicta. l. j. ff. ſolu.
matri. quæ tamẽ Odofredo nõ placuit, vt inquit
Bar. quum leges quæ de fundo dotali loquũtur,
magis gratia exempli loquantur, ꝙ quòd arctẽt
regulam. & Moder. Papien. in dicta. l. j. in expe-
ditione glo. in verbo, ſemper. ff. ſolu. matri. limi-
tantes concluſionem Bart. in illa. l. j. in eo quod
dixit per dictum. §. fin. in authẽt. vt immobi. ante
70 nupt. dona. colla. v. † nihil ex dote alienari poſſe
niſi conſentiat mulier: licet de iure antiquo ſecus
ſit. aſſerunt poſt Ioan. de Imo. & Franciſ. Aret.
non eſſe veriſimile Bar. ita reſcripſiſſe ius nouũ,
quo minus diſtinctionem Petri relatam per Bar.
ſumptam ex illa. l. res in dotem datæ. ff. de iure
dot. confeſſus fuiſſet veram eſſe, dum diſtinguit
res dotales, quæ pondere, numero, & menſura
conſiſtunt ab alijs rebus. Non enim, ſecundum
eos, voluit Bart. negare, quin res, quæ pondere
& menſura conſiſtunt, poſſent alienari, dicta. l.
res in dotem datæ. & quod in illa. l. de fundo do
tali dicitur, exempli gratia vel frequẽtioris vſus
cauſa dictum eſſe affirmant: nõ autem quòd lex
Iulia, quæ alienationem fundi dotalis prohibet,
velit ſimiles caſus excludere: allegantes aliqua
triuialia. Sed Bar. in illa. l. j. ff. ſolu. matr. ait, Hæc
concluſio glo. non placuit Pet. de bel. perti. fecit
enim trimembrem diſtinctionem. Aut enim res
dotales in põdere, numero, et menſura conſiſtũt:
71 & procedat dicta. l. res in dotem datæ. † Si verò
in alijs rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, con
ſiſtunt: & alienari non poterunt. Et hoc modo
gloſ. dictæ. l. j. ſolu. matri. intelligatur. Fallit in
fauorem libertatis, dicta. l. j. C. de ſer. pig. dat. ma
numiſ. Si verò ſeruando ſeruari non poſſunt, &
ad ſimilitudinẽ rerum minoris alienari poterunt,
iuxta. l. lex quæ tutores. C. de administrati. tuto.
quæ diſtinct. Petri non placuit Bar. quum ſecun
dum eum, differant minor & vxor. l. ſicut. C. de
præſcriptione. xxx. anno. Aduerte, licet hanc di-
ſtinctionem Bar. adſcribat Petro, & dicat Cinũ
aliter recenſere dicta Petr. non fuit diſtinctio Pe
tri, ſed Io. Fab. in. §. j. Inſtit. quib. alie. licet. quam
Ange. in illa. l. j. ff. ſolut. matri. dixit eſſe veram,
quicqd dicat Bar. ſimiliter ſequitur eũ illic Io.
de Imo. & Moder. Papien. fauentes Bar. dicunt
Bart. non negare primum membrum diſtinctio-
nis Petri. Et ideo fatentur diſtinctionem Ioan.
Fab. quam dicit Bar. eſſe Petri, omnino veram
eſſe. Neque Bar. eam inficiari poſſet, ſecundum
eos, per dictam. l. res in dotem datæ. eam appro-
bat Ang

bat Ang. Aret. in dicto.§.j.Inſti. quib.alie.licet.
dicens hanc eſſe veriorem, nec ab ea recedẽdum
eſſe. Chriſtoph. Porcus in dicto.§.j. Inſtit. quib.
alie. licet. deterius recenſet Petr. ꝙ fecerit Bart.
dicit enim Petr. Iac. de Rauen. & noſtrates, tene
re glo.l.vnicæ.§. & quũ lex. C.de rei vxor.actio.
cum qua conuenit glo.dictæ.l.j.ff. ſolu.matr.Si-
militer peius refert dicta Bar.dum dicit Bar. di-
ſtinxiſſe inter res,quæ ſeruando ſeruari poſſunt,
quod & falſum eſt. Imò oppoſitum dixit, repre-
hendo Petrum, vt retuli: hinc nouiſsimè ſua affe
ctione motus,ſe Barto.ſubſcribit, ſpreto Petro:
quam nec exiſtimauit eſſe verã:quia putauit Pe-
trum aliter diſtinxiſſe. vnde iudex hominum,nõ
rationum eſſe videtur. Verum eſt autem Bar.re-
72 prehendiſſe Iaco. de Aret.dicentem, † maritum
conſtãte matrimonio dotem poſſe alienare, quũ
non inueniatur prohibitum: licet mulier ſoluto
matrimonio poſsit reuocare, argumento.l. iij.§.
ſed & Marcellus.ff.de in diem adiectio. Dic Iac.
de Aret. de iure antiquo verum dixiſſe,non autẽ
de iure authenticorum,quo res, quæ ſeruari poſ
ſunt, niſi conſentiat mulier, alienari nõ poſſunt,
dicto.§.fin.in authent.vt immobi. antenupt.do-
na.colla.v.Cinus in dicta.l.vnica.§.&quum lex.
C. de rei vxor. actio. aliter recenſet diſtinctionẽ
Iaco. de Aret. & eius dicta, quàm referat Bart.
Nam Cinus ait,Iaco. de Aret.dixiſſe poſt Azo.
poſſe maritum res dotales mobiles alienare, ſi-
cut œconomus res eccleſiæ alienat. Idem de re
pupilli,quæ per tutorem alienatur.& ſic æquipa
ratio quæ dicitur facta à Petro de muliere ad mi
norem,proceſsit à Iaco. de Are.non autem à Pe
tro,vt ſtatim dicã. Et licet ſecundum eum prima
facie idem ſentiat Iaco.de Rauen. qui fuit præce
ptor Petri,tamen aliter diſtinxit ipſemet Iaco.de
Rauẽ.dixit enim, maritũ rem mobilem dotalem
non poſſe alienare, ſic vt alienatio mulieri præ-
iudicet,niſi conſentiat.quia licet, ſecũdum eum,
maritus cõſtante matrimonio dotis ſit dominus,
tamen quia dominium ad mulierem reuerſurum
eſt,eo ſoluto alienatam dotem mulier vendicat.
l.in rebus.C.de iur.dot. ſicut de alienãte rem cũ
pacto adiectionis in diem , dicitur in.l.iij. §. ſed
73 & Marcellus. ff. de in diem adiectio. † Si verò
conſentiat: & præiudicat ſibi, niſi conſentiat eo
animo , vt pro marito tantùm intercedat: quum
enim iuuetur Velleiano,conſenſus non præiudi
cat.l.ſi mulier.C.ad Velleia.dicit tamen gloſ.&
docto.in ea opinione eſſe, non valere cõſenſum
mulieris,ſeu illi non præiudicare. Et quòd in ea-
dem opinione fuit Petr. de bel. pert. quod verũ
eſt: ſed non in terminis relatis per Cinum, vt di-
cam infrà. Cinus aliter diſtinxit in dicto.§.& quũ
lex.dixit enim, ſi mulier alienationi rei verè do-
talis conſentiat,non valet conſenſus,neque alie-
nari aut hypothecæ dari poterit, etiã ſi iurat mu
lier.l.non dubium. C.de legibus.quamuis de iu-
re Canonico aliud cautum ſit,c. licet. de iureiur.

in. vj. Si verò non ſit verè dotalis, quia data eſt
æſtimata:& illa conſuetudo ſibi præiudicat,ſi ex
bonis mariti poteſt vxori ſatisfieri. remittens ſe
ad ea, quæ ſcripſit in authẽt. ſiue à me. C.ad Vel-
74 leia. & in.l.in rebus. C.de iure dot. † Si autẽ alie
nationi rerũ mariti conſentit: & ſibi præiudicat.
l.iubemus. C. ad Velleia.ſi alienationi rei dona-
tæ propter nuptias conſenſum præbeat: in hoc
caſu remittit ſe ad notata per Iaco.de Are. in di-
cta authent. ſiue à me. C. ad vellcia.Petr. autem
in dicta auth. ſiue à me.aliter loquutus eſt quàm
referant Cinus & Bar. Et ſit hoc pro gloria Bar.
& vltramontanorum, qui gloriabũdi falſò dicta
aliena referunt. Et iureconſultus inquit in.l. Iu-
lianus.in princi. ff. de actioni.empti. non debet
quis facile quod ignorat aſſeuerare. Dixit enim
Petrus, res dotales maritum non poſſe abſq; mu
lieris conſenſu alienare: & ſi cum mulieris cõſen
ſu alienat, & res alienata immobilis ſit, debet in
ea ſeruari forma dictæ authent. ſiue à me. C. ad
Velleia. quoniam priuilegium dotis, per quod
prohibetur alienari, à. l.Iulia conceſſum eſt. l.j.
ff.&.C. de fund.dotali.dicta.l.vnica.§.& quum
75 lex. C.de rei vxor.actio. † Priuilegium autẽ do-
tis rei mobilis, per quod prohibetur alienari, ex
beneficio illius authent. ſiue à me. introductum
eſt, ponderando verba illius authent. ſiue à me.
ibi,et multomagis.idem in dotibus locum habet
& ſecundum Petr. conſiſtentibus in re mobili.
Et licet in fine dictæ authent. ſiue à me. addan-
tur hæc verba, videlicet, vt aliqd immobile pro
ea non alienetur,dicit Guarneriũ, qui recollegit
omnes authenticas Codicis,hoc à ſe ipſo dixiſſe:
quia non continentur in corpore authenticorũ,
à quo ſumpta eſt illa authẽti. videat vnuſquiſque
furtum Bar.clarè detectum in illa.l.j.ff.ſolu.ma-
trimo. qui nec ſolũ erubuit dicta Petri ſibi aſſcri
bere: ſed etiam tacendo, nouam opinionem im-
properare vt eã argueret. Ego verò ex his omni
bus dicam quid ſentiam:& quantũ in nobis erit,
ſequemur textuales legum deciſiones. In primis
faciam differentiã inter ius Digeſtorũ, Codicis,
Inſtitutionum, & Authenticorum. & nihilomi-
nus , ſi recte omnia illa iura intelligantur, nihil
76 inter ipſa diſcriminis erit. † De iure Digeſtorũ
differẽtia eſt inter res dotales æſtimatas & inæſti
matas. Secundò inter æſtimatas duæ cauſæ inue-
niuntur. Aliquæ enim ſunt æſtimatæ, non niſi vt
vera æſtimatio earum fiat, & nihilominus eædẽ
ſtipulãtur ſoluto matrimonio vxori reddi ſeu re
ſtitui. Aliquæ verò æſtimatæ traduntur vt ſtatim
mariti fiant,& earum periculum ſit mariti, & nõ
vxoris : quæ æſtimatio emptio eſt. Aliquæ ſunt
mobiles,quæ in pondere,numero & mẽſura cõ-
ſiſtunt, & quæ functionẽ in genere ſuo recipiũt.
Aliæ ſunt quæ licet iſtius qualitatis ſint, non ta-
men functionem recipiunt. Et earum adhuc duæ
ſunt ſpecies. Aliquæ enim ſunt quæ ſeruãdo ſer-
uari poſſunt. Aliæ verò non. Inæſtimatarum re-

rum aliquæ ſunt mobiles, & aliæ immobiles. Et de ſingulis ſuccincte videamus: quibus declaratis facilis erit omnium iſtorum iurium conuenientia. De his, quæ quãuis æſtimatæ ſint, tamen illæ eædem reddi debẽt: dic inalienabiles eſſe ex lege Iulia de maritandis mulieribus ſeu ex ipſius interpretatione.l.ſi æſtimatis.ff.ſolu.matrimo.l. plerunque.§.ſi. cum.l.ſeq.ff. de iure dot.l.quòd ſi fundus.ff.de fund.dota.l.j.C.ſolu.matri.l.j.C. de fund.dota.l.quoties.&.l. ſi inter virum.C.de
77 iur.dot. † Quæ verò æſtimatæ viro traditæ erãt, ſtatim illi acquirebãtur, quaſi ab eo emptæ.l.qui balneum.§.Titia.ff.qui potior.in pign. habean. imò plus, vt emptæ erant viri, et periculo eius, & non mulieris, dicta.l. plerunque. in duabus ſuis partibus. Prima in verſicu.ſi ante.& verſic. inde quæri. &.l. quoties. ibi, ea cuicta virũ ex empto contra vxorem agere.& in fi.illius.l.&.l.æſtimatæ.ff.ſolut. matri.l.quum dotem.C. de iure dot. Dotales autem res, quæ in pondere, numero, & mẽſura conſiſtebãt, confeſtim in maritũ trãſibãt, & ſuo arbitrio cõmittebantur, vt eas ſtatim venderet, eſſentq́ ſuo periculo. Nam & facultas eas alienandi à lege marito conceſſa erat.l.res in dotem datæ.ff. de iure dot. Aliquæ autem quæ ſeruando ſeruari non poterant, ſed vſu conſumuntur, quales ſunt veſtes & ſimiles quæ vſu conſumuntur, quas expedit mulieri dari æſtimatas, maritus æſtimationem tradet ſoluto matrimonio.l. ſi inter virum. C.de iure dot.ob id intereſt mariti eas non recipere æſtimatas propter futurum ea-
78 rum periculum. † Caueant igitur mariti ne dotales res æſtimatas recipiant, ſi velint eas vxoris, non ſuo eſſe periculo, dicta.l.plerunque.in prin. ff.de iure dot. Ex his ſatis probatur, dotem in rebus mobilibus & immobilibus, & æſtimatis & inæſtimatis conſiſtere. Et dico rerum mobilium æſtimatarum dominium in maritum tranſire, dicta.l. vnica.§. & quum lex.C. de rei vxor.actio. l.quoties.C.de iure dot. Et præſertim earũ, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, quia periculum earum tranſit in maritum, per rationẽ dictæ.l.res in dotem datæ.ff. de iure dot. Similiter etiam earum quæ vſu conſumuntur, ſi æſtimatæ ſunt.l.quum poſt.§.fi.ff.eod. de iure dot. ibi, viri dominium factum videtur: dicta.l.æſtimatæ. ff.ſolu.matr. Si verò inæſtimatæ ſunt: periculum eſt mulieris, & deterioratio earum. dicta.l. plerunque.primo reſponſo.ff.de iure dotiũ. His ſic præmiſsis circa ſolutiones & diſtinctiones prædictas dico, ius antiquum in rebus mobilibus dotalibus non eſſe correctum. Et non recedendo à
79 terminis legum, dic † primò differentiam eſſe inter res mobiles. quædam ſunt, quæ conſiſtunt in pondere, numero & menſura: & illæ cenſentur à lege quodãmodo æſtimatæ. ſicuti eñ æſtimatæ viri periculo ſunt.l.æſtimatæ.ff.ſolu.matrimo. ſimiliter & illæ res, quæ conſiſtunt pondere, numero, & menſura, fiunt periculo viri, & ſtatim dominus earum fit, quo traduntur, dicta.l.res in dotem.ff.de iure dot. Et puto neceſſariò conſiderandam eſſe rationem illius.l. quam ad aliud extendam infrà. Nam ille tex. inquit, in hoc dantur vt eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & ſoluto quandoque matrimonio alias res eiuſdem generis et qualitatis ipſe aut hæres eius reſtituat. Et ſic in repetitione dotis non venit niſi æſtimatio earum, nõ autem ipſæ res. Et ratio, quia in genere debentur, vt dicam infrà. Secundò, de facili conſumuntur, vt dicit glo. in verbo, æſtimatæ.ff. ſolu.matri. & facit dicta.l.plerunque.in princip. ff.de iure dot. Cui addo.l.ſi tibi vini.ff. de vſufr. ea.re. quæ vſu conſumuntur. dum vult ille text.
80 quoties † alicui vſus vel vſusfructus legatur, aut relinquitur earum rerum, quæ vſu conſumuntur: in reſtitutione aut res eiuſdem qualitatis aut æſtimatio certæ pecuniæ ipſarũ rerum adueniente morte aut capitis diminutione veniunt. ſic idẽ in dicta.l.res in dotem datæ. Et ideo maritus eas alienare poteſt etiam inuita muliere, quũ ſint ſuo periculo, ſicut res æſtimatæ pacto ſeu conuẽtione hominis.l. quum dotem. C. de iure dot. Et ſi dixeris obſtare.l. ſi inter virum. C. eodẽ. de iure dot. vbi æſtimatio videtur pacto magis appoſita ad conſeruationẽ rerum, vt ipſæmet res reddantur eiuſdem qualitatis: hoc eſt falſum per dictam l.res in dotem datæ. in his verbis, in hoc dantur, vt eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat. & ſic non vt illas reddat. Vnde ad cõcordiam vtriuſq; legis, dic ſi res ſimpliciter æſtimatæ in dotẽ dantur, quaſi emptæ ſunt periculo viri, vt eas diſtrahere poſsit, & in actione dotis ſola ſit æſtimatio. Si verò ſic æſtimatæ dantur, vt nõ diminutæ æſtimatione reddãtur, tunc vſus earum eſt periculo viri. & iſta eſt diſtinctio dictæ.l.plerunq;.in princi. & dictæ.l.ſi inter virũ. Sed res dotales in pondere, numero, & menſura conſiſtentes ad id dantur marito, vt eas, quaſi factus earũ dominus, diſtrahat, & ſoluto matrimonio æſtimationem tantùm earum tradat, dicta.l.res in dotem datæ. Aliquæ ſunt res, quæ in põdere, numero, & mẽſura non cõſiſtũt, quæ tñ vſu cõſumunť: & ſi nõ ſunt æſtimatæ, nõ ſunt piculo viri, ſed mulieris. ſi verò ſunt æſtimatæ, ſunt periculo viri.d.l.plerũq;. in princ. Et ideo eas poteſt vir alienare, vt dixi.

Sed contra vtranque conſiderationem ſeu ſolutionem obſtant duo. Primò contra dictã.l.res in dotem datæ.facit.l.in his rebus.in prin.iuncta
81 glo.ff.ſolu.matri.dum vult ille tex. † pecuniam quæ in dote eſt, ſi pereat, perire marito, & eũ de dolo & culpa & omni interitu teneri. Ratio ſecũdum gloſ.illhic eſt, quia ea quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, debentur in genere, & ideo perire non poſſunt, ſcilicet creditori.l. in ratione.§.incertæ.ff.ad.l.falci.l.incẽdium.C. ſi certum peta. quanto minus mulieri quæ cauſam fauorabilem habet ratione dotis. ideo non concluderet ratio ſolutionis glo. in.d.l. ſiue à me.C.ad

Vellei

Velleia.quam cõmuniter omnes amplectuntur.
Clarū eſt eñ aurū,argentū,& pecuniā ſeruando
ſeruari poſſe,& tñ eas diſtrahit maritus.Secūdò,
ſi non cõſiſtunt in numero,pondere & menſura,
licet ſeruando non poſsint ſeruari, eas tñ nõ alie
nat maritus, ſi non vult:& ſi pereant,non pereūt
ſibi,ſed mulieri,vt dixi dicta.l.plerunq;.Tertiò,
non videtur bona ſolutio Bar. in.d.l.j.in expedi
tione glo.in verb[illegible]nper.ff.ſolu.matri. quū di
cat differre minorē à muliere,per rationē.l.ſicut.
C.de præſcrip.xxx.anno.dic potiorē aut æqualē
in hoc eſſe,aut æquè fauorabilem cauſam rei do-
82 talis, cauſa minoris. † Nam ſicut minor vtitur
priuilegio ad impediēdam præſcriptionē rei ſuæ
durante pupillari ætate. d.l. ſicut. ſic & mulier:
quia quandiu matrimoniū durat, non currit præ
ſcriptio mulieri.xxx.vel.xl.anno.niſi aliter con-
ſtaret,maritum durante matrimonio vergere ad
inopiam,quo caſu inciperet extunc currere præ-
ſcriptio, eo q; vergēte marito ad inopiam poteſt
agere ad repetitionē dotis:aliàs nõ.d.l.in rebus.
§.omnis.C.de iure dot.Et ſic vno reſpectu cauſa
mulieris fauorabilior eſt cauſa minoris, quia in
longius tēpus differtur: ſicut in ſimili in.l.j.C.de
bo.mater.l.pe.in fi.ff.ad.l.Iul.repet.aut ſaltē ne-
gari non poteſt quin eadē ſit ratio rerū minoris
83 & dotis.Dic igitur, † maritum poſſe res dotales
mobiles, quarū interitus ſuo periculo eſt, veluti
dñs diſtrahere propter dubiū interemptionis aut
diminutionis earū,ſiue res æſtimatæ ſint,ſiue nõ,
vel in pondere, numero & mēſura conſiſtāt, per
rationem.d.l.res in dotem datæ.ff.de iure dot.vt
alias eiuſdem qualitatis & generis reſtituat.Et ſi
alienauerit:valet venditio,et ſoluto matrimonio
in alienatione dotis,ſi nõ extant, & æſtimatæ tra
ditæ fuerint,veniet earum æſtimatio.dicta.l.ſi in
ter virum.C. de iure dot.ſi in pondere, numero,
aut menſura conſiſtunt, aut æſtimatio earum vel
aliæ res eiuſdē generis & qualitatis debebuntur:
quia quoquo modo pereant,vt dixi ſuprà,vel di
minuantur,ſuo periculo erunt, quum ſit debitor
generis.Nec in eis conſideratur,an ſeruando ſer
uari poterunt,ſed tantùm quia debitor eſt gene-
ris:& cum ea qualitate à lege tradētur,vt eas pro
arbitrio diſtrahat, ne ſuperueniente interitu etiā
caſu fortuito velit ab earum caſu propter prohi-
bitionē alienationis rei dotalis ſe excuſare. Ideo
lex arbitriū eas alienandi marito conceſsit, dicta
84 l.res in dotem datæ. † Si verò res mobiles datæ
ſint inæſtimatæ,nec conſiſtunt in pondere,nume
ro & menſura: & maritus non tenetur eas aliena
re,quia periculum & vſus ſeu attritio earum pe-
riculo mulieris eſt, dicta.l. plerunque.in princi.
ff.de iure dot.niſi dolo aut culpa ipſius perierint
aut deteriores factæ ſint.d.l.in his rebus.in prin.
&.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſolu.matri. Cæte
rùm maritus circa eas tenebitur, quemadmodū
circa ſuas,verſari:& ſi culpa ſua pereunt,quia ſe
in eis non continuit vt quilibet bonus paterfa-
miliàs,qui res,quæ vſu conſumūtur, vel quæ ſer
uando ſeruari nõ poſſunt,pro cõmodiore vtilita
te diſtrahit,vt inquit.l.lex quæ tutores. C.de ad-
miniſt.tuto. tenebitur idem de interitu (vt dictū
eſt) quare ſi maritus, volens iacturam dotaliū re
rum euitare, eas alienauerit, ne ratione interitus
de culpa argueretur propter præſumptā fraudis
ſuſpicionē, quia in eis nõ verſaret̃ more boni pa
trisfamiliàs ſi alienauerit, valebit diſtractio. l. in
rebus.ff.de iure dot.l.ita conſtāte.ff.de iure dot.
85 vbi † alienatio vel permutatio rerum dotaliū nõ
prohibetur marito, dummodo ex ea cõditio mu
lieris fiat vtilior.l.ſi mulier.ff.de pac.dot.Et pro
hac noſtra diſtinctione eſt.l.fi.ff. de iure dot.ibi,
vtilius videtur potius fundum, qui dotalis eſt,di
ſtrahere,q; minus fructuoſus ſit,& alios hæredi-
tarios vberiores reditus retinere,ſi in re immo-
bili hoc admittatur, quanto magis in re mobili.
nec eam legē potuiſſet Bar.in hoc calūniari, non
facto etiā argumēto de minore ad mulierē. Nec
eas repetebat mulier etiā extantes:quia quum in
hoc caſu ſibi permiſſo alienabat,transferebat do
miniū,p illas leges. Hodie autē de iure Codicis,
ſi ſoluto matrimonio dotales res in rerū natura
ſint,ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ in dotē tradi-
tæ fuerint,mulier ſoluto matrimonio eas vendi-
cat.nec per illā legē præcedēs diſtinctio conſide
ratur, an mulier dando eas æſtimatas marito per
pactum ſoluto matrimonio reſtitui ſibi ſtipulata
86 ſit.d.l.ſi inter virum. C.eo.de iure dot. † Et vlte
rius lex mulieri hypothecariā actionē ad confir-
mationē ſuæ vendicationis concedit:vt vbi ven-
dicatio in diſputatione eſſet, per hypothecariam
actionē ad confortationē vendicationis contra
quoſcunq; creditores mariti dotē auocet: vti in
ſimili dicitur in.l.iij.§.ſi rem quis.ff.de leg.iij. cū
creditori res legatur à debitore,qui eā ex ſtipula
tu debet:licet legatū nullā afferat creditori vtili-
tatē.l.ſi creditori.ff.de lega.j. tamen legatū illud
ad confortationē tm̃ actionis ex ſtipulatu credi-
tori cõpetentis cõſiderabit̃.d.§.ſi rem quis.verſ.
fortaſsis.dum inquit ille tex.fortaſsis quis dicat,
& ſumptū litis, quē ſuſtineret, ſi ex ſtipulatione
litigaret,eum lucrari.Secundò, illud affert,vt ea
res per fideicõmiſſum relinqui non poterit. Ter-
tiò,vt ſtatim dñium acquirat rei legatæ ſibi aliàs
ex ſtipulatu debitæ.Ex quo.§.tria Paul.de Caſt.
notat. Primò, valere legatū rei debitæ etiā purè.
Secundò,ex illo legato conſequi creditorē ſum-
ptus litis, ſi per hæredē aut per aliū quæſtio mo-
87 ueatur. † Tertiò,ſaltē operat̃ translationē domi
nij ſtatim rei debitæ,vbi neceſſaria eſſet traditio.
Et ob id aliqñ illū tex.dictæ.l.ſi creditori. indu-
xi in.l.contractus.ff.de reg.iur.in.xx. colū.in ea
quæſtione, An in legatis & fideicõmiſsis veniat
dolus, leuis & leuiſsima culpa: præſertim in eo
argumento quo dixi conſiderari debere, an lega
tum fiat gratia hæredis, veluti ſi creditori,cui cõ-
petit legitima exceptio,res debita legatur, per di

ctam.l. ſi creditori. hoc nouiſsimũ exemplũ non
admiſit aliquis conciuis noſter, qui conſulto illã
l. contractus. publica diſputatione ſcripta noſtra
reuoluit: quum in eo exẽplo per me dato, præſer
tim in his terminis quibus vtor, inutile ſit legatũ,
dicta. l. ſi creditori. Fruſtra igitur diſputaui quid
in eo legato veniat. Cui adde meliorẽ, cuius nec
ipſe neq; alius meminit. l. quum pater dotẽ. ff. de
iure dot. dum inquit, nam quũ creditori debitor
legauit id quod debet, nullũ legatũ eſt. Termini
88 autẽ exẽpli à nobis dati, iſti ſunt: † Quãdo credi
tori ſit legatũ, cui nõ poteſt agẽti obſtare aliqua
exceptio, tunc legatario inutile eſt legatũ. d. l. ſi
creditori. & l. creditor. ff. de liber. lega. Si fuiſſet
ab eo conſiderata glo. illius. l. ſi creditori. in ver-
bo, debes. cognouiſſet conuenientiã exẽpli, per
d. l. iij. §. ſi quis rem. ff. de lega. iij. quem tex. dicit
Paul. illhic nõ eſſe alibi, & quintũ effectũ ex illo
legato ꝓcedere qa meditor ꝑ hoc legatũ q antea
non erat dñs, ipſo iure ſit dñs. Ecce quã cõmodi
tatem hoc legatũ afferat. alias vtilitates tale lega
tum affert, quarũ memini in. l. dudũ. xxiij. & ſeq.
colũ. C. de contrahẽ. emp. Cui adde ſimilẽ, cuius
nec alius meminit, in. l. qui tabulas. §. ꝙ ſi iam. ff.
de fur. in pluribus ſuis partibus. Prima eſt in ca-
pite. §. ibi, quòd ſi iam erãt inanes, quia ſolutum
proponebatur. Secunda ibi, quid enim interſuit
eius. Tertia ibi, ſed poteſt dici, quia nonnunquã
debitores tabulas ſibi reſtitui petunt: quia non-
nunquã calũniantur debitores quaſi indebito ſo
luto ab his intereſſe creditoris tabulas habere,
89 ne forte cõtrouerſiã ſuper ea re patiãtur. † Ecce
ad quid tale legatum redditur vtile, quamuis cre
ditori legitima defenſio pro re debita ſibi cõpe-
teret ad tollendam vexationẽ: vt ſi creditor qui
actione ex ſtipulatu contra hæredẽ egiſſet & hæ
res neglexiſſet rem tradere medio tẽpore, quum
ſtatim per ipſum legatũ dominium creditori &
eidem legatario rei legatæ cõpetet, ratiõe moræ
de interitu tenebitur etiam de leuiſsima culpa.
intereſt ergo creditoris ad tollendũ dubiũ exce-
ptionis vel actionis, vt parcatur laboribus & li-
tis ſumptibus, ne controuerſiã in ea creditor pa-
tiat̃. Et hæc noua, & ſuperueniẽs ex legato actio
ad confortationem prioris actionis erit. & ita te-
net Bar. in. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. per illum
tex. ff. de capti. & poſtli. reuerſ. & pro hac noſtra
inductione optimè facit illa. l. in rebus. C. de iure
90 dot. † vbi mulieri vendicanti rem æſtimatam in
dote ad tollenda dubia illius actionis hypotheca
ria mulieri datur, quæ potior eſt quacunque alia
hypotheca anteriore, dicta. l. aſſiduis. C. qui po-
tior. in pigno. habean. Et beneficio iſtius hypo-
thecæ priuilegiatæ ſecludatur omnis ſpes defen-
ſionis contra ipſam mulierem dotem vendican-
tem. Et ita probat illa. l. in rebus. verſi. volumus.
ibi, & hypothecariam omnibus anteriorem poſ-
ſidere. & ibi, per vtranque viam, ſiue in rem, ſiue
hypothecariã, ei pleniſsime conſulatur. nota hæc
verba, pleniſsime conſulatur. & ipſum dominiũ
per quãcunq; actionem proſequi, vt pleniſsime
conſulatur, ad tollẽdos omnes litium anfractus.
Et ob id non debuit Bar. hanc diſtinctionem Pe
tri & Io. Fab. impugnare, quã ferè omnes ample
xi ſunt. Ego verò ad id quod diximus, ius Dige-
ſtorum videri correctũ per dictã. l. in rebus. C.
de iure dot. quum dicat, res [illegible]otales extantes ſiue
æſtimatas, ſiue inæſtimata[illegible]ſſe à muliere ſolu-
to matrimonio vẽdicari: quũ indiſtinctè loquat̃
illa. l. in rebus. ſublata videtur diſtinctio iuris Di
91 geſtorũ. Ego autem putarem poſſe dici, † mulie
rem non poſſe rem dotalem alienatã per maritũ,
& in vtilitatem vxoris conuerſam, vendicare, eo
ꝙ cauſa mulieris vtilior facta eſt. l. ita conſtante.
& l. fi. ff. de iure dot. ad ſimilitudinẽ minoris &
eccleſiæ & ſerui. verum eſt autem, dicenti condi-
tionẽ mulieris vtiliorẽ factã incũbere onus pro-
bandi. d. l. ſi. ff. de iure dot. ſimiliter de minore &
eccleſia & ſeruo dicitur in. l. quòd ſi ſeruus. §. idẽ
Labeo. verſi. necnon. & verſ. vnde rectè dicitur.
& verſic. ſed ſi ſic accipit. ff. de in rem verſo. §. ſi
verò quis. verſi. iubemus. vbi per glo. in verbo,
profecerũt. in auth. de alienatio. & emphy. colla.
ix. vbi glo. alleg. l. j. C. ſi aduer. creditor. quæ de
minore loquitur. Et per illas leges debet hoc re-
peti à muliere iure actionis, manente poſſeſsione
apud mulierem: licet etiam poſſet cõpetere reten
tio, argu. l. ſi in area. ff. de condic. indebi. l. in hoc
iudiciũ. ff. cõmuni diuidũ. tamen melius eſt iure
actionis, per illas leges: niſi forſitan dubiũ eſſet
ſi reſtitueretur mulieri, nõ eſſe conſultũ credito-
92 ri, quia forſitan ſoluendo non eſſet: † & iniquũ
eſſet mulierẽ cũ aliena iactura locupletari. l. nam
hoc natura. ff. de condict. indeb. hoc dicit glo. in
dicta. l. fina. in verbo, creditori. dum inquit, tunc
enim nõ eſt perditũ quod exigitur. l. mutus. §. ma
nente. ff. eo. de iure dot. Alioquin arbitrio iudi-
cis poſſet concedi retentio, donec cautũ eſſet cre
ditori de repetendo illo lucro à muliere. Cæterũ
puto & melius dicendũ in fauorẽ mulierum ne
poſt ſolutum matrimoniũ vexẽtur laboribus &
expenſis, & contingat eas ſua dote priuari facto
maritorũ, à quibus faciliter circunduci poſſunt,
vt inquit. d. §. & ſi cõſentiat. in authẽ. vt immobi.
antenup. dona. colla. v. l. fi. ff. ſi quis aliquẽ teſta.
prohi. alienationem rerũ vxoris omnino prohi-
beri, præſertim dotalium, etiã ſi ea conſentiente
alienatio à marito ſiat, per tex. in. §. fi. in authẽ. vt
immobi. antenupt. dona. l. vnica. §. & quum lex.
C. de rei vxor. actio. & iſtud cõſultius eſſe puto:
quum melius ſit in tẽpore occurrere ꝙ̃ poſt cau-
ſam vulneratã remediũ quærere. l. ſi. C. in quib.
93 cauſ. in integ. reſti. non eſt neceſ. † aliàs ſi aliena-
tionis via pateret, mille artes diſtrahendarũ rerũ
dotalium inuenirẽtur: quod indulgendũ nõ eſt,
argu. l. in fundo. ff. de rei vendi. §. j. in authẽ. vt hi
qui perhib. obliga. habere res minor. colla. v. Et
iſta fuit conſideratio Iuſtiniani in. d. §. j. in authẽ.
vt immo

vt immobil. antenupt. dona. colla. v. ibi, aut ſit
omnibus modis inhabilis vendicatio, aut diffici-
lis, & litibus egeat, dũ ex hoc ipſo ſit adiuuanda.
Sed hæc de rebus immobilibus dotalibus dicta
ſint. Caterũ de mobilibus non puto. §. ſi. in auth.
vt immobi. antenup. dona. colla. v. poſſe intelli-
gi: licet Barto. indiſtinctè de quibuſcunq; rebus
dotalibus, etiã mobilibus, aliter ſentiat in. d. l. j.
ff. ſolu. matri. Et ante eum Petr. de bel. pert. in. d.
authẽ. ſiue à me. C. ad Velleia. ſed in cõtraria opi
nione fuit Io. Fab. in. §. j. Inſti. quib. alie. licet. ar-
gu. eſt tit. qui de immobilibus tm̃ loquitur. l. im-
peratores. ff. de in diẽ adiect. Et ipſemet Bart. in
dicto. §. fi. in auth. vt immobi. antenup. dona. col
la. v. mutata priore ſentẽtia fecit nouã diſtinctio
nem poſt glo. in. d. auth. ſiue à me. C. ad Velleia.
Azo & Iaco. Butri. in ſumma. C. de ſund. dota.
94 Vult † enim Bar. res quæ ſeruando ſeruari non
poſſunt, per maritum poſſe alienari. Si verò ſer-
uando ſeruari poſſunt, & concurrẽtibus duobus
alienare poterit, videlicet duplici cõſenſu mulie-
ris, et ꝙ ex bonis mariti mulier poſsit ſatisfieri et
indẽnis ſeruari: ſicuti dicit̃ in illo text. de donat.
ante nuptias. Sed ille tex. (vt dixi) de rebus mo-
bilibus nõ loquit̃. & ipſemet Bar. in ſua diſtin-
ctione cõſitet̃. Quare dico rem mobilẽ cõcurrẽ-
tibus tribus aut quatuor poſſe à marito alienari.
aliter nõ. Primò, ſi res mobilis dotalis precioſa
nõ eſt: aliàs ſi precioſa eſt, & quæ ſeruari poteſt:
inalienabilis eſt, per rationẽ. l. lex quæ tutores. in
prin. & in verſi. prohibemus. C. de admi. tutor. ſi
verò attritæ ſint: alienari poterũt, argu. l. ſi. C. qñ
decre. opus nõ eſt. per rationẽ quã prius tradidi:
quia rem mulieris vtiliter gerit. Secundò, qñ res
æſtimatæ traditæ ſunt: quaſi eñ emptæ ſuo ſunt
periculo, vt pluries dixi, p. l. qui balnea. §. Titia.
ff. qui potior. in pig. habe. et alias leges ſuprà alle
gatas. Intelligas verũ, ſi maritus ſoluendo ſit, &
illis alienatis cõſultũ eſt mulieri. l. j. C. de ſer. pig-
dato manumiſ. Tertiò, ſi in pondere, numero &
menſura res dotales conſiſtant. l. res in dotẽ da-
tæ. ff. de iure dot. Cuius legis ratio optime conſi-
95 deranda eſt, vt dixi. † Per quam dico etiã inferri
poſſe et debere, vt maritus omnes res mobiles fa
cultatem alienandi habeat, dummodo aliam rem
eiuſdẽ generis vel qualitatis, ſoluto matrimonio
reddat vxori, vel eius hæres. Et in hoc conſiſtit
maxima vtilitas mulieri. Primò, quia res æſtima-
buntur, & vxori reddentur illius æſtimationis ſo
luto matrimonio, qua erant tempore venditio-
nis per maritũ factæ: quæ ſi cuſtoditæ eſſent à vi-
ro, forſitan attritæ vel vetuſtate confractæ redde
rentur, quum earum interitus periculo mulieris
ſit. l. plerunq;. in princi. ff. de iure do. datæ tamen
æſtimatæ, erunt poſt illam æſtimationẽ periculo
viri: nec liberabitur eas reſtituendo, niſi integras
& non attritas reddat, aliàs æſtimationẽ earũ tra-
dere tenebat̃. l. ſi inter virũ. C. de iure dot. in ſi. l.
ibi, ne ſi ſpecies aliqua diminuta fuiſſet aut ꝑdita,
alio precio, ꝗ̃ quo taxata fuerat, poſceret̃. Et fa-
cit ratio. l. quũ maritus. in prin. ff. de pac. dot. ibi,
reſpondi non idcirco id pactũ, de quo quæritur,
impediri, quod in matrimoniũ factũ eſſet: ſed ſi
deteriore loco dos non eſſet. & facit ratio ineui-
tabilis. d. l. ita conſtãte. ff. de iure dot. ſuprà rela.
quæ fortius concludit in rebus mobilibus. & ſi-
militer. d. l. ſi. ff. de iure dot. ſufficit enim cauſam
mulieris nõ fieri deteriorẽ. l. ſi mulier. ff. de pact.
dota. quæ fieri in hoc non poteſt, marito manẽte
locuplete, vt dixit. §. ſi. in authẽ. vt immobi. ante-
nupt. dona. colla. v. & res non ſit precioſa, & de
his q̃ ſeruãdo ſeruari non poſſunt, ad ſimilitudi
nem rerũ, quæ in pondere, numero & mẽſura cõ
ſiſtunt, in quibus eadẽ eſt ratio, quicquid dixerit
Bar. in illa. l. j. ff. ſolu. matri. prout ipſe idem Bar.
affirmauit in dicto. §. fi. in authẽ. vt immobi. ante
nupt. dona. colla. v. ſequutus hoc vltimum mem
brũ diſtinctionis Io. Fab. poſt glo. in dicta auth.
ſiue à me. C. ad Velleia. quoniam ratio iurecon-
96 ſulti † in rebus pondere, numero & mẽſura con
ſiſtentibus eſt, quia vtendo variantur æſtimatio-
ne: ob id maritus alias eiuſdem generis & quali-
tatis reſtituere tenetur. quæ ratio ſimiliter cõclu-
dit in alijs rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſ-
ſunt. Eodem modo in ſeruo, qui de facili perire
poteſt, quẽ non poteſt maritus manumittere, niſi
eo manumiſſo ex bonis mariti quãtũ ſeruus erit
mulieri ſatisfieri poſsit. Plus dico, ſuſtineri poſſe
in eo caſu rem dotalẽ mobilem ſeu immobilem
per virum alienatã, ſiue æſtimata, ſiue inæſtimata
ſit, à muliere vendicari poſſe, & in ea ſpecialem
hypothecã habere, quemadmodũ de ſeruo dota
li ſuprà dictũ eſt, in quo ius pignoris mulier reti-
nuit, quẽ maritus manumittere nõ poteſt in caſu
præmiſſo, dicta. l. j. & . iij. C. de ſer. pig. dat. manu
miſ. quãuis conſtituendo dotem in ea ſpecialiter
per pactum ſibi mulier non cauit: lex tamen pro
ipſa cauit ſupplens vxoris factũ, vt ſuprà memi-
nimus. nam non ſtipulatam hypothecam conce-
dit lex in rebus dotalibus etiam ſpecialem. l. vni-
ca. §. j. C. de rei vxor. actio. vnde per dictã. l. in re
97 bus. C. de iure dot. † ratione illius ſpecialis hy-
pothecæ, quã habet mulier in dote & rebus ma-
riti, poteſt dici, hodie non poſſe ſeruum dotalem
manumitti, & ſi manumiſſus adhuc exter ſoluto
matrimonio poterit à muliere vendicari, ſicut &
cæteræ res dotis: quum non detur maior ratio
in ſeruo quàm in cæteris rebus, quæ ſeruãdo nõ
poſſunt ſeruari, quas maritus alienat: ſi aliter ex
bonis mariti conſuli non poteſt mulieri. Idem
de rebus pondere & numero conſiſtentibus, &
maximè poſt Azo. in ſumma. C. de fund. dota.
ſuprà allega. quum res immobiles, nullo facto
diſcrimine inter ipſas, non poſsit maritus alie-
nare: licet Azonis opinio non ſit appobata. Nec
opus erit dicere ſpeciale eſſe fauore libertatis,
imò de iure nouo ſec'm opi. Bar. in. d. l. j. ff. ſolu.
matri. quæ fuit Petri ante eum, vt dixi ſuprà, non

poteſt quicquã ex dote per maritũ alienari, per
illũ.§.fi.in auth.vt immobi. antenup.don. colla.
v. vel põt dici ex coniunctione illius.l. in rebus.
C.de iure dot.&.d.§.fi.in auth.vt immobi.ante-
nupt.dona.colla.v.poſſe mulieri cõſuli:neq; illã
l.in rebus. eſſe correctam per.l.j. C.de ſer.pign.
dat. manumiſ. & ſimiles ſuprà relatas, quæ ſunt
poſteriores.d.l.in rebus.licet titulus de iur. dot.
C.præcedat.l.j.C. de ſer.pig.dat.manumiſ. quæ
eſt lex imperatorũ Seuerini & Antonini.l. in re-
bus.eſt Iuſtiniani, qui fuit multo illis duobus im
98 peratoribus poſterior. † Et ideo omnes priores
diſtinctiones abſolue, Primò de rebus dotalibus
immobilibus, vt non poſsint alienari de iure Di-
geſtorũ.l.j.ff.de fund.dota.de iure Codicis idem
l.vnica.§.& quum lex.C.de rei vxor.actio. Simi
liter de iure Inſtitutionũ.§.j.Inſti.quib.alie.licet
vel non. De iure Authenticorũ idem, authẽ.ſiue
à me.C.ad Velleia.&.§.fi.in auth. vt immobi.an
tenup.dona.coll.v.differebat autẽ lex Iulia, quæ
de iure Digeſtorũ erat, vt in.l.j.ff. de fund.dota.
quæ lex Iulia correcta fuit iure Inſtitutionũ. §. j.
Inſti.quib.alie. licet. & per legẽ Anaſtaſiam, de
qua in.l.iubemus.C.ad Velleia. de vtraq; habe-
tur in dicta.l.vnica.§.& quum lex.C.de rei vxo.
actio. Et ambæ leges Iulia, & Anaſtaſia, per Iu-
ſtinianum correctæ ſunt in dicto.§.& quum lex.
Nouiſsimè verò per ius Authenticorum omnes
99 illæ leges emendatæ fuerunt: † quo iure non va
let alienatio rei dotalis mulieris etiam ſi conſen-
tiat mulier, niſi multis cõcurrentibus. Primò, cõ-
ſenſus mulieris geminatus. Scd'o, vt inter vtrũq;
cõſenſum lapſum ſit biennium. Tertiò, quòd ex
bonis mariti mulier ſoluto matrimonio ſatisfieri
poſsit & reddi indemnis, cui aliàs nõ præiudica-
bit duplicatus conſenſus interpoſitione bienniȷ̃
inter vtrunque conſenſum, dicto.§.fi. in authen.
vt immobi. antenup.dona.colla.v.à quo ſumpta
eſt illa authen.ſiue à me.C.ad Velleia. Hæc de re
bus dotalibus immobilibus. De mobilibus autẽ
non puto ius antiquũ correctum per ius Authen
ticorum, quod tantùm loquitur de rebus immo-
bilibus.vñ verba, ſi quid dotis.poſita in illo.§.fi.
verſic. & multo potius hæc in dote valebunt, ſi
quid dotis aut alienetur, aut ſupponatur.intelli-
gas ſi quid dotis immobile. quamuis ex quadam
æquitate ad precioſum mobile, quod æquipol-
let immobili, extendi poſsit, per rationem.l.lex
quæ tutores.in princi.C.de adminiſtr. tuto.quæ
optima ratione idem iudiciũ de re precioſa mo-
bili, quod & de re immobili facit: in quibus ius
antiquum nõ differt à iure nouo, vt dixi, quia in
100 vtroque ratio concludit. † & ideo dico res mo-
biles tam de iure antiquo, quàm etiã de iure no-
uo, non tm̃ quæ in pondere, numero, & menſura
cõſiſtunt, & quæ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt, vel
quæ ſeruari poſſunt, vſu tamen cõſumi vel dimi-
nui poſſunt, quarũ etiam diminutio vel attritio
periculo mulieris eſt, vel traditæ viro æſtimatæ,
quæ ſtatim viri periculo cedunt, maritus poterit
eas alienare, et valebit alienatio, nec reuocare po
terit mulier, ſiue conſtante ſiue ſoluto matrimo-
nio, niſi interuenientibus his q̃ ſequunt͂. Primò,
niſi conſtãte matrimonio maritus ad inopiã ver-
gat.l.ſi cõſtante.in prin.ff.ſolu.matri.l.vbi autẽ.
& dicta.l.in rebus.§.fi.C. de iure dot. Secundò,
ſoluto matrimonio ſi maritus ſoluendo non eſt,
& mulier indẽnis ex bonis viri reddi non poteſt,
dicta.l.ſeruum dotalem.ff. de manumiſ. l.j.C.de
ſer.pign.dat.manumiſ. & dicto.§.fi.in authẽt.vt
immobi.antenup. dona.colla.v.Tertiò, niſi con
ſtet rem à marito inutiliter geſtam eſſe in ſauurẽ
mulieris.l.ita conſtante. &.l.fina. ff. de iure dot.
cum aliȷ̃s ſuprà relatis. Secus autem ſi vtiliter per
illas leges alienauerit, &.l. ſi mulier. ff. de pact.
101 dotalib. † Quartò, addetur ratio, quia quum
maritus de interitu rerum dotalium teneatur, ma
ximè earum quæ in genere debentur, & recipiũt
functionem in genere ſuo, etiam caſu aduenien-
te.l.in his rebus. in princip. ff. ſolu. matrimo. &
de aliȷ̃s rebus de dolo & culpa per dictam. l. in
his rebus. &.l.in rebus.ff. de iure dot. & dixi ple
nius in.l.contractus.ff.de regulis iuris. indecens
eſſet maritum non habere facultatem eas alienan
di, & vtiliter circa eas verſandi, qui de interitu
tenetur reſpondere. Et iſta conſideratione text.
in dicta.l.vnica.§.& cum lex. verſicu.licet.C. de
rei vxo.actio.dicit in rebus dotalibus æſtimatis,
dominium & periculum earum habere. Cæterũ
in nõ æſtimatis dotales remanere, & ob id.l.vbi.
C.de iure dot. mulieri poteſtatem concedit ven-
dicandi dotem conſtante matrimonio, vbi mari-
tus ad inopiam vergit. & ſecundum glo. argumẽ
tum, vendicatio præſupponit dominiũ eſſe apud
mulierẽ. Et iſta vna eſt de potiſsimis rationibus,
quæ me mouet ad cõcludendũ, hanc facultatẽ in
his rebus eſſe conceſſam, necdũ de iure antiquo,
ſed etiã de iure nouo. Nõ em̃ ex hoc dicitur mari
tus male verſari neq; dote abuti, ſicut dicimus de
re pupilli in.d.l.lex quæ tutores.§.fi.C.de admi.
tut. & in.l.iubemus.§.j.C.de ſacroſan.eccle.ple-
nè in.c.nulli.poſt glo.ȷ̃j. extra de reb. eccle.non
alie. in quibus militant pares fauores, vt dixi ſu-
prà. & in.l. rempublicam.C. de iure reipub. lib.
xj.l.qui ſolidũ.§.etiã. ff. de lega.ȷ̃j.c. auditis. vbi
per Cano. extra de in integ.reſtit.cum aliȷ̃s mul-
102 tis. † Econuerſo, vt dixi, cẽleretur abuti: ideo de
dolo & culpa tenebit͂ ſi pereant. d.l. in rebus.ff.
de iure dot. Non puto igitur indecens dicere, ma
ritũ poſſe eas alienare. & in hoc non erit maxima
ſpecialitas in ſeruo: quũ etiã ſeruus poteſt mori,
& mors erit periculo mulieris, ſicut ſi manumit-
tatur: aliàs debebit͂ mulieri, aut æſtimano ſerui,
ſicut de cæteris mobilebus rebus dictũ eſt per.d.
l.ſeruum dotalẽ.ff.de manumiſ.per quã reuocat͂
ſerui manumiſsio, ſi maritus ſoluendo non eſt.

Similiter dico per.l.in rebus.C.de iure dot.eẽ
æqualr̃ prouiſum tam ſuper mobilibus q̃ immo
bilibus

bilibus rebus dotalibus alienatis per virũ cõſtã
te matrimonio: q̃ ſi non extant, maritus ad earũ
æſtimationẽ cõdẽnabitur, ſi eas alienauit, vt dixi
ſæpius, ꝑ illã.l. pleruncꝫ.l. quũ poſt.§.pen.ff. de
iure dot.l.ſi æſtimatis rebus.ff. ſolu.matri.l.quũ
dotẽ.&.d.l. ſi inter.C. de iure dot. cũ alijs ſuprà
alleg. Si verò adhuc extãt, & mulier eas repetit,
ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ, vel ſi mouẽtes ſint
l.mouẽtiũ.ff.de verb.ſig.& ꝑ hoc verbũ, mouẽ-
103 tes. † dico venire ſeruũ etiã manumiſſum adhuc
in rerũ natura exiſtentẽ. d.l. in rebus. C. de iure
do.quũ inquit, in rebus mobilibus ſiue immobi
libus, ſeu ſe mouẽtibus, ſi tñ extãt. Nota omnia
illa verba, per quæ dico, ſeruũ manumiſſum veni
re in reſtitutione, & poſſe vẽdicari. & ſi forſitan
cõtingat, ſuꝑ illa rei vẽdicatione creditores mari
ti ſumptibus mulierẽ vexare velle ad tollẽdũ oẽ
dubiũ, & ius omniũ creditorũ mariti ſecludendũ
cũ rei vẽdicatione poterit ad confortationẽ prio
ris actionis actionẽ hypothecariã deducere. Nec
puto intentionẽ illius.l. eſſe, reſtringere actionẽ
hypothecariã ad res æſtimatas tñ, vt voluit illhic
glo. Sed gñaliter ad oẽs res dotales, cuiuſcuncꝫ
qualitatis exiſtãt, debere extẽdi, vt ad cõfortatio
nem actionis rei vẽdicationis mulieri cõpetẽtis
actione hypothecaria experiatr̃, vt ſi cõtingeret,
creditores à muliere conuẽtos plures exceptiões
cõtra ipſam mulierẽ ꝓponere ad impediendã vẽ
dicationẽ, occaſione cõtractus mariti, ſecludantr̃
ope ipſius hypothecæ. Nec põt obſtare ſi dicas
nõ admitti cõcurſum pluriũ actionũ. de qua ple-
nè in.l. quod in hæredẽ.§. eligere.ff. de tributo.
actio. verũ eſt niſi lex admitteret, ꝓut in illa.l. in
rebus. admittit. de qua in.l. nuncꝫ plura.ꝑ Bar.ff.
de priua.delic.in.l.vnica.per Cinũ.C. qñ ciuilis
actio.&.l. ſed & ſi pupillus.§. itẽ ſi plures.ff. de
inſti.actio.& in.d.§. eligere. per Bar. & Fulgo.
Nã illa.l. in rebus. admittit vtrãcꝫ ſimul ꝓponi.
Et ſi dixeris, hoc nõ poſſe ꝓcedere, per.l. necꝫ pi
gnus.ff.de reg.iur.ad id poſſet reſpõderi ex caſu
l. debitor.ff.ad Trebel.alleg.per glo.in.d.l.necꝫ
104 pignus. ſed vlterius dico, † actionẽ illã hypothe
cariã non concedi niſi ad confortationẽ rei vẽdi
cationis ſibi cõpetẽtis pro re dotali, vt dominiũ,
qđ ſibi cõpetit, ab omni euictione & exceptiõe
liberũ in vim hypothecæ à lege mulieri indultæ
vendicare & tueri poſſit, & parcatur laboribus
& expenſis ad ſimilitudinem creditoris, per.d.l.
qui tabulas.§. quod ſi iam.ff. de fur. dictã.l.iij.§.
ſi rem quis.ff.de lega.iij. & vt ſuprà memini, hæc
fuit intẽtio illius.l.in rebus. in pluribus partibus
illius.l. Primò in his verbis, & neminẽ creditorũ
mariti, qui anteriores ſunt, poſſe ſibi ſuperiorẽ
cauſam in his per hypothecã vẽdicare: quũ eadẽ
105 res &c. Vides † quomodo illa hypotheca, quæ
mulieri ex illa.l. conceditur, magis dicitur acce-
dere rei vẽdicationi per viam exceptionis ad eli-
dendam hypothecã aut actionẽ alterius credito-
ris anterioris, quàm quòd mulier neceſſe habeat
hypothecaria actione experiri. Et ſi maritus ex
contractu cum marito facto dicat habere hypo-
thecã, excipiet de anteriore hypotheca in rebus
mariti aut potiore in fauorẽ dotis, per.l. aſsiduis
C. qui potior. in pigno. habean. Et hoc videtur
velle illa.l. in verſi. volumus. ibi, in rem actionẽ
quaſi in huiuſmodi rebus proprijs habere & hy-
pothecariã omnibus anteriorem poſsidere. & in
verſi. in vtrancꝫ viam ſiue in rem ſiue hypotheca
riam, & pleniſsime cõſulatur. & licet glo. in ver-
bo, vtrancꝫ viam. aliter declaret, tamen dico me-
lius ſic interpretari. Et ad id induco tex. in dicto
§.j. in authẽt. vt immobi. antenup. dona. colla.v.
ibi, non inueniens rem in viri ſubſtantia, quũ ſit
alienata alijs. Secundò ibi, aut ſuppoſita potenti
bus perſonis. Tertio ibi, aut ſi omnibus modis
inhabilis vẽdicatio, aut difficilis, & litibus egeat.
& in verſ. quapropter. ibi, ſiue emptionẽ ſiue hy
pothecã habeat: nihil horũ vtilitatis habebit o-
mnino. & in.d.l. qui tabulas.§. quod ſi rem.ff.de
fur. Et hoc modo dicitur pleniſsime vxori conſu
li, quia tollitur omnis diſputatio & circuitus, vt
106 ſumptus litis euitet, nec diu cõtendat: † quũ hy-
potheca mulieri cõpetens potior ſit quocunque
alio iure etiã anteriore tẽpore, per illũ tex. & di-
ctam.l. aſsiduis. Vel poſſet reſponderi ex.l. ſi in
emptione.§. item ſi emptor. verſi. rei ſuæ.ff. de cõ
trahen. emptio. ibi, quum ab initio id agatur, vt
poſſeſsionẽ emat quam fortè venditor habuerit.
Nec verum eſt, maritum, qui alienauit, poſſe eas
vendicare, ſed ſolam mulierem, cuius beneficio
poſtquàm vendicauerit, fructum maritus ex ea
percipiet, dicto.§. fina. in authent. vt immobi. an-
tenupt. dona. colla.v. quicquid dicant glo. ſuprà
relatæ, et glo. in.l. & ſi dotis. C. de iure dot. motæ
ſingulariter per caſum.l. non dubium. C. de legi.
&.l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib.xj.
ibi, & nihilominus venditori ad repetendos ſer-
uos cum agnatione eorum vendicatione conceſ-
ſa. & vẽdicabit quaſi quilibet, vt inquit tex. in.l.
ſi paterfamiliàs.§. qui duos.ff. de adopt.l. ſeruos.
ff. de pigno. actio. Ad id reſpondet glo. in.l. poſt
mortem.ff. de adopt. dixit enim, aut aliquis facit
quod eſt à lege prohibitũ, aut quod non eſt pro-
hibitum, ſed cõtrarium eius eſt permiſſum: quia
facit quod lex vetat, niſi ſeruata aliqua ſolennita
te. Primo caſu non obſtat factum ſuum alicui. Se
cũdo caſu obſtat per dictam.l. quemadmodum.
& diſtinctionẽ illius glo. latius illhic examinauit
Bar. declarans eam hoc modo: Aut factũ eſt ſecũ
dum legẽ, aut propter legẽ, aut contra legẽ. pri-
mos caſus nõ repeto, ſed ſecundũ tm̃ caſum am-
107 plectemur, in quo Bar. diſtinguit, † aut id quod
contra legẽ factũ eſt nullũ eſt, quia in præiudiciũ
tertiæ perſonæ factũ fuit: aut eſt nullũ propter fa
uorẽ publicũ, aut fauore volẽtis cõtrauenire. Pri
mo caſu loquitur.l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig.
dat. manumiſ. Secundo caſu procedit.l. quemad
modum. ſuprà allega. &. §.j. Inſtitu. quib. alien.

licet vel non. & ſic in caſu poſito per glo. vt quū
fauor publicus prohibeat alienationem dotis, vt
poſsit maritus contrauenire: ſed ille fauor publi
cus mulieres tantùm reſpicit, non autē maritos:
quod eſt maximè cōſiderandū, vt dicam infrà, in
quo facit dicta. l. ſi creditoribus. quæ propter fa-
uorem libertatis non vult debitorem poſſe con-
tra factū ſuum venire: licet ex beneficio credito-
rum quibus poſſet facultas reuocandi ſeruū ma-
numiſſum in priſtinam ſeruitutē cōpetere. Si ta-
men alio modo creditoribus ſatisfieri poteſt in
ſui fauorē non contraueniet. Tertio caſu proce-
dat. l. j. C. de præd. mino. ſine decr. nō alien. & to
tus ille titu. maxime ſi contraueniat̃ nomine alie
no. l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccl. quæ de
œconomo loquitur. Bal. illhic aliter diſtinguit.
108 Aut † enim factum non eſt obligatorium, quia
nullum, fauore proprio aut publico aut fauore
tertij. ſi fauore tertij: nō erit nullum, niſi ipſo de-
clarante nullitatem, & eam proſequente. alleg. l.
ſi ſeruus plurium. §. j. ff. de lega. j. quod vltimum
nota pro illa concluſione quā aliquando notaui,
vt dolus dans cauſam cōtractui reddat cōtractū
nullum, vt verū ſit parte petente. dicā expreſsius
in. l. ſi exhæredatus. vbi eſt bonus tex. infrà eo. ti
tu. ſed nec diſtinc. Bal. ſuprà relata eſt cōueniēs,
vt ex conſequētibus patebit. Et hanc diſputatio-
nem aperiunt omnes in dicta. l. non dubiū. C. de
legi. & glo. in. d. l. iubemus. §. ſanè. verſi. prædia.
in verbo, œconomis. C. de ſacroſanc. eccle. dicit
hāc quæſtionē eſſe ſabbatinā. & eam declarabo
quantū expediēs erit ꝓ declaratiōe dictarū glo.
& noſtræ ſubiectæ materiæ. Deinde aliqua diſſe-
remus de quæſtione illa ſabbatina, quā alij bro-
cardicam dicunt. In primis ad quæſtionem no-
ſtram dicit Bar. in dicto. §. ſi. maritum poſſe ven-
dicare. ponderans. l. quum vir. ff. de vſucapio. &
§. & quum lex. in. l. vnica. C. de rei vxor. actio. l.
quum prædium. C. de iure dot. & dictum. §. fina.
verſ. ſed neq; in auth. vt immob. antenup. dona.
109 colla. v. quum dicat ille tex: † maritū de euictio-
ne rei dotalis per eum venditæ obligari ex eo q̄
rei dotalis alienatio non valeat, ſicut nec rei do-
natæ propter nuptias: licet, ſecundum eum, glo.
inter ſe pugnent, quum aliquæ dicant, rem dota-
lem poſſe, ſicut res minoris, alienari, quas tutor
vendendo obligatur. l. & ſi is. C. de prædi. mino.
ſine decre. non alienan. Et in ea opi. fuit glo. ſe-
cundum eum in. l. quum lex. ff. de fideiuſſor. licet
glo. in. l. ſi prædiū. C. de iure dot. dicat inaliena-
bilem eſſe ſicut rem ſacram aut liberum hominē.
ſimiliter glo. in. l. dotalē. ff. de teſta. mili. dicit nō
eſſe deducibilem in cōmercium. & eas Bar. hoc
modo poſt Dinū concordat in. l. quum vir. ff. de
vſucapi. dicit enim, Aut mulier vendit: & non va
let alienatio neque obligatio, propter fragilitatē
ſexus, & quo ad ipſum maritū nō erit cōmerciū
rei dotalis, ſicut nec rei ſacræ vel liberi hominis.
& ita loquitur glo. d. l. ſi prædiū. quæ re vera de
muliere vendēte loquitur, quæ tali vēditioni ſeu
alienationi cōtrauenire poteſt: nō autem de viro
loquitur. Aut eam vendit vir, aut extraneus: &
valet venditio, ſicut & rei minoris, iuxta dictā. l.
& ſi is. C. de prædi. minor. & ob id tenentur de
euictione. & dicit Din. hāc opi. tenere in dicta. l.
quum vir. ff. de vſucapi. licet Din. non ita expli-
citè loquatur, prout recenſet Bar. bene tamen di
110 cit, † maritum poſſe vendicare rem dotalem no
mine ſuæ vxoris, ſed non nomine ſuo, per. l. quū
profitearis. C. de reuoc. donat. & d. l. & ſi is. ſed
ex verbis ſuis ſatis coniecturatur velle innuere,
maritū non poſſe ſuo nomine vendicare quia de
euictiōe teneat̃. Et Bar. in illo. §. fi. bene cōuenit
cū Dino, vt non poſsit ſuo nomine vēdicare, ſed
nomine vxoris poterit ad inſtar œconomi, q̧ vē-
dicat res eccleſiæ ꝑ ſe alienatas. d. l. iubemus. §. j.
C. de ſacroſan. eccle. Et iſta ſunt verba Bar. cum
quibus tranſit Io. de Imo. in. d. l. quum vir. ff. de
vſuca. vbi plus Bar. affirmauit abſq; delectu ma
ritū poſſe vendicare. motus in prohibitione alie-
nationis rei dotalis à lege facta, quæ prohibitio
in fauore reipublicæ cauſata eſt, & ideo ſecundū
eundē Imo. ſicut nō valet alienatio publicæ rei,
nec impeditur alienans vendicare, dicta. l. quem-
admodū. C. de agri. & cenſi. li. xj. l. j. C. de liber.
cauſa. ſimiliter & maritus prohiberi non poteſt
quo minùs reuocet. Rapha. Cuma. in illa. l. quū
vir. fuit dubius. In primis nō cōuenit cū opi. Bar.
& Imo. & maximè propter cōcluſionem Bar. ſu-
prà relatam, quam ipſemet Bar. affirmat in illa. l.
quum lex. ff. de fideiuſ. & in. d. l. quum vir. dum
111 dicit, † nō eſſe prohibitū rei dotalis cōmercium
quantū ad ipſum maritū: licet quantum ad ipſam
vxorem prohibitū ſit. Nam ſecundum eum, ſi nō
eſt prohibitū cōmercium quantū ad virū, nō pōt
dici inualida alienatio: quinimo et vēditio et alie
natio per maritū facta, in ſui præiudiciū valet, &
teneť de euictione: multo magis agentē repellit
exceptio. l. vendicantē. ff. de euictio. non obſtat
ſecundū eundē Rapha. l. quēadmodū. C. de agri.
& cēſi. li. xj. q̄ ideo ꝑmittit vēditori vēdicationē
rei per eū alienatæ, quia res quā vēdidit quoquo
reſpectu inalienabilis erat tam fauore ſeruorū q̧
reipublicæ. ſed in re dotali ſecus eſt: quia dotalis
res ex ꝑte mariti inalienabilis nō eſt. Nō mirū ſi
facto ſuo cōtrauenire nō poteſt, & de euictione
teneatur, eo maxime, quia quando res eſt prohi-
bita alienari, de euictione nō agiť propter nulli-
tatē cōtractus ex prohibitione legis procedentē.
112 l. non dubiū. C. de legi. † quæ nō ſolū ipſum con
tractū nullū reddit, ſed q̧cquid ex eo ſequiť, per
illū tex. imò plus ꝑ. l. ſi ꝓcurator. ff. de excep. do.
potior eſt cā poſſeſſoris, licet cā ſit turpis, quia
hoc imputet ſibi vēditor, vel q̧ cām cōtractui de-
dit nō repetit qď datū eſt, per illū text. ſed hoc in
ſciēter contrahēte cōtra legē. ſecus ſi ignoranter
ſecundū glo. in. d. l. non dubiū. per. l. liberi. ff. de
contrahen. emptio. ſed vbi res non eſt prohibita
in com

in commercium deduci,prout eſt res dotalis, vt
fatetur Bar.vbique.non poteſt igitur conuenire
illa.l.quemadmodũ. et optime probat illa.l.quũ
vir.in princi.dum dicit, ſi vir vendiderit ſcienti
vel ignoranti rem dotis eſſe:non valet,ſcilicet in
præiudiciũ mulieris,vt dicitur in.§.j. inſti. quib.
alie.licet vel non.in prin.vt dicit ibi glo.Et quã-
uis ſolutio Rapha.Cuma.vera ſit, non omittam
aliorum diſtinctiones.In primis Iac.de bello vi-
ſu in dicto.§.fi. in auth.vt immo.antenup.dona.
breuius omnibus ipſis reſpõdet ad illã.l. quem-
admodum. C.de agri. & cenſi.lib.xj.in qua tota
vis noſtræ diſputationis pendet:& cuius diſtin-
ctionem ſuprà retuli,repetam breuiter.aut enim
alienatio prohibet̃ priuilegio rei:& datur actio.
dicta.l.quemadmodũ. idem ſi priuilegio perſo-
næ,dicta:l.& ſi is.C.de prædi.minor.aut om̃ino
prohibetur:& nulla actio datur.dicta.l.non du-
bium.Et ſic.l.quemadmodum. ſecundũ eum nõ
obſtat.Et licet Ang.Are.in dicto.§.j.inſti.quib.
alie.licet.teneat opi.gl.in dicta.l.vnica.§.& quũ
lex.C.de rei vxo.actio.tamen Ioan.Fab.in illo-
met.§.j.videt̃ eſſe in ea opin.qua fuit Iac.de bel.
113 viſu & Rapha.Cuma.† Ego non puto verum ꝙ
maritus ipſe neque mulier conſtante matrimo-
nio.poſsint vendicare,niſi in vno caſu, quando
maritus vergit ad inopiam,& dubium eſt,an poſ
ſit mulieri ſuccurri in alijs bonis mariti ſi conſtã
te matrimonio non agit,vt in dicta.l.ſi conſtãte.
in prin.ff.ſolu.matri.et dicta.l.vbi.et.l.in rebus.
§.omnis.C.de iur.dor.& quæ per illum.§. om̃is.
poteſt & debet agere,aliàs ſi præſcribatur, ven-
dicare non poterit,ſoluto matrimonio.ratio per
illum tex.eſt,quia conſtante matrimonio in illo
caſu agere poteſt:aliter non,per illum tex.quem
ad hoc bene nota. Et in hoc dico ſolam mulierẽ
agere poſſe, non autem ipſum maritum,vt decla
rabo latius infrà.Et vt pateat hic articulus, puto
114 aliqua præmittenda.† Primò,prohibitionẽ alie-
nationis rei dotalis in fauorem mulieris tantùm
fieri,nõ autẽ mariti: ne mulier indotata maneat,
nec re ſua abſque facto ſuo priuetur.dicto.§.fin.
in authen.vt immobil.antenup.dona.ibi, quan-
tum ad mulieres neque dictam neq; ſcriptã eſſe
volumus:& ipſos viros in alijs eorũ rebus obli-
gari volumus occaſiõe alienationis aut hypothe
cæ.Vides quomodo alienatio rei dotalis in præ-
iudicium viri eſt bona & efficax.Si eſt efficax,nõ
poteſt cõtra eam venire,neque per ſe neque per
alium.Idẽ probat.§.ſi quis igitur emere præſum
pſerit.in authẽ.de non alie.reb.eccle.colla.j.ibi,
contra venerabiles verò œconomos,aut qui om
nino vendiderunt,in proprijs eorum ſubſtantijs
ex contractu habeat actionem. Nota hæc verba,
115 ex contractu habeat actionem. per quæ † proba
tur cõtractus cum œconomo & marito factos in
præiudiciũ eorũ validos eſſe, & efficacẽ actionẽ
ex eo contractu cõtra eos producere. Sed tex.in
dicta.l.quemadmodum. C.de agri.& cenſi.li.xj.
prohibet actionem naſci ex illo contractu,etiam
contra ipſum venditorẽ,propter nullitatẽ ipſius
contractus.imo vlterius procedit pœnã imponẽ
do emptori per amiſsionem pretij. patet in ea-
dem.l.ibi,& emptor pretiũ quod dederit, amiſ-
ſum exiſtimet: & nihilominus venditori ad re-
petendos ſeruos cum agnatione eorum vendica-
tione conceſſa.hoc etiam dicit.l.non dubium.C.
de legi.in tribus partibus ipſius legis.Prima in
verſi.cætera. ibi,non ſolùm inutilia, ſed pro in-
fectis habeantur.Secũda in verſi. ſed & ſi quid.
ibi,ſubſequutum ex eo caſſum atque inutile eſſe
præcipimus. Tertia in fine,neque ſacramentum
admitti.per quæ verba magis declaratur nullitas
ſimilium contractuum,vt nullo modo iuramen-
to confirmari poſsint.vnde non mirũ ſi ipſe qui
fecit,cõtrauenire poteſt:quia cõtrauenīẽdo facit
lege permittente, vt inquit illa lex,quẽadmodũ.
propter nullitatem contractus procedentem ex
prohibitione legis, quæ taliter reſiſtit ſimilibus
contractibus vt initium eorũ prohibeat,& quic-
116 quid ex eo ſequitur.† in quibus ſecundum Ioã.
Fab.& Raph.Cuma.& bene, non poteſt cadere
aliqua euictio, vbi nulla cõtracta eſt obligatio.
alleg.& bene.l.ſi in emptione.§.itẽ et ſi emptor.
in prin. l.domum.in fi.ff.de contrahen. emptio.
ſi ex talibus contractibus non obligatur vendi-
tor,agi non poteſt ex eo de euictione: quia ſine
obligatione actio non eſt.l.licet.§. ea obligatio.
ff.de procur.l.nihil.ff.de actio.& obliga.§.j.in-
ſti.de actio.Sed quia contractus, qui cum mari-
to fit,quantum ad eum validus eſt:re per eũ alie
nata euicta à muliere vel eius hæredibus, de eui-
ctione tenebitur.licet Bar.dicat,hæredibus mu-
lieris non competere ius vendicandæ dotis ſolu-
to matrimonio in.l.Neſennius.§. fundum.ff.de
re iudi.& malè:vt per Io.Fab.& Are.in dicto.§.
117 j.inſti.quib.alie.licet.Nec eſt verum, † vendica
tionem,quæ datur mulieri contra emptorem rei
dotalis,perſonalem tantùm eſſe, & cõtemplatio
ne mulieris tantùm cõcedi:imò ipſi doti & fauo
re ipſius conceditur,dicta.l.in rebus.in pluribus
partibus illius legis. prima ibi,& neminem cre-
ditorum mariti,qui anteriores ſint,poſſe ibi ſu-
periorem cauſam in his,ſcilicet rebus dotalibus,
per hypothecam vendicari.et conſidera rationẽ,
quæ immediate ſequitur.ibi, quũ eædem res ab
initio vxoris fuerant.alia ratio in verſi.nõ enim.
ibi,tranſitus earum &c.& in verſi.volumus.ibi,
quaſi in huiuſcemodi rebus proprijs habere.vn-
de non mirum ſi ad hæredes tranſit. Secũdo pro
batur in.l.aſsiduis.§.exceptis. C. qui potior. in
pigno.habean.vbi plus vult,priuilegium perſo-
nale prælationis competens mulieri, competere
filijs. Tertiò, ſi hoc eſſet verum,ſequeretur,ma-
ritum incommutabiliter dominium rei dotalis
transferre poſſe,eam vendendo:præſertim ſi cõ
tingeret mulierem prius mori viro, & matrimo-
nium morte mulieris diſſolui: adeò quod ſoluto

matrimonio nullo modo teneretur hæredibus
118 eius reſtituere:quod falſum eſt. † Imò plus, etiã
ſi viro data fuiſſet dos æſtimata, tenetur eã qui-
buſcũque hæredibus mulieris reſtituere.l.ſi cir-
cũſcripta.C.ſolu.matr.l.iure ſuccurſum.ff.de iu
re dot.Et ſi hæc opi.Bar.vera eſſet,ex ea inuẽta
eſſet mirabilis ars fraudãdæ dotis cõtra quã reſi
ſtit in ſimili.l.filiæ.ff.ſolu.matr. vbi cõſidera gl.
quũ dicit,qa ſi in poteſtate eſſet,non haberet hæ
redem iure iſto.cui gl.adde.l.ſi filia.ff.de diuor.
l.dubium non eſt.C.de repud. Præterea contra
Bar.eſt.l.ſi poſt diuortium.ff.ſolu.matri.l. dota
le.§.hæredi.ff.de fund.dot.& ea quæ notãtur in
l.vnica.C.de priuil.dot.& dicta.l.aſsiduis.§.ex-
ceptis.C.qui potior.in píg.habean. Redeamus
119 vnde digreſsi ſumus. † Maritus poſt vendicatã
dotem de euictione dotis tenebitur,per ſuprà di
cta.Sed ex hac concluſione Barto. inferebat,ob
id maritum rem dotalem à ſe venditam poſſe vẽ
dicare,ex eo quod de euictione cõueniri poteſt.
Neſcio vbi cogitauerit hãc illationẽ, nec in qua
lege voluerit eam fundare. obſtat enim illa re-
gula vulgata.l.vendicantem.ff.de euictio. & di-
ctæ.l.quum vir.in fi.ff.de vſucapio.maximè vbi
maritus per pactum de lucrãda dote mortua mu
liere dotis dominus effectus eſt.ſed ſi ſecundum
opi.Bar.& ſequacium cõſtante matrimonio ma
ritus dominus eſſet rei dotalis:quomodo poteſt
dominus ipſe vẽdicare quod alienauit?quia do-
minus eſt,reuocatio rei dotalis impedietur,eo ꝙ
dominus alienauit.Secũdò,ex delicto ſuo lucrũ
perciperet.& dum dicit Bar.maritũ nomine ſuo
non poſſe vendicare,ſed mulieris tantum : ſatis
probatur,maritum nomine ſuo non poſſe facto
ſuo cõtrauenire,quum de euictione teneatur ad
intereſſe emptori,qui ab eo cauſam habet. Ter-
tiò,quomodo poteſt nomine mulieris: quũ ipſa
incapax ſit vendicandæ dotis conſtãte matrimo-
nio(vt dixi)& probatur in illa.l.doce ancillam.
C.de rei vendi.niſi conſtaret euidentiſsimè mari
tum ad inopiam vergere, vt dixi per dictam.l.ſi
conſtante.in princ.in verbo,euidentiſsimè.ff.ſo
120 lu.matri.& dicta.l. vbi.C. de iure dotium. † Si
igitur mulier ipſa non poteſt vendicare:quomo
do poterit nomine mulieris vendicare? Obſtat
enim trita iuris regula,Poteſt quis per alium. de
reg.iur.in.vj.à contrario qui non poteſt per ſe-
ipſum,minus per alium poteſt.nec poſſet marito
ius agendi nomine mulieris competere,niſi ſolu
to matrimonio,quo tempore incipit mulieri &
eius hæredibus ius agẽdi competere,vt dixi, per
dictam.l.ſi poſt diuortium.ff.ſolu. matri. Alio-
quin ſi antè maritus ageret , magis nomine ſuo
ageret:quum illi ſoli conſtante matrimonio vtili
tas dotis competat,& ſolus ius vendicãdæ dotis
habeat,dicta.l.doce ancillam.C.de rei vendica.
quam ad id ſuprà declaraui,non repeto. Et ſic il
la regula,Poteſt quis per alium,quod poteſt per
ſeipſum.facit ſumpta è contrario, Nõ poteſt per
alium quod per ſeipſum non poteſt.& maximè
per alium inhabilem & incapacem ſimilis actio-
nis.Nam ex parte committentis eſt incapacitas,
121 & ex parte commiſsi eſt inhabilitas. † Primo ex
parte mulieris committentis,dato quod commit
teret,quæ(vt dixi)conſtante matrimonio nõ po
teſt vẽdicare. dicta.l.doce ancillam. propter de-
fectum actiõis excluderetur maritus nomine mu
lieris agens: quia ſibi non competit ius agendi.
de qua exceptione notatur in.l.mater.in princi.
vbi per Bart.& in.l. poſthumus.§.ſi quis ex his.
ff.de inoffi.teſta.quia præmaturè ageret.§. plus
aũt.verſi.tempore.inſti.de actio. ſi nomine ſuo
agat:ſatis fatetur Bar.non poſſe eum agere,quia
contra factum ſuum ageret. Reſiſtit em̃ illi ſuus
contractus,per dictum.§.ſi.in auth. vt immobil.
antenup. dona. & dictum.§. ſi quis igitur emere
præſumpſerit.in authen.de non alienan.reb. ec-
cle.colla.j.Et ſic non poteſt neque ſuo neq; vxo
ris nomine agere.Secundò, vltra prædicta facit
quod ſuprà annotauimus ex.l.arboribus.§. vſu-
fructuarius.ff.de vſufruc.ibi, qui vendit, vtitur,
ſi maritus,qui plenum ius vſusfructus habet , re
dotali vtatur eam vendendo,& ex ea,id eſt,pre-
cio rei fructũ percipit:quomodo poteſt vtroque
vti,re ſcilicet & pretio contra proprium factũ in
tertij præiudicium?re ex cauſa vendicationis fa-
uore mulieris procedẽtis,& precio quo vſus eſt,
quod ſubſiſtere non poteſt.l.j.C. qui potior. in
pig.habean.&.l.ſi.in ſi.C.de communi ſer. ma-
numiſ. vnde nõ videtur vera hæc ſententia Bart.
122 † Tertiò,præmitte:licet reipublicæ interſit, do-
tes mulieribus conſeruari.non tamen principali
ter,ſed ſecundariò tantum intereſt.l.j.ff.ſolu.ma
tri.Et illud intereſſe ipſas mulieres tantùm con-
cernit,nõ autem maritos. quinimo lex exuit ma-
ritum omni beneficio et facultate.nam vult eum
ex ſuo contractu obligari in alijs ſuis bonis , &
contra ipſum lex actionem ex ſuo cõtractu pro-
ducit,& quod ad pœnam eius introductũ eſt, ce
dat illi in fauorem:hoc alienum eſt à ratione.l. ſi
ſequens. in ſi.infrà eo.titu.Et lex mulieri in dote
fauet,vt à damno eam ſolùm eximat,non autẽ vt
lucrum illi afferat,dicta.l.aſsiduis.in fi.C.qui po
tior.in pig.habean.quanto minus faueret lex vi-
ro,qui contra factum ſuum contenderet. Et ſi di
cas , ſoluto matrimonio nomine mulieris aget:
ſed quomodo aget,quũ ſoluto matrimonio ma-
ritus eſſe deſierit,& per diſſolutionem matrimo
nij contracta affinitas diſſoluatur.l.cui eorum.§.
affinitates.ff.de poſtulan.l.ij.ff.de diuortijs.non
ergo vt affinis vẽdicabit.Ceſſat enim ratio.l. fœ
minis.ff.de procur.l.maritus.C.de procura.quo
niam & ipſe eadem actione à muliere conueniri
poteſt,ſicut & detentor rei dotalis,dicta.l.in re-
123 bus.C.de iure dot. † Et hæc dicta ſint in termi-
nis iuris ciuilis , quo matrimonium non tantum
morte alterius coniugum,ſed & multis alijs me-
dijs diſſoluebãt.l.j.ff.de diuor.l.conſenſu.C.de
repud.

repud. §. diſtrahuntur. in auth. de nupt. colla. iiij.
de iure autem Canonico & diuino ſecus, quibus
diuortium prohibenır excepta adulterij cauſa. c.
gaudemus. extra de diuor. vel in caſu. c. quãto. in
princi. extra. eo. de diuor. & ca. fraternitatis. ex-
tra de frigi. & maleſi. quo iure canonico ceſſat
hæc diſputatio: quum maritus ab hærede mulie-
ris conueniri poſsit vt dotem reſtituat, niſi iura-
uerit vxor non petere. ſecus ſi non iurauerit, di-
cta. l. poſt diuortium. ff. ſolu. matri. conuenietur
etiam detentor rei vẽdicatione, dicta. l. in rebus.
C. de iure dot. & §. fi. in auth. vt immo. antenup.
dona. colla. v. Sed de iure ciuili, quo ex cauſis à
lege permiſsis in dicta. l. conſenſu. & dicto. §. di-
ſtrahuntur. matrimonium ſoluitur, eo ſoluto
mulier ſola agit, dicta. l. in rebus. Si verò dicatur,
eum vt procuratorem agere, tãquam ſpeciale ha
bentem ab vxore mandatum, & ſic omnino viri
qualitas varietur, vt in ſimili dicitur in. l. tutorẽ.
ff. de his quib. vt indig. aufer. hæredi. l. quamuis.
ff. de in ius vocan. & ſic ratione ſui officij noui-
ter à muliere commiſsi, licet in iudicio comparẽs
de euictione conueniri poſsit, vt in alijs bonis re
ſpondeat, ipſe agere poſsit in vim mandati, cuius
formam ſequi debet, & non tranſgredi, dicta. l.
maritus. in fin. C. de procura. non aget igitur vt
publica perſona, vel vt quilibet habens pote-
124 ſtatem agendi: † quoniã actio dotis non eſt pu-
blica, ſed priuata mulieri tantum competens, di-
cta. l. in rebus. & l. vnica. C. de rei vxor. actio. li-
cet illa dotis actio fauorem à lege recipiat, non
principaliter ſed ſecundariò tantùm, dicta. l. j. ff.
ſolu. matri. ſecus autem forte eſſet vbi principali
ter reipubli. intereſſe in contractu deducitur le-
ge nominatim prohibente & reſiſtente, vt dici-
tur in. l. quum lex. ff. de fideiuſ. & in. l. vbi lex. in
princi. vbi per Rom. & Imolam. ff. de vſucapio.
& in dicta. l. non dubium. C. de legi. & quilibet
admittitᷣ, etiã vẽditor ipſe, vt quilibet alius de po
pulo admitteretur, dicta. l. quemadmodũ. C. de
agri. & cenſi. & l. ſi paterfamiliàs. §. qui duos. ff.
de adoptio. quoniam reipublicæ vtilitas inhabi-
les ad id reddit habiles. l. iij. §. ſi in publico. cum
l. ſeq. ff. de no. oper. nuncia. dummodo aliàs capa
ces ſint ſiſtendi in iudicio. l. de pupillo. in princi.
eo. titu. ſed vbi principaliter intereſſe reipub. nõ
verſatur, nec contractus quantum ad contrahen
tes redditus eſt inutilis: nõ puto hoc eſſe verum,
125 vt paulò pòſt dicetur. † Quartò, præmitte, mari
tum non poſſe ad reſtitutionem dotis conſtante
matrimonio compelli, niſi incipiat re dotali ma-
le vti, & euidentiſsimè conſtet, eum ad inopiam
vergere, dicta. l. ſi conſtante. in princi. ff. ſolu. ma
tri. ſed vendendo non dicitur omnino re dotali
abuti, ſed ea vti, dicta. l. arboribus. §. vſufructua-
rius. ff. de vſufruc. & valebit alienatio quòad vi-
uet. Nam & fiſcus marito delinquente percipiet
fructum dotis: dummodo fiſcus vxorem alat &
onera matrimonij ſuſtineat, quæ maritus, priuſ-
quàm iudicio publico condemnaretur, ſuſtine-
bat, vt dixi per. l. ij. ff. de fund. dota. & argumen-
to. l. Statius Florus. §. fi. ff. de iure fiſ. Nec obſtat
quod dicitur, dotẽ nõ poſſe alienari: verũ eſt in
præiudicium mulieris, vt declarat dictus. §. fin. in
authen. vt immobil. antenup. dona. ſed quod in
præiudicium viri non teneat, clarum eſt valere
per illum tex. & dictam. l. ij. ff. de fund. dota.
126 His † ſic præſuppoſitis dico, maritum dotalẽ
rem, quam vendidit, non poſſe vẽdicare. Primò
per rationem dictæ. l. vẽdicantem. ff. de euictio.
quæ omnino conſiderationi Bart. quã voluit in-
ducere ex illo. §. fi. in auth. vt immobil. antenup.
dona. ſatisfacit: ibi, improbè enim rem à ſe diſtra
ctam euincere conatur, quocunque iure ſibi res
poſsit peruenire. & dicta. l. quum vir. ff. de vſuca
pio. quæ ſi nomine mulieris vendicaretur, vſibus
mariti applicari deberet, & ex ea ali. l. vbi adhuc.
verſi. ita tamen. C. de iure dot. ibi, ad ſuſtentatio-
nem tam ſui quàm mariti filiorumq́, ſi quos ha-
beant. & ſic videretur hoc ad vtilitatem ſuam in
præiudicium creditorum facere: quàm improbũ
eſſet, nemo eſt qui dubitet, & ideo exceptiõe do
li ab emptore excludetur, dicta. l. vendicantem.
Ex his opportunè. l. quemadmodum. C. de agri.
127 & cenſi. lib. xj. reſponſum eſt. † Nam cõtractus
qui cum marito de re dotali fit, nõ eſt nullus, ſed
in viri præiudicium validus eſt: quoniam ex illo
contractu in alijs bonis ad cõſeruationem illius
contractus efficaciter obligabitur: & ſi agat, ob-
ſtabit ſibi doli exceptio, dicta. l. vendicantem.
& dicto. §. ſi. in auth. vt immobil. antenup. dona.
colla. v. Et ſi dicas, maritũ deſinere re dotali vti
poſtquã eã vendidit, quia emptor ea vtitur: hoc
eſt falſum, vt ſæpius ſuprà dictum eſt per ratio-
nem dictæ. l. arboribus. §. vſufructuarius. ff. de
vſufruc. qui vẽdit, inquit ille tex. vtitur. ſed quo-
modo vtitᷣ? nõ re ſed pretio rei, quod à pari eſt.
l. Labeo. §. fi. ff. de verbo. ſignifi. imò ſibi forſitã
vtilius eſt pretio quàm re vti. l. ſi generalis. §. fin.
ff. de iure doti. quia res dotalis forſitã modici eſt
momenti. c. ſi qua de rebus. xij. q. ij. glo. in. c. j. in
verbo, ſede. extra ne ſede vacan. & id Ioã. And.
& Anto. de But. notant in. c. ſi quis presbytero-
rum. extra de reb. eccle. non alie. c. nõ liceat. xij.
quæſt. ij. ibi, niſi tantũmodo domos, quæ in qui-
buslibet vrbibus non modica impenſa ſuſtentan
tur. l. libertus. ff. de bo. liber. §. huic autem. inſtit.
de actio. l. qui bonis ceſsit. ff. de ceſsio. bono. l.
vnica. C. de argen. pretio quod theſau. infer. li. x.
facit quod notatur in. §. fi. inſti. de actio. quũ per
glo. quæſtio fit de eo, qui in bonis nõ niſi caſtrũ
modici reditus habet. vel aliter dicas alia cõſide-
ratione, quia forſitan vir ex negotiatione ſolitus
eſt lucrum facere. l. iij. §. fi. cũ. l. ſeq. ff. de eo quod
cer. loco. & ideo illi magis expediat pecunias ad
manus habere, vt dicit. l. ſi ſeruus depoſitus. in
princi. ff. de noxa. actio. quàm res ipſas. dicta. l.
128 ſi generalis. † vnde non puto, maritum poſſe do

tem quam vendidit aut alienauit vendicare, ma-
xime quum (vt dictum eſt) ad reſtitutionem do-
tis niſi ſoluto matrimonio agatur. Et ſi dixeris,
in caſu ſaltem à lege permiſſo vendicandi dotem
conſtante matrimonio poſſe maritum vendica-
re: non puto verum, quia hoc mulieri tantùm
conceditur. dicta. l. vbi adhuc. C. de iure dot. nõ
autem ipſi marito, cum qualitatibus tamen illhic
expreſsis. Secũdò, non eſt ſublata ratio dictæ. l.
vendicantem. quæ conuenit cum dicta. l. vbi au-
tem. Nec obſtat quod de œconomo dictum eſt,
vt rem eccleſiaſticam per ſe alienatam reuocare
poſsit, ſecundum glo. in dicta. l. iubemus. §. ſanè.
in verbo, œconomis. C. de ſacroſanc. eccle. & in
l. ſi procurator. in prin. ff. de excep. doli. alias gl.
recenſui in repetitione. l. donationes. colum. ix.
C. de dona. inter virum & vxorẽ. & quarũ gloſ.
partẽ ſimpliciter illhic ſum ſecutus. tamẽ glo. in
dicta. l. iubemus. fuit dubia, mota per ca. mone-
mus. xij. q. ij. vbi illhic gloſ. fi. notat, vt ille idem,
qui alienauit, reuocare non poſsit. Cui aduerſa-
tur alia gloſ. in ca. ſi quis presbyterorum. extra
de rebus eccle. non alienan. quæ vult eum, qui
alienauit, poſſe reuocare per illum tex. in verbo,
alienator. quam nouiſsimam glo. omnes Cano.
illhic ſequuntur. ſimiliter Innoc. Hoſtien. & alij
in. c. noſti. extra de electio. Archi. in ca. et ſi illi.
xij. q. ij. & in ca. quod quis cõmiſit. xxxv. quæſt.
ix. illi text. videntur multùm pro communi opi.
vrgere: licet diſputando faciliter euitari poſſent:
quum omnia iura per illas glo. allegata ſolùm di-
129 cant, † alienantes res eccleſiæ teneri res per eos
alienatas eccleſiæ reſtituere. Non inficiabor eos
teneri reſtituere: ſed non eſt concludens argu-
mentum, vt ob id dicatur eos contra emptorem
poſſe agere vt ab eo reuocent: quoniam hoc nõ
dicunt, ſed magis oppoſitum probãt, vt in dicto
c. monemus. xij. q. ij. ibi, ita vt deinceps nullas vi-
res pro his ad litigandum vel poſsidẽdum habe-
re poſsit. quem tex. voluit euitare illhic Archid.
dum dicit, recte intuenti probari in verbo, dein-
ceps. verũ eſſe non poſſe, ipſum q alienauit, reuo-
care ſi deponatur ab adminiſtratione: ſed ſi in ea
perſeueret, agere poterit, & ipſemet reuocare. &
ante Archi. fuit reſponſio Innoc. & Hoſtien. in
dicto. c. noſti. extra de electio. quæ interpretatio
vera non eſt: & eam rectè intueatur quiſquis vo-
luerit, ex illis verbis, ita vt deinceps nullas pro
his &c. non probatur ex hoc alienatorem depoſi-
tum fuiſſe ab adminiſtratione, ſed tantùm à repe-
titiõe rerum, quas alienauit, excluſum eſſe. Hoc
clarè vult ille text. dum inquit, Et quod eccleſiæ
iniuſtè ablatum eſt, reddere compellatur, ita vt
deinceps nullas vires pro his ad litigãdũ vel poſ-
ſidẽdum habere poſsit, pro his ſcilicet rebus titu-
li ſui quas vſurpauit, & quæ ab eccleſia ablatæ
ſunt. Et ſic. c. ſi quis presbyterorum. ad. c. mone-
mus. nihil addit, quantum eſt reſpectu alienato-
ris, dum tex. in. c. ſi quis presbyterorũ. dicit, ana-
themate feriatur, niſi fortè alienator, & qui acce-
perit, celeri reſtitutione ſibi proſpexerit. Et in. c.
130 monemus. dicitur, † epiſcopus vel ſacerdos, ca-
nonicam ſine dubio ſubeat vltionem, & quod ec-
cleſiæ iniuſtè ablatum eſt, reddi compellatur. Et
hæc ſolutio cõuenit alijs cap. ſuprà alleg. Ad. c.
noſti. de electio. reſpõderi poteſt, nõ valere iſto
iure alienationem per electum non confirmatũ
factam, quia nõ debuit neq; potuit adminiſtrare
c. qualiter. extra de electio. c. auaritiæ. de elec. in
vj. multominus alienare. Vnde alienationem tan-
quam à non habente alienandi poteſtatem factã,
eo confirmato reuocare curabit: quamuis verba
illius. c. neceſſariò non probant, ipſum, qui alie-
nauit, per ſe poſſe reuocare. qualiter igitur alie-
nator reuocabit & eccleſiæ reſtituet. dic poſt Io.
And. in dicto. c. ſi quis presbyterorum. compo-
net cum emptore, & ea per compoſitionẽ repeti-
ta eccleſiæ reſtituet. Et ſi compoſitioni locus nõ
eſt, quum tam alienans quàm emptor, vterq; ad
reſtitutionem oblato pretio cũ intereſſe empto-
ris teneatur iudicis officio & canonis autoritate
eccleſiaſtica cenſura ad componendum, & illam
reſtituendam cum fructibus compellet, dicto ca.
ſi quis presbyterorum. quemadmodum in. c. de-
131 bitores. extra de iureiur. dicitur, † de creditore
qui vſuras promiſſas à debitore accepit, quas ali-
ter per ſe vendicare nõ poteſt, ſed per iudicis offi-
cium, non ſua autoritate fulcietur. hoc dicit ille
tex. ibi, cum fructibus alienata repoſcere, et eccle-
ſiaſtica autoritate fulciri. & in. c. ad audientiam.
extra de reb. eccle. non alie. ibi, illas legitimè re-
uocare procures. quem tex. cõſidera cum ſuper-
ſcriptione illius decretalis, quæ epiſcopo Exo-
nenſi dirigitur: cui per papam mandatur, prædia
per nõnullos canonicos ſuæ eccleſiæ alijs abſen-
tibus alienata reuocare legitimè. Et dicit Io. An-
dreas & poſt eum Anto. de Butrio ad verbũ, le-
gitimè. id eſt, non coram ſe, ne in cauſa ſua iudex
ſit: ſed corã alio iudice, vbi partes actoris teneat,
emptor autem partes rei. ca. j. extra de maledic. ſi
igitur non poteſt iudex eſſe rerum à ſuis confra-
tribus & concanonicis alienatarum: quomodo
rei per ſe alienatæ poteſt iudicium ſuſcipere, niſi
per inuocationem officij alterius iudicis, qui au-
toritate eccleſiaſtica emptorem ad reſtitutionem
compellat. c. non liceat. xij. q. ij. Secundò nõ poſ-
ſet alia ratione interpretatio Arch. ad dictum. c.
132 monemus. in verbo, deinceps. ſuſtineri, † quia
etiam depoſitus ab adminiſtratione, clericus vel
ſacerdos remanet. Et ſi per generalem clauſulam
dicti. c. ſi quis presbyterorum. appoſitam, aliàs li-
ceret contra proprium factum venire, poſſet etiã
depoſitus ab adminiſtratione tanquam quilibet
alius de clero venire per rationem dicti. c. ſi quis
presbyterorum. ibi, ſed etiam licet quibuſcunq;
eccleſiaſticis perſonis vocẽ cõtradictionis offer-
re, & cum fructibus alienata repoſcere, & eccle-
ſiaſtica autoritate fulciri. Et ſic non tanquã ipſe,
ſed tanq

ſed tanquam quilſbet alius,haberet reuocādi po
teſtatem,dicta.l.ſi paterfamiliàs.§. qui duos. ff.
de adoptio.ob id declaratio Archi. non poteſt
eſſe vera.& quamuis glo.in dicto.c.ſi quis preſ-
byterorum.argumentum dictæ.l. vendicantem.
ff.de euictio.&.l.exceptione.&.l.ſi ob cauſam.
C. de euictio.euitare velit, dum dicit illud eſſe
generale: ſed in caſu iſto erit ſpeciale, quia rem
eccleſiæ, cuius contractus nullus eſt, vult repe-
tere.quemadmodum de muliere dicitur contra-
ctum fideiuſsionis reuocante,contra quam ſi de
ſuo contractu opponatur,de Velleiano replica-
bit.Similiter ait idem in prælato ſicut de priuato
dici poſſet,dicta.l. quemadmodum. C. de agri.
& cenſi.lib.xj. Et hoc præſentiens Ant. de But.
in dicto ca. ſi quis presbyterorum. addit verum
eſſe,ſi ad eccleſiæ commodum hoc faciat,non au
tem ad ſuum,dicta.l.vendicantem.& ſimiles ſu-
133 prà relatas. † Et ſic, ſecundum eum, rebus alie-
natis reuocatis non poterit alienans fructum ex
eis percipere,per illas leges. Et maximè dici poſ
ſet,ſi res feudalis eſſet, quæ ſi inconſulto rege, à
quo tenentur in feudum,alienatæ ſint,viuo ipſo
alienatore epiſcopus commoditate ipſius rei pri
uabitur.c.fi.de capi.Corra.idem de iure Cano.
dicto.c.quum veniſſent.extra de inſtitu.per quē
tex.idem notat Feli.in.c.peruenit. colū.ij. extra
de iureiurand. Licet eccleſia ex eo non patiatur
per illos tex.& in regula,delictum.de reg.iur.in
vj.quæ ratio in marito ceſſat,vt dictum eſt. nam
ſi maritus dotalem rem vendicare poſſet, fructū
ex ea perciperet.Sed iſta obiectio glo. ſufficien-
ter eſt eliſa & abſoluta ex præcedētibus: qa quū
134 dicitur, † rei eccleſiaſticæ alienationem nullam
eſſe,dicto.c.ſi quis presbyterorū.in verbo, nul-
lus. & pleriſque alijs: verum eſt, nullam eſſe in
præiudicium eccleſiæ,ſed nō alienātis.Nec iſtud
inficiantur glo.& omnes doctor.iuris canonici,
quo minus emptor contra ipſum prælatum age-
re poſsit,& eum de euictione cōuenire, dicto.§.
ſi quis igitur emere. in authen. de non alie.reb.
eccle.ibi, contra venerabiles verò œconomos,
aut qui omnino vendiderunt, in proprijs ſubſtā
tijs ex cōtractu babeat actionem,dicto. c.quum
veniſſent.&.c.ad audiētiam.extra de reb. eccle.
non alie.ibi,ad ſuſceptam inde pecuniam condu
ctoribus refundendam. Et hoc verum dicit Ioā.
And.ſi prælatus habet vnde pretium reſtituere
poſsit:non abs re eſt,quia inanis actio eſt,quam
debitoris inopia excludit.l. nam is nullam.ff. de
dolo.ab eccleſia nō repetit,ſed ab ipſo ep̄o ven-
ditore tantùm,per illa iura: quum in præiudiciū
eccleſiæ talis alienatio fieri nō potuit,ſed in præ
iudicium venditoris tantùm,à quo pretium repe
tit,dicto.§.ſi quis igitur emere præſumpſerit. in
authen. de non alienan.rebus eccle.colla.ij.& di
cta.l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſan.eccle. Et ca
noniſtæ in.§.hoc ius porrectum.§. qui verò res.
x.q.ij.&,ſecūdum eos,actio de euictione firma
manet.Nec in hoc.§.ſi quis igitur emere præſum
pſerit.in authen. de non alienan. colla.ij. per di-
ctū.§.qui verò res. correctus eſt, licet alio reſpe-
ctu per eos dicatur,et diſtinguatur,an emptor rē
venditam ſciuerit eccleſiaſticā eſſe,an verò igno
rauerit,iuxta.l.ſi fundum.C.de euictio.ſed reſpe
ctu pretij non puto hoc eſſe conueniens : quum
non ſit contractus prohibitus niſi contemplatio
135 ne eccleſiæ. † Similiter dico de rebus dotalibus,
in quibus ſit eadem concluſio: nec ius canonicū
in hoc ius ciuile mutet. Ideo puto ſecundum ius
ciuile iudicandum eſſe,quum illi ius canonicum
nō diſcreper,dicto.§. hoc ius porrectum. x.q.ij.
Et ſi cum multorum opinione dixeris ſtandum
eſſe iuri canonico per pontifices in decretalibus
approbato,licet imperiales cōſtitutiones in de-
cretis incluſæ ſint & in eis canoniſatæ, non tamē
habuit Gratianus autoritatem condendæ legis:
quamuis bæc Leonis & imperialis conſtitutio in
multis approbata ſit in.c.nulli.extra de rebus ec
cle.non alienan.ibi,pœnas timentes,quas Leoni
na conſtitutio emanauit. Et omnes ferè Canoni-
ſtæ in hoc conueniunt,actionem ad pretium re-
petendum emptori competere,licet ſcienter rem
eccleſiaſticam emerit. hoc tenent glo. & Archi.
in dicto.§.hoc ius porrectū. verſi. quia verò res.
in verbo,ſed melius.x.q.ij.tex.vbi hoc notat gl.
in.c.vulteranæ.xij.q.ij.& eſt conſtitutio Decre-
talis Gelaſij papæ.Adde glo.in.l.j.C.ſi vēd.pig.
aga. Latius hunc paſſum examinat Feli.in.c.quū
cauſa.in.xij.fallentia.vbi per duas col. proſequi
tur.extra de re iudi.& Io. And.in dicto.c.ſi quis
presbyterorum.& Anto. de Butrio in dicto ca.
136 ad audientiàm.dicunt hūc eſſe caſum in quo ma-
læfidei emptor actionem habet propter præpon
derantem dolum ex parte venditoris,qui contra
iuramentum ſuum & ſui officij debitum ſcienter
alienat,in canones & leges peccans:quorum iu-
rium maxime canonici debet eſſe gnarus. Et idē
Rothomagi in cauſa abbatis Fliſcamenſis iudi-
catum eſt, qui damnatus eſt ad pretij reſtitutio-
nem,non autem intereſſe. Fructus autem perce-
ptos emptor non reſtituit,quia pecunia in eccle-
ſiæ vtilitatem verſa erat,& in ſolutionem annatæ
papalis,iuxta doctrinam Bal.in.l.ſi prædium.C.
de prædijs minor.ſine decre.nō alien. Cuius me
minit Feli.in dicto.c.quum cauſa.vij.colū.extra
137 de re iudi.& alia ratione: † quia ſolēnitatis omiſ
ſio per iuris errorem,licet in quærendis nō excu
ſet,in iam quæſitis tamē prodeſt.l.ſed & ſi lege.
§.ſcire.vbi per glo.& Ang.ff.de peti.hæredi. Et
in.l.nunquam.ff.de vſucapio.licet is, qui cū ab-
bate contraxerat, primarius in Normania regis
aduocatus eſſet:ſed pròpter cauſam alienatiōis,
& quia prerium rei in eccleſiæ vtilitatem verſum
fuerar,reſtitutū eſt.§.ſi verò quis.verſ.iubemus.
vbi per glo.in verbo,profecerunt.in authen. de
aliena.& emphy.colla.ix.& eſt expreſſum in di
cto ca.ad audientiam. extra de rebus eccle. non

alien. quibus adde Spinel. in d. l. ſi minori. col. ij.
C. de iure fiſci. lib. x. tenentem poſt Iac. de bel. vi
ſu in. §. j. verſi. vult enim. in fi. in auth. de nō alie.
138 reb. eccle. colla. ij. † nō poſſe œconomū ſiue ipſo
iure ſit priuatus, ſiue priuatus nō ſit, vēdicare: qa
qui vt ſuſpectus propter rem eccleſiæ venditam
debet remoueri, quemadmodum & tutor. §. ſu-
ſpectus autem. inſti. de ſuſpec. tutor. l. tutor. §. Se
uerus. ff. de ſuſpec. tutor. non debet in alijs vlte-
rius tolerari, etiam cautione per eum præſtita. l.
ſuſpectus. & l. qui ſatiſdatio. ff. de ſuſpec. tutor.
ne diutius graſſandi facultas in re pupilli vel ec-
cleſiæ concedatur. licet Bal. in dicta. l. iubemus.
§. ſanè. C. de ſacroſanc. eccle. hanc conſideratio-
nem Iaco. de bel. viſ. non probat, eo quòd nō eſt
adhuc œconomus per ſententiam priuatus, vt di
cit glo. in eadem. l. §. œconomus. in verbo, priue
tur. & Innoc. in. c. noſti. in fi. extra de electio. ſed
(vt dixi) Iaco. de bel. viſ. non tātùm cōſiderauit,
139 an œconomus priuatus ſit, † ſed qa per ipſam
alienationem ſuſpectus effectus eſt, propter eam
poterit vt ſuſpectus remoueri aut dari ſibi coad-
iutor. de quo per glo. & omnes in. c. venerabili.
extra de offi. deleg. tex. cum glo. in. §. ſi quis au-
tem. inſti. de ſuſpec. tutor. l. eum quem. C. de ſu-
ſpec. tutor. & per dictum. c. venerabili. datus co-
adiutor aget, non ipſe, cuius fides omnino ſuſpe
cta eſt. & ideo non obſtante doctrina Bal. puto
Iaco. de bel. viſ. verum dicere, vt ſtatim videbiť.
Licet Archi. in dicto ca. Vulteranæ. xij. q. ij. pri-
mò ſit viſus tenere contrarium, poſt Gofre. habi
ta tamē prius inquiſitiōe huius malæ verſatiōis:
tunc adminiſtratio tali prælato interdicēda erit.
Nec obſtare poteſt. c. nōne. viij. q. iiij. & c. ſi epi
ſcopum. xvj. q. vj. quæ loquuntur vbi adhuc de-
tecta nō eſt epi vel prælati culpa. ſecus vbi deli-
ctū de ſe patēs eſt, et in ſuo gñe ſuſpectū, rōne cu
ius incapax reddiť, dicto. c. pen. & fi. x. q. ij. & d.
c. monemus. & ita reſpōdet Gofr. & Archi. poſt
eum in dicto. c. Vulteranæ. xij. q. ij. c. ſin. iij. q. ij.
Et tex. clarus eſt in. c. licet Heli. verſic. tamen ex
ipſius abbatis. extra de ſimoni. ibi, quod idē non
modicam ſummam pecuniæ relictam à prædeceſ
ſore ſuo expenderat, & in alia ſumma maiori mo
naſterium obligarat: nos eum quaſi de dilapida-
tione ſuſpectum ab adminiſtratione abbatiæ du
140 ximus ſuſpendendum. † Ecce qualiter ex ſola
alienatiōe prælatus ſuſpectus iudicatur, propter
quam illi coadiutor datur. in dicto. c. venerabili.
extra de offi. delega. hoc idem notat Archi. in. c.
vobis. in expeditione gloſ. in verbo, portiones.
quæ idem ſentire videtur. xij. q. ij. dū dicit, ideo
diuiſionem in illo tex. fieri præbēdarum, quia ſu
ſpecti erant clerici de dilapidatione ſeu alienatio
ne rerum eccleſiæ. licet in alijs iudicijs ſecūdum
eos ſecus eſſet: quoniam neceſſaria eſſet actualis
priuatio per ſententiā, dicto. c. nonne. viij. q. iiij.
Et demum Iac. de bel. viſ. reſpondet ad. l. j. C. de
liber. cauſa. & dictam. l. quemadmodum. C. de
agri. & cenſi. lib. xj. dicit enim, eas intelligi debe
re de eo, qui de re ſua vel quaſi ſua contrahit: ſe-
cus eſt in tutore & œconomo, qui de re pupilli
vel eccleſiæ contra legis prohibitionem mercan
tur. & hanc ſolutionem addas ad priores. ſimili-
141 ter & tex. in. l. ſi ꝓcurator. ff. de excep. doli. † nō
dicit procuratorem, qui doloſe verſatus eſt, in iu
dicio reuocare quod per eum factum eſt, ſed de
domino tantùm loquitur in verſi. & cum domi-
no iudicati agatur, tuebiť ſe doli mali exceptio-
ne. vbi non dicit procuratorem neque dominū
agere, ſed domino conuento ex iudicato con-
tra eum pronūciato procuratore eius doloſe cor
rupto poſſe ſe doli exceptione tueri. Et glo. de
domino tantùm, nō autem de procuratore quæ-
ſtionem facit, an poſſit, quod occaſione talis ſen
tentiæ dolo procuratoris contra dominum latæ
datum eſt, repetere. Licet glo. in dicta. l. ſi mino-
ri pretio. expreſſe de œconomo affirmet. ſed vt
vides in pūcto iuris verior & probabilior eſt ſen
tentia, quam affirmamus poſt Iaco. de bel. viſ. ſi-
ue de iure ciuili ſiue canonico loquamur: & præ
ſertim vera eſt de iure ciuili, dicto. §. ſi quis igiť
emere præſumpſerit. in authen. de non alie. reb.
eccle. colla. ij. & authen. qui res. C. de ſacroſanc.
eccleſ. iuncta ratione. l. vendicantē. ff. de euictio.
Cui non poteſt probabiliter reſpōderi, vt vides
ex dictis per Anto. de Butrio in dicto ca. ſi quis
presbyterorum. duplici ratione. Prima eſt eo ꝙ
142 dicunt illam. l. quemadmodum. † in cōtractu va
lido non procedere, ſed nulli dubium, contractū
in præiudiciū prælati vel œconomi validū eſſe,
dicto. §. ſi quis igitur emere præſumpſerit. & di-
cto. §. quia verò res. x. q. ij. & Anto. hoc notat in
c. quum contingat. colum. iiij. & in. c. ſicut. extra
de iureiu. dicit enim contractum in præiudicium
prælati, licet nō eccleſiæ, valere, dicto. c. ſicut. &
dicto. c. quum veniſſet. Secundò quoniam ſolu-
tio per eos data ad. l. vendicantem. ff. de euictio.
non eſt vera, dum dicunt eam procedere quādo
nomine ſuo maritus vendicat: ſecus ſi alieno. Nā
fortè vera eſſet, niſi facto ſuo & ſua turpitudine
incapax œconomus factus eſſet, vt in dicto ca.
monemus. xij. q. ij. Cui nō video eſſe reſpōſum,
& ex ea fructum nō perciperet: in quo poteſt ve
rè dici habita conſideratio Iaco. de bel. viſ. ſuprà
relata. quicquid Bal. in dicta. l. iubemus. §. ſanè.
C. de ſacroſan. eccleſ. dixerit: cū ille canon actua
lem priuationem talis prælati non cōſiderat, ſed
malam eius verſationē circa rem eccleſiæ impro
be alienatam, vt inquit tex. in ca. non liceat. & c.
indigne. xij. q. ij. Ratiōe cuius malæ verſationis
indignus cenſetur iudicij reuocatorij rei per eū
alienatæ & ſiſtēdi in eo pro eccleſia, dum inquit
ille tex. ita vt deinceps nullas vires pro his ad liti
gandum vel poſſidendum habere poſſit. à tēpo-
re ergo illius contractus ſit incapax iudicij com-
petentis eccleſiæ pro reuocatione rerum per eū
alienatarum. Et in illo tex. pondera verbum, ad
litigan

litigandum.itē & verbū,poſsidendū. per quæ à
iudicio incapax fit. Secundò, ab omni fructuum
perceptione ex alienato per eū fundo prouenien
te,dum dicit,vel poſsidendū. Et in.c.pen.& fin.
x.q.ij. Et tex.in cap.ſi ſacerdotes.xvj.q.iij.dicit,
143 Viuo † prælato,qui aliquid iniuſtè contra eccle
ſiam diffiniuit,atque ob id res eccleſiæ diſtracta
eſt,non incipiet præſcriptionem, cōtra ipſam ec
cleſiam currere. ex illo text. perpendis ex titulo
nullo præberi cauſam præſcribendi: licet viuo
prælato,qui non alienauit,nō incipiat. quod eſt
mirabile.nec mouet quod dicitur,emptorem pri
uari precio & re,dicta.l.iubemus.§.ſanè.C.de ſa
croſanc.eccle.&.§.vult em̄. &.§.quia verò Leo-
nis.in authē.de non alie.aut permutā.reb. eccle.
colla.ij.verum eſt quantum ad id vti poſsit ab ec
cleſia repetere.ſed ob id nō priuatur,quo minus
à prælato venditore vēdicare poſsit. Ita reſpōdet
tex.§.ſi quis igitur emere præſumpſerit. & dicto
§.quia verò res.xij.q.ij. & contra eum de euictio
ne agetur. Et ratio in illo tex.eſt,vt tales œcono
mi & prælati, ſi non ob timorem dei à ſimilibus
contractibus retardantur,tamē metu ſuæ ſubſtā-
tiæ ſegniores circa venditiones fiant. Idem dicit
in dicto.c. Vulteranæ.xij.q.ij.hoc etiā tenet gl.
in.c.quicquid.xij.q.ij. Et ſi velis alteri opi. inſi-
ſtere,dico nō valere extenſionē de œconomo ad
maritū. Primò qa plures ſunt in re eccleſiæ qua-
144 litates fauorabiliores quàm in dote. † Prima
eſt,quilibet enim prælatus iurat non alienare res
eccleſiæ.c.peruenit.extra de iureiur. & in dicto
c.quū veniſſent. extra de inſtit. Cui primo iura-
mento cōtrauenire non poteſt duplici rōne. Pri-
ma, qm̄ primū abſorbet ſecūdū.c.tuæ. &.c.intel
lecto.extra de iureiur. Secunda,quia primū iura
mētū eſt ſecūdū prohibitionē legis & canōis: igi
tur aliquid addit in pœnam eius & efficaciorem
prohibitionē reddit,vt dicit in.c.quū contingat.
& in.c.debitores.extra de iureiur.§.j.in auth.iuſ
iur. qd' præſt.ab his. colla.ij.ſecus in marito qui
nullo mō iurat. Secundò differt,qm̄ tanta eſt vis
ꝓhibitiōis legis & canonis vt rē eccleſiaſticā affi
ciāt,vt eā om̄ino reddat inalienabilē. & vlterius
cū nullitate pœnā addit:nec vnū,aliud tollit.d.l.
iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſanc.eccleſ. quæ fuit
cōſtitutio Leonis per ius canonicum approbata,
& adhuc in viridi eſt obſeruantia ex approbatio
ne pontificū.c.nulli.in fi.ibi, Leonina cōſtitutio
emanauit.extra de reb.eccle.nō alie.licet illa per
Iuſtinianū fuerit moderata in.§.vult enim.vbi cō
ſtitutionē Leoninā refert,et in.§.quia verò Leo-
nis.verſi.propterea neceſſariū exiſtimauimus.&
§.ſi quis igit emere præſumpſerit.in auth. de nō
alienā.reb.eccle.colla.ij.quæ nouella Iuſtiniani
cōſtitutio approbata eſt in.d.§.quæ verò res.x.
145 q.ij. † In marito autē rem dotalē alienāte nō pōt
dubiū eſſe quū dotis alienatio nō ſit de iure nul-
la,niſi ꝙtū ad mulieres ipſa nullitatē ꝓſequēte,
vt ſuprà dictū eſt,dicta.l.in rebus.C.de iure dot.
nō aūt ꝙtū ad ipſos maritos alienātes,vt ſæpe di
ctū eſt ſuprà. verū eſt autē, cōtractū alienationis
dotis ex parte mulieris adeo nullū eſſe,vt iuramē
to cōfirmari nō poſsit.d.l.non dubium. in fi. C.
de legib. Et attētare hoc audeo in cōem opinio-
nem,vt dicam,non tantùm de iure ciuili, verum
etiam de iure canonico iuramēto ab vxore vali-
dari nō poſſe. & mihi om̄ino placet & ſemꝑ pla
cuit opi. Chriſtoph. Por.in.d.§.j.inſti.quib.alie.
licet.quā Moder.Papiē.tacētes,eā ſibi aſſcribūt
in auth.ſacramēta puberū.C.ſi aduer.vēditio.&
mea ſententia pertinēter omnibus textibus in cō
trarium allegatis reſpondet. Primo,ad.c.quū cō
tingat.&.c.debitores.extra de iureiur. qbus con
formatur.c. quāuis.de pac.in.vj. Ex quibus ni-
hil contrarium probari planè compertum habe-
tur,excepto.c.quum contingat.quod de aliena-
146 tione rei dotalis loquitur, † cui mulier cum iura
mento non contraire promiſit, per rationem di-
cti.c.quum contingat.extra de iureiur.per quod
conſtat interpoſitum per mulierem conſenſum
alienationi rerum dotalium contra legitimas ſan
ctiones eſſe, dum inquit,quod & ſi mulierū con
ſenſu in talibus non videatur obligatorius ſecun
dū legitimas ſanctiōes,ob id de iure nō pōt eſſe
obligatoriū.c.ſi diligenti.extra de foro compet.
& maximè, quia leges inter ſubditos obſeruari
debēt nec in aliquo violandæ ſunt.c.qm̄.c.de ca
pitulis.c.videns.cum ſeq.x.diſtinc.maxime quū
non ſunt legi diuinæ aut canonicæ contrariæ.c.j.
&.ij.extra de no.oper.nuncia. Imò contempto-
res legis cōtemptores ſunt præcepti diuini: quia
regi inobediētes ſunt, ſi legibus ſuis aduerſent.
c.ſolitæ. extra de maior.& obedi. Et Paul.in epi
ſtola ad Romanos.c.xiij.eo magis quum illæ le-
ges pro beneficio reipublicæ factæ ſunt,non aūt
ambitioſæ ſunt.c.imperatorum.ix.diſtinc. & ca.
lege.x.diſtinc.neque vtilitatem priuatorum,ſed
147 reipublicæ concernant, † cui non licet neque
poteſt pacto priuatorum derogari, etiam cum
iuramento.dicto.c.ſi diligenti.in princi. & in fi.
eiuſdem.c.& plenius notatur in dicta.l.non du-
bium.in fi.C.de legib. Præſertim vbi obligatio
legi contraria tertio præiudicare poteſt. quod
ſingulariter conſideratum eſt in dicto ca.quum
contingat. extra de iureiuran. ibi, quum in al-
terius præiudiciū non redundant.quæ ratio mul
tum deciſioni illius decretalis aduerſatur, ſi in al
terius præiudicium mulieris conſenſus redunda
re cognoſcatur ſecundum opi.Inno. Hoſti.Ioā.
And.& omniū Cano.in illo.c.quum contingat.
non valebit iuramentum,nec erit obligatorium,
per illum tex.& præſertim vbi ſuperioris autori-
tati derogatur.c.ſicut.extra de iureiur.l.fi.ff.qui
ſatiſda.cogan. vel quando iuramentū ſeu contra
ctus cōtra bonos mores eſt.regula,nō eſt obliga
torium.de reg.iur.in.vj.& alia quæ recenſet An
to.de But.in dicto.c.quū contingat.& omnes in
ca.quamuis.de pact.in.vj.quæ aliter referre non

intendo: quorum omniũ conſiderationes in alie
natione dotis conuenire noſcũtur. & decretalis,
quum contingat. ſuprà allegata, hoc non inficia-
tur, ibi, non videatur obligatorium ſecundum le
148 gitimas ſanctiones. † Et ſatis ex præcedentibus
compertum eſt, in mulieris præiudicium non va
lere alienationem dotis, lege alienationem pro-
hibente & reſiſtente, dicto. §. fi. in authen. vt im-
mobil. antenup. dona. colla. v. dicta. l. vnica. §. &
quum lex. C. de rei vxor. actio. quæ alienationis
prohibitio non tantum vxoris fauorem & vtili-
tatem, ſed & reipublicæ reſpicit. l. j. ff. ſoluto ma
trimonio. quamuis priuato commodo renunciã
do ſibi poſsit præiudicare. l. ſi quis in conſcribẽ-
do. C. de pac. iuri autem publico præiudicare nõ
poterit. l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pac. &
l. qui contra. vbi per Cinum & Bald. C. de inceſ.
nup. & dicta. l. non dubium. C. de legi. l. priuato
rum. C. de iuriſdi. omnium iudi. quod publicum
non poteſt remitti, dicta. l. contra iuris ciuilis re-
gulas. etiam cum iuramento. l. iuris gentium. §. ſi
149 paciſcar. verſi. & generaliter. ff. de pac. † Sed ad
illud poſſet reſponderi, verum eſſe argumentũ,
vbi principaliter publicum intereſſe verſaretur:
quoniam huic renunciari nõ poſſet cum iuramẽ
to, dicto. c. non eſt obligatoriũ. de reg. iur. in. vj.
& alia ſuprà allega. non autem vbi principaliter
de publico intereſſe nõ tractatur, vti eſt in dote,
dicta. l. j. ff. ſoluto matrimonio. & dicto. c. quum
contingat. aliud & ſecundum me mouet ex illo
c. quum contingat. quod volo diligenter attendi
in his verbis, quum in alterius præiudicium non
redundet. Non enim fuit recordatus papa deci-
ſionis iuris ciuilis: licet dicatur, om̃ia iura in ſcri
nio pectoris habere. c. j. de conſtitu. in. vj. quo-
niam mulier alienationi dotis conſentiens nõ tã-
tum ſibi præiudicat, ſed & filijs qui in re dotali
ſucceſſuri eſſent, ſi ſuo conſenſu dos alienata nõ
eſſet. Vnde non debet dotis alienatio, ſaltem in
præiudicium filiorum, tenere, per rationẽ illius
decretalis. Et hoc argumentum ſentiens Io. An-
dreas in dicto. c. quum contingat. vult in aliquo
papam in ſua conſtitutione excuſare. dicit enim
alienationem dotis filijs præiudicare, etiam ſi do
te nõ alienata in ea filij ſucceſſuri fuiſſent, niſi fi-
lijs ex alterius contractu dos obligata nõ ſit aut
debita, veluti ex patris aut aui ſeu alterius extra-
nei contractu, vel ex eorum teſtamento: hoc ca-
ſu talis mulieris conſenſus filijs non præiudicat.
Secũdò, nullũ, extraneis, quibus dos ſoluto ma-
trimonio ex eorum conuentione reſtitui debet,
præiudicium afferet. c. veniẽtes. extra de iureiur.
vbi Ioan. Andr. remittit ſe ad ea quæ illhic dixit.
150 Sed † Io. And. non perfectè rationem iuris ciui-
lis accepit, quæ dotem filijs aliter quàm ex ſuc-
ceſsione aut contractu aui, vel patris vel etiam
ipſius matris obligat. l. vbi. §. fi. C. de iure do. vbi
dos obligatur alimentis filiorum. nam ex ea ali
debent. Idem in. l. ſi conuenerit. in fi. ff. de fund.
dota. dos enim affecta eſt alimentis filiorum: &
ob id datur viro. l. ſi quum dotem. §. ſin autem in
ſæuiſsimo. ff. ſolu. matr. & dicta. l. pro oneribus.
C. de iure dot. & l. dotis. in princi. ff. de iure dot.
ſi affecta eſt oneribus matrimonij, vt ex ea alan-
tur filij & filiæ, & maximè ſi contingat virum &
vxorem aliunde nõ habere vnde filios ſuos alãt:
talis alienatio fieri non poteſt quin in præiudi-
cium filiorum vergat, & ob id fortè contingat,
filios fame perire: quod alienum eſt à natura:
151 quum † in hoc caſu dos ſit magis priuilegiata
quocunque alio creditore, non in fauorem mu-
lieris tantùm, ſed & ipſorum filiorum, dicta. l.
vbi. §. finali. C. de iure dotium. & nobis eſt maxi
mo argumẽto. l. quiſquis. §. vxores. C. ad legem
Iuliam maieſt. ſimiliter & maritus ex ea alatur,
in quo proſpicitur marito. Et ad id eſt tex. in. §.
quum verò. in authen. vt immobil. antenup. do-
na. colla. v. ibi, ſiquidem & multis & penè pluri-
bus caſibus communibus filijs antenuptialis do
nationis ſeruantur res, & rurſus remanent apud
ſubſtantiam viri eiuſq́ ſucceſsionem. Et ſi dixe-
ris, illum tex. de donatione antenuptiali, non au-
tem de dote loqui: vide quid dicat. §. ſeq. qui nõ
multò poſt ſequitur, quum inquit, & multò po-
tius hæc in dote valebunt, ſi quid dotis aut alie-
netur, aut ſupponatur. Et ad id bene facit regu-
la, ſi vinco vincentem te &c. de qua in. l. de acceſ
152 ſiõibus. ff. de diuerſ. & tẽpora. præſcrip. † cauſa
enim dotis adeo fauorabilis eſt, vt in ambiguis
pro ea reſpondeatur, dicta. l. j. & l. in ambiguis.
ff. de iure dotium. Secundò, cauſa alimentorum
filiorum & præſertim filiarum, dicta. l. quiſquis.
§. vxores. C. ad. l. Iuliam maieſ. l. ſi quis à liberis.
ff. de liber. agno. l. iij. §. duæ cauſæ. ff. de Carbo.
edic. plenè in. l. quum hi. per totam legem. ff. de
tranſact. Tertio priuilegiũ dotis potius eſt quo-
cunque alio creditore etiam ſpecialem hypothe-
cã habente, dicta. l. aſsiduis. C. qui potior. in pig.
habeã. Quartò, reipublicæ fauor propter ipſum
mr̃imoniũ cuius meminit dictũ. c. quũ cõtingat.
ſed nihil iſtorũ cõſideratũ eſt in deciſione ipſius.
c. quũ cõtingat. Quinto principaliter dictũ de iu
ramẽto cõtra bonos mores p̄ſtito non ſeruãdo.
Nã clarũ eſt, iuramẽtum hoc cõtra bonos mores
eſſe, q̃m maritis viã delinquẽdi aperit, vt fraudu
lẽtis inductiõibus mulierẽ ſeducant, q̃bus legiti
mæ ſanctiones reſiſtũt. Nũc hac ſola arte modus
et aucupiũ circũueniẽdarũ vxorũ renouat̃, qđ Iu
ſtinianus huius rei ignarus prohibuerat in. §. et ſi
conſentiat. in auth. vt immobil. antenup. dona.
ibi, muliere quippe mariti ſeductiõibus faciliter
ſeducta & propria negligente iura. Nec mouere
poteſt dictũ. c. quũ contingat. dũ dicit, ſine vi &
153 dolo ſponte præſtita. † mulieres vero, quarũ ſe-
xus fragilis eſt, blãditiõibus faciliter à viris circũ
ducentur abſq́ ſpe reuocandi iuramenti, quum
blanditiones lex in dolum ſeu vim non venire
dicat, in. l. fina. ff. ſi quis aliq. teſta. prohibu. Iſto
modo

modo maritis occaſio ab illa decre. datur vxores
circunueniendi contra.l.cõtractus.ff.de reg.iur.
l.in fundo.ff.de rei vendi. nulli igitur dubiũ erit,
deciſionem illius decre.quum contingar. contra
bonos mores eſſe.& Canoniſtæ circa ſolutionẽ
præcedentium multùm inſtiterunt. Et ideo aliã
rationem ex eadem decretali in illis verbis, nec
obſeruata vergant in diſpendium ſalutis æter-
næ.eliciunt videlicet ſeruandum eſſe iuramen-
tùm,vbi in diſpendium ſalutis æternæ non ver-
154 git. † ſed iſtud iuramẽtum poteſt duobus reſpe-
ctibus mulieribus diſpẽdioſum eſſe, etiã in foro
ȧnimæ.quid enim ſi propter hanc alienationem
dotis filij fame perirent,vt in ſimili dicit.l.ſi ſteri
lis.§.quum per venditorem.ff. de actio.emp. &
dicta.l.ſi quum dotem.§.ſinautem in ſæuiſsimo.
in fi.ff.ſolu.matri.ibi,quatenus ex ea mulier cõ-
pereus habear ſolatium cum ſua familia. quod &
conſiderat dicta.l.vbi.in fi.C.de iure dot. & di-
ctus.§.quum verò.in auth.vt immobi. antenup.
dona.& dicta.l.ſi conuenerit.in fi.ff.de fund.do
ta.ibi, & mulier ſe ſuoſq; aleret tuereť ve. vnde
abſque peccato eſſe non poteſt.ſimiliter de mari
to dicendum eſſet,qui mulierem ad peccandum
induceret,quaſi in ſuos ſæuiens,oblitus ſuæ na-
turalis obligationis,qua filios alere tenetur, nec
medio alimẽtorum fraudare.§.j.inſti.de iure na-
tur.dicta.l.ſi quis à liberis.in princip.ff.de liber.
155 agnoſ. † Sed tranſeat hic grauiſsimus error cum
cæteris erroribus canoniſtarum,qui tamen facili
ter euitari poteſt ex eadem decretali,quum con-
tingat.dum dicit,ne tali tamẽ prætextu viam cõ-
tingat periurijs aperiri,mulieres ipſæ ſeruare de-
bent huiuſmodi iuramenta ſine vi & dolo præſti
ta.per quæ Chriſtoph.Por.in dicto.§.j.inſti.qui
bus alie.licet.reſpondit, per ſimile iuramentum
non confirmari mulieris conſenſum ſeu contra-
ctum.licet ille tex.& ſimiles dicant iuramẽta ſer-
uanda eſſe,ſi in ſalutis æternæ diſpendium non
vergãt, ob id tamen contractus non confirmať.
& idem tenet Bald.in.l.ij.in.ix.quæſtione.C. de
reſcin. vẽdi. Et ſi dixeris,hæc paria eſſe,iuramẽ-
to contractum confirmari,& iuramentum ſerua
ri:quoniam iuramentum ſeruando cõtractus im
pletur.Ad id reſpondet,& bene,inter vtrunque
156 grande diſcrimen eſſe. † Nam iuramentum quũ
ſit perſonale ſolum iurantem obligar,non autem
ipſum hæredẽ.c.veritatis.vbi id notat Innoc.ex-
tra de iureiur.ſed vbi iuramẽtũ contractũ ipſum
confirmaret, ad hæredem tranſitoriũ eſſer: quia
non tãtum perſonam,ſed & rem afficeret. Inno.
in dicto.c.veritatis.alleg.tex.in.c.ego.lxiij.diſt.
& ideo pro portione hæreditaria vnuſquiſq; hæ
redum conueniri poſſet.l.pro hæreditarijs.C.de
hære.actio.Secũdò,ſi iuramẽtũ cõtractum cõfir
maret:ſolutũ in vim talis pacti iurati nõ repete
reť,qa obligatoriũ vbi ſolutione facta,ſi nõ con
firmatur,ſolutũ ex tali contractu repetetur:quia
ex quo paritũ eſſet iuramento, ſublatũ erit ſalu-
tis diſpendium,quo ſemoto ſtatim repetitio cõ-
157 peter.c.debitores.extra de iureiu. † Tertiò,ſi cõ
tractus ex iuramẽto firmaretur,prout hoc innue
re videtur.c.quamuis.de pac.in.vj.effectus tamẽ
contractus petita iuramẽti abſolutione tolletur.
& ratio videtur probata in dicto.c.quum cõtin-
gat.&.c.quãuis.in fi.vbi enim prius dixerat,pa-
ctum iuramento firmatum,per quod filia ſucceſ
ſioni paternæ renunciauerat volens ſua dote eſſe
contentam ſeruari debere:non tamen ipſum pa-
ctum dicit iuramento firmari,ſed ſolum iuramẽ-
tum quod in ſalutis æternæ diſpendium non ver
git.rationem igitur habet ſolius iuramẽti vt ob-
ſeruetur.ſimiliter in.c.licet.de iureiur. in.vj.ibi,
eas contra præfatas alienationes audiunt,quãuis
eis conſtet legitimè de huiuſcemodi iuramento.
& ſic nõ ex contractu ſed iuramento agi poteſt.
Et Bar.in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.in.iij.ſuæ
diſtinc.articulo dicit,in illis cap.tãtùm ſtatui iu-
158 ramentum ſeruandum eſſe: † quia prohibitio
alienationis dotis rem tantùm reſpicit,non autẽ
perſonam:propterea prohibetur tali alienationi
contrauenite.ſecus ſi perſonam prohiberet. Iſto
caſu ſi contra legis prohibitionem fieret,inutilis
eſſet propter id quod ſcribiť in.c.ij.extra de ma-
ior.& obedien.qui non obedierit principi, mor
te moriatur. Huic conſiderationi aſſentire nõ vi
deť tex.in dicto.§.j.in auth.vt immob.antenup.
dona.colla.v.ibi, interdicimus ei aut de cætero
ſupponere rem conſcriptã in ãnnuptiali donatio
ne,aut alienare omnino. Ex quibus verbis con-
ſtat,prohibitionem in perſonam fieri,nõ in rem
licet propter rem fiat. Et in.§.fi.illius tituli diciť,
& multo potius hæc in dote valebunt.& rõ qua
re multo potius debeãt hæc in dote locum habe-
159 re, quàm in donatione antenuptiali, eſt: † quia
plus doti quàm donationi ante nuptias fauetur,
dicta.l.quiſquis.§. vxores. C.ad.l.Iuliam maieſ.
& vlterius contra Bartolum eſt clarus textus in
dicta. l. vnica. §. & quum lex. C. de rei vxoriæ
actio.ibi, alienationem prohibeat fieri à mari-
to. & iterum in eadem. l. ibi, nec conſentiente
muliere maritus poſsit. & in. §. j. inſtit. quibus
alie.licet.in principio. ibi,maritus inuita mulie-
re per legem Iuliam prohibetur alienare. Ex his
conſtat dotis alienationem prohiberi perſonæ.
Et illã Chriſtoph.Por.inductionẽ ſibi aſſeribũt
Moder.Papien.in auth. ſacramenta puberũ. C.
ſi aduer.vendi.alleg.autem eundem Chriſtoph.
Por.in.§.extraneus.inſti.de hær.quali. & differ.
vbi Chriſtoph.Porc.transfert ea quæ in dicto.§.
inſti.quib.alie.licer.ſcripſerar. Et licet primi au-
tores huius opi.ab eis taccantur,fuit tamen Bar.
in.l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hære.& Ioã.Fab.
ante eum in dicto.§.j.inſti.quib.aliena.licer. vbi
dicit,illam decretalem,quum cõtingat.nugatio-
nem continere.Pett.de bel.perti.in dicta auth.ſa
160 cramenta puberum. C.ſi aduerſus vẽdi. † mirať
multũ dũ diciť,illã auth.ſacramẽta. à Frederico

Imperatore ad id compoſitam fuiſſe vt diſputa-
tionem Mar. & Bulga. tolleret, & tandẽ in opi.
Marti. inclinans fecerit eam ad declarationem. l.
j. illius titu. quum ex ea clarè opi. Bulga. contra
Marti. probetur. Cui ſe ſubſcribit Cinus ſuper
verbis illius authen. quæ ſequuntur, cõtractibus
non retractandis. vt intelligatur ille tex. quando
contractui puberis valido iuramentum interue-
nit, non autem inualido : alioquin retractatione
opus non eſſet. l. Iulianus. ff. de diuor. l. nam & ii
ſub cõditione. §. poſt defectũ. ff. de iniuſto, rup.
& irri. teſta. dum igitur ille tex. dicat de cõtracti
bus non retractandis: ſatis igitur cõſtat illam au-
then. decidere de iuramento puberum valido cõ
tractui interueniente non retractando, vt inuio
labiliter obſeruetur : non autem intelligatur de
iuramento interueniente in contractu inualido:
161 quoniam † tale iuramentum (quum ſit contra iu
ris communis diſpoſitionem) obſeruandũ non
erit: quamuis, vt Cinus ait, vltramõtani & Cano.
hanc non amplectuntur. Plus dicit Petr. reprehẽ
dendo glo. dictæ auth. nõ eſſe verum pro tali pu
beris iuramento ſeu ſacramento actionem ex cõ
tractu naſci, quia inualidus eſt, neque ex illa au-
then. confirmetur, ſed ex ipſo ſacramento tãtùm
naſcitur: addens latam eſſe differentiam, an ex cõ
tractu vel ex iuramento actio producatur. Nam
ſi ex contractu naſcereť, bonæ fidei eſſet. §. actio
num. inſti. de actio. Si ex iuramento, ſtricti iuris
erit. hoc dicit in illa authẽ. ꝓbari, quicquid illhic
glo. dicat & male, dum inquit ille tex. ſacramen-
ta inuiolabiliter cuſtodiantur. Igitur non ex con
tractu, quum inualidus, ſed ex iuramento. Et li-
cet Bar. in dicta. l. qui ſuperſtitis. hãc opi. ample-
ctatur: tamen ſui verbi immemor contrarium di
cit in. l. pactum quod dotali. C. de colla. & in. l.
fi. C. de pac. & l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & in
dicto. §. fi. in authen. vt immobil. antenup. dona.
Idem notauit Iaco. de bel. viſ. ſimiliter Varius &
And. de Iſer. in. §. item ſacramenta. de pace tenẽ.
& iura. firmã. colla. x. Moder. Papi. opi. citramõ
tanorum ſequuntur in dicta auth. ſacramenta pu
berum. Ioã. Fab. fuit ſibi contrarius, videlicet in
dicto. §. j. inſti. quibus alie. licet vel non. & in di
cta. l. pactum quod dotali. & in. l. ſi quando. in
princi. C. de inoffi. teſta. in dicta authen. ſacramẽ
ta puberum. dicit theoricos ſequi Bulga. opi. &
citramonta. practicos verò doctrinam Marti. &
glo. Ego verò puto mediatam eſſe in praxi opi.
canoniſtarum Marti. & Accur. cum opi. Bulga.
& citramontanorũ & canoniſtarũ. Et eam eſſe di
co cuius Inno. Hoſtiẽ. Io. And. Anto. & aliĳ me-
minerunt in. c. quum veniſſent. extra de inſtit. &
in. c. ꝑuenit. primo. per illũ tex. extra de iureiur.
162 vt † petita à tali iuramento abſolutione aduerſus
contractum ſic iuramento vallatum reſtituatur,
dicto. c. peruenit. & in hoc verum eſſet, dicere iu
ramẽto cõtractum cõfirmari, ſi reſtitutio petẽda
eſt: quẽadmodũ in. c. debitores. extra de iureiur.
dicit̃ de eo, q̃ vſuras creditori ſoluere promiſit,
quæ licet de iure canonico indebitæ ſint. c. j. ex-
tra de vſur. tñ quia ſeruari promiſsio põt per ea-
rũ ſolutionẽ, illis ſolutis repetunť. Et ratio qua-
re Gallia tales reſtitutiones introduxit, quia viæ
ſeu modi nullitatũ in palatĳs paſsim non frequẽ
tantur: ſed in libello reſtitutorio à principe impe
trato & obtento iudices, quibus ſimilia diploma
ta diriguntur, cauſa cognita contractus ſimiles
(quatenus nulli erunt) principali autoritate ſuo
iudicio nullos eſſe proferunt, aut quatenus alicu
ius effectus eſſe noſcuntur, reſcindũt, puberibus
ſeu minoribus læſis in integrum reſtitutis. Cæte
rùm Petr. in dicta auth. ſacramẽta puberũ. dicit,
163 & bene, ſi † petita à iuramento abſolutiõe, & ſic
ſublata vi iuramenti, contractus in ſuis finibus re
maneat, nullus erit: quia contra legis diſpoſitio-
nem factus. Nec Cano. inficiãtur iuris ciuilis cõ-
ſtitutionem in viridi manere obſeruantia, ſi alie-
nationi dotis vel contractui puberis vel filĳ pa-
ternæ ſucceſsioni renunciantis non interuenerit,
& ob id nullus eſſe dicatur : ſed quũ per abſolu-
tionem vis iuramenti tollatur, dicto. c. peruenit.
primo. extra de iureiu. & dicto. c. quũ veniſſent.
iũcta doctrina Inn. Hoſt. Io. And. et Ant. de Bu
trio extra de inſti. talis cõtractus ſic iuramẽto de
nudatus, ex iuramẽto deſinet actionem produce
re. hoc idẽ tenet Ioã. Fab. in. l. j. C. de oper. liber.
dũ alleg. Inno. in. d. c. quũ veniſsẽt. et in hoc pra-
164 xis Galliæ nõ erit aduerſans. † Et hoc mõ præla
tus, q̃ de re eccleſiæ cõtraxit, in quo læſa eſt eccle
ſia, petita prius à ſuperiore prælato abſolutione,
& per ſe poterit de nullitate talis cõtractus cõtẽ-
dere vel petere ipſum contractũ, ſi alicuius robo
ris eſt, annullari: vt inquit Anto. de Butr. in. d. c.
quũ veniſſent. per dictũ. c. ꝑuenit. ſi aũt alius ſit à
cõtrahẽte, qui de nullitate quærať cõtractus vel
reſtitutionẽ deſideret: non poterit iuramẽtũ agẽ
ti obſtare, quũ ꝑſonale ſit. d. c. veritatis. extra de
iureiur. vbi per glo. & Inno. & hoc etiam tenuit
Chriſtoph. Porc. in. d. §. j. inſt. quib. alie. licet vel
non. & in hoc nõ facio maximam vim in his quæ
Feli. ſcripſit in. c. debitores. iĳ. col. extra de iure-
iuran. dũ poſt Petr. de Anch. in repetitione regu
læ, acceſſoriũ. de reg. iur. in. vj. inter ꝓhibitiones
165 legis diſtinguit, † an in odium creditoris fiãt ſeu
fauorẽ perſonarũ, vt primo caſu nõ poſsit cõtra-
ctus iuramẽto firmari, vti eſt Macedo. ſenatuſcõ
ſul. & caſus dicti. c. debitores. Secũdo caſu iura-
mẽto validanť, veluti ſunt cõtractus minoris &
mulieris, q̃ ſuis fauoribus renũciare poſſunt. hoc
dicunt poſt Anto. de Butr. in. d. c. quũ cõtingat.
col. pen. extra. de iureiur. quorum diſtinctio non
videtur mihi concludens. Primò, quia verũ eſt,
mulierẽ poſſe renuntiare beneficio ſibi cõpeten
ti, quatenus bñficiũ illud vtilitatẽ mulieris tãtùm
& fauorẽ eius concernere põt, quale eſt bñficiũ
Velleiani. l. fi. §. fin. ff. ad Velleia. authen. matri
& auiæ. C. quando mulier tutelæ offi. fungi põt.

l. ſi mul

l.ſi mulier. C. ad Velleia.gloſ.in.l.tametſi.ff. ad
Macedo.ſed vbi alterius fauorē reſpicit , in eius
damnum facere non poteſt.hoc dicit tex.in.d.c.
quum contingat.in fi.extra de iureiur.ſed,vt di-
166 xi, † prohibitio alienandæ dotis non ſolū mulie
ris fauorem,ſed et publicum reſpicit, dicta.l.j.ff.
ſoluto matri. Et per hoc fundamentum idem te-
nuit Bal.in.l.ſi prædium.ij.col. C. de iure dot.ſi-
bi cōtrarius,ſimiliter & filiorum fauorem & vti
litatem,quia ex dote ali debent,dicta.l.vbi. C.de
iure dot.quibus adde tex.in.l.quum quidam. C.
de iure dot. vtrunque caſum amplectentem.ibi,
& ita inueniebatur forſitā poſt prolixa matrimo
nij annorum curricula & liberos forte editos in-
felix mulier indotata.& ibi,tunc etenim quū ne-
que ab initio ſuſpicio aliqua liberorum concur-
rit.& in fi.legis ibi,triſtitiæ ſuæ mulier hoc pro-
prium habeat ſolatiū per actionem dotis.ex qui
bus conſtat dotem nō ſeruari ſoli mulieri,ſed &
liberis illius matrimonij , non tantum vt in dote
ſuccedant,vti Io.And.ſolum conſiderauit in di-
cto.c. quū contingat.ſed etiam vt viua matre ex
dote alantur. Et Bald.in dicta.l.vbi autem.C.de
167 iure dot. † addit,filium patrem poſſe officio iu-
dicis cogere ad conſignandam dotem, ſi ea abu-
tatur, vel petere vt in tuto ponatur,argumēto.l.
Imperator.ff.ad Trebel.&.l.ſi.C.de ſenten.paſ.
Cui addo.l.fœminæ.in ſin.C.de ſecun.nupt.ibi,
quo illibata ad hos quos ſtatuimus liberos , bo-
na etiā incorrupta perueniant. Ecce quomodo
Iuſtinianus res propter nuptias donatas liberis
ipſius matrimonij reſeruat non obſtante aliena-
tione per matrem facta cui dos data erat. Tertiò
odium mariti conſpicit vt in eius odium tantùm
ſeruetur,vt inquit Bal.per dictum.§.fi.in authē.
vt immob.antenup.dona.colla.v.Quartò inter-
dictio ſit viro & mulieri vt via dolis & fraudi-
bus non pateat,dicto.§.j.ibi,interdicimus ei ſci-
licet marito,vt inquit glo.in auth.vt immob.an-
tenup.dona.&.l.vnica.§.& quum lex.in prin.C.
de rei vxor.actio.ibi,alienationē prohibeat fie-
168 ri à marito,ſimiliter & mulieri. † Et ratio prohi
bitionis patēs eſt in illo tex.ibi,ne fragilitate na-
turæ ſuæ in repentinam deducatur inopiam.Ad-
ditur alia in.§.et ſi conſentiat.in authen.vt immo
bil.antenup.dona.ibi, muliere quippe mariti ſe-
ductionibus facilè decepta propria negliget iu-
ra . quæ ratio in minoribus concludit , dicta.l.j.
ff.de minori.quia fragile(inquit ille tex.)et infir
mum eſt talium perſonarum conſilium : quoniā
illa ætas quid agat,ignorat.l.fi.ff.de iur. & facti
igno.l.j.in fi.C.de fal.mone.Quare puto conſi-
deratione Petri , quā ſecutus eſt Chriſtophorus
Porc.veram eſſe,quæ fuit etiam Bar.ſibi contra
rij in dicta.l.quæ ſuperſtitis.ff.de acqui. hæredi.
& Io.Fab.in dicto.§.j.inſti.quibus alie.licet vel
non. Reſtat nunc aliud argumentum gloſ. in di-
cta.l.in rebus.C.de iure dotiū.ad quod reſpon-
det Bald. in dicta.l.in rebus.in verbo, domino.

169 dum dicit quadruplex eſſe dominiū. † primum
vendicationis.l. Quintus.§.argento.ff. de auro
& argento lega. cuius ſuprà meminimus.ſecun-
dū diſpoſitiōis.l.fœminæ. C.de ſecun.nup.quo-
niā ex eo pro libito diſponere poſſumus: ſed nō
eſt verum, & apertè contradicit ille tex.in.§.fin.
ibi,nequicquam eædem fœminæ ex eiſdem fa-
cultatibus,&c.imò dicitur dominium fruitionis
per illum textum. ibi, poſsidendi tantùm atque
fruendi in diem vitæ,non etiam alienandi facul-
tate conceſſa. Et iſtud eſt dominium quod viro
cōpetit in re dotali.tex.eſt in dicto.§.j.inſt. quib.
alie.lic.in princi.ibi,vt qui dominus ſit alienare
non poſsit.& exemplum huius dicti eſt in eodē
tex.ibi,nam dotale prædium maritus inuita mu-
liere per legem Iuliam prohibetur alienare. Idē
in.l.dotale.§.dotale.ff.de fundo dotal.quum in-
quit,Dotale prædium ſic accipimus , quum do-
minium marito quæſitum eſt,vt tūc demum alie
natio prohibeatur.& ſequitur in verſic.ſequen-
ti,Hæredi quoque mulieris idem auxilium præ-
170 ſtabitur, quod mulieri præſtabat. † quod nota
contra eos qui dicunt priuilegium dotis ad hære
des non eſſe tranſitorium.& in hoc maritus ab
vſufructuario nō differt,vt dixi ſuprà , quoniam
& dominus eſt,dicta.l.in venditione.in princip.
ff.de bo.auto.iudi.poſ.l.qui vſumfructum.in fi.
ff.ſi vſusfruc.peta.ibi,qui poſſeſsionem dunta-
xat vſusfructus,non etiam dominiū adepti ſunt.
cum alijs legibus ſuprà notatis per me. Et quod
verum ſit,dominium viri dominio rerum mulie-
ri propter nuptias donatarum æquari, hoc cla-
rè ratio decidendi dictæ.l.fœminæ.demonſtrat
in fine verſic. Nam ſi quid ex hiſdem rebus.ibi,
ex maternis reintegrabitur facultatibus. Simili-
ter dicitur de marito eas alienante vel dotem , in
dicto.§.quum verò. in authentica,vt immobil.
antenup.dona.colla.v.ibi, dum ſunt aliæ res,ex
quibus poſsibile eſt ei ſatisfieri. Et id etiam inter
pretatur hoc modo Iuſtinianus in.§.ſi verò expe
ctet.in authen.de nup.colla.iiij.vbi ille tex.ratio
nem illius.§.dicit eſſe communem viro & mulie
ri. in verſ.& hæc cōmunis mulieris & viri multa
ſit poſita. licet ille tex.in eo caſu loquatur , quo
171 mulier vel vir ad ſecunda vota tranſit, † propter
quæ poteſt filios priorum matrimoniorum dote
vel rebus donatis à prioribus vxoribus vel ma-
ritis priuare . Sed hæc ratio in caſu propoſito
æqualiter eſt concludens in caſu noſtro. Nam
l. fœminæ.& dictus. §. ſi verò expectet. conſi-
derauerunt tantùm illam rationem , quam vult
communem eſſe viro & vxori, videlicet non pri
uare liberos dote ſeu donatiōe propter nuptias,
aut alia nuptiali largitate , ſed filijs illius ma-
trimonij vult reſeruare. Et hoc clarè vult tex-
tus in dicto.§.ſi verò expectet.verſiculo, & hæc
ſancita ſunt etiam ſuper antenuptiali donatione
& ſuper omni largitate &c.& ibi,& filij ea perci
pient,et proprietatis erūt domini. Et hæc ad do-

tem Iuſtinianus extendit in dicto.§.fi.in auth. vt
immob.antenup.dona.colla.v.ibi,& multò po
tius hæc in dote valebunt.Idem dicit dictus.§.ſi
verò expectet.ibi, nam ſi & ille ſilios habens,
ſecundam eis ſuperinduxerit vxorem: non ex
dote fruetur lucris.idem in.l.generaliter.in prin
cip.C.de ſecund.nupt.ibi,nec intereſt.& verſic.
hoc obſeruari.Sed quærit Bald.in dicta.l.fœmi
næ.C.de ſecun.nupt.in verbo,integrum.quo tẽ
pore hæc locum habebunt,dicit Bal.non ea viuẽ
te.& ad id ponderatur per Alex.in apoſtil. Bal.
ſuper illo verbo,integrum.l.generaliter.§.itaq̃.
C.de ſecund.nupt.vbi attenditur in illa, tantùm
ratio filiorum ex illo matrimonio procreatorũ,
172 vt † quod ex illo matrimonio ad virum aut vxo
rem peruenerit,id totum liberis illius matrimo-
nij reſeruetur, ne ſua ſpe fraudẽtur, quibus præ-
cipiuntur reſtitui,per illum tex.in verſi.alienan-
di.&.l.j.C.de natu.liber. Et hoc modo ius illud
viro vel mulieri compctens, vſufructui, non au-
tem proprietati accedit.&.l.quũ in fundo. ff. de
iure dot.vtitur his verbis quum de dote loqui-
tur,Sed ſuo fundo quaſi dominus vtitur. cuius
fundi proprietas marito ſpectabat: vſusfructus
autem mulieris erat in dotem datus.& tamen di-
cit,quaſi dominus. qui ſi dominus fuiſſet dotis
cum ſuo iure,proprietarius eſſet fundi, & vſuſ-
fructus ab vxore in dotem datus erat,non quaſi
dominus debuiſſet dici,ſed ſimpliciter dominus.
Et illis addo tex.clariorem in.l. quamuis in bo-
nis.ff.de iure dot.ibi,quamuis apud maritum do
minium ſit emolumenti.ecce quomodo declara-
173 tur ex illo tex.quale eſt dñiũ viri in dote. † Do-
minium(inquit ille tex.)emolumenti dotis.ecce
quomodo dicitur dñs tãtùm fructus rei dotalis,
non autem ipſius rei dotalis.quem tex. nec alius
adhuc conſiderauit.Et illũ tex.nota pro his quæ
ſuprà dicta ſunt. Tertium eſt dominium ſecũdũ
Bal.plenæ poſſeſsionis.l.raptores.C.de epiſc.&
cleri.qui tex.mihi probat oppoſitum: & non in-
uenies alibi melius probatam differentiam pleni
dominij & proprietatis & plenæ poſſeſsiõis. Pri
mò in verſic.bona.in eadem.l.fit mentio de ple-
no dominio.in verſi.eccleſia.probãtur duo. Pri
mò,de omni proprietate.Secundo, de plena rei
poſſeſsione.quæ duo illhic ponũtur tãquam in-
ter ſe differẽtia:& verum eſt,vt aliquid dixi in.§.
domini appellatione.ſuprà eo. Sed melius pro-
bat illa.l.fœminæ.quæ prius vxorẽ dominã añ.
nuptialis donatiõis dixit: tãdẽ dicit eã poſsidẽdi
& fruẽdi,nõ aũt alienandi poteſtatẽ habere.Idẽ
in.d.§.ſi verò expectet.authẽ. de nupt.& melius
in.l.ſi.§.ſin verò nemo eſt.C.de iure do. impetr.
ibi, ſibi eam iure dñij poſsidere. &. §.& poſt q̃.
&.§.ſin autẽ biẽniũ.ead.l.ibi, pleniſsime habeat
rem creditor ideóq; dñs iam irreuocabilem factã.
174 Quartum † dicit eſſe fruitionis quod dicit eſſe
viro & mulieri commune:quia vterque eo vtat̃,
dicta.l.in rebus.hoc dixi in primo genere domi-
nij per dictam.l.fœminæ.ibi,poſsidendi tantum
atque fruẽdi.d.l.quamuis.ff.de iure dot.&.d.§.
ſi verò expectet.in authen.de nupti.in verſic. &
hæc communis.ſuprà ponderato.ſed ſecundum
genus dominij iunctum huic quarto generi cæ-
teris argumentis glo.ſatisfacit, & maximè dictæ
l.ſi prædium.C.de iure doti. & glo. in eadem.l.
hoc præſentit in verbo,dominium. dum allegat
dictã.l.in rebus.C.de iure doti.quæ probat,do-
minium rei dotalis apud eam remanere. ſi apud
eam eſt,nõ poteſt apud duos inſolidum eſſe. Et
ſic vnum ex argumentis glo.quod facit de.l.ſi vt
certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commoda.con-
tra eam retorqueo,quia quũ per ſuprà dicta,do-
mina remaneat,dicta.l.in rebus.ibi, & naturali-
ter in eius permaneant dominio. quomodo po-
teſt dici in maritum transferri, eo penes mulierẽ
157 remanente? † Et ita in hac ſententia perſeuero,
in terminis iuris veriſsimum eſſe,mulierem pro-
prietatis dominam eſſe.Deciſio verò authẽ. ſiue
à me.C.ad Velleia.& dicti.§.quum verò. in au-
then.vt immobil.antenup.dona.colla.v.in Gal-
lia verò in viridi non eſt obſeruantia præcedens
diſputatio.non enim expectatur ſecũdus ſeu ite-
ratus mulieris conſenſus,ſed vnicus mulieris cõ
ſenſus ſufficit, dummõ cũ autoritate mariti inter
ponatur:mulierem enim omnino obligat. vnde
autem iſte vſus contra iuris & rationis & æqui-
tatis diſpoſitionem inualuerit & obtinuerit, ha-
ctenus non intellexi, niſi forſitan in deciſione.c.
quum cõtingat.extra de iureiur.&.c.licet.de iu-
reiur.ortum habuiſſe dicamus:quæ duo capitu-
la in buccas omnium iugiter occurrunt:quæ ſic
procedere dicunt dummodo iuramentum con-
tractui accedat. ſed ex cõmuni tabellionum ſeu
notariorum ſtylo iuramẽtum contractibus inſe-
ri ſolet: quamuis & Cano.decretalem, quum cõ
tingat.prout iacet,non recipiant,dicatq; Io. Fa-
ber nugationem continere.Bar.verò dicit pecca
tum inducere.Ego verò dico eam ratiõe carere,
176 vt ex prædictis patere poteſt. † Verũ eſt autem
mulieres faciliter à principe aduerſus ſimiles cõ-
tractus reſtitui abſolutione à iuramento per eas
ab epõ aut eius ordinario impetrata iuxta.c.per-
uenit.primo.extra de iureiuran.alioquin praxis
aliena eſſet à iuſtitia,per ea quæ ſuprà dicta ſunt.

In tex.Sed quia cõmixta. nota cõmixtionẽ fa
miliarũ dñij trãslationẽ in virũ aut vxorẽ nõ ope
rari,etiã ſi vtriuſq; familiæ vſus cõis ſit.vltra ea
quæ dicta ſũt adde.l.ſi prædia.verſ.itẽ quũ quæ-
reret.ff.de don.inter vir.& vxo.Et illa familia-
rũ cõmixtio magis ex quadã cõſequẽtia cẽſetur
ꝓcedere,videlicet ex corporũ cõiũctione, cuius
cõtẽplatione quodã mõ bonorũ mariti dña con
ſtituta videat̃,vt inquit tex.in.l.j.ff. rer. amo. ſi-
militer ecõtra de viro dicẽdũ eſt. Nã & legatum
filiæ factũ ex cõſequente viro factũ eſſe videt̃:vt
quẽadmodũ filia,cui fundus legatus eſt, ꝓhibita
fundo vti agit cõfeſſoria,ſiſr et maritus ꝓhibitus
agit.l.

agit.l.pater.ff. de ſeruitu.lega. Idem in.l.ij. &.l.
cæterum.§.mulieri.ff.de vſu & habita.& Archi.
177 in.c.ſicut.xl.diſtinc. in verbo,corpus. dicit † ſi
vir alimenta paciſcatur ſibi dari,ſimiliter & vxo
ri paciſcitur.alleg.c. ſuadeat. ij. diſtinct. & licet
ille text.hoc non dicat,tamen glo. in verbo, ſui.
videtur velle, dum alleg.l. pen.ff. de precar. ſed
melius facit illa.l.cæterum.§. mulieri.in princip.
§.& in fin.l. ff. de vſu & habita.& in dicta.l. pa-
ter.ff. de ſeruitu.lega. quibus adde Luc.de Pen.
in.l.quum ſcimus.in verbo,corpus.iij.&.iiij.co-
lum.C.de agric. & cenſit. lib.xj. quibus adde.l.
poſſeſsionum. C. cõmunia vtriuſque iudi. dum
de coniunctioue viri & vxoris loquitur, quos
adeo corpore iunctos dicit, vt dura ſit eorum
ſeparatio.l. quæſitum. §. vxores. ff. de fund. in-
ſtruc.& inſtru.legat. Et per hæc dicunt hic gloſ.
in verbo,vna domus.& poſt eum Bart. Bald.&
178 Ange. † virũ in cauſa vxoris idoneum teſtẽ non
eſſe neq; econtra. de quo dic vt per Bar.& Mo-
der.in.l. qui teſtamento.§. per contrarium.ff.de
teſta.glo. Aret.& alios in.§.pater.in verbo,in ea
re.Inſtit.de teſta.hic alleg.per Bar. Petr. Cin.&
Bald.in.l. parentes.& in.l.etiam.vbi Alexan.in
apoſtil.Bar.C.de teſti. Et præſertim vxorẽ pro-
hibent in cauſa viri teſtari, propter reuerentiam
quam vxor viro debet,per.l.alia.§. eleganter.ff.
ſolu. matri.Hanc ſequitur hic Bal.& alij in.c.in
literis.vbi Feli.in.iij.colum.verſic.fallit quartò.
extra de teſtib. addens aliam rationem Salice.in
dicta.l.etiam.C.de teſtib.quum maritus poteſta
tem habeat vxorem modice caſtigandi ſecundũ
glo.in.c.ſi alterius.vij.q.j.cui obſtat.l.conſenſu.
in princip.C.de repud.alleg.per illã glo.de quo
dic vt per Aret.in tractatu maleſic.in verbo, ad-
menauit.in fine. Sed iſtæ rationes non eſſent vi-
ro cõmunes.vnde quum ex eorum opi. cui con-
uenio,prohibeatur viri teſtimonium pro vxore,
& econtra:mihi magis placet dicere alias eſſe ra-
179 tiones. † Prima coniunctionis corporum & ani
morum.l.aduerſus.C.de crimine expila.hæredi.
l.j.ff. de ritu nupti. dicto.c. ſicut.xl. diſtinct.per
glo.in dicta.l.j.ff.rerũ amota. quæ ratio commu
nis eſt vtrique, vt dixi. quod declara vt plenius
per Luc. de Pen. in dicta.l. quum ſcimus. C. de
agric. & cenſit. lib.xj.in verbo,corpus.argumẽ.
illius literæ.Secũda ratio, domeſticitas vtriuſq;:
quũ vna domus ſit viri & vxoris, vt hic & ſuprà
dictum eſt.l.quicunque.C.de re milit.lib.xij.no
tat Petr.de bel. pert. in.l. præſenti. C. de his qui
ad eccleſ.confugiũt.Tertia,mutuus amor,qui in
vtroque præſumitur.l.j.ff. de dona. inter vir. &
vxor.& pluribus alijs legibus illius titu.Quarta
ratio affinitatis cõtractæ, quæ ꝓhibet affines &
cõiunctos ſanguine ferre pro alijs teſtimonium,
de quo in dicta.l. etiam.&.l. eos. &.l. parentes.
C.de teſtib. melius in.l. præſenti.§. ſicubi.C. de
his qui ad eccle.cõfug. Et licet ratio per Petr.&
Cin.allegata, de reuerentia per vxorẽ debita vi-
ro, non videatur communis, quoniam vir caput
eſt mulieris.c.ſi quis.xxxiij. q.j. aliquando tamẽ
conuertitur,vt vxori vir obediat,ſicuti & Adam
Euæ obediuit,& ob id ſcelus Adæ grauius æſti-
matum ſit,vt inquit Archid.in.c. illud.xl.diſtin.
Nam Eua in carne, Adam verò in ſpiritu pecca-
uit.c.ſed penſandum.vj.diſtinctio.dignior enim
erat,& in illo actu inferiorẽ & mulieri obedien-
tem ſe fecit.Geneſis. iij.ibi, Quia audiuiſti vocẽ
vxoris tuæ. prout & noſtra ætate adhuc plures
ſunt illi ſimiles, in contemptum diuini præcepti,
quo ſub poteſtate viri, vxor eſſe debet.ſed dictũ
diui Pauli.j. ad Corinth. vij. ſatis primæ rationi
conuenit,dum inquit,Qui cum vxore eſt,ſolici-
tus eſt quomodo placeat vxori. &.c. xj. neq; vir
ſine muliere,neque mulier ſine viro.demonſtrat
coniunctionem corporum & animorum, quæ
vtrique cõmunis eſt:quæ videtur mihi potior &
magis concludens.et ita videtur hic tex.innuere.
Plus dicitur in.l.iij.§. ſed quum omnes.infrà eo.
180 titu. † non eſſe ſeruum vxoris culpandum, qui
quum non potuit domino & dominæ ſimul auxi
liari,ſe alteri eorum gratificauerit. De quo illhic
plenius dicam.Contra hunc tex.oppo. glo.de.l.
j.§.ſeruũ mariti.ff.de quæſtio. vbi in caput vxo-
ris dicitur mariti ſeruũ poſſe torqueri:igitur do-
mina non eſt, neque beneficium dominæ in his
obtinet.Bar. in dicto.§.ſeruum. reſpondet poſt
Din.vt hic fauore probationis ampliãdæ admit-
tantur,vt in.l.ſi ſeruo.ff. de ſtatuliber. Aliter hic
Bar.reſpondet,vt in illo.§. ſeruum. cõtra vxorẽ
non torquetur,quia quodam modo domina eſt:
ſed hic pro morte vxoris eruenda, eadem ratio-
ne permittitur.Sed hæc vltima ſolutio non tollit
argumentum dicti.§.ſeruum. Nam ratio ſemper
manet dum vult in caput vxoris ſeruũ mariti tor
queri.igitur nõ eſt domina,nec venire poteſt do
minæ appellatione. aliàs ſi domina aut pro domi
na eſſet,non torqueretur,vt dixi in.§.ſerui.ſuprà
ea.l. & patet in eadem.l.j.verſicu. ſi ſeruus.ff. de
quæſtio.l.j.&.l.ſeruos.C.de quæſtio.

Tu dic ex iſto tex.patere reſpõſum in his ver-
bis, quanquam neque viri ſerui propriè vxoris
181 dicantur. Secundò, in his, † ſed quia commixta
familia eſt,& vna domus eſt. vt iſte tex. non con
ſiderauerit dominium ſeruorũ, ſed tantùm vnita
tem familiarum viri et vxoris,propter quam vna
domus eſſe dicatur,& hi qui de domo ſunt & fa-
milia,quamuis extranei, torquentur. ſuprà eadẽ
l.j. Non mirum ſi pro vxore ſeu viro torquẽtur,
in ꝗbus fortior ratio militat:ſimilr̃ contra vxorẽ
in crimine publico ſeruus mariti torquetur:quia
non eſt vxoris ſeruus, & contra quoſcunque ſer
uus torquetur excepto domino: ſed hic proba-
tur non eſſe vxorem dominã.Non mirum ſi tor-
quetur in caſu prædicto,quia non in caput domi
ni hoc modo torquetur, quum domina non ſit.
vnde caſus potius diuerſi quàm aduerſi cenſendi
ſunt. Nam in vtroque cõcludens eſt ratio huius

literæ. Et Roma. inducit hunc tex. ad quæſtionē ſtatuti volentis habentem centum in bonis, debere equum in publico adminiſtrare: quam tamen neque plenè neque perfectè diſcutit. Vide quid de ea Bar. Io. de Pla. Luc. de pen. & alij dixerint in. l. vnica. C. de mulier. & in quo loco. li. x. Bar. in. l. Lucius. §. idem reſpondit. ff. ad municipal.

182 Adde † & aliam quæſtionem, An mulier gaudeat priuilegijs mariti tam viuo quàm mortuo viro. de ea dic vt in. l. fœminæ. ff. de ſenatori. in l. mulieres. C. de incolis. libr. xj. vbi per Ioan. de Pla. & in. l. mulieres. C. de dignita. libr. xij. Feli. in. c. ſuper eo. ij. per illum textū, extra de teſtib. Luc. de Pen. in. l. quoties. per illum tex. C. de priuileg. ſchola. Quæſtiones ſunt plures diſputatæ à recētioribus noſtræ ætatis, præſertim ab Anto. Cor. tracta. ſuo de poteſta. & excellen. reg. quæſtione. xxix. & xxx. tex. & Bar. in. l. donationes. C. de donat. inter virum & vxor. Feli. in. c. ſuper eo. ij. colum. extra de teſtib. Chriſtopho. Por. in princip. ſuper glo. in verbo, emancipati. Inſtitu. de excuſa. tutorum.

In text. ibi, ita iudicandum. nota in fauorabilibus bonam eſſe extenſionem de vna perſona ad aliam. quum inquit, ita iudicandum atque in proprijs ſeruis ſenatus cenſuit. et prius dixit, illos nō verè ꝓprios ſeruos, qui aut viri aut vxoris ſunt. Idem in. l. j. C. de interdic. matr. inter pupil. & tutor. l. libertum. ff. de ritu nupt. Plenius vide hanc materiam extenſionis longo ſtylo examinatam per Roma. in repetit. §. de viro. in. l. ſi verò. ff. ſoluto matrimonio. ex cuius dictis ſatiaberis.

In tex. ibi, de ſeruis ſoceri ſecundum Ange. & bene, vt ſicut dictum eſt ſuprà de vxore, quæ teſtis idonea pro marito non eſt: † Similiter idem
183 de ſocero dicit, quia locum parētis obtinet. l. rei iudicatæ. §. ſi. cum. l. ſequen. ff. ſolu. matri. vbi ille tex. priuilegium perſonale marito competens ad ſocerum extendit. Idem in. l. ſicut. & l. ſequen. ff. de re iudic. Intellige iſtud verum eſſe, niſi doloſe generū ſuum ad nubendum ſub ſpe futuræ numerationis dotis induxerit: quo caſu illo perſonali priuilegio priuabitur. l. ſi de dote. ff. de iure dot. Sed de ſocero in teſtem producto habes tex. in. l. in legibus. ff. de teſtib. & ſic in fauorabilibus, licet ex altera parte ſit odium, appellatione patris venit ſocer: quia hic eadem eſt cauſa ſoceri quæ & patris. de qua dictum eſt in. §. ſi pater necatus. proximo. §. per glo. in. l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. Bart. & Moder. in dicta. l. qui teſtamento. §. per contrarium. ff. de teſta. de quo per Cano. in. c. inſinuāte. extra de offi. deleg. et quod notat Bal. in. l. j. C. de epiſc. & cleri. & in dicto. c. in literis. extra de teſtib. vbi per Feli.

SVMMARIVM.

1 Occiſorum vocabulo qui comprehendantur.
Cæſus differt ab eo qui per vim cæditur.
2 Manus inſtrumentum ſufficiens eſt ad occidendum.
3 Inſultatus ſine armis, an poſsit armis vti contra inſultantem.
4 Percutiens prægnantem mulierem, an vt homicida puniatur de abortu ſubſequuto.
5 Infans in vtero an poſsit homo dici, ita vt in eo verificetur homicidium.
6 Conceptionem medicamento prohibens, lege Cornelia de ſicarijs punitur.
7 Generationē hominis ꝓhibens vt homicida punitur.
8 Homo an poſsit dici ante partus editionem.
9 Partus non editus homo dici poteſt.
10 Mulier prægnans non ſoluit vecturam pro fœtu in vtero exiſtente, ſed pro ſe tantùm.
11 Infans cum matre in naui exiſtens, qua ratione nil pro vectura ſoluat.
12 Exanimatum dici nequit quod animam non habuit.
13 Partus nondum editus non rectè homo eſt dicendus.
14 Mulier prægnans, ob partum non pluris penditur.
15 Acceſsio id dicitur in iure quicquid rei cognoſcitur accedere.
16 Fructus maturi an differāt à partu ancillæ nondū nato.
17 Commodum & incommodum rerum hæreditariarū, quod mortuo teſtatore contingit, hæredi ceſsit.
18 Partus ancillæ eius æſtimationem non auget.
19 Lucrum & damnum medio tempore cōtingens, hæredi quæritur.
20 Abortio quare à lege enixius prohibeatur.
21 Percuſsio quælibet etiam leuis in ægrotum, percutienti imputatur.
22 Sacerdos dans cauſam aborſui ab altaris eſt miniſterio auellendus.
23 Percutiens lapide tranſeuntem non doloſe, an puniatur morte.
24 Aquilia tenetur qui pugno mulierem percuſſam abortire fecerit.
25 Committens id quod principale eſt, cenſetur etiam ſequentia illud committere.
26 Animus percutientis in quibus ſit attendendus.
27 Actionem habens ad rem, iudicatur habere eandem.
28 Partum abigens qua feriatur pœna.
29 Occidens puerulum vnius diei, homicida eſt.
Homicidium quibus inſtrumentis committi poſsit.
30 Homicidium varijs committitur modis.
31 Homicidium committi poteſt per applicationem mali medicamenti.
32 Teli nomine venit id omne quod manu mittitur.
33 Iudex animum occidentis nō ſegniter aduertere debet, & non ſimpliciter teli genus.
34 Armorum vocabulo venit quodcunq; telum, quo nocere poteſt.
35 Animus occidentis quandoq; ex genere teli arguitur.
36 Minæ præcedentes homicidium arguunt animum occidendi.
Neceſsitas quandoque excuſat peccantem.
37 Ebrius & furioſus an ſemper excuſentur ſi homicidiū commiſerint.
Gladium ponens in manum furentis, tenetur de vulnerato per actionem legis Aquiliæ vtilem.
38 Irregularis efficitur ſuadens iactum machinæ vel baliſtæ, vel caſtrum expugnandum, ſi inde mors ſequatur alicuius.
39 Cædes violenta differt ab ea quæ non eſt violenta.
40 Præcipitans ſe, ſi ſuper alium ceciderit non dolo, & eum occiderit, non punitur lege Cornelia de ſicarijs.
41 Pœna regulariter ex vulnere non imponenda, niſi morte ſe

te ſequuta.
4 Armorum duo genera ſecundum Romanum.
Occiſi appellatione continetur omnis modus quo fieri poteſt examinatio.

§. Occiſorum.

IVRECONSVLTVS hic interpretatur verbum, necatorum. poſitum in Senatuſconſulto Sillaniano, quia differt hoc Senatuſcōſultum à l. Cor. de ſicarijs. de qua dicet̃ in verſ. quod ſi quis. Hoc ſit loco ſum-
1 marij, vſque in dictũ verſi. quod ſi quis. † Occiſorum, inquit, appellatione venire per vim occiſum vel cæſum. Et in verſic. vt puta. loco diffinitionis dantur formæ, quibus necari vel cædi poteſt homo. habes ſimilem in. l. qua actione. §. occiſum. ff. ad. l. Aquil. l. armatos. ff. ad. l. Iul. de vi public. dummodo cædes per vim interueniat, vt dicam ſtatim in his verbis, qui per vim aut cædẽ ſunt interſecti. Ex quibus colligitur, differẽtiam eſſe inter cæſum & per vim cæſum. tex. eſt hic clarus. dicã copioſius in. §. ſeq. vbi vtrunque examinabitur. habes per Archid. in. c. quũ homo. xxiij. q. v. vbi ponit genera homicidiorum, & qualiter ſeu quibus modis homicidium committi poteſt.

In verbo, iugulatum. et in verbo, ſtrangulatũ.
2 Nota † manũ ſolam ſufficiens eſſe inſtrumẽtum ad occidendum. l. necare. hic alleg. in glo. ff. de liber. agnoſ. in verbo, perfocat vel abijcit. concor. dicta. l. qua actione. §. occiſum. ibi, vel manibus ſi fortè ſtrangulauerit eum. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi mulier. ff. ad. l. Aquil. per quem text. idem notat Bald. in. c. iniuria. vj. colum. de pace tenen. & iura. firman. colla. x. cui addo. l. quum dominus. in verbo, manu. infrà eod. l. non ſolum. in princ. ibi, vel cui mala pugno percuteretur. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ſi quis pulſatus. eo. tit. vbi etiam punit eũ lege Cornelia de iniurijs, qui manum tantùm leuauerit terrorem incutiendo, quaſi vapulaturus, licet aliter non percuſſerit. Adde. c. ſi. xv. q. j. ibi, vel palmam alicui dederit, & caſu occiderit. l. item quæritur. in princi. ff. loca. & conduc. in verbo, quaſſabit. facit quod notat glo. in. l. j. circa medium glo. magnæ. C. vnde
3 vi. dum quærit glo. † de eo qui vult alium offendere, qui plus poteſt pugno vel manu aperta, quàm offenſus poteſt gladio: an liceat tali inſultato, gladio vti. per Alexandr. in apoſtil. Barto. in. l. prætor edixit. §. j. in verbo, atrocem. ff. de iniur. De hoc verbo, ſtrangulatur. vide. l. j. in verbo, ſtrãgulatur. vbi per Luc. de Pen. & cæteros C. de prædi. decuri. ſine decre. non alienã. lib. x. vbi Lucas refert illud quod ſcribitur Mat. xviij. de ſeruo, qui à conſeruo rationem villicationis expetebat, quam quum non redderet, manibus ſuffocare voluit. Vel ſi manibus aliquem præcipitem fecerit. l. in lege. ff. ad. l. Corne. de ſica. dicta. l. qua actione. §. ſi. & l. ſi obſtetrix. §. ſi ſeruũ meum. ff. ad. l. Aquil. l. quis ſit fugitiuus. §. cæterùm. ff. de ædili. edic. l. vnica. C. de emend. ſeruo. l. qui ſeruo. in princip. ff. de fur. l. conſenſu. §. vir quoque. C. de repud. ibi, aut manus audaces ſibi probauerit ingerentem. Faciunt vulgatæ leges, quæ de his, qui manus violentas in ſe vel in alios conijciunt, loquitur. l. j. C. de bo. eo. qui ante ſenten. mor. ſibi conſci. l. omne delictum. in princi. ff. de re mili. l. ſi. in princi. ff. eo. l. in fraudem. §. j. ff. de iure fiſ. cum multis alijs. c. ſicut dignũ. extra de homici. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. Idem ſi pede percuſſerit, ſecũdum glo. in dicto. c. ſi quis ſuadente. in verbo, manus. vel calce. l. ſed & ſi quencunque. §. ſi. & dicta. l. qua actione. §. occiſum. ff. ad. l. Aquil. l. item quæritur. §. item Iulianus. ff. loca. & condu. c. ſignificaſti. j. extra de homicid. ibi, pedibus interfecit. l. agaſo. ff. ſi quad. pauper. feciſ. dica. l. eum qui. C. ad. l. Corne. de ſica. & quod per eam notat Bal. in. l. vnica. C. de
4 emenda. ſeruo. Et Roma. hic † refert quoddam ſuum cõſilium cuiuſdam quæſtionis, de qua aliquando cõſultus reſpondit: ſtatuto Trecenſi, homicida occidẽdus eſt. Pone quòd quis pede mulierem prægnãtem percuſsit, ſicuti Aureliæ cuidam aduocato tunc regis procuratori contigit, ex qua percuſsione abortum produxit: an percutiens vt homicida puniendus ſit. quam quæſtionem longo ſtylo ad vtranq; partem diſputauit: & in ea diſputatione plura refert, quæ videntur multùm concludere. ſunt tamen Bal. in. l. quum inter veteres. C. de fideicõ. liber. & in. l. quod dicitur. vbi per Alexan. ff. de liber. & poſthu. dicũt enim talem homicidam nõ debere de homicidio puniri. Primò dicit hic Roma. quoniam iſte tex. & dicta. l. qua actione. §. occiſum. ff. ad. l. Aquil. dicũt homicidium dici ab hominis cæde. quibus adde. c. quũ homo. vbi plenius per Archid. xxiij. q. v. ſed partus, homo nõ eſt. igitur &c. huius primæ conſiderationis meminit ante eos Hoſtien. in ſumma de homic. in prin. in deſinitione homicidij. Hoc idem tenet Alexan. in dicta. l. quod dicitur. ff. de liber. & poſthu. poſt Bal. per dictam l. quũ inter veteres. quibus aduerſari videtur qđ
5 Ioã. xvj. c. ſcribitur: † Mulier, inquit, dum parit triſtitiam habet: cùm autem peperit, non meminit preſſuræ, quia natus eſt homo in mundum. & ſic homo eſt antequàm naſcatur. ſi enim antè homo non diceretur quàm naſceretur, iam non homo naſci dici poſſet. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de ventre in poſ. mittẽ. Et ſi ratio Roma. vera eſſet, non tantùm in partu animato concluderet, ſed & in infante. l. pen. C. de poſthu. hæred. inſtituen. l. ſi infanti. C. de iure deliberan. qui homo non eſt, niſi largè hominem accipere velis. Et tamen hoc falſum eſt. l. pen. C. ad. l. Corne. de ſica. quæ occiſorem infantis. l. Corne. de ſica. punit. c. conſuluiſti. ij. q. iiij. qui de ſuffocatione infantũ loquitur,

in eodem lecto cum patre aut matre iacentium.
Et tex.in.c.quod verò non formatū.&.c. Moy-
ſes.xxxij.q.ij. cum dicto.§. qui abortionis.& ſi-
milibus conuenit. Et de eodē meminit Hoſtien.
in dicta ſua ſumma de homicid.§.j.in princi.qui-
bus adde.c.ſi aliquis.&.c.ſicut ex literarū. extra
de homicid. Ex his conſideratur tantùm an cor-
pori anima fuerit infuſa,& ſic viuens ſit in vtero.
Idem in.l. quod dicitur.ff.de libe.& poſthu.ibi,
cum ſpiritu tamen.l. Cicero.ff.de pœn.l.eiuſdē.
§.j.ff.ad.l.Corne.de ſica.vbi Marcellus iureccon
ſultus dicit verba illius.l. Corne. de ſica.quæ de
eo loquuntur, qui hominis necādi cauſa telo aut
6 veneno vtitur, volunt vt † eadem lege teneatur
qui ad prohibendam conceptionem medicamen
to vſus eſt. Ecce quomodo verba,necandi homi
nis cauſa.non tantum in partu occiſo verificātur
ſed etiam in eo qui conceptionem prohibet.l. ſi
mulierem.eo.titu.ff.ad.l.Corn.de ſica. quamuis
adhuc homo neque in rerum natura ſit,quia nō
modò anima, ſed nec ſemen hominis interuenit,
vt dictum eſt per.c. Moyſes. xxxij. q.ij. tametſi
nonnulli hæretici aliter ſentientes dicebant, ſta-
tim emiſſo ſpermate, animam corpori infundi:
quod optime reprobat ille tex. argumēto Adæ,
cui anima corpori infuſa nō eſt,niſi corpore per
ſecte organiſato. Hi vt homicidæ puniuntur,nō
quia re vera generationē ſeu conceptionem ho-
minis prohibendo hominem occidant,quoniam
homo non eſt, ſed quia mali exempli eſt, dicta
l.ſi quis aliquid.§. qui abortionis.ff. de pœn.Ex
his reſpondetur ad dictum. c. ſi aliquis. extra de
7 homici.dum dicit, † puniendum eum vt homici
dam qui generationem hominis prohibet, quo-
niam homo adhuc in vtero matris conceptus nō
erat. Alioquin ſi homo conceptus fuiſſet,ſimpli-
citer non dixiſſet,vt homicida teneatur. ſed vere
homicidam dixiſſet,& de homicidio teneri,vt in
dicto.c.ſicut.extra de homicid.& dicto.c.nō for
matum. xxxij.q. ij.& dicta.l. quod dicitur.ff. de
libe.& poſthu.ibi,cū ſpiritu tamen. Anima enim
infuſa corpori ſtatim homo fit,per illos tex.c.cō
ſuluiſti.§.occulta. ij. q. iiij. in his verbis,Quia ſi
ille qui conceptū in vtero per aborſum deleuerit
homicida eſt:quāto magis qui vnius diei pueru-
lum peremerit, homicidā ſe eſſe excuſare nequi-
bit.& ad id Feli.in dicto.c.ſicut.allegat tex.in.c.
in quadam.extra de celebra.miſſ. cuius meminit
ante eum Archi.in.c.ſi quis.xv.q.j.quibus adde
c.ſicut.xxxij.q.ij. ibi, nō reputatur homicidium
donec elemēta cōfecta ſuas imagines membraq;
ſuſcipiant. Illis igitur confectis homicida eſt qui
tales abortus facit. Et quamuis Felinus in dicto
c.ſicut.pro opinio.Romani aliqua referat : licet
Roma.non alleget,nullo tamen modo ſententiā
Roma. adiuuare poſſunt. In primis dicta.l. quū
inter veteres.C.de fideic.liber.quā prius in eadē
l.ponderauit Bal. cuius dicta referunt & ſequun
tur Aret. & Alexā.in dicta.l. quod dicitur.ff.de
liber.& poſth. moti dicta.l. quum inter veteres.
8 in his verbis, & homo fieri ſperatur. † Si igitur
antequam partus edatur homo non ſit, ſed eſſe
ſperatur, & ſtatutum ſeu lex de homine loquens
in criminalibus non debeat extra propriū ſigni-
ficatum extēdi:igitur &c. Iſtud argumentū Bal.
Felinus euitare voluit hac ſolutione videlicet,in
odioſis non natum pro nato non haberi: in fauo
rabilibus ſecus,de qua nunc dicetur. Tu aliter di
cas,vt illa lex intelligatur de non animato corpo
re, in quo tamē ſperatur anima qua infuſa homo
eſt,interim dicitur ſperari homo.& ita intelliga-
tur illa.l. quū inter veteres. ſed ea infuſa iam ho-
mo eſt.& ad id pondero.l.ij.ff.de mor.infer.ibi,
ſpem animantis cum grauida peremiſſe videtur.
Nota hoc verbum,animantis.id eſt, qui animari
ſperatur,ſed eo animato iam ſpes ceſſat. Et idem
videtur ſentire dicta.l.quum inter veteres.ibi,vt
cum libertate ſolem reſpiciat,quam iam accepit
in vtero,vt inquit ille tex.ibi,necnon directam li
bertatem ſuam firmitatem habere,ſiue in maſcu-
lo,ſiue in fœmina, qui quæ've adhuc in vtero ve
hitur.&. d.l.j.§.ſed & ſi quis.ff. de vētre in poſſ.
mitten. in his verbis, ne qui ſperatur,ante vitam
necetur. Secundò, aliter reſpondeo ad illam. l.
quum inter veteres. & miror eos ad illum text.
non aduertiſſe, qui in capite.l. antiquorum tan-
9 tùm diſputationem refert,† per quam apertè cō
ſtare poteſt partum, antequam emittatur,homi-
nem eſſe,in his verbis,ſeruo qui in ventre porta-
retur.ſi homo nō eſt,ad quid de ſeruo qui adhuc
in ventre portaretur dixiſſet? fruſtra enim de ſer
uo quæreret, ſi homo nō eſt, quia ſeruus eſſe nō
poſſet,vt ſatis in illo text.ꝓbatur,in verſi.necnō
directā.pōderato in priore ſolutione.& tex.diui
Paul.j.ad Corinth.xiij.quū erā paruulus,loque-
bar vt paruulus: quū autē factus ſum vir,euacua
ui quæ erāt paruuli. Paruulus vir nō eſt,& tn̄ ex
dicta.l.quum inter veteres.probatur partum,ſta-
tim quo natus eſt,hominē eſſe, & ſic vir eſt,quia
virtus hominis in corpus infuſa eſt. Habes tamē
tex.vbi vtrunq;,videlicet in vtero matris exiſten
tem, & iam natum adhuc lactantem hominis ap-
pellatione non venire dicitur in.l. ſed addes.§. ſi
quis mulierem.ff.loca.& conduc.dum dicit,pro
infante nihil deberi,quia vectura eius nauem nō
impedit.ſimiliter de muliere prægnante in illa.l.
10 dicit † pro vectura matris prægnantis ſolui tan-
tùm debere, non autem pro ipſo partu adhuc in
vtero exiſtente. Et licet Bar.in illo.§.ſi quis mu-
lierem. ſtudeat rationem dare, dicens vecturam
pro filio in naui nato ſoluendam non eſſe, quia
partus in naui immiſſus non eſt:quod deſiderat,
ſecundum eum,per.l.ſi.in princi.ff.ad.l.Rhodiā
de iactu. hæc Bart. ratio non poteſt eſſe conclu-
dens. Nam clarum eſt, partum immiſſum fuiſſe,
quum mater nauim ingreſſa eſt, per rationem.l.
fin.C.de liber.cauſa.&.l.ſi.ff. de aſſignan.liber.
tanto magis dicendum eſt quum partus in naui
natus

natus eſt.l.ſi vt certo.§.vſque adeo.ff.commoda.
dum ait ille tex.qui equæ cuſtodiam accipit,ſimi
liter & quicquid in cõſequentiã eius eſt. Et ideo
cuſtodiam non tantùm equæ,ſed & pulli ſequen
tis equam capit.ſi igitur mater & infans qui à ma
tre lactatur et matrem ſequitur,ſub cuſtodia nau
tæ ſint, ac de vtroque rationem reddere debeat.
quare igitur pro vectura & cuſtodia ſalarium ha
bere non debebit?Clarum eſt illum nauem occu
pare ſicut & corpus mortuum. de quo dicta.l.fi.
ff.ad.l.Rhodiã de iac.loquitur. Rationes igitur
iureconſulti in dicta.l.ſed addes.§. ſi quis mulie
11 rem.ff.loca.& conduc. attendi debent. † Prima
eſt, quoniam infantis vectura magna non eſt. Se
cunda & potiſsima eſt,quoniam infans his omni
bus, quæ ad nauigantiũ vſum parantur,non vti-
tur. Ob id in illis legibus qualitas infantis non
attendiť,non quia infans homo non ſit, ſed quia
cauſæ conductionis ſpectari debent. Prima eſt,
quoniam homine grandæuo, non autem infante
nauis oneratur, & homo vir effectus nauẽ occu-
pat. Secunda, quum paratis ad vſum nauigantiũ
non vtatur.ſi igitur ab effectu cauſæ iureconſul-
tus ſit motus,& bene,multo magis in homicidio
quod mali exempli, & in natura nefas eſt, effe-
ctus eius conſiderari debet: viuens enim anima
occiſa eſt. vnde in Exodo.c.xxj.dicitur animam
pro anima dari debere. id optimè declarat.c.qđ
verò non formatum. in princi.xxxij.q.ij.in dua-
bus partibus. Prima in his verbis, profectò nec
hominem deputauit quòd tale in vtero geritur,
ſcilicet informe puerperiũ, quod noluit ille tex.
ad homicidium pertinere,quia exanimatum dici
non poteſt quod ſine anima eſt : ſed ſi anima in
eo eſt,& abortum fit, tunc anima pro anima dan
da eſt,dicto.c.xxj.Exo.&.c. Moyſes.xxxij.q.ij.
hoc clarius in ſecunda partẽ eius dicit in his ver-
12 bis,† & ideo homicidium nõ fit, quia nec exani
matum dici poteſt,ſi animam non habebat.Et in
fine ibi, ideo lex noluit ad homicidium pertine-
re:quia nondum dici poteſt anima viua in eo cor
pore,quod ſenſu caret. Id igitur à contrario ho-
micidium eſt,vbi anima viua occiſa eſt. Plus ad-
do idem eſſe dicendum, ſi aliquando animatum
fuit,& diu viuens,ſed tunc mortuum eſt,dicta.l.
pen.C.de poſthu.hæred. inſtit.& dicta.l.fina.ff.
ad.l.Rho.de iactu.quod facit pro quæſtione di-
ſputata per Archi.in.c.ſi quis.xv.q.j. dum quæ-
rit de clerico volente hominẽ interficere, ſed nõ
potuit,quia iam mortuum inuenit, qui volẽs iræ
ſuæ ſatisfacere,caput mortui amputauit:an ob id
cẽſeatur irregularis.de qua illhic per eum. Et ſic
homo dicitur qui ex anima & corpore conſiſtit,
dicto.c.in quadam.extra de celebr.miſſa.Archi.
notat in dicto.c. Moyſes. xxxij.q.ij. vbicunque
igitur anima occiſa eſt, homicidium eſt. & facit
quod ſcribitur Ezechielis.xviij.anima quæ pec-
cauerit ipſa morietur.vbi anima pro corpore ani
mato ſumitur : quia anima per ſe non poteſt

peccare. Nec abs re pro ſolutione vulgato ada-
gio vſus eſt Feli.quo, dicitur poſthumũ pro na-
to haberi.vbi de eius commodo tractatur.l. ſer-
uorum.§.fin.ff.de ſtat.homi.§.j. Inſtit.de inge.l.
ij.&.iij.C.de poſthu.hæredi.inſtitu. &.l. poſthu
mus.ff.de inoffi.teſta.Id etiam conſiderat glo.in
l.in lege falcidia placuit.ff.ad.l.falcid.hic allega.
per Roma.quæ videtur opi.Bal.& Roma.ſuprà
13 relatam probare, dum ille text.inquit, † partus
nondum editus,homo non rectè dicitur. ſi nõ re
ctè,homo tamen dicitur, dico.§. qui abortionis.
& in.l.ſi cui.ff.de verbo.ſignifi.de cuius.l. veri-
tate dicã aliàs. Additur alia ratio per glo.et Imo.
quoniam in falcidia de fructibus hæreditatis du-
bium ſit,an hæreditatem augeant.licet huic ratio
ni obſtet.l.ſi quid ex Pamphila.ff. de leg.ij. quæ
in ratione falcidiæ facit differẽtiam inter fructus
prædiales & partũ ancillæ,vt partus in augmen-
tum hæreditatis non cedat donec editus ſit, eo ꝙ
partus ancillæ in fructu nõ eſt.l. in pecudũ.ff. de
vſur. non habita etiam temporis diſtinctione ſe-
cundum illum tex. an eſſet vel non eſſet in vtero
tempore mortis teſtatoris. hoc probat ille tex.in
his verbis, nulla temporis admiſſa diſtinctione,
& maximè ſecundum gloſ. quum in hoc caſu de
commodo partus non tractatur.l. Paulus. ff. ad
l.falci.l.fin.§.ſi procurator.ij.&.iij.reſponſis. ff.
quæ in fraud.credit.fiunt.l.j.C. de pac.pigno.in
quarum legum diffinitione Docto.ita varij inue
niuntur,vt nihil ex dictis eorum fixum aut ſtabi-
le haberi poſsit. Et re vera quocunque diuertas
in ſolutione illorum contrariorum leges inter ſe
pugnare videbuntur. Siue dicas text.ideo aliter
de fructibus prædialibus maturis ſentire quàm
de partu maturo, id eſt, partui proximo, vt diffi-
cilius partus quàm fructus cuſtodiatur. hæc ra-
tio tollitur per.l.fina.§. pen.verſi. non ſolum.&
verſic.Proculus.& verſi.fructus.ff.quæ in frau-
14 dem credi. † vbi mulier prægnans propter par-
tum precioſior non exiſtimatur . vel ſi dixeris
partum aliud eſſe à matre:multæ leges ſunt huic
rationi aduerſantes,videlicet dicta.l.j.C.de pac.
pigno.l.venditor.ff. de euicti. imò idem iudiciũ
de partu ancillæ & fœtu vaccæ ſit , in. l. ſi præ-
gnans. &.l. ſequen.ff. de euictio. & fortiter ob-
ſtat dicta.l.ſi quid ex Pamphila.ff.de lega.ij.quã
Bart.aliter neſciẽs euitare ad eam dicit aliud eſſe
precioſiorem, & aliud cariorem dicere. Neſcio
vbi Bart. hanc differentiam in dicta.l. ſi quid ex
Pamphila.colligere potuerit, quũ de cariore vel
precioſiore illa.l. non loquatur. verum eſt gloſ.
nouam ſolu.ad dictam.l.ſi prægnans.&. dictam
l.vaccæ. excogitaſſe. voluit enim (quum modũ
aliter abſoluendi contrarium dictarũ legum non
videret) dicere emptorem propter partũ carius
ancillã emiſſe,quàm fuiſſet empturus ſi prægnãs
ancilla non fuiſſet, quum illa.l. ſi quid ex Pam-
phila.partum matrem ſequi dicat, quia vno pre-
cio ancillam cum partu ſimul emerit.hoc proba-

re videtur illa.l. in his verbis,non ex cauſa lucra-
tiua partum intelligi meum factum. Secũdò ibi,
Ideoq́ petendum ex teſtamento totum tãquam
iſtum emiſſem:& ſic in conſequentiã matris edi-
tus partus æſtimabitur. non inficiabor propter
acceſsiones aliq̃n res carius emi.l. ſi in emptio-
ne. in prin. ff. de contrahen. empti.l. ſi quis intra.
C. de bo. proſcrip. et alijs reſpectibus,de quibus
in.l.j.§.& alias videamus.ff. ſi quid in fraudẽ pa
15 tro.ſed ad id. l.ſi in emptione. † reſpondet dum
quicquid rei accedit, acceſsionem vocat,veluti,
inquit ille tex. partus ancillæ. Idem in.l.vẽditor.
ff. de euictio.& in.l. ancillæ. C. de fur. ibi,matris
furem etiam horum cauſa furti teneri. & ſic par-
tus ex acceſsione matris per conſequentiam ve-
nit. Præterea ſi dixeris partũ facilius perire:hæc
ratio in conſideratione haberi non debet.l.inter
ſtipulantem.§.ſacram.ff. de verbo.oblig. dicta.l.
ſi in emptione. §. omnium. in fine.ff. de contra-
hen. empt. Secundò,alia ratione,quia æquè fru-
ctus maturi ſicut & partus perire poſſunt: qua-
re cõmunis eſſet hæc ratio tam partui quàm cæ-
teris rebus.l.ex conducto.§.ſi vis tempeſtatis.&
l.ſi merces. §. vis maior.ff. loca.& conduc.vel ſi
16 dixeris illam.l. in lege falcidia placuit. † facere
differentiã inter fructus maturos, quia nati ſunt,
& partum ancillæ, qui natus non eſt: prout Ioã.
de Imo. cogitauit reſpondere. Hæc ratio per di-
ctam.l.fin.§.pen.ff. de his quæ in fraudem credi.
fiunt. omnino confunditur, quum per eam non
ſit inter fructus maturos & immaturos & partũ
ancillæ differẽtia,vt partus ita fructus etiam ma-
turi in conſequentiam rei veniunt. Additur alia
ratio,cuius memini ſuprà: vt partus à fructu dif-
ferat: quia partus in fructu non eſt. ſed huic ob-
ſtat.l. Paulus reſpondit.ff.ad.l.Falcid. vbi hoc re
ſpectu partus in fructu eſt. de quo dic vt illhic
per glo.& Barto. Ego verò ex.l. in ratione.ij. in
princi.ff.ad.l.Falcid. aliquam ſolutionem conſi-
deraui:pro qua intelligenda præmitte,Primò,in
17 eadem.l. dicitur, † cõmodum ſeu lucrũ fructus
rerum hæreditariarum, ſimiliter & damnũ poſt
mortem teſtatoris contingẽs, donec falcidia de-
tracta,ſit hæredis eſſe,et hæreditatem augere vel
minuere. tolle exemplum: Teſtator decedit in ca
pite menſis Auguſti,quo ſegetes maturæ ſunt &
colligi debẽt:æſtimatio totius hæreditatis ad tol
lendam ſeu detrahendam falcidiam, fiet in ſtatu
quo eſt tempore mortis cõputatis fructibus pen
dentibus,quum pars fundi ſint.l. fructus pendẽ-
tes.ff. de rei vendic. quamuis fructus poſt mor-
tem teſtatoris colligantur. Clarum eſt autem fru
ctus multum hæreditatẽ augere: licet rem ipſam
circa æſtimationem rerum hæreditariarum dimi
nuant,ſi cũ eis fructus non æſtimarentur.l.quod
dicitur.ff. de impen. in reb. dota. fact. Sed quum
partus ancillæ in fructu non ſit, dicta.l. in pecu-
dum.ff. de vſur. ideo non fiet partus æſtimatio:
18 quum (vt dixi) in fructu non ſit. † Non poteſt
igitur partus æſtimationem ancillæ augere, niſi
ante mortem teſtatoris editus ſit, licet quantum
ad aliquos effectus partus pars viſcerum matris
eſſe dicatur.l.j. ff. de ventre inſpiciendo. ſed ge-
neraliter illa concluſio non recipitur. vnde non
mirum ſi adhuc in vtero exiſtẽs hæreditatem nõ
auget,quum in fructu non ſit. Nec obſtabit.l. in
lege falcidia. in illis verbis,nulla temporis admiſ
ſa diſtinctione. quia intelliguntur de partu ante
vel poſt mortem teſtatoris concepto, vt hæredi-
tatẽ non augeat, vt dicit illhic gloſ.& bene: quæ
magis noſtram intẽtionem confirmat. Secundò,
non obſtabit.l. Paulus. eo.tit. quoniam antequã
dies fideicõmiſsi cederet, partus editus erat. Et
ſic priuſquam falcidia detrahi poſſet,fideicõmiſ-
19 ſarius ante diem agere non potuiſſet. † Lucrum
ergo medio tempore contingens,ſicut et damnũ
hæredi acquiritur,dicta.l. in ratione.ij. in princi.
ff.ad.l. falci. hoc modo clarum erit,partum ante
diem fideicommiſsi editum venire,ſicut & cæte-
ros fructus,dicta.l. in ratione. ibi,quemadmodũ
ad hæredes lucrum pertinent fructus partus an-
cillarum, & quæ per ſeruos acquiſita ſunt. & in
capite legis dixerat, in ratione falcidiæ &c. Nec
obſtat.l.fin.ff. de his quæ in frau. credi. fiũt. quæ
idem videtur concludere in illo edicto venire in
conſequentiam: & ideo iudicatur in illis de par-
tu ſicut & de matre. Sed cõſtitutio ſeu ratio quæ
homines à delictis reuocat,ne aliquem offendãt,
cenſetur fauorem eorum,ſicut & reipublicæ cõ-
cenere, argumento.l.j. ff. de iuſti. & iure.l.pen.
& ſina. C.ad.l. Iuliam repetũ.l. quoniam ſeruos.
C.ad.l. Fauiã de plagia. melius quàm alibi in.l.li
citatio.§. qđ illicitè.ff. de public.& vectiga. ibi,
alterum vtilitas priuatorum, alterum vigor pu-
blicæ diſciplinæ poſtulat. ſed ſi non eſſet locus
pœnæ legis Corne. de ſica. facilius in necem ho-
minum attentarent,aut difficilius retraherentur.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Hora-
20 tius in epiſtolis. † Ob id lex, quantum poteſt,
quibuſcunq; modis abortionis cauſam præben-
tibus, quum mali exempli ſit, reſiſtit, etiam vbi
corpus animatum non eſt, vel prohibetur gene-
rari vel animari. Et ideo iudicatur partus tanquã
diuerſus à matre,quum duæ ſint animæ, dicto.c.
ſi aliquis. extra de homic.& dicto.c. ſicuti. eodẽ
titu. vt ex hoc ſolo homicidas eſſe, & vt homici-
das puniendos ſtatuatur. Iſtis addo rationem.l.
ij. C. de indi. vidui. tollen. per quam lex Iulia mi-
ſcella. ſublata eſt, quæ ſecundas nuptias medio
mulierũ iuramento prohibebat,quum ex ea duo
reipublicæ noxia introducerentur. Primũ quod
ex ea prohibebatur,erat partus editio,cuius mu
lieres ſummopere ſunt apperẽtes, inquit ille tex.
Secundò, quia periurijs viam aperiebat. ſpretis
enim iuramentis ſecundò nubebãt. Ex prima ra-
tione vides quantũ ſit fauorabilis partus editio.
§.j. in authent. de nupt. colla.iiij. qui fauor in hac
noſtra quæſtione potiſsimè recipit̃. Allegabat
hic &

hic et tertio Rom. debere cōſiderari inſtrm̄ quo
percuſſa eſt mater,ſcilicet pedis,ex cuius ictu nō
poteſt coniecturari animus. alleg. l.j. §. ſed ſi ex
21 claua.ff.ad.l.Cor.de ſica. † Ex aduerſo cum faci
lior ſit caſus prægnātis quaſi ægrotantis.l.ij.§. ſi
nō ꝓpter.ff.ſi quis cautio.& in ægroto quælibet
leuis percuſsio imputat̃.l. qua actione. §. ſi quis
ſeruū ægrotū.ff.ad.l.Aquil.de hoc an ex qualita
te inſtrumenti cōiecturet̃ animus,iſte non eſt ca-
ſus noſter.Nā & percuſsio ex telo poteſt eſſe ta-
lis,vt non ſit ſufficiens ad coniecturandū homici
dium doloſe factum eſſe,& ob id punibile nō ſit
l.Cor.de ſica.hoc probat iſte tex.faciens differē-
tiam inter cæſum et per vim cæſum.ſimiliter in.l.
Cor. de ſica. conſideratur dolus & culpa percu-
tientis, ad hoc vt animus occidendi iudicetur.l.
lege Cornelia.&.l.in lege.ff. ad.l. Corn.de ſica.
ſed ex aliȷs argumentis occidendi animus conie-
cturatur. Sed hæc cōſideratio non eſt concludēs
quum pes ſicut & manus inſtrumenta ſint ad oc-
cidendum capacia,vt hic,& dicta.l.qua actione.
§.occiſum.ff.ad.l.Aquil.cum aliȷs ſuprà notatis.
ſed concurrentibus aliȷs coniecturis poſſet hæc
ratio conſiderari.vt in.l.j.C.ad.l.Cor.de ſica. Et
contra hanc Roma. ſententiā eſt tex.clarus in di
cto.c. ſicut ex literarū. extra de homicid.ibi, per
zonam arripuerit quaſi ludens. & tamen in fine
22 illius.c.dicit † talem ſacerdotem ab altaris mini
ſterio prohiberi debet, ſi conceptus viuus erat,
quamuis inſtrumentū illud opinione Roma. nō
debebat attendi ex eo quòd nō eſſet ad occiden
dum diſpoſitū.Secundò probatur,illū presbyte-
rum animū non habuiſſe occidendi,quum dicat,
per zonam arripuerit,quaſi ludens,qui eū excu-
ſare debebat.c. continebatur. extra de homici.l.
itē ſi obſtetrix.§.ſed & ſi ꝑ luſum.ff. ad.l.Aquil.
Sed quia res mali exempli eſt, & debuit ludens
euentū cogitare,vt in ſimili ait tex. in. c. fi. extra
de iniur.& dam.dato.ideo ei altaris miniſterium
prohibetur per illum tex. Secundò facit in cōtra
rium dicta.l. ſi quis aliquid. §.qui abortionis.ff.
de pœn.ibi,& ſi dolo non faciunt: tamē quia ma
li exempli res eſt, humiliores in metallū damnan
tur.Idem in dicta.l.iij.§.adiectio.ff. ad.l. Cor.de
ſica.ibi, relegari iuſſa eſt ea quæ non quidem ma
lo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad
conceptionem dedit,et ſic ad prohibendum con
ceptionē tantùm malo medicamento mulier vſa
eſt: quanto magis ſi ad euertendū iam conceptū
datū eſt,licet non malo animo,dicto.c.ſi aliquis.
extra de homic.Quartò,Roma.hic addit,eū qui
percuſsit prægnantem ſuo pede potuiſſe ignora-
re:hoc conferret ad excuſationem aliȷs concurrē
tibus.ſed quum lex euentum ſecutum cōſiderat.
l.aut facta.§.euētus.ff. de pœ.niſi doceat ſe igno
ranter percuſsiſſe,non tm̄ dixerim de prægnāte,
ſed & quocunq; altero, non excuſabitur à toto,
licet forſitan à tanto.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi mulier.
ff.ad.l.Aquil.idem not.Flori.in. d.l.itē ſi obſte-
trix.in princ.ff.eo.ad.l.Aquil.quibus adde Bal.
& Paulum de Caſt.in.l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.
23 cauſ.infa.irrog. † dum quærunt de eo qui tranſ-
euntem lapide percuſsit,ſed doloſe non occidit,
an puniatur morte, ſi ſtatutum homicidā puniat,
non diſtinguens homicidiȷ modum. de qua per
Alex.& Moder. Papien.in.l.ſororē.C. eo.præ-
ſertim quando is qui percutit,operam rei illicitæ
dat:quis enim ludos appellat,ex quibus crimina
oriuntur? dicta.l. item ſi obſtetrix.§.fi. cū.l. ſeq.
ff.ad.l.Aquil.alioquin ſecus. c.dilectus.& dicto
c.continebatur.extra de homic.Et,vt dixi,debet
cum maxima conſideratione videri & perpendi
qua arte,qua've ſolicitudine is, qui percutit,præ
uiderit ne mulierē quam offendit,nō percuteret,
aut nō offenderet. & ita declarat.c.ex literis.j.&
c.ex literis.ij.extra de homici. Vbi hoc not.Inn.
Hoſtien.Ioan.Andr. Anto.& aliȷ per illos text.
&.l.ſi putator.ff.ad.l.Aquil. Et iſtud eſt abſque
ſcrupulo per tex. in dicta.l. ſi ſeruus ſeruum.§.ſi
24 quis manu.ver.ſi mulier.ff.ad.l.Aquil. † Si mu-
lier,inquit, pugno vel equa ictu à te percuſſa eie
cerit, Brutus ait Aquilia teneri. Et illhic Floria.
addit glo. in dicto.c. ſi quis ſuadente.xvij. q.iiij.
quū tex. ille loquitur de eo qui in clericū manus
violentas iniȷcit.et dicit glo.idem ſi pedes.& ad-
dit Archi. quū de infuſione aquæ loquitur, poſt
illam glo. vt licet ex verbis illius canonis nō pro
cedat illa glo.tamen ex ſententia ipſius ponderat
ad id.l.impuberem.§.qui liberti.in verbo,manu
ſua.ff.ad.l. Cor. de fal. Nam ſufficit dicere iniu-
riam factā eſſe.l.eum qui nocentē.§.fi. in prin.ff.
de iniur.Idem probat tex.in dicta.l.ſi ſeruus ſer-
uum.§.ſi quis de manu.in prin.&.§.ſi quis veſti-
menta. in his verbis, ſciderit vel inquinauerit.ff.
ad.l.Aquil. vbi tex. inquinationem pro ruptura
accipit. ſufficit etiam vim mulieri inferri ſi partū
abigat, vt vim inferens puniatur lege Corne. de
ſica. dicta.l. ſi mulierem.ff. ad.l. Cor. de ſica.Et
quod quinto & ſexto loco dixit Roma. conſide
rari debere animū percutiendi tantùm habuiſſe,
non autem occidēdi:hoc nō cōcludit,ſed debuit
cōſiderari quis euentus ſequi potuit.c.fi. de ho-
micid. in. vj. &.l. qua actione.§. Celſus.ff. ad.l.
Aquil. quanto magis vbi operā rei illicitæ dat,li
cet percutiendi animum tm̄ habuerit, ſi excedat,
quia homo occiditur,tenet̃ de homicidio.c.cōti
nebatur.extra de homici.&.d.l.eū qui nocentē.
§.fi.ff.de iniur.ibi,præualet quod principale eſt.
l.qm̄ multa facinora.C. ad.l.Iul. de vi publi.ibi,
25 & alterutri cauſam malorū præbuit. † qui enim
quod principale eſt cōmittit, videtur etiā conco
mitantia ad illud cōmittere.inquit Io.And.in.d.
c.fin.de homicid.in.vj.poſt Ioan.mona.in.c.vni
co,de cōmoda.extra per.c.abbate.§.ex his.de re
iudic.in. vj. Et pondero vltra eum tex.in.l.nihil
intereſt.ff.ad.l. Cor. de ſica.&.l. nec intereſt. ff.
ad.l.Iul.de vi priuata. in quo dicunt glo.& Bar.
differre legē Aquil. à lege Cor. de ſica. facit qđ

not. Bar. in. l. is qui opem. in vltima quæſtiõe. ff.
de fur. & leges per Roma. alleg. illi multũ aduer
ſantur, videlicet. l. j. §. pen. ff. de iniur. Nam actio
quæritur etiã ignoranti & contra ignorantẽ qua
litatẽ perſonæ iniuriã paſſæ. ſimiliter. d. l. cũ qui
nocentẽ. §. fi. nec obſtat. l. item apud Labeonẽ. §.
interdũ. eo. tit. ff. de iniur. vltra ſolutio. glo. in. d.
l. cum qui nocentẽ. §. fi. nam in illo. §. interdũ. ille
cui illata iniuria eſt, ſe pro libero gerebat, q̃ con-
fert ad diminutionẽ pœnæ. l. ſi filiusfa. ff. ad Ma
26 cedo. Secundò, is † qui iniuriã inferebat alterius
ſeruũ putabat, ꝗ eius cuius erat, quẽ non cecidiſ
ſet ſi ſciuiſſet illius eſſe, & ſic non erat animus illi
iniuriam inferre, non mirum ſi actione iniuriarũ
experiri nõ põt, quia in iniuriã eius ſeruus cæſus
non eſt: nõ minus tamen agere poterit, vt inquit
Bar. d. l. j. §. ſi. ff. de iniur. videlicet de vulnerato,
aut de occiſo ſeu dãno aliter dato, per illũ tex. de
quo per Cin. in. l. ſi nõ conuicij. C. de iniur. Luc.
de Pen. in. l. fi. C. de deſerto. lib. xij. vt in. l. errat.
C. de caſtren. pecu. mili. lib. xij. Et hoc eſt quod
vult diſtinguere. §. ſi. d. l. cum qui nocentẽ. in ver
ſic. quum aliquis filiusfamiliàs. ſecus vbi in ſeruũ
eius animũ delinquẽdi in vno gñe habet, quia cõ
comitantia delicti videtur velle in eo cõprehẽdi
per ſuprà dicta. Præſertim. d. c. fi. de homici. lib.
vj. & c. abbate. §. ex his. de ſent. & re iudi. eo. li. l.
qua actione. §. fi. ff. ad. l. Aquil. Et quod ſeptimò
inquit Roma. poſt Bal. minus eſſe in ſpe ꝗ in re,
per. l. minus. ff. de reg. iur. quæ regula problema
tica eſt, de qua in. d. l. minus. & l. qui actionẽ. ff.
27 de reg. iur. quæ videtur hoc abſoluere † quũ di-
cat habere rem, qui actionẽ habet ad eã ſecundũ
iuris intellectũ: licet quãdoq; euẽtus dubius ſit.
ſilr idem dici poteſt in caſu noſtro: ſed nunc de
illa nõ intẽdo diſcutere, ſed de ea vide Moder. in
l. qđ in rerũ natura. ff. de lega. j. & quantũ ad pro
poſitã quæſtionẽ, dic hoc eſſe abſolutũ ꝑ ea q̃ ſu
prà dicta ſunt, & procedere argumentũ vbi cor-
pus animatũ nõ eſt. ſecus vbi anima in eo eſt vi-
uens, quia ſpes ꝓxima eſt. d. l. qđ in rerũ natura.
& d. c. ſicut. extra de homic. c. quod verò nõ for
matũ. xxxij. q. ij. & d. l. quod dicit̃. ff. de liber. &
poſth. ibi, cũ ſpiritu tamẽ. glo. in. l. diuus. ff. de ex
traord. crimini. & d. l. quod in rerũ natura. & l.
negat. ff. de mor. infe. vbi tex. declarat hãc ſpem,
de qua meminit hic Roma. poſt Bal. quum dicat
ille tex. ſpem animãtis cũ grauida peremiſſe. vide
tur ex his ſatis hominẽ eſſe, & tolli ſolũ ſpem ani
mãtis: quia ſpes in actu eſt, quæ lõgioris eſt vitæ.
alleg. ꝑ Roma. & bene. l. necare. ff. de liber. agn.
Et vltra hæc eſt tex. indubius in. d. l. ſi qs aliqd. §.
qui abortionis. ff. de pœ. in verſi. quod ſi ex eo.
28 Prima † ẽm pars illius. §. de partu informi ſeu nõ
animato loquitur, & eum qui talẽ abigit, ſi humi
lis eſt, in metallũ dãnat: ſi verò honeſta ſit perſo-
na, in inſulã deportari vult. Vbi verò ex illa per-
cuſſione viri aut mulieris abortus ſequitur: quia
partus animatus erat, dans occaſionẽ abortioni

vltimo ſupplicio condẽnat̃: quia mulier aut ho-
mo, inquit ille tex. occiſus eſt. & ita declarat illũ
tex. Hoſtiẽ. in ſumma. extra de homici. §. j. ꝑ quẽ
tex. ita illhic tenet Hoſtien. & ante eũ Inno. in. c.
ſicut ex literarũ. extra de homic. Et ſic partus an-
tequã edatur homo vel mulier verè dicit̃ ꝑ. d. §.
qui abortionis. & eſt pulcher tex. ſecundũ Inno.
& Hoſti. & Iac. Butr. & Ang. & Sali. in. d. l. pen.
C. ad. l. Cor. de ſica. hoc ſequitur Feli. in. d. c. ſicut
ex literarũ. extra de homic. tex. cũ glo. in. d. c. cõ-
ſuluiſti. §. occulta. verſ. quia ſi ille. in verbo, abor
ſum. ij. q. iiij. ibi, quia ſi ille qui cõceptũ in vtero
29 per aborſum deleuerit, homicida eſt: † quanto
magis qui vnius diei puerũ peremerit, homicidã
ſe eſſe excuſare nequibit. Idẽ in. d. l. necare. ff. de
liber. agnoſ. in verbo, partum præfocat. vbi vide
glo. Bar. idem notat poſt glo. in. d. l. diuus. ff. de
extraord. crimi. Nõ inficiabor poſt Ang. in. d. l.
pen. C. ad. l. Cor. de ſica. cõſiderandũ eſſe animũ
percutiẽtis ad augendã vel minuendã pœnã, per
ſuprà dicta, prout etiam ipſe idem ſcribit in dicta
l. qm̃ multa facinora. C. ad. l. Iul. de vi publ. Secũ
dò, ſi percutiẽs operã dabat rei licitæ vel illicitæ,
dicto. c. continebatur. vt per Innocẽ. in. c. lator.
extra de homicid. & Hoſtien. poſt eum.

Adde ad hunc tex. idem ſi quis hominẽ cucu-
ma percutiat. l. j. §. diuus. ff. ad. l. Cor. de ſica. Idẽ
ſi bidente, ſecundũ Bart. in. l. ſi gemina. ff. arbo.
fur. cæſa. ſimiliter ſi ligone. c. ſignificaſti. extra de
homici. de lapide ſeu ſaxo idem, vt hic, & dicta. l.
qua actione. §. occiſum. ff. ad. l. Aquil. l. omne de
lictũ. §. ſi quis cõmilitonẽ. ff. de re mili. vel plum-
batis. l. nemo carcerem. C. de exactor. tribu. li. x.
30 Idem † ſi fuſte. tex. eſt hic & dicta. l. qua actione.
§. occiſum. vel impulſu animalis. l. j. ff. ſi quadr.
pauper. fecit. dica. dicta. l. vnica. C: de emẽda. ſer
uo. ibi, vnguibus ferarum, vel flammarũ expoſi-
tione. dicta. l. vnica. C. de emen. ſeruo. in. l. ſi ſer-
uus ſeruũ. §. ſi quis igitur. in verbo, vſſerit homi-
nẽ. ff. ad. l. Aquil. per graues cuſtodias. l. j. C. de
cuſto. reo. l. incredibile. C. de pœn. l. aut damnũ.
§. ſolent. ff. de pœ. per negationẽ alimentorum. l.
necare. hic alleg. per glo. ff. de liber. agno. l. item
ſi obſtetrix. §. ſi quis hominẽ. ff. ad. l. Aquil. de ſi-
ca. dubium non eſt. §. item lex Cornelia. Inſtit. de
publi. iudi. l. ij. §. ſi publicanus. ff. vi bono. rapto.
ibi, ſi tamen ideo incluſerit, ne paſcatur. l. ſi ſteri-
lis. §. quum per venditorẽ. ff. de actio. empti. de
cultellis verò minoribus ſeu moderatorijs, idem
dicto. c. lator. & c. ad audientiam. extra de homi
cid. l. item Mela. in princi. ff. ad. l. Aquil. ibi, deie
cto cultello. licet vſus eorum permittatur. §. fin.
in authent. de armis. colla. vj. gloſ. in rubrica de
31 fabricen. lib. xj. † vel per applicationem mali me
dicamenti, dicta. l. qua actione. §. fi. cum. l. ſequẽ.
& §. item ſi obſtetrix. ff. ad. l. Aquil. l. quod ſi no
lit. §. culpam. ff. de ædili. edic. & facit materia. l. ſi
ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſoluto matrimonio. l. eiuſ-
dem. ff. ad legem Corneliam de ſicarijs.

Deſcri

Deſcribūtur varia telorum genera quibus ho
mo trucidari ſeu necari poteſt. l.iij.ff. de offi.præ
fec.vigil.vbi dolabra armorum appellatione po
nuntur: fuſtes ſimiliter & flagella, dicta.l. vnica.
C.de emēd.ſeruo. lapides, gladij, haſtæ, frameæ,
ſeu rhomphea & fuſtes.l. iij. §. armis deiectū.ff.
de vi & vi arma.l.armorum.ff.de verb. ſignifi.§.
recuperandæ.inſti.de interdic. Alibi Iuſtinianus
plura alia armorū genera deſcribit, videlicet ar-
cus, ſagittas, ſpathas, enſes, ſemiſpathia, zanias,
loricas, contos, q̄ ſunt lanceæ longiores. Itē lan-
ceas omnis gn̄is ſiue monocapia, vel ſitinnos &
alia miſsilia, aſpidas, galeas, caſsides, quæ omnia
vocabula deſcribuntur in.§. fi. in authent.de ar-
mis.colla.vj. Et generalius deſcribit iureconſul-
tus telum in.l.ſi calūnietur.§. telum.ff.de verbo.
32 ſigni.&.§.item lex Cor.Inſti.de publi.iudi. † vt
ſignificet omne quod manu mittitur: non tamen
arcu ſiue lapis ſeu lignum aut ferrū, licet id pro-
prie telum dicitur quod ab arcu mittitur. & alia
expreſsiori interpretatione dicitur telum ſeu teli
appellatione venire omnia, ex quibus ſinguli ho
mines nocere poſſunt.l.pen.in fin.&.l.armatos.
ff.ad.l. Iuliā. de vi publi.l.ſi pignore.§.teli.ff.de
fur.l.qui cōmeatus.§.fin.ff.de re mili. Adduntur
alia duo genera, tibiale ſeu humerale cum ipſa lo
rica maximè pectorali, quā antiqui ex corio cru-
do faciebant, vt inquit Varro de lingua Latina,
& ſecundū eūdem Galli poſtea ex ferro ſuccude
runt, quæ poſt hæc tunica ferrea vocata eſt, & ex
anulis cōpoſita. His adde.l.fi.C. quæ res expor.
non debent.c.ita quorundā.extra de Iudæis.vbi
aliquid per Feli.& alios.alia telorum & armorū
genera, & eorundē inuentores, & plenius deſcri
bit Plinius libr.natur.biſtor.vij.cap.lvj. & Gel-
lius lib.x.noct.attica.c.xxv. Vegetius de re mili
ta.libr.iiij. & Cicero in oratione pro.P. Scylla.
Alia ſunt clericorū et mulierum arma, lachrymæ
& orationes.de his dicetur in.§. potuiſſe.in ver-
bo, voce plorando.infrà ea.l.& in dicta.l.quum
33 dominus.infrà eo.in verb.clamoribus. † Ex his
dico per hunc tex.iudicem debere animū occidē
tis diligenter attendere, non autē ſimpliciter ge-
nus teli, quo homicidium cōmiſſum eſt per ſuprà
dicta. quāuis Maria.Sozi.in.c.de his.extra de ac
cuſa. vlti.colū. dicat percutientē aliquem lapide
in dubio non videri animū percutiendi habere,
licet mors inde ſequaꝛ̃. pro quo in ſimili facit.l.
ſed & ſi quēcunq;.§.ff.ad.l.Aquil. de eo q̄ diſci-
pulū forma calcei percuſsit, cuius illo ictu oculū
perfodit, vt.l.Aquilia non teneatur: quum ex eo
actu percutiendi animus non probetur. ſimiliter
videtur probari in dicta.l.j.§.diuus.ff.ad.l.Cor.
de ſica.ibi, ſed ſi ex claua. vt percutiens aliquem
claua ferrea vel cucuma, non teneatur lege Cor-
nelia de ſicarijs. Idē in.d.c. cōtinebaꝛ̃.&.c.ſigni-
ficaſti.ij.extra de homic.qm̄ iniurioſe ſeu animo
occidendi feciſſe nō videtur. ſed hoc nō videtur
verū per ſuprà dicta. Primò, qm̄ inſtrumētū quo
percuſsit ad occidendū capax eſt, etiā ſi cultellus
paruus ſit.d.c.lator.extra de homici.ſilr̄ lapis, vt
hic, in verbo, ſaxo.&.d.l.qua actiōe.§. occiſum.
34 ff.ad.l. Aquil. † quodcunq; em̄ telū quo poteſt
noceri, armorū appellatione venit.d.l.ſi pigno-
ri.§.j.verſi.teli.ff.de fur.& dicta.l. armatos.&.l.
pen.§.ſi.ff.ad.l.Iul.de vi publi.vt licitum ſit furē
etiam diurnū ſi ſe lapidibus defendat, occidere.
d.l.ſi pignore.§.furē. de quo in.c. ſi perfodiens.
&.c.interfeciſti.extra de homici.& pro his tex.vi
detur indubius in.l. eū qui.C.ad.l. Cor.de ſica.
dum de calcis ictu loquitur.dicit em̄ ſi hoc ita eſt
neq; ſuper hoc ambigi poterit. Et eo magis quū
in.l.Cor.de ſica.omne genus inſtrumēti, quo po
teſt noceri, veniat, dicto.§.item.l.Cor.Inſtitu.de
publi.iudi.& clarum ſit per hunc tex.&.ll.ſuprà
alleg.lapidē inſtrm̄ eſſe ad nocendū & ideo in.l.
Cornelia venire.nec obſtat.l.ſed & ſi quēcunq;.
§.ſi.quæ per ſeipſam reſpondet.ſimiliter.l.j.§. di
uus.verſi.ſed ſi claua.ff.ad.l. Cor.de ſica.vt non
tm̄ genus teli, quo quis percuſſus eſt, cōſidereꝛ̃,
ſed magis occidētis animus, dicto verſi.ſed ſi cla
ua.ibi, quāuis ferro percuſſerit, tamē non animo
35 occidendi. † Verū eſt autē, genus teli poſſe alijs
cōcurrentibus iudicis animū mouere ad æſtiman
dum occidentis animū, dicto.c.lator.& dicto.c.
ſignificaſti. extra de homici.&.d.§.diuus.ibi, nā
ſi gladiū ſtrinxerit, & in eo percuſſerit. Et iſte no
ſter tex.melius altero declarat, dum inquit, qui p
vim aut cædē ſunt interfecti. per quæ declaratur
attēdi debere, an per vim, ſeu paratis inſidijs, vel
ad defenſionē hoc fecerit.l.j.&.ij.C.ad.l. Corn.
de ſica.dicta.l.j.§.diuus.&.l.pen.ff.ad.l.Cor.de
ſica. Tolle exemplū in caſu poſito per.Ang.in.§.
ſi tibi manus.infra ea.l.dum quærit de his qui cū
lapidibus nititur rixantes à rixa eximere & pro
hibere, quò minus mutuò ſe offendant: tales em̄
culpādi non ſunt. quod intellige cū diſtinctione
l.ij.C.ad.l.Cor. de ſica.& ea moderatione cuius
memini in.§.ſerui appellatiōe.ſuprà ea.l. quibus
adde dictā.l.ſcientiā.§.qui quū aliter.verſi.ſed ſi
defendēdi mei.ff. ad.l. Aquil. Secundò, perſona
offenſi & offendentis conſiderari debet, vt dixi
poſt gl.in.l.j.C.vn̄ vi.& Alex. in apoſtil. Bar.in
l.prætor ait.§.ſi dicatur.in verbo, atrocem.ff. de
36 iniur.facit.l.aut facta.§.pſona.ff.de pœn. † Ter
tiò, ſi minæ præceſſerint, & is, qui minas intulit,
ſolitus eſt eas exequi.l.nec timorē.ff. quod met.
cauſa.l.iij.§.ſi quis autē.ff. de vi & vi arma.l.vni
ca.C.ſi quacūq; præd.ptā. hæc not.Bal. in dicta
l.j.C.vnde vi. Quartò, ſi inimicitiæ inter offen-
ſum & offendentem præceſſerint.argu.l. j.&.ij.
vbi per glo.C.ad.l.Cor.de ſica.melius in.l.ſi ini
micitiæ.ff.de his quib.vt indig.l.iij.§.fi.ff.de adi
men.lega.per Bar.in.l.maritus.ff.de quæſt.Feli.
in.c.in lr̄is.extra de teſti.vel ſi neceſsitate impul-
ſus, quū aliter periculū mortis euitare non pote-
rat, dicta.l.ij.C.ad.l.Cor.de ſica.l.itaq;.&.l.ſciē
tiā.§.qui quū aliter. ff.ad.l.Aquil.c. interfeciſti.

extra de homici.l.furem.ff.ad.l.Cor.de ſica.ne-
ceſsitas enim quādoq; probabilem excuſationē
præbet.l.qui potuerit.ff.de manumiſ.teſta.l.vni
ca.ff.de offi.cõſu.l.plerūq;.ff. de iure dot. Et iſte
eſt proprius caſus.l.j.C.qñ. licet vnicuiq; ſe ſine
iudi. vindi. vel an aliàs inuentus ſit in ſimilibus
verſari,ſeu parare inſidias.l.ſi.C.ad.l.Cor.de ſi-
ca. an verò ex improuiſo cõtigerit homicidiū.d.
l.j.C.ad.l.Cor.de ſica.&.l.j.§.j.ff.eo. Hoc proſe
quuntur Moder.copioſe in.l.vt vim.ff. de iuſti.
& iure.vel an is, qui homicidiū cõmiſit,ſani erat
capitis.l.iam demētis.C.de epiſ.audi.l. diuus.ff.
37 de offic. præſi.l.inſans.ff.ad.l. Cor.de ſica.† aut
ebrius.l.omne delictū.§.ſi.ff.ad.l. Cor.de ſica.l.
lege Cornelia.§. quū quidā.ff. ad.l.Cor.de ſica.
c.inebriarunt. xv. q. j. quod proſequere, vt per
Bal.in.l.data opera.iij.colum.C.qui accuſa.poſ.
quāuis ebrius aut furioſus habens dilucida inter
ualla nõ ſemper excuſatur,ſi non adhibuerunt ſi
bi cuſtodes in eo interuallo quo ebrij fiūt.l. pœ-
na parricidij.vbi idē no. Bar.ff.ad.l.Põp.de par
rici.melius ꝓbaẽ in.l.cõgruis.§.furioſi.ff.de off.
p̄ſid.ibi,ſi nõ poſſunt per neceſſarios ꝓhiberi.&
l.diuus.eo.tit.vel an culpa caſum præcedat, vt ſi
gladius in manu furētis datus ſit.d.c.ſi.de homic.
l.qua actione.§. Celſus.ff.ad.l.Aquil.l. nihil in-
tereſt.ff.ad.l.Cor.de ſica.Licet ſecundū gl.illhic
differat in hoc lex Cor.de ſica.à lege Aquil.vt di
xi, quia dans gladiū in manu furentis tenetur de
vulnerato,vtili actione legis Aquil.non autē di-
recta,vel etiā de occiſo.d.l.qua actiõe.§.Celſus.
ff.ad.l.Aquil.ſecus autē in.l. Cor.qm̄ directa da
tur.d.l.nihil intereſt.ob id Inno.in.c.ad audien-
38 tiā.extra de homici.dicit,† ſi aliquis iactū machi
næ vel baliſtæ ſuaſit, vel vt ad expugnādū caſtrū
vadat, qđ de facili abſq; morte hominis fieri nõ
põt,ſi in captiõe caſtri homines occidanẽ,ſuadēs
irregularis erit,licet homicidiū non conſuluerit.
dens: metu criminis facere non videtur. Ex his
quanta ſit inter ſcribentes varietas, planè perpen
ditur. Ego verò quid in ea ſentiam dicam in o-
mnibus articulis.

In primis conſentio verum eſſe in crimine læſæ
maieſtatis, & ſimilibus, quibus poſt mortem me
moria accuſari poteſt, vt quandocunq; accuſati
fuerint, poſsint ſicut à viuentibus bona eripi. De
quibus dicetur in dicta. l. neceſſarios. §. nõ alias.
&. l. pen. infrà eodem. l. Manichæos. C. de hæret.
c. quum ſecundum. de hæreti. in. vj. l. ſi quis filio
exhæredato. §. quod ſi quis. ff. de iniuſto, rupto,
& irrito teſtamento.

Secũdò, in crimine publico, in quo pœna mor
tis vel deportationis imponitur, & in conſequen
tiam bonorũ publicatio ſuccedit, diſtinguendũ
eſſe puto. Aut enim reus in crimine deprehenſus
fuit, ſeu de crimine accuſatus, prius tamen quàm
mortem ſibi conſciſceret, aut antequam accuſa-
retur, vel in crimine deprehẽderetur, ſibi mortẽ
cõſciuit. Primo caſu dicatur metu criminis ſe oc-
cidere: & bona publicabuntur, quaſi de ſe con-
feſſus, & ſuo iudicio condemnatus fuerit. d. l. fi.
§. j. verſi. ergo aut poſtulati eſſe debent. ff. de bo.
eor. qui ante ſentẽ. &c. hoc verum eſſe dico duo-
40 bus aut tribus concurrentibus. † Primò, ſi hære
des contra fiſcum de crimine defuncto impoſito
defenſionẽ ſuſcipere nolunt: hoc caſu fiſcus pro-
babit crimen, & eo probato, hæredes innocentiã
probare tenebũtur, dicta. l. ſi. §. ſina. ff. de bo. eo.
qui ante ſentent. &c. Nec in conſideratione erit
an lis conteſtata fuerit ante quàm mortẽ ſibi con
ſciſceret necne: quamuis glo. in dicta. l. ij. C. qui
teſta. face. poſ. contrarium affirmet, quam Paul.
de Caſt. & Alex. reprehendunt & bene, vt ſuffi-
ciat in crimine eſſe deprehẽſum. l. ij. C. de cuſto.
reo. l. j. C. vbi ſenator. vel clariſ. ſed melius pro-
bat illa. l. fin. in prin. &. §. j. ff. de bo. eor. qui ante
ſentẽ. &c. ibi, ergo aut poſtulati eſſe debent, aut
in ſcelere deprehenſi, vt ſi ſe interfecerint bona
eorum confiſcentur. Ex quibus conſtat alterum
ſufficere. & in. §. ſequẽ. declaratur qualitas crimi
nis in quo bona vult publicari. ibi, ſi eius crimi-

nis reus

nis reus fuerit, vt ſi damnaretᷣ, morte aut depor
tatione afficiendus eſſet. Alioquin vbi hæredes
innocentiam defuncti non defendunt, aut excu-
ſationem eius probare recuſant: bona illius pu-
blicabuntur quaſi moriendo crimẽ ſit confeſſus,
& ſuæ confeſsionis iudex factus, dicta.l.fina.§.j.
ibi, in reo veluti confeſſo teneri. & in.§.ſic autem
diſtinguitur. ibi, debeat puniri quaſi de ſe ſenten
41 tiam tuliſſet. † Sed an vltra illam tacitam confeſ
ſionem de crimine cõſtare debeat, & per fiſcum
probari hæredibus volentibus innocentiam de-
functi oſtendere & mortem eius defendere. dicã
infrà. Ratio autem prioris dicti eſt, quoniam ſi ta
lis cõſciſcens ſibi mortem abſque iuſta cauſa ab
hærede probata, videlicet tædij vitæ, furoris, do-
loris hoc fecerit: præſumatur metu criminis quo
accuſatus erat, vel in quo fuerat deprehẽſus, mor
tem ſibi conſciuiſſe: & ideo publicatione bono-
rum punietur, per illum tex. Nunc intremus diffi
cultem Petri, Cini, Bal. & cæterorum pleniſsimè
tractatam in.l.ij.C. qui teſta. facere poſ. Imol. &
Alexan. in dicta.l. defuncto.ff. de publi. iudi. An
poſt mortem ſine iuſta cauſa poſt accuſationem
conſcitam, cadauer puniri & laqueo ſuſpendi po
42 terit. † In ea conueniunt morte delictum, quan-
tum ad pœnam corpori infligendam, extinctum
eſſe. Male igitur ſecundum eos, aſſeſſores corpo
ra eorum ſuſpendere faciunt. Licet ſecus aſſeſſo-
res paſſim aliter obſeruent: contra quòs dicunt
eſſe.l.j. &.l. ij.C. ſi reus vel accuſa. mor. fuer. &
dictam.l. defuncto.ff. de publi. iudi. vbi plus Io.
de Imo. inquit tales aſſeſſores ab hæredibus poſ
ſe actione iniuriarum conueniri per rationem.l.
j.§. quoties.ff. de iniurijs.

Secundò, corpora punitorum poſſunt ſepul-
turæ tradi, principe vel iudice permittente, idq;
faciliter concedere debent. l.ij. &.iij.ff. de cada-
uer. punit. Nec obſtat, ſecundum Ange. in dicta
l.ij.C. qui teſta. face. poſſ. ſi dixeris eũ, qui ſe oc-
cidit, plus peccare, quàm ſi extraneũ occideret:
ob id plus puniri debere. Ad iſtud dicit Ang. ſa-
tis ſua manu punitum eſſe, qui ſe occidit. Nam
ſeipſum occidendo delicti pœnam ſuſtinet. Secũ
dò, inquit, ſic decedens non damnatus moritur:
nõ eſt mirãdum, ſi morte delictum extinguatur,
dicta.l.ij.C. ſi reus vel accuſat. mor. fuer. Dicitq;
Angelus ita fuiſſe citra montes deciſum: refe-
rens in hoc Petrum & Cinum. Pro cuius ſenten
tia adde quod Bal. notat in.l. vnica, in princi.C.
43 ex delict. defunct. dum dicit † pœnas inflictiuas
corpori imponi nõ poſſe, poſtquam anima à cor
pore ſeparata eſt, etiam ſi poſt latam ſententiam
decedat. Pœna enim inflictiua ſecundum eundẽ
Bal. animam viuam in copore poſtulat. ſecus au-
tem, ſecundum eum, vbi animatum corpus non
requirit. illa enim corpori infligi poteſt, qualis
eſt ſepulturæ priuatio.l.j.C. de cadauer. punitor.
nec aſſeſſores aliter facientes, ſecundum eundẽ
Ange.l. in metallum. ff. de iure fiſci. intelligunt,
dum ex ea dicunt, poſt delictum corpus ſeruum
eſſe pœnæ. quoniam id verum eſt, ſi viuat, & nõ
aliàs. Et Roma. addit ad eos vnũ quod dicit eſſe
Cini, quamuis à Cino dictum non comperiam.
Dicit enim Roma. contra illos aſſeſſores obſta-
re.l. vniuerſi.C. vbi cauſ. fiſc. dum vult officiales
vexantes ſubditos iniurijs, viuos exuri debere.
Sed qui viuus exuri debet, ſi poſt accuſationem
ſibi mortem conſciſcat, illa pœna puniri non po
terit, iam viuus exuri non poteſt. Igitur mortuus
non punietur ſecundum Roma. Sed hoc Roma.
argumentum in nulla ſui parte eſt concludens in
illo crimine, vel his ſimilibus, quibus viuis pœna
ignis imponitur. de quibus in.l. vnica. C. de nili
agger. non rumpen.l. ſacrilegij pœnam. ff. ad.l.
Iuliam pecul.l.ij.C. de fal. mone.l. capitalium.§.
igni. cum.§. ſequen.ff. de pœn. & pleriſque alijs,
44 quos hic nõ repeto. † Et ratio eſt, quoniam illæ
leges quanquam velint tam facinoroſos homi-
nes viuos exuri, ſic tamen interpretandæ ſunt, ſi
illis viuis imponi poteſt. Nam ex eo quòd mor-
tui ſunt, impunes non erunt. ſed pœna iudicis ar
bitrio in aliam pœnam commutari poteſt. Vbi-
cunque enim pœna legis propter impoſsibilita-
tem imponi non poteſt, in aliam commutatur.l.
quicunq;.§. quod ſi ad prædictum. vbi idem no-
tat Aret. C. de ſer. fugit.l. ſi quis id quod.ff. de iu
riſdi. omnium iudi. & ſimiles, quæ pœnam æris
in corporalem conuertunt. Pone in caſu quem
cõmunis praxis in omnibus ferè ꝓuincijs obſer-
uat in furtis. Pro primo enim furto fuſtigationẽ
& auris amputationem vt plurimum imponit, ſi
cuti contigit cuidam furi, à quo curia Rothoma-
genſis ſuo iudicio aurem amputari iuſsit cum fu
ſtigatione: lictor verò, quum in reũ curiæ iudi-
cium exequi vellet, carentem reum auribus nun-
ciauit. ad ſenatum reductus, confeſſus eſt tres illi
aures amputatas fuiſſe. licet natura tot in homi-
ne nõ producat: ſed neſciens crimina, quæ prius
detecta erant, alio ignauiæ colore celare, iudices
vt ad miſericordiã traheret, ſuadere ratus tres au
res illi præciſas fuiſſe aſſeruit: vnã Aureliæ, alte-
ram Bituris, aliam Treuiſij poſt obſidionẽ illius
45 oppidi. † Tunc conuerſa eſt auris amputatio in
fuſtigationẽ, cum adiectione banni. hoc amplio-
re cõmentario dilatat Aret. in.l. & ſi ſeuerior. C.
ex quib. cauſ. infa. irroge. Et facit.l.j.§.fi. cum ibi
notatis.ff. de quæſt. Similiter in caſu occurrente
in punitionem cadaueris commutare poterit: li-
cet corpus de ſe pœnam propriè non patiatur,
quum mortuum ſit. argumento.l. fina. in princi.
ff. ad.l. Rhodiam de iac. quibus adde Bal. in.l. ſo
rorem. C. de his quib. vt indig. Feli. in.c. à nobis.
ij. extra de ſenten. excõmuni. qui plures quæſtio
nes huic ſimiles refert: præſertim eam de eo qui
corpus mortuum clerici percutit, an in pœnam
c. ſi quis ſuadẽte. xvij. q. iiij. incidat. Secunda, an
bannitus mortuus offendi poſsit. Tertia, an mor
tuus doctor vel miles creari poſsit. quibus adde

l.iij. §. non perpetuæ.ff. de ſepul. viola.l.ne cor-
pora.cum.l.ſeq.ff.de religio.et ſumpt.fune. quæ
46 dicunt † mortua corpora ſeu cadauera detineri
& vexari non poſſe.l.quum ſit iniuſtum.et.l.qui
ſepulchra.in fine. C.de ſepul. viola. Exemplo eſt
ſtatua Niconis Thaſij, quæ quum cædentem col
lapſa compreſsiſſet & extinxiſſet,lege Draconis
ſtatua necis damnata eſt, & iudicum ſententia in
mare demerſa. Lex enim Draconis legislatoris
cædis patratores patria exulabat,non modò ho-
mines, verum & quæcunque inanimata. quæ iu-
uant argumentum Ioan. de Imola,per eum factũ
ex.l.j.§.quoties.ff. de iniur. dum ille tex. inquit,
funeri & cadaueri iniuriam fieri poſſe. Cui con-
formatur.§.j.Inſti.qui,& ex quib. cauſ.manumit
tere non licet. vti ſi aliquid in cadauer fiat,naſca-
tur iniuriarum actio. ſed hæc vera eſſe putes, in
his in quibus de iure pœna imponi poteſt. Ob id
Roma.in dicta.l.ij.C. qui teſta. facere non poſſ.
dicebat hanc cõmunem opinionem non obtine-
re in famoſo latrone,cuius cadauer poſt mortem
punitur. viuus enim famoſus latro ſuſpenditur,
deinde corpus exanimatum beſtijs quandoque
laniandum traditur. Alleg.ad id glo.in.l.ij.ff.ar-
bo.fur.cæſa. quæ mouetur ex.l. capitalium.§.fa-
moſos.ff.de pœn. Sed Roma. interpretationem
illius glo.ad dictum.§. famoſos.non admittit,&
bene,quãquam glo. moueatur ex dictione, etiã.
in illo.§.poſita,dum inquit ille tex. nonnulli etiã
ad beſtias hos damnauerunt. & prius tex.ille eos
furca figendos eſſe dixerat. quæ glo. interpreta-
tio ſi vera eſſet,videlicet vt poſtquam laqueo la-
trones ſuſpenſi ſunt,eorũ cadauera beſtijs ſubij-
ci poſsint.tex.ille ſingularis eſſet multũ,ſed opi-
nione Roma.hæc non fuit iuriſconſulti intentio.
veram autem illius. §. mentem hanc eſſe Roma.
47 affirmat † famoſos latrones furca figendos eſſe
in locis, quibus graſſati ſunt in ſolatium affiniũ.
& cognatorum interemptorum. Nonnulli autẽ
eos ad beſtias damnauerunt,non autem furca fi-
xerunt. Cæterùm pro gloſ. plura retulit Roma.
in.c. mulier. xv. q. j. vbi animal irrationale pro
crimine puniri poteſt: quanto magis corpus ho-
minis mortuum.puniri poterit. Secundò.c. quũ
ad monaſterium. extra de ſtatu mona. Vbi mona
chus qui poſt mortem proprium habere compe-
ritur,in ſterquilinio ſepelitur: & ſic pœna corpo
ri mortuo imponitur. Alios caſus illi ſimiles ad-
dunt Moder. Papien. in dicta.l.ij. C. qui teſta.fa-
cere poſſ.quibus reſpondent dicentes caſus illos
ſpeciales eſſe,ob id in conſequentiã non trahen-
dos.Pro opinione glo. præfati Papien. Moder.
citant.l.ij.ff.de cadauer.punito.quæ deportatos
ſepulturæ tradi non vult in ciuitate, niſi à princi-
pe conceſſum ſit. Et demum, inquit ille tex. pœ-
na etiam poſt mortem manet. quorum omnium
prius eis meminit Ioan.de Imo. in dicta.l. defun
cto.ff. de publi. iudi. Et Alexan. in dicta.l.ij. C.
qui teſta.facere poſſ. Secundò, Moder.Papien.
Fulgo.recedentẽ ab opinione Bald.in dicta.l.ij.
C. qui teſta. facere poſ. taxauerũt. pro Bal. alleg.
glo.in Clement.j. de pœniten. & remiſsio.in eo
maximè cum Fulgo. voluit in illa glo.intentionẽ
Bal. non probari. quod falſum eſſe dicunt:pro-
batur enim ſecundũ eoſdẽ Moder. in glo. ſuper
48 verbo,pœnitẽtiæ. † dum vult iudicẽ poſſe latro-
nem ſuſpenſum tenere poſt mortem ſuſpenſum,
& ſic poſt mortem pœnam addere. dicta.l. ij. ff.
de cadaue.punitor. ſed non puto verum,vt ob id
cẽſcatur noua pœna addi,ſed impoſitam tantùm
continuari ſeu remanere poſt mortem. dum ille
tex. inquit,pœna etiam poſt mortem manet. non
enim dicit pœnam etiã poſt mortẽ addi: vt gloſ.
expreſsit in dicta.l.ij.ff.arbor.fur. cæſa.dum ait,
poſtquam latrones furca fixi ſunt, cadauera eo-
rum beſtijs traduntur, & ſic cadaueri pœna addi
tur. Et hoc modo pœna pœnæ additur. Sed pro
glo.ſententia videre meo eſt melior tex. in.l.pœ
na parricidij.in princi.ff.ad.l. Pompe.de parrici
dijs.dum dicit,virgis ſanguineis verberatus, de-
inde in culeo inſuatur cum cane &c. & ſequitur
in text. deinde in profundum mare culeus iacte-
49 tur. Alioquin beſtijs ſubijciatur. † Nota illas di-
ctiones,deinde.&,alioquin. quæ demonſtrãt re
petitionem pœnæ etiam poſt mortem. Cui adde
§.alia. Inſti.de publi.iudi. Ex quibus verificatur
declaratio adiectionis pœnæ poſt mortem,clarè
oſtẽditur,dum ille tex.ait, vt omniũ elementorũ
vſu viuus carere incipiat, vt ei cœlũ ſuperſtiti &
terra mortuo auferatur. Similis eſt litera in.l.vni
ca,in fine. C. de his qui paren. aut liber.occider.
Et plerunque Gallia obſeruat, & à lictore iubet
inſignium latronum cadauera ſuſpenſa vel capi-
te truncata, membratim diuidi, & diuiſa in loca
vbi frequẽtius graſſati ſunt pendere. imitans for
ſitan illius glo. autoritatem,& dictæ.l. pœna par
ricidij. ſic dictũ.§.famoſos. interpretãtis. Ex his
non videretur alienum eſſe à ratione,ſi in grauio
ribus delictis permittatur corpori per ſententiã
condemnato poſt mortem pœnas addere:ſimili-
ter diſſonum à legis veritate eſſe non poteſt,ſi di
50 camus, † eum, qui ſibi mortem ſine iuſta cauſa,
ſed metu criminis conſciſcit,ſæuiendo in ſe, pro
confeſſo & condẽnato ſua ſentẽtia haberi, ac ve
luti in corpus damnatum,& pœna recte affectũ,
ſecundum.l. in metallum. C.de bonis proſcript.
&.l.in metallum.ff.de iure fiſc.ſi cadaueri pœna
imponatur. Et pro cõmuni obſeruatione facere
videtur dicta.l.fin.§.ſic autem diſtinguitur.ff.de
bo.eor.qui ante ſenten. &c. ibi,& merito ſi ſine
cauſa ſibi manus intulit, puniendus ſit. & prius
dixerat,Nam omnino puniendus eſt. qua autem
pœna ſit puniendus, non aperit ille text.ſed.l.o-
mne delictum.§.qui vulnerauit.ff. de re mili.ibi,
ſi nihil tale prætendat, capite puniatur. & in.l. ſi
quis aliquid.§.fin.ff. de pœn. ibi,capite punien-
dus eſt. Verũ illæ leges euitari poſſent. Loquun
tur enim in eo, qui conſciſcens ſibi mortem, ſe

tantùm gladio vulnerauit,facinus verò nõ pere-
git, & quũ viuus adhuc ſit, capite puniatur. non
autem de eo intelligatur qui ſacinus impleuit,&
ſua manu mortuus eſt, vt capite mortuus punia-
tur.Non videtur ergo mortuo pœnã infligendã
51 eſſe. † Cæterùm alia pœna imponi poterit,vide-
licet publicationis bonorum,ſeu alia pecuniaria
pœna:ſed nõ videtur hæc ſolutio bona eſſe: quũ
in grauioribus delictis plus perfectum ꝙ imper
fectũ delictũ puniatur.l.j.ff.de extraord.crimin.
quã Bal.poſt Petr. & Cinũ notat in.l. ſi quis nõ
dicã rapere.C.de epiſ.& cler.ſi ꝓ delicto imper-
fecto pœna capitis infligatur: quanto magis pro
perfecto grauior pœna imponẽda erit. Nec ob-
ſtat quod ſine lege dixit Ang.in dicta.l.ij.C.qui
teſta.ſace.poſ.ſatis ſua manu punitum eſſe qui ſe
occidit. Nã illi plurimũ aduerſatur.l. defunctis.
C.ſi reus vel accuſa.mor.fue.ibi,præterquã ſi ſi-
bi mortẽ conſciuerint. Ecce quomodo morte eo
rum crimen nõ extinguitur,& poſt mortẽ pœna
imponitur, verũ eſt publicationis bonorũ per illũ
text.vt dixi ſuprà:non autem de pœna corporis
inflictiua loquitur.ſimiliter &.l.fi.ff. de bo.eo.qui
ante ſenten.&c.in verſi.vt autem.in his verbis,ſi
eius criminis reus ſuerit: vt ſi dãnaretur morte aut
deportatiõe afficiẽdus erat.nõ ergo mortẽ conſi
derat, niſi ad effectũ cõſiſcatiõis bonorũ nõ etiã
delicti qualitatem attendit, ſi ex eo crimine mor
te aut deportatione eſſet condemnandus & ſua
condẽnatione puniendus,quia mortẽ ſibi conſci
uit: qm̃ id verũ eſt quoad bona ſua publicanda,
non autẽ ꝙ laqueo ſuſpendatur aut deportetur.
Poteſt etiam in argumentũ trahi, rubrica illius ti
tuli,quæ eſt,de bonis eorũ qui ante ſentẽtiã mor
tem ſibi conſciuerunt.quæ de bonis,nõ autẽ cor
pore mortui loquitur.Et hoc argumentũ à iure-
conſultis recipitur.l.imperatores.ff.de in diẽ ad-
iectio.Sed aduerte cõtra Petr.Cinũ,Ang.& cæ-
teros.l.ij.ff.de cadauer.punit. in argumentũ tra-
52 hi poſſe † ibi,pœna etiã poſt mortem manet,nec
licet eum inde transferre alicubi, & ſepeliri incõ
ſulto principe.ſi enim conſciſcens ſibi mortẽ,ſe-
cundũ autoritatẽ Ang.ſibi pœnam moriens iudi
cat laqueo forſitan vitã finiẽdo quaſi confeſſus
& ſuo iudicio condẽnatus, vt inquit illa.l.ſin. ff.
de bo.eo.qui ante ſenten. mor.ſibi conſci.pœna
à ſe indicta manere debet, nec liceret eum inde
transferre inconſulto principe aut iudice,quem-
admodũ neq; damnatũ à iudice : quoniã clarum
eſſet cadauer eſſe puniri, ſecũdũ interpretationẽ
Ang.Igitur in pœnã eius non liceret eum ſepul-
turæ tradere inconſulto pincipe: vt ſi non poſsit
noua pœna imponi,maneat tamen à ſe impoſita.
Secundò,ratio illius.l.fi.§.ſic autẽ.ff. de bo.eor.
qui ante ſenten.mor.ſibi conſc.ibi, qui enim ſibi
non pepercit: multo minus alij parceret,quæ re-
petitur in.l.quum autem.§.excipitur.ff.de ædili.
edic.& multum ad id iuuat. ex ea enim ſatis colli
gi poteſt vt is qui alteri non parcit, punitur lege
Cornelia,& ſic corpus ſuum afficitur pœna.ſimi
liter & fortiori ratione qui ſibi non pepercit aff
cit corpus ſuum pœna,quia morte delictum inci
pit naſci.c.tu dixiſti.ibi,talibus laqueum derelin
quit. &.c.ſi non licet. xxiij.q.v. Nec inficiantur
53 Pet.Cinus.& alij qui eum ſequuntur: † quin ſæ
uiendo in ſe delictum cõmittat.l.ſi.in princip.in
verbo,facti ſceleritatẽ.ff.de bo.eo. qui ante &c.
licet etiam dicant ipſum,pœnã à ſeipſo recipere.
Sed contra Ang.facit dicta.l.ij.C.qui teſta.face.
poſſ.in ſi.ibi, voluntaria morte ſuppliciũ anteue
nerit. Ecce quomodo mors quam ſibi quis con-
ſciſcit,non eſt illi pœna ſeu ſuppliciũ,ſed dicitur
mors voluntaria. Cui concordat.l.ſi quis filio.§.
eius qui.ff. de iniuſto, rup.& irri.teſta.ibi,Nam
eorum qui mori magis quàm damnari maluerint
ob conſcientiã criminis.& in fin.illius.§.ibi,vt ſi
quidã ob conſcientiã delicti militaris is mori ma
luerit.&.l.j.§.vſqueadeo.verſicu.filij verò.ff.de
iniur.quia in volentẽ nõ fit iniuria. Secundò,ex
aduerſo poſſet illa.l.ij.C.qui teſta.fac.poſ. aliter
ponderari,dum inquit,voluntaria morte ſuppli-
cium anteuenerit.vt velit ille tex. præſupponere
mortẽ illam voluntariam admittere poſſe & de-
bere nouũ aliud ſuppliciũ pati.Et eã poſſes ſub-
tiliter retorquere,vt quũ mors anteuenerit, ſup-
plicium ſit illa morte extinctum,per rationem.l.
defuncto.ff. de publi.iudi. Et titu.ſi reus vel ac-
cuſa.mor. fuer.vt ſubtiliter conſiderauit Petr.&
Cinus poſt eum, ſed ex ea cõſtat vnum quod eſt
54 contrarium dicto eorum, † dum dicunt conſci-
ſcẽtem ſua morte puniri, quoniã hoc eſt falſum.
ſed eſt illi mors ſolatium,& non ſupplicium,per
ea quæ dicta ſunt ſuprà ex illis verbis,voluntaria
morte ſuppliciũ anteuenerit. Ecce quomodo dif
fert mors conſcita(quæ voluntaria eſt)à ſuppli-
cio.& dicta.l. ſi quis aliquid.§.miles.ff.de pœn.
in verbo,gladio eruperit. Et in hac legum varie-
tate & opi. non eſſet malum tenere opi.doctorũ
communiter approbatam: pro qua induco vltra
prædicta,text.in.l. ſi pœna.ff. de pœni.ibi, quia
pœna conſtituitur in emendationem hominum,
quæ mortuo eo, in quem conſtitui videtur,deſi-
nit:licet praxis cõtrarium teneat & obſeruet. Et
bis in ſenatu Normaniæ,contra cõmunẽ docto-
rum opinionẽ vidi iudicare in conſciſcentes ſibi
mortẽ. ſed qui in illis iudicijs conuicti erant cri-
minis perduellionis rei inuẽti ſunt. In quibus de
iure dubium eſſe nõ poteſt.§. per cõtrariũ. Inſti.
de hæred.quæ ab inteſt.defer.l. Pantonius.§.rei
perduellionis.ff.de acqui.hære.l.ex iudiciorum.
55 ff. de accuſa. † & vnus qui nobilem inuitum ad
duellum excitauerat, in quo vterq; perijt,prouo
cans laqueo ſuſpenſus ſuit,ſecus ædes maioris tẽ
pli Rothomagi.ꝓuocatus verò traditus eſt Chri
ſtianæ ſepulturæ:qa nõ ex animo pugnãdi vel ex
cõducto pugnauerat,ſed prouocatus,tutatus eſt
ſe,prout inquit.c.j.&.ij.extra de torn. Alius aũt
caſus cõtigit è regione caſtri Rothomag.duorũ

gregariorum peditũ qui ſimiliter laqueo ſuſpẽſi
ſunt mortui. Alius autẽ caſus ſub ditione Fliſca-
nenſis abbatis contigit, de quodam qui vitam la
queo finierat: cauſa verò conſcitæ mortis ignora
batur: ille multis diebus in ea domo ſuſpenſus re
manſit. Et ſi cum cõmuni doctorũ opinione con
tra cõmunem praxim ſtare velis, dupliciter ad. l.
ſi quis aliquid. §. miles. ff. de pœn. reſpõdere po-
56 res. † Primò, vt in milite loquaẽ qui duplex de-
lictum ſæuiendo in ſe cõmittit. Primũ in rempu-
blicã. In pœnã enim deſertionis ſeu deſertæ mili
tiæ incidit, ſicut is qui languorẽ ſimulat, de quo
loquitur. l. omne delictum. §. exploratores. ff. de
re milita. Et propter eam confidentiam quam à
Republi. recipit, qua ex militia precioſior factus
eſt. qui cum vno. §. non omnis. ff. de re milita. Et
argumento dictæ. l. ſi quis filio. §. eius qui. ff. de
iniuſto, rup. & irri. teſta. Secundũ, quoniã deſer-
tioni delictum adiungit, vnde grauius punitur. l.
non omnes. §. qui deſertioni. ff. de re milit. quare
nec mirum eſt, ſi cum milite ſeuerius quàm cũ pa
gano agatur, quem princeps cõmilitonem appel
lat, in. l. j. ff. de teſta. milita. Sed hæc ratio non eſt
multùm concludens. & ideo tene quod dixi ſu-
prà ad dictum. §. miles. vt non intelligatur de eo
qui ſe occidit, ſed de eo qui animo ſe occidendi
manus in ſe conuertit, nõ autem homicidiũ per-
fecit, ſed viuus permanſit: in quem poteſt ſuppli
cium infligi, per ſuprà dicta. ſecus autẽ ſi ſua ma-
nu omnino perierit, cũ quo iudex nihil egit per
57 ſuprà dicta. † non inuenio legem quæ expreſſe
dicat, conſciſcentis cadauer ſuſpẽdi, vel aliter pu
niri debere, quod in criminalibus & maxime pœ
nalibus allegare ſufficit. l. iij. §. ſi ideo. ff. de præ-
uarica. l. ſi. in fine. C. de conſuli. lib. xij. §. optimũ.
verſi. ſicut enim. in authent. de non eligen. ſecun
do nuben. colla. j. de publicatione bonorum nõ
eſt dubium per ſuprà dicta. Et hũc articulũ Bal.
in dicta. l. ij. C. qui teſta. face. poſſ. dixit arbitrio
iudicum relinquendum, motus cõmuni ratione
iudicum, qua dicunt ſibi mortẽ conſciſcẽtes cor-
pus ſuũ ſeruũ pœnæ facere per dictã Clemẽ. j. de
pœniten. & remiſ. quæ non probat. Et in hoc cũ
Rapha. Fulgo. cõuenio, quicquid dicãt Moder.
nec obſtat quod in Fulgo. inſurgentes dixerunt
probari dictum Bal. in glo. dictæ Clemen. in ver
bo, pœnitentiæ. Primò, quoniam verbum nullũ
facit de eo qui ſe occidit, an debeat poſt mortem
puniri. Et minus probat quod arbitrio iudicis re
linquendũ ſit. Secundò, illa glo. de cõdemnato à
iudice ad furcas tantùm loquitur, vt illi non de-
beat poſt mortem ſepultura denegari, ſi petatur,
per dictam. l. ij. ff. de cadauer. punito. ſed nullam
de eo mentionẽ facit, qui ſibi mortem conſciuit,
quiꝗ reus ſuo iudicio factus es, cui per eccleſiã
ſepultura denegatur, dicto. c. ſi non licet. cum tri
bus. c. ſequen. præſertim. c. placuit. xxiij. q. v. Et
58 minus tex. illius clemẽ. probat, † quæ de iudici-
busſecularibus tantùm loquitur negantibus à ſe
morte damnatis ſacramentũ pœnitentiæ. contra
quos illa Cle. inſurgit, & bene. Imo plus in caſu
per Bal. figurato in dicta. l. ij. qui eſt de eo qui à
parentibus intoxicatus eſt in carcere, vel eo qui
ſe intoxicari fecit, vt pœnã criminis euitaret: non
aliter manum in ſe mittens, vt in iudicis arbitrio
ſit. Ego habeo tex. in contrarium in. l. ſi. C. de ma
lefic. & mathe. vbi ſæuientẽ in eum punit capite.
ibi, aut clãdeſtinis ſupplicijs etiam manifeſtũ reũ
maleficæ artis oppreſſerit, vltimũ ſupplicium nõ
euadat. Nec in illo text. dicitur eũ qui ſe occiſus
eſt vltra puniri: fateor ex illo tex. eo genere mor-
tis occiſum bona ſua publicare: & ſi crimen pro-
pter qđ detinebatur, atrox erat, hæredibus quæ-
cunꝗ defenſio denegabitur. Caſus eſt. l. ij. in. j.
reſponſo. ff. de bo. eor. qui ante ſentent. mor. ſibi
conſci. Et ſic cum Roma. poteſt dici dictũ Baldi
iure non probari & ſufficere hoc allegare, vt in-
quit Roma. ponderãs ad id. l. j. §. expilatores. ff.
de crimine expila. hæred. Ex his vides cõmunem
totius ſcholæ legiſtarũ opi. pugnare contra com
munẽ iudicũ obſeruantiam. Rectus iudex eligat
vtram earum amplecti deſideret.

59 Nunc reſtat † alius articulus prioris diſtin-
ctionis, quum is qui ſibi mortẽ conſciuit, nondũ
accuſatus erat, neꝗ in crimine deprehenſus: an
poſt mortem aliqua pœna corporis inflictiua da
mnari poſsit, an etiam publicatione bonorum.
Conſecutiua huius eſt altera, an is qui abſque iu-
ſta cauſa ſibi mortem conſciuit, nondum de cri-
mine accuſatus vel deprehenſus, ſuſpectus ta-
men de crimine inteſtatus vel inteſtabilis dece-
dat. Tertiò, an fiſcus vel hæredes defuncti pro-
babunt metu criminis mortem conſcitam fuiſſe.
ſingulas quæſtiones videamus.

Circa primã, gl. parua in verb. in reatu. in. d. l.
fi. §. ſi. ff. de bo. eo. qui añ ſent. &c. quã Bar. illhic
ſequiẽ, videtur per illũ tex. velle vt quãuis is, qui
in ſe audet manus inijcere, accuſatus nõ ſit, vel in
crimine deprehenſus, ſed ſolũ de crimine ex alia
cã ꝙ ea qua deprehẽſio vel accuſatio eſt de crimi
ne ſuſpectus eſt poſsit mortuus accuſari, et cõtra
eũ ad effectũ cõfiſcandorũ bonorũ ꝓcedit: in eo
tñ fiſcus ꝓbabit metu criminis hoc feciſſe. Et gl.
& Bar. verbũ illius tex. in reatu. ſic exponunt, id
eſt, in ſuſpicione reatus. Ego verò nõ puto verũ
eẽ ſolã ſuſpicionẽ nõ deprehẽſi vl' accuſati de cri
mine ſufficere, ſed añ plura cõcurrere dñt ꝙ huic
Senatuſcon. locus eẽ poſsit. Quãuis hic tex. face
re videaẽ ꝓ Bar. in his verbis, metu criminis im-
minẽtis q̄ repetunẽ in. d. l. ſi. in. prin. ff. de bo. eo.
60 qui añ ſentẽ. &c. † Ad quæ rñdeo nõ poſſe dici
crimẽ eſſe imminẽs, niſi reus accuſatus ſit, vel in
crimine deprehẽſus. Et tex. eſt clarus in. d. l. fi. in
primis verbis legis. ff. de bo. eo. qui ante ſen. &c.
dũ inquit, qui rei poſtulati vel q̄ in ſcelere depre
henſi metu criminis imminentis mortem ſibi cõ-
ſciuerunt, hæredẽ non habẽt. & ſic nõ niſi depre
hẽſi vel accuſati dicunẽ metu criminis cõſciſcere
ſibi

ſibi mortẽ. Ratio illius primi dicti ponit̃ in ver-
ſic. ſeq. in quo fit repetitio illius prioris reſpõſi,
videlicet, qui rei nõ poſtulari manus ſibi inſerũt,
bona eorũ non confiſcant̃. & demũ ratio ſubiun
gitur: non enim (inquit ille tex.) facti ſceleritatẽ
eiſſe obnoxiam, ſed conſcientiæ metũ. Ex qua ra
tiõe iurecõſultus ſtatim infert: ergo aut poſtulati
eſſe debent, aut in ſcelere deprehenſi. & ſic nõ ſo
la criminis ſuſpicio poteſt bonorũ publicationẽ
operari. nec mouere debet glo. & Bar. interpre-
tatio ad verbũ, in reatu. dum per glo. exponitur,
id eſt, in ſuſpicione reatus, q̃m illi lex expreſſe cõ
tradicit, in verſic. vt autem diuus. in quo [illegible] niſi
reum poſtulatũ, vel in crimine deprehenſum, in
reatu eſſe dicit, dum ait eum qui in reatu mortem
ſibi cõſciuit, publicare bona: ſed nõ niſi accuſati
aut deprehenſi bona ſua fiſco inferunt. Igitur nõ
niſi accuſatus aut deprehẽſus in reatu eſt, per illũ
tex. & l. is qui reus. ff. de publ. iudi. & in. l. vnica.
§. fraudis. ff. de port. quæ lib. damna. ibi, ſi non in
reatu, ſed in deſperatiõe rerũ per cõſciẽtiã metu
imminentis accuſatoris quis adoptet. Accurſius
illhic directe hæc verba, in reatu. cõtra expreſſam
61 illius. l. mentẽ interpretatur. † Plus addo, nõ eſſe
bona conſciſcentis ſibi mortẽ publicanda, & mi
nus corpus puniendũ, quantũcunque de crimine
ſuſpectus ſit, niſi ſimul conueniant quodã conte
xtu ea quæ in. l. j. C. de bo. eo. qui mor. ſibi cõſci.
explicantur. Primũ, conſcientia delati criminis.
Secundũ, admiſſi, id eſt, cõmiſſi criminis. Tertiũ
metus futuræ ſentẽtiæ. Quartũ additur in. d. l. ij.
C. qui teſta. fac. poſ. metus futuræ pœnæ, quæ ſci
licet ex ſentẽtia procedere debet. Quæ omnia in
d. l. fi. ff. de bo. eo. qui ante &c. exponunt̃ primò
dum in capite. l. dicit̃, metu poſtulati criminis vel
in ſcelere deprehenſi. in verſi. vt autẽ. addit, vt ſi
dãnaret̃ morte aut deportatione afficiẽdus eſſet.
Secundò, dum in. §. fi. eiuſdẽ. l. vult fiſcum teneri
ad probandũ crimen: quũ inquit, nec prius bona
in fiſcũ cogẽda ſũt, q̃ ſi de crimine fuerit ꝓbatũ.
Hic tñ nouiſſimus articulus in maximã diſputa-
tionẽ cõuerſus eſt in genere ꝓbatiõis, id eſt, qua
liter probari debeat. quãuis ille tex. clarus ſit, va
rias tñ docto. opi. breui expediã. In primis Petr.
62 & Cin. in. d. l. ij. C. qui teſta. fac. poſ. dicũt † pro
batã eſſe plus ſatis innocentiã defuncti, ſi p fiſcũ
ſeu accuſatores vel delatores crimẽ probatũ nõ
eſt. hoc dixit etiã glo. in illa. l. ij. in verbo, ꝓbatio
nibus. in prin. glo. & in. d. l. fi. §. fi. in verbo, pro-
batum. Pro Petr. eſt tex. in. l. ſi. C. de iure fiſ. lib.
x. ibi, niſi poſt publicã accuſationẽ eos cõſtiterit
fuiſſe conuictos. eadẽ verba aut illis ꝓxima ſunt
in dicta. l. fi. §. fi. ff. de bo. cor. &c. ibi, non eſſe bo
na publicanda, niſi de crimine fuerit probatum.
& in primo reſponſo illius. §. ibi, nec bona prius
in fiſcum cogenda, quàm ſi de crimine fuerit pro
batum. Nec obſtant alia verba poſita in eodẽ. §.
ibi, & innocentem defunctũ oſtẽdere, audiendi
ſunt. ſimiliter in dicta. l. ij. C. qui teſta. face. poſſ.
ibi, eiuſq; innocentia liquidis probationibus cõ-
mendari poteſt. quæ intelligunt̃ probatione per
accuſatorẽ vel fiſcũ prius de crimine facta, vt di-
ctum eſt: vel ſi non vult probationẽ accuſatoris
vel fiſci expectare, ſed vltro onus probationis ſu
ſcipere velit, quãuis ei neceſſitas non incumbat,
per ſuprà dicta, ſi tamen neceſſitatẽ probãdi ſibi
impouat, de innocẽtia defuncti cõfiſus, vt inquit
l. ſororẽ. C. eo. & l. Pantonius. §. rei perduellio-
nis. ibi, cui de patris innocẽtia liquet. & l. quum
quidã. §. ſcientia. & §. fi. ibi, ſi certus ſum nõ eſſe
falſum. ff. de acq. hæredit. l. circa. ff. de probat. &
l. cui neceſſitas. ff. de liber. cauſa. probare tenebi
63 tur. Tamen ſi in probatione deficiat, quia de do-
mo accuſatoris probatio procedere debet. l. qui
accuſare. C. de eden. ſi aliter conuictus non eſſet
defunctus, non putarem eum pro cõuicto haben
dum, per dictã. l. fin. C. de iure fiſ. lib. x. quæ vult
eos debere conuinci & probationibus ſuperari,
dicta. l. ſin. §. ſi. ff. de bo. eo. qui ante &c. l. in frau
dem. §. eius bona. j. ff. de iure fiſ. ibi, non ante ad
fiſcum coguntur q̃ prius conſtiterit cuius crimi-
nis gratia manus ſibi intulerit. & in. §. ſeq. vult
admiſſum eſſe flagitium. Alioquin non publica-
bimtur. nec. l. fi. §. ſin. ff. de bo. eo. qui ante &c. &
l. ij. C. qui teſta. fac. poſ. hæredibus probandi ne-
ceſſitatem imponunt: ſed ſi vltro ſe offerũt liqui-
dis probationibus de innocentia defuncti doce-
re, audiẽdi ſunt. q̃uis Bal. in dicta. l. fi. C. de iur.
fiſ. lib. x. dicat ad effectum bonorum confiſcan-
dorũ ſufficere aliquẽ accuſatũ fuiſſe, p. d. l. fin. ff.
de bonis eorum qui ante ſentent. mort. &c. quæ,
vt vides, hoc non probat, ſed quatuor ſuprà re-
lata vult quodã contextu concurrere. Plus Cin.
64 poſt Dinum in dicta. l. ij. C. qui teſtamen. facere
poſſ. † dicit in crimine læſæ maieſtatis vel hæ-
reſis, in quibus memoria poſt mortẽ dãnari põt,
vt dixi, ſi hæres vult innocentiã defuncti defende
re, accuſator nõ excuſabitur, quo minus accuſa-
tionẽ probet. Hæres etiã defunctũ purgabit: nec
antè fiſcus bona vendicare poterit. l. res quæ. §. j.
ff. de iure fiſ. quanto magis in alijs criminibus di
cendũ eſt: quanquã ſi accuſatus de crimine læſæ
maieſtatis viuens eſſet, & accuſator in ꝓbatione
deficeret, adhuc tñ purgare ſe tenetur ex ſingula-
ri illius criminis prærogatiua. l. fi. C. de abol. ibi,
quàm reum ad purganda quæ negat debet vrge-
re. Similis caſus in authent. nouo iure. C. de pœ.
iudic. qui male iudicauit. Et ꝓ opi. Dini & Cini
bene facit. d. §. rei perduellionis. ibi, cui de pa-
tris innocentia liquet. Ego autem in crimine per
duellionis dubitarem propter. l. ſin. C. de bo. eo.
qui mor. ſibi conſc. ibi, ſi non perduellionis cau-
ſam ſuſtinuerñt. alioquin per illum text. videtur
probari intẽtio Cini & Dini in alijs criminibus:
q̃m illa. l. fi. nõ ſolũ deſiderat reum in reatu eſſe,
ſed q; poſtquã in reatu erat, ob metum criminis
mortem ſibi conſciuerit. aliàs, inquit ille tex. bo
65 na ſua ad ſucceſſores tranſmittet. † Et ſic dicenti

cõtra accuſatum vel poſtulatum, quòd metu cri
minis hoc fecerit: incumbit onus probãdi per ſu
prà dicta. Bar. tamen in dicta.l.fi.§.fin. ff. de bo.
eorum qui ante ſenten.mor.ſibi conſci.aliter di-
ſtinguit, et diſtinctioni eius ſe ſubſeribit Ioan.de
Pla.in dicta.l. fi.C. de iure fiſci. lib.x. dicit enim
Bar. Aut is qui ſe occidit accuſatus vel depreben
ſus eſt de crimine: & habetur pro confeſſo, dicta
l.finali.in princip.& probat hæres & non fiſcus.
Et ratio, ſecũdum eum, eſt: quia ex illa tacita con
feſsione habet fiſcus ſuam intentionem funda-
tam, quæ transfert onus probandi in hæredem.
Si verò non erat reus accuſatus ſeu poſtulatus,
vel in crimine deprehenſus, ſed tantùm leuiter ſu
ſpectus: & probat fiſcus, non hæres. ponderans
verbum, in reatu. poſitum in illo.§.fin. quod ver
bum, vt dixi ſuprà, directe probat oppoſitum:
quoniam illa verba intelliguntur de eo qui accu
ſatus eſt, vel in crimine deprehenſus, dicta.l.fin.
§.vt autem. ff. de bo.eorum.&.l.finali.in princi.
C.eodem. Et vltra ſuprà relata habes text. quem
puto difficiliter poſſe euitari, in dicta.l. vnica.§.
fraudis.ff.de port.quæ liber.damna.ibi, etiam ſi
non in reatu, ſed in deſperatione rerum per con-
ſcientiam metu imminentis accuſatoris quis ad-
optet. qui textus clare probat expoſitionem per
me datã ad illa verba, in reatu. & colligitur vnũ
66 ex illo tex. quod ſuprà notaui, † differre cõſcien
tiam habere criminis non delati, & criminis iam
delati, ſeu metum futuræ pœnæ, vel ſententiæ
delati criminis.l.j. C. de bonis eorum qui mort.
ſibi conſci.ibi, ſi nullo delati crimine. Secundò,
obſtat.l. ſina.C. de iure fiſci. libr.x.ibi, niſi poſt
publicam accuſationem eos conſtiterit eſſe con-
uictos. Et additur ab omnibus ad illum text. &
condemnatos.dicta.l.res quæ.in princi.&.l.eius
qui delatorem.in princip.ff. de iure fiſci.vbi igi-
tur conuicti non erunt ſatis de innocentia eorum
conſtabit.oportet enim de ſcelere conſtare, vt di
cam in.§.ſequen. per illum text. Et ſi vis illam.l.
fin. C. de iure fiſci.lib.x.euitare, potes dicere plu
res & diuerſas interpretationes illam legem ad-
mittere, quas illuic glo. Bart. & alij referunt. Ex
prima lectura non obſtaret, quia lex intelligere-
tur de eo qui ſua morte naturali & non violenta
deceſsit, iuxta.l.eius qui.et.l.qui à latronibus.ff.
de teſtamen.l. ſi quis filio.§.hi autem.&.§.quod
ſi quis.ff.de iniuſto, rupto, & irrito teſtamen. Ex
ea probatur morte extinctum eſſe delictum, niſi
viuens conuictus & condemnatus ſit. in crimi-
nibus exceptis non reciperetur hæc interpreta-
tio: quoniam memoria poſt mortem eorum da-
mnari poteſt, dicta.l.ex iudiciorum.ff.de accuſa.
dicta.l.ſi quis filio.§.quod ſi quis.dicam in.l.ne-
ceſſarios.§.non aliàs.&.l.pen.infrà eodem.

67 Secunda eſt, † vt intelligatur de criminibus
exceptis, vt bona ab hæredibus non auferantur,
niſi ſecuta condemnatione in defunctum, dicta
l.ex iudiciorum.&.§. per contrarium. Inſtitu.de
hæred.quæ ab inteſta.deferun. verum eſt, niſi hæ
res de innocentia defuncti confidens, vt inquit
dicta.l.Pantonius.§.rei perduellionis.ff.de acq.
hæredita.velit innocentiam defuncti probare, di
cta.l.res quæ.in princi.ff.de iure fiſci.quæ in cri-
mine læſæ maieſtatis loquitur.

Tertia eſt, vt intelligatur de eo qui poſtquam
accuſatus ſeu delatus erat de crimine, cõſciuit ſi-
bi mortem. Et non ſufficit eum fuiſſe accuſatum,
ſed oportet eum de crimine conuinci, etiam poſt
mortem, & condemnari. Et illa lex in hac tertia
interpretatione diligenter conſideranda eſt in di
ctione niſi. quæ ſui natura priuatiua eſt.l. ij.vbi
Moder. C.de bono. poſſeſ.ſecundum tabul.ibi,
non niſi. Per Bart.in.l.diuus.per illum tex.ff.de
68 petit.hæred.ſed in illa.l. finali dicitur, † nequa-
quam filio bona competere, niſi poſt publicam
accuſationem eos conſtiterit eſſe conuictos. Et
hanc tenendo obſtat.l.fina. §.j.ff. de bon.eorum
qui ante ſentent. mortem ſibi conſci. dum dicit,
conſciſcentem ſibi mortem haberi pro confeſſo
& condemnato. prout meminit Bar.in ſua diſtin
ctione, & ſecutus eſt Ioan. de Pla.vt dixi, verum
eſt probato prius crimine, per quam probatio-
nem conſtet de commiſſo ſcelere. Secundo et hæ
res innocentiam defuncti defendere vel excuſa-
tionem pro eo proponere non vult, vt dicebat
Bal.in dicta.l.ij. C.qui teſta.face.poſ. Et probat
optime hæc reſpõſio in dicta.l.res quæ.§.j.ff. de
iure fiſ. quæ in crimine læſæ maieſtatis, quod eſt
crimẽ exceptũ, vt dixi, plenius loquitur. ſimiliter
l.in fraudẽ.§.eius bona.eo.tit.ff.de iure fiſ.l.j.C.
de bo.eo.qui mor.ſibi conſci.l.ij.C.qui teſta.fa-
ce.poſ. Præſertim quum non conſideratur facti
ſceleritas, ſed conſcientiæ metus. dicta.l.ſi. §.j.ff.
de bo.cor.qui ante ſenten.mor.ſibi conſci.

69 Addo prædictis nõnulla illis ſimilia. † Regu-
lariter enim accuſatus de crimine, fugiẽs poſt ac
cuſationem reddit ſe taliter de crimine ſuſpectũ,
vt præſumatur tacite crimẽ cõfiteri.l.cõſiliarios.
ſecundũ vulgarẽ interpretationẽ. C.de aſſeſ. no-
tatur plene in.l.admonẽdi.ff. de iureiur. Dicã in
l.lege Cornelia.in prin. infrà eo. Et tamẽ exami-
nari debet innocentia fugitiui & abſentis nõ ob-
ſtãte eius abſentia.l.abſentẽ.in princ.ff.de pœn.
l.in eos.ff.de cuſto. reo. etiã ſi ille fuginuus effra
cto carcere aufugerit, per illũ tex.& vbi de inno
centia conſtabit, nõ punietur, niſi de effracto car
cere. Similiter dicendum eſſe videtur in hac ficta
confeſsione, & maxime quia oportet cõſtare ad-
miſſum eſſe delictum.§.illud. infrà ea.l.&.l.eius
qui delatorem.in prin.ff.de iure fiſci.neque reus
aut eius hæres teneatur aliter innocentiam pro-
bare, dicta.l.ij. C.qui teſtamen. facere poſſ.ibi,
eius innocentia liquidis probationibus commẽ-
dari poſsit. Non autem dicit, quòd neceſſe ha-
70 beat. † Verum eſt, niſi contra defunctum à fi-
ſco vel accuſatore probatum eſſet crimen: tunc
hæres neceſſe habet innocentiam defuncti liqui-
dis pro

dis probationibus oſtendere, ſi non vult bonis
defuncti priuari. hoc vult dicta.l. finali. §. finali.
ff. de bo. eorum qui ante ſenten. mor. ſibi conſci.
ibi, an ſi parati fuerint hæredes cauſam ſuſcipe-
re, & innocentem defunctum oſtendere. Et in fi-
ne. §. idem ordo clarius ſole exprimitur, quum
quæſtioni factæ in capite illius. §. reſpondet, an
decedente reo in reatu, & conſciſcente ſibi mor-
tem, publicētur bona. Reſpondet, ſi parati ſunt
hæredes defenſionem ſuſcipere, non eſſe publi-
canda, niſi de crimine fuerit probatū. Ecce quo-
modo ꝓbatio criminis debet eſſe præambula, li-
cet de crimine accuſatus cōſciſcat ſibi mortē poſt
accuſationē. & in. d. l. in fraudem. §. eius. ff. de iu
re fiſci. quæ non poteſt euitari. Sed id verum eſt
hæredibus defenſionem ſuſcipere volentibus de
morte defuncti, pariter & de crimine, dicta. l. res
quæ. §. j. ff. de iure fiſc. Ex his facilis patet reſpon
ſio ad dictum Barto. dum dicit ex illa. l. finali, in
princip. ff. de bon. eorum qui ante ſentent. &c.
71 vt † habeatur pro confeſſo is qui conſciſcit ſibi
mortem accuſatus de crimine. verum eſt hærede
nolente defenſionem defuncti ſuſcipere, dicto
§. fin. & apertius in dicta. l. res quæ. §. j. ff. de iure
fiſci. quæ vult prius condemnationem interueni
re quàm bona rei criminis læſæ maieſtatis diſtra
hi poſsint, hærede ſcilicet parato innocētiam de-
functi purgare. Idem in dicta. l. Pantonius. §. rei
perduellionis. ff. de acquiren. hæred. & dicto. §.
per contrarium. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt.
deferun. dicta. l. ſi quis filio. §. quod ſi quis. ff. de
iniuſt. rup. & irri. teſta. Dicam in dicta. l. neceſſa-
rios. §. non aliàs. infrà eodem. Et ideo verbum,
confiſcentur. in dicta. l. ij. C. qui teſta. facere poſ.
intelligetur ſecuta ſententia, hærede (vt dicit illa
l. in princi.) volente de innocētia defuncti oſten
dere, vel (vt dixi) defenſionem ſuſcipere. Quæ
omnia fortiori ratione contra fiſcum procedunt:
quoniam in dubijs contra eum interpretatio fie-
ri ſolet. l. non puto. ff. de iure fiſci.

Prædictis addo aliud & ſecūdum argumentū
72 non † poſſe, neque debere, plus tacitum quàm
expreſſum operari. l. qui ad certum. ff. loca. & cō
duc. præſertim in criminalibus, vbi omnia debēt
liquidò conſtare. l. finali. C. de probatio. & dicta
l. eius qui delatorē. ff. de iure fiſci. ſed confeſsio
alicuius accuſati de crimine quodcunque ſit, niſi
aliter quàm per confeſsionem accuſati de crimi-
ne conſtet. & quod ſcelerate crimen admiſſum
ſit, ex confeſsione ſua damnari non poterit. l. in-
de Neratius. §. finali. & l. ſequen. ff. ad. l. Aquil.
l. j. §. fi. ff. de quæſtio. Dicam in. §. ſequen. vbi eſt
clarus tex. Sed conſciſcens ſibi mortem poſt ac-
cuſationem habetur ſolū pro ficte confeſſo: non
autem quòd dici poſsit verè confeſſus crimen.
Hoc probat ille text. in his verbis, In reo veluti
confeſſo teneri placuit. igitur &c. & quod ſub-
iunxit Bart. probari in illa lege haberi pro con-
demnato: illa. l. fina. communiter ad id allegata
hoc expreſſe non dicit: verum eſt autem illum
tex. in dicta. l. fi. §. ſic autem. ff. de bo. cor. &c. fa-
73 cere quæſtionem, † an is qui ſibi manus intulit,
& non perpetrauit, debeat, quaſi de ſe ſentētiam
tuliſſet, puniri. Et reſpōdet, nam omnino punien
dus eſt. Non autem dicit, pro iudicato habeatur,
& pœna criminis quo accuſatus erat, puniatur.
Et iſtud eſt verus intellectus illius. §. fina. Ob id
dico in ea non bene probari intentionem Bart.
quicquid ipſe dicat. Si igitur expreſſa confeſsio
non ſit ſufficiens ad pœnam, niſi prius de cauſa
conſtet: quanto magis eſt in ficta confeſsione di
cendum, quæ ex conſcita morte tantùm reſulta-
re videtur. In ſimili eſt. l. abſentem. ff. de pœnis.
quam tu diligenter nota.
74 Addo aliud huic non diſsimile: † Accuſatus
de crimine antequam poſsit carceri mancipari,
oportet prius iudici de crimine conſtare, deinde
eo incarcerato debet apud acta audiri & exami-
nari, vt publico teſtimonio ab eo crimen cogno-
ſcatur, & eo cognito puniatur. quæ ab expreſſo
pro forma ponuntur in. l. ſi quis in ea. C. de cu-
ſtod. reor. & per glo. in. l. j. ff. de cuſtod. reor. &
in. l. ij. C. quorum appellat. non recipi. Sed reus
præueniendo iudicem in examine ſuo, conſci-
ſcendo ſibi mortem, vt inquit. l. ij. C. qui teſta-
men. facere poſſunt. in verbo, anteuenit. non po-
teſt in plus iudicem releuare, quàm quòd viuus
potuiſſet, videlicet poſt probatum crimen exci-
tari à iudice ad confitendum: ſed quum factum
eius interogari non poſsit, probato prius crimi-
ne, mors illa conſcita loco confeſsionis tantùm
eſſe debet. Et ſi iure ordinario antequam ad exa
men accuſati perueniatur præcedere debet accu-
ſatio, & quod iudici crimē probetur, eo ſic apud
eum probato audire accuſatum, vt confiteatur.
75 Igitur † etiam antequam poſsit illi tacitæ con-
feſsioni locus eſſe ad hoc vt effectum confeſsio-
nis conſequatur, oportet vt iudici de crimine
cōſtiterit, dicta. l. ſi quis in ea. C. de cuſtodia reo-
rum. ibi, auditus apud acta quum de admiſſo
conſtiterit, carceris pœnam ſuſtineat, atque ita
poſtmodum eductus apud acta audiatur: quæ
omnia præambula confeſsionis rei accuſati eſſe
debent: quanto magis in ficta confeſsione con-
ſtare debet prius de crimine quàm pro confeſſo
habeatur, per ſuprà dicta. Et ad id facit textus
indubius dictæ. l. in fraudem. §. bona. verſiculo,
eius. ff. de iure fiſci. ibi, non antè ad fiſcum cogan
tur, quàm prius conſtiterit cuius criminis gratia
manus ſibi intulerit. Et ſic lectura tertia illius le-
gis finalis. C. de iure fiſci. libro decimo. verifi-
catur in dicta. l. in fraudem. & in dicta. l. prima.
C. de bonis eorum qui ſibi mortē conſciuerunt.
in princ. quæ lex, in fraudem. euitari non poteſt.
76 Addo & aliud ex prædictis. † Si verum eſſet
per ſolam delationem, eum qui ſibi mortem con

ſciuit, pro confeſſo haberi, abſque eo quòd ali-
ter de crimine conſtet, hæredibus volentibus de
fenſionem defuncti ſuſcipere, ſequerentur duæ
fictiones in eodem capite, quæ nō videntur mi-
hi in criminalibus poſſe admitti: quia vix in cri-
minalibus recipiuntur.l.j.C. de dot. promiſ.Pri
ma fictio eſſet, vt ſola delatio ſuccederet loco
probationis criminis, quàm à ratione alienum
eſſet, ex prædictis perpendi poteſt. Secunda,
tacita illa confeſsio quæ ex conſcita morte præ-
ſumitur, haberet vim conuictionis, quæ (vt di-
xi) neceſſaria eſt, dicta.l. finali. C. de iure fiſci.
libr.x. quas ſpecialitates nō admittūt leges ſuprà
allegatæ. imò plus in verè cōfeſſo, vt dixi, ſola cō
feſsio non eſt ſufficiens, niſi de crimine conſtet,
vt dicam in.§.ſequenti. & de eo pronuncietur di
cta.l.eius qui delatorem.§.j.ff. de iure fiſc. quam
ad id Bart. illhic dicit non eſſe alibi.

Ex his igitur dico, antequam publicari poſ-
ſint bona eius qui manus violentas in ſe iniece-
77 rit ſe occidendo, hæc deſiderari. † Primò, quòd
hæredes innocentiam defuncti defendere, aut ex
cuſationem pro innocentia proponere nolint,
poſt accuſationem vel delationem criminis viuo
defuncto factam, dicta.l. res quæ.§.j.ff. de iure
fiſci. &.l.ij.C. qui teſta. facere poſſ.l.finali.§.fin.
ff. de bon. eorum qui ante ſentent. &c. Secundò,
quòd crimen, cuius metu dicitur quis ſibi mor-
tem conſciſſe, ſuo iudicio bona publicet, dicta
l.finali.§. vt autem.ff. de bon. eorum qui ante ſen
tent. mortem &c. Tertiò, vt probetur crimen,
cuius metu dicitur mortem ſibi conſciſſe, admiſ
ſum fuiſſe, dicta.l.fina.§.finali.ff. de bon. eorum
qui ante ſentent. mort. &c.l.j.C. de bon. eorum
qui mortem ſibi conſci. dicta.l.ij.C. qui teſtamē.
facere poſſ. dicta.l. in fraudem.§. bona.ff. de iure
fiſci. quas ſuprà annotauimus. Quartò, quòd
metu futuræ ſententiæ, & pœnæ procedentis ex
ſententia, ſi eo viuo lata fuiſſet, hoc fecerit, dicta
l.j.C. de bon. eorum qui ante ſenten. mortē &c.
dixi ſuprà. Quintò, vt ſentētia declaratoria inter
cedat conuictionis & publicationis, dicta.l. res
quæ.§.j. &.l. eius qui delatorem.ff. de iure fiſci.
Et omnes Doctores ad verbum, conuictos. po-
ſitum in dicta.l.finali.C. de iure fiſci. libr. x. ad-
dunt, & condemnatos. ſecundum enim Angelū
illhic et omnes, requiritur etiam facti declaratio.
Plenius declarabo in dicta.l. neceſſarios.§. non
aliàs. infrà eodem.

Ad tertiam quæſtionē ſuprà propoſitā venien
78 dum eſt, † An talis conſciſcens ſibi mortem me-
tu criminis nōdum delati, inteſtabilis ſit, aut pro
inteſtabili haberi debeat: quoniam dictum eſt eū
puniendum eſſe, dicta.l. ſi quis aliquid.§. finali.
ff. de pœn. & alijs ſuprà notatis. Et vt præcedens
quæſtio vtilior reddatur, Pone in caſu per Petr.
recitato in dicta.l.ij.C. qui teſta. face. poſ. qui fre
quens eſt in Normania, in qua conſuetudine ſeu
diutino vſu archiepiſcopus & epiſcopi omnimo
dam bonorum mobilium ab inteſtato deceden-
tium diſpoſitionem ſibi competere contendunt,
An archiepiſcopus Rothomagenſis aut alius ex
epiſcopis Normaniæ ſub obtentu talis conſuetu
dinis, vel aſſueti vſus de bonis conſciſcentis ſibi
mortē tanquam inteſtati diſponet, an verò fiſcus
tanquam ſcelerati hominis & inteſtabilis. Addo
illi non diſsimilem & paulò minus vtilem & con
ſecutiuam primæ: Cōſciſcens ſibi mortem facto
prius teſtamento deceſsit: an teſtamentum eius
ad cauſam inteſtati reducetur, an verò vt inteſta-
bilis iudicandus erit. Quæ autoritate huius.§. ab
ſolute videntᷓ in fine eiuſdē, ibi, eius teſtamentū
79 aperiri & recitari, mortis caſus nō impedit. † Et
ſemel Rothomagi obtulit ſe caſus in quodam ca
nonico inſignis maioris eccleſiæ, qui ſe nō metu
criminis, ſed pudore æris alieni laqueo ſe ſuſpen
dit. cuius meminit.l. in fraudē.§. eius bona, ij. ff.
de iure fiſ. Et idem ſæpius Florētinis cōtingit, vt
inquit Cin. in dicta.l.ij. C. qui teſta. face. poſ. &
in dicta.l.j.C. de bo. eo. qui mor. ſibi cōſci. Ille à
cōcanonicis mortis genus ignorātibus in ipſo tē
plo inhumatus, demū detecta mortis forma exhu
matus eſt, & prophanæ ſepulturæ traditus. De
bonis tandē quæſtio facta eſt inter archiepiſcopi
Rothomagen. œconomū & hæredes mortui, vo
lentes mortis defenſionē ſuſcipere, ꝓcuratori fi-
ſcali contendēte in vim cōſuetudinis Normaniæ
bona fiſco proſcribi. Cæterū breui quæſtio abſo
luta fuit. Nam cōpertū extitit canonicū illū mole
æris alieni, præſertim ipſius eccleſiæ cuius prouē
tus multis annis receperat, grauatū eſſe. Non ēm
rationes dudū ſuſceptæ adminiſtratiōis reddere
poterat, & minus qđ reliquū erat ſoluere. Ob id
& fiſcus & hæredes liti ceſſerunt, ſeruato cōſilio
l. eius.§.j.ff. de teſta. ibi, aut ſi nō videanᷓ lucroſa
creditoribus concedanᷓ. Et eo medio Florētini
morbi in damnū creditorū curātur. Quid igiᷓ in
eis dicendū ſit, videamus. Pet. de bel. pert. in. d.l.
ij. C. ꝗ teſta. face. poſ. in ea diſtinctionē fecit, quā
80 prius ex dictis ſuis recēſuimus. † Aut ēm (inquit
Petr.) is qui ſuæ mortis conſcius eſt, de crimine
cuius dānatio ad mortē eſt ſeu deportationē, &
inde ad bonorū publicationē, accuſatus erat: aut
delictū tale eſt, quod poſt mortē accuſari vel de-
ferri poteſt, vel delictū ex euentu iudicij mortem
ſeu deportationē multo minus bonorū publica-
tionē nō expectabat. cuius diſtinctionē aliorū di
ſtinctionibus & opi. præmiſsis plenius declarabi
mus: & præſertim quū ad diffinitionē præmiſſæ
diſtinctionis per eundem Petrum & poſteriores
alia quæſtio diſputetur, an iura.C. & Digeſtorū
publicationem bonorū inducentia per ius authē
ticorum correcta inueniantur, videlicet per.§.fi.
in auth. vt nulli iudi. colla. ix. à quo authēt. bona
dānatorū.C. de bo. dam. ꝑ Irne. excerpta eſt. Cir
ca ꝓpoſitā quæſtionē Bal. diſtinguit. Aut ēm ra
tiōe delicti aliqs hærede priuaᷓ: & inteſtabilis &
nō inteſtatus moritur. ſi propter ætatē vel furorē
ſeu

ſeu prodigalitatem et cauſas illis ſimiles prohibe
tur quis teſtamentum facere:non inteſtabilis ſed
inteſtatus decedit.remittens ſe ad gloſ.in.l. cum
antiquioribus. C. de iure delib. Et eſt glo. in ver
bo, veniſſe. Dum alleg.l.j.in prin.ff.de ſuis & le
81 gi.hære.quæ vult † impuberes,furioſos & iſtiuſ
modi perſonas, quibus à lege teſtamenti factio
actiua prohibetur,inteſtatos non decedere, ſed
pro inteſtatis haberi:quoniam re vera inteſtabi-
les ſunt actiuè. Idem Bal.in.l.inteſtato.ff.de legi
ti.tutor, Et tex.eſt in.§.j.inſti.de hæredi. quæ ab
inteſ.&.l.inteſtatus.ff.de verbo.ſignifi. Sed hæc
Bal.diſtinctio perfecta nõ eſt,quamuis indubiũ
ſit,ex crimine damnatos,in quo bonorum publi
catio venit,inteſtabiles eſſe. c. excõmunicamus.
j.§.credentes.ibi,ſit etiã inteſtabilis.extra de hæ-
reti.l.credentes. C.de hæreti.ibi,ſit etiam inteſta
bilis:in.l.lex Cornelia.§.fi.verſ.& ſi condemna
tus.ff.de iniurijs. in deportato cauſa alimentorũ
excipitur,in qua paſsiuè teſtabiles ſunt.alimenta
enim eis relinqui poſſunt.l. in metallũ. ff. de his
quæ pro nõ ſcrip.haben.l.mutus.§. manente. ff.
de ritu nupti.ſed forſitan non omnis deportatus
capax eſſet huiuſcemodi legati.l.amiſsiõe.§. qui
deficiunt.ff. de capi.dimin.l.bona fides.ff. depo
ſi.hoc Bal.notat in.l.eius qui.§.j.ff.de teſtamen.
dicam infrà.

Glo.verò in dicta.l.eius qui.§.j.in verbo,pu-
blicabuntur.ff.de teſta.dicit per.§.fi. in authen.
vt nulli iudicum.colla.ix.à quo ſumpta eſt dicta
82 authen.bona damnatorum. † non eſſe correcta
iura antiqua,quæ morte damnatum aut deporta
tione reddebant inteſtabilem, & iam factum te-
ſtamentum reuocabant,per dictam.l.eius.§.j. &
l.ſi quis filio exhæredato.§. ſed & ſi quis iuerit.
ff.de iniuſ.rup.& irri.teſta.Licet non ſtatim irri-
tum ſit,ſed ſolùm ſecuta damnationis ſententia,
per quam condemnatus ſeruus pœnæ efficitur,
per illum tex.&.l.quod ad ſtatum.&.l.qui vlti-
mo.ff.de pœ.niſi ab ea ſententia appellatum ex-
titerit, et poſt appellationem mors damnati ſecu
ta fuerit:quo caſu eius teſtamẽtum ſuſtinebitur.
l.qui à latronibus.§.fi.ff.de teſta.l.ij. vltimo re-
ſponſo.ff.de bo.eo.qui ante ſenten.mort.ſibi cõ
ſci.dicta.l.ſi quis filio exhæredato. §.eius q. ibi,
non puto ſtatim ſeruum pœnæ effectum eſſe. &
l.hi autem.ff.de iniuſto,rup. & irri.teſta.vel niſi
reus damnatus ſit de crimine militari,qui nõ ob-
ſtante condẽnatione iure militari teſtari poterit,
& teſtamentum eius viribus ſubſiſtet, dicta.l. ſi
quis filio exhæredato.§.ſed & ſi quis.ff. de iniuſ.
rup.& irri.teſta.bona etiam filijs & ſuo generi
pro parte de iure Digeſtorum reſeruanť,ſed hoc
ab inteſtato.l.ſi.ff.de bo.damnato.&.l.fi.C. eo.
Bar.verò in dicta.l.eius qui.§.j.ff.de teſta.adde-
bat gloſſæ aliam rationem:quũ teſtamenti factio
83 de iure ciuili ſit.l.iij.ff.de teſta. † & damnati vlti
mo ſupplicio, & qui ſtatum amittũt,qa ſerui pœ
næ fiũt,ea quæ iuris ciuilis ſunt prorſus amittũt,
l.in metallum.C.de bo. damna. dicta.l. quidam
ſunt.ff.de pœnis.l.amiſsione.§.qui deficiunt. ff.
de capi.diminutio.igitur teſtari non poterũt.ne-
que prohibitio iſta iuris ciuilis per dictam auth.
bona damnatorum. ſublata eſt. Plus addunt hi
qui Bart.ſequuntur,prohibitionem teſtandi da-
mnatis ad mortem vel deportationẽ à lege factã,
in bonorum publicatione cauſatam nõ eſſe, ſed
in ſeruitute pœnæ ex damnatione proueniente.
ponderantes, & bene, dictam.l.eius qui.§.j.ff.de
teſta. Sed illis Paul.de caſt.in fi.ſui commentarij
dictæ.l.ij.C.qui teſta.facere poſ. addit per auth.
bona damnatorum.in his tãtum correcta eſſe iu-
ra antiqua qui morte damnantur, non autem in
his quibus per damnationem vita reſeruatur,vi-
84 delicet in deportatis vel relegatis. † Et ratio ſe-
cundũ eum eſt,quoniã in damnatis ad mortẽ na-
turalem bonorum publicatio pœna damnati nõ
erit, ſed liberorum & cognatorũ, qui ad ſucceſ-
ſionem ab inteſtato vocantur, dicta.l.fi.in prin.
ff.de bo.damna.§.oportet.in authen.de manda.
princi.colla.iij.Pœnæ autem ad id inuentæ ſunt
vt ex eis homines emendentur,non autem ad hæ
redẽ eius tranſeant.l.ſi pœna.ff. de pœn.l. ſanci-
mus.C.eo. de pœn.exceptis qbuſdã criminibus
in quibus vltio non tantum in autores ſcelerum,
ſed etiam in progeniem damnatorum extendiť.
c.vergẽtis. in fi.extra de hæreti.l.quiſquis. C.ad
legem Iuliam maieſt.dicta.l.ex iudiciorum.ff.de
accuſa.vbi verò vita relinquitur, patiuntur ipſi
quia ab eis adimentur.§.j.in authẽ.de inceſ.nup.
colla.iij.Ang.verò in dicto.§.fi.in authẽ.vt nulli
iudi. aliter diſtinxit,aut quis ſtatũ & bona amit-
tit:& locum habet ille.§.fi.& authen.bona dãna
torum.aut ſtatum & non bona perdit: & authẽ.
bona damnatorum. nõ obſeruabitur,ſed dictus
§.j.in auth.de inceſt.nupt.colla.ij.&.§.j.in auth.
de rap.mulie.Hanc diſtinctionem & multo plu-
res refert Bal.in.c.j.in verbo,pro tali exceſſu.de
pace tenen.& eius violator.colla.x. quas poteſt
vnuſquiſq; videre.Nouiſsima autem diſtinctio
Bal.ea eſt,quæ fuit gl[illegible] dicto.§.fi.in authẽ.vt
nulli iudi.lice.habere loci conſer.colla.j. aut ſit
condemnatio ad mortem: & non confiſcanť bo
85 na: † quoniam damnatus ſeruus pœnæ effectus
eſt per condemnationem,qui nihil fiſco acquire
re poteſt.l.ſi in metallum.ff. de his quæ pro non
ſcrip.haben.Si primus articulus huius diſtinctio
nis verus eſſet:ſequeretur deportatos nullo mo-
do bona publicare:quia ſtatim quo dãnati ſunt
ſerui pœnæ fiunt,dicta.l.ſi quis in metallum. &
l.in metallum.ff.de iure fiſci.l.in metallum.C.de
bo.dãna.quod falſum eſt.l.deportati. ff. de bo.
dãna.Et Bal.ipſe in dicta.l.vnica.C. ex delic.de
functo.reprehendit eos qui ſic intelligunt dictã
l.in metallum.ff.de iure fiſci.quia re vera illa.l.ſi
in metallum.ff.de his quæ pro non ſcrip.haben.
de dãnato ad mortem ciuilem intelligitur:nõ au
tem de damnato morte naturali. Secundo lo-

eo,inquit Bal.aut condemnatur, quia deportaſ:
& non confiſcat. Non enim ſit ſeruus pœnæ. hæc
ratio falſa eſt per dictam.l.ſi in metallũ.ff.de his
86 quæ pro nõ ſcrip.haben. † quinimo deportatio
in hoc morti naturali æquiparatur.l.capitalium.
in princi.ff.de pœn.contradicit etiam dicta. l. fi.
§.vt autem.ff.de bo.eo.qui ante ſenten.mor.ſibi
conſci.quæ idem iudiciũ de deportatiõe & mor
te naturali facit. Addit Bal.aliam et tertiam ratio
nem,quoniam in deportatiõe reſeruatio fieri po
teſt,per.l.ſi mandauero.§.is cuius bona.ff. man-
dati.quæ hoc non probat,imò ab expreſſo con-
tradicit.l.iij.C.ſi penden. appella.mors interue.
&.l.fi.C.ſi reus vel accuſa.mor.fuer.In relegatis
poſſet dictum Bal.procedere.l.relegati.ff.de in-
terdic.& relega.Nam clarum eſt deportatum cõ
fiſcare bona.l.j.§.j.ff.de lega.iij.l.eius qui.§.j.ff.
de teſta.l.j.ff.de bo.damna.

Et licet Bar.in dicto.§.fi.in authen.vt nulli iu
di.illhic ſolutionem glo.ſequatur, & dicat eam
eſſe veriorem,quam Bal.videtur amplecti in di-
cto.§.j.de pace tenen.& eius violator.colla.x.ta
men non poteſt eſſe vera. Et Franciſ. Areti.in di
cta.l.eius qui.§.j.ff.de teſta.dicit eſſe contra ca-
ſum dictæ authẽ.bona damnatorũ.C.de bo. dã-
nato.&.§.fi.in authẽ.vt nulli iudi.colla.ix.in his
verbis, damnatorũ ſeu proſcriptorum. Et quã-
uis plerique dicant, præſertim Alexã. & Ioã. de
Imo.ante eum in dicta.l.eius qui.§.j.ff. de teſta.
prædicta verba, damnatorum ſeu proſcriptorũ.
Irne.eſſe,non autem ea neque illis ſimilia in di-
cto authentico,vt nulli iudi.colla.ix.poſita eſſe.
ſimile Irner.fecit in authen.ex cauſa.C. de liber.
præteri. Aduerte tamẽ nihil Irne.ex ſuo addidiſ-
ſe in dicta authen.bona damnatorum. quoniam
eadem vocabula ponuntur in dicto.§.fi.in auth.
vt nul.iudi.ibi,in quibus leges mortem aut pro-
87 ſcriptionem diffiniunt. † Ex his euidenter appa
ret, illum tex.de damnatis & proſcriptis idem iu
dicium facere. Similiter in.l.ij.&.iij.C.ſi pendẽ.
appella.mors interue.& in.l.fi.C.ſi reus vel ac-
cuſa.mor.fuer. Et facit optimum argumẽtum ru
brica. C.de bon.proſcrip.ſeu dãna. in quo pon-
dera alternatiuam,ſeu. quæ ſenſum coniungit.l.
triplici.ff.de verbo.ſignific. Plene in.l.ſi mihi &
tibi.ff.de leg.j. Pro abſolutiõe igitur prioris dif-
ficultatis viſum eſt mihi nonnulla multùm ne-
ceſſaria ex differentia iurium antiquorum,& iu-
ris authenticorum procedentia præmittere,text..
non calumniando, ſed plane eos legẽdo abſque
diuinatione.

In primis dico, de iure Digeſtorum ad mor-
tem naturalem damnatum vel deportatum,bona
ſua publicare. vtrũque probaſ in dicta.l.fi.§.vt
autem.ff.de bo.eorum qui ante ſenten.mor. ſibi
conſci.l.j.ff.de bo.damna. Et ratio de damnatis
morte naturali & deportatione eſt:quoniam nõ
ſolum damnatus ad naturalem mortem, verum
etiam deportatus,ciuitatem & libertatem amitte
bat.l.qui vltimo.in princi.ff.de pœn. Non mirũ
88 eſt ſi æqualiter iudicium fiat de vtroq;. † In re-
legatis verò ſecus eſt : quia non niſi ad tempus,
non autem in perpetuum relegari ſolent. Licet
plerunque iudices aliter faciant,vt dicitur in di-
cta.l.relegati.§.ad tempus.ff.de interdic. & rele
ga. Cæterùm per illum tex.ſententiæ nõ infirmã
tur,quamuis aliter iudicent quàm ius dictet : ſed
ſententiæ eorum ſeruari debent & diligenter at-
tendi.l.quod ad ſtatum.ff.de pœn.& ideo.l. fin.
in fi.C.ſi reus vel accuſa.mor.fuer.dicit,in cauſa
appellationis ſi à tali ſententia prouocetur,poſſe
diſputari, an potuerit reus in perpetuum relega-
ri.cui adde.l.inter.verſ.nomẽ verò.ff.de interd.
& relega. Pondera ad id.l.capitalium.§. in opus
metalli.ff.de pœn. Et tales relegati bona nõ pu-
blicant,dicta.l.relegati.&.l.j.ff.de interdi.& re-
legat.licet ius antiquũ publicaret,dicta.l.j. ff.de
bo.damna. Et differentias inter relegatos & de-
portatos tradit gl. in.§.relegati.inſti.quib. mod.
89 ius patriæ poteſt.ſolui. Secunda ratio eſt, † quo-
niam per damnationem ad mortem naturalẽ vel
deportationem,in conſequentiam illius damna-
tionis venit publicatio bonorum . hoc dicit illa
l.fi.§.vt autem.ff.de bo.eor.qui ante ſentẽ.mor.
ſibi conſci.l.deportati .&.l.in metallũ.C.de bo.
damnato.& dicta.l.j.ff.de bo. damnato. dicta.l.
bona fides.§.j.ff.depoſi. Aliud in relegatione di
cendũ eſt.l.j.&.l.relegati.ff.de interdic.& releg.
Si tamen per iudicis ſentẽtiam bona relegato ad
tempus auferuntur vel pars bonorum : valebit
ſententia,quamuis iudex reprehẽdi poterit qua-
re ſic pronunciauerit.hoc dicit dicta.l.fi.§.ad tẽ-
pus.verſi.reprehẽſæ.ff.de interdic.& relega. Idẽ
ſi is qui damnari debet in perpetuũ , ad tempus
damnetur: valida erit ſententia,& de eo iudicabi
tur quemadmodum de relegato ad tempus , qui
libertatem retinet,dicta.l.capitalium.§.in opus.
ff.de pœnis. Et in hoc aduerte ſentẽtiam ſeu ver-
ba ſententiæ in criminalibus diligenter attenden
da eſſe,dicta.l.quod ad ſtatum.ff.de pœn. Et ra-
tio ex.l.iij.C.ſi penden.appella.mors interue.&
90 dicta.l.fi.C.ſi reus vel accu.mor.fuer.eſt, † quia
ſi is q dãnandus erat morte vel deportatione, &
in conſequentiam bona publicanda erãt,vbi bo
na expreſſe illi adempta non fuerint,tunc morte
delictum extinguetur non ſolum quantũ ad pœ
nam delinquentis,verumetiam quantum ad pu-
blicationem bonorum:quamuis ſententia appel
latione ſuſpenſa ſit & appellatione pendente de-
ceſſerit. Si verò expreſſe bona per ſententiã fue-
rint adempta ſiue per iudiciũ damnationis mor-
tis vel alterius pœnæ capitalis,licet morte quãtũ
ad pœnam corpori infligendam delictum extin-
ctum ſit, non autem quantum ad bona : & ideo
hæredes appellationem proſequi tenebuntur,&
innocentiam defuncti tueri & defendere. Alio-
quin ſi non defendent,ſentẽtia publicationis bo
norum in fauorẽ fiſci exequetur, per illas leges.

Et iud

Et iudicium quod hæres cum fiſco de innocētia
defuncti ſuſcipiet,non coràm iudice cauſarū cri-
minalium,ſed cauſarū ciuiliū tractabitur : quod
eſt mirabile,per dictam.l.defuncto.ff.de publi.
iudi.Cōtra quā facit.l.ſolemus.§.latrunculator.
ff.de iudic.l.ſed & loci.§.ſi dicantur.ff.finiū re-
gundo.Et in conſequētiam criminalis iudicij ve
niet.ſed ad id reſpondet.l.ij.in fi.C.vbi cauſæ fi-
ſca.Iam nō de crimine,inquit,aut pœna mortui;
91 ſed de bonis quærēdum eſt. † Sed prædictis ad-
de illum iuris rigorem pœnam publicationis bo
norum imponentem in conſequentiam damna-
tionis mortis vel deportationis à iureconſultis
ex quadam naturali ratione moderatum eſſe,exi
ſtentibus liberis vel agnatis damnati de crimine
ſecundum numerum liberorum,quandoque in
totum,quandoque in partem tantum,quocunꝗ
crimine damnati fuerint.l.fi.C.de bo. damnato.
&.l.fi.ff.eo.de bo.damna.Excipitur crimen læ-
ſæ maieſtatis in dicta authen. bona damnatorū.
C.de bo.damnato.& in.§.fi.in authē.vt nulli iu-
di.lice.habere loci conſer.colla.ix. Et quod di-
ctum eſt de damnatis quocunque crimine,per di
ctam.l.fi.in verbo,quolibet crimine.C.de bonis
damnator.intelligunt Moder.Papiē. in dicta.l.
ij.C.qui teſta.facere poſ.quolibet crimine ſcili-
cet publico.Miror eos nō aduertiſſe ad illam.l.
fi.C.de bo.damnat.quæ illa verba,quolibet cri-
mine.interpretatur,dum paulò pòſt inquit,capi
talem pœnam deportationem've ſuſtineat.Eodē
modo.l.fi.§.vt autē.ff.de bo.eor.qui ante ſentē.
mor.ſibi conſci.moderatur,dum ait,ſi eius crimi
nis reus fuerit,vt ſi dānaretur , morte aut depor-
92 tatione afficiendus eſſet. † Ex quibus verbis cla
re perpenditur,pœnam conſiderandam eſſe quæ
per iudicium hominis imponitur mortis vel de-
portationis, quocunque crimine indicta compe
riatur,dicta.l.quod ad ſtatum.Et licet quandoꝗ
pœna iuris antiqui de iure Codicis fuerit repeti-
ta in.l.deportati.C.de bo.damnato. poſtea verò
illa iureconſultorum æquitas ab imperatoribus
fuit probata in.l.ſi deportatos.&.l.fin.C.de bo.
damnatorum.

Ex opi.Bar.in dicta.l.j.ff.de bo.damnato. cō
muniter approbata,recenſentur tres iuris authē-
ticorum variæ deciſiones.Prima eſt in.§.j.in au-
then.de inceſ.nupt.colla.iij.Secunda,in.§. opor
tet.in authen.de manda.princi. colla.iij. Tertia,
in dicto.§.fi.in auth.vt nul.iudi.colla.ix. ex quo
ſumpta eſt authentica,bona damnatorum. ſuprà
relata.ſed quicquid dicatur,non puto verū eſſe,
93 Nam ex.§.j.in auth.de inceſ.nupt.colla.iij. † bo
na patris contrahentis inceſtas nuptias non aufe
rūtur à filijs prioris & legitimi matrimonij,quin
imo ſi extant,illis reſeruātur ſed à filijs ex illo in-
ceſtuoſo complexu natis tantum adimūtur,ſicut
in.l. ſi quis inceſti.cum ſua authenti.C.de inceſ.
nupti. Et ratio eſt duplex. Prima, quoniam qui
ex his complexibus nati ſunt,neꝗ naturales ſūt
neque à parentibus alēdi ſunt,neque quicquam
ex teſtamento vel ab inteſtato ſuorum parentum
accipere poſſunt.§.fi.in authen.quibus mod.na-
tur.effici.ſui.colla.vij.et authen.ex complexu.et
dicta.l.ſi quis inceſti.C.de inceſ.nupti. Secūdò,
contrahēdo tales inceſtas nuptias delinquunt,&
qui ex eis naſcuntur teſtes ſunt talis incontinen-
tiæ,& participes ſceleris præteriti.Idē in.l.ij.C.
de liber.& cor.liber.ibi,quos tunc eſſe ortos cō
ſtiterit,dum libertate illi potirentur: ſic etiam fi-
lij ex illis complexibus nati patrem non liberū,
94 ſed ſeruum & illi pœnæ addictum reperiūt: † nō
mirum ſi illis non acquirunt. Argumento dictæ
l.ſi in metallum.ff.de his quæ pro nō ſcrip. habē
tur.l.j.§.hi tamen.ff.de lega.iij.hoc clarè probat
in argumentum.l.deportati.C.de bo.damnator.
ibi,nec earum quidem rerum quas poſt pœnam
irrogatam habuerint. Et licet glo.in verbo,æra
rio.in dicto.§.j.in authen.de inceſ.nup.colla.iij.
approbet ſolutionem per ſe datā ad.§. oportet.
in auth.de manda.princi.colla.iij. in dicto.§.fin.
in authent.vt nulli iudi.colla.iij.cui ſe ſubſcribit
Bar.& ferè om̄es,reprobata tertia ſolutione gl.
in dicto.§.j.in verbo,ærario.quæ vult illum.§.j.
in auth.de inceſ.nupt.colla.ij.loquentem de con
fiſcatione bonorum contrahētis inceſtas nuptias
intelligi debere,non exiſtentibus filijs legitimis
& naturalibus,& alijs conſanguineis.Illa tamen
ſolutio ab eis reprobata verior eſt, mea opinio-
95 ne. † Euitanda enim eſt legum correctio, quan-
tum poſsibile eſt,niſi expreſſe correctionem à le
ge factam eſſe comperiamus.l.præcipimus.in fi.
C.de appella.Sed quum lex expreſſe conſangui
neos nō priuet qui de iure Codicis ad ſucceſsio-
nem earum tam ex teſtamēto quàm ab inteſtato
reſeruantur : non videtur mihi conueniens , eos
ab eorum ſucceſsione excludere, potiſsimè quū
per illum tex.filij legitimi & naturales alterius
veri & indubitati matrimonij fiſcum excludant.
ſimiliter dico,Iuſtinianum in eodem caſu idem
de alijs conſanguineis ſentire,qui de iure Codi-
cis tam ex teſtamento quàm ab inteſtato ad ſuc-
ceſsionem illius,qui contrahit inceſtas nuptias,
reſeruantur,dicta.l.ſi quis inceſti.ibi,ſed ſiue te-
ſtato ſiue inteſtato.vbi tam ex teſtamento quàm
ab inteſtato & aſcendentes & deſcendentes &
tranſuerſibiles ſuccedere poſſunt. Et eo modo
concord.ille.§.j.in authē.de inceſ.nupti. cum.§.
oportet.in authen.de manda.princ.colla.iij.ibi,
ſed ſinere eas generi & legi ſecundum illum ordi
nem.licet Areti.in dicta.l.eius qui.§.ſi cui.iij.co
lum.ff.de teſta.ſubtiliter interpretari conetur il-
lum tex.vt iudex corporalem pœnam in pecunia
riam commutare non poſsit.Salua tamen eius pa
ce dixerim, nullum eſt in illo vocabulum quod
ſuam interpretationem admittere poſsit. Imo il-
96 le tex. † prohibet eos qui rei ſunt pœnæ corpora
lis,aliter puniri quàm in corpus, nō autem in bo
na:& ſic fruſtra de commutatiōe pœnarū diſpu-

tat Aretin. quia non ſolum cum corporali pœna
ademptionem bonorũ prohibet, ſed nullatenus
admittit pœnam in bona irrogari. Et ratio il-
lius literæ clarius ſole manifeſtat, dũ inquit: non
enim res ſunt quæ delinquunt, ſed qui res poſsi-
dent. Volens deinde iudicum errorem tollere,
qui non autores facinoris ſed bona puniũt. dicit,
alios pro illis puniẽtes: quid volunt ſibi hæc ver-
ba, niſi prout meminit. l. fin. ff. de bo. damna. ibi,
ne alieno admiſſo &c. Et in verſic. ac ne iudicio
quidem. Idem in. l. fi. C. de bo. damna. & authẽ.
bona damnatorum. eod. titu. &. l. ſi pœna. ff. de
pœ. ex qua manifeſtũ verificatᷣ qđ in illo. §. opor
tet. dicitur. ibi, quos lex forte ad illorum vocauit
ſucceſsionẽ. Secũdò, dum dicitur in illo. §. opor-
tet. at illi reciprocant ordinem: quæ omnia liqui
dò probant non eſſe verum intellectum Aretini
ad illum tex. vt iudex ibi pœnam commutet. Et
ſi dicere velis, iudicem imponendo pœnam aliã
ab ea quam lex exprimit pœnam commutare. In
caſu offerente adaptari nõ põt: quia nr̃a diſputa-
tio eſt quando pœna ademptionis bonorum cũ
pœna corporali contra legis diſpoſitionem im-
97 ponitur. † in quo caſu magis dicendum eſt, iudi
cem ſe acerbiorem lege oſtendere: in quo puniri
poteſt, dicta. l. fi. §. ad tempus. ff. de interdic. et re
lega. verum eſt autẽ in vno caſu dici poſſe iudicẽ
pœnam commutare, quando loco pœnæ corpo-
ralis, quam reus pro crimine pati debet, multat
eum tantum. ſed iſta non eſt proprie pœnæ com
mutatio, licet ſit lege clementior. l. palàm. §. fi. ff.
de ritu nupt. dicta. l. quod ad ſtatum. ff. de pœn.
vel econtrario quando ſeuerior eſt lege, vt in. l.
& ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſ. infa. irro. l. quid er
go. §. pœna grauior. &. l. ictus fuſtium. ff. de his
qui notan. infa. ſed propriè dicitur commutari
pœna quando iudex deportatione reum damna
uit, & mutato iudicio in ciuilem cõuertit, & ecõ
tra, vt in. l. quicunq;. C. de ſer. fugit. l. ſi qs id qđ.
ff. de iuriſd. omnium iudi. l. pen. & fi. ff. de in ius
vocã. quod facere non poteſt inconſulto princi
pe. l. diui fratres. ff. de pœn. l. j. §. fi. ff. de quæſt.
nec, vt dixi, vera eſt gl. ſolutio ſuprà relata, dum
diſtinguit viuos à mortuis quantum ad bonorũ
publicationem: quum aperte ſit cõtra dictum. §.
fi. in authen. vt nulli iudi. colla. ix. in illis verbis,
mortem aut proſcriptionem, vt quocunque mo
do rei damnati fuerint aut morte vel proſcriptio
ne eorum bona non publicantur, ſed aſcenden-
tes & deſcendentes ea habebũt excluſo fiſco. ſi-
militer ille tex. dotem mulieri & partem ſubſtan
tiæ viri vxori reſeruat, ſiue dotem habuerit, ſiue
nõ habuerit, ſiue filios produxerit ſeu nullos ex
illo matrimonio conceperit. Ex his dico nullam
inter illa iura differentiam eſſe, quicquid dicant,
vno ſolo dempto quod. §. fi. authẽ. vt nulli iudi.
colla. iij. tranſuerſales et alios conſanguineos nõ
cõprehẽdat, qui expreſſe reſeruantur in. §. opor
tet. in authen. de manda. princi. colla. iij. Secũdò,
non puto verum quod Bar. in dicta. l. j. ff. de bo.
damnator. dixit authen. ſed hodie. C. de don. in-
ter virum & vxorem. ſumptam ex. §. quod autẽ.
98 in authen. de nupti. colla. iiij. † non corrigere iu-
ra antiqua quæ damnatum vltimo ſupplicio dice
bãt effectum eſſe ſeruũ pœnæ. l. qui vltimo. ff. de
pœnis. cum ſimilibus ſuprà relatis. Et clarius Io.
de Imo. aperit in dicta. l. eius qui. §. ſi cui. ff. de te
ſta. dũ producit in medium duas glo. contrarias.
primam videlicet in dicto. §. ſi cui. in verbo, per-
dunt. quæ ſecundum eum videtur velle omnia iu
ra antiqua eſſe in hoc correcta. Secundam verò
in dicta authen. ſed hodie. C. de dona. inter virũ
& vxorem. quæ oppoſitũ dicit. Cui Ioã. de Imo.
adhæret dicens aliter Irner. dictam authen. col-
legiſſe, quàm ſcriptũ inueniatur in dicto. §. quod
autem. in authẽ. de nupti. colla. iiij. vnde ſumpta
eſt illa authen. ſed hodie. ſed ſimiliter fecit in au-
then. ex cauſa. C. de liber. præteri. vt ſuprà memi
ni. dicit enim poſt Bar. in dicta. l. j. ff. de bo. dam
99 nato. † hodie propter deportationẽ alterutrius
coniugum matrimonium non diſſolui, quamuis
de iure antiquo ſecus eſſet. l. j. ff. de diuorti: Et ad
illum effectum tantùm ſublatam eſſe dicit illam
ſeruitutem pœnæ quæ deportato imponebatur:
non autem quod velit ille tex. generaliter conſti
tuere, vt hodie damnati vltimo ſupplicio nõ fiãt
ſerui pœnæ. Addit Bar. quum olim filij poſt de-
portationem nati ſerui fierent, vt dixi, hodie nõ
fiant ſerui: & ſic ſola illa ſeruitus pœnæ ſublata
eſt ad hunc effectum. Vereor quod tanti patres
hoc dicant. Nec verum eſt Irne. in dicta authen.
ſed hodie. C. de dona. inter virum & vxorem. ali
quid ex officina ſua addidiſſe vltra quàm in au-
then. ſit expreſſum.

Et dico imperatorem Iuſtinianum velle iuri
antiquo derogare legem expreſſe condẽdo, quũ
inquit, ſeruitus quidem erat, & ab antiquis legiſ
latoribus ſancita & ex ſupplicio illata: ſeparaba-
tur verò matrimonium ſupplicio poſsidente dã-
natum. Et paulò pòſt ſequitur, Et nullum ab ini
tio bene natorum ex ſupplicio permittimus fieri
ſeruum. Deinde addit ille tex. neque enim muta
mus nos fortunam liberam in ſeruilem ſtatũ. in-
fert ex hoc in fi. §. maneat igitur matrimoniũ &c.
100 Ecce † quomodo poſt generalem conſtitutionẽ
infert neceſſariò ad matrimoniũ & cauſam eius,
ſi nullum damnatum ſupplicio ſeruum fieri per-
mittit neque fortunam illam primã libertatis mu
tat in ſeruilem: clarum eſt matrimonium illæſum
remanere. Et conſequẽtia Iuſtiniani in verſi. ma
neat. eſt neceſſaria, ſi in alijs omnibus ſit ſublata
ſeruitus quæ ex ſupplicio imponebatur: quanto
magis dicẽdum eſt in matrimonio, quum ſit plus
alijs cauſis fauorabilius. l. Caius. in fi. ff. ſolu. ma
tri. ibi, fauore nuptiarum.

Et volo te ſingulariter ponderare illum verſi.
maneat. quum inquit, matrimoniũ ex tali decre-
to illæſum. Nota hæc verba, ex tali decreto illæ-
ſum.

ſum.qualiter intentio fuit Iuſtiniani,Primò, ge-
nerale decretum ſtatuere, & ex eo quæſtionem
matrimonij oblatam decidere. vnde dico verum
eſſe ex illo tex.nullum liberum hominem quocũ
que ſupplicio damnatum fieri ſeruum neque cō-
ditionem eius mutare quantũ ad bonorum pro-
101 ſcriptionem, vt ea à filijs auferantur. † Et in hoc
verum eſt ius antiquum prohibēs filios poſt de-
portationem natos ad patris ſucceſsionem veni-
re, correctũ eſſe, vt dixi ſuprà. & per.l.j.§.ſi quis
proximior.ff.vnde cogna.l.ex facto.ff.ad Treb.
alleg.per Bar.in dicta.l.j.ff.de bo.damna.& me
lius in dicta.l.ſi inceſti.C.de inceſ.nup. &.§.j.in
authen.de inceſ.nupt.colla.ij.Nam nec iſtud eſt
peculiare de iure authenticorum,vt deportatiõe
non diſſoluatur matrimoniũ : quia idem erat de
iure codicis.l.j.C.de repu.licet de iure Digeſto-
rũ ſecus eſſet.l.j.ff.de diuort.l.ſed & ſi.ff. de bo.
damnatorum.

His ſic præmiſsis dico de iure Digeſtorum,&
Codicis damnatos vltimo ſupplicio vel deporta
tione,per quam & ciuitas & libertas amittebãt,
publicare bona,ſed ex quodam naturali ratione
reſeruatam eſſe aliquam portionē liberis et agna
tis.dicta.l.fi.ff. de bo.damnat.&.l.fi. C. eodem.
Fiebant etiam illo iure ipſa deportatione inteſta
biles,dicta.l.eius qui.§.ſi cui.ff.de teſta.l.ſi quis
filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniuſ.rup.& ir-
ri.teſta.l.j.§.hi quibus.ff.de lega.iij. niſi à ſenten
tia appellatum fuiſſet:quo caſu interim teſtamen
tum validum erit,etiam ſi appellatio per præſidē
prouinciæ recepta non eſſet,dummodo antequã
per principem ſit confirmata,decederet. dicta.l.
qui à latronibus.§.fi.ff.de teſta.dicta.l.ſi quis fi-
lio exhæredato.§.ei qui.&.§.hi autē.ff. de iniuſ.
rup.& irri.teſta.l.ij.ff.de bo.eo.qui ante ſenten.
102 mor.ſibi conſci. † Excipitur crimen læſæ maie-
ſtatis,& alia crimina,quæ poſt mortem rei accu-
ſari poſſunt dicta.l.ſi quis filio exhæredato.§. hi
autē.in fi.&.§.quod ſi quis in fi.ff. de iniuſ. rup.
& irri.teſta.quia in eis hæres Innocētiam defun-
cti defendere tenebatur:aliàs fiſcus bona occu-
pabit.dicta.l.res que.§.j.ff.de iure fiſc.

De iure Codicis alia fit diſtinctio: aut eñ per
ſententiam mortis vel deportationis expreſſe bo
na adimebãtur:& morte non extinguebatur de-
lictum,quantum ad bona,ſed hæres tenebãt ap-
pellationem proſequi:alioquin fiſcus vēdicabit
ea.Si verò expreſſe non erãt bona adempta,ſed
in conſequentiam delicti tantum publicatio ve-
niebat,& morte extinguebatur delictum , etiam
quantum ad bona.De his in.l.iij.C.ſi pendē.ap-
pella.mors interue.l.fi.C.ſi reus vel accuſa.mor.
fuer.vbi de relegatis loquitur,à quibus pars bo-
norum adimitur per ſententiam iudicis: licet , vt
dictum eſt ſuprà , relegati bona non publicent.
ſi tamen iudex eam tulerit.ſententia eius in cauſa
appellationis examinabitur , an illa particularis
publicatio valuerit. Et ratio eſt cuius ſuprà me-
mini.quamuis enim huiuſmodi ſententiæ in rele
gatos ferri non debeant,ſi tamen latæ fuerint, va
lent.dicta.l.relegati.§.ad tempus.ff. de interdic.
& relega.niſi ab eis fuerit procuratum,dicta.l.ſi.
C.ſi reus vel accuſa.mor.fuer.Et quamquã Mo-
der.Papien.ᵉ in dicta.l.ij. C.qui teſta. facere poſ.
dantes ſolutionem ad.l.fi.in verbo,quolibet cri-
mine.C.de bo.damnator.illam.l.fin.ad publica
tantùm crimina,non autē priuata extendunt,ex-
ponentes dicta vocabula,quolibet crimine. ſcili
cet publico , nõ autem priuato.Dic vltra ea quæ
dicta ſunt,non eſſe veram illam reſtrictionē. nõ
enim refert ex quo crimine publico an priuato
per iudicis ſentētiam bona adempta ſint:quia nõ
genus delicti,ſed ſola iudicis ſentētia,quæ bona
propter crimen ademit,attēdi deber. Et ad id eſt
tex.in dicta.l.quod ad ſtatum.ff.de pœ.ibi,nihil
intereſt iudiciũ publicum fuerit necne.Nam ſola
ſententia non genus criminis ſpectatur:cui puto
cum maxima difficultate poſſe reſponderi.ſimili
ter & dicta.l.ſi.in fi.C.ſi reus vel accuſ.mor.fue.
103 vult † ſentētias illas in cauſa appellationis debe-
re examinari,vt ſi ꝓbatũ fuerit crimē, & ea pro-
batione conuincatur, valeat ſentētia:aliter non.
hoc etiam dicit illa.l.relegati.§.ad tempus.ibi,re
prehenſæq; ſunt ſententiæ eorum,qui ad tempus
relegatis ademerũt partem bonorum vel bona:
ſic tamen vt non infirmarētur ſententiæ quæ ita
ſunt probate.que ſunt originalia illius legis ver-
ba.Ex quibus clare conſtat,non eſſe veram Mo
dernorum interpretationem ad dictã.l.fin.C. de
bo.damnato.ſuper his verbis,quolibet crimine.
De his autem quorum bona tantum annotantur
ſecundum formam.l.j.ff.&.C.de requiren. reis.
&.l.abſentē.ff.de pœn.quia illa annotatio ad cu
ſtodiam tantum fit, vt ea ratione ad offerendum
ſe in iudicio facilibus inuitentur,ſi priuſquã alia
condemnatio ſequatur reus accuſatus decedat,
ſiue ante appellationem ſiue poſt delictum non
tantùm quantum ad crimen,verumetiam quoad
bona extinguitur.l.ij.C. ſi penden. appel. mors
interue.

De iure authenticorum nullam puto eſſe diffe
rentiam circa bona,ſiue morte de crimine dam-
104 nati ſint , ſiue proſcriptiõe vel relegatiõe. † Nõ
enim bona fiſco acquirenẽ,ſed hæredibus ipſius
damnati reſeruabuntur , tam ex teſtamēto quàm
ab inteſtato,per dictum.§.j.in authent.de inceſ.
nupt.colla.ij.&.§.oportet.in authen. de manda.
princi.colla.iij.& dictum.§.ſi.in authen.vt nulli
iudi.colla.ix.quicquid glo.Bar.& alij dicere vo
luerunt.Et primò hoc vult.§.j.in fi.authē. de in-
ceſ.nupt.colla.ij.ibi,ſi verò contigerit ex priori-
bus nuptijs inculpabilibus filios eſſe ei aut nepo
potes fortè aut vlterius,paternã mox illi accipiãt
ſucceſsionem. Et hoc in pœnam patris, vt dicit
illhic glo.in verbo,ſupplicio ſubditur.in fi.§. pa
ſcentes autem eum,& alia neceſſaria præbentes,
ſcilicet ex bonis paternis eis propter patres ſup-

pliciũ delatis. & ſic ille tex. vult eos ſolos pater-
na ſucceſsiõe priuari, qui ex illis inceſtis nuptijs
procreati ſunt. Cæteros verò legitimos & natu-
rales non. & ſic ea fiſcus non acquirit, exiſtenti-
bus alijs legitimis filijs. §. oportet. de mãda. prin.
colla. iij. qui text. non tantùm filios, ſed exterio-
res agnatos & cognatos vocat, dũ inquit, vt non
ſolùm filijs bona reſeruet, ſed & generi & legi. id
eſt, dicit. glo. & bene, agnatis & cognatis, & qui
à ſanguine & lege vocantur. & conſideranda eſt
maxime illa glo. interpretatio eadem ratione. §.
105 fi. in authen. vt nulli iudi. colla. ix. † aſcendenti-
bus & deſcendẽtibus vſque ad tertium gradum
reſeruat. de lateralibus nullum ſit verbum. Et ob
id Aretin. inquit in dicta. l. eius qui. §. ſi cui. ff. de
teſta. Neſcio vnde Irne. in dicta auth. bona dam-
natorum. C. de bo. damnator. ſumpſerit quæ de
his qui à latere ſunt, in ea ſcripſerit: quum in ſuo
volumine in dicto. §. fi. de his mentio non fiat, pa
riter nec in volumine meo quicquam comperio.
Puto Irne. ex illo. §. oportet. in authẽ. de manda.
princi. excepiſſe vel quod ſecus ſcriptum erat in
libro Irner. quàm communiter in omnibus volu
minibus ſcriptum inueniatur. Sed Bald. in illa. l.
ij. C. qui teſta. facere poſ. dicit ab expreſſo verã
fuiſſe literam Irner. in dicto. §. fi. in authẽ. vt nul-
li iudi. colla. ix. quicquid illhic dicat Iaco. de bel.
viſu, qui dicit eam eſſe falſam. & ſequitur in hoc
Cin. ſecũdum cuius lecturam dicit Bald. Vero-
næ ita conſuluiſſe ex autoritate illius authen. bo-
na damnatorum. &. §. fin. in authen. vt nulli iudi.
Faciliter mihi perſuadeo libros noſtros deficien
tes eſſe, quum tam de iure Codicis, quàm etiã ex
illo. §. oportet. in authen. de manda. princi. colla.
iij. &. §. quod autem. in authẽ. de nupti. colla. iiij.
vocentur qui ab inteſtato ſuccedere poſſint. ge-
neri enim & legi hæc gratia collata eſt per illum
tex. Hanc lecturam Irner. vt meminit Bald. ſecu
tus eſt Iac. de bel. viſ. & Cin. in dicta authen. bo-
106 na damnatorum. C. de bo. damnato. † Et ita etiã
puto verius ad collaterales extendi vſque ad ter
tium gradum, prout ſcripſit Irner. in illa auth. bo
na damnatorum. vtrunque ſit inter ipſas conſti-
tutiones authenticorum, de gradu ſolùm differẽ
tia eſſet ad quem ſucceſsio deferri poſſet. Nemo
eſt qui inficiari poteſt aſcendentes & deſcenden
tes vſque ad tertium gradum in bonis dãnati ad
mortem vel proſcriptionem fiſcum excludere,
excepto crimine læſæ maieſtatis, in quo iura vete
ra firma manere vult ille tex. non aliter facta dif-
ferentia inter crimina. Probatur in illo. §. fi. dum
excipit ſolum crimen læſæ maieſtatis. In reliquis
ergo æqualiter diffinit. Et ex. §. quod autẽ. in au-
then. de nupti. colla. iiij. reſpondetur argumento
quo mouebantur glo. Barto. & qui eos ſequun-
tur in dicta. l. eius qui. §. ſi cui. ff. de teſta. Alex. &
Moder. Papien. in. l. ij. C. qui teſta. face. poſ. vide
107 licet † per damnationem ad mortem ſiue depor
tationem ſtatim damnatos fieri ſeruos pœnæ. l.
qui vltimo. ff. de pœn. quia ſeruitus illa quæ ex
damnatione imponebatur, ſublata eſt per illum
tex. Nam quocũque ſupplicio damnatos ſeruos
non fieri, ſed liberos ſemper manere vult, vt de-
claraui ex illo. §. ibi, nos hoc ereauimus, & nullũ
ab initio bene natorũ ex ſupplicio permittimus
fieri ſeruum, neque nos mutamus fortunam libe
ram in ſeruilem ſtatum. quæ ratio decidendi eſt
generalis ad omnia delicta. Et probatur ex alijs
verbis illius. §. ibi, qui etiam dudum ſeruientium
manumiſſores eſſe feſtinauimus. Ex quibus ver-
bis clarè conſtat hanc eſſe Iuſtiniani ſententiam
vt ſicut per inuentionem manumiſsionis tulit ſer
uitutem quæ à iure gentium & ciuili in homines
introducta erat: ſimiliter quandam manumiſsio-
nem ex ſua lege inuenit, eos per quam qui perve
teres leges ſerui pœnæ erant priſtinæ ſuæ liberta
ti quaſi ſua manumiſsione reſtituit etiam quantũ
ad bona reſtituenda. & id verum eſt.

108 Ex his puto veram hanc eſſe cõcluſionẽ, † de
iure authenticorum. non eſſe locum publicatio-
ni bonorum ex quocunque crimine damnati rei
fuerint, ſiue publico ſiue priuato excepto crimi-
ne læſæ maieſtatis in quo leges antiquæ ſeruari
iubentur. Deferentur autem aſcendẽtibus & de-
ſcendentibus vſque ad tertium gradum excluſo
fiſco, quibus non extantibus ſuccedet fiſcus, re-
ſeruata vxori dote & antenuptiali donatione, &
vlterius parte in bonis mariti, ſiue filios habeat ſi
ue non: quibus nõ extantibus fiſcus ſuccedet. Se
cundo, dico ſi ſeruitus per dictum. §. quod autẽ.
in authẽ. de nupt. colla. iiij. ſit ſublata, per quam
ius teſtandi ſeu facultas tollebatur, non prohi-
behitur ex teſtamento ſaltem illis perſonis relin
quere, qui aliàs ab inteſtato ſunt ſucceſſuri, per
rationem. l. ſi quis inceſti. C. de inceſ. nupti. &. c.
primi de alie. feudi paterni. colla. x. in verſi. agna
tis &c. excepto (vt dictum eſt) crimine læſæ ma-
ieſtatis. l. ſi quis filio exhæredato. §. quod ſi quis.
ff. de iniuſto, rup. & irri. teſta. Et id de iure puto
109 verum eſſe. † Conſuetudo Franciæ aliter obſer
uat: vult enim damnato corpore bona publicari
ex quadam criminis & damnationis conſequen-
tia, vt dictum eſt ſuprà per. l. iij. C. ſi penden. ap-
pel. mors interuenerit.

Quantum autem ſit de his qui conſciſcunt ſi-
bi mortem metu imminentis criminis, an pu-
blicent bona, non obſtante illa auth. bona dam-
natorum. gloſ. in. l. j. §. j. in verbo, aduerſus. ff. de
iure fiſci. ſecundum Bart. in. l. j. in fi. ff. de bo. dã-
mnato. tenet vt per eum omnia iura antiqua pu-
blicationem bonorum inducentia ſint correcta.
Hoc idem dicit in. l. fi. §. fi. in fi. ff. de bo. eor. qui
ante ſenten. mor. ſibi conſci. reprobando Pet. di
centem contrarium in. l. ij. C. qui teſta. face. poſ.
quæ tamen fuit generalis opinio Iaco. de Rauẽ.
ſecundum Cin. moti, quia duplex delictum com
110 mittit qui ſe occidit. † Primum ex eo quod accu
ſatus erat & accuſationis metu ſe occidit. Secun-
dum,

dum,ſe occidendo clarum eſt ſcelus commiſiſſe,
dicta.l.fi.§.j.ff.de bo.eo.qui ante ſenten.mor.ſi-
bi conſci. Dum inquit, facti ſceleritatem nõ eſſe
obnoxiã.Igitur ſcelus eſt ſe occidere ſine cã,hoc
probat iſte tex.& ſimiles,qui ob id pœnas publi
cationis imponunt. Vnde ꝗꝗ,ſecundum eoſdẽ,
propter crimen,cuius metu ſe occidit,bona non
publicet:propter ſecundũ tamẽ,quia in ſe ſæuit,
publicabit.In argumentum adducitur per eos. l.
iij.C.de epiſc.audiẽ.l.relegati.ff.de pœnis.quo-
niam iteratio delicti pœnam auget,& gratiã le-
gis minuit.l.miles.§.eius fugam.ff.de re milita.l.
capitalium.§.in exulibus.ff.de pœn. His nõ ob-
ſtantibus Bart.tenet cum glo.in dicta.l.j.in ver-
bo.aduerſus.in fi.ff.de iure fiſ.& glo.in.l.fin. C.
de iure fiſci.in vltimis verbis glo.aduerte qđ Ci
nus referens Petr.in illa.l.ij.C.q teſt.facere poſ.
dicit Petr.ab opi.Iaco.de Rauen.ſui præcepto-
ris receſſiſſe,& dixiſſe iura omnia antiqua,et ma
ximè.l.ij.C.qui teſta.facere poſ.correcta eſſe per
authen. bona damnatorum.& motum fuiſſe hac
ratione,falſum eſſe dicere in conſciſcẽte duplex
eſſe delictum.Nam non propter præcipitationẽ
vel interemptionem ſuipſius, ſed propter primũ
delictum bona confiſcantur.alleg.l.j.ij.&. iij.ff.
de bo.eo.qui ante ſenten.mor.ſibi conſci.

Ego vero dico plurimum facere rationem il-
lius.l.iij.§.j.de bo.eo.&c.in his verbis,non enim
facti ſceleritatem eſſe obnoxiam,ſed conſcientiæ
111 metum. † Ex quibus conſtat,aliud eſſe conſcien
tiam criminis & metum criminis vt ſuprà dictũ
eſt.&c.Et ſic licet verum ſit,eum, qui ſe occidit,
ſcelus commiſiſſe,illud tamen adeò obnoxiũ nõ
eſt,vt ob id bona publicentur , ſed propter con-
ſcientiæ metum,inquit ille tex.in reo veluti con-
feſſo teneri.& non multò pòſt dicitur, vt ſi ſe in-
terfecerit,bona confiſcẽtur.ſi ſe interfecerint ac-
cuſati vel in crimine deprehenſi,vt ſubiungit. &
in hoc non eſſet vera relatio Bar.ex dictis Petri.
Ego vero pro opi.Iac.de Rauen.dico multũ fa-
cere.l.defunctis.C.ſi reus vel accuſa. mor. fuer.
ibi,pendente accuſatione præterꝗ̃ ſi ſibi mortẽ
cõſciuerint , bona ſucceſſoribus eorum nõ dene
gari.Igitur illa cõſcita mors eſt,quæ cauſam præ
bet publicationi:non autem accuſatio præcedẽs.
qm̃ per illum tex.mors ſuperueniens pendẽte ac
cuſatione,id eſt,pendente iudicio ſuper accuſa-
tione extinguit delictũ,ſi nõ cõſiderareť hoc no
uũ delictũ procedens ex morte cõſcita: & ſic de-
lictũ penitus eſt extinctũ.Igitur verũ eſt quod di
xit Iac.de Rauẽ.iſtud ſecũdũ delictũ cõſiderãdũ
eſſe , quod procedit ex facto hominis mediante
miniſterio legis,nõ autẽ miniſtro legis ſolum.Et
tenendo hãc interpretationẽ Iac.de Rauẽ.facili-
ter reſpõderi põt ad dictã auth. bona dãnatorũ.
C.de bo.dãnato.& dictũ.§.fi.in auth.vt nulli iu-
di.colla.ix.vt intelligať de expreſſe dãnatis ꝑ ſen
tentiã iudicis. Et quod verũ ſit,clarè oſtẽdit.§.fi.
in auth.vt nulli iudi.colla.ix.in his verbis,nõ fie
ri lucrum iudicibus aut eorum officijs.Secundò,
quum expreſſe dicit,ſi conuincantur aut condẽ-
nentur.ſcilicet à iudice.& ita declarat dicta auth.
bona damnatorum ſeu proſcriptorum.

Quibus addo vnũ quod affirmauit Iac.Butri.
in.d.auth.bona damnatorum. quem ſecutus eſt
Bart.in.l.j.in.ij. quæſtione.ff.de bo.dãna. Et añ
Bar.fuit opi.Iaco.de bel.viſu,in.d.§.fi.in authẽ.
112 vt nulli iudi.colla.ix. † vt in illa auth.bona dam-
natorum.non cõprehendentur proſcripti ex cõ-
tumacia,ſed ſolum ex crimine proſcripti , vt bo-
na eorum maneant publicata,iuxta.l.j.&.ij. præ
ſertim.ij.C.de requi.reis.Et ſic ille titulus,de re-
quirendis reis,non ſit comprehenſus ſub illa au-
then.bona damnatorum.quod tamen non puto
verum:licet Iaco.But.vltra Bar.hoc argumento
motus fuerit,videlicet vt contumax in veniendo
non audiatur appellans.l.creditor.§.iuſſus.ff.de
appella.l.j.C.quorum appella.non recipiun.Cõ
tumax vero in reſtituendo auditur appellãs. ſed
hæc in crimine vera eſſe non puto:quoniam.l.ij.
C.quor.appella.non recipiun.deſiderat argumẽ
tis reũ cõuinci,teſtibus ſuperari, voce etiã ꝓpria
ſcelus cõfiteri.alioquin ſi hæc obſeruata nõ fue-
rint,vel nõ interuenerint,audieť appellãs. Secũ-
dò,quãuis bona rei accuſati ꝓpter cõtumaciam
annotata fuerint , ſi intra annũ redeat volens de
innocentia docere,vel intra annũ decedat, audie
tur,bonis illi reſtitutis, vel ſuis hæredibus.l.j. ff.
de requi.reis.Et Cin.ob id in.l.j.C.de regr.reis.
& in.d.auth.bona dãnatorũ.fuit dubius.Tamen
illa opiniõe Butrigarij & Bar.vera exiſtẽte, quã
113 non admitto,vt dixi, † ex ea ſatis conſtat confeſ-
ſionem quæ ex conſcita morte interpretatur,ve-
ram non eſſe confeſſionẽ,ſed tm̃ à lege præſum-
ptã,ſicut ea quæ de contumace dicitur in.l.omne
delictũ.ff.de re milita.& in.d. l.j.&.ij.C.de req.
reis.ſequitur ergo de conſciſcente ſibi mortem
& de contumace idem debere fieri iudicium:qm̃
is qui ſe occidit,ad id videť ſe occidere iuris præ
ſumptione,ſi ſine iuſta cauſa ſe occidat,vt faciem
iudicis fugiat,malens potius mori,quàm damna
ri,vt inquit.l.ſi quis filio exhæredato.§.eius qui.
in duabus ſuis partibus.ff.de iniuſ.rup.& irri. te
ſta.ſuperius relatis. & ſic ex cõtumacia ſua cõdẽ
natur quaſi delictum confitens, eo quod contu-
max noluerit comparere,ne ad confitendum co-
geretur:veluti in ſimili dicitur in.l.ij.ff.de bo.eo
rũ qui ante ſentẽ.mor.ſibi conſci.quãuis ille tex.
de latronibus loquať, qui corruptis accuſatori-
bus diẽ ſuum obierũt,vt cõfeſſos(inqt ille tex.)
non relinquere hæredibus defenſionẽ &c.ſed in
eis duplex rõ eſt.Prima immanitas delicti.Secũ-
da eſt ꝑꝑ ſecũdũ delictũ qđ reus accuſatus addi-
dit primo delicto , corrũpẽdo accuſatores.Et iõ
dicit vt cõfeſſos.Sed de cõſciſcẽte in.l.iij.illius ti.
ibi,reo veluti cõfeſſo.idẽ diciť ſicut de cõtuma-
ce.& ſic nõ obſtaret hoc mõ illa.l.iij.in verſi.nõ
114 eñ. † qa verũ eſt principal'r nõ cõſiderari debe-

re ſæuitiā cōſciſcentis ſibi mortē,ſed tm̄ delictū
ꝓpter qđ ſibi mortē cōſciuit,quod habere facit
effectū tacitæ cōfeſsionis,propter quā publican
tur bona,vbi aliàs nō publicarent̃,per.d.l.defū-
ctis.C.ſi reus vel accuſa.mor.fuer.& dictā.l.fi.§.
j.ff.de bo.eo.qui ante ſentē.&c.Nō minus tñ pu
to Cinūverū dixiſſe poſt Petr.videlicet.auth.bo
na dānatorū.C.de bo.dānato.quæ de dānatione
mortis & proſcriptionis æqualiter ſtatuit.ſimili-
ter &.§.fi.in authen.vt nulli iudi.colla.ix. corri-
gere iura antiqua Digeſtorum.& Codicis,de pu
blicatione bonorū dānatorū morte vel deporta-
tione loquentia,vt de iure cōſciſcētes ſibi mortē
metu aut cōſciētia criminis ſua bona non publi-
cēt. Et id de iure verū eſſe affirmo , licet vſus al'r
ſe habeat, ꝗ paſsim publicatiōes in oīmbus fere
criminibus publicis et priuatis admittit.Et vltra
151 ea,quæ ſuprà dicta ſūt,mouet me vnū,ſi † cōſci-
ta mors tm̄ opeř tacitā cōfeſsionem rei accuſat,
trahatq́; poſt ſe tm̄ iudiciū præſumptū dānatio-
nis ſecūdū cōem doct.opi.qūo p̄t plus opari hæc
tacita cōfeſsio & cōdēnatio quā expreſſa, nō vi-
deo mediū,præſertim quum in criminalibus faci
lius inclinādū ſit in faciliorē partē.l.ſi p̄ſes. ff. de
pœ.potiſsime cōtra fiſcū(vt dixi)ꝑ.l.non puto.
ff.de iure fiſci.& eo magis ꝗa cōtra cōſciſcētem
lex nō præſumit,niſi propter ipſum delictum,cu
ius metu ſceleratas manus in ſe iniecit,nō autem
ꝓpter in ſe ſæuitā mortē,vt inq̄t Cinus poſt Pet.
in.d.l.ij.C.ꝗ teſt.facere poſ.eo fortiore argumē-
to quū iura authēticorū è medio ſeruitutē pœnæ
tulerūt,veluti quadā manumiſsione ſuæ primæ
libertati noxios reſtituēdo.d.§.quod autē in au-
then.de nupti.colla.iiij. Et potiſsime quū bono-
rū publicatiōis ſentētias in dānatos latas nō ad-
mittāt,ne lex,quæ maximè rōni & æquitati natu
rali innitit̃,quadā iniquitate tollatur. Et præſer-
tim quum Imperatores aut principes addictione
alienæ ſubſtātiæ locupletari nolūt,ſeu velle non
debēt.ſed magis hominū multitudine rem publi
cam augeri.d.l.fi.ff.de bo.damnato.&.l.fi.C.de
116 bo.damnato. † Nō debet igitur plus ficta opera
ri ſentētia quā quæ,obſeruato iuris ordine in ho
minē cōuictum ꝓnūciata eſt. Hoc argumēto vſi
ſunt Papiē. Moder.in illa.l.ij.C.qui teſta. facere
poſ.quibus inhæreo.Et ante eos Bald.in.l.fi. C.
de iure fiſ.lib.x.ſed intētio huius nouiſsimi iuris
authēticorū eſt gn̄i cōſeruare bona,nō aūt publi
care.d.§.oportet.in auth.de māda.princi.&.d.§.
j.in auth.de inceſ.nupti.colla.ij.&.d.§.fin. in au
then.vt nulli iudi.colla.ix.inhærēdo illi rōni &
æquitati naturali:alioquin ſi ſecus fieret,tolleret̃
vis & poteſtas eius,cederetq́; hæc bonorū publi
catio in pœnā gn̄is,vt dixi.l.quiſquis.§.j.C.ad.l.
Iul.maieſ.ibi,infamia eos paterna comitetur.nō
aūt dicit autores criminis.dicta.l.fi. in princi. ff.
de bo.dānato.Ideo ius authēticorū hoc non ad-
miſit per rōnem dicti.§.oportet.in auth.de man-
da.princi.colla.iij.&.l.ſancimus.C. de pœn.ibi,

propinquos,notos,familiares procul à calumnia
ſubmouemus,quos reos ſceleris ſocietas non fa-
cit.Et ratio.l.ſi pœna.ff.de pœ. quam non puto
117 poſſe euitari, † quia pœna(inquit)cōſtituitur in
emēdationem hominum.accedit.l.ij.C.de liber.
& eorum liberis.§.deniquæ.quæ fuit prima cau-
ſa beneſi.amittendi.colla.x.Ex his infero ad diſ-
finitionem ſecūdæ quæſtionis ſuprà relatæ , vt ſi
ſeruitus,quæ per damnationem hominum in pœ
nam,reos amiſerat manumiſsiōe à Iuſtiniano in-
uenta primæ libertati reſtituatur, recipiantq́; rei
ſua bōa à lege:cui dubiū, quòd ſuæ liberæ diſpo
ſitioni teſtamētariæ.& inter viuos ſaltē in certos
ſui generis remanent,iuxta.l.ſi quis inceſti.C.de
inceſ.nupti.cum ſua auth.& dictioni.§. quod au
tem.in auth.de nupti.colla.iiij.dictum.§.fi.in au
then.vt nulli iudi.&.§.oportet.in auth.de māda.
princ.Et id verū eſſe dico de iure,licet ab expreſ
ſo iura authenticorum de cauſa teſtamentaria nō
loquantur.ſed quū ille.§.quod aūt.reſcindat ius
antiquū,tollēs ſeruitutē:& ſic argumentum per
quod teſtamenti factio reis prohibebatur,liber-
tatē damnatis reſtituēdo nō videtur tollere quo
minus,ſed quomagis obtinere pōt libertatē ſicut
de reſciſsione, quæ à prætore inuēta eſt emācipa
tionis in.l.iij.§.ſi emācipatus.j.ff.de bo.poſ.con
tra tabu. ibi,quū reſciſsio , quo magis admittat̃,
nō quo minus adhibeat̃.de qua ꝑ Bald.in.l.poſt
humo.C.de bo.poſ.cōtra tabu.dixi in authē.ex
cauſa.C.de liber.præteri.ſi quo magis reſtituit̃,
ad omnia videt̃ reſtitutio fieri.l.j.C.de ſentē.paſ
118 ſis.l.quod ſi minor.ff.de minori. † Et ſic eos nō
decedere inteſtabiles,ſed magis inteſtatos, ſi te-
ſtamētū nō fecerint.Si verò teſtamentū fecerint,
non erit irritū,per ſuprà dicta.Ideo ſi archiep̄s et
ep̄i de bonis inteſtatorum diſponant.ſimiliter &
de bonis conſciſcentū ſibi mortē diſponere poſ-
ſent de iure ſcripto.intellige quātū veriſimiliter
defūctus teſtādo donaſſet,reliqua ꝑte generi re-
licta.d.§.oportet.in auth.de mādā.princi. colla.
iij.&.§.fi.in authē.vt nulli iudi.colla.ix. ſed quū
ius antiquū ex cōmuni cōſuetudine obſeruetur,
ꝗa bōa cōſciſcētiū publicat,fitq́; hæres fiſcus,ex
cludet fiſcus ep̄os & archiep̄os, per ſuprà dicta:
qm̄ tenore legis municipalis ſeu cōſuetudinis eo
qđ bona publicāt,inteſtabiles fiunt ſuo delicto,
ꝑ prædicta,aliàs de iure ſcripto nō liceret.tex.eſt
hic,in his verbis , eius teſtamentum aperiri &c.

Nūc tractanda eſt ea quæſtio de pœna mortis
et bonorū publicatiōis à ſtatuto vel cōſuetudine
cōtra cōes iuris regulas et legum traditiones cō-
tra fures inuenta,an ſtatuta & conſuetudines re-
gulari debeant ab illa auth. bona damnatorum.
Pone igitur in furto,quod crimen eſt priuatum
& extraordinarium. Ex ea conſecutiua eſt alia
119 quæſtio † ſi cōſciſcat quis ſibi mortē metu crimi
nis furti,in quo ſi ſequat̃ cōdēnatio de iure,neq́;
mors naturalis, neque deportatio, neq́; bonorū
publicatio infligi pōt. De conſuetudine tamen

& mors

& mors & publicatio bonorum imponitur, ſicut
de iure in criminibus publicis fit, an talis conſci-
ſcens ſibi mortem bona publicet.

Circa primam quæſtionem puto ſuccincte vi-
dendũ eſſe, an pro furto quod eſt priuatum deli-
ctum. l. fi. ff. de fur. de iure inueniatur pœna mor
tis impoſita, an verò hoc ſit à ſtatutis & conſuetu
dinibus inuentum: quod videtur eſſe de indubi-
tabili, quũ in toto titu. ff. & C. de furtis. expreſſe
non inueniatur pro furto pœna capitalis impoſi
ta: imò ſolum cõperimus dupli & quadrupli pœ
nas addictas eſſe. l. j. ff. vi bono. rap. §. pœna. inſt.
de obliga. quæ ex delic. naſcũ. Plenius in. §. qua-
drupli. inſti. de actio. Et magis videtur expeditũ
in. §. fi. in authen. vt nulli iudi. colla. ix. à quo ſum
pta eſt authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugiti. vbi
Bal. & Moder. copioſius deſcribunt Pau. Alex.
& Moder. Papien. in. l. pen. col. penul. & fi. ff. de
cõdi. cauſa data, cauſa nõ ſecu. Ang. Aret. in tra
cta. malef. in verbo, & veſtem cœleſtem abſtulit.
per Bar. in. l. capitaliũ. §. famoſos. ff. de pœ. Bal.
& Paul. in. l. iij. C. de epiſc. audien. Feli. in. c. at ſi
clerici. §. de adulterijs. col. fi. extra de iudi. Adde
his, quæ Aul. Gel. lib. noct. attica. xj. c. xviij. ſcri-
bit de lege duodecim tabularũ, quæ leges Draco
nis, quũ paulò acerbiores eſſent. obliterauit. hoc
120 idem in Exo. c. xxij. Ego † verò puto ex. §. fin. in
authen. vt nulli iudi. colla. ix. probari duas furtũ
ſpecies eſſe. Prima eius, qui ſine vi, ſed clàm, vel
occultè furtum facit: & hunc non vult pœna cor
porali puniri. de quo loquitur. l. j. & quaſi totus
titu. ff. de furtis. Secunda eſt, violẽti furis, qui, cũ
armis vel ſine armis quocunq; loco ſiue in domo
ſiue in itinere aut in mari, vi tamen, cauſa prædæ
eripit. Et hi ſunt quos iureconſultus graſſatores
appellat latronibus proximos, in. d. l. capitaliũ.
§. graſſatores. ff. de pœn. & ſi differant à latroni-
bus, quos ille. §. fin. punit legalibus pœnis, aliter
pœna non expreſſa. His addo & pro opi. Bal. in
dicta auth. ſed nouo iure. grauiter puniẽdum fu-
rem rei, maximæ æſtimationis, & eum à fure mo
dici furti differre, qui neq; morte neq; deporta-
tione puniẽdus eſt: alius verò ſecus, in dicta. l. fi.
§. idẽ reſcripſit. ff. de bo. eor. qui ante ſentẽ. mor.
ſibi conſci. ibi, eum qui modici furti reus fuiſſet.
121 Igiť à ſenſu contrario, † ſi maximi furti reus fuiſ
ſet, bona hæredibus adimerentur, & ſic non tãtũ
conſuetudinem peccandi cõſiderauit ille tex. ſed
& furti qualitatem: quod eſt pro Bal. contra eos
qui dicunt eam non probari lege. reſpondentes
ad. ll. allegatas per Bal. quæ de actibus ciuilibus
loquuntur. Illa verò in ſpecie de furto loquitur.
quam. l. Alex. nõ prætermiſit in dicta. l. ij. C. qui
teſta. facere poſ. Clarum eſt autem pœnã aggra-
uari, ſi ſæpius delictum, quale qoale ſit, iteretur.
Et clementius cũ eis actũ eſt in. d. l. capitaliũ. §. ſo
lent. &. §. graſſatores. in verbo, ſæpius. Non autẽ
ſequiť quin talia delicta cõmittentes, grauiſsima
pœna plectantur, etiã ſi ſæpius non admiſerint,
vt probat ille. §. graſſatores. ibi, cæteri in metallũ
122 dãnanť, vel in inſulã relegantur. † & hos qui vi
eripiũt poſſumus effractores appellare, qui ſi ple
beij ſunt, in opus metalli dãnẽtur, ſi honeſtiores
ſunt, in inſulã relegantur. l. j. §. expilatores. ff. de
effracto. & expila. quæ videtur eſſe pœna illius.
§. graſſatores. quos ita diffinit iurecõſultus in. d.
§. expilatores. verſi. ſed enim diuus. eos eſſe qui
effracto pariete, & ſic per vim pecuniam abſtule
runt. Idem in fure nocturno, ſi ſe telo defendat,
& ſi nullũ percuſſerit, dicendũ eſt. l. itaq;. ff. ad. l.
Aquil. c. ſi perfodiens. & c. interfeciſti. extra de
homici. In fure balneario. l. j. ff. de fur. balnea. mi
les verò ignominia mittitur. l. fi. eo. titu. Idem in
abigeo. licet in plæriſq; ꝓuincijs, moribus earũ
grauior pœna quandoq; impoſita inueniať, præ
ſertim his quibus id genus maleficij frequentius
committitur. l. j. in princi. & §. q̃cq̃. ff. de abige.
123 Idẽ in. l. ſaccularij. ff. de extraordi. crimini. † Idẽ
in furibus arborũ, qui tanq; latrones puniũtur.
l. ij. ff. arbo. fur. cæſa. Nam & hi fures ſunt. l. faciẽ
da. & l. furtim. ff. eo. Idem de furibus naufrago-
rum, q vt latrones puniuntur. l. ne quid. §. de his.
ibi, vt de latronibus grauem ſentẽtiam dicere. ff.
de incẽ. rui. naufra. quorum ſpecies explicantur
in. l. quo naufragium. & l. Pedius. & l. ſi quis ex
naufragio. eo. titu. ff. Idem in ſacrilego, in quem
ex qualitate perſonæ, temporis, ætatis, ſexus, vel
quo frequentius cõmittitur, variata eſt pœna. l.
ſacrilegij pœnã. & l. ſacrilegij capite. ff. ad. l. Iul.
pecul. ſimiliter & qui publicã pecuniam ſubſtra-
hunt. d. l. ſacrilegij pœnã. §. q cauſa in moneta. cũ
§. ſeq. l. cũ eo. cũ tribus. ll. ſeq. ff. ad. l. Iul. pecula.
Ex qua. l. ſacrilegij pœnã. verſ. is aũt, habes pul-
chrũ tex. probãtẽ diffinitionẽ famoſi furis dũ in-
quit furem manifeſtũ famoſum effici, nõ tñ dixe
rim infamẽ, quia indubiũ eſt infamẽ eſſe. l. iiij. §.
fi. cũ. ll. ſeq. ff. de his qui notã. infa. ſed verè famo
ſum furẽ, ſicuti et latronẽ famoſum, in. d. l. capita
liũ. §. famoſos. ff. de pœ. & forte id inuenies me-
lius alibi probatũ: neq; memini me alibi legiſſe.
Accedit illis pœna legis iuliæ repetũdarũ, de qui
124 bus in. l. j. illius titu. ff. ad. l. Iul. pecul. † Et maxi-
mè cõtra eos q ſub velamine officij à ſubditis pe
cunias extorquẽt. l. j. et ꝑ totũ titu. ff. ad. l. iul. pe-
cul. §. neceſsitatẽ in auth. vt iudi. ſine quoq; ſuf-
non recipiun. ibi, aut formidine tormētorum. ta-
men Barto. in dicta. l. j. §. diuus. ff. de quæſtio.
7 aliter † voluit extendere, vt hæc dicatur leuis
& ad hoc vt dicatur terribilis, ſecūdum eundem
Barto. prout illa. l. vnica. C. ſi rect. prouinc. di-
cere voluit, neceſſe eſt incutientem tormenta, ho
minem ligatum habere, vel ſtridētibus dentibus
miniſq; ducere eum ad tormenta, poniq; ad ea.
quæ interpretatio mihi ſemper viſa eſt multum
reſtricta per dictam. l. metum. in verbo præſen-
tem. &. l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſa. &
l. iij. §. armis. ff. de vi & vi arma. ibi, ſi in ipſa con
certatione qui inermes eò ꝓceſſere &c. Secūdò,
ibi, Et ſi non armis vſi ſunt. & ibi, ſufficit terror
armorum, quamuis illum text. Bar. non ignora-
uerit. Sed prædictis addo. l. nouiſſime. ff. quod
falſ. tuto. auto. ibi, aut metu ne compelleretur.
per quam idem notat Cinus in. l. ij. in fine. C. de
his quæ vi metus've cauſa fiunt. ponderans. l. ſi
per impreſsionem. C. eodem titu. facit. l. metus.
ff. ex quib. cauſ. maior. ibi. vel cruciatus corpo-
ris conterritus abeſt. Et hoc ex affectu eius intel
ligitur. Idem in. l. interpoſitas. in princip. C. de
tranſac. l. ſi per. vim. C. quod met. cauſa. ibi, aut
cruciatum. & in his verbis, & non poſtea eam eō
8 ſenſu roboraſtis. † Igitur tunc non erat conſen-
ſus, quandiu fuit ille metus ſeu terror. verum eſt
autem, illam. l. metus. in fine. ff. ex quib. cauſ. ma-
ior. remittere arbitrio iudicis æſtimandum, quan
do torrore mortis, vel cruciatu corporis extor-
ta confeſsio intelligatur. Et ratio huius eſſe po-
teſt, quia in facto conſiſtit: ob id relinquitur iudi
cis arbitrio. l. j. §. calumniatoribus. ff. ad Turpil.
hoc autē videtur Bal. moderari in. l. vnica. colū.
v. C. de confeſ. Diſtinguit enim, Aut præcedunt
terribiles minæ, ſeu minaces iactantiæ, et iam tor
menta præceſſerunt: & præſumitur metus, niſi ta
lis ſit malefactor, cui iudex debet terribilem vul-
tum oſtendere, vt dixi ſuprà. eo caſu non præſu-
metur metu tormētorum, ſed potius conſcientia
criminis facta confeſsio. vbi verò tormenta tales
minas non præcedunt: & tunc imputatur confeſ
ſio reo confitenti. Nam & illa, ſecundum eum,
vt vera recipietur, quæ diſtinctio ex præcedenti-
bus confuſa videtur, per dictam. l. metus. &. l. ſe
cundam. C. quor. appella. non recipiun. dictam
l. item apud Labeonem. §. quæſtionem. verſicu.
nuda

nuda ergo.ff.de iniur.& ob id diligenter in eodẽ
§.pondera illa verba,nuda interrogatio vel leuis
9 territio. † Interrogatio igitur non erit nuda vbi
iudex terribilem ſe oſtendit, vt dixi per dictam
l.vnicam. C. ſi rector prouin. Non tamen ob id
dico quin tales malefactores terreri debeant,di
cto.§.talem.in authent.de mandat. princi.colla.
ij.ſed iudex in proferendo iudicio criminali de
bet facilior eſſe,ſi alijs probationibus ſeu conie
cturis vel argumentis non conuincatur, vt dixi.
Adde quod notat Ioã. And.in dicto.c.quum in
contemplatione.in fin.extra de regu.iur.dum di
cit,debere eſſe extra locum tormentorũ, non vi
dens illa. Secundò, vt tormentis non terreatur.
inducẽs.l.j.§.ex incendio.ff. de incen.rui.naufr.
ibi,propter tumultum incendij, vel propter tre
pidationem incendij. Melius in.l.ſi quis ex nau
fragio.verſ.alioquin eo.tit. De hoc etiã per Bal.
in dicto.c. iniuria.v.colũ. de pace tenen.& iura.
firman.colla.x.& in.l.interpoſitas.C.de tranſac.
Cinus in.l.ij.C.de cuſto.reo.

In tex. Sed omnem inquiſitionẽ.per quam ad
criminis vindictam,ad tormenta ſeruorũ ſeu pœ
nam itur,vel pro crimine deregendo tormẽta ſer
uis ſtatuuntur. Et ſic iudiciũ criminale exercẽdo
vt in reos criminis quæſito delicto animaduerta
10 tur.† Vnde Varro in lingua Latina quæſtorem
eũ dixit,qui quæſtionũ iudicia exercet. Et Pom
po. iureconſultus in.l. ij. §. deinde qui ærarium.
verſi.& quia.ff.de orig.iur. dicat eos in.l. xij.ta
bularum quæſtores parricidij appellari. nec illa
l.parricida tantùm dicebatur, qui parentem occi
diſſet,ſed qualẽcunq; hominẽ,vt ex lege Numæ
Pompilij ſcriptũ legimus. ſi quis,inquit,hominẽ
liberũ ſciens duit, id eſt, dederit, parricida eſto.
Et cum vnico,r, paricidã ſcribebãt,vt inquit Pri
ſcianus,à pari non à patre dictũ, vt qui parẽ occi
deret.paricida eſſet.de quo loquitur.l.congruit.
11 §.ſanè.ff. de offic.præſi. † Et qui de criminibus
inquirebant, quæſtionarij ſeu inquiſitores dicti
ſunt criminũ examinatores,ab exercẽdis quæſtio
num iudicijs, vt Varro etiã meminit, & notatur
in.§.j.in authẽ.de quæſt.colla.vj.ibi,priſcis tem
poribus vocabant inquiſitores. Cornelius Silla
quæſtiões publicas de falſo, de paricidio.l.Cor.
de ſica.cõſtituit.l.ij.§. deinde Cornelius Silla.ff.
de origi.iur. Aliqui quæſtores fuerunt qui publi
cæ pecuniæ inquirendæ vel conſeruandæ cauſa
præerant,dicta.l.ij.§.deinde qui ærarium.&.§.j.
in authẽ. de quæſtore.colla.vj. Seu dic eam inue
ſtigationẽ eſſe, per quam veritas patrati ſceleris
detegitur, ſine inquiſitione generali qua triũuiri
capitales,maleficia cõquirebãt,vt inquit Varro.
Et Pompo.iureconſultus in dicta.l. ij. §. deinde
qui eſſet magiſtratus.ff. de orig.iur.dum inquit,
Et triumuiri capitales, qui carceris cuſtodiã ha
berent,vt quum animaduerti oporteat,interuen
12 tu eorum fieret: † quas inquiſitionis formas mul
tifariam diſtinxerunt glo.& docto.qui de crimi
nibus tractauerunt. In primis Hoſtien.in ſum
ma, ſub rubricella de inquiſitionibus. in titu.de
homici.Specul.in titu. de inquiſitio. Bar.in.l.ij.
§.ſi publico.ff.ad.l.Iul. de adulter. Idem in extra
uagã. qui ſunt rebelles.in verbo, inquiſitionem.
Bal.in.l.ea quidem. C. de accuſa. Inno.& Cano.
omnes in.c.qualiter & quando.ij.extra de accu
ſa. Ange. Aret.in tracta.maleſi.in.j.charta. Gan
di.& alij qui de criminibus ſingulares tractatus
reliquerunt. Hi enim plura inquiſitionum gene
ra diffiniunt. Nonnullas enim ſpeciales deſcri
bunt: aliquam verò generalem eſſe affirmãt.aliã
verò generaliſſimam. Et eas tradit Hoſtien.in.c.
qualiter & quando.ij.in verbo,peruenerit.extra
13 de accuſa. † Generaliſſimam eam dicit eſſe,quæ
autoritate generalis concilij fit tam in capite quã
in membris, & in vniuerſum eccleſiæ ſtatum. c.
ſicut olim.extra de accuſa.c.graue,extra de præ
ben.§.vt autem omnis eccleſiaſticus ſtatus.in au
then. de ſanct.epiſ.colla.ix. Generalem dum præ
latus ex mero ſuo officio in prouincia ſibi com
miſſa inquirit.c.j.&.c.irrefragabili.extra de offi.
ordi.c.excõmunicamus.§.adijcimus.extra de hæ
reti. Specialem ſeu ſingularem quum fit ad de
nunciationem officialis , vel eius cuius intereſt
de crimime inquiri, vel vbi ex officio nemine de
nunciante ſeu accuſante. ſama tamen publica cõ
tra nonnullos laborante à iudice quæſtore inqui
ritur,dicta.l.ea quidem. C. de accuſa. Archid.in
14 c.presbyter. ij.ij.q.iiij. † duplicem dicit eſſe in
quiſitonem.primam,indagationis ſeu inſtructio
nis. C.qui in iuuentute.extra de præſumptio.vel
præparationis, dicto. c. qualiter & quando. ij.
extra de accuſa. Secũdam, veritatis.c. licet Heli.
§.j. extra de ſymonia. vt primo loco de infamia,
ſecũdo veritate inquiritur. Alleg. Inno.in.c. bo
næ memoriæ Maguntinenſis. extra de electio.
& ſi ordo in ſimilibus præpoſteretur, proceſſus
vitiabitur.c.qualiter & quãdo.j.extra de accuſa.
quod tamen declara vt illhic per Feli. poſt Pert.
de Ancha.in.c.ij.de accuſa.in.vj. Idem Archi.in
c. Vulteranæ.in princi.xij.q.ij.vnam dicit eſſe ſu
ſpicionis inquiſitionẽ.c.venerabili.extra de offi.
delega.alteram,veritatis, dicto.c.licet Heli. Bar.
verò longiorem diſtinctionem fecit in. l. ij. §. ſi
publico.ff.ad.l.Iuliam.de adult. Cuius dicta co
pioſè Bal. examinauit in dicta.l. ea quidẽ. in.vj.
&.vij.colum. C. de accuſa. Quibus adde Roma.
in notabili.526.incipiẽte,Inno. dubitat nunquid
iudex ex officio inquirat.

Quantum autem eſt ad caſum huius. §. dico
hunc ordinẽ à iurecõſulto in hoc Senatuſconſul
15 to cõſiderandũ eſſe. † Primò,quæſtionẽ quã hæ
redes de morte,priuſquã delictũ accuſent ſeu de
nuncient,facere debẽt,de qua loquitur.l.ſi ideo.
C.eo.ibi,quia cædis autores reperiri non potue
runt.l. Gaius.infrà.eo.ibi, & mortẽ eius exequi
neglexit. &.l.ſi antequàm. infrà eo.dum inquit,
ſi antequã pateſieret teſtatorem occiſum. l. lege

Cornelia.in verbo,requiſiuit. & pleriſqꝫ alijs le-
gibus huius tituli: niſi quum moriẽs homicidam
nominauerit.l.qui quum maior.§. ſi patris mor-
tem.&.l.Paulus.j.&.ij.ff.de bo. liber. Dicam in
l.iij.§.ſi moriens.infrà eo.Similẽ inquiſitionẽ de
crimine tenetur iudex facere, vbi illi conſtat cri-
men eſſe cõmiſſum,& ignotus eſt ſceleris autor,
dicta.l. item apud Labeonẽ. verſi. vnde quærit.
ff. de iniur. ibi, & ait iudicẽ debere inquirere.c.
inquiſitionis.extra de accuſa.l.cõgruit.in verbo.
conquirat.ff.de offic. præſid.§. ſi verò aliqui aut
in hac.in authẽt.de quæſtor. colla.vj. & ita puto
debere intelligi.§. vt autem omnis.in authen. de
16 ſanct.epiſc.colla.ix. † Alia eſt ſeruorũ quæſtio.
quæ à iudice fit hæredibus necem defuncti defen
dere volẽtibus, vt præſidio iudicis iniuria defun
cti vlciſcatur.dicta.l.ſi ideo. C.eo. in his duobus
verbis,vltio deſiderata.l.propter veneni.§. præ-
ſidis iniquitate.infrà eo. dum inquit,præſidis ini
quitate reis illatæ cædis abſolutis.l.ſi poſtulaue-
rit.§.fi.in fine.ff.ad.l.Iul.de adulteris.ibi,& accu
ſator quæſtionem in eo haberi velit. & in capite
illius.l.ibi.ſiue adeſſe voluerit,ſiue intereſſe no-
luerit,iubent iudices eum æſtimari. Vnde quum
ad criminis vindictam in reos aliquid ſtatutũ eſt:
iudicium quæſitum eſſe dicitur. Et hoc importãt
hæc verba,& defenſionẽ mortis.quæ iureconſul
tus quæſtioni dicit accedere,dum dicit,ſed & cõ
munem inquiſitionẽ & defenſionẽ mortis, quæ
hæredibus incumbit.l. neceſſarios.§.fi. infrà eo.
videlicet deferẽdo vel accuſando, aut aliter vin-
dictam proſequendo.l. qui quũ maior.§.ſi patris
mortẽ defendere neceſſe habuerit.ff.de bo.libe.
dicam plenius in dicta.l.neceſſarios.§.fin. Aliter
fit inquiſitio per iudicẽ, facta ab hærede aut quo
uis alio delatione ſeu accuſatione,vti eſt in omni
bus alijs criminibus. Hoc dicit præcedẽs.§. illud
&.l.ea quidẽ. C.de accuſ..l.ſi quis hoc genus. C.
17 de epiſc.& cler. † Officiũ enim iudicis quieſcere
non debet.tenentur enim iudices ſtationarios in
ciuitate cõſtituere, qui diligenter crimina inqui-
rant,& referãt.l.j.§. quies.ff.de offi.præfec.vrb.
quã inquiſitionẽ generalem pleriqꝫ vocãt, & du
plicẽ eſſe aiunt:prout Bart. diſtinguit in dicta.l.
ij.§.ſi publico.ff.ad.l.Iul.de adulte. Vna eſt quo
ad perſonas:altera verò quo ad delicta.mouetur
Bar.ex.l.vnica. C.de priua.carcer.l.fina. C. ad.l.
Iul.de vi publ.&.l.iiij. in prin.ff.ad.l.Iul.pecul.
l.hæ enim.in princi. & quod illhic glo. notat.ff.
de ſuſpec.tutor. quæ nullatenus hanc diſtinctio-
nem admittunt. Nec eas leges puto in aliquo dif
ferre à dicta.l.congruit.ff. de offic præſi.præſer-
tim.l.iiij.ff.ad.l. Iul.pecul. vt in vtraqꝫ idem ſer-
mo repetitus videatur: quamuis.l. congruit. ſit
Vlpiani. & illa.l. iiij. ſit Martialis iureconſulti.
at.l.vnica. C.de priua.carcer.&.l.fin. C.ad.l.Iul.
de vi publi.hiſdem penè vocabulis cõceptæ ſint.
18 Volunt † enĩ præſides & cæteros magiſtratus,
qui reipublicæ curã habẽt in ſpeculis eſſe,vt con
quirant ſacrilegos,latrones,plagiarios,& prout
quiſqꝫ deliquerit in eũ animaduertant,deputatis
ſtationarijs ad referendum quid vbique agatur:
vt inquit dicta.l.j.§. fina.ff. de offic. præfec.vrb.
§.j.in authent.de quæſtor.colla.vj. Ecce quomo
do de perſonis ſingulariter nõ inquiritur,ſed de
criminibus ipſis,vt ciuitatis quies non turbetur.
quamuis detectis criminibus iudex, quos com-
periet ſua inquiſitione culpabiles, plectere poſ-
ſit,In perſona verò non puto iudicem iure poſſe
inquirere, niſi delatione criminis vel accuſatio-
ne facta,aut quod crimẽ iudici liqueat: vt inquit
tex.in.§.præce. Euidentia facti ſeu patrati crimi-
nis, vel publica fama exiſtẽte à maleuolis ortum
non habente.c.qualiter & quando.j. &.iij. &.c.
inquiſitionis.extra de accuſa.l.iij. C. qui accuſa.
poſſ. dixi plenius in.l. penul.infrà eodem. Qui-
bus addo quod notat Bar.in.l. fina.ff. de quæſt.
19 dum inquit, † Iudicia quæ in generali inquiſitio
ne habita ſunt non præiudicare accuſato vbi ſpe
ciali inquiſitione contra eum procedendum eſt,
quoniam teſtes eo citato examinati nón ſunt.l.ſi
quando. C.de teſti.c.in nomine domini.extra de
teſti.vbi Feli.dictum Bar. examinat. in.iij.colũ.
verſi.iij.limita. Et Ang.Aret. in tractatu malefi.
in verbo,hæc eſt quædam inquiſitio.colum.viij.
&. ix. Alia eſt inquiſitio, quæ circa occultantes
reos criminum fit.l.j.ff.de requir.reis.l.fin. C.de
his qui latro.occulta.l.j. C.de deſertor.& occul-
ta.lib.xij.vt pœna tam à reis,quàm eorum occul
tatoribus habeatur. de qua etiam diximus in. §.
quid ergo.ſuprà ead.l. plenius per nos in.l.pen.
infrà eo. Alia eſt interrogatio quæ à reis ipſis de
complicibus, fautoribus, ſeu conſcijs fit: de qua
in.l.& ſi certus in princi.&.l. prius.infrà eo.l.fi.
C.de accuſa.l.j. C.de cuſto.reo. Alia eſt interro-
gatio, quam patroni reorum ab ipſis reis facere
poſſunt: ſimiliter & delatores ipſi vel accuſato-
res:de qua in.l.ſi poſtulauerit.§. quæſtionem.ff.
ad.l.Iul.de adulter.notatur in.l. cuſtodias.ff. de
publi.iudi.per Bar. in.l.fin.quæſtione.fin. illius
l.ff.de queſtio. licet vſus & curiarum ſtylus ali-
20 ter obſeruet. † Deſtituuntur enim rei patronis
et procuratoribus qui cauſas eorum agant.vnde
hæc praxis primùm originem traxerit, ignora-
tur.In ciuilibus non habenti patronum datur,iu-
xta.l.j.ff.de poſtulan.in criminalibus, in quibus
pignus ipſum, hominis anima videlicet & cor-
pus,bona item vniuerſa tractantur,omni ope &
conſilio deſtituitur, iudiciũ ſanguinis expectãs.
quàm aliena ſit à recto iudicio hæc corruptela,
nemo eſt qui ignoret. Attẽdat quæſo vnuſquiſqꝫ
quantos Marcus ille Cicero in cauſis admodum
dubijs fluctuantes reos ſua eloquẽtia defendit,
ſaluoſqꝫ remitti ad ſuos obtinuit. Extant enim
eius orationes, maximè ea quam Marci Coelij
rogatu pro Cneo Popilio Clenate habuit: quẽ
demum Popilius ſuæ vitæ tutorem, vt iugularet
proſcriptũ à Marco Antonio obtinuit,Caietãqꝫ
currens

currens caput amputauit, in vrbem reuerſus ad
Antonium eloquentiæ caput obtulit. Extant &
Catonis et Demoſthenis aliorum deniq; oratio-
21 nes. † Ceſſet nunc praxis tam violenta & ſangui
nea. abeant tam iniqua tyranni inuenta. ſit nunc
reorum patronis interrogandi ſacultas. clientes
ſuos interrogatos aduocati audiãt: neq; id iudicũ
arbitrio cõmittaẽ, & obtineat Vlpiani ſententia
quæ patronis interrogãdi facultatẽ præbet. idem
Vlpianus in. l. j. §. cæterùm. ff. de præua. ibi, quid
ergo de eo fiet: ſiue priuato iudicio, ſiue publico
præuaricatus eſt, id eſt, prodiderit cauſam. quo-
modo enim prodere poteſt, ſi à clientulo ſeu reo
pendita nõ eſt. Aliæ ſunt inquiſitiones, quæ ex-
quiſitis tormẽtis & pœnis à iudicibus fiunt: qua
rum meminit Valerius lib. viij. c. iiij. de Alexan.
Faninij ſeruo, de Philippo Fuluij Flacci ſeruo,
quẽ & Cicero defendit. & Ang. Aret. in tracta.
maleſi. in verſi. hæc eſt quædam inquiſitio. vij. co
lum. verſi. item quando dominus à familia. dicit
cauſam huius ſenatuſconſulti ſingularem eſſe, in
qua inquiri poteſt, & à familia quæſtio haberi, li
cet de homicida nõ cõſtet. alleg. ad id. l. j. in prin
ci. ſed tu intellige ſecũdũ ea quæ in prioribus. §.
moderauimus. Alioquin dictũ Are. non eſſet ve
22 rũ. † Adde prædictis nonnullos iudices inſolitis
tormẽtis vti aduerſus reos, vt inquit. l. vnica. C.
de emẽda. ſeruo. in qua pleraq; tormẽtorũ gene-
ra deſcribunẽ. l. nemo carcerẽ. in verbo, plumba
tarũ. C. de exacto. tribu. lib. x. Alia autẽ in impu-
beres ſit quæſtio ferula ſeu virga, vel habena,
quibus terrentur. ff. impuberi autẽ. infrà ea. l. nõ
q; id genus quæſtionis tormentũ dici debeat, vt
inquit ille tex. & idẽ genus quæſtionis in clerico
obſeruari poſſet: qm̃ ab epiſcopo, nõ ꝓ prijs ma-
nibus caſtigari ſeu verberari poteſt. c. non liceat.
lxxxvj. diſtin. c. illi qui. v. q. v. gl. in ſumma. xlv.
diſtin. per Io. And. in. c. quum in contẽplatione.
23 extra de reg. iur. Dicam in. d. §. impuberi. † Ali-
quãdo etiã domini manibus ſuis à ſeruis quæſtio
nem exigunt. l. inde Neratius. §. ſed & ſi ſeruus.
ff. ad. l. Aquil. Plerunq; iuſſu domini exterus à
ſeruo quæſtionẽ accipit. l. item apud Labeonẽ.
§. prætor ait. ff. de iniur. ibi, deq; eo ſine iuſſu do-
mini quæſtionem habuiſſe dicitur dicitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Serui ſub eodẽ tecto exiſtentes, cũm dominus occi-
ditur, puniri debent, ſi non ſint domini ſalutem tutari.
2 Serui qui ſub tecto eodem exiſtunt, cũm dominus occi
ditur, criminis conſcij & ꝑcipes præſumũtur. & nu. 3.
4 Delictum poſt ſonum campanæ commiſſum, quo ca-
ſu ſit duplo ſarciendum.
5 Nox naturalis in quibus à morte ficta differat.
6 Nox an dicatur verè id tp̃s quod à primo cãpanæ ſono
veſpere facto vſq; ad eũ qui fit in aurora ſequentis diei.
7 Delictum noctu perpetratum duplo puniri debet.
8 Statutum puniens in duplum delictũ noctu cõmiſſum
poſt primum cãpanæ ſonum, qualiter ſit intelligendũ.
9 Statutum dupli pœnam ob delictum de nocte commiſ
ſum imponens, qualem recipiat interpretationem.
10 Delinquens vitio naturæ eſt aliquatenus excuſandus.
11 Nox an dici debeat inchoata à ſono campanæ, ſtatuto
ſtante &c.
12 Serui ignorantes omnino aut prohibere non valentes,
non ſunt de nece dumini culpandi.
13 Delictum vera nocte commiſſum an poſsit excuſari.
14 Impeditus naturæ vitio eſt ei ſimilis, qui ob ſpatiũ lon-
gius exaudire nequit.
15 Impedimentũ naturale in quo ab accidẽtali ſit differẽt.
16 Surdus non ignorans prouinciæ morem, an excuſetur
à pœna ſtatuti de ſono campanæ loquentis.
17 Præconis vocem impeditus non exaudiens, quando ſit
per prætorem excuſandus.
18 Veritas in delictis opinioni debet præferri.
19 Contractus ſtipulationis non eſt obligatorius, niſi con
trahentes ſe inuicem audiant & intelligant.
20 Nuptiæ ideo inter tutorem & pupillam prohibentur,
ne puellæ ab ijs circumueniantur qui tutelæ geſtæ ratio
nes reddere coguntur.
21 Extenſio fieri poteſt in verbis ſimilis interpretationis.
22 Statutum quandoq; vim legis ſua vi poteſt reſtringere.
23 Vicini dicendi ſunt, q ſuas mutuo voces exaudire pñt.
24 Vicinus is rectè iudicatur, qui ſic proximus eſt, ve vici-
num ſuum exaudire poſſit.
25 Vicina propriè ea dicuntur quæ parietibus communi
bus diſcernuntur. & nu. 26.
27 Vicina dici poſſunt quæ inter duos parietes cõſiſtunt.
28 Depoſitio teſtium, qui audierunt, cortina ſeu pariete
medio, an ſit probabilis.
29 Viſus & auditus quandoque ſunt neceſſarij teſtibus de
aliquo depoſituris.
30 Teſtimoniũ in qbus et qñ īter cõtrahẽtes admittẽdũ ſit.
Adulterium quare non poſſit verè probari.
31 Codicilli leuioribus ſunt ſolẽnitatibus cõtenti q̃ teſtã.
32 Teſtes iudicãtur idonei q ſpecifice à iure nõ ꝓhibẽtur.
33 Cæcus an & quando teſtis eſſe poſſit.
34 Teſtes teſtamenti præſentes eſſe debent, & in teſtatoris
conſpectu, cum conditur teſtamentum.
35 Mutus, cæcus & ſurdus an poſſint eſſe teſtes.
36 Inteſtabilis per legem is iudicatur, cuius teſtimonium
non recipitur.
37 Teſtis notam habens contrahentium vocem non eſt re
pellendus, etiamſi cortina media audierit.
38 Serui puniuntur qui domino non fuerunt auxilio, li-
cet vocem eius non audiuerint.
39 Florentini vt plurimum artem callent Hiſtrionicam.
40 Teſtimoniũ cæci in matrimonio prohibendo & adulte
rio probando admittitur.
41 Teſtis aliquo ſenſuũ id, ad qđ rogatur, ꝑcipere debet.
42 Appellatio licet ſigillatim fiat à pluribus iudicibus, ab
omnibus tamen ſimul facta cenſetur.
43 Teſtis de auditu tm̃ deponens, an ſit admittendus.
44 Teſtimonium auditus quando admittatur.
45 Viſus quando teſti deponenti ſit neceſſarius.
46 Probationis validitati quando paries medius ſeu corti
na obſiſtat.
47 Domeſtici quare de nece domini puniantur per Sena-
tuſconſultum Silanianum.
48 Teſtis deponens de homicidio noctu commiſſo, ſuſpi-
tione non vacat.
49 Opiniones iudicum regulari debent ſecundum reſpon
ſa iuriſprudentum.
50 Inſtrumentum ſeu documentum ſuper mortuo ſcriptũ
nõ recipitur abſq; triũ fidedignorũ teſtium præſentia.
51 Teſtes in cõtractibus adhibiti cõtrahẽtibus dñt eẽ noti.

52 Teſtes de viſis & auditis veraciter teſtimonium facere debent.
53 Teſtimonium auditus vix admittitur quin ſciētiæ eius cauſa viſum expectet comitem.
54 Depoſitiones de auditu, indicium tantùm, ſed non veram probationem faciunt.
55 Oculorum ſpecies plurimæ.
Viſus in teſtamētis, teſtibus eſt neceſſarius, nec eis ſufficit auditus.
56 Teſtes teſtamento conficiendo intereſſe debent, donec ſuprema peragatur conteſtatio.
57 Teſtator ſcribere neſciens & articulatè ſcribere non valens mortuo ſimilis eſt.
58 Falſitates in teſtamentis ſuis prorſus euitandæ.
59 Teſtes teſtamenti nominatim ſunt rogandi.
60 Teſtes in teſtō adhibiti oēs actiuè teſtabiles eſſe debent.
61 Legatum ſeu fideicommiſſum iure ciuili poteſt nutu relinqui.
62 Pœna indicitur teſtibus & tabellionibus teſtamenta falſa ſignantibus.
63 Teſtamentum an poſſit nutibus per teſtatorem condi.
64 Teſtamentum prius ſcriptum an poſſit teſtator coram teſtibus nutu comprobare.
65 Sacramenta an ſint nutu pœnitenti conſerenda.
66 Contractuum & teſtamentorum idem eſt iudicium.
67 Teſtes contractuum præſentes, audientes & intelligētes eſſe debent.
68 Teſtes quare in actibus inter viuos interuenire debeāt.
69 Teſtamentum quid ſit.
70 Teſtes in omni contractu, in quo inſtrumentum confici debet, ſpecificè & nominatim rogari debent.
71 Teſtes in contractibus debent adhiberi, & inſtrumento ſe ſubſcribere.
72 Scripturæ nō authēticæ in ſtricto iudicio nō creditur.
73 Teſtes qui cortina media vel pariete audierunt, indiciū tantum faciunt, & non probationem.
74 Teſtes duo, quamuis non rogati, ſufficiunt in contractibus inſtrumentum non requirentibus.
75 Teſtes cōtractui præſtn aut quouis alio modo præſentes eſſe non ſufficit, niſi videant & intelligant.
76 Teſtis in conſpectu eſſe debet lege præſentiā requirēte.
77 Viſus difficilius decipitur quàm cæteri ſenſus.
78 Diæta quid dicatur Canoniſtis & quid Iureconſultis.
79 Fures diætarij qui ſint.
80 Factum intra eoſdem parietes, dicitur in præſentia domum inhabitantium fieri.
81 Domus nonnunquam pro habitatione capitur.
82 Offendens aliquem in poſtica & domus parte poſteriore, an puniatur ſtatuto &c.
Poſtica quid ſit ſecundum Varronem.
83 Extenſio qua de cauſa in pœnalibus admittatur.
84 Statuta mitiorem debent habere interpretationem.
85 Habitatio tota in criminalibus venit ſub noīe, domus.
86 Sententiæ iudicum in iudicando laudatæ & approbatæ non mediocris ſunt autoritatis.
87 Ius quandoq; fieri dicitur ex erroneo principis vſu.
88 Reſponſa principum ſecundum ius regulari debent.
Leges imperiales eatenus ſunt à Gallis receptæ quatenus in ratione naturali ſunt firmatæ.
89 Sententia, quæ ſuper poſſeſſorio in palatio fertur, titulum tribuit coloratum.
90 Iuſtum & rectum cenſendum eſt, quod procerum iudicio inductum eſt.
91 Conſuetum ſeu vſitatum quando aliquid dici poſſit.
Vicinus is ꝑpriè dicitur, q clamātis vocē exaudire pōt.
Vicinitas dupliciter in iure deprehenditur.
92 Vicinitas propriè dicitur quæ parietibus communibus diſterminatur.
93 Autoritas iudicum non vilis eſt, neque ſpernenda.
94 Seruus quando de nece domini puniatur.
95 Iudices iuſtiſſimi & vigilantiſſimi eſſe debent.
Seruus dormiens cùm dominus occiditur, an excuſetur à pœna.
96 Gladium porrigens furioſo tenetur de occiſo, ſi quem eo occiderit.
97 Dormiens, ſi ſine dolo & culpa mali quippiam fecerit, excuſatur.
98 Seruus domino non ſuccurrens excuſatur, ſi dominus clamare non potuit.
99 Lex vel ſtatutum loquens de dominorum vocibus, intelligi debet de mediocribus.
100 Locus loci an debeat in inſtrumento poni.

§. Hoc autē ſenatuſc.

DIVIDITVR in tres partes. In prima Senatuſconſulti Sillaniani verba recenſentur. In ſecūda, Vlpianus verba eius interpretatur. In tertia, interpretationem primò receptā ex rebus ſæpe iudicatis moderatur. Secunda, eſt in verſi. eodem autē tecto. Tertia, in verſi.
1 & ait Sextus. Ex verbis ſenatuſcōſulti † ſerui q
ſub eodē tecto erāt quū occiſus eſt dñs, hoc ſena
tuſcōſulto tenebant, ſi dñi ſalutē tutati non fuiſ
ſent. Ex ſentētia verò Senatuſc. non niſi præſto
erant, & dñm exaudire veriſil'r potuiſſent, quum
occiſus eſt vel offenſus. h. d. Qui ergo ſub eodē
tecto erat quū dñs occiſus eſt, omnino hoc Se
natuſcō. punitur. Cui videt̄ obſtare. §. ſed in eo.
ſuprà ea. l. ibi, & magis eſt ne puniat̄ ob hoc ꝙ
ſub eodē tecto fuit, niſi particeps ſceleris fuit. Vi
de quæ illhic dixi. Ex his verbis, Senatuſcō. pro
batur, ſufficiēs eſſe indiciū ad torturā, ſi ſub eodē
tecto ſerui ſint quum occiſus eſt dñs. Cui adde. l.
fin. C. ad. l. Corne. de ſica. ibi, quæ tunc tamē tem
poris domi fuerit. probat verſic. eos verò. in his
2 verbis, non aliter niſi conſcij fuiſſent. † Sub eo
dem ergo tecto exiſtentes conſcij iudicantur, ſi hi tantum qui in eadem regione erant, excuſantur, niſi aliter conſcij probentur. ſed hoc ex verbis Senatuſconſulti reciperetur, nō autem ex ſententia ſeu interpretatione dictorum verborum, videlicet ſub eodem tecto fuerint. Oportet enim ex ſententia Senatuſconſulti eos in eo loco fuiſſe, quo potuerunt domini vocem exaudire, quamuis non intra eandem domum ſeu eoſdem parietes fuerint: alioquin æquè, ac ſi ſub eodem tecto fuiſſent, punientur. l. finali. C. de his quib. vt indig. dixi plenius in. §. ſerui appellatione. verſi. ob hoc quod ſub eodem tecto fuerint. & in. §. ſi ſibi manus. ſuprà eadem. l. hic non intendo quicquam repetere de his quæ illhic dicta ſunt.

Hunc

Hunc tex. diligenter conſiderandum eſſe pu-
to. Primò in his verbis, ſed in eadem regione: nõ
aliter, niſi conſcij fuiſſent. Secundò, in verſ. eodẽ
autẽ tecto. in his verbis, vt quicunq; eò loci fue-
rant, vnde vocẽ exaudire potuerãt, hi puniantur
&c. Tertiò, in his verbis, licet alij validioris vocis
ſunt, alij exiguioris ſunt. Quartò, dum dicitur,
nec omnes vndiq; exaudire poſſunt. Ex quibus
eliciuntur rationes per Bar. hic relatæ, Bal. Paul.
Salic. Alexan. & Moder. in. l. finali. C. eodem. in
quæſtione copioſè per eos diſputata de delicto
4 poſt primum campanæ ſonũ cõmiſſo, † quod in
vim ſtatuti, dupli pœna mulctari debet: vt ſi deli-
ctum in eo loco cõmiſſum eſt, vbi campanæ ſo-
nus audiri non poteſt, an pœna in delinquentes
duplari debeat. In qua diuerſæ fuerunt doctorũ
ſententiæ, quæ tamen illis quatuor rationibus ex
hoc Senatuſcõſulto & eius interpretatione colle
ctis concluduntur. Similiter & aliæ plures quæ-
ſtiones illi ſimiles terminabũtur, quarum memi-
nit Alex. et Moder. Papien. poſt eum in. l. more.
ff. de fer. Feli. in. c. conſuluit. poſt Inno. extra de
offic. delega. Bar. hic, cuius opinio vt plurimùm
frequẽtatur, fecit poſt Iaco. de Aret. longã diſtin
ctionem, quæ, mea ſententia, non videtur propo
ſitæ quæſtioni omnino conuenire. Aliqui verò
aſſerunt diſtinctionem non eſſe Iaco. de Are. ſed
Iaco. Butri. in dicta. l. more Romano. ff. de ſer.
vt illhic voluit Alex. & Moder. ſimiliter & Bal.
in. l. fina. C. eo. Idem etiam hic Ludo. Roma. con
firmat. Cuius fuerit, non eſt curandum. Eam igi-
5 tur diſcutiamus. † Voluit enim Bar. diſtinguere
noctem naturalem à ficta nocte. Demum fictio-
nis materiã proſequitur, an veritati magis inſiſtẽ
dum ſit, quàm fictioni: vt ſi poſt campanæ ſonũ,
quæ ficta eſt nox, die tamen non inclinata patra-
tum fuerit delictum: in eo caſu ſtatuto ſeu pœnæ
ſtatuti locus erit: an verò veritas ipſa ſequenda
ſit, id eſt, quum tenebræ noctis apparent, quibus
videri poteſt diem inclinatam eſſe, iuxta. l. Ti-
tius. §. j. ff. de liber. & poſthu. &. c. conſuluit. §. fi.
ex de offic. deleg. dicta. l. more. ff. de ſer. §. ſede-
bunt. in authent. de iudici. colla. vij. Sedebunt,
(inquit ille tex.) iudices à mane vſq; ad veſperã
quæ diſtinctio propoſitæ quæſtioni, ſi eius ver-
6 ba rectè intueamur, cõuenire nõ poteſt. † Nam
quæſtio noſtra eſt, ſi per ſtatutum poſt campanæ
ſonum nox eſſe intelligatur à primo ſono, qui fit
in veſpere, vſq; ad ſecundum, qui in crepuſculo
diei ſonatur: vti tota penè Italia obſeruat & inter
artifices in multis Galliæ ciuitatibus & oppidis
vim obtinet, præſertim in artificijs, quibus peri-
culum imminere poteſt, ſi nocte operantur. & ex
ſuis ſtatutis multa indicitur, ſi ſimilibus artificijs
poſt ſonum campanæ intendãt, quæ diem ipſum
clauſum eſſe ſignificant, quales ſunt clauium fa-
bri ferrarij, & aurifices: an delinquẽs lucente ad-
huc die, iam tamen ſonata campana noctis nun-
cia, in loco, in quo campanæ ſonus exaudiri vix
potuit, in pœnam ſtatuti, quæ eſt dupli poſt ſona
tam campanam, incidat. Diſtinctio Bar. admitti
7 poſſet, ſi quæſtio tantùm eſſet † de delicto nocte
commiſſo, cuius pœna autoritate ſtatuti dupla-
ri debet, vt diſtinguatur inter naturalem noctem
& fictam: qualis eſt ea, quæ mox indicatur poſt
primũ campanæ ſonũ, vſq; in eum qui albeſcẽte
cœlo ſonat. de quo in dicta. l. Titius. §. Lucius.
ff. de liber. & poſthu. quam plenè Feli. examinat
in dicto. c. cõſuluit. extra de offi. deleg. Idẽ Feli.
in. c. ſi perſodiens. extra de homici. Luc. de Pen.
in. l. qui agros. C. de omni agro deſer. li. xj. Ang.
Aret. in tracta. malefic. in verbo, de nocte. Forti-
tan aliqd ex ea tractabimus. hac primũ diſcuſſa.
Sed ex Bart. diſtinctione, quæ dicitur eſſe Iaco.
Butr. colligi poteſt, mentẽ eorũ eſſe, teneri eum
dupli pœna ex vi ſtatuti, ſi quum delictũ cõmiſ-
ſum eſt, verè nox erat, quoniam tenebræ erant.
alleg. l. hæc verba. ff. de verbo. ſignifi. licet ſonus
campanæ exauditus non ſit, neque exaudiri po-
8 tuit. † Secus autem ſi adhuc lucẽte die delictum
cõmiſſum ſit, ſed ſonata iam campana: quæ licet
ex vi ſtatuti nox ſic interpretatur: pœna tamẽ ſta
tuti non punietur delinquẽs, ſi in loco delicti ſo-
nus campanæ exaudiri non poſsit, per hunc tex.
&. l. ſi. C. eo. vbi Bal. hanc Bar. diſtinctionẽ non
approbat, ſed veram eſſe dicit, ſi ſtatutũ, delictũ
ſeu maleficium ſola noctis cõſideratione habita,
ex omni capite punit: non autem ſi determinato
modo ſtatutũ noctẽ ſecundũ campanæ ſonum re
ſtringat. hoc modo eam ſolã includit, quæ in ſta-
tuto expreſſa eſt, id eſt, à ſono cãpanæ vſq; ad te-
nebras noctis excluſiuè, & nõ vlterius. quaſi hic
caſus tanquã à ſtatuto omiſſus pro omiſſo habea
tur. argu. c. ſuſceptũ, de reſcrp. in. vj. Sali. diſtin-
9 ctionẽ Iaco. de Butr. & Bar. confirmat: † qm̃ ſe-
cundũ eũ ſtatutũ quod dupli pœnã imponit pro
pter delictũ de nocte cõmiſſum intelligi debet,
etiã ſi in toto territorio audiri non poteſt: nec vl
terius extẽdi vſq; quò exaudiri poſsit. In quo ca
ſu, tanquã omiſſo à ſtatuto, in diſpoſitione iuris
cõis remanet. Et vt ſecundũ cõmunẽ loci vſum
nox indicetᷣ. l. quũ de lanionis. §. aſinã. ff. de fun-
do inſtruc. & inſtru. lega. l. j. ff. de vſur. l. ſi fun-
dus. ff. de euictio. Cuius dicta examinat illhic
Alex. vide per eũ. Roma. hic aliter diſtinguit. Di
cit enim, Aut ſonus campanæ propter accidens
audiri nõ poteſt, vi venti auditũ impediente, aut
campanæ ſonum diuertẽte: Et non admittit iſto
caſu diſtinctionẽ Bar. Debuit enim conſiderare
conſuetũ tempus quo campana ſonat, licet ſonũ
eius non audierit, per. l. liberorum. §. j. verſi. præ
tor enim. in verbo, ſolet. ff. de his qui notan. infa.
Quid enim, inquit, poſt Bal. in dicta. l. liberorũ.
per illum tex. ſi delictũ ex eo die cõmittatur quo
campanæ ſonus prohibetur, vti eſt in die veneris
ſancti. Attendi enim debet, ſecundum eum, tem-
pus quo ſonare ſolet, per illum tex. in verbo, ſo-
let, aduerte hunc text. plurimùm iuuare hãc opi.

cum hic tex. non conſideret an vox vndique ab
10 omnibus exaudiri poſsit. † Aliquādo vicio natu
ræ delinquens priuatur ea auditione, quia natu-
ra ſurdus eſt: & hunc dicit excuſandum eſſe. l. iij.
§. ſurdus. infrà eodem. in hoc tamen caſu ſecun-
dum eum obtinere poſſet ſecundum membrum
diſtinctionis Bar. Ego verò puto non mēdicato
alterius legis ſuffragio, ex hac litera præmiſſam
quæſtionem deciſam eſſe: cuius verba quodam
contextu recenſere lubet, quamuis hic interpol-
lata ſint. verba huius tex. ſunt, Qui non ſub eodē
tecto, ſed in eadem regione ſunt, inter eoſdē pa-
rietes. an & vltra, & intra vnam dietam vel cubi-
culum, vel eandem domū, vel eoſdem ortos, vel
totam villam eò loci fuerunt, vnde vocem exau-
dire potuerunt: hi puniantur, quaſi ſub eodem te
cto fuerint. licet aliqui validioris vocis ſint, alij
exiguioris ſint: nec omnes vndiq; exaudire poſ-
ſunt. Ex quibus, mea opinione, plus debito præ-
11 ſens diſputatio abſoluitur. † Nam ſi ſtatutum à
ſono campanæ noctē, ſeu noctis initiū denotare
voluit: priuſquam dupli pœna exigi poſsit, opor
tet eum, qui delinquit, in ea regione oppidi eſſe,
ſeu inter parietes, aut eius domos ſeu ortos,
vel diætas aut eò loci vnde campanæ ſonus fre-
quentius exauditur, licet non omnes vndiq; ex-
audire poſsint: quia validioris non ſunt auditus,
vel paulò exiguioris alija plærique in eo oppido
inueniantur. Ex his & ſingulæ omnium rationes
illis paucisſimis verbis comprehenduntur, quo-
cunque enim modo impedimentum non auditi
ſoni campanæ contingit, ſi tamen eò loci delictū
commiſſum eſt, vnde communi auditu poſsit ex-
audiri, quamuis non omnes audiant, aut audire
poſsint, quia tardioris ſunt auditus, non excuſa-
buntur, ſed pœna ſtatuti punientur, quaſi ipſo ſo
no campanæ delictum commiſerint. Et hoc ſatis
conſiderationi Bal. conuenit in. d. l. liberorū. §.
j. ff. de his qui notā. infa. quū ille tex. inquit, Præ
tor em̄ ad id tēpus ſe retulit, quo vir elugeretur,
qui ſolet elugeri. hoc vult. l. fi. C. eo. dum inquit,
oēs ſeruos ex quocunq; loco, ſiue in domo, ſiue
in via, ſiue in agro, poſsint clamorē exaudire, vel
12 inſidias ſentire, ponderato verbo, ſentire. † Sed
nō puto alienū ſi huic ſenatuſcōſulto addat̄, præ
ſertim interpretationi ipſius, verba q̄ ſequunt̄, ſi
eo loci fuerit, vn̄ exaudire. adde & prohibere ſer
ui potuerint. & ad id me mouet. l. in delictis. in
prin. ff. de noxa. actio. in illis verbis, vel quū trās
flumē ſit ſeruus, vidente quidē ſe inuito dn̄o no-
xiam noceat. Rectius itaq;, inquit ille tex. dicitur
ſcientiā eius accipiendā, qui prohibere pōt. l. qđ
meo. §. ſi venditorē. ff. de acq. poſ. Alia plura re-
cenſui in. §. ſerui appel. iij. ſuprà eo. Nec videtur
Iuſtinianus in. d. l. ſi. C. eo. recte iurecōſultorū in
tepretationē moderaſſe in verb. præſto ſunt. p ſu
prà dicta, vt nō eſſet cōueniēa, eū q eo impedimē
to teneret̄, vt ſubuenire nō poſſet, hoc Senatuſc.
cōprehēdi. §. qđ ſi vulnerati. infrà ea. l. licet p̄ſto
ſit quū dn̄a occidit̄. d. l. in delictis. quēad. em̄ hic
tex. eū nō vult puniri qui in eadē regiōe fuit, niſi
eo loci fuerit vn̄ exaudire vocē pōt, exēplo ſurdi
vel aliter particeps ſceleris, aut cōſcius ſit. Sił̄r in
q̄ſtione priua ꝓpoſita nō ſufficeret in ea regiōe
eſſe, in qua delictū cōmiſſum eſt, niſi eo loci pa-
tratū ſit. vnde ſonus campanæ exaudiri poſsit, &
delictū ꝓhiberi ne fieret, vt in dicta. l. in delictis.
& in hoc videtur probari ſecundum membrum
diſtinctionis Bar. Non video quomodo contra-
ria Bal. opinio ſaluari poſſet per eum poſita in. l.
13 fin. C. eodē. † dum vult prorſus abſoluere eum,
qui in vera nocte deliquit. Nam ſi ſtatutum no-
ctem vltro protendat, quàm natura producit, &
in eo caſu ficto pœnam addit: quanto magis ſi in
vera nocte & naturali, qua tenebræ ſunt, com-
mittatur. Et in hoc Bar. diſtinctionē, quæ fictio-
nis & veritatis concurſu fit, admittendam eſſe
puto. Et circa diſtinctionem Roma. facientis dif
ferentiam inter impedimentum naturæ & impe-
dimentum accidentis, nō videtur verum dicere,
Nā qui delinquunt in loco, in quo, vox exaudiri
non poteſt, per hunc text. excuſantur, quemad-
modum & qui per naturæ impedimentum audi-
re non poteſt, dicta. l. iij. §. ſurdus. Similiter idem
dicendum eſſet in caſu prædicti ſtatuti, quo ſo-
nus campanæ attenditur ad augmentum multæ
ſeu pœnæ. Et quum dicit Roma. conſuetum tem
pus debere attendi, hæc ratio in ſurdo æqualiter
concludit, qui poteſt ſolitum tempus conſidera-
re, ſicut & is qui in eo loco eſt, à quo exaudiri ſo
nus campanæ nō poteſt, dicto. §. ſurdus. vbi text.
14 hæc † duo æquiparat, impedimētum vitio natu
ræ, & eum qui propter ſpatium non audit. quid
em̄ ſi plus ſolito acceleratus aut tardatus ſit cam-
panæ ſonitus? argumento eſt. l. cōtinuus. §. cum
ita. ff. de verbo. oblig. l. tutor qui repertorium. §.
j. in fi. ff. de adminiſt. tuto. Ad vtranque igitur di
ſtinctionē puto eſſe dicendum, in primis ad eam
quæ huic literæ cōuenit, videlicet ſi pœna dupli
percutienti poſt ſonū cāpanæ imponet̄, vt à pari
ſint iudicādi impediti naturali & accidētali impe
dimēto. quemadmodum enim ſurdus, qui vitio
naturæ obſtante audire nō poteſt, & ſi ſub eodē
tecto fuerit, vel in eo loco, quo à non ſurdo vox
clamātis exaudiri non poſſet, non puniatur hoc
Senatuſconſulto, dicta. l. iij. §. ſurdus. infrà eo. Si
militer et is, qui in eo loco fuit, quo vocem domi
ni exaudire non potuiſſet, licet in eadem regione
ſit, vel etiam ſub eodē tecto, in pœnam non inci-
15 det, per huc tex. † In hoc autem poſſunt differre
naturæ & accidentis impedimentū: vt qui in eo
loco eſt, in quo, vox exaudiri potuiſſet, licet vi
venti forſitan auditus turbari poſsit, non excu-
ſaretur, per hunc tex. quāuis aliqui validioris vo
cis, alij exiguioris ſint, neq; omnes vndiq; exau-
dire poſſunt. Hæc verba nouiſsima diligēter no
ta, dum dicitur, Nec omnes vndiq;. verbū enim,
vndiq;, iunctum negatiuè, præſupponit vocem
in vnam

in vnam non in aliam partem poſſe protendi.
Et ſic quamuis vi venti aut aliàs prohibeatur in
aliqua regione ſonus campanæ, vt vndique au-
diri non poſsit, excuſationem non tribuit: quod
in ſurdo eſſe non poteſt, quum omnino pote-
ſtate audiẽdi priuatus ſit: vnde abſentis à regio-
ne locum obtinet, dicto.§.ſurdus. dum inquit,
quia vt ille per ſpacium, ita hic per morbum ni-
hil audit. Idem in.l.j.in princip.ff. de verborum
obliga. in ratione illius.l.ibi, quoniam exaudi-
re ſe inuicem debent. Nec mouere debet in ſur-
do ratio à ſolito tempore, etiam ſi tam vicinum
eſſet tempus commiſsi ſceleris, vt pro indubita-
to eſſet campanam ſonuiſſe, quia proxima eſſet
16 nox. † Nam ſurdus & ſi longo experimento no-
tam prouinciæ conſuetudinem haberet, vel ali-
quando ſurdus non fuiſſet, ſed occaſione mor-
bi effectus eſt ſurdus, vt in.l. diſcretis. C. qui te-
ſtamẽtum facere poſ. non excuſaretur. abſonum
eſt ſic ſtatutum extẽdere.l.j.§. propter caſum.ff.
de poſtulan. quæ ſurdum à contumaciæ pœna
propter non exauditum prætoris decretum excu
ſat. Et in dicta.l.iij.§.ſurdus.infrà eo. titu. excu-
ſatur ſurdus quocunque loco ſit: quoniam audi-
tus illi non patet: & omnino æquiparatur ei, qui
propter ſpatium exaudire prohibetur. quamuis
in caſu prædicto Ange. Aretinus in tracta. male
fi.in verbo, de nocte. aliter ſentiat, per dictam.l.
j.§.propter caſum.ff. de poſtulan. quæ omnino
contradicit. Sed hæc ratio de ſurdo ſorte videre
tur poſſe ad eum extendi, qui in eo loco erat, in
quo exaudiri campanæ ſonus nõ poterat, prohi-
bente vẽto.l.diuus.ff. de in integ.reſti. in his ver
bis, ſed parum exaudita voce præconis defuiſſe.
ſed glo.verbum, parum.reſoluit in puram nega-
tiuam: quaſi ille tex. diceret, non exaudita præco
17 nis voce. Hanc non admitto in pœnalibus, † vbi
qui parum exaudita præconis voce in tempore
quadam prætoris æquitate reſtituitur magis quã
famoſam actionem cõſtituere compellatur. Nec
debeat in contrarium mouere iſte tex. qui de ſer-
uo loquitur, aut domeſtico, qui incolumitatem
ſuam debet dñi ſaluti poſtponere.§. potuiſſe.in-
frà ea.l.c.j.de no.ſir.ſideli.colla.x. Et de his Pſal
miſ.inquit, Sicut oculi ſeruorum in manibus do-
minorum ſuorũ, & ancillæ in manibus dominæ
ſuæ. Pſal.cxxij. Non autem ad ſtatutum extenda
tur, quod ſoli rigori innititur. l.iij. §.hæc verba.
ff.de nego. geſ. Et in mitigandis pœnis æquitas
magis quàm rigor ſpectari debet.l.ſi præſes.ff.
de pœnis. Nec videtur hoc alienum tam autori-
tate iureconſulti in dicta.l.diuus.in fi.dum inqt,
bonis prætoris eſt potius reſtituere litem, vt &
ratio & æquitas poſtulabit, quàm actionem fa-
moſam conſtituere. quanquam, vt inquit ille tex.
in verſiculo. itaque ex more ſolito in contuma-
cem iam pronunciatum fuerit, & parumper præ-
conis vocem exaudiri. præterea quamuis hic tex.
in eo qui non audit, excuſationem non præbeat,
tamen ſurdo lex concedit, in dicto.§.ſurdus.
infrà.l.iij. Et ſic æquitas magis ſuadeat verita-
ti inniti quàm iuris rigori: non attendendo, an
is audierit, ſed an in ea regione vi venti tur-
batus non ſit auditus ſonus campanæ, licet ali-
qui validoris auditus forſitan exaudire potuiſ-
18 ſent. † Cui adde ſi veritas maleficium excludit
licet opinio in contrarium ſit, in delictis potius
veritas quàm opinio attendi debet, & contra,
quia fictio veritati præualebit, etiã ad præben-
dam excuſationem in peccatis.l. inter omnes.§.
rectè.ff. de ſur.l. finali.ff.de crimi.expil.hæredi.
Per quas idem notat Bald.in.l.item ſi, per illum
tex.ff.de nego.geſt. imò etiam ſpectatur magis
quandoque opinio quàm veritas, vbi facilius ex
ipſa opinione quàm ex veritate maleficiũ exclu-
dit, dicto.§.rectè. alioquin extenuat vel minuit
pœnam.l. eum qui nocentem.§. ſi nupta. &.§.
finali.ff.de iniurijs. hæc Bald. in dicta. l. item ſi.
magis ergo in eam partem inclinãdum eſſe reor,
quæ à pœna abſoluit. Si glo. expoſitionem ad-
mittere velis, hac reſecta potes dicere hunc tex.
ſatis illi conformari. ſed pro noſtra expoſitione
eſt dictus. §. ſurdus. & dicta.l.j.in princip.ff.de
verborum obligat. ibi quoniam exaudire ſe inui
19 cem debent. † Dum de contractu ſtipulationis,
qui ſtricti iuris eſt, loquitur, & obligatorius
non eſt, niſi ſe inuicem cõtrahẽtes audiant & in-
telligant, dicta.l. j. §. j.& fin.&.§.j.inſti. de ver-
borum obligatio. Et in dicta.l. j. §. propter ca-
ſum.ff. de poſtulan. in ratione illius. §.ibi, nam
non exaudito decreto prætoris, quaſi non ob-
temperaſſet, pœna vt contumax plecteretur,
qui non poteſt cenſeri non obtemperaſſe. Si-
militer in ſtatuto dicendum eſt, ſicut in ſtipula-
tione, quum in vtroque ſtricta fieri debeat in-
terpretatio. quamuis Baldus in dicto. §. pro-
pter caſum. dicat pro vtraque inductione di-
ctum. §. propter caſum, allegari poſſe: ſed non
eũ verum dicere propter ea quæ illhic dicũtur in
verſiculo, quod etiam ipſi erat periculoſum fu-
turum. & in verſiculo. nam non declarat in
quo futurum erat periculum, quare ſequere
quod ſuprà dictum eſt. Ad reliquam vero, di-
co de indubitabili eſſe quicquid Baldus dixe-
rit in. l. finali. C. eodem. vbi nox intempeſti-
ua non eſt, ſed ea quæ verè nox iudicatur, quia
tenebre ſunt. Et, vt inquit Horatius in Epodo
carmine. Nox erat, & cœlo fulgebat Luna ſe-
na ſereno. l. j. C. de cuſtodia reorum. dicto.c.
conſuluit. extra de offi. delega. c.ſi perfodiens.
extra de homicidio. Baldi autem dictum pro-
cederet, vbi omnino extenſio facienda eſſet de
caſu vero ad fictum, & non poſſet ſine ſupple-
tione fieri: neque verba ſtatuti extenſionem
tam latam admitterent. aliàs ſecus. l. libertum.
§. Senatuſconſulti, verſiculo, puta hæredem.

ff. de ritu nupti. vbi ratio iſta ſine corruptiõe ex-
20 tendi poteſt, vt inquit ille tex. † quum ideo pro-
hibuerit huiuſmodi nuptias ſcilicet tutoris & pu
pillæ, ne puellæ in re familiari circũſcribãtur ab
his, qui rationes eius geſtæ tutelæ reddere com-
pelluntur, prohibitionem tutoris & pupillæ ad
hæredem tutoris etiam extraneum extendit. & in
l. quanquam in arbitrio. l. non ſolum. & l. præfe
ctus. ibi, quæ ſpecies pupillis comparanda eſt. ff.
eo. de ritu nupti. Et hoc prubat. c. ſuſceptum. de
reſcrip. in. vj. per Bal. allegatum. in verſic. niſi de
intentione mandantis aliud appareret expreſſe.
Cui accedit. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. et poſt
hu. l. fina. ff. de hæredi. inſti. l. in confirmando. cũ
l. ſeq. ff. de confir. tutor. Secundò, poteſt aliter di
cto. c. ſuſceptum. reſponderi, vbi verba conſtitu-
tionis aliter ſonant quàm extenſio admittere po-
teſt: & verum eſt non admittendam eſſe extenſio
nem, vti eſt in dicto. c. ſuſceptum. in quo manda-
batur prouideri beneficio per reſignationem va
caturu: non poteſt verbum, reſignatio. morti na-
turali conuenire. Mirandum igitur non eſt, ſi ad
21 mortis vacationem non extendatur. † Secus vbi
verba capacia ſunt ſimilis interpretatiõis: vt quũ
de nocte dicimus, quæ à ſtatuto dicitur eſſe cœ-
pta in primo campanæ ſono, facilius recipienda
eſt extenſio ad eam quæ vera nox eſſe dicitur: qa
nõ tantùm vis ſtatuti eſt, ſed & legis ciuilis & ra-
tionis naturalis, quæ minus nocturno furi fauet
quàm diurno. l. itaq;. ff. ad. l. Aquil. l. furem no-
cturnum. ff. ad. l. Corneliã de ſica. dicto. c. ſi per-
fodiens. extra de homicid. in verbo, ſi oriatur ſol
ſuper eum. & dictum. c. conſuluit. §. fin. extra de
offi. delega. ſed interdum fieri dicitur quum ad-
huc tenebræ non ſunt, dicta. l. itaque. & dicta. l.
furem. & dicto. c. ſi perfodienis. Ex quibus iudi-
catur, deficere diem patentibus tenebris, vel etiã
ſole ad priorem ortum reuertente, vel à deficien
te luce, dicta. l. more. ff. de fer. ibi, quamuis hora
lucis actũ eſt. vel mane, orto iam ſole, Matthæi
xxviij. Et Perſius ſatyra. v. Mane piger ſtertis,
22 ſurge, inquit, auaritia, eya ſurge. † vnde quũ lex
ſic noctem moderatur, aliquãdo autem poteſtas
legis, vi ſtatuti coanguſtari poteſt. l. verbis legis.
ff. de verborum ſignific. Nam ſi lex aut ſtatutum
moderaretur veram vocabuli ſignificationem,
ex cauſa tolerari & admitti poſſet, in eo caſu quo
ius publicum non læderet. l. fin. C. de teſta. mili.
l. ex facto. ff. de vulga. et pupil. ſubſti. reliqua die
vt per Feli. in dicto. c. cõſuluit. & c. ſi perfodiẽs.
Alex. & omnes in dicta. l. more. ff. de ferijs. & l.
fi. C. eo. et in dicta. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber.
& poſthu. & Alexan. in apoſtil. Bald. in dicta. l.
finali. C. eod. addit pleraſque alias huiuſcemodi
deciſiones.

Ex prædictis, Bart. infert. ſequuntur Bal. An-
23 gel. & Roma. † eos vicinos poſſe dici qui voces
mutuo exaudire poſſunt. De his aliqua videa-
mus. quicquid autem hic omittetur, ſupplebitur
in. l. iij. §. ſurdus. infrà eodem titulo.

Vicinitas in iure variè interpretata eſt, et à ple
riſque examinata. In primis Bar. & Moder. in. l.
j. ff. de reb. credi. Cinus, Bald. & Ang. in. l. ſi vici
nis ſcientibus. C. de nupti. Bar. Roma. & Alexã.
in. l. iiij. §. ſi tam vicinum. & in. l. damni infecti. §.
ſi is qui vicinas ædes. ff. de dam. infec. per eoſdẽ
& Ang. Cuma. & Imo. in. l. ſi tertius. in princ. ff.
de aqua pluuia arcen. Alexand. in. l. is poteſt. iij.
& iiij. colum. ff. de acquir. hæredi. Bal. in. l. fi. C.
eo. Cano. præfertim Feli. in. c. quoſdam & c. lite
ris. extra de præſumptio. Luc. de Pen. in. l. quicũ
que deſertũ. in verbo, finitimas. C. de omni agro
deſer. li. xj. Poteris à Moderníoribus plures exi-
gere ſuccincte, vltra ea quæ hic ſcribuntur, per
24 Bar. Bal. Ang. & Ro. † Dic primo illud viciniũ
eſſe, ſecundum hunc tex. qui adeo præſto eſt, vt
exaudire vicinum ſuum poſsit. hoc dicit Bal. in
dicta. l. ſi vicinis ſciẽtibus. alleg. l. dominus hor-
reorum. ff. loca. & cõduc. l. ex diui. C. eo. l. ſi ita.
in princip. ff. de fundu inſtruc. quæ nullo modo
de vicinitate loquunt̃. ſed hic eſt melior tex. et in
dicta. l. iij. §. furdus. infrà eo. & l. fi. C. eo. cũ alijs
ſuprà relatis. Nec refert, an intra eoſdẽ parietes
vel domum ſeu ortos, diætam ſeu cubiculum, dũ
modo exaudire poſsint. & dicta. l. fi. C. ad. l. Cor
neliam de ſica. adde. l. ſi verò plures. §. interdum.
§. quod ſi ex mediano. ff. de his qui deiecerũt vel
25 effuderunt. † Ea verò dicuntur vicina propriè
quæ communibus parietibus diſterminantur. l.
ſed & loci. §. fi. ff. fin. regun. vbi verò aliquid me
dium eſt, non vicina, ſed confinia, per illum text.
l. ij. l. vt Alphenus. & melius in. l. notionem. §. cõ
tineutes. ff. de verborum ſignifi. dicta. l. quicũq;
deſertum. C. de omni agro deſcr. lib. xj. ibi, vt pri
mo vicinas & in eodem territorio fortiantur. Et
in his verbis, ſi neque finitimas, neque in eiſdem
locis repererit conſtitutas. Item in his verbis, ſed
inquantum fieri valet, pro interiecto ſpatio ſibi-
met cohærentes. l. qui bona fide. §. quum inter.
Et melius in. §. ſeq. & l. damni infecti. §. ſi is qui
vicinas. & l. iiij. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infe-
26 cto. † Aliqua autem vicina dicuntur, quũ in eo-
dem cœnaculo ſunt, vt hic, dicta. l. ſi verò plures.
§. interdum. ff. de his qui deiecerunt vel effude-
rũt. quæ magis & propius præſentiæ aſſcribi de-
bent. Ita intelligatur. l. fi. C. ad. l. Corn. de ſica. &
dicta. l. dominus horreorum. in princip. ff. loca.
conduc. in verbu, propter horreorũ notitiam. Li
cet is qui in continentibus ædificijs, vel ortis etiã
aliquantum diſtantibus præſens eſſe dici poteſt,
vt hic, & in. l. præſens. & l. ſeq. ff. de procur. & l.
vt Alphenus. & l. ij. ff. de verborum ſignifica. c.
quum in tua. extra qui matri. accuſa. poſ. vbi ex-
tenditur ad eos qui in eadẽ ſunt diœceſi. hoc gl.
notat in. c. felicis. inverbo, vicinarum. de pœn. in
vj. quæ diuerſimu de vicinitatem interpretatur:
ob id arbitrio iudicis æſtimãdum eſſe relinquit.
tex. in. l. j. in princi. ff. de fluminib. ibi, aut æſtima
tione

cuncolentium. prout in regione vicina æſtimaſ,
ſed propriè ea eſt cuius meminit.l.ſed & loci.§.
fina.ff.fini.regun. Prius autem quàm banc diffe-
rentiam abſoluam, intendo ſingula verba buius
27 literæ interpretari. † Primò dum hic dicitur, in-
ter eoſdem parietes. de quibus loquitur dicta.l.
fi.C.ad.l.Cor.de ſica.ibi, quæ tunc tamẽ tempo
ris domi fuerit, dicta.l.ſi verò plures.§. interdũ.
verſi. quod ſi ex mediano.ff.de his qui deiecerũt
vel effuderunt.l.inter quos.in princi. &.l.quod
conclaue.in verbo, contignatio.ff.de dam.infec.
l.ſi quis fumo.§.fin.ff.ad.l.Aquiliam. dicta.l.ſed
& loci.§.fin.in verbo, cõmunibus parietibus. Et
ille medius paries quo media ſeu tranſuerſa con
tignatio fit, cõgraticius paries appellatur.l.ſi fra
tres.§.idem reſpondi ſocius.verſi.item Mela.ff.
pro ſocio. quibus adde.l.cætera.§. hoc Senatuſ-
conſultum. Secundò.ff.de leg.j. Ex quibus dico
potiſsimè per hunc tex. probari dictum glo.in.l.
ij.§.idem Labeo.j.in verbo, audierint.ff. de aqua
28 pluuia arcen. dum † quærit de teſtibus deponen
tibus de his quæ à contrahentibus vel teſtatore
audiuerint cortina ſeu pariete medio interiecto,
vt probabilis ſit talium teſtium depoſitio: Præ-
ſertim ſi notam habent contrahentium vocẽ: dũ-
modo eo loci ſint, quo vocem cõtrahentiũ exau-
dire poſſunt. Cui conformatur glo.in.c. præte-
terea.in verbo, auditu. extra de teſtib. quarũ ſen-
tentiæ ab omnibus receptæ non ſunt, ſiue in cõ-
tractibus & alijs actibus inter viuos, ſiue in teſta
mentis aut codicillis loquamur, quum à præſen-
tibus & in conſpectu contrahentium vel teſtato
ris exiſtentibus & audientibus accipiendum ſit
eorum teſtimonium: alioquin fidele non erit,
per tex.in.l.teſtium. C. de teſti.in verbo præſto.
& in verbo, ſub ſua præſentia debitum eſſe ſolu-
tum. &.l.ſi non ſpeciali.in verbo, in cõſpectu te-
ſtatoris. C.de teſtamen.§.ſi ſibi manus. ſuprà ea.
l.in bis verbis, in conſpectu ſeruorum. & in.§.ſi
quis in villa. in his verbis, qui cum ipſo, qui occi
ſus dicitur, fuerunt &.l. ſi vnus. in verbo, coram
teſtatore. &.l.hac conſultiſsima. in princip. &.§.
per nuncupationem. ibi, ſimul in vno eodemꝗ
tempore collecti teſtatoris voluntatem & teſta-
mentum ſine ſcriptura facientis audiuerũt. C. de
teſta.§.ſi verò abſunt. in authen. de hæredi. & fal
ci.colla.j.ibi, teſtiũ dicẽtiũ ſe & adfuiſſe his quæ
geſta ſunt, & vidiſſe quæ tũc agebãtur. Et actuũ
Apoſto.c.iiij. Non enim poſſumus quæ vidimus
& audiuimus non loqui. de quo per Archid. in
29 c.hoc videtur.xxij.q.v. † vbi nõnullos caſus. re-
fert, in quibus viſus & auditus neceſſarij ſunt, &
alios in quibus auditus teſtimonium ſufficiat. de
his autem in.l.ſi arbiter.ff.de proba. Feli. copio-
ſè in.c.quum cauſam, extra de teſti. Et circa præ-
dicta vide Bar. Imo. Ang. Pau. Roma. & Mod.
in dicta.l.ij.§.idem Labeo ait. ff. de aqua pluuia
arcen. Cin. Bal. & Moder. in dicta.l.ſi non ſpe-
ciali. C.de teſt. vbique Mod. differentiã vtriuſꝗ
referunt, & dicta.l.teſtium.ff.de teſtib. Feli. poſt
Abb.in.c.prærerea. extra de teſtib. Matha. in no
tabili.cxxiiij.incipiente, Nota quod regulariter
non valet teſtimonium de ſenſu corporeo. In bac
quæſtiõe comperio tres fuiſſe opi. referunt paſ-
ſim ab omnibus in locis prioribus, præſertim à
recẽtioribus. Prima fuit gloſ.in dicta.l.ij.§.idem
Labeo ait.in verbo, audierint.ff. de aqua pluuia
arcen. & glo.in dicto.c.præterea. extra de teſtib.
30 quæ † gloſ. volunt admitti poſſe teſtimoniũ nec-
dum inter contrahentes, verumetiam in teſtamẽ-
to & actibus teſtamentarijs, quales ſunt codicilli
& donationes. cauſa mortis, & in cauſa matrimo
niali, præſertim, ſecundum Innoc. & Ioan. And.
in dicto.c.præterea. quando auditus teſtimoniũ
alijs adminiculis iuuatur, & de prohibendo ma-
trimonio cauſa agitur propter eminẽs periculũ,
in quo minor probatio ſufficit quàm in quamuis
alia cauſa.c.illud. extra de præſump. vel in pro-
bãdo adulterio, quod vere non poteſt probari,
quum actus veneris poſſunt ex habitu coeuntiũ
quandoque indifferentes eſſe.in.c.literis. extra
de præſumptio.ca.dixit. xxxij.q.j.hanc ſequitur
Archi.in dicto.c. hoc videtur. xxij.q.v. Alia &
ij. fuit diſtinguẽtium contractus à teſtamentis vt
in teſtamentis non ſufficiat auditus, ſed neceſſa-
rius eſt viſus, dicta.l.ſi non ſpeciali. &.l.ſi vnus.
31 C.de teſtamẽ. † In codicillis variatum eſt, quum
tanta in eis ſolennitas, quanta in teſtamentis ne-
ceſſaria non ſit. Et Papien. Moder. in dicta. l. ſi
non ſpeciali. dicunt idem in codicillis, per.l.ij.ff.
de lega.j.ſed in donatione cauſa mortis ſecus, eo
ꝙ naturã cõtractuum ſapiat.l.vbi.ff.de donatio.
Et hoc modo admittunt prædictas glo. Et in ea
ſententia fuit Bar.in dicta.l.ij.§.idem Labeo ait.
Ratio quæ Bar. mouit, eſt: quia vox teſtatoris va
riare poteſt. & hoc modo procedit dictum Cin.
in dicta.l.ſi non ſpeciali. Alia fuit Cini in dicta.l.
ſi non ſpeciali. & dicta.l.teſtium. C.de teſt. vt nõ
valeat diſpoſitio teſtium ex auditu tãtùm ſiue de
contractu ſiue de vltima voluntate teſtimonium
dicant. motus ea ratione, quia faciliter vox ho-
minis fingi poteſt. Dat exemplum de quodã ho-
mine, quem nouit, fingente vocem cuiuſdam vi-
ri, cuius vxor, viri vocem eſſe exiſtimabat. Et li-
cet recentiores qui hanc quæſtionem examinãt,
vix ſatiari poſſunt autoritatibus diuerſorum cõ-
mentariorum. Ego verò ſequaces in vnaquaꝗ
opinione & leges & rationes quibus mouentur,
paucis recenſebo.

Prima eſt opi. glo.in dicta.l.ij.§.idem Labeo.
& glo.in.c.teſtes.in verbo, quæ viderunt. & in
verbo, præſentia. iij. q.ix. quæ videtur omnibus
argumentis Cini & aliorum reſpondere. In pri-
mis dicit glo.in.§.ſi verò abſunt.in verbo, vidiſ-
32 ſe.in authen. de hæredi. & falci. colla.j. † Edictũ
de teſtibus prohibitorium eſſe: & ideo qui non
inueniuntur ſpecificè de iure prohibiti, idonei
ſunt.l.j.ff.de teſti. ſed non inuenitur cæcus pro-

hibitus:igitur teſtis idoneus eſt. Nec obſtar,ſi di
xeris in teſtatore vocem poſſe decipere. Nam &
oculus ſimiliter fallax eſt.l.j.ff.de ventre inſpi.c.
nec aliqua.xxvij.q.j. Manus,inquit,& oculi ſæ-
pe fallũtur.vox quidẽ, Iacob,manus autẽ Eſau.
Geneſ.xxvij. Ex quo magnum eſt argumentum
vocis ſecundum Cinum in dicta.l.teſtium. C. de
teſti.quia Iſaac,qui cæcutierat, notam habuit vo
cem filij ſui Iacob: licet in tactu deceptus fuerit.
in.c.quæritur.xxij.q.ij.c.in lectũ.xxxiiij.q.ij.vn
de non videtur maior ſuſpicio in auditu quàm in
viſu,& in vtroque vnuſquiſque circunduci po-
33 teſt. † Et qd' cæcus teſtis eſſe poſsit, plures huic
ſententiæ ſe ſubſcribunt,quos repetunt Alex. &
Papi.Moder.in dicta.l.ſi non ſpeciali.C.de teſt.
cum quibus tranſeunt. Nec ſpernendum eſt vnũ
quod elicitur ex.l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.
facere poſ.Vbi cæcus teſtari poteſt ſeruata illius
legis forma,cuius meminit glo.in dicto.c.teſtes.
in verbo, viderunt. arguens de muto ad cæcum.
Egoverò puto aliter illam legem debere induci.
34 Fatentur † omnes in teſtamento faciẽdo omnes
teſtes debere præſeutes & coram teſtatore ſeu in
conſpectu teſtatoris eſſe, dicta.l.ſi non ſpeciali.
l.ſi vnus.&.l.hac conſultiſsima.in prin. &.§.per
nuncupationem.C.de teſta.per quam mouentur
communiter omnes dicere,non ſufficere teſtato
rem audire,ſed neceſſe eſſe eum videre ſi lex cæ-
cum teſtari permittat, nõ adhibito maiore teſtiũ
numero quàm in teſtamento clarè videntis:qua-
re non admittetur cæcus in teſtem qui ipſe teſta-
mentum facere poteſt: quia non iuuat dicere om
nes in conſpectu teſtatoris eſſe,quum eos nõ vi-
deat,& in voce teſtium faciliter circũduci poteſt
teſtator, cuius aures propter morbum teneri poſ
ſunt, vt aut tardius aut prorſus nõ exaudiat.l.di
ſcretis.§.ſi enim vox articulata.C.qui teſta.face-
poſ.quid enim proderit dicere,eos coram teſta-
tore eſſe quum non videat & in eis falli poſsit.l.
35 j.§.caſum.ff.de poſtulan. † dum de Publio cæco
à Bruto deſtituto refert,quum aucrſa ſella poſtu
lare non ceſſaret.Eodem modo dicendum ſit de
teſte cæco.Secundò,ratio illius.l.hac conſultiſsi
ma.in fi.C.qui teſta.facere poſ.multũ facit quan
do cum alijs cæcus in teſtem reciperetur, dum in
quit,ſed non locum quidem vllum relinquat in-
ſidijs,tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus.
præſertim in teſtamento nuncupatiuo,de quo di
cta.l.hac conſultiſsima.§.per nũcupationem. C.
de teſta.loquitur.vt in vno non videatur maior
ratio.In vtroque enim exemplo ſubſiſtit eadem
deceptionis ſeu fraudis ſuſpicio.Simili argumen
to vtitur Caius iureconſultus in.l.quum lege.ff.
36 de teſta. † Quum lege(inquit)quis inteſtabilis
iubetur eſſe,eò pertinet ne eius teſtimonium re-
cipiatur:& eo amplius,nev'e ipſi dicatur teſtimo
nium. vbi ergo cæcus teſtabilis erit actiuè, eius
teſtimonium recipietur. Hoc eſt quod voluit gl.
dicere in. d.c.teſtes.iij.q.ix.in verbo, viderunt.

Sed Bald.in.l.conuenticulam.v.colũ.C.de epiſ.
& cleri.dicit,conſiderationem Barto.& aliorum
non eſſe admittendam,quũ non debeat hoc præ
ſumi.& ratio eſt ex.l.ſina.C.ad legem Iuliam re-
petun.quũ nemo ſuæ ſalutis immemor eſſe præ-
ſumatur.Ideo Bald.in nullo caſu prohibendum
eſſe teſtimonium,etiam vbi cortina media eſſet:
37 præſertim,vt dictum eſt poſt illas gl.vbi † teſtis
notam habet vocem contrahẽtium & teſtatoris.
Idem Bald. in dicta.l.ſi non ſpeciali.C. de teſta.
Addebat dummodo per rimulam teſtes videre
poſsint aut teſtatorem aut contrahentem.Cui cõ
ſentit Cinus in dicta.l.teſtium. C.de teſti. dicam
infrà.

Nec diſſentio à Cino,qui dixit in.d.l.teſtium.
ij.colum.C.de teſti.maximũ nobis eſſe argumen
tum,illam manus ſuppoſitionẽ Iacob pro Eſau
ad patrem Iſaac factam,cuius oculi, ſenio caliga
uerant. Non enim amplius videre poterat annis
ſuperatus:& tamen profuit Iacob patris benedi-
ctio.cui adde.Bald.in rubrica.C.ſi ex fal.inſtru.
ſenten.la. fuer.Eundem Bal.in.l. conuenticulã.
v.colum.C.de epiſco.& cleri. Additur & aliud
debere iudici ſufficere veritatem negocij exqui-
rere,ſiue à cæcis,ſiue ab occulatè videntibus, di-
cto.c.hoc videtux.xxij.q.v.ibi,aliquo modo co
gnouit aut oculis cõſpexit.dicto.c.præterea.ex-
tra de teſti.præſertim per hunc tex.qui ab omni-
38 bus vbique ad id allegatur:per quem nõ † excu-
ſantur ſerui,qui dominum audiuerunt ſeu exau
dire potuerunr,licet forte nõ audiuerint vocem
clamantis & offenſi, quo minus hoc Senatuſcon
ſulto puniantur. Nec refert an paries medius ſit
vel domus ipſa tota,dummodo vox eius exaudi
ri eo loco poſsit.Neque videri poteſt aliqua ra-
tio differentiæ inter contractus & teſtamenta:
quoniam vbique vox ſimulari poteſt, & falſitas
committi: vt noſtra ætate in dimiſsione cuiuſdã
epiſcopatus contigiſſe nouimus, & pleriſque ſi-
milibus.Ob id non puto reſpuendum eſſe Cini
teſtimonium in dicta.l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.
Et melius in dicta.l.teſtium.C. de teſti. de quo-
dam Tygo!hiſtrione Florentino qui vocem ali-
cuius mariti planè ſimulabat, vt vxor maritũ lo-
39 quentẽ exiſtimaret: † cuius artis ludij ſeu hiſtrio
nes periti ſunt vt meminit Valer. li.ij.c.j.Et Ho
ratius in arte pœtica, Interdum tamen & vocem
comœdia tollit.& quod meminit glo.in.l.ita. in
verbo,præſtigia.C.ad.l.Iuliam de adulte. Et his
obiectis,vt ſuprà recenſui.ſatis glo.reſpondit in
d.c.teſtes.in verbo.nouerunt & viderũt,quam-
uis eadem glo.in verbo,audiuerunt.in eodem.c.
non omnino confirmare voluit,quod in priori-
bus gloſſellis enixius affirmauit: dũ inquit,face-
re dubium recipere cæci teſtimonium cum alte-
ro teſte occulatè vidẽte,ſurdo tamẽ: vt ſi ſurdus
pecuniã numerare viderit, cæcus numerare audi
uerit.dicit enim eorum teſtimonium dubium &
ſuſpectum eſſe quum in ſenſu corporeo differen
tes ſint,

tes ſint,in quo debent cõuenire,dicta.l. teſtium.
C.de teſti.Cæterùm in hoc illæ gloſ.conueniunt
ſi vnus vidit & audiuit, alter verò cæcus audiuit
tantùm,in ſenſu auditus concordet eſſe. Hoc idẽ
notat poſt dictam glo.Ioã.And.in.c.quum cau-
ſam.in princi.extra de teſti.ſimiliter Inno.Hoſt.
Idem Ioan.And.& Anto.de Butrio in dicto ca.
40 præterea.extra de teſti. † In duabus caſibus præ
miſsis, videlicet in prohibendo matrimonio &
probando adulterio concurrente fama : quibus
caſibus cæci teſtimonium admittunt,per illũ tex.
& ea quæ ſuprà dicta ſunt, amplius non repeto
Cinus autem in dicta.l.teſtium.& cõmunis ſcho
la legiſtarum diſtinxit contractus à teſtamentis:
vt in teſtamentis non verum dicant illæ glo. quũ
pro forma & eſſentia teſtamenti neceſſe ſit teſtes
in conſpectu teſtatoris eſſe,& eos teſtatorem vi-
dere & audire,per dictam. l. ſi nõ ſpeciali.&.l.ſi
vnus.C.de teſta. quãuis.l.hæredes palàm.in prin
cip.ff.de teſta.exquirat tãtum à teſtibus teſtamẽ-
tarijs auditum,non autem viſum.Imò plus.l.quĩ
41 teſtamento.§.fin.ff.de teſta.dicit ſufficere † teſtẽ
ſenſu aliquo percipere id ad quod eſt rogatus,
quamuis intelligentiam ſermonis ipſius teſtato-
ris non habeat:quare non videbatur tam neceſſa
rius viſus,quin ſufficeret auditus, præſertim vbi
in eadem camera exiſtentes ab ipſis teſtibus ſigil
latim teſtator ſeu moriẽs per rimulam videbať,
vt Bal.verbis vtar,in dicta.l.ſi non ſpeciali.C.de
teſta.& Barr.ante eum in.l.quærebatur.ff.de te-
ta.mili.hoc dicit Cinus in.l.hac conſultiſsima.in
fi.princip.C.de teſta.argumento illius text. dum
vult, teſtes debere ſimul ſe ſubſcribere : qui ſi ſi-
gillatim ſubſcribant, ſimul tamen dicuntur ſub-
ſcribere, dummodo nullo extraneo actu interue
niente ſe ſubſcribant.l. hæredes palàm. §.fi.ff.de
teſta.& eodem tempore collecti ſimul teſtatoris
voluntatem audiuerint, dicta. l. hac conſultiſsi-
ma.§.per nuncupationem.C.de teſta. quod pla-
nius extendit.l.quum antiquitas. C. eo. de teſta.
per quam idẽ notat Cinus in dicta.l. teſtium. C.
de teſti. Vbi addit quod notatur per glo.in.c. ni
hilominus.iij.q.ix.quam gl.examinat Feli. in.c.
quum cauſam.in.ij.colum.in verſi.in glo. in ver
bo,tempore.extra de teſti.Cui plures ſe ſubſcri-
pſerũt,quos Iaſon refert in dicta.l.ſi non ſpecia-
li.Cui adde tex.vbi Bar.hoc notat in.l.in operis.
ff.loca. & conduc.vbi Alexã.alias addit,præſer-
tim tex.& glo.in cle.j.in verbo, ſimul. de appel.
ſed melius probat tex.& gl.in verbo,& ſi ſimul.
dum alleg.c.pen.de re iudi.in.vj.dum tex. in di-
42 cta cle.j. † dicat cenſeri ſimul ab omnibus iudici
bus eſſe appellatum, licet ſigillatim ab omnibus
fuerit appellatum. Et Paul.de Caſtro recenſet ca
ſum in quo opi.glo.vidit obſeruari de quodam
mercatore, qui in camera duos teſtes induxerat
cum debitore,quos debitor in camera ignorauit
eſſe. Hoſti.& Io.And.in.c.ij.extra de conſue. di
cunt contigiſſe cuidam ganeæ, quæ tabellionem
& duos teſtes in camera ſua introduxit, ſciens ſe
ſolicitari debere ab amaſio, qui ſibi ſcyphũ fur-
to ſubtraxerat,cui cõcubitum negauit donec ſcy
phi furtum fateretur:qui ſic cõfeſſus eſt. Hoc re-
petit Hoſti.in titu.de teſti.in ſumma.§.ſuper qui
bus.verſi.auditu & viſu.ſed hoc non placuit Io.
And.in dicto.c.præterea.extra de teſti.& in apo
ſtil.Specu.in titu.de teſte.§.iam de interrogato-
rijs.verſi.quid ſi vnus.

Io.de Imola in dicta.l.ij.§.idem Labeo.ff. de
43 aqua pluuia arcen. † dicit de rigore iuris nõ de-
bere tale teſtimoniũ admitti : de æquitate ſecus.
In qua diſtinctione dicit gloſ.illius.§.Labeo ſal-
uari poſſe.Cuma.illhic etiam poſt Cinum in di-
cta.l.teſtium.dicit in hoc cauendum eſſe propter
ſuſpiciones falſitatis. Prius tamẽ quàm abſoluã,
circa id quod ſentio,recenſebò nonnullorum di
ſtinctiones, non circa teſtamenta in quibus fre-
quentior opi.eſt non valere auditus teſtimoniũ
ſine viſu:in contractibus autem aliud dicendum
eſſe putant.pro quibus eſt.l.in donationibus.C.
de donatio.alleg.per gl.& Ang. in dicto.§.ſi ve
rò abſunt.in authen.de hæredi.& falci.colla.j.in
primis Inno.Hoſti.Io.And.& Anto. de Butrio
in dicto.c.quum cauſam.extra de teſti. dicũt nõ
eſſe ſufficiens tale teſtimonium,niſi cum alijs ad-
miniculis,maximè in cauſis grauis præiudicij:vt
eſt in matrimonio diſſoluendo & adulterio pro-
bando. Hoc idem repetunt in.c.ij.extra de con-
ſuetu. legiſtæ referũt in dicta.l. ſi non ſpeciali.&
in dicto.§. Labeo vbi Ioan.de Imola dicit,in illo
caſu ſpeciale eſſe in materia pœnali. Cui videtur
conſentire Alex.in dicta.l.ſi non ſpeciali.alioqn
cæcus teſtis eſſe non poſſet,ſecũdum eum: quod
falſum eſt, vt dictũ eſt poſt gl.in .d.§.ſi verò ab-
ſunt.in auth.de hæredib.& falci.colla.j. Alia eſt
diſtinctio eiuſdẽ Hoſt.& Io.And.in dicto. c.ij.
extra de conſuetu.quam Ange.ſequitur in dicta
l.ſi non ſpeciali. Fuit etiam Archi.in dicto.c.hoc
videtur.xxij.q.v.& in dicto.c.teſtes. iij.q.ix. Et
44 Iaco.de bel.viſ.in dicto.§.ſi verò abſunt † dicũt
enim,aut eſt actus qui ſine viſu probari non po-
teſt,quia percipi aliter nõ poteſt:et non eſſet au-
ditus teſtimonium recipiendum , nec admittere-
tur in hoc cæci teſtimonium. Dat Ang.exemplũ
de eo,q teſtaretur audiuiſſe ictus & verbera qui
bus Titius vulneratus aut occiſus eſt : non eſſet
hoc teſtimonium ſufficiens.oportet enim per vi-
ſum deponere.ratio,ſecundum eum, quia facili-
ter in voce quis falli poteſt. Alleg.glo.in.l.quo-
ties.in.j.gloſ.ff. de hæredi.inſti. quæ refert iudi-
cium Iſaac quod de benedictione Iacob & Eſau
fecit:cuius ſuprà meminimus.& dicit illhic glo.
neutrum eorum fuiſſe hæredẽ : videlicet Iacob,
quia errabat Iſaac in corpore.putauit enim Iſaac
Eſau fuiſſe,ſimiliter Eſau hæres nõ fuit , quoniã
à patre benedictionem non ſuſcepit.ſed hoc exẽ
plum non videretur conueniẽs eſſe per hũc text.
Nam hic viſus non deſideratur,ſed auditus tan-

tùm,an eo loco ſint ſerui vnde vocem dñi exau-
dire poſsint. quamuis Hoſti. Ioan. And. & cæte-
ri,quos retulimus,nullum aliud exemplum con-
45 ferant huic primo membro. † Secundò, ſi actus
eſt,qui viſum non deſideret,qualis eſt ſonus cã-
panæ,vel probatio vocis:vt ſi quæſtio eſt,an cã-
pana hora ſexta aut hora prima noctis ſonuerit,
vel confiteri audiuerit. In his viſus non eſt ſecun
dum eos neceſſarius:& recipitur etiam cæci teſti
monium. quod in cæco pareret dubium, qui lu-
cem à tenebris cognoſcere non poteſt. Secũdò,
ſuppoſitio hominis facilis eſſe poteſt,&maneret
dubium ſuprà relatum. Archidiaconus autem in
dicto.c.hoc videtur. recenſet caſus,in quibus vi
ſus in teſte neceſſarius eſt, & in quibus auditus
eſt ſufficiens. Bar.autem in dicta.l.ij.§.idem La-
beo. ff. de aqua pluuia arcen. circa huiuſmodi
exempla non inſiſtit, ſed dicit ſufficere teſtem de
ſenſu corporeo rationem reddere. hoc proſequi
tũr Bal.in rubrica.C.ſi ex falſ.inſtru.ſenten. lata
fuerit.Idem Bal.in dicta.l.teſtium.C. de teſti. &
in.l.conuenticulam.C.de epiſc.& cleri. Copio-
ſius quocũque alio Feli.in dicto.c. quũ cauſam.
extra de teſti.per multas colum. hanc diſtinctio-
nem examinat:ſed in multis remittit arbitrio iu-
dicantium,ſicut in primis articulis huius noſtræ
diſputationis recenſuimus. Et Hoſti. Io. And. &
alij in dicto.c.ij.extra de conſue.ancipites in hoc
ſimiliter ſentiũt vt diſcretus iudex ſui animi mo-
tum informet ex his quæ rei aptiora erunt,vt in-
quit.l.ob carmen.§. finali.ff.de teſti.c.præterea.
extra de teſtibus.

Aliter autem diſtinxit Roma.in dicto.§.idem
46 Labeo.aut enim, † ſecundum eum, contrahẽtes
ſunt in camera.ad quam non niſi per oſtium aut
aliud diuerticulum acceſſus patet, & dicit mediũ
parietem ſeu cortinam validitati probationis nõ
obſtare. qui licet nihil alleget,eſt tex.in.c.in cau-
ſis.extra de electio.ibi,ita quod contentioſæ vo-
ces eorum à fratribus qui remanſerant in capitu
lo auditæ fuiſſent. Hoc dicit Hoſti.in ſumma de
teſtib.§.ſuper quibus.verſic.auditu & viſu. Nec
mouere poteſt ſi dicatur teſtes in conſpectu ſeu
præſentia contrahentium eſſe debere. Nam ſatis,
ſecũdum eum,præſens eſt,qui in ortis eſt.l. præ-
ſens.ff.de procur.vel cuius vox exaudiri poteſt.
per hunc tex.quem ad id Roma.allegat. Ex quo
47 ſatis coniecturatur, † domeſticos ideo hoc ſena-
tuſconſulto teneri,quum vocem domini notam
habuerunt, & illi in tempore non ſubuenerunt,
prohibendo ne offenderetur.ſimiliter glo. ſupe-
rius relatæ hoc potiſsimùm ſunt coniecturatæ vt
teſtis vocem notam habeat contrahẽtis.Sed An-
gelus in dicta.l.ſi non ſpeciali. dicit plenam fidẽ
ſimili teſtimonio habendam non eſſe: quoniam
auditus ſæpe falli poteſt. Cui tamen reſpondet
glo.in dicto.c.teſtes.in verbo, nouerũt.iij. q.ix.
data illa inſtantia quũ æquè in alijs ſenſibus cor-
poreis falli poſſumus,dixi ſuprà,non repeto. Ad
diſtinctionem Rom.redeamus.aut enim,inquit,
in camera alij erant:& tale teſtimonium non ad-
mittit:quia ſine ſuſpicione non eſt. vñ ſola præ-
ſentia non ſufficit,ſed intelligentia neceſſaria eſt
l.coram.ff.de verborum ſigni. l. diem proferre.
§.coram.ff.de arbit.dũ de pupillo & furioſo lo-
quitur. ſtrepitus enim aut vocum aliorum aſtan-
tium concurſus,poteſt intelligẽtiam prohibere.
alleg.l.cũ exceptiõe.§.in hac. ff. quod met. cau-
ſa.adde.c.ſimus.vbi glo.xliij.diſtinctio.l.vnica.
in ſi. C.de ſtud.liber.vrb.Roma. lib.xj. Ponde-
ra.l.item apud Labeonem.§.conuicium.ff.de in-
iur.§.primum.inſti.de iniur. Et hoc modo inhæ-
ret opi. Bal.in dicta.l.ſi non ſpeciali. quam Bal.
48 dicit fuiſſe Franci. Accur.ex ea inferens † teſtem
ſuſpitione nõ carere,qui de homicidio nocte cõ
miſſo deponit: niſi cõſtet lunam tunc lucere vel
aliter lumen fuerit, quo medio delinquentes vi-
deri potuerunt.adde Hoſti.in ſumma de teſti. §.
ſuper quibus.verſic.& cuncta.Luc.de Pen. in.l.
nemo miles. circa ſi.C.de re mili.lib.xij.Forte ta
men,ſecundum eundem,tales teſtes indicium fa
cerent,ſed non probationem. Caueant igitur,ſe-
cũdum eundem,teſtes,ne ſimpliciter præſentes,
fuiſſe dicant:quoniam & intelligentes æſtimari
deberent.l.j.ff.de auto.præſtã.ſed illa.l.j.oppo-
ſitum dicit. Non enim ſufficit præſentem fuiſſe
tutorem,ſed oportet eum intelligẽtem eſſe. quid
enim(ait illa lex)ſi dormiret aut morbo tũc cor-
riperetur. Obſtant alia ſuprà relata poſt Roma.
videlicet.l.coram.ff.de verborum ſignifi.l.diem
proferre.§.corã. ff.de arb. Plenius Feli. in dicto
c.quum cauſam.extra de teſti.

Difficile eſt poſt tanta iuris lumina facibus
meis lumen eorum adiuuare: non minus tñ quid
in eis ſentiam,vt poſterioribus, diſputatiõis via
pateat,non prætermittam,et cum pace tantorum
49 patrũ dixerim,ſi in hac re tam difficili † ſecũdum
iuriſprudentium reſponſa iudicũ opiniones re-
gulari debent:non puto auditum ſufficere,ſed et
viſum neceſſarium eſſe:quum cõmunis vtriuſq;
ſcholæ canoniſtarum & legiſtarum ſententia ſit
teſtis, probabile non eſt teſtimonium,niſi ex ſen
ſu vero & corporeo rationem teſtimonij dicat,
dicta.l.teſtium. C.de teſt.&.c.quum cauſam. ex-
tra de teſti.quid in legibus & canonibus ſcriptũ
inuenio,videamus. In primis dicta.l. teſtium. C.
de teſti.in verbo, præſto ſunt. actualẽ præſentiã
denotat.l.ſi pariter.ff.de liber.cauſa. ibi,& qui-
dam præſto ſunt,quidam abſunt.l.fi.C.codẽ.Et
ibi,ſub ſua præſentia debitum eſſe ſolutũ & præ
ſto fuerunt ſolutioni celebratæ.Sed vlterius ad-
uerte quod paulò pòſt in text. ſequitur, ſcientes
omnes ita ea ſtatuta eſſe, nõ aliter debitum per-
ſoluant,niſi ſecuritatẽ in ſcriptis capiant vel ob-
ſeruauerint præfatam teſtium probationem. Ex
quibus recenſentur tres negatiuæ poteſtatem &
effectum probationis tollentes. Secundò,authẽ.
rogati.C.eo.de teſti.ibi,rogati interſint confeſ-

ſioni

ſioni creditoris dicentis pecuniam ſibi debitam
ſolutam fuiſſe. & auth. ſi quis vult. C. qui potior.
50 in pignore habeã. † ibi, nõ ex ipſo videat credi-
bile qđ ſcribat ſup mortuo documentũ, niſi etiã
triũ teſtiũ adhibeat pñtia fide dignorũ, vt ſiue ve
niant & ſubſcriptionibus proprijs atteſtent, ſiue
alij quidẽ teſtificent, qđ eis pñtibus cõfectũ eſt
documentũ. & in fi. ſubiũgit, ſi deponẽs aut mu-
tuãs aut aliàs cõtrahẽs cõtentus ſit ſola ſcriptura
eius cũ quo cõtrahit, ſciat ſcripturã non ſufficere
ad probationẽ. Clarius locutus eſt tex. authẽtico
rũ. in. §. ſi quis igit. in auth. de inſtr. cautela & fi-
de. colla. vj. ibi, etenim tales teſtificationes ſuſci-
pimus, quas pñtes teſtes dicant: quia his pñtibus
ſubſcripſit qui documentũ fecit, & hũc nouerũt.
& in. §. ſi tñ quiſq̃. ibi, & quidẽ qđtũ ex ſcriptura
non ſufficiens videbitur fides, niſi ſecũdũ noſtrã
legẽ adijciatur documẽtũ credulitas aut pñtia te-
ſtium corã quibus contractus eſt factus. &. §. ſed
& ſi inſtrumenta. ibi, licet tabellionũ habeãt ſup
plementũ adijciatur, et eis anteq̃ cõpleant teſtiũ
51 ex ſcripto pñtia. † Et teſtes quidẽ noti eſſe debẽt
qui & contrahentes nouerũt, inquit ille tex. & in
§. oportet verò. eo. tit. de inſtru. cautel. & fide. &
in. l. fi. §. ſin autem dubius. verſi. quod ſi ignarus.
C. de iure deliber. ibi, teſtibus videlicet aſſumen
dis, qui hæredem cognoſcant, & iubenti ei tabu-
larium pro ſe ſubſcribere interfuerunt. pondera
tis verbis, aſſumendis. cognoſcãt. &, interfuerũt.
§. hæc autẽ inania. in auth. de teſtib. colla. vij. ibi,
vt propter aliud quiddam opus adueniẽs audiat
aliquos accepiſſe ab aliquo aurum aut debere ali
cui. Et ſubiungit, hæc nanq; aperte nobis ſuſpe-
cta ſunt, & nulli digna rõne. Et non multò pòſt
ait, tabularij duo tantummodo hoc dixerunt au-
dijſſe ſe teſte præſente nullo. Et in. §. neque igit.
vbi ſimiles depoſitiones quæ teſtium præſentia
vallatæ non ſunt peſtiferas eſſe dicit & recipere
omnino prohibet. Idẽ in dicto. §. ſi verò abſunt.
in auth. de hære. & falci. colla. j. ſæpius allegato.
ibi, & iuſiurandum teſtium dicentiũ ſe et affuiſſe
his quæ geſta ſunt & vidiſſe quæ tunc agebant.
& in verbo, teſtium præſentia. in dicto. c. teſtes.
52 iij. q. ix. † ibi, ſed præſentes. de his quæ nouerunt
& viderunt veraciter teſtimonium proferant. &
ſubiungit nec de alijs cauſis vel negocijs teſtimo
nium niſi de his quæ ſub eorum præſentia acta
eſſe noſcuntur. & tex. in. c. præterea. extra de te-
ſti. vult cum teſtimonio auditus famã & alia ad-
minicula interuenire ad hoc vt teſtimoniũ verũ
eſſe dici poſsit. tex. in. c. ex literis. extra de cõſue
tu. ibi, ſub teſtimonio videntium & audientium.
c. in primis. §. quia igitur. ij. q. j. ibi, vtrũ teſtimo-
nium ex auditu dixerũt. aut certe ſi ſpecialiter ſe
ſcire dixerint, quibus verbis cõſtat auditus teſti-
monium probabile non eſſe, niſi viſus comes ſit
aut aliunde ſcientia procedat. c. iudicãtem. xxx.
q. v. ibi, teſtes autoritate Calixti papæ de alijs
cauſis vel negotijs teſtimonium dicere non va-
leant, niſi de his quæ ſub eorum præſentia facta
noſcãtur. Autoritas autem Calixti papæ illa eſt,
quæ in. c. teſtes. iij. q. ix. ſuprà relato expreſſa eſt,
quam Eleutherius papa à quocunque iudicante
inconcuſſe vult obſeruari, Io. vij. nũquid lex no-
ſtra iudicat hominem niſi prius audiuerit ab ipſo
& cognouerit quid faciat. Et idem. c. iij. & quod
vidit & audiuit hoc teſtatur, & teſtimonium eius
nemo accipit. Circa hæc non omittendum eſſe ar
bitror vnum dictũ Luc. de Pen. in dicta. l. nemo
53 miles. v. col. C. de re mili. li. xij. dũ inquit † diffici
le eſſe teſtimoniũ auditus admitti quin cauſa ſciẽ
tiæ eius viſum expectet quaſi comitẽ. Allegat. §.
primum. verſi. œconomum. in auth. de nõ alien.
reb. eccle. colla. ij. ibi, aut aliqui eorum clericorũ
videntes alienãtem. &. c. quum dilectus. extra de
ſucceſ. ab inteſ. Et ponderat tantũ in illo tex. ver
ba ſequentia. Et licet vnus teſtis ſolus dixerit ſe
vidiſſe quãdo ſe & ſua obtulit monaſterio. Ego
verò vltra eum volo ſequẽtia potius notari, quia
tamen alij teſtes dixerunt ſe audiſſe ipſum in ab-
batis præſentia, quod prædictum eſt confitentẽ,
non tanquam ſufficienter probantes, ſed tanquã
vehemẽter adminiculantes affectionem abbatis
plurimum adiuuabant. Ex quibus dico probari
opi. Bal. & Ange. in dicta. l. ſi non ſpeciali. C. de
54 teſta. † Dum dicũt ſimiles auditus depoſitiones
indicium tantum, non autem veram probationẽ
facere. & forte non inuenies alibi melius. Ideo
volo te illum text. diligenter notare. c. videntes.
xij. q. j. ponderãs verbum, videntes. & quod ſcri
bitur. Exo. xx. dominus ait, Vos vidiſtis quia de
cœlo loquutus ſum vobis. Deuteronomi. iiij. ne
obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui.
Et Geneſis. xlv. oculi noſtri & oculi fratris mei
Beniamin vident quod os meum loquitur. Ego
illi addo. l. iij. §. j. ff. de teſti. ibi, & qui ſimpliciter
viſi ſunt dicere vtrum vnum eundẽq; præmedita
tum ſermonẽ attulerũt. hoc lubẽs receſſui, ꝑpter
eos, q dicũt, teſtes falſum deponere ſi qđ verbũ
audierũt teſtãtur ſe vidiſſe aliquẽ dicẽtẽ, quũ eo
rũ rõ magis auditui quàm viſui accedat, vt nõ ſit
probabilis rõ arguẽdi teſtẽ de falſo ſed omnino
55 ſuſtineri debeat. † Plures ſunt oculorũ ſpecies ſe
cũdũ Fel. in. c. quũ cãm. vj. col. extra de teſti. Sed
plures refert Archi. in. c. diaconi. xiiij. diſt. ocu-
lus, inquit, mẽtis purus. c. multi. j. q. j. oculus cor
dis pudicus. c. ne ſolo. &. c. qui viderit. xxxij. q. v.
oculus adminiſtratiõis prouidus. ca. oues. vj. q. j.
Alias quatuor ſpecies idẽ Archi. in. d. c. ne ſolo.
xxxij. q. v. eſſe dicit oculũ corporis oculũ ſenſua
litatis, oculũ rõnis & oculũ diuinæ cõtẽplatiõis.
Cui adde gloſ. in prooemio Decretal. in verbo,
pudicus. & illhic Fel. hæc prius annotaſſe neceſ-
ſarium mihi viſum eſt. cæterũ vltro ꝑgrediamur.

In teſtamentis omnes conueniunt excepta
gloſſa, vt viſus neceſſarius ſit, nec ſufficit au-
ditus, per dictas leges. ſi non ſpeciali. lege. ſi
vnus. lege. hac conſultiſsima. & lege. iubemus

C.de teſta. Addit̃ prædictis,teſtes teſtamētarios
ad id rogari debere vt teſtō interſint: & ſinguli
ꝓprio chirographo teſtm̃ annotent,et teſtatorē
audiāt & exaudiāt,omneſq; vno cōtextu actiōis
teſtamēti ſignēt,& ſe teſtō aſſcribāt: ſintq; teſtes
teſtimonij capaces:alioquin vitioſum erit teſtm̃.
l.hæredes.in prin.&.§.in teſtamētis.in hisverbis
adeſſe debēt.&.§.fi.&.l.ad teſtiū.&.l.qui teſtō:
56 §.ſi.vbi aliud addit̃ † vt teſtes donec ſuprema cō
teſtatio peragat̃,interſunt teſtō. ff.de teſta. Quæ
omnia ſi prætermittant̃,quū pro ſolēnitate teſta
mēti neceſſariò introducta ſint: irritū erit teſtm̃
defectu formæ.l.quū antiquitas.l.hac cōſulutiſſi-
ma.d.l.ſi nō ſpeciali.&.l.iubemus.C.de teſta.Se
cūdò,addit̃ ab omnibus propter falſitatē quæ in
teſtamentis cōtingere pōt,quū moriētes frequē-
tius vocē mutāt:quæ vocis mutatio audientes fa
ciliter circūducere pōt.l.hac cōſultiſsima.C.qui
teſta.face.poſ.l.qm̃ indignū.C.de teſta.reproba
ta glo.in.d.l.ij.§.idē Labeo.ff.de aqua pluuia.ar
cen.Dicūt nō eſſe teſtiū probabile teſtimoniū ſi
teſtatorē nō viderint, & in cōſpectu eius aſtātes
teſtm̃ recitari nō audiuerint. Et ꝙuis gl. in.d.c.
teſtes.iij.q.ix.hāc viſus & auditus dr̃iam nō ad-
mittat,quū in viſu & in tactu quēadmodū in au-
ditu poſſumus falli:ego verò nō tm̃ in teſtamen-
tis receptā fuiſſe dico,ſed eā quaſi vt finalē cōſti-
tutiōis cām à iurecōſultis & Iuſtiniano poſitā eē
ſilr̃ in contractibus & alijs actibus inter viuos.
In primis in teſtamētis eſt tex.in.d.l.iubemus.
57 §.j.C.de teſta.dū inqt, † Si talis eſt teſtator q ne
que ſcribere neq; articulatè loq pōt, mortuo ſi-
milis eſt. Et falſitas in elogijs cōmittit̃, & in fi.l.
dicit̃, ſciturís tabellionibus &c. ſi alr̃ facere auſi
fuerint,pœnā falſitatis nō euitabūt, quaſi dolo-
ſe in tā neceſſaria cā verſati. Idē in.d.l.diſcretis.
C.q teſta.facere poſ.ibi, ſi em̃ vox articulata ei à
natura cōceſſa eſt,nihil ꝓhibet eū oīaquæ vo-
luerit,facere vbi vox præpedita erat,ſi literarum
peritus nō eſt,teſtm̃ facere prohibet̃.hoc dicit in
§.ſi verò aures. ead.l.Nā & hoc maxime in ſemi
nece contingit.d.l.qm̃ indignum.C.de teſta.ibi,
quæ forte ſemineccis & balbutiens lingua profu-
dit.&.l.quum antiquitas.in prin.&.§.j.C.eo.de
teſta.Dum dicit ſi ea quæ eorum pn̄tiam antece-
dunt omnia coram his proceſsiſſent:& ſi hoc fue
rit vndiq; manifeſtū,iubemus eos, vel cū vnà cū
alijs teſtibus ea quæ oportet facere. &c. & in ſi.
dicit̃, ſic etenim & naturæ medemur & mortuo
rum elogia in ſuo ſtatu facimus ꝑmanere. Alius
& melior.tex.in.§.j.in authen.de teſti.colla.vij.
quem volo notari in duabus aut tribus partibus
quibus cōſtabit falſitatem in quodā teſtamento
58 commiſſam. † Primum Iuſtinianum impuliſſe &
eo argumēto pro finali cauſa ſtatuiſſe quid in re-
cipiēdis teſtibus obſeruādū eſt,videlicet in verſ.
quia verò.dū dicit,æſtimauimus oportere et nos
adducere aliquid cauſæ ſubtilitati, & falſa teſti-
monia,quātū eſt poſsibile,minorare.Et ſic cauſa
ꝓhibēdarū falſitatū formā ſua noua cōſtitutione
dedit. Nam in verſi.talr̃ refert teſtm̃ in Bithynia
prouincia conditū,in quo teſtes manū teſtatricis
tenētes per chartā virgā factā & ex latere ductā
traxerāt & ſignū crucis præparauerāt,qua mani-
feſtata conuicti ſunt & cōdēnati.Et in verſi.ſeq.
inquit,Nos igit̃ ad hoc reſpiciētes alia quidē de
mō teſtiū, alia verò de eorū ſtatu æſtimauimus
oportere detinere. Ex his clarè videt̃ edictū de
teſtibus ad id ordinatū eē, vt talibus falſitatibus
occurrat̃.Sed quū lex voces moriētū plerūq; oc
caſiōe morbi linguā præpedientis variare nouit,
vt ea occaſione balbutiētes vel non articulatè lo
quētes,aut etiā omnino muti fiāt,audituſq; eis fa
cilime circūducat̃ in teſtamētis, vt omnia ex fide
agi debeant, tria circa teſtes neceſſaria eſſe dicit.
Primò teſtes debere notos eſſe teſtatori.§.j.&.§.
ſi verò ignoti.in auth.de teſti.colla.vij.d.§.ſi ve-
59 rò abſunt.in auth.de hæred.& falci.colla.j. † Se
cūdò,vt nominatim ad cōficiēdū teſtamētū roga
ti ſint.d.l.hæredes.§.in teſtamētis.ff.de teſt. Ter
tiò, vt in cōſpectu ſint teſtatoris,& omnia in pn̄-
tia teſtiū ſiant.d.l.ſi vnus.&.l.ſi nō ſpeciali.C.de
teſt.d.l.qui teſtō.§.fi.ff.de teſta.ibi, donec ſupre
ma cōteſtatio peragat̃.Quartò,vt audiant teſtes
& intelligāt teſtatorē articulatè loquētē.l.diſcre
tis.C.qui teſta.facere poſ.d.l.iubemus,&.l.quū
antiquitas.C.de teſta.Nec refert an teſtes Latinè
loqui ſciāt an neſciāt,dūmodo aliquo ſenſu teſta
toris mentē intelligāt.d.l.q teſtō.§.ſi. ff. de teſt.
Quintò, vt teſtes ſignent, et ſe teſtō ſubſcribāt,
dicta.l.ad teſtiū.§.j.& per totam.l.ff.de teſt.d.l.
iubemus.C.de teſta.§.ſed quū paulatim.inſti.de
60 teſt. † Et omnes ſint adhuc teſtabiles.d.l.quum
lege.ff.de teſta.l.j.ff.de teſta.§.teſtes.inſti.de te-
ſta.Quæ omnia dicta.l.hac conſultiſsima.C.de
teſta.amplectitur.ſingulos verſus legis quibus
hoc ſignificatur,volo notare. Primus eſt, eamq;
rogatis ſeptem teſtibus numero.Secundus,ciui-
bus Romanis puberibus omnibus. Tertius, ſi-
mul offerre ſignandam & ſubſcribendam.Quar
tus,dumtamen teſtibus præſentibus teſtator ſuū
eſſe dixerit teſtamētum quod offertur, ibiq; ipſe
corā teſtibus ſua manu in reliqua parte teſtamen
ti ſubſcripſerit.Quintus,& teſtibus vno eodem
die ac tempore ſubſcribentibus & ſignantibus.
Nota verbum,ſignantibus.Item alio verſic.dici-
tur &.Sextò,ſufficiet vno tempore eodemq; die
nullo actu extraneo interueniente teſtes omnes,
videlicet ſimul,nec diuerſis temporibus ſubſcri-
bere.ſubſignareq; teſtamentum.in.§.per nuncu
tionem.in his verſibus, quàm ſi ſeptem teſtes ſi-
mul in vno eodemq; tempore collecti teſtatoris
voluntatem & teſtamentum ſine ſcriptura faciē-
tis audiuerint. De articulata voce dicetur in di-
cta.l.iubemus.& dicta.l.diſcretis.Hanc iuris ci-
uilis deciſionem limitauit Alexan.in dicta.l.iu-
bemus.C.de teſta.in teſtamento ad pias cauſas
facto,fretus autoritate glo.in capitulo quū tibi.
extra

extra de teſta.quæ mota eſt,& qui eam ſequunť,
61 tribus argumẽtis. † Primũ de iure ciuili nutu põt
legatũ ſeu fideicõmiſſum relinqui.l.nutu.ff.de le
ga.iij.l.& in epiſtola.C. de fideicommiſ. Multo
magis ad pias cauſas. Secũdò,nutu põt voluntas
declarari.c.q recedũt.xxvj.q.vj. Tertiò. Et hoc
Alex.pro gl.inducit. Licet mutus teſtari nõ põt
tñ à principe impetrare hoc põt.l.ſi mutus.ff. de
teſta.ꝙtomagis pro anima cõcedẽdũ eſt:præſer-
tim ſecũdum Hoſt.ex æquitate canonica,quæ tñ
ſcripta nõ eſt.Et hãc Alex.dicit eſſe cõem Cano.
opi.in.d.c.quũ tibi.& legiſtarũ cũ quibus cõue-
niũt Papi.Moder.in.d.l.iubemus. Sed cõperio
alterũ Papi.oppoſitũ tenere,videlicet Albertum
Papiẽ.quẽ refert & ſequiť Io.And.in apoſt.Spe
cul.in titu.de teſta.verſi.qđ ſi dicẽtes:hũc teſtan
di modũ de iure nõ eẽ inuẽtũ,neꝗ ius ciuile hoc
teſtãdi genus ꝓhibens de iure canonico immuta
tũ reperiť:quare iuri ciuili ſtãdũ eſt.c.j.&.ij. ex-
tra de no.oper.nũcia. Addũt,ſi hæc forma recipe
retur,materia falſum fabricãdi dareť. Nã infirmi
turbati qñꝗ morbo & agitatiõe mortis:omĩbus
interrogãtibus annuũt et applaudũt,ſinẽtes,ſe et
manus vbicũꝗ trahi. Et licet nõ allegẽt. tñ text.
§.primi.in authẽ.de teſti.colla.vij.ſuprà relatus,
62 eſt illis maximo & indubitato argumento. † Cu
ius rõtis occaſiõe dici põt ob id motũ eſſe Iuſti-
nianũ pœnã falſitatis teſtibus & tabelliõibus ſi-
milia teſtã ſubſignãtibus cõminari et indicere,tã
in.d.l.iubemus.ꝙ etiã in.d.§.j.in authẽ. de teſti.
huic opi.Io.And.&.Alber.Papien.ſe ſubſcribit
Anto.de But.in.d.c.quũ tibi.extra de teſta. ad-
dẽs illis,vbi ſimiles teſtõrũ formæ reciperentur,
grãdis pateret via falſitatibus. Cõfirmat id Bal.
in.d.l.iubemus.& ſequiť illhic Ange.& Pau.de
Caſt.in.d.l.& in epl'a.Fuit etiã opi.Petri & Cini
in eadem.l.iubemus.ſic vt poſsit hæc opinio fre
quẽtior dici.Nec obſtare poſſunt.l.nutu.&.d.l.
& in epl'a.& ſimiles:qm̃.d.l.nutu.ff.de leg.iij.de
claratiua eſt aliarũ legũ.Nõ eñ ſimpliciter dicit,
nutu factũ legatũ ſeu fideicõmiſſum valere : ſed
demũ ſi ab eo q loqui põt,& intelligit quid agat
nutu factũ fuerit.Idẽ in.d.l.diſeretis.&.l. hac cõ
ſultiſsima.C.qui teſta.facere poſ.Et ſecũdũ Bar.
ſententiã intelligi debent illæ leges in eo qui pe-
ritus eſſet,et articulatè loqui poteſt,& interroga
63 tus annuat. † Et ſecũdũ Alber.Papien. aliꝭs indi
ciꝭs nutus teſtatoris coniecturari põt.Sed hæc in
legatis,nõ aũt hæredis inſtitutione in qua maius
eſt periculũ ꝙ in particularibus legatis aut fidei-
cõmiſsis hæc locũ habere debent. argumento.l.
fi. ff. de hæredi. inſti. adhuc tñ præfatus Alber.
quem ſequitur Anto.de Butrio in.d.c.quum ti-
bi.inquit difficile eſſe talia teſtamenta abſꝗ falſi
tatis ſuſpiciõe fabricari ſeu cõfici poſſe.d.§.j.in
auth.de teſti.§.j.in auth.de inſtru.cautel.& fide.
colla.vj.&.d.l.ſcripturas.& ſua auth.C. qui po-
tior.in pignore habean. Et ad ca. qui recedunt.
xxvj. q.vj. dicentem pœnitentem eum eſſe qui
interrogatus annuit aliorum verbis pœnitentiæ
ipſius teſtimoniũ perhibẽtibus:aduertatur quæ-
ſo illũ tex.glo.& Cano.eam ſequentibus aduer-
ſari in his verbis,ſimuliter ſubitò obmuteſcẽs. Et
item dũ dicit,volũtatis præteritæ teſtimoniũ alio
rum verbis habet.Nã & ille tex.nõ differt à.l.di-
ſcrcnis.&.l.hac conſultiſsima.C.qui teſta. facere
poſ.dũ dicitur de eo cui à natura datũ eſt loqui,
licet morbo vox articulata ſublata ſit:vt hic pro-
hiberi nõ poſsit quin nõ morte præcipitatus aut
morbo interrogatus annuẽdo legatũ facere poſ-
ſit. Et idẽ notat Petrus in.d.l.iubemus. quem &
Cin.ſecutus eſt diſtinguẽdo caſum dictæ.l.iube-
mus.&.l.hac conſultiſsima.§.at quũ humana.C.
64 qui teſt.facere poſ. † & eũ qui mortis cogitatio-
ne perturbatur,ſi præſentibus teſtibus & tabel-
lione paginam teſtamẽti iam facti recitauerit nu-
tu cõſenſum prius ſcriptæ volũtatis poſſe cõpro
bare. Et hoc mõ legatũ nutu factũ valere, per il-
lum tex. Et in his terminis loquitur tex.illius ca-
nonis,qui recedunt.xxvj.q.vj.in illis verbis, Et
voluntatis præteritæ teſtimoniũ aliorũ verbis ha
bet. Sed vbi voluntas prius expoſita nõ eſſet, ꝓ
eo ſolo nutu ab eo qui morte præcipitatur aut
morbo grauiter agitať, intelligatur ſic voluiſſe
teſtari.Ille tex.non probat neꝗ ad id induci po-
teſt.ꝙuis enim vnuſquiſꝗ præſumatur ſuæ ſalu-
tis memor.l.fi.C.ad.l.Iul.repetun. Et deus beni
gnus clemẽs & miſericors,qui hominũ corda tã-
tum ſcrutatur,nõ verba neꝗ ſolennitatẽ verbo-
rum expectet,ſed cor cõtritum & humiliatũ tan-
65 tum.Pſal.l. † Eccleſia tamẽ in foro pœnitentiæ
tali ſic annuenti niſi prius pœnitendi voluntatẽ
præſẽtibus teſtibus inſinuauerit, cõſolatoria no
ſtræ fidei miniſtrari non vult.d.c. qui recedunt.
Et apertius longe declarat Canon,is qui. eadem
cauſa.xxvj.q.vj.dum inquit,is qui in infirmitate
pœnitentiam petit:ſi caſu dum ad eum inuitatus
ſacerdos venit oppreſſus infirmitate obmutuerit
vel ſi in phreneſin cõuerſus fuerit dẽt teſtimoniũ
qui eum audierunt & accipiat pœnitẽtiam. Et ſi
continuò creditur moriturus, reconcilietur per
manus impoſitionem, & infundatur ori eius eu-
chariſtia:ſi ſuperuixerit admoneatur à ſuprà di-
ctis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdať
ſtatutis pœnitentiæ legibus.Per quem canonem
patet vera interpretatio præcedẽtis canonis, cu-
ius ſuprà meminimus ad dicta verba ſi volũtatis
præteritæ aliorũ verbis habet aut pñtis in ſuo nu
tu.Non abs re dicit,præſentis in ſuo nutu. dum
prius dixerat,ſubitò obmuteſcens. Ex quibus fa
ciliter rñdeť dictæ.l.ſi mutus.ff.de teſta. quæ de
muto intelligiť,qui aliqñ loquutus eſt,licet caſu
ſeu morbo mutus factus eſt,& qui mentis conce
ptũ ſcriptis palàm facere põt. Cuius meminit.d.
l.hac conſultiſsima. §. at quum humana. &. d.l.
diſeretis.C.qui teſt.facere poſ.Et Cin.poſt Pet.
inducit ad id.l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de
legatis.iij.§.præterea.inſtit.de inutil.ſtipula. Et

ex illa.l.Pāphilo.§.propoſitū non poteſt verè ca
pi quænam fuerit teſtatoris rn̄ſio legatario Caio
in eadē.l.nominato facta. Libri eñ nr̄i deficiētes
ſunt:q Græcas literas nouerūt, me accurſianū ea
rū prorſus expertem doceāt,& quicquid Græce
obmiſſum eſt,Latine interpretent̄. Et hæc vera
eſt interpretatio quæ fuit etiā Pau.iurecō.in.l.pr̄
quoties.§.mutus.ff.de acq.hære.in verſic.magis
eſt vt ſi intellectu non careat, nutu iubere poſſit
adire hæreditatē,& in verſic. qđ facile explicari
66 poſſit ſciētia literarū. In † cōtractibus idē dicen-
dū eē puto,quū ea quæ in teſtamētis ſuprà dicta
ſunt,in cōtractibus repetita comperio. In primis
teſtes debere notas habere cōtrahētiū pſonas, di
cta.l.ſi.§.j.in verbo,cognoſcāt. C.de iure delibe
rā.§.ſācimus.&.§.ſi vero ignoti.in auth. de teſti.
colla.vij.§.ſed is q depoſitū.in verbo,& hūc no-
uerūt.in authē.de inſtru.cautela & ſide.colla.vj.
alias cōcordātes leges illhic glo.refert. Adde Fe
li.in.d.c.quū cauſam.ix.col.extra de teſti. Alex.
in.d.l.ſi non ſpeciali. C.de teſta.c.teſtes.iij.q. ix.
Secundò,rogari debēt in cōtractibus, ſicut & in
teſtamētis.auth.rogati. C.de teſti.d.§.ſed is q. in
auth.de inſtru. cautela & fide. Et melius in.§. &
licet.in authē.de teſti.d.c.teſtes.§.ſi.iij.q.ix.l.te-
67 ſtiū. C.de teſti.in verbo,adhibitis. † Tertiò, eos
pn̄tes & in cōſpectu cōtrahētiū eē debere audiē-
tes & intelligētes quæ à cōtrahētibus dicūtur &
cōueniunt̄.d.l.teſtium.&.d.§.ſancimus.in auth.
de teſti.d.§.ſed is q. in authē.de inſtru. cautel. &
fid.auth.ſi qs. C.q potior.in pigno.habeā.d.c.te
ſtes.iij.q.ix.& alijs legibus quas cū ſingulis ver-
ſibus ſuis ſuprà annotauimus: quibus clarè con-
ſtat nō tm̄ ſufficere contrahētes audire, ſed opus
eſſe vt eos videāt & intelligāt:alioquin fidele nō
erit eorū teſtimoniū. Quartò,eadem ſubeſſe pōt
fraudis & falſitatis ſuſpicio in contractibus quæ
& in teſtamētis,& eadē cōſideratiōe Iuſtinianus
& legiſlatores teſtium præſentiā in cōtractibus
quēadmodū in teſtamētis neceſſariā eſſe dixerūt
tam ratione ſuppoſitiōis pſonæ q̄ mutatiōis vo-
cis,vt ſæpius contingere noſcimus,& nouiſsimè
Pariſijs quidā cauſatum patronus Cenomanus
ob varia talium ſuppoſitionum genera curiæ Pa
rienſis iudicio,capite truncatus eſt & bona eius
publicata. Et in inferiore Normania frequentes
& quaſi aſsiduæ ſunt id genus falſitates, quas,le
ges minorare & enixius talibus factiōibus obſta
re curāt.§.j.&.§.hæc aūt inania.&.§. hæc nāq; in
auth.de teſti.colla.vij.dū inqt ille text. hæc nāq;
apertè nobis ſuſpecta ſunt et nullius digna rōne,
qn̄ & tale aliquid in iudicādo inuenimus.§.opor
tet.in auth.de inſtru.cautel.& ſid.colla.vj.§.ſive
rò abſunt.in auth.de hæredi.& falci.colla.j. Nec
verū eſt qđ Pau.de Caſt.& Moder.aſſerere vo-
68 luerunt in.d.l.ſi nō ſpeciali. C.de teſta. † In acti-
bus inter viuos nō ad ſubſtātiā eorū ſed ad eorū
pbationē tm̄ teſtes interuenire. Illis nāq; aduer-
ſat̄ tex.in.d.§.ſed is qui depoſitū.in authē.de in-
ſtru.cautel.& fid.colla.vj.ibi,vt non in ſola ſcri-
ptura & eius examinatione pendamus,ſed ſit iu-
dicantibus etiā teſtiū ſolatiū. Etenim tales teſtifi-
cationes ſuſcipimus quas præſentes teſtes dicāt,
quia his præſentibus ſubſcripſit qui documentū
fecit & hunc nouerunt.& in verſi. ſeq.dicit̄. Nā
ſi inuenerimus & tales quoſdā teſtes non minus
q̄ tres fide dignos. Et ſic pro ſubſtantia eius tres
teſtes neceſſarij ſunt ad hoc vt ſidē obtineat chi-
rographus.ſi dixeris ad probādū iudici,verū eſt
conuentorum ſicut in teſtamentis dicitur ad pro
bationē voluntatis teſtatoris ſeptem teſtes neceſ
ſarios eſſe.l.hac cōſultiſsima.§.ſi. C.qui teſta. fa-
ce.poſ.&.l.hac cōſultiſsima.in princ. C.de teſta.
Nā & teſtamenti diffinitio ſatis oſtendit hāc ad-
iectionem teſtiū à legiſlatore introductā eſſe ad
probandam ſolum teſtatoris mentem, dum dici-
69 tur † teſtamentū teſtationē id eſt probationē mē
tis teſtatoris eſſe.l.j.ff.de teſta. §.j.inſti. de teſta.
q̄uis eam teſtamēti diffinitionē quæ vlpiani eſt,
Gellius ſuiſſe Seruij Sulpitij iurecōſulti dicit, &
ipſum vocabulum nō à mentis conteſtatione cō-
poſitū eſſe. in lib.vj.noc.atti.c.xij.conſtāter affir
met. Adde his text.in ca.vnico.quot teſt. neceſ.
ſunt.colla.x. Ex quo titulo.& tex.patet formam
probationis neceſſariam eſſe quinq; teſtiū depo
ſitione.c.nouit.in prin. extra de iudi.ibi, adhibe
tecū duos aut tres teſtes.& auth.rogati. C. de te-
ſti. pariter in actibus inter viuos & teſtamētis cō
cludit,dū inqt,rogati vt in teſtamētis &c. Ad ſo
liditatē ergo inſtrumēti ad hoc vt formā habere
dicatur,oportet tres teſtes pn̄tes eſſe & rogatos,
aliàs chirographus vim inſtrumenti non obtine-
bit per ſuprà dicta &.l.teſtiū. C.de teſti.d.authē.
ſi quis vult.§.ſed & ſi quis. C. qui potior.in pig.
habeā.ibi,nō ex ipo videat̄ credibile qđ ſcribat̄
ſup mutuo documētū,niſi etiā triū teſtiū adhibea
tur præſentia fide dignorū.ſcribit Hoſt. in ſum-
ma extra de fide inſtr.in.§.j.de quo etiā in.l.ad fi
dē.ff.de teſti. q̄uis vbiq; gl.auth.rogati.ad quin
que caſus reſtringat,quæ cōiter ab omnibus ap-
pbat̄;vt per Feli.in.c.j.extra de ſide inſtru. Ego
verò cōſentio cū gl.in.d.l.ad ſidē. &.l.in nullū.
70 ff. de diuort. Dum † vult in omni contractu in
quo inſtrumentum conficiendum eſt teſtes debe
re ſpecifice & nominatim rogatos eſſe.gloſ.mo-
uetur hac rōne,vbi numerus teſtium requiritur à
lege,teſtes adhiberi,id eſt,rogari debent. Et mi-
ror quomō tāti patres velint illā auth.rogati. ad
quatuor aut quinq; caſus limitare:quū præter il-
los quinq; caſus in depoſito,in mutuo & cæteris
cōtractibus lex vult teſtes nominatim adhiberi:
alioquin ſides inſtrumēti nulla eſt. Et in depoſi-
to clarus eſt tex.in.d.§.ſed is qui depoſitū.in au-
thē.de inſtru.cautel.et fide.colla.vj.dum inquit,
Si is qui depoſitum dat,aduocet etiam teſtes , vt
poſsibile eſt boneſtos & ſide dignos, & non mi-
nus tribus. ſecundo.§.ſed & ſi quis.eod.titu. de
inſtru.cautela & fide. generalius loquitur in o-
mni

mni cõtractu. ait enim ſed & ſi quis aut mutui in
ſtrumẽtũ aut alterius cuiuſpiam faciat:ſigna ver-
bũ cuiuſpiam. dehinc ſequitur in tex. & noluerit
hoc in publicũ cõfiteri, quod & in depoſito diffi
niuimus, non ex ipſo videaĩ credibile qđ ſcriba
tur ſuper mutuo documentũ, niſi etiã teſtium ha
beat præſentiã fide dignorũ nõ minus trium. Et
haud multò pòſt inqt, ſed ſola nõ ſufficiẽte: aug-
mẽto aũt teſtiũ cõfirmãda. Et in. §. ſi tñ quiſq̃. eo
dẽ tit. de inſtru. cautel. & fide. Similiter de quo-
cũq; cõtractu dicıĩ. in his verbis, aut deponens,
aut mutuãs, aut aliter cõtrahens. & demũ ſubne-
ctit, Et quidem q̃tũ ex ſcriptura nõ ſufficiẽs vide
biĩ fides, niſi ſecundũ nr̃am legẽ adÿciatur credu
litas aut præſentia, corã quibus cõtractus eſt fa-
ctus, aut forſitã nouiſsimũ eius refugiũ inueneri-
mus: dicimus aũt q̊ ex iureiurando eſt. Et ſic ille
tex. à quo ſumpta eſt auth. ſi quis vult. C. qui po-
tior. in pignore habean. vult legem ſuprà relatã
71 omnino ſeruari, † videlicet teſtes adhiberi & ad
uocari ad id, et cõtractui præſentes eſſe et ſubſcri
bẽtes ſe inſtrumẽto. Et formã inſtrumenti tradit
glo. in. l. gñali. C. de tabul. li. x. §. nos aũt. in auth.
de tabellio. colla. v. & in toto tit. vt præpo. nomẽ
impera. & verbũ, adhibere ſeu aduocare. & his
ſimilia, rogationẽ demõſtrãt. Hoc dicit gl. & bñ
in. d. l. nullũ. ff. de diuor. alleg. l. hæredes. in prin.
ff. de teſta. Clarius probatur in. §. in teſtamẽtis in
eadẽ. l. ibi, vt licet ad aliã rem ſint rogati vel col-
lecti: ſi tamen ante teſtimonium certiorentur ad
teſtamentũ ſe eſſe adhibitos. hanc interpretatio-
nem glo. approbat Bal. in. d. auth. niſi rogati. C.
de teſtib. adde. l. capite quinto. in fi. ff. ad. l. Iuliã
de adultet. ibi, vt teſtes inducat teſtimonio futu-
ros: non tamen prohibetur inter amicos ex fide
agentes quominus & abſque ſcriptura aut teſti-
bus ſub fide alicuius pactum aut conuentio con-
ſtitui poſsit, vt ait dictus. §. ſi tamẽ quiſquàm. in
fi. in authen. de inſtru. cautela & fide. l. Theopõ-
pus. ff. de dote prælega. vbi etiam ſolet inter mer
catores legalitate plenos obſeruari. l. Quintus.
ff. manda. melius in. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff.
manda. l. quoties. §. nec vtique. ff. de adminiſ. tu-
72 tor. l. bona fides. ff. depoſiti. † Sed vbi ad ſtrictũ
iudicium veniẽdum eſt, non niſi ſcriptura publi-
ca ſeu authẽtica ſit, credatur. c. j. &. ÿ. extra de fi-
de inſtru. l. contractus. C. de fide inſtru. Et hæc
inuenta ſunt, vt inquit Iuſtinia. vt perfidia & ne-
gatio conuincatur, et via falſitatibus non pateat,
dicto. §. ſi tamen quiſquam. Ad. l. ad fidem. ff. de
teſti. poteſt dici vt non intelligatur in contracti-
bus, ſed in aliÿs actibus præter cõtractus, vt ſola
fides rei geſtæ à teſtibus fortuitis haberi poſsit,
nõ aũt rogatis. Secundò, poſſet dici, & bñ cũ gl.
in ea. l. illã. l. ad fidẽ. correctã eſſe per auth. roga-
ti. Et puto eã verũ dicere: tñ ſi abſq; correctione
trãſeũdũ eſt, vt inquit glo. in. l. dãni infecti. §. ſi is
q vicinas ædes. in verbo, aliqs. ff. de dam. infect.
Prima ſolutio etiã eſt vera et humanior, cui inhæ
reo, quicquid Angel. dicat in. dicta authẽ. roga-
ti. repræhẽdẽs glo. in. d. l. nullũ. ff. de diuor. q̃uis
Petr. de bel. ptı. fuerit prius cũ eo illius opi. vt ca
ſus ſint ſpeciales in. d. auth. rogati. cui nõ cõſen-
tio p ſuprà dicta. Et leges regiæ ſeu ordinatiões
hãc noſtrã opi. cõfirmãt, ſimiliter & gñalis cõſue
do Frãciæ ꝓpter frequẽtes falſitates, quæ fuit rõ
nouæ cõſtitutiõis Iuſtiniani in titu. de teſti. & de
inſtr. cautela & fide. & in tit. vt præpo. no. impe-
ra. Et in titu. de tabel. in authenticis quẽadmodũ
præludia illorũ titulorũ & rõnes earũdẽ cõſtitu-
tionũ in. §. ſuprà relatis. poſitæ demonſtrãt, huic
potiſsime inhærẽtes. Quare ex p̃dictis opi. Io. de
Imola in. d. l. ÿ. §. Idẽ Labeo. ff. de aqua pluuia ar
73 cẽ. me ſubſcribo, † vt indiciũ ſolũ faciãt teſtes, q
cortinã aut parietẽ mediũ habuerũt, p. d. c. quum
dilectus. extra de ſucceſ. ab inteſ. Conſentio aũt
cũ Cino & his q eũ ſecuti ſunt in. d. l. teſtiũ. C. de
teſti. p. d. l. hac cõſultiſsima. §. j. C. de teſta. ſi p ri-
mulã vno inſtãti nõ diuertendo à loco oẽs teſtes
ſigillatim teſtatorẽ viderũt, et demũ eũ teſtãtẽ il-
lo inſtãti audiuerũt, ſi aliàs ſanæ mentis ſit, & in
eodẽ loco ſemp pmãſerũt: idoneos teſtes & cõte
ſtes eẽ. Similiter in cõtractibus dico. Cui opi. ſe
cõſormat Rom. in. d. l. ÿ. §. idẽ Labeo. ff. de aqua
pluuia arcẽ. Cui adde. l. ſi fundus. §. ſi duo. ff. de
pignori. Per quẽ tex. idẽ notat Flori. in. l. ob car
mẽ. §. ſi teſtes. ff. de teſti. vbi addit. l. Arethuſa. ff.
de ſta. homi. l. antiq. in verbo, eodẽ tpe. ff. ſi pars
hæredi. peta. Cui adde qđ notat Inno. in. c. quali
ter & qñ. ÿ. circa princi. extra de accuſa. Nec ob-
ſtabit iſte tex. q plus mouere põt quocũq; altero
cõtra cõem opi. reſtringẽtem glo. illius. §. idẽ La
beo. ad cõtractus, nõ aũt ad teſtamẽta, gloſam re
cipiẽdã eſſe. Sed quũ hoc & ſeueritate legis aga-
tur, videlicet pœna ſeruorũ ad domeſticorũ, qui
dño auxiliũ nõ p̃buerũt, cuius vocẽ exaudiuerũt,
& actus vltimo ſupplicio eos dãnet, facilius mo-
derari debebat, eo q̊ facinori pñtes nõ eſſent, p
prædicta: & tñ vult ſeruos & domeſticos morte
dãnari, q in eo loco fuerũt quo dñm exaudire po
tuerũt, q̃uis aĩr pñtes non fuerint, aut homicidÿ
participes inuẽti nõ ſint, qđ grãde eſt argumẽtũ
pro glo. in. d. §. idẽ Labeo. Nõ minus tñ hũc tex.
dico ꝓbare ſolutionẽ p nos datã ad. l. ad fidẽ. ff.
de teſti. quã dixi in cõtractibus recipiẽdã nõ eẽ,
in qbus certa forma ad veritatẽ fidei ipſius cõtra
74 ctus ſeu ꝓbatiõis inſtrumẽti data eſt. † In his ve
rò in quibus inſtr̃m nõ deſideraĩ, neq; à lege for
ma daĩ, ſufficit duorũ teſtiũ fides non rogatorũ,
ſeu alias fortuitorũ. Sed hæc ſolutio, q̃uis bona
ſit, tñ vlterius dicã ad hũc tex. illã. l. ad fidẽ multũ
à quæſtiõe ꝓpoſita differre. Nã quũ vnuſquiſq;
oppreſſo clamãti & auxiliũ poſtulanti occurrere
debeat quũ põt, vt dictũ eſt ſuprà ea. l. §. ſerui. vt
ab oppreſsiõe libereĩ: argumẽto. l. ſi putator. ff.
ad. l. Aql. &. c. ex literis. extra de homi. l. ÿ. C. ad
l. Cor. de ſica. iũcta gloſ. p̃ſertim in domo dñi, in
qua acclamabaĩ argumẽto. d. l. ſi. C. ad. l. Cor. de

ſica.ibi,quæ tunc tpis domi fuerit. Multo magis
in ſeruo & domeſtico dicendũ eſt,quũ vocẽ dñi
notã habet,vel melius in domo dñi ſcãdalũ fieri,
aut rixantes eſſe intellexit, cui ſuccurrere negle-
xit.ſufficit em̃ eũ ſcire quoq; mõ domi fuiſſe dñm
§.j. qh.mod.ſeud.amitta.colla.x.ibi,ſciens dñm
ibi eſſe. & mouet me.d.l.fi. C.eo.in verbis ſequẽ
tibus,qui præſto erant.Secundò,dum dicit,nul-
la diſtinctione ſuper qualitate præſentiæ ſeruo-
rum vtentes. Tertiò,dum dicitur in fi.l.vel inſi-
dias ſentire ex quocunque loco, & vbicunq; ſen
ſerint dominum periclitantem.ca.licet. ſi de ſeu.
fue.cõtro.inter domi.& agna.colla.x.vel in do-
75 mo domini rixam aut iurgium eſſe. † In teſtibus
verò nõ ſufficit eos præſto aut quoquo alio mo
do præſentes eſſe,dicta.l.teſtium. C.de teſti. ibi,
præſto fuerint ſolutioni celebratæ,hiq; cũ ſacra-
menti religione depoſuerunt ſub ſua præſentia
debitũ eſſe ſolutũ.Ex quibus verbis patet opor-
tere eos videre contrahentes & audire & intelli-
gere.§.& hic vero.in auth.de teſti.ibi, præſentẽ
eſſe & audire atteſtationes.l.j.in princi.ff.de ver
borum obliga.tex.cum glo.in.l.j.in verbo,præ-
ſentibus. C.de erro.aduoca.& gl.ad verbũ,præ-
ſentibus.ſupplet,& intelligentibus.d.l. diẽ pro-
ferre.§.coram.ff.de arbi.&.l.coram.ff. de verbo
rum ſignif.quod eſt contra deſides ſcholaſticos,
qui licet præceptorem audiant , quæ autem dicit
non aduertunt neque intelligunt:& ſic lectionis
doctoris idonei teſtes eſſe non poſſunt. De qui-
bus meminit glo.in.l.vnica.in glo.fi. C. de ſtud.
liber.vrb.Roma.lib.xj.Feli.in dicto.c.quũ cau-
ſam.vij.colum.extra de teſtib.Adde Abba.in.c.
fi.in gl.ij.extra de iura.calum. Cuius dictum Fe-
li.refert in.c.licet ex quadam.ij. colum.extra de
76 teſti.dicit enim, vbi lex † præſentiã requirit, de-
bere teſtem in conſpectu eſſe.alleg.cle.j.de iudi.
ſed eſt melior text.in.§.& hic verò in authen. de
teſtibus colla. vij.& alijs ſuprà notatis. Et ſic nõ
fortuita præſentia aut aliter diſtãs ſufficit , prout
aliquãdo præſentia à lege accipitur in.l. præſens
habetur.&.l.ſeq.ff.de procura.l.collegarum. &
l.abſentem.l.ij. &.l. vt Alphenus. ff. de verbo.
ſignifi.Neque ſufficiens eſt alterius ſenſus iudi-
cium per ſe ſine viſu , præterquàm in ſactis anti-
quis,in quibus etiã auditus alienus recipitur: vt
in dicta.l.ſi arbiter.ff.de ꝓba. quia memoria nõ
extat.Et de eo loquitur dicta.l.ij.§.idem Labeo.
ff.de aqua pluuia arcen.l.fi. C.de ſacroſan.eccle.
vbi per Bald.vide Feli. in.c.præterea.in verbo,
conſocios.& in.c.licet ex quadam. in princi. ex-
77 tra de teſtib. † Nã in omnibus ſenſibus facilior
eſt deceptio quàm in viſu.Nec reſpuẽdum eſt ad
id antiquũ deuerbium , pluris eſſe oculatum te-
ſtemvnum,quàm auritos decem.Plautus in Tru
cul.Ex ea re ſumptum quod quæ audimus recita
ri,ſæpe mendacia credimus:quæ verò ipſi vidi-
mus,certiſsima eſſe. hinc Horatius in arte poeti-
ca , Segnius irritant animo demiſſa per aurem.
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.Et vbi
dubitatio eſt,ſubijcitur res oculis.l.ſi irruptiõe.
§.fin.ff.fini.regun. His adde quod plenius Feli
notat in dicto.c.quum cauſam. v.colum. verſic.
ſed iſtam concluſionem. extra de teſti. referens
quod ſuprà multis ſimilibus confirmaui , viſum
omnibus ſenſibus ita poſſe adaptari , vt licet ra-
tio magis auditui conueniat, nihilominus dicere
poteſt ſe vidiſſe.l.iiij.§.ideoq;.ff. de teſti. ibi, viſi
ſunt dicere.alia plura ſuprà notaui.Idem de cæte
ris notat glo.in dicto.c.teſtes.iij. q. ix.in verbo,
nouerunt & viderunt.quam illhic notat Archi.
& Anto.in dicto.c.quum cauſam.extra de teſti.

Prædictis autem addo quandoque recipien-
dum eſſe,auditus teſtimonium abſque viſu,con-
currentibus tamen alijs adminiculis,quæ tale te-
ſtimonium adiuuare poſſent,vt inquit tex.in di-
cto.ca.quũ dilectus.extra de ſucceſ.ab inteſ.ibi,
alij teſtes dixerunt ſe audiuiſſe ipſum in abbatis
præſentia.quod prædictum eſt confitentem,non
tanquam ſufficienter probantes.ſed tanquam ve
hementer adminiculantes. Et argumento dictæ
l.ob carmen.§.ſi teſtes.in princip.ff.de teſtib. dũ
dicit ſequẽda eſſe omnia teſtimonia vbi teſtes ho
neſtatis & æſtimationis ſunt, & negotij qualitas
iudicis motus concurrunt.

In text. Et an vltra et intra. De dictionibus,
vltra.& , infra.quid includant , dicitur in. l.j. §.
j.ff.de offi. præfec.vrb.vbi per Bart. & Bal.&.l.
ij.§.deinde quũ eſſet.verſic.& quia magiſtratus.
ff.de origi.iur.ibi,intra Tyberim & vltra Tybe-
rim.quæ.l.confert circa limites iuriſdictionum
dum de prætore vrbanu & peregrino loquitur
illa.l.ij.§.quinque conſules.vel ſi intra aut vltra
limites iudex cognouerit.de quo in.l.fi.ff.de iu-
riſdi.omni.iudi.&.l.fin.vbi per Bald. ff.de offi.
præfec.vrb.&.l.j.&.ij.ff.de offi.proconſul. Per
Bar.Alex.& Moder.in.l.qui ante Calendas. ff.
de verb.oblig.alleg.vbiq;.l.j.§.ſi intra.&.§.ſeq.
ff.de ſucceſ.edicto.in.l.ſi vltra. C.de fideiuſ.
78 In tex. † In verbo diætam.Roma. hic dicit hoc
verbum in iure ciuili rarum eſſe, ſed hoc ſit pro-
pter canoniſtas in.ca.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.
Sed abuſiue Cano. fuerunt vſi hoc vocabulo. &
glo.interpretatur in.c.felicis.in verbo,vicinarũ.
de pœ.in vi.Iureconſulti vero rectius diætã diffi
niuerunt in.l.ſenatus. §. Marcellus. ff.de lega.j.
videlicet Affricanus autoritate Marcelli. Si ma-
ritus(inquit)diætã in vxoris hortis,quos in do-
tem acceperat, fecerit . Sic diæta caſa eſt parua,
quæ in hortis fit ad feruorem ſolis tollendũ ſeu
moderandum,& hyeme ad ſtandum ad ſolem.l.
æquiſsimum.§.ſed neque diætas.& in. §.fin.ibi,
vel inter diætas amœnas.ff.de vſufr.l.& ꝑ iuſiu-
rãdũ.§.illud.ff. de acceptila. De ſeruis diætarijs
loquitur.l.quæſitũ.§.oſtiarij.ff.de fundo inſtru,
& inſtru.lega. Et inde Vlpianus in.l. ſaccularij.
79 ff.de extraordi. crimi. † Diætarios fures appel-
lat qui in aliena cœnacula ſe dirigũt furandi ani-
mo, quos pluſquã fures puniendos eſſe ait,Nõ-
nulli poſt crinitum,in illa.l.ſaccularij non diæta-

rÿ legendũ eſſe dicunt:ſed magis directarÿ. Ego
verò comperio alibi ab Vlpiano non diætarÿ
neque directarÿ legi debere, ſed detractarÿ, vti
eſt in.l.j.§.expilatores.ff.de effrac.& expila.ſimi
li modo,inquit, & ſaccularÿ & detractarÿ puniẽ
di erũt. vtraque lex Vlpiani eſt.tametſi Crinitus
non diætarium neque detractarium legi debere
conſtãter affirmet:nam & diætarÿ rectè dici poſ-
ſunt,qui,quod in diætas poſitum eſt,furãtur, vel
qui diætæ cuſtodiam habẽt, quorũ meminit Vl-
pianus in.l.quæſitum.§. hoſtiarÿ.ff.de fundo in-
ſtruc.& inſtru.lega.& in.l.j.§.j.ff.nau.caupo.ſta
bula.detractarium autẽ dico à de,& traho,quòd
Vlpianus ſaccularios & detractarios æqua pœ-
na eos multari velit. at in.l. ſaccularios.dixit qui
vetitas in ſacculos artes exercẽtes,partem ſubdu
ducunt, partem ſubtrahunt. Vnde detractarios,
quòd detrahunt quæ à ſacculis, vel à cœnaculis
deorſum trahunt. quos effractoribus ſimiles fa-
cit, vt hi detractarÿ ſint, qui abſque effractura
aliud trahunt & furantur. effractores, qui vi aut
effractura furantur. Varro autem diætam dixit,
quòd in ea per diem edatur. vel dieta dicitur vi-
ctus ſeu pars medicinæ,quæ victu medetur. Vn-
de Galenus libr. de euchimia & cacochimia. c.j.
inquit, Quicunque vacant circa exercitia & or-
dinatiuam diætationem, omnes video ſemper ſa
nos.&.c.iÿ.Non ægrotabit omnino debite diæ-
tatus & exercitatus. Et Cicero ad Atti. Diæta cu
rari incipio,chirurgiæ tædet. Cano.vero diætam
vſurparunt pro numeratione itineris, quanta in
dies ſingulos paſſuum millia in itinere faciendo
conſtitui debeant.l.iÿ.ff.de verbo.ſignifi.l.j.ff.ſi
quis cautio.§.qui autem.verſi.ſi verò. Inſtitu.de
excuſa.tutor.c.nonnulli.extra de reſcript.

80 In tex. † Inter eoſdem parietes. Nota hic tex.
vt id quod inter eoſdem parietes fit,in præſentia
incolarum domus ſeu habitantium in domo,fie-
ri dictũ eſt ſuprà in interpretatione huius literæ.
& gloſ. in.l. ÿ.§. idem Labeo.ff. de aqua pluuia
arcen.ſed illis adde.l. cum ancillis. in fine. C. de
inceſt.nupt.ibi,quoniam intra domeſticos parie
tes ſcelus admiſſum eſt.l.cætera.§.hoc ſenatuſcõ
ſultum.ÿ.ff.de lega.j.l.Iulianus.§.ſi.cum quinq;
legibus ſequentibus.ff.de actio.empt.l. quæſitũ
ff. de fundo inſtruc. & inſtru. lega.l. lex Corne-
lia.§.domum.ff.de iniurÿs.l.eum qui ædes.ff.de
vſucapio.l.quod conclaue.&.l. inter quos parie
tes.ff.de dam.infec.l. prædÿs.§.balnea.&.§.ſeq.
l.quæſitum. §. illud.ff. de lega.iÿ. vbique habes
quando inter eoſdem parietẽs ſeu eadem ædifi-
cia,vel eandem domum aliquid factum eſſe dica
tur,in.l.j.§. fina.&.l. ſi verò plures.§. quod ſi ex
mediano. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Sed
propriè hic loquit̃ iurecõſultus,qñ aliquid inter
eoſdem parietes fit.& dicta.l. cum ancillis.l. fin.
C.ad.l.Corne.de ſica.l.conſenſu.§. ſeruis.C. de
repud.l. dominus horreorum. in princi.ff. loca.
et conduc.Bar.in.l.item apud Labeonẽ.§.conui
cium.ff.de iniur.l.qui domum. & tribus legibus
ſeq.ff.ad.l.Iuliam.de adulter.

81 Et dum dicitur in text. † vel in cãdem domũ.
intellige vt dixi in prin.huius legis poſt glo. pro
habitatione, vt in.l.j.§. fin.ff. de his qui deiecer.
vel effude.dicta.l.qui domum.ff.ad.l. Iuliam de
adulter.&.l.lex Cornelia.§.domum.ff. de iniur.
Et eadem appellatione meritoria domus in hoc
ſenatuſconſulto veniet,de quo domus genere lo
quitur.l.æquiſſimum.§.item ſi domus.ff.de vſu-
fruc.& dicta.l. lex. Cornelia.§.tantum igitur.ff.
de iniur. Et ratio,quoniam & horti & villa eadẽ
ratione comprehenduntur, vt hic.&.§. ſi quis in
villa.infrà eadem.l.&.l.fin.C.eodem.l.lex Cor-
nelia.§. domum. verſic.quod ſi quis.ff. de iniur.
Ego idem ſentio in porticu vel poſtica, dicta. l.
æquiſſimum. §. ſed neque diætas. in verbo, vel
aditus poſticas've euertere.ff.de vſufr.quod vo-
cabulum,poſticas.volo te notare pro ea quæſtio
ne quam Bart. primùm,demum Roma.Ioan.de
Imo.Raphael Cuma. & Ang. tractant,ſi ſtatutũ
eſt vt offendẽs aliquẽ in domo, vel ad quinq; pe
des ſecus domũ:puniatur capite vel aliàs multe-
82 tur. † An offendens aliquem in poſtica & poſte
riore parte domus,in pœnã ſtatuti incidat. Var-
ro autem in lingua Latina,poſticã eſſe dicit,quæ
ſeptentrionem verſus reſpicit. dicit enim Iouis
templum partes quatuor habuiſſe, ſiniſtram ad
orientem,dextram ad occaſum, anticam ad meri
diem, poſticam ad ſeptentrionẽ. cæterũ quæſtio
ni non diſſonat. Dicunt enim ſtatutũ ad poſticã
non debere extendi: quoniam in parte nobilio-
ri tantum ſtatutum verificari debet, argumento
l.quum in vniuerſis.ff.de religio.& ſumpt.ſune.
Eo magis in odioſis ſtatuta ſtricte interpretãda
ſunt.l.interpretatione ẽt.l.ſi præſes.ff.de pœnis.
Nec ſecundum eos obſtare poteſt.c.ſtatutum.§.
§.de reſcrip.in.vj.vbi diæta vndiq; à fine diœce-
ſis cõputat̃,quia id odioſum nõ eſt, adde tu tex,
in.l.j. C.de aquæ duc.li.xj. ibi,vt dextera læuaq;
ex ipſis formis quindecim pedibus intermiſſis
arbores habeant.et.l.omnis ſeruitus.eo.titu.ibi,
nullis intra decẽ pedes arboribus coarctari, ſed
ex vtroq; latere decem pedale ſpacium integrũ
illibatumq; ſeruari.§.& hoc quidem.in authent.
de alie.& emphy.colla.ix.ibi,et eius circuitu ad-
hærentium conſequenter diffinire.l. ædificia. C.
de oper.publ.ibi, vel minuatur porticibus latitu
do.&.l.qui ſine autoritate.eodem titu.ibi, angi-
portus integros vel partes ſuis domibus incluſe
runt, ſeu porticus vſurparunt.l.fi.ff. fi.regun. In
qua Solonis lex à Caio iureconſulto refertur:
quam nota in his verbis, iuxta alterius regionẽ.
Item in fi.nouẽ pedes ab extranea regione plan-
tet.l.quinq; pedum.C.fin.regun.l.imperatores.
ff.de ſerui.vrba.prædio.l.ſi cui.ibi,is quindecim
pedum ſpacio interiecto inter publica & priuata
ædificia.C.de ædific. priua.l.mœniana.eodẽ tit.
ibi, niſi ſpacium inter ſe per decem pedes liberi

æris habuerint. Item in his verbis, quindecim pe
dum interualla. Et ibi, decem pedum menſuram
ædificare, vel intra quindecim pedum mœnianũ
poſſidere tentauerit. l. ſi. §. ſi. C. de ſerui. & aqua.
ibi, quaſi vento ſuam vim per omnem locum in-
ferre ex huiuſmodi ædificatione vetito. Et in vl-
timo verſi. eiuſdẽ. l. Adde tu Crinitum de hone-
ſta diſciplina. li. xxv. c. iiij. vbi Solonis legẽ, quæ
in. xij. tabulis tranſcripta eſt, verbatim refert, &
ampliore ſtylo quàm Caius iureconſultus in di-
cta. l. fin. ff. fin. regun. referat. Illius etiam Cicero
meminit li. de legibus. j. Cicero, inquit, vſucapio
nem. xij. tabulæ inter quinque pedes eſſe volue-
runt. nunc ad rem reuertamur. cõtra eos eſt text.
in dicta. l. fin. C. eodem, de his qui. vt indig. et Se
natuſcon. Silla. in fin. l. dum dicit, ex quocunq;.
& in verſicu. veteres. dum refert veterum reſpon
ſa in interpretatione horum verborum, ſub eo-
dem tecto. ſic ab eis intellecta, ſiue in cubiculo,
ſiue in triclinio vel porticu, vel in aula. Et huic in
terpretationi Iuſtinianus dat augmentum, dum
in fine. l. inquit, Ex quocunque loco, ſiue in do-
mo, ſiue in via, ſiue in agro, & vbicunque ſenſe-
83 rint dominum periclitantem. † Et ſic in pœnali
bus ſit extenſio. Et ratio eſt, quoniam hæc ſtatuti
prohibitio ſit, ne tam facilis hominibus pateat
graſſandi via, vt dictum eſt in ratione huius ſena
tuſconſulti, in capite huius. l. & l. j. in princip. ff.
nautæ, caupo. ſtabula. Non obſtat. l. quum in di-
uerſis. ff. de religio. & ſumpti. ſuner. Verum eſt
enim ſi verba ſtatuti non eſſent capacia poſterio
rem partem comprehendere, quemadmodum &
anteriorem, à parte prædominante, reſpõdendũ
eſſet: pro anteriore magis iudicãdum eſſet quàm
pro poſtica aut alia parte domus, dicta. l. lex Cor
nelia. §. j. verſi. tantum igitur. ff. de iniur. dicta. l.
æquiſſimum. §. item ſi domus. ff. de vſufruc. dum
inquit, meritoria illhic facere fructuarius nõ de-
bet, &. §. ſed neque diætas. eadem. l. & l. repetun
darum. in fin. ff. de teſti. ibi, qualitas ſexus incale-
ſcentis oſtẽdit. & l. quæritur. ff. de ſta. homi. hoc
dicit dicta. l. quum in diuerſis. ibi, vterque quidẽ
locus religioſus non ſit: quia vna ſepultura plu-
ra ſepulchra facere nõ poteſt. Ob id quũ optio-
ni ſeu electioni locus eſſe debet, in qua attẽdi de
bet quod dignius eſt. l. iij. §. ſi quum omnes. infrà
eodem titu. illhic dicetur. Et minus iuuat ratio
84 Roma. Imolæ. & aliorum. † vt ſtatuta in mitio-
rem partem interpretari debeant. Nam ſi in legi-
bus condendis id cõſideraretur, manca quidem
lex eſſet, vt partem anteriorem domus tutam red
deret, poſteriorem verò latronum ſpeluncã plu-
ra audentibus in iniuriam hominum admitteret.
Nam & domus ea eſt, quæ ſuis terminis conten-
ta eſt, & maximè deſtinatione patriſfamiliàs. l.
eum qui ædes. ff. de vſucapi. dicta. l. cætera. §. hoc
autem ſenatuſcõſultum. ij. ff. de lega. j. l. prædijs.
§. balneas. ff. de lega. iij. et. l. quod conclaue. ff. de
dam. infect. ibi, totam porticum earũ ædium eſſe
quas retinu iſſet, quum per longitudinẽ vtriuſq;
domus extenſa eſſet tranſuerſa contignatione,
quæ ab vtraq; pte parietibus domus, q̃ veniſſet,
ſuſtineretur. Nota illa verba, quæ ab vtraque. §.
ſi ab hoſtibus. Inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſ.
ſolui. ibi, Nam limina ſicut in domo finem quen
dam faciunt, ſic & imperij &c. l. præſenti. §. j. &
fin. C. de his qui ad eccle. confug. in verbo, intra
85 fines. † Nam & in criminibus ipſa habitatio to-
ta, domus appellatione cõtinetur. l. qui domum.
cum. l. ſequen. ff. ad. l. Iuliam de adulter. dicta. l.
lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. l. j. §. fin. & l.
ſed & ſi plures. ff. de his qui deiecer. vel effuder.
quid plura? hic eſt caſus indubius noſtri. §. & ſe-
natuſconſulti. Et id verum eſt.

In tex. Vel cubiculum. dicetur in. l. excipiun-
tur. infrà eodẽ titu. in quo non videtur poſſe da-
ri inſtantiam, vt ex prædictis patet, vel totam vil
lam. dicetur in. §. ſi quis in villa. infrà eadẽ. l. vel
eoſdẽ hortos. de his in. d. l. cætera. §. hoc Senatuſ
conſultũ. ij. ff. de lega. ij. & l. prædijs. §. balneas.
ff. de lega. iij. l. præſens. ff. de procur. l. vrbana. ff.
de verb. ſigni. dicta. l. lex Cor. §. j. ff. de iniur.

In tex. Et ait Sextus ſic eſſe ſæpe iudicatum,
86 Non † mediocris autoritatis eſſe iudicum ſen-
tentias frequenter in iudicando laudatas & ap-
probatas. l. nam imperator. ff. de legi. dum illhic
Paulus iurecõſultus inquit, aut rerum perpetuò
ſimiliter iudicatarũ autoritatẽ vim legis obtine-
re debere. §. j. in authent. de teſti. & ea quæ parit
in. xj. menſe. colla. v. ibi, & in iudicio approbata
frequentatur. §. pœna. verſi. ſed pœnam. Inſti. de
iniur. l. an in totum. C. de ædific. priua. ibi, præ-
ſes probatis his quæ in oppido frequenter in eo-
dem genere controuerſiarum ſeruata ſunt. l. La-
beo. coniuncta glo. in verbo, agentium. ff. de ſta
tuliber. Præſertim quum iudicia à principe aut
iureconſulto procedunt. l. an manumittere. ff. de
manumiſ. vindic. l. fina. in princi. ibi, non ſolùm
illæ cauſæ pro qua producta, ſed omnibus ſimili
bus. C. de legi. §. ſed quod principi. Inſti. de iure
naturali, genti. & ciuili. ibi, cognoſcens decreuit
l. j. ff. de conſti. princi. l. milites agrum. in vltimis
verbis. l. ff. de re mili. ibi, quod exemplũ, & in cæ
teris ſequi nos debere Menader ſcripſit. l. apud
Iulianum. in fi. ff. ad Trebel. l. iuſto. in princi. ff.
87 de vſucapio. † Imò ex vſu principis erroneo ius
poſſe fieri dicitur, in. l. iij. in fin. ff. de ſupel. lega.
Et hoc modo conſuetudo introduci poteſt ſeu
magis confirmari. l. quum de conſuetudine. ff. de
legi. c. abbate. §. ad hoc. in verbo, cõtradictorio.
extra de verbo. ſignifi. per Bart. in. l. de quibus.
in. ij. quæſtione. ff. de legi. Cinus & Bal. in. l. j. &
ij. C. quæ ſit longa conſuet. Bal. tamen intelligit
prædicta vera eſſe quum tales ſententiæ in noti-
tiam populi peruenerunt, & populus ab eis non
reclamauit, quaſi tacito populi conſenſu confir-
matæ videãt, mouetur ex. l. nemo alieno. §. tem-
poralis. ff. de regu. iur. hoc dicit in. l. nemo. C. de

ſenten

ſenten.& interlo. omnium iudi. ſed melius pro-
batur in dicta.l. quum de cõſuetudine. in his ver
bis, An etiam contradicto aliquando iudicio.&
l.nam imperator.ſuprà alleg.ff. de legi. &.l.j.C.
quæ ſit longa conſuet. ibi, quæ in oppido frequẽ
ter in eodem cõtrouerſiarũ genere ſeruata ſunt,
cauſa cognita ſtatuet. quod legis principiũ ſum-
ptum eſt ex dicta.l.an in totũ.in fine.C.de ædifi.
priua. cuius ſuprà meminimus.c. de quibus. vbi
per glo.& Archid.in verbo, exempla.xx. diſtin.
In inferioribus autem à principe ſecus dicendũ
eſt.non enim ſequendæ ſunt, niſi quatenus ratio
nabiles ſunt vel recipiendæ, ſi à lege non diſſen-
tiunt, dicta.l.nemo.C.de ſenten.& interlo.omn.
iudi.licet pro tẽpore aliquo inualuerunt.l.quod
non ratione.ff. de legi. l.j.§. fin. C. quæ ſit longa
conſuet. hoc vult text. in dicta.l. nemo alieno.§.
temporalis.ff.de reg.iur.l.fi.C. de conſuli.li.xij.
§.optimum.verſi.ſicut enim patres.ibi, nec quæ-
libet eſt lex aliquid tale dicens. in authẽt.de non
eligen.ſecundò nuben.colla.j.l.iij.§.fi.ff. de præ
uari. ibi, quia neq; lege aliqua de hac re cautum
eſt, neque per ſenatuſconſultum.&. l.iij.§. quid
tamen ſi lex.verſi.& oportet.ff.de ſepul.viola.§.
conſideremus.in authen.de trien.& ſemiſ.colla.
88 iij. † Nam & reſponſa principum ſecundũ ius re
gulantur.l.ex facto.in princip. vbi Moder.ff.de
vulga.ſubſtit.per Alex. in dicta.l.apud Iulianũ.
§.fi.ff.ad Trebel. His adde Benedic. de Plumhi.
in dicta.l.an manumittere.ff.de manumiſ. vindi.
§.noſq;.verſi.licentia.in authent. vt deter.ſit nu-
mer.cleri.colla.j. in his verbis, licet iuſſio de pa-
latio veniat. Non enim ſi quid non bene dirima-
tur, hoc & in aliorum iudicũ vitium extẽdi opor
tet, inquit dicta.l.nemo.C.de ſenten.& interloc.
omni.iudi.l.j.§.omnibus.C.de veter.iure enuel.
quatenus enim ratione mouentur, obſeruandæ
ſunt. Vnde Bal.in ea.l. hac ratione. dicit Gallos
imperiales leges nõ recepiſſe, nec eos illis vti, vt
eas pro legibus habeant: ſed quum in ratione na
turali ſeruatæ ſunt, apud eos vim obtinẽt, per.c.
obertus.qui feud. dar. poſ. colla. ix.idem notat
Cardi.in.c.j.in princ.qui feud.dar. poſ. colla.x.
Nam ratio naturalis ſecundũ Bald. loco non cir
cunſcribitur, cum ipſa natura, inquit, nata eſt.§.
ſingulorũ.&.§.ſi quis à nõ domino.Iuſti. de rer.
diuiſio.Melius in.l.ſcire.§.ſufficit.verſi.ſi enim.
ff.de excuſa. tutor. ſufficit ait ille tex. formari ex
ſola naturali iuſtitia.l.j.ff.de iuſti.& iur.Feli.aũt
in.c.venerabilis.x. colum. verſic.oportet tamen
ad acquiſitionẽ dominij. circa finẽ eius. extra de
89 exceptio. † dicit ſentẽtiã in palatio ſuper poſſeſ-
ſorio latã coloratum titulum tribuere, licet nõ ſu
per petitorio. Cuius dictũ aliquando relatũ fuit
Rothomagi in materia poſſeſſoria prioratus de
Condris Ebriocẽ. diœceſis tũc litigioſi. facit in
argumentũ.c.quum dilectus.§.fi. de electio.vbi
ſententia ſuper defectu ætatis archid. Morinen-
ſis in epiſcopũ Morinẽ.electi lata, à qua appel-
latũ nõ extiterat. ſic profuit electo, vt de ea ſuper
caſſatione electionis eiuſdem amplius non diſcu
teretur: & ea ſola ratione ita deciſum eſt, quoniã
ſuper ea pronunciatũ erat, nec ab ea ſententia cõ
firmationis appellatũ extiterat. Adde Inno.in.c.
ij.extra de in integ. reſtit.l.diui fratres.ff.de iure
patro.l.quæſitum.§.ſed ſi fundus.ff.de fundo in-
ſtruc.& inſtru.lega.ibi, quam ſententiam quoti-
die creſcere & inualeſcere videmus.&. l. ſi ædi-
90 bus.ad fi.ff. de dam.infec. † quicquid enim iudi
cio procerum inductum eſt, rectè iudicatum æſti
mandum eſt.l.humanum.C.de legi.in dicta.l.an
manumittere.ff.de manumiſ.vindicta.

Hoc maximè procedit quando bis aut pluries
idem iudicium in pari controuerſiarũ genere in-
ualuit, vt dictum eſt: & hic tex.probat in his ver-
bis, ſic eſſe ſæpe iudicatum. & ſæpe dicitur iudi-
cari, quãdo bis idem iudicatur. Et Bar.hunc tex.
ad id pro ſingulari refert in dicta.l.de quibus.v.
colum.in.ij.quæſtione.ff.de legi.addit.l.ſeruos.
C.ad.l.Iul.de vi public.dum in ea dicitur, bis aut
ſæpius.vt verbũ ſæpe bis importet: ſæpius autẽ,
plura.alibi autem pro bino actu ſumitur.l.fin.§.
& hæc quidem. in verbo, ſæpius.C.de iure deli-
beran. Cui addo.l.capitalium.§. ſolent.ff.de pœ
nis.ille tex.inquit, Nec ante ſint à præſide admo
niti. Et in verſic.nonnunquam capite plectendi,
quũ ſæpius ſeditioſè & turbulenter ſe geſſerunt.
& in.§. graſſatores. dicitur, vtique ſi ſæpius atq;
in itineribus &c.glo.eſt in.l.quũ quæſtio. in ver
bo, ſæpius.C. de lega.& quamuis illa gloſ. nihil
alleget, adde illi.l. veluti.in fi.ff.de eden.ibi, nam
poteſt fieri vt bis editum. Item dum in fi.dicitur,
vt verbũ, iterum. pro, ſæpius.accipiatur. Bal.in
l.filio.ff.de liber.& poſtliu. Adde Alex.in.l.fi.§.
& hæc quidem.C. de iure deliberan. De his etiã
in.l.nemo.C.de epiſco.audien. Addo dictis per
Bar.in dicta.l.de quibus. quod notat Ang. in.l.
91 ad res donatas.ff.de ædili. edicto. † duos ait cõ-
curſus decennij deſiderari priuſquam vſitatum
aut conſuetum aliquid dici poſſit, dicta.l.de qui-
bus.&.l.ij.C.quæ ſit longa conſuetudo.

In tex. Vt quicunque eo loci fuerũt, vnde vo-
cem exaudire potuerunt. Solet hic tex. ad id alle
gari, vt is propriè vicinus dicatur, qui vocem cla
mantis exaudire poteſt.& in.l.fi. C.eodẽ. Adde
Ang.& Roma.in.l. de pupillo.§.fi. in pluribus.
ff.de noui oper.nuncia. Variè autem vicinitas in
iure deprehendi poteſt ex prædictis. Primò, ex
hoc tex.ab exauditione vocis. & in.l.j.in princi.
ff.de verb.obli. & alijs in capite huius.§. relatis.
Secundò, ex locorum vicinitate, licet continẽtes
ſeu aliàs finitimæ non ſint, vt in.l. ſi vicinis ſcien-
tibus.C.de nupt.l.iiij.§. ſi tam vicinum.&.l. flu-
minum.§.vitium.verſi.ſeruus quoque.&.l.inter
quos parietes.et pleriſq; alijs legibus.ff.de dam.
infec.l.ſi tertius.vbi Bar.ff. de aqua pluuia arcẽ.
l.j.in princi.ff.de flumi.c.ſuper ſpecula.vbi Ho-
ſtien.Io.And.& Anto. de Butri.extra de priuil.

quandoq; à regione.c.nonnulli.extra de reſcrip.
c.ſtatutum.de reſcrip. De his in.c. ſelicis. in ver-
bo,vicinarũ.per glo.Ioan.Andr.Petr.de Anch.
& Domi.de pœn.in.vj.c.quicunq;.xvj.q.iij.vbi
per Archi.& in.l.quicunque deſertum.&.l.ſeq.
& pluribus alijs legibus illius tituli. C. de omni
agro deſer.lib.xj.l.capitalium.§.incẽdiarij.ff. de
pœn. in his verbis, dãno vicinis fuerint.l.ſi quis
fumo.§.fin.ff.ad.l.Aquiliam. Sed ea proprie eſt
vicinitas,quæ deſcribitur in.l.ſed & loci.§.fin.ff.
92 fin. regun. † quæ cõmunibus parietibus diſter-
minatur,vt prius dixi.l.vrbana.ff. de verb.ſigni.
l.quod conclaue.ff. de dam.infec.&.l. ſi fratres.
§.idem reſpondit.verſi. item Mela.ff. pro ſocio.
Aliter autem fundi confines dici debent,dicta.l.
ſed & loci.§.fi.&.l.qđ ſæpe.§.fi.ff. de contrahẽ.
empti.l.quicunq; deſertum.&.l.ſeq.C. de omni
agro deſer.li.xj.vel proximi à propinquitate lo-
corum,quod interpretatur ex coniunctione dua
rum legum,videlicet.l.ſi cui.et.l.mœniana.C.de
ædiſ.priua.dum in.l.ſi cui. ponitur dictio,iuxta.
quæ in eadem.l. exponitur, & in.l. mœniana.&
reſtringitur ad decem pedes,quandoq; ad quin-
decim, ſecundũ qualitatẽ ædificiorum. alioquin
continentes fundi appellantur.l.ij.&.l.notionẽ.
§.continentes.ff.de verb.ſignifi. Alij verò vicini
tatem interpretantur ex cõmuni loci conſuetudi
ne.Pro quibus eſt.l.vt Alphenus.ff. de verbo.ſi
gnif.dum inquit. Nam Romam non murotenus
exiſtimari ex conſuetudine quotidiana poſſe in-
telligi,quamuis verbũ,conſuetudine. à frequen-
ti inceſſione intelligatur. Alij iudicis arbitrio cõ
mittunt, vt dixi.& facit ſecundũ eos.c.de cauſis.
extra de offic.delega. In hoc autẽ ſenatuſconſul-
to recipitur illa prior interpretatio,quæ ab exau
ditione vocis definiuit in.l.iij.§. ſurdus.infrà eo.
93 quæ ex ſententijs iudicum originem traxit. † Et
ſic non vilis eſt ſeu aſpernanda iudicũ autoritas,
dicta.l. nam imperator.ff. de.legi.Nolo præter-
mittere circa prædicta quæ glo.in Clem.j. de Iu-
dæis. refert ex conſuetudine Mahumetiſtarum,
in cõuocãdo populo ad Mahumetã pſeudopro
phetam viſendum & ſalutãdum,de præcone qui
turrim meſquitæ quadratam aſcendit, & in qua-
libet turris parte obturatis auribus populum ad
Mahumetam orãdum monet. hunc,prohdolor,
audiunt, hunc colunt, venerantur & obſeruant.
Nunc ceſſet talis pſeudoprophetæ exauditio, &
Pij ſecundi in Mahumetam recipiatur exhorta-
tio, quæ à ſanctiſſimis apoſtolis viſa & audita &
prædicata ſunt ſedulo amplectamur,eundẽ dñm
deũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ ſupplices adoremus.

Hunc tex.in dormiente inducit Alex.in.l.fin.
C.eodẽ.dum hic dicitur,eo loci fuerunt,vnde ex
audire potuerũt,licet alij validioris,alij exiguio-
ris vocis ſunt: vt puniãtur, quaſi ſub eodẽ tecto
fuerint. Non ergo attenditur, an quis audiuerit,
ſed an audire potuerit. quæ cõcludere videntur
in dormiente.l. excipiuntur. infrà eodẽ.dum in-
quit,& ad pedes domini cubuerat,quũ occidere
tur. Alex.aũt omnino cũ Cino ſentiẽs,nullo etiã
94 verbo addito, diſtinguit, † an ſciret ſeruus do-
minum inimicos habere, qui ſemper illi inſidias
parabant, & in eo loco erat in quo aggredi poſ-
ſet, aut illi timendum erat: & tenetur.l.ſi ſeruus
ſeruum.§.ſi fornicarius.ff.ad.l.Aquil.Nec quiſ-
quam recipitur dicere, inquit ille text. in eo qui
obdormiuit,rem eum humanam & naturalẽ paſ-
ſum:quum deberet ignem extinguere, vel ita mi
nuere,ne euagaretur. Addit & Cinus,quod ſcri-
bitur Matthæi.xxvj.& Marc.xiiij.non potuiſtis
vna hora vigilare mecum,vigilate &c. Cui adde
l.ij.§.hæc autem.verſi. vt ſi quando neceſſitas cõ
tigerit.C.de offic.præfec.prætor.Aphricæ.l.j.in
princi.ibi,quod excubias agebant.&.l.nam ſalu
tem.§.ſciendum.ff.de offic.præfec.vigilũ.l. offi-
cium.§.officium.ff.de re mili.dum inquit,claues
portarum ſuſcipere, vigilias interdum circuire.
Et Scipio Aphricanus turpe eſſe aiebat in re mi-
litari dicere,non putaram. Valer.libr.vij. titu.ij.
95 & diuus Ambro.Offic.lib.j.c.xxxviij. † Et lex
iudices iuſtiſſimos & vigilantiſſimos eſſe vult. l.
iuſtiſſimos.C.de offi.rector.prouinciæ. Poſſent
hic plura colligi de iudicũ & aliorum magiſtra-
tuum diligentia,& recenſeri, quæ huic literæ nõ
conuenirent: cõſultò ea prætermitto. aut ſeruus
in nulla culpa erat, vel culpa caſum non præceſ-
ſit:& excuſatur.l. fluminum.§.vitium.ff.de dam.
infec.quum dormire,naturæ viſum ſit, quod ex-
cuſandum eſt,argumẽto.l. maximum vitium.C.
de liber.præter.& dicta.l.fluminũ.§.vitiũ.Circa
hanc diſtinctionẽ videtur dicendũ, excuſandum
omnino dormientẽ,ſicut & furioſum.l.iij.§.mu-
tum.in fi.infrà eo.l.infans.ff.ad.l.Cor. de ſica. ſi
milis enĩ eſt dormiẽs furioſo,& ecõuerſo, furio-
ſus dormienti adſimilaẽ.l.ij.§.furioſus.ff.de iure
codic.l.j.§.j.ff.de acq.poſ.vbi Moder.copioſius
96 hoc dilatant. † Vnde eſt ſi furenti gladius porri-
gatur,& inde ſæuiens alium occidat: furioſus ex
cuſatur,licet gladium porrigens de homicidio te
neatur.l.qua actione.§.Celſus autẽ.ff.ad.l.Aqui
liam.ſimiliter dicendum eſt,ſi gladium dormien
ti aliquis in manu ponat,dicta.l.j.§.adipiſcimur.
ff.de acq.poſ.l.j.§.fin.ff.de autor.tutor. Hoc idẽ
notatur in Clem.vnica.de homici.& in.c.ſi con-
cupiſcentia.xv.q.j.c.teſtamentũ.vj.diſtinc. Con
ſentio cum his,qui dicunt, dormientem in culpa
eſſe ſi cuſtodes non adhibeat, ſi ſolitus eſt dor-
miens ſurgere & in ſomnijs ſæuire ad ſimilitudi-
nem furioſi,dicta.l.diuus.§.fin.ff.de offic.præſi.
&.l.penul.§.fina.ff.ad.l.Pompe.de parricid.vbi
Bart. hoc examinat, ſed nihil vltra Cinũ in loco
prædicto affert.Item Flori.notat in dicta.l. ſi ſer
uus ſeruũ.§. ſi fornicarius.ff. ad.l.Aquil. Et hoc
nouiſſimũ optimè diſtinctioni Cini conuenit,dũ
culpam à non culpa diſtinxit. Ob id cuilibet bo-
no iudici incumbit cauſam dormitionis examina
re, an dolus ſeu culpa perpẽdi poteſt. hoc docet
tex

tex. in.§. excuſantur.in his verbis,ſine dolo ma-
97 lo.infrà ead.l. illhic dicetur. † Præter dolum &
culpam eſt dormiens,ſi gladius aut aliud teli ge-
nus in manu eius ponatur, vt dicitur in dicta.l.j.
§.adipiſcimur. quemadmodum de furioſo ſuprà
dictum eſt per dictā. l. qua actione. §. Celſus.ff.
ad.l. Aquiliā.Non tamen ob id tradens gladium
furenti ſeu dormienti excuſatur,dicto.§. Celſus.
hoc dicit gloſ.& bene,in.l. nihil intereſt.ff. ad.l.
Cor.de ſica.per.l.q occidit.§.pen.&.l.ita vulne-
ratus.in princi.ff.ad.l.Aquil.&. e.fi. de homici.
in.vj.non obſtabit.l.excipiuntur.infrà eod. titu.
quæ de dormiente intelligi non debet, ſed de ia-
cente in cubiculo tantùm. Alioquin nō fuiſſet re
ctum iudicium,vt ex prædictis videri poteſt.Ad
de Floria.in.l.ſed ſi quencunq;.§. iniuriam.ff.ad
l. Aquil.&.l.quid ergo.j.§.fin.ff. de lega.j.

In tex. Alij validioris, alij exiguioris. De hac
exclamatione vocali dicetur in.§.tuliſſe.verſi.ve
98 luti. † Sed pone dominum ita fuiſſe cōpreſſum
vt audiri nō potuit,vel ſi dominus demiſſus eſſet
voce,cuiuſmodi plures noui, qui illo Neapolita
no morbo correpti ſunt, quem Itali Gallicū eſſe
affirmant,an ſeruus excuſari poterit ſi vox exau-
dita nō eſt vel vlulatus, vel propter aliā fortuitā
raucitatē nō potuit dominus acclamare. De qui-
bus in.l. diſeretis. C. qui teſta. face.poſ.& in.c.j.
xliij.diſtinct. Idem in alijs caſibus,in quibus non
excuſatur quis,ſi non acclamauerit, vt in.l.itaq;.
ff.ad.l. Aquiliā.c. ſi perfodiens.extra de homici.
Ego puto eum poſſe excuſari, niſi aliter conſtet
ſeruū potuiſſe notas habere inſidias paratas do-
mino,vt in. l.fi. C.ad.l.Corne. de ſica. Et in argu
mentum eſt.l. eum qui, eo.titu. dum dicit.ſi hoc
ita. neque ſuper hoc ambigi poterit.l. iij.§.nutū.
infrà eo. in ratione legis. ſed ibi, vbi vocis tantū
auxilium ſuperfuit,illhic abundantius dicetur.

In tex.Nec omnes vndique exaudire poſſunt.
hunc tex.ſuprà notaui in verbo,vndiq;. Et vltra
ea quæ ſuprà recenſuimus,dico hunc tex.cū ver-
99 ſicu. præcedēte in argumentū trahi poſſe. † quū
dubia eſt lex vel ſtatutum, de quibus intelligi de
beant,an de medioeribus aut cōmunioribus vo-
cibus. Bar.in dicta.l.ſi tertius.in princi.per hunc
tex.ff. de aqua pluuia arcen.dicit, debere de me-
diocribus ſeu cōmunioribus vocibus interpreta
ri.mouetur,et bene,per.l.ſuus.§.puto.ff. de hære
di.inſti.Cui addo.l.ſi ſeruum meū.ff.ad.l.Aqui-
liam.l.precia rerum.ff.ad.l.falcid. Et vndique o-
mnes domus partes amplectit̃.l.ædiles.ff. de via
publi.&.l.j. §. in flumine.ff.de.flumi.per Bar.in
l.j.§.hoc interdum.ff. de cloacis.& in.l.fin. C. eo.
& in.§. ſequen. verſicu. potuiſſe. dum dicitur in
eo,aut vicini audirent.

Nouiſſime verò Bar.aperit difficultatem ſatis
100 frequentatam inter doctores, † an in inſtrumen
to locus loci facti inſtrumēti determinari debeat
vt inquit.l. lecta. ff. de reb. credi. lecta eſt,ait,in
auditorio Aemilij. Papiniani. vbi Moder. poſt
Bart. & Alber. notant. Et quum huic literæ non
conueniat,quum non determinatum locum, ſed
vocis exauditionem tantùm conſideret. De ea vi
de quæ Bart. ipſe & Moder. poſt eum notant in
l.de pupillo.§. qui nunciat.ff.de noui oper.nun-
cia.tex.& glo.in.c.fi.in verſi.libellorum.In ver-
bo, in domo.ij. q.viij. glo.in.c.abbate.§.ex his.
de ſentē.& re iudi.in.vj.glo.in.l.j.§.j.ff.de eden.
Bal.in.l. contractus.&.l. comparationes.iij.co-
lum.circa medium.& Alexan. in apoſtil. eius in
verbo,dixi. C.de fide inſtru. Idem Alexā.in.l.ij.
colum.ij.in.fi.ff.de liber.et poſthu.& in.l.ſi quis
in fundi vocabulo.ff.de lega.j. Cano.in.c.quum
Ioannes. extra de fide inſtru. & in.c. vbi pericu-
lum.§. porro. de electio.in.vj.l. libellorum. vbi
Bar.& Imo.ff.de accuſa.l.aut qui aliter. in prin.
ff.quod vi aut clàm. in his verbis,& diem & ho-
ram denunciatione complecti. & vbi, & quod
opus facturus ſit.l. forma in princi.ff. de cenſi.l.
ſi intra. C. de bo. proſeript.l.iiij.§. quoties.ff. de
dam.infec. in.l.j. C.de apochis publi. lib.x.glo.
in.l.generali.C. de tabula.libro.x. & illhic Luc.
de Pen.colum.penultima.

SVMMARIVM.

1 Domini,Romanorū iure in ſeruos necis & vitæ poteſtatem habent.
2 Patria poteſtas in pietate cōſiſtere debet,& non in atrocitate.
3 Galli olim vitæ neciſq; poteſtatem in vxores habebant.
4 Adultera à marito interfici prohibetur iure diuino & canonico.
5 Vaſallus domino inſidias parans beneficij amiſſione punitur.
6 Vaſallus an ſeruo,& an liberto æquiparetur.
7 Vaſallus non ratione perſonæ, ſed rei eſt domino obnoxius.
8 Vaſallus dominum in campeſtri prælio relinquens feudo priuatur.
9 Vaſallus beneficio carere debet, qui quum potuit,dominum à periculo non liberauit.
10 Vaſallus in inueſtitura iurare tenetur domino ſex quædam ſe ſeruaturum.
Seruus in quo differat à vaſallo.
11 Promittēs aliquid dare vel facere, eūm poterit,ad quid & quando obligetur.
12 Vaſallus an teneatur dominum iuuare contra patrem aut filium vel fratrem.
13 Vaſallus domino ſuppſius iuſtitiam denegans, feudo priuatur.
14 Vaſallus quando domino ſuccurrere poſſe dicatur.
15 Vaſallus iiſdem cauſis punitur & feudo priuatur,quibus filius, iure Romanorum filius iudicatur ingratus, & ſucceſſione priuatur paterna.
16 Vaſallus feudo priuatur his caſibus & cauſis, quibus ſeruus capite plecteretur.
17 Potuiſſe,verbum hoc actum cum poteſtate requirit
18 Promittere,ſi cōmode poſſum, differt ab eo quod eſt, ſimpliciter promittere ſi poſſum.
19 Taciturnitas quoto numero ſignificabatur Aegyptijs.
20 Obligatio iure facta dicitur,cū ab eo ſtipulatur qui efficere nequit,dummodo alius poſſit.

21 Conditio, ſi commodè facere poteſt: in inueſtitura poſi ta, qualem recipiat interpretationem.
22 Vaſallus vltro tenetur domino auxilium præſtare.
23 Pater volens teſtamentũ non irritari præteritione poſthumi, quid facere debeat.
24 Potuit, verbum in lege poſitum, an ad certæ perſonæ actum ſit referendum.
25 Potuit, verbum duplicem potentiam producit.
Teſtm̃ ſecundum, rite & recte factum, rumpit primum.
26 Teſtamentum primum non irritatur per ſecundum, in quo incapax hæres inſtituitur.
27 Potentia deducendi ad actum perſonæ eſt neceſſaria, ſed non naturæ poſſibilitas, actu explicando certæ perſonæ commoditatem non reſpiciente.
28 Conditio, cùm fari vel poſtquam fari poterit: qualiter intelligenda ſit. & nu. 29.
29 Conditio, poſtquam fari poterit. vberior eſt ea, cùm fari poterit.
31 Fidelitas domino per vaſallum promiſſa, non eſt contra regem aut imperatorem ſeruanda.
Vaſallus domino auxilium præſtare tenetur, in his, in quibus ius non reſiſtit.
32 Metus mortis ſic vehemens dicitur, vt cuiuis rei temporali potius ſit cedendum, quàm ſuæ aut alterius mortis eſſe conſcium.
Verba legis cum effectu debent ſumi.
33 Clementia in bello nulla.
Conclaue quid dicatur proprie.
34 Maſculinum concipit fœmininum etiam in pœnalibus.
35 Tutor prohibitus pupillæ filium nuptum dare, non vetatur pupillo filiam ſuam iungere.
36 Domina defendi debet per ancillam, ſicut dominus per ſeruum.
37 Auxilium ferens dicitur hominem cuſtodire, & ab iniuria eum eximere.
38 Fœminæ quã ob rem ad feuda tenenda ſint inhabiles.
39 Effectus legis ceſſat ratione eiuſdem ceſſante.
40 Mulieres quæ conſilio polluerint & viribus.
41 Poſtliminio qui redire poſſint.
Debilitas corporis quæ à munerbus excuſationẽ p̃ſtet.
42 Vaſallus ex feudi natura domino conſilium debet præſtare.
43 Seruitium feudi quando poſſit per alium præſtari.
44 Inueſtitura feudi quæ non eſt facta ſecundum propriã feudi naturam, ad alias iuris regulas debet regulari.
45 Falda quid ſit Germanis.
46 Fœminas & clericos feuda non obtinere, qualiter intelligatur.
47 Fœmina an poſſit in feudo per ſubſtitutum ſeruire.
48 Feudum fœmineum in fœminã tranſit eadem ratione, qua maſculinum ſeu virile in maſculum.
49 Clericus in beneficium pateroum non ſuccedit.
50 Matrimonium captiuitate mariti diſſolutum nõ redintegratur, niſi nouo ſuperueniente conſenſu.
51 Vaſalius religionem ingreſſus, an poſſit feudũ retinere.
52 Clericus feudum retinens, an poſſit per ſubſtitutum ſeruire.
Fœmina non venit hæredis vocabulo in materia feudorum.
53 Fœmina in feudo nõ poteſt ſuccedere maſculo extãte.
Maſculus ſolus in feudis venit hæredis nomine.
54 Fœmina veſte vtens virili, debet viua comburi.
Fœmina non ſemper admittitur ad teſtificandum.
55 Conſilium arcanum mulieri non cõmunicandum cenſet Cato.
56 Scorta ad bellum duci non debent.
57 Mutus, ſurdus, cæcus, fœmina, clericus in materia feudali ſunt æquiparandi.
58 Filia quare patris necem vlciſci prohibeatur.
59 Fœmina proſequi poteſt vindictam de nece patris, matris, fratrum & conſobrinorum ſuorum.
60 Defenſionis cauſa amplior multo dicitur ꝙ̃ vindictæ.
61 Mulier hæreditatis ſeu legati incapax, præmium conſequetur, ſi ſe detulerit.
62 Succeſſio nõ poteſt ad eum pertinere, qui necem defuncti vltus non fuerit.
63 Tranſactio ſeu pactio de nece defuncti quãdo fieri poſſit abſque infamia.
64 Fœmina ſimul cum maſculo non admittitur ad accuſandam defuncti mortem.
65 Mulier tranſigere poteſt de nece defuncti, maſculis negligentibus.
66 Genus vniuerſum occiſi ad vltionem inuitatur, quum ei toti facta ſit iniuria.
67 Mulier hæres in feudalibus eſſe non valens, non poterit inimicitiam proſequi.
68 Iudicium ſanguinis non debet eſſe venale.
69 Iniuria vni cuiuis de genere illata, toti generi ignominiam impingit.
70 Conſenſus fœminæ non neceſſarius eſt in pace obtinenda pro nece defuncti.
71 Hæredes omnes et ſinguli debito pietatis inuitantur ad vindictam necis defuncti faciendam.
Defenſionis omne genus promiſſum eſt ei qui ſe defendendo iniuriam propulſat.
72 Virginem deſponſatam ſtuprans, viuus lapidibus obruitur cum ea quæ non clamauit.
73 Lachrymæ in diſciplina militari non vtiles ſunt, ſed noxiæ.
74 Amoris vehementia quandoq; excuſat delinquentem.
75 Lucretia Romana quam ob rem & qualiter ſeſe interfecerit.
76 Fœmina fidelis non in modico ſuperat eam, quæ ſecundum Gentilium mores viuit.

§. Iuxta hoc tamen.

EX RESCRIPTO diui Adriani, ſeruus ſalutẽ ſuam domini ſaluti anteponens hoc Senatuſcõſulto plectit̃. h.d. Duæ ſunt partes huius. §. vſque in. §. vltimum. In prima Adriani reſcriptum recenſetur. In ſecunda exponitur. Secunda eſt in verſicu. potuiſſe rationem reſcripti diui Adriani. glo. j. dicit eſſe quum
5 ſeruorum ſalus à dominis dependeat. † Domini enim iure Romano vitæ & necis poteſtatem in ſeruos habebant. §. j. Inſtitu. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. quæ eadem in filio erat illo iure. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. hodie non ſic in ſeruis §. fi. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. j. &. ij. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Idem in filijs. l. fi. C. de patria poteſta. Et Marcial. iureconſultus in. l. diuus. ff. ad. l. Pompe. de parrici. patrem latronis magis, quàm patris iure filium interficere dixit

dixit.Nam ſecūdum eundē Martia.iureconſult.
patria poteſtas in pietate debet, nō in atrocitate
cōſiſtere: quæ patria pietas pro liberis plærunq;
conſilium capit.l.nec in ea.ff.ad.l.Iul. de adulte.
Ob id lex ait in nulla ſui parte aſpernendam eſſe
patris pietatem.l.j.§. ſed & ſi libertus. ff. ſi quid
in fraudē patro.alie.fuer.c.afferte. extra de præ-
ſumptio. Et imperator in.l. propter inſidias. C.
qui accuſ.poſ.pietas,inquit,et ratio naturalis ani
mi paterni ſeu materni intentionem reuocat. Et
Tripho.iureconſultus ait, quæ noſtra ſunt,libe-
ris noſtris ex voto paremus.l.nihil intereſt.ff. de
bo.liber. His additur.l.iſti quidem.in fi.ff.quod
metus cau.pro affectu ait illhic Paul.iurecōſ.pa-
rentes magis in liberis terrenť. De Herode Aſca
lonita ſcriptum reliquit Ioſephus li. antiqui.xv.
&. xvj. poſtquam multas matres liberis orbaue-
rat,ſuis miſerabiliter orbatus eſt. quos enim ge-
nuerat filios, nonnullos laqueo ſuſpendit, cæte-
ros varijs mortis generibus interfecit. Cognita
Herodis ſæuitia Octauianus Cæſar dixit, mallē
Herodis porcus quàm filius eſſe. quod iocoſe di
ctum ſeriò aduerſus patres in filios cōtra naturā
ſæuos refellendū eſt.ad id eſt.l.inauditū.ff. ad.l.
Cor.de ſica.l.iij.&.l. congruentius.&.l.fi. C.de
3 patria poteſta.l.vnica.C.de emen.propin.† ean
dem olim Galli in vxores vitæ neciſq; poteſtatē
habebāt,teſtatur Cæſar.vj.cōmētario belli Gal-
lici. Viri, inquit, in vxores,ſicuti in liberos,vitæ
neciſq; habent poteſtatē: & quum paterfamiliàs
illuſtriore loco natus deceſſit,eius propinqui cō
ueniunt,et de morte,ſi res in ſuſpicionē venit,de
vxoribus in ſeruilem modū quæſtionē habēt: &
ſi compertū eſt,igni atq; omnibus tormentis ex-
cruciatas interficiūt.Et Licurgus Lacedæmonijs
pro lege ſtatuit,iuſſitq; vxores nō pecunia eligi,
vt ſeuerius matrimonia ſua viri coercerēt, quum
nullis dotis frænis fœnerenť.Hoc quæſtionis ge
nus in vxores admittit.l.iij.C. de quæſt.nō enim
inquit, ægrè feret vxor ſi torqueatur, quæ vene-
nis ſuis,viſcera hominis extinxit.Sed paulò mo-
deratius à Iuſtiniano tēperata eſt illa maritorum
poteſtas,in.l.conſenſu.C. de repud. & in.§. mi-
tiores.in authē. de nupt. colla.iiij.niſi in actibus
venereis maritus vxorē deprehēdat.l.Gracchus.
4 C.ad.l.Iul. de adult.l.maritū.ff. eo.† Cæterùm
à marito adulterā interfici iura diuina & canoni-
ca prohibēt in.c.interfectores. &.c.ſeq. &.c.ad-
monere.xxxiij.q.ij.Hunc tex.glo.ad vaſallos ex
tendit.huic glo.aduerſatur glo.in.c.j.in princip.
quib.mod.feud.amitta.colla.x.& in.c.fi.de alie.
feud.pater. eadem colla. & in.c.j.hic finitur lex.
quas glo.Bal.hic & Roma.ſeq.et Bal.vbique in
locis prædictis, quibus conſentiunt feudiſtæ o-
mnes.His adde Feli.in.c.quantæ.extra de ſentē.
excōica.& Bal.hic contra glo.mouetur per.c.fi.
in fine.de feud.ſine culpa non amittend.colla.x.
Roma.hic addit primò dictum.c.fi.de alie.feud.
pater. eadem colla. Secundò, vltra glo. in dicto
c.j.quib.mod.feud.amit.colla.x.addit Roma.c.
porro. quæ fuit prima cauſa benefi. amit.eadem
colla.vt ſi dominus,inquit ille tex. ſecundū Ro-
ma.vaſallum offendere quærit,vaſallus eum etiā
proditoriè occidere poſſit.hoc non dicit ille tex.
ſed Roma.iungit glo.cum tex.dicentē,vaſallum
morti dñi veneno aut gladio inſidiantem,benefi
cium amittere.& glo. in verbo,morti.dicit,exce
pto eo ſi aliter non poteſt periculū euitare,q; ſi à
dño ſe defendat etiā per inſidias. Et hoc modo
5 Roma. hic ſupplere videť ex illo tex. † dum de
vaſallo inſidias parante domino loquitur, quem
amiſſione feudi vult puniri, niſi ſe etiā inſidioſe
tuendo occidat. Iſto caſu à priuatione feudi ex-
cuſabitur,quia ob tutelam ſui corporis fecit.l.vt
vim.ff.de iuſti.& iure.Bal.hic addit ad glo.l. hæ
demum operæ.ff.de operi.liber.

Vlterius Roma.dixit pleroſq; contra glo.Ac
curſij in hoc.§.inducere.C.petitio.extra de iure-
iur.l.humanitatis.C. de excuſa.tuto.l.quicquid.
ff.cōia prædi.Secundò, vt vaſallus cōtra ſe aut fi
lium tueri dñm non teneatur. ſed in eo quod de
filio dictū eſt,ſecundū eundē Rom. obſtat dictū
c.fi.hic finitur lex.in verſi. cōtra oēs.& cōtra fra
trem, filiū & patrē. Cæterùm contra ſeipſum nō
teneri dñm defendere Roma.ait poſt gl. & puto
eos moueri ex ordinatiōe charitatis.l. præſes.C.
de ſerui.& aqua.Adde cle.paſtoralis. de re iudi.
Et gl.primo loco relatæ, ad hunc tex. reſpondēt,
in ſeruo ſpeciale eſſe, quod ad vaſallū extēdi nō
debere affirmāt:quū dñs in vaſallū tale ius nō ha
6 beat,quale dñs in ſeruū: † et ideo vaſallū liberto
cōparari,vt non teneať anceps vitæ periculū pro
dñi defenſione ſubire.d.l. hæ demū operæ.ff. de
oper.lib.plenius dixi in.§.ſerui appel.ſuprà ea.l.

His addit And.de Iſer.in dicto.c.j. quib.mo.
feud.amitt.iurare tantùm vaſallos debitum poſ-
ſibile dominis impēdere,per illum tex. &. c. ſi à
morte.de alie.feud.pater.poſſibile autē non exi-
ſtimatur, niſi commode ſalute ſua ſaluti domini
ꝑpoſita.& glo.in dicto.§. ſi à morte. ad id alleg.
l.Nepos Proculo.ff.de verbo.ſignifi.Non enim
dicitur quis poſſe,ſi non cōmode. Secundò, ad-
dit vaſallum magis liberto quàm ſeruo compara
ri debere,nam & vaſallus ſeruus nō eſt,imò plu-
ta libertus patrono debet quàm vaſallus domi-
no.Nam libertus ex perſona ſua,id eſt, libertate
ſibi cōceſſa obligatur naturaliter. l. & ſi alienus.
in fin.ff.de fideicom.liber.quid enim,inquit,gra
tius libertate potuit patronus liberto conferre:
7 quæ perſonæ non rei inhæret. † Vaſallus autem
ratione rei tantū obligatus eſt domino. Et quan-
tum anima potior eſt quibuſcunque rebus.l. ſan
cimus.C.de ſacroſanc.eccle.l.in ſeruorum.ff. de
pœn. tanto maior eſt liberti obligatio in patro-
num obligatione vaſalli in dominum: quamuis
ratione iuramenti fortior videať eſſe vaſalli obli
gatio,ſecundum Andr.de Iſer.Cui ſe ſubſcribūt
ferè oēs feudiſtæ. ſilr Bal.hic & Roma. Auge.ta

men hic ſimpliciter cum Accurſio tranſit.
☞ Ego verò, eum pace tantorũ patrum dixerim,
puto Accurſium hic verũ dicere, vt iura feudalia
vaſallo excuſationẽ non præbeant, ſi dñm ſcd'm
fidelitatis ſacramentũ incolumen nõ ſeruauerit.
☞ Prius tamẽ ꝙ vlterius progrediamur, volo hu
ius reſcripti Adriani verba diligẽtius cõſiderari,
ꝙ in verſi. ſerui. recitanᷣ, dum inquit, Serui, quo-
ties dñis ſuis auxiliũ ferre poſſunt, non debent ſa
luti eorũ ſuã anteponere. quæ vltima verba inter
pretantur verbũ, poſſunt. Similiter & Vlpia. hu-
ius. l. autor in verſi. potuiſſe. verbũ, poſſunt. ex-
preſſius declarat in his verbis, ſi nõ corpore ſuo,
at certe voce plorãdo. quæ eadẽ verba clarius in
terpretantur in verſi. hoc ipſum manifeſtum eſt.
☞ Similiter in feudo dicitur in. d. c. j. quib. mod.
8 feud. amit. colla. x. † ſi dñs prælium cãpeſtre ha-
buerit, & vaſallus eum morantẽ in prælio dimiſe
rit, non mortuum, nec ad mortẽ vulneratum, feu
dum amittit. & in. c. fi. de feud. ſine cul. non amit.
dicitur in eo, vel ſi in pugna ſuum dominũ dimi-
ſerit, & cum eo non laborauerit, ſi potuerit. in. c.
idem qui dominũ. & c. præterea. quib. mo. feud.
amitta. colla. x. ait, aut in acie periclitantẽ dimiſe
rit. & in. c. item ſi delator. eo. titu. in his verbis,
Vel ſi cognouerit dominum incluſum, et eũ quũ
potuit, non liberauit. et in. c. licet. ſi de feud. fuer.
contro. inter domi. & agna. dicitur, Si tamẽ ſciat
ei magnum periculũ imminere, vltro adiutorium
ſuum ei debet præbere. & in. c. ad hoc. §. tu tamẽ
ſcias. hic finitur lex, deinde incip. conſue. reg. col
la. x. inquit, ſi vaſallus ſciat dominum obſideri,
vel aliter ei mortẽ imminere, & quum potuerit,
ei non nunciauerit, vel etiam ſine nuncio eũ non
adiuuerit. & in dicto. c. ſi à morte. de alie. feud.
9 pater. † Si à morte, inquit, vaſallus dominũ libe
rare poterit, & non fecerit, beneficio carebit. &
in. c. vnico. quot teſt. ſunt neceſſa. colla. x. in his
verbis, ſeu in campeſtri bello ſuum dominum re
liquerit. Ex quibus conſtat vaſallũ teneri domi-
num tueri & defendere, & à morte, & à quocũꝗ
periculo liberare, quum poteſt. Hoc non ignora
uerunt feudiſtæ & alij ſuprà relati, reſpondentes
poſt glo. in dicto. c. fi. hic finitur lex. vaſallũ non
poſſe dominum liberare, niſi abſque vitæ ſuæ pe
riculo et diſcrimine liberare poſſit ad inſtar liber
ti: non autem quòd vltro ſe ancipiti vitæ pericu-
lo teneatur offerre, per. l. hæ demum operæ. ff. de
oper. liber. neſcio quomodo hæc interpretatio à
tam præclaris viris recepta fuerit. quid enĩ aliud
eſt ſubire anceps vitæ periculum, quàm dominũ
in prælio ſequi, & à vi hoſtium liberare. l. metũ.
§. ſed licet. ff. quod met. cauſa. in. l. non dubito. §.
item ſiue æquo. in verbo, comiter conſeruaret. et
§. ſeq. ff. de capti, et poſtli. reuerſ. l. deſertorem. in
fi. & l. omne delictum. in fi. ff. de re mili. l. etiam
conditionis. ff. de manumiſ. vndic. l. ſi pater. §. fi.
ff. de donatio. notat. Archid. in. c. noli. xxiij. q. j.
10 per illum tex. † Secundò, illis plurimum obſtat
forma iuramenti, quæ in ipſa inueſtitura ſeruari
debet, in qua iurat ſex fideliter obſeruare. c. vni-
co. de for. fidel. & vlterius in. c. vnico. de no. for-
ma. fidel. additur, ſi ſciuero vel audiuero de ali-
quo. qui velit aliquid iſtorum contra te facere,
pro poſſe meo, vt non fiat, impedimentum præ-
ſtabo. & ſi ſciuero te velle iuſtè aliquem offende
re, & inde generaliter vel ſpecialiter fuero requi
ſitus, meum tibi, ſicut potero, præſtabo auxiliũ,
quamuis olim non ita iuraretur, ſed ſolum à ſub
dito, vel qui ſubeſſet alterius iuriſdictioni. c. vni
co. qualiter vaſal. iura. debe. ſi ad offendendum
iuuare promittit, non niſi cum vitæ ſuæ periculo
offendere poteſt. In eo autem ſolo puto vaſallũ
à ſeruo & ſubdito differre, vt ſeruus & ſubditus
grauiori pœna plecti poſſunt, ſcilicet capitis, vt
hic, & §. vltimum. infrà ea. l. ſed non vaſallus qui
feudo tantùm priuari poteſt, vt ex prædictis con
ſtat. Plura dicam in. l. pen. infrà eo.
Non obſtat hic allegata per Bal. & Roma. In
primis. c. fi. de feud. ſine cul. non amittẽ. qui tex.
omnino pro Accurſio facit, dũ dicit ille text. vel
ſi in pugna ſuum dominũ dimiſerit, et cum eo nõ
laborauerit, quum potuerit. Et verbũ, potuerit.
interpretari debet, non vt glo. voluit, ſecundũ. l.
Nepos Proculo. ff. de verb. ſigni. in illa. l. parte.
qua dicitur, poteſt & illa accipi ſignificatio, quũ
ſalua dignitate mea potero. Sed prout in capite
verſi. legitur, Nam qui ambiguè loquitᷣ, id loqui
tur qd' ex his quæ ſignificãtur ſenſit. Et in verſi.
proprius in eadẽ. l. apertius demonſtratur à iure-
conſulto, dum ait, quæ interpretatio magis acci-
pienda eſt, ſi ita promiſſum quũ cõmodum erit,
11 hoc eſt, quum ſine incõmodo meo potero. † Et
erit ſenſus, ꝙ ſimpliciter ꝑmittit dare aut quicꝗ
facere, quũ poterit, debet ſecundũ ſubiectã mate
riam regulari. vt id ſignificet quod ex propoſitis
in promiſſione ſignificari ſeu ſentiri põt. Si verò
quod cõmode fieri poteſt ꝑmittatᷣ, ſi cũ incõmo
do expleretur, id fieri non poſſe dicimus. Sed in
feudis verbũ, potuerit. nõ reſtringitᷣ ad id quod
cõmode vaſallus dicere poteſt, ſed qd' cõmode
in fauorẽ dñi explere poteſt. ꝓbatur in dicto. c. j.
quib. mod. feud. amitta. in his verbis, Et vaſallus
eũ morantẽ in ipſo prælio dimiſerit, nõ mortuũ,
nec ad mortẽ vulneratũ. Et ſic vaſallũ ſociũ ſem-
per vult eſſe dñi, & infortunij participẽ, ſi facto
cõtingat. Et idem ꝓbatur in. d. c. item ſi delator.
quæ fuit prima cau. beneſi. amit. in verbo, inclu-
ſum. quod verbum exponetur in. l. iij. §. ſubueni-
tur. infrà eo. & in dicto. c. licet. ſi de feud. fuer. cõ
tro. inter domi. & agna. dum inquit. vltro adiuto
rium ſuũ ei debet offerre. quid importet verbũ,
vltro. dicitᷣ in. l. j. §. ſed an vltro. ff. de quæſt. quæ
ſimilia verba repetuntur in. c. ad hoc. hic finitur
lex. in verſi. vel etiã ſine nuncio eũ nõ adiuuerit.
Et contra eos retorqueo. c. fi. eiuſdẽ titu. qd' con
tra Accur. Bal. Roma. & alij ſuprà relati induxe-
runt, in quo patrẽ vaſalli ſeu filiũ, neꝗ quemuis
alium

alium excipit,ſed regem tantum ſeu principē,di-
cto.c.vnico.de no. for. ſidel. in his verbis,exce-
pto imperatore vel rege.c.fi.de prohi. ſeud.alie.
per Frederi.vel antiquiorem dominum,dicto.c.
fi.hic finitur lex.et.c.illud quoq;.de prohi.ſeud.
12 alie.per Freder. colla.x. † ſed ſi verbum, poſſe.
in ſeudis interpretationem reciperet incōmodita
tis ſeu cōmoditatis, ſatis diceretur nō poſſe ſi cō
tra patrē aut ſilium aut fratrem agendum eſſet.l.
iſti quidem.ff. quod metus cauſa.l. milites agrū.
in fi.ff. de re milit. ne ſanguinem ſuum negligat,
per ea quæ in capite huius. §. dicta ſunt. quibus
adde.l.Iulianus.in princip.ff. ſi quis omiſſa cau-
ſa teſta. Et hoc vix receptum eſt in fauorē Reipu
blicæ.in.l.minime.ff.de relig. & ſumpti.funerū.
Et tamē ex conſtitutione ſeudorū quantūcunq;
pater pro filijs conſilium quærat,non excuſatur.
§.inſuper.de prohi.feud.alie.per Frede. colla.x.
pater,inquit, à dño requiſitus deducat filiū ad ſa
tisfaciēdum dño, vel à ſe filium ſeparet:alioquin
feudum amittet. Et tamen iure Romano receptū
non eſt, vt pater filium ad ſupplicium offerre te-
neatur,quantumcunq; militiæ deſertorē. dicta.l.
milites agrum.ff.de re milita. nec obſtat conſide
ratio glo.feudorum. in dicto.c.fi.hic finitur lex.
&.c.finali.de alie.ſeud. pater. colla.x. vt contra
ſeipſum dominum iuuare nō teneatur, quoniam
13 in feudis hæc ratio obtinere non poteſt. † Nam
aut vaſallus iuſtitiam ſuijpſius dño denegat nul-
lo etiā bello indicto: & feudo priuatur. ſimiliter
econtra.c. illud tamen. quæ fuit prima cauſa be-
nefi.amit. colla. x. Et ſi ſecus fecerit veniā à do-
mino, quem offendit, ſperare non debet.l.iij.C.
de epiſc.audien.c.item qui dominū. quæ fuit pri
ma cauſa benefi. amitten. colla.x. ait ille tex.qui
dominum ſuum, cum quo ad prælium iuerit,aut
in acie periclitātem dimiſerit, beneficio indignū
ſe iudicabit.Non ergo dño opuseſt præliū inire.
quia denegando ſeruitia dño, quibus ex ipſa in-
ueſtitura obligatur, fit indignus ſeudo. Et ad id
facit.c.fi.de alie.pater. feud. colla.x. dicit in illo
tex. non eſt cōſuetudo Mediolani, vt de felonia
aut infidelitate pugna fiat. Si tamē dominus ecō
trario vaſallo iuſtitiam facere denegauerit: trina
denūciatione domino facta maiorem iudicē ſeu
domini ſuperiorem adire debet.& ſi ſuperior iu-
dex vaſallo iuſtitiam facere nolit:dñm deprædа-
re poterit.c.fi.de mili.vaſal.qui contumax eſt.&
ex illo titulo perpenditur forma repetendi à va-
ſallo debitum ſeruitiū & recognitionē, ſimiliter
& vaſallo,quæ eadē inſeritur.in.c.j.&.ij. ſi de in
14 ueſtitura inter domi.et vaſal.lis orta.coll.x. † Et
ideo in feudo dicitur poſſe qui corpore valet re-
ſiſtere,etiam ſi ſine incōmoditate aut dubio vitæ
periculo aliter dño ſuccurrere non pōt ne offen-
datur.c.vnico.an mutus aut aliàs imperſec.c.mu
tus.epiſcopū,abba.vel abbatiſ.Nec bonū eſt ar-
gumentū liberti ad vaſallū duplici ratiōe.Prima
ſecundū And.de Iſer. in dicto.c.fi. de alie.feud.
pater. qm̄ vaſallus iureiurādo addicitur dño:qđ
non tantū corpus, ſed & animā afficit. c. petitio.
extra de iureiur. & ex conuentione ciuiliter obli
gatur.l.ij.&.iij.C. de condictio.ob cauſ.dat.Li-
bertus verò corpore tantùm dño obligatur qua
dam naturali obligatione.l.ſi non fortē.§. liber-
tus.ff.de condi.indebi.Secunda, libertus manu-
miſſione quaſi liber effectus eſt, & inter liberas
perſonas annumeratur,ſitq; in multis de eo & li-
bero homine idem iudicium, vt dictum eſt in.§.
ſerui.iij.ſuprà ea.l.dicetur etiā in.l.iij.§.de his.in
frà.eo.titu. vaſallus verò propter beneficium ſit
quaſi ſeruus domino:quoniam ſicut ſerui tenen-
tur ſubuenire domino, & vltro ſe offerre,vt hic,
ſimiliter & vaſallus,dicto.c.licet.ſi de feud.ſuer.
15 controuer. inter domi. & agna. † Item vaſallus
hiſdē cauſis quibus ſilius vt ingratus de iure Ro
mano iudicatur,& ſucceſſione paterna priuatur,
ſimiliter quibus donatio reuocatur,et repudium
mittitur: hiſdem ac alijs pluribus, quæ cuiuſque
iudicis diſcreti arbitrio cōmittuntur, ſeudo pri-
uatur.c.prædictis.ſi de ſeud.ſuer. controuer. in-
ter domi. & agna.colla.x.ſed non hiſdem modis
libertus in ſeruitutem reuocatur,vt in.l.j.et.ij.&
fi.& in omni penè titulo.C. de liber.& eo.liber.
Tertiò,ad id beneficium recipitur, vt dominum
in prælio ſequatur, quaſi ad id locans ſuas ope-
ras pro beneficio quod à domino accipit.c. mu-
tus,epiſcopū,abba.vel abbatiſ.in his verbis,quo
ei ablato ſe exhibere non valeat. Et ea ratione à
muto feudū aufertur, per illū text. & à clerico &
fœmina.c. vnico. an mutus,aut aliàs imperfec.c.
vnico.in ſine. de feud.fœmi.etiam ſi morbus ſu-
perueniat: quod eſt contra naturalem æquitatē.
l.ſi quum dotem.§. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſo-
lut.matri.l.ſin.C.de cura.furio.l.quum hæres.§.
quum Stichus.ff. de ſtatuliber.l. patre furioſi.ff.
de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. deberet enim
permitti per ſubſtitutum ſeruire.l.fina.C. de pro
xi.ſacro.ſcrini.libr. xij. & voluit glo.in.l. conti-
nuus.§,ſi ab eo.ff. de verbo. obliga. ſed quia fi-
nalis cauſa propter quam beneficium datum eſt,
ceſſat.l.cura.§.deficientium. ff. de muner.& ho-
no.l.ſi militem.C. de condi. ob cauſam datam.l.
Seio.in princip.ff.de annu.lega.vbi Lancel.De-
cius,& Bal.in.l.qui collegio.ff.de excuſa.tutor.
l.ſi vno anno. §. item quum quidam. ff. locat.&
conduct.ibi,hanc ab eo vecturam repetere, quū
munere vehendi fructus non ſit, ſimiliter ſi hoc
non fecerit,beneficium amittit. §. ſed nō eſt aliæ.
quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Ex
his puto Accurſium non male ſenſiſſe, quicquid
hic dicatur per Baldum & Roman. & Feudiſt.
in prædictis locis, & cum Accurſio hic pertrāſit
16 Angelus, cui conſentio, † hac ſola differentiæ
nota tantùm adiecta, vt vbi ſeruus capite hic pu-
nitur, vaſallus feudo tantùm priuatur. quam-
uis Specu. contrarium teneat in titulo de feudis.
in.vij.quæſtione.Idem dico in milite.l.iij.§.fina.

&.l.omne delictum.ff.de re milita. Idem in quo-
libet alio ſubdito.l. ſi ſciente. vbi per Bar. ff. ad
l.Pompe.de parrici. Cui addo tex.in.c. vnico.in
fine.qualiter iurare debe.vaſal.domino.colla.x.
dum ait nominatim, Vitam,membrum, mentem
& eius rectū honorē cuſtodire iurabit. Per Feli.
in.c.quantæ.extra de ſentē.excōi.dicam plura in
l.pen.infrà eodem.& in verſi.ſeq. quum tota vis
prioris diſputationis in hoc verbo,poteſt.conſi-
ſtat:de qua nunc dicendum eſt.

In verſi.potuiſſe. hoc verbum per ſingulos.§.
huius.l.& per totam penè.l.iij. infrà eodem.ſecū
dum oblatos caſus diſſeremus. Sed hunc tex. in
17 eodem verbo,potuiſſe. † volo te notare vt ver-
bum ipſum actum cū potentia requirat: vt quan-
tum quiſq; ſeruus & ancilla potes ad actū dedu-
cat.ſimiliter in.l.iij.§.ſi quis ſic acceperit.ff.de ſta
tuliber. Sed hoc verbum variè interpretatū eſt,
& Bar. diuerſimode diſtinguit in. l. ſuus quoq;.
§.ſed & ſi filio.ff.de hæred.inſti. Idem Bar.in.l.j.
ff.de iniuſ.rup.& irri.teſta.in.l.ſæpe,poſt glo.ff.
de offic.præſi.in.l.Gallus.in princ.ff.de liber.&
poſthu.Idem Bar.in.l.j.ff.de iniuſ. rupt.& irrit.
teſta.& in.l.nemo dubitat.ff. de reg.iur. vbique
per Alexā.in apoſtil.Bar.à quo plures remiſſio-
nes deſiderabis. Et licet Bart. in locis prædictis
varius inueniatur,& in.l.item liberatur.§.qui pa
ratus.ff.quib.mod. pig.vel hypothe.ſolui. Simi-
liter & Moder. in prædictis legibus & in.l. j. ff.
qui ſatiſda.cogun. Ego non puto eos bene dice-
re,ſed planè ſequendam eſſe exiſtimo Proculi iu
reconſulti diſtinctionem in dicta.l. Nepos Pro-
culo.ff. de verbo. ſignifi. quæ etiam fuit Labeo-
nis in.l.auus.ff.de iur.dot.quicquid dixerit glo.
j.in.c. vnico. an ille interfec.fratrem domini ſui.
18 colla.x. † vt iſta differant,promittere ſi commo-
de poſſum. vel ſimpliciter promittere,ſi poſſum,
vel quum potero. non facta in hoc differētia, an
per verbum præſentis tēporis vel futuri promiſ-
ſio fiat, prout Moder. Papien. referunt in dicta
l.Gallus. in princ.ff.de liber.& poſthu.Simplici
ter enim promittens dare aut facere debet ſecun
dum quod partes in cōtractu cui talis promiſſio
adiecta eſt ſenſerūt interpretari, talis've effectus
expectari,qualis forma & natura contractus de-
monſtrat. ita dicitur in dicta. l. Nepos Proculo.
§.ſi.ff. de verbo.ſignific.ſtatim enim actum cum
potentia exquirit,ſi potentia apta eſt,nulla conſi
deratione habita , an commode vel incommode
facere poteſt qui promiſit. Et ad id induco.l. inter
illam.ff.de verbo.ſigni. dum dicitur in eadem.l.
quum fari poterit arctiorem,& id tantūmodo ſi-
gnificari tempus quo primū fari poſſit.& ſic po-
tentia cum actu conueniat, non autē ſolam poſſi
bilitatem conſiderat ſecundum naturalem homi
nis diſpoſitionem,qua infantes fari ſolēt in anno
19 videlicet tertio,vt autor eſt Orus Niliacus. † Ae
gyptios,inquit, quum taciturnitatem ſignificare
vellent,ſolitos ſcribere.1095. numerū, qui trium
annorum dies continet,vt tēpus ſignficarēt,quo
infantes loquerentur, & ſi linguam habeant, eis
tamē vocem deficere. Et intelligas pro vtilitate
eius cui promiſſio facta eſt,non autem promiſſo
ris.l.ſi ita ſcriptum ſit.ff.de manumiſ.teſta.in his
verbis, diligentia deſideranda eſt, quæ domino,
non quæ ſeruo vtilis ſit. &.l. Labeo. in princip.
ff. de ſtatuliber. ibi, diligentiam eam deſiderare
debemus,quæ domino,non quæ ſeruo fuerit vti
lis.l. continuus. §. illud inſpiciendum.ff. de ver-
bo. obliga. quem volo te notare in ratione eius,
in verſi. & generaliter cauſa difficultatis ad incō
modum promiſſoris,non ad impedimentum ſti-
pulatoris pertinet, ne incipiat dici, eum quoque
dare non poſſe,qui alienum ſeruum,quem domi
nus non vendat,dare promiſerat.vbicunq; enim
præſens eſt ſtipulatio vel poſſibilis & in faculta-
te hominum,licet difficilis aut incōmoda ſit,diffi
cultatis enim ſeu incōmoditatis ratio non habe-
tur. Hoc dicitur in eadem.l.cōtinuus.§. ſi ab eo.
& in.l. inter ſtipulantem.§. ſacram.ff. eodem.de
20 verbo.obliga. † Si ab eo(inquit ille tex.)ſtipu-
latus ſum,qui efficere nō poſſit, quū alij poſſibi-
le ſit, iure factam obligationem . Et præſens eſt
illa obligatio, niſi ex adiectis in promiſſione im-
poſſibilitas rei promiſſæ conſtare poſſit.veluti ſi
rem ſacram promitto,vel Stichum promitto Au
reliæ, quem vterque contrahētium ſcit Parriſij
eſſe: tacitè dicitur dies ſolutiōi adiecta. alioquin
præſens eſt obligatio, dicto.§. illud. &. §.quum
ita. in eadem.l. continuus. Natura enim aliqua,
vel re ipſa impoſſibilia ſunt,quia prohibita de iu
re in commercium deduci, lege ad id reſiſtente,
talium impoſſibilitas contractum ſeu promiſſio-
nem vitiat.l.non dubium.C.de legib.l. impoſſi-
bilis.l.ſi plagij.l.ſi homo mortuus.dicta.l.conti-
nuus.§.quum quis.ff. de verbo. obliga.§.j. & in
princip.tituli.Inſtit.de inutil.ſtipula.l.fina.C.de
contrahen.ſtipula.& in dicto.§.ſacram. verſicu.
item eum locum.in ratione illius.§. quia, inquit,
nec præſentis obligationē temporis recipere po
teſt,& ea dūtaxat,quæ natura ſui poſſibilia ſunt,
deducuntur in obligationem.& ſic verbum,po-
teſt. in illa obligatione feudali refertur ad auxi-
lium in bello præſtandum, quod ſui natura poſ-
ſibilitatem ſine actu non admittit, quantūcunq;
difficultas in præſtādo auxilio eſſe poſſit, potiſſi
me ſi promiſſio ſit vt bello occurrēte dño ſuccur
ratur, ſeu illi auxilium feratur, alioquin vaſallus
21 feudū amittet. † ſi in inueſtitura adiecta eſſet illa
conditio,vt vaſallus domino auxilium præſtet,ſi
cōmode facere poteſt:intelligetur ſi ſalua ſua di-
gnitate ſeu facultate ſuccurrere poteſt, vt inquit
illa.l. auus.&. d.l. Nepos Proculo. quæ clauſu-
la ſicut & plæræq; aliæ illi ſimiles inſeri poſſunt
inueſtituræ, inquit. §. eſt & alia. quæ fuit prima
cauſa benefi.amitten.colla.x.ibi,ſunt enim quæ-
dam feuda ita data, vt pro his feudis fidelitas nō
ſit præſtanda.c.vnico, in fine.de feudo marchio.

vel

vel duca.ibi,& ſic per pactum filiæ ſuccedunt.§.
ſinautē vnus. qui feud. dar.poſ.et pleriſq; alijs ca
pitibus feudorū. Clarū eſt ſi ſine dubio vitæ ſuæ
periculo non poſſet,excuſaretur à culpa,ſicut de
liberto dictū eſt. ſed quum id beneficiū datur vt
debitū auxiliū dño impartiatur.c. vnico. de no.
for.fidel.colla.x.& id in ipſa inueſtitura iuratur.
22 c.vnico.quid præced.debe.fidel.an inueſt. † Et
quod maius eſt,vaſallus tenetur vltro offerre au
xiliū,& nō requiſitū præſtare, vt dictū eſt per.c.
licet.ſi de feud.fuer.cōtro.inter domi.& agna.et
c.ad hoc.hic finitur lex.& optimè probatur in di
cta.l.auus.ff.de iure dot. dicit ille tex. pater filiæ
centū ita ꝓmiſit, quū cōmodiſſimū eſſet Atteius
ſcripſit, Seruiū reſpondiſſe quum primū ſine tur
pitudine & infamia dari poſſit,deberi. Item in di
cta.l.Nepos proculo.in fi.cui non video rñſum.
dicitur em̄, Poteſt & illa accipi ſignificatio,quū
ſalua dignitate mea potero. q̄ interpretatio ma-
gis accipiēda eſt,ſi ita promiſſum eſt,quū cōmo-
dū erit.hoc eſt, quū ſine incōmodo meo potero.
Vbi igit̃ in promiſſione hæc verba expreſſa non
erūt,quū cōmodū ſeu cōmodiſſimū erit.ſed ſim-
pliciter ad poſſibilitatē redacta eſt promiſſio, vi
delicet quū potero,difficultas effectū obligatio-
nis non impedit, quominus ad actū expreſſe de-
ducatur.d.l.Nepos Proculo.ibi,q̄ interpretatio
magis accipienda eſt,ſi ita promiſſum eſt,quū cō
modū erit.Nam & illa dictio,magis. intelligitur
id eſt,potius accipienda eſt,et neceſſitatē inducit
vaſallo,niſi feudū amittere credat,vt in.d.l.Gal-
23 lus.in princi.ff.de liber.& poſthu. † vbi glo.ver
bum,poſſe.neceſſitatē inducere dicit.quaſi dice-
ret,ſi velit pater teſtm̄ præteritione poſthumi nō
irritari,poteſt,imò debet iuxta Galli cōſiliū,filiū
inſtituere, ſeu magis filio ſubſtituere hoc modo,
ſi filius meus me viuo moriatur,ſi qs mihi nepos
ſeu neptis ex eo naſcatur, hæres ſit, vt inquit ille
tex.& in.l.poſthumi.&.l.poſthumorū.ff.de iniu
ſto,rup.& irri.teſta. &.l.j. eiuſdem tituli,in ver-
bo,potius.ſimiliter in.l.iiij.§.Cato.ibi,ſed magis
idem.ff.de verbo. obliga. illhic copioſius de illa
dictione,magis.dicitur.Nam qui fidem non ſer-
uat, legis interpretationem , in fauorem eius cui
fidem dedit,recipit.l. qui fidem.ff.de tranſactio.
notat Anto.de Butrio in.c.potuit.extra de loca.
& conduc.Moder.in.l.ij.C.de iure emphy.neq;
ſufficit per aliud æquipollens ſatiſfacere,dicta.l.
iij.§.ſi quis ſeruum.et.l.ſeruus qui teſtamento.§.
j.ff.de ſtatuliber.niſi laudaſſet dominus hanc ſa-
tiſfactionē,dicta.l.item liberatur.§. qui paratus.
ff.quib.mod.pign.vel hypothe.ſol.Et licet Bar.
ſubtiliter ſua diſtinctione abſoluere videatur in
dicta.l.j.ff.de iniuſt. rup.& irri.teſta. non tamen
videtur mihi vera.In primis nō eſt verum, in illa
24 l.j. † verbū, potuit.ad actum certæ perſonæ nō
referri.Magis enim oppoſitum in ea probari cre
do,dum dicitur,aut rumpitur alio teſtamento ex
quo hæres exiſtere potuit . niſi in eo teſtamento
aliquis hæres inſtitutus fuiſſet,primum teſtamen
tum per ſecundū non rumperetur.§.ex eo.inſtit.
quib.mod. teſta. infir. neque conſideraretur,an
poſtea hæreditas non adeatur, quia ob id illa po
tentia,quæ actum ab eo,qui inſtitutus eſt,deſide
rat voluntatē teſtatoris fuiſſe demonſtrat actum
confecti rite teſtamēti præbere potentiā annulla
tioni primi teſtamenti propter contrariam teſta-
toris voluntatem,dicto.§.ex eo.Secundò,teſta-
tor ſecundum teſtamentū faciēdo, velle videtur
illam potentiā ad actum deducere,argu.l.in tem
pus.ff.de hæred.inſtit. ſaltē ad effectū rumpendi
prioris teſtamēti. Et ſic non eſt verum, dicere in
illo tex.verbum,potuit.non referri ad actum cer
tæ perſonæ:quia verè ad teſtatorem & eius hære
dē in teſtamēto nominatū refertur.aliàs ſecundū
illud teſtamentū fuiſſet nullum,neq; in eo fuiſſet
dabilis aliqua potentia illius teſtamenti:ſed inſti
tuto hærede,qui poteſt ex illo teſtamento adire,
rumpitur prius teſtm̄,& nō aliàs,vt dixi.et.l.j.ff.
de ſuis & legit.hæred.§.j.Inſti.de hæred.quæ ab
25 inteſta.defer. Hoc apertius declaro, † Verbum,
potuit.in dicta.l.j.ff.de iniuſ.rup.& irri.teſta.du
plicem potentiam producit: vnā ex parte teſtato
ris,quæ prius teſtm̄ annullare facit. alterā ex par
te hæredis capacis inſtitutionis,quæ excluſo hæ-
rede in primo teſtō inſtituto adeūdi poteſtatē ex
ſecūdo teſtō tribuit.Secūdò, ſtatim quod ritè &
rectè factum eſt ſecundū teſtm̄,prima potētia ad
actū deducta eſt:qm̄ ipſo facto prius teſtm̄ rūpi-
tur,& ſic demōſtratiua eſt actus p̄teriti,& quidē
certæ perſonæ, videlicet teſtatoris. Secūda verò
non ſolū naturæ poſſibilitatē,verūetiā certæ per
ſonæ,id eſt,inſtituti hæredis potentiā demōſtrat,
per quā ex volūtate teſtatoris facultas adeundæ
hæreditatis ex ſecundo teſtō data libera apparet
hæredi in ſecūdo teſtō inſtituto, excluſo eo q in
priore teſtō inſtitutus erat. et ꝗuis verbū,potuit.
in illa.l. principaliter ad effectū obtinendæ hære
ditatis non attendatur,ſed demōſtrandæ nullita-
tis prioris teſtamenti tm̄, ſiue adeat̃ ſiue nō adea
tur hæreditas ex ſcd'o teſtō, prius teſtm̄ p poſte-
rius nullū declaratur:tamē ad effectū infirmatio-
nis prioris teſtamenti lex vult potentiā adeundi
eſſe ex ſecundo teſtō,non tm̄ ex perſona teſtato-
26 ris,verumetiā ex perſona hæredis inſtituti, † nā
ſi hæres inſtitutus in poſteriori teſtamento pro-
pter ſuæ perſonæ incapacitatē, hæres inſtitui nō
poſſet:prius teſtm̄ nō irritaretur. & ſic deſiderat
actum cum potentia,aut poſſibilitatē cum poten
tia deducendi ad actum concurrente voluntate:
Alioquin firmū maneret prius teſtamentū. Et id
maximè procedit in actibus voluntarijs reſpe-
ctu executionis potentiæ,non autē in his,in qui-
bus ab initio actus cum potētia cōuenire debet.
His adde.l.pater filio.ff.de hære. inſti. Secundū
aūt membrū diſtinctionis.Bar. de eo qui vult ad
ſuū cōmodum agere, vt debeat actus potentiam
cōcomitari,dicta.l.iij.§.ſi quis ſic acceperit.ff.de

ſtatuliber. hoc indubium eſt, vt in eadem. l. iij. §.
ſi quis ſeruum. &. l. ſeruus qui teſtamento. §. j.
& alijs ſuprà relatis. econuerſo dicit Bar. ſi alius
eum vult conuenire, requiritur conuentũ habere
potentiam & cõmoditatem, dicta. l. nepos Pro-
culo. ſed non eſt verũ, per illum tex. ſed tunc vbi
is, qui promiſit, obligatus eſſet cum adiectione
illius clauſulæ, ſi cõmodiſſimum ſeu cõmodũ illi
eſſet. non aliter eum obligari, niſi quatenus ſalua
dignitate & ſalute eius, hoc façere põt. Ita pro-
batur, vt dixi, in illo tex. in verſi. quæ interpreta-
tio. cuius memini ſuprà ad quartum articulum di
27 ſtinctionis Bar. dum dicit, † ſi actus explicãdus
cõmoditatem certæ perſonæ non reſpicit, poten
tia deducendi ad actum illius perſonæ neceſſaria
eſt, nec naturæ poſſibilitas requiritur. l. inter illã.
ff. de verb. ſigni. niſi apponeretur dictio, poſtq̃.
Nam tunc, ſecundum eundẽ Bart. potentia cum
actu certæ perſonæ requireretur. huic tamen ad-
uerſari puto dictã. l. inter illam, quoniã adiectio
conditionis, quum fari potuerit. non magis com
moditatem certæ perſonæ reſpiciebat, quàm ea,
poſtq̃ fari potuerit. vel econuerſo, niſi circa mo-
dum interpretandæ conditionis. Nam in ea le-
ge Iabolenus quæſtionem facere videtur, ſi quo-
modocunq; contrahendo vel teſtando dandum
aut faciendũ aliquid eſt in fauorem alicuius cer-
tæ perſonæ ſub ea conditione, quum fari poterit
infans, vel poſtq̃ fari poterit. quando in vtroq;
caſu debitum eſſe cenſeatur: an tunc quo primũ
infans fari poterit, ſtatim nata erit actio. Et dicit
28 differre an ꝓmiſſio ſub his verbis, quũ fari. † an
verò, poſtquam fari poterit, facta ſit: vt ſi quũ fa-
ri poterit naturæ poſſibilitas attendatur, id eſt, tẽ
pus quo naturaliter infantes fari incipiũt. Poſtq̃
fari, intelligatur etiam ſi contra naturalem vſum
vox infantis acceleretur prius debeatur vel etiã
ſi tardius loquatur, differatur donec fari poſſit:
niſi fauore libertatis talis conditio adiecta eſſet,
non per modũ conditionis, ſed cauſa demonſtrã
dæ dilationis tantùm: eo caſu poſſibilitas naturæ
ad hunc effectum non ſpectabitur, vt debiti ſolu
tio in tempus quo veriſimiliter infantes fari in-
cipiunt, dilata videatur in alijs cauſis in quibus
eadem libertatis ratio, vel idem fauor non eſſet.
& ſi in eis infantem decedere priuſquam fari poſ
ſet, contingeret, debitũ prorſus inutile fieret, q̃m
conditionale eſſet: fauore tamen libertatis condi
tionem non ſapiet, ſed magis temporis adiectio-
nem quo infantes fari ſolẽt. Et de vtroq;. eſt tex.
quem Barto. neque alius euitare poſſet in. l. ſi ita
ſcriptum fuerit. ff. de manumiſ. teſta. Si, inquit, in
29 teſtamento ſcriptum eſt, † quum Titius annorũ
xxx. erit Stichus liber eſto, eiq; hæres meus fun-
dum dato, ſi antequam Titius. xxx. annorum fue
rit, decedat: fauore libertatis mortuo Titio tem-
pus ſupereſſe videř, quo impleto libertas debea-
tur, legatum verò deficiat. Et ſic conditio com-
moditatẽ certæ perſonæ reſpicit, in eo caſu quũ
fari poterit, ſicut quum. xxx. annorum erit, & ta-
men actum cum potentia & poſſibilitate naturæ
ad effectum conſequendi legatum requirit, ſimi-
liter ſi cum illa conditione, quum fari poterit, fa-
tur, inquit Varro, is qui primùm homo ſignifica
bilem ore emittit vocem, & ab eo tempore quod
tum pueris conſtituitur parce ſando fatũ dicitur.
tex. cum glo. in. l. j. §. is autem. ff. de ventre inſpi.
dum dicit, quoad fieri poſſit. Addo. l. ſi cũ filio.
in princi. ff. de lega. j. Nec obſtar, quod in illa. l.
30 inter illum. ff. de verbo. ſignifi. dicitur † condi-
tionem poſtquam fari potuerit. vberiorem, & eã
quum fari potuerit. arctiorem eſſe, quia in lon-
gius tempus ſolutio differtur: vt ſit ſenſus, quum
fari poterit, tempus ſpectari, quo infantes fari
ſolent. ſed poſtquã fari potuerit, id eſt, quàm pri
mum fari cœperit, ſicut quum erit. xxx. annorũ,
id eſt, quum annum. xxx. impleuerit. ſi poſtquã
ad annum. xxx. peruenerit, id eſt. xxx. annum atti
gerit. & l. anniculus. ij. ff. de verbo. ſignifi. §. fin.
Inſtit. qui & ex qub. cauſ. manumit. non lic. l. qui
filium. §. Sabinus. in ſi. ff. ad Trebel. in qua argu.
l. Aeliæ Sentiæ reſumiř, q̃ poniř in illo. §. fi. inſti.
qui & ex quib. cauſ. manumit. nõ lic. Adde. l. nõ
putabã. ff. de cõdit. & demõſtrat. Et qđ notatur
in. l. qui hoc anno. & l. eũ qui Calẽdis. ff. de ver.
obli. & in. § attamẽ Inſti. de ver. obli. & in. l. anni
culus. j. ff. de verbo. ſigni. Et melius in. l. ſi ita fue
rit libertas. ff. de manumiſ. teſta. & l. ſi cui legeř.
in prin. & §. j. vbi per Arer. & cæteros poſt Bar.
& in. l. talis ſcriptura. §. j. verſic. ſi cui legetur. ff.
de lega. j. l. ex his. C. quãdo dies legata ced. adde
l. quum hæres. §. j. in princ. & §. ſeruire. ff. de ſta-
tuliber. Actus autem cum poſſibilitate deſidera-
tur vbi naturæ impoſſibilitas, vel iuris prohibi-
31 tio nõ aduerſantur. † Hoc nouiſſimum ea ratio-
ne dico, ſi forſitan feudi dominus aduerſus regẽ
aut imperatorem, bellum gerere veller, qui in fi-
delitate ſpecificè reſeruantur, dicto. c. vnico. de
no. for. fideli. colla. x. vel etiam ſi expreſſe in inue
ſtitura reſeruati non comperiantur. c. fin. in fine.
de prohib. feud. alie. per Frederic. colla. x. vel ſi
dominus cum iniuria alteri bellum indicere vel-
let, vt notatur in dicto. c. j. quib. mod. feud. amit.
c. j. hic finitur lex, deinde incip. conſur. reg. col-
la. x. Moder. notant in. l. j. in princi. ff. de acquir.
poſſ. vel ſi ſine autoritate principis hoc fecerit. l.
vnica. C. vt armo. vſus. lib. xj. dicam plenius in. l.
pen. infrà eod. ſed in his, in quibus ius non reſi-
ſtit, ſed magis aſſiſtit, dico vaſallum teneri cũ effe
ctu auxilium domino præſtare: alioquin feudum
amittet, per ſuprà dicta. Et iſta erit neceſſitas cau
ſatiua, ſi velit feudum non amittere: non autem
præciſa, ſicut dicitur hic de ſeruo, cui pœna mor-
tis hoc Senatuſconſulto imponitur, ſi dominum
non iuuerit periclitantem: aut aliter inſidias pa-
tientem. & quamuis poſſet hæc neceſſitas in cau-
ſam reſolui hoc modo, ſi ſeruus mortis pœnam
32 euitare velit, auxiliũ domino præſtet. † Sed quũ
mortis

mortis metus ſit adeo vehemens vt cuicũque rei
temporali magis cedendum ſit, quàm ſuæ aut al-
terius mortis conſcium eſſe. c. ſuſcepimus. extra
de homicid. l. ſancimus. C. de ſacroſanc. eccle. ca.
afferte. extra de præſumptio. l. ſi per vim. C. de
his quæ vi, met. ve cauſa fiunt. l. iſti quidẽ. ff. qđ
met. cauſa. neceſſitas igitur præciſa, non aũt cau
ſatiua eſt. Et. l. j. in princip. ſuprà eo. apertius de-
monſtrat. quum aliter (inquit) nulla domus tuta
eſſe poſſit, niſi periculo capitis ſui. &c. & in. §. vl
timum. infrà ea. l. quando autem verbum, poteſt.
inducat neceſſitatem præciſam vel cauſatiuã ape
riunt Bar. & Mod. in dicta. l. Gallus. ff. de liber.
& poſthu. illhic dixi, hic amplius non dicam. vnũ
tamen non prætermittam, verba legis cum effe-
ctu accipiẽda eſſe. l. iij. §. hæc verba. ff. quod quiſq;
iur. vnde ab ipſo effectu demonſtratur potentia,
quam hic tex. in ſeruo vult cum actu cõcurrere.
ſimiliter cum Accurſio hic ſentio in vaſallo, per
prædicta. alioquin ſi interpretatio illa, ſi commo
de in vaſallo reciperetur, deſiderarem vt doceret
me aliquis quo pacto abſque incommodo præ-
lium poſſet vaſallus intrare, vt ſibi caute poſſet
conſulere ne à quoquam offenderetur, niſi tibijs
loco tubarum vti vellet, et terga vertere, ſeu vela
vẽtis dare, ſi marchionis vaſallus eſſet: hoc pacto
non excitaretur claſſico miles Traci. neque hor-
reret iratum mare. Hor. in epo. car. Sed ſerperet
33 humi tutus nimium inuiduſq; procellæ. † Quũ
vulgo dicatur, in bello clementiam neque vllam
eſſe. Illos enim Codri Athenienſiũ regis hiſtoria
iuuare non poſſet, cuius morte ſalus reipublicæ
parata fuit, vti ab oraculo prius receptum extite-
rat. Caueãt pauidi ſeu leporini vaſalli ne ab hoſte
incauti circumueniantur. Quid enim concurrit,
horæ momento cita mors aut victoria læta. Ho-
ratius Satyra. j. Et. ij. Regum. xj. c. Varius eſt, in-
quit, euentus belli, et nunc hunc, & nunc illũ con
ſumit gladius. His adde. l. j. C. de deſerto. lib. xij.
in his verbis, neque ſolum de his loquimur qui
proxime ſignis fælicibus applicati militiæ. rudi-
menta timuerunt.

In text. in eodem conclaui. Conclaue autẽ eſt
quod tectis laqueatis ſeu tranſuerſa cõtignatiõe
domorum laquearibus diſtinguitur, ſeu locum
eſſe in tabulatis magnarum domorum apparen-
tem ex tranſuerſis lignis in quadratam formam
redactum. l. quod cõclaue. ff. de dam. infec. c. vbi
periculũ. de electio. in. vj. Vbi conclaue pro ſe-
cretiore loco domus in interioribus tectis, ad
quod non niſi vnus patet aditus, accipitur. l. j. §.
mulier. verſ. in quo. ff. de vẽtre inſpi. in quo (ait)
cõclaui mulier paritura erit. Idem dicitur ne plu
res aditus ſint quàm vnus, ſi erunt, ex vtraque ta
bulæ præfigantur. Et ſimiliter dicitur locus vbi
colloquia fiunt, habetq; vnicam clauem: & ſi
plures ſint, tollantur. vel camera ſecreta domus,
inquit Archidia. in. c. j. xij. q. j. ſub claue alterius
domus clauſa, & quæ ſub multis clauibus conti-
netur, vt in dicto ca. vbi periculum. ſed in dicto
c. j. xij. q. j. ſecundum Archi. pro dormitorio acci
pitur. Ego vero illum text. intelligo pro eadem
clauſura ſeu eadem domo vel pluribus continen
tibus ædificijs ſub vna & eadem cuſtodia exiſtẽ-
tibus. §. cogitandum. in auth. de mona. colla. j. e.
vnico. §. fin. de ſtatu mona. lib. vj. vt in communi
teſtes ſint alterutri honeſtatis & charitatis ſuæ. &
dicta. l. j. §. mulier. verſi. quotieſcunq;. &. §. mittã
tur. ff. de ventre inſpi. l. quis ſit fugitiuus. §. apud
Cælium. ff. de ædili. edicto.

In tex. in verbo, ancilla. Nota verba huius ſe-
natuſconſulti de ſeruis tantum loqui in genere,
34 non autem de ancillis. † Et ſic ex ipſius interpre
tatione in pœnalibus maſculinum fœmininum
concipit. Similiter idem dico hic in verbo. do-
mina. quum in Senatuſconſulto de dominis tan-
tùm mentio fiat, de vulgato illo prouerbio eſt. l.
ſi quis id quod. vbi Moder. Papien. ampliore pa
gina dilatant. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Bal. Frãciſ.
Areti. & alij in. l. quicunque. per illum tex. C. de
ſer. fugiti. in. l. j. vbi per gl. Din. & Bar. & in ple-
riſque legibus illius titu. ff. de verbo. ſignif. & in
l. ſed & ſi lege. §. liberos. ff. de in ius vocan. Bal.
in. l. in multis. ff. de ſtatu homi. & in. l. ferè. ff. de
reg. iur. dixi quibus adde Archi. in. c. ſi quis ſua-
dente. xvij. q. iiij. & in. l. tres fratres. Bal. & Mo-
der. ff. de pactis. Et præſertim vbi odium non eſt
irrationabile: alioquin ſecus allegatur ab omni-
bus. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. tu ad
id adde. l. libertũ. l. qui in prouincia. &. l. ſi quis
35 officium. §. fina. ff. de ritu nupti. † vbi qui prohi-
betur pupillæ filium nuptui dare, e conuerſo non
prohibetur pupillo filiam ſuam matrimonialiter
coniũgere. l. curatorem. &. l. libertinum: vbi per
Cin. C. de interdic. matri. inter tutorem & pupil.
Petr. de Ancha. argumento illius literæ in. c. ſta-
tutum de hæreti. in. vj. ſed illis obſtat dicta. l. quiſ
quis. vbi & filij & filiæ pari pœna in ſtricto iuris
rigore ob delictum patris puniri debẽt: quod ir-
rationabile eſt. l. ſancimus. C. de pœn. ſed cauſa
miſerationis ſexus ſententia quæ filiabus et filijs
communis eſt, in filiabus in parte tantum mode-
rata eſt: quoniã ab eis ſucceſſio patris adimitur
& quoruncunq; aliorum ſibi proximorum, ſola
portione videlicet quantum pro alimentis illis
ſufficiet, reſeruata: Non autem integrum hæredi
tatis emolumentum percipiet, neque ex hoc hæ-
redis nomen ſuſcipiet. Ecce quomodo filiæ ſub
filiorum appellatione comprehendũtur in dicta
l. quiſquis. §. filij verò. &. §. ad filias. dicam plura
in. l. pen. infrà eo. Adde prædictio Petr. de An-
cha. in dicto. c. ſtatutum. de hæreti. & in. c. vbicũ-
que. de pœn. in. vj. quanto magis in odio non ir-
36 rationabili, vt hic. † Decens eſt enim dominam
ab ancilla defendi ſicut ſeruum à domino. hoc di
xi ſuprà quum retuli Pſal. cxxiij. Sicut oculi ſer-
uorum in manu dominorum ſuorũ, ſic oculi an-
cillæ in manibus dominæ ſuæ. Nõ ab re eſt, ſi an

cilla ſimiliter & domina comprehendantur hoc
Senatuſconſulto. Et hic text. multum vrget pro
vltimo articulo diſtinctionis Din. & Bal. in.l.j.
ff.de verbo.ſigni.dum dicunt,non ex propria ſi-
gnificatione,ſed magis ex ſententia & interpreta
tione legis maſculinum cõcipere fœmininum.l.
pronunciatio.in princi.ff.de verbo.ſignifi.in his
verbis,pronũciatio ſermonis ad vtrunq; ſexum
plerũq; porrigitur.Signa hæc duo vocabula,ple
runq; porrigitur.Et ſic ex proprietate ſermonis
non comprehenditur.Similiter hic ex ſentẽtia &
interpretatione verborũ Senatuſconſulti in ver-
bo dominis.& in verbo, ſeruis. domina enim &
ancilla ſub ea appellatione ex quadam interpre-
tatione comprehenduntur. Recentiores fecerũt
longos apparatus.hæc pauxilla fragmenta,quan
tum huic.§.conuenire viſum eſt,obtuli.

In tex. In verbo,auxilium. Ex eo declarantur
verba ſenatuſconſulti Sillaniani in capite eius re
lata, quæ ſunt,cuſtodiam tam à domeſticis.&c.
37 vt † ferens auxilium dicatur hominem cuſtodire
& ab iniuria eum eximere : præſertim ſi obiectu
corporis auxilium domino præſtat. alioquin vt
necis domini conſcius pœnam nõ euitabit.ea ra-
tione Lucius Quintius Cincinatus L.Quintium
Minutiũ conſulatu indignum eſſe dixit, cœgitq;
conſulatũ deponere,quod caſtra eius hoſtes ob-
ſederant , non virtute. ſed vallo ſe tutum facere
curauit,cuiq; illi verecundiæ nõ fuerat arma Ro
mana metu trepida clauſis portis continere. his
accedit.l.deſertorem.§.fi.&.l.omne delictum.§.
fin. ff.de re milita.l.nam reipublicæ.in princi.ff.
de offic.præfec.vigilũ.l.j.§.quies.ff.de offi.præ-
fec.vrb.l.ij.§.pro limitaneis.&.§.ſeq.C.de offic.
præfec.prætor.Afri.l.nemo miles.C. de re mili.
lib.xij.qui enim alicuius perſonæ ſeu rei cuſto-
diam habent,non ignauiter circa eam verſari de-
bent,ſed diligenter eam ab omni inquietudine li
berare.l.j.§.ſin vero gratias agendo.C. commu-
nia de manumiſ.l.ſi ſeruus.C.quod cũ eo qui in
aliena poteſt.eſt.l.fi.C.de his qui latro. occult.l.
addictos. C.de epiſ.audiẽ. Adde prædictis.l.iij.
in princi.ff.de adminiſtra.tutor.dum inquit,dati
ſunt enim quaſi obſeruatores eius & cuſtodes.

In tex.Si non corpore ſuo. Ex hoc tex. patens
38 eſt ratio † ꝑpter quam fœminæ feudi incapaces
ſunt:quoniam corpore domino auxilium præſta
re nequeunt. Et hæc ratio poſita eſt in ca. vnico.
de mili.vaſal.qui arb.bel.depoſ.in ca. vnico. an
mutus aut alias imperfec.c.vnico.de feud.fœmi.
Notatur in.c.& quia.verſi.hoc autem notandũ.
qui feud.dare poſ. Et in.c.qui clericus.ſi de feu.
fuer.contro.inter domi.& agna.Nã propter offi
cium datur beneficiũ.c.ſi.de reſcrip.in.vj.c. quũ
ſecundum.de præben.in antiq.l.j.C. de re milit.
lib.xij.l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſanc.eccle.
l. quidam ignauiæ.C.de decurio.lib.x.ſed quum
mulieres corpore hoſtibus domini obſtare non
poſſunt,non videtur poſſe mulierem feudũ obti
nere,quum in ea ceſſat feudi ratio. Argumẽtum
eſt.l.cura.§.deficientium.&.l.reſcripto. in prin.
ff.de muner.& honor.quæ ratio diligenter con-
ſiderãda eſt.l.quum pater.§.dulciſsimis.ff.de le-
39 ga.ij. † Ratione legis ceſſante, effectus legis ex-
pirat.l.ſi plures.§.quamuis.verſi.vel ſi contem-
platione.ff.de adminiſ.tutor.l.bis honorib.§. au
ctis.ff.de excuſa.muner. Nam fœminæ parũ au-
dent,inquit dicta.l.quiſquis.§.ad filias.C. ad le-
gem Iuliam maieſ. Licet pleræq; viriliter & for-
tius viris fortibus armorum impetum quandoq;
ſuſtinuerint.Nonnulli à Pantaſilea Amaxonum
regina argumentum trahunt:præſertim Cardi.in
dicto.§.hoc autem notandum,poſt And.de Iſer.
qui plures refert.Illi ſimile eſt ex hijs mulieribus
quæ viros ſuos grauiſsimè accuſauerũt propter
Leuconiam vrbem,quam quum prius vi occupa
uerant,his conditionibus dediderũt , vt ſibi cum
chlamydæ & ſingulis tantum veſtimentis egredi
liceret,indignũ eſſe ratæ ſeſe nudos armatis hoſti
bus credere, ſuadentes arma nequaquam dimit-
tenda, tunicam magis cum haſta chlamydem cũ
clypeo commutari debere. Ea permutatio iureiu
rando Erytherenſium et Coronicẽſium confirma
ta eſt. Et ita conſilio vxorum Chij in medios ho-
ſtes armati forti animo prodierunt: quorum au-
dacia perterriti hoſtes aduerſus eos ꝓcedere au-
40 ſi non ſunt. † Ob id conſilium mulierum ſalutẽ
ſibi ac ſuis peperit. Non minore virtute Argiuæ
mulieres Argiam ciuitatem aduerſus Cleomenẽ
Spartarum regem pariter & Damaratum,quum
ea ciuitatis pars,quæ Pãphilia dicebat̃ occupata
fuerat,eiecerũt,& ad extremum retrocedere coe
gerunt. Et ita mulierum virtute Argia ciuitas ab
obſidione liberata eſt. Sub Carolo huius nomi
nis ſeptimo Francorũ rege Chriſtianiſsimo Ioã-
na puella duce,aurelia ciuitas fauente deo opti-
mo maximo ab Anglorum expugnatione libera
facta eſt,ac demum Carolus ſacris delibutus dia
demate ſuſcepto hoſtiliter Anglis eiectis in re-
gnum reſtitutus eſt: tametſi compendij eruptio-
ne in hoſtes facta ab Ioanne Luxemburgo capta
& Anglis venundata fuerit, & haud multò pòſt
ab Anglis odio Frãciſci nominis hoſtiliter viua
Rothomagi cremata fuerit. Hoc autem frequẽs
non eſt & miraculo tribuitur. Huic rationi con-
formare videtur.l.poſtliminium. §.fin.ff. de ca-
pti.& poſtli.reuer.in ratione legis.text. ille ait.
41 nec † enim ſoli poſtliminio recipiuntur qui pu-
gnare poſſunt,ſed & omes homines qui eius na-
turæ ſunt vt viui eſſe vel conſilio vel alijs modis
poſsint. Cui adde.l.ij.§. corporis debilitas.ff. de
vaca.muner. Corporis,inquit,debilitas eorũ mu
nerum excuſationem præſtat,quæ tãtum corpo-
re implenda ſunt. Cæterum quæ conſilio prudẽ-
tis viri vel patrocinio ſufficientis in homines obi
ri poſſunt,niſi certis & receptis ꝓbabilibus cau-
ſis non remittuntur. Et ſic aut conſilio aut patro-
cinio alium in locum ſuum ſufficiendo, vt voluit

glo.in

glo.in.l.continuus. §.ſi ab eo.ff.de verbo.obli-
dum illum tex.in argumentum trahit ad filiũ ad-
uocati, vt in feudum ſuccedat, ſi per alium poteſt
42 ſeruire: † & maxime quum ex natura feudi con-
ſilium debeat vaſallus.c.vnico. de no.for.fideli.
Cui videtur aduerſari.l.j.in dicta glo. in verbo;
vſurpantes.C. de manc.& colo.patrimonialium
fundorum. libr.xj.l.ij.C.de curio. & ſtatio. lib.
xij.l.j.C.de præpo.agen.in reb.eo. libro, Bal.in
c.vnico.de feud.fœmi. De ea autem quæſtione,
an vaſallus per ſubſtitutum ſeruire poſsit, vide
plenius per Cardin. Alex.in.c.& quia.qui feud.
dare poſ.vbi per plures colum.eã diſputat. Nõ-
nulla poſuit prius eo Marti. Laudenſis in eodẽ
c.Bal.vero in.l.quoties.C.de ſuis.& legit.hære.
diſtinxit, aut (inquit) tale eſt feudum, in quo mu
lier ſuccedere poteſt vel clericus, vt quia in inue
ſtitura ita conceſſum eſt, vt dixi ſuprà per.c. vni-
43 cum.de feud.fœmi. † & ille per ſubſtitutum im-
plere poterit ſeruitiũ.c.ſi minori.&.c.ſi deceſſe-
rit.ſi de feudo fuer.contro. inter domi. & agna.
colla.x.vel ſecundum Bald. ſi tale ſeruitiũ in in-
ueſtitura tantum à vaſallo exquiſitũ ſit quod fœ-
mina implere poteſt per ſe volens implere feudo
priuanda non erit. Et quamuis Bal.nihil ad id al
leget, tamẽ Andr.de Iſer.in dicto.c.& quia.ver-
ſic.hoc notandum.qui feud.dare poſ. confirmat
hoc duobus argumentis. Primum eſt, quotiã in-
ſolita, ſeu quæ raro accidunt, poſtquam eueniũt,
omnia conſequuntur quæ habere poſſunt hi qui
legitime vocantur.l.ſi maior. C. de legi. hæredi.
Non enim conſiderandum eſt quis faciat ſeu di-
cat, dummodo quod fieri aut dici debet, fiat ſeu
dicatur.c.ego.ix.diſtinc. Dicam plenius in.l. iij.
§.vtrum.infrà eodem. Hoc idem notat Bal. in di
cto.c.& quia.colum.fin.in verſi.quæro, ſi feudũ
datum eſt ad nullum ſeruitium. facit.l.ſancimus.
C.de nupti. Secũdò, addit And.de Iſer.vnum cu
ius meminit glo.in dicta.l.ſi maior. Quanquàm
iura ea quæ raro accidunt non conſiderant: ſi ta-
men contingant, eodem iudicio terminãda erũt,
prout glo.meminit in.l.ex his.ff.de legi. Et Bar.
in.l.nam ad ea.eo.titu. Tu verò melius pondera
tex.in.c.vnico.de feud.non haben.propr.natur.
44 feud. † vbi inueſtitura feudi facta cõtra propriã
feudi naturam, ſecundum alias iuris conſtitutio-
nes regulanda eſt. Si vero non ſuccedat in feudo
fœmina & non ſeruit per ſubſtitutum: quemad-
modum eñ perſona ipſa excluditur propter in-
capacitatem ex ſuo capite procedentem, ſimiliter
& quicquid ex ea contingere poſſet: quia ad id
perſonæ qualitas deſideratur. Et dicit Andr. de
Iſern. duo. Primum, vbi vitium eſt impugnabile
propter rationem legis reſiſtentem, omnes pro-
hibet, vt etiam ſi fœmina filios haberet capaces
armorum, & ſic tuendi dominum in bello, & per
eos ſeruire poſſet: non admittetur, vt in authẽ.vt
omnes obedi.iudi.prouin.in prin.colla.v.dicto
c.& quia.§.hoc notandum. Et dicunt glo. feudo

rum, quia faidam facere nõ poteſt. Cuius etiam
45 meminit hic Rom.licet glo.non alleget. † Faida
autem vocabulum eſt Germanicum. dicũt enim
Faidoſum hominem eum eſſe qui publicus eſt
hoſtis.vt feed bellum ſignificet. Et glo. meminit
in dicto. c.vnico.an mut.aut aliàs imper.gloſ.in
in.c.&. quia.qui feud. dare poſ. Iſta ratio non eſt
bona neque concludens, vt in ſimili notat Bart.
in.l.demonſtra.§.fina.circa finem.ff. de cõditio.
& demonſtrat. ex argumento.l. j.§.ſexum. ff. de
poſtulando.&.§.j.in authen.de non eligen. ſecũ
dò, nuben. Nõne pleræque claræ & inſignes mu
lieres iudiciorum & poſtulationis capaces inuen
tæ ſunt: aliquarum meminimus in.l.fœminæ. ff.
de regu.iur. Aliquas memorabimus in.l. neceſſa
rios.§.non alias.in repeti.infrà eodem. Manet ta
men ſemper vis & virtus legis prohibens mulie-
res in feudo ſuccedere. dicto.c.j.§. & quia.verſi.
hoc notandum. vbi idem notat And.de Iſer. qui
feud.dare poſ. Et quamuis Marti.Lauden. in il-
lo.c.& quia. videatur moderare om̃es textus feu
46 dorum † prohibentes fœminas & clericos feudũ
obtinere & retinere. vt intelligantur ſi per ſubſti
tutum ſeruire dño recuſant: alias per ſubſtitutũ
ſeruitium præſtare domino voluerũt, priuari nõ
potuerunt feudo. Plura refert præcipue inhærẽs
autoritati gloſſatoris: quæ ratio parui momenti
eſt. Plures alias repetit Cardi.in dicto.c.& quia.
Prius eo Iaco.de ſanc.Geor.in tracta. ſuo feudo
in verbo, & fœminis. Tamen hoc vnum dico, ſi
lex voluiſſet mulieres & clericos reddere aliquo
caſu feudi capaces, & poſſe in eo ſuccedere: addi
diſſet eum caſum quo mulier poſſet corpore aut
conſilio aut alio miniſterio præliãti domino per
ſe ſeu alium ſubuenire, vt eo caſu in feudo ſucce-
deret. quis tam inſcius exiſtimare poteſt legiſla-
tores, qui prohibuerunt mulieres & clericos in
feudo ſuccedere, ignoraſſe per ſubſtitutum mu-
lierem ſeu clericum ſeruire poſſe.l.ſi.§.adhoc.C.
quando & quib.quar.pars debe.lib.x.in his ver
bis, quum per maritum eius quantum ad ipſius
47 perſonam curiæ ſit ſatisfactum. † poteſt ergo ſe-
cũdum Luc.de Pen.illhic vxor in feudo ſeu pro
eo ſeruire per idoneum ſubſtitutum.l. ſi quis. §.
fin.C.de natura.liber.§.& hoc ſimiliter. in auth.
quib.mod.natu.effi.ſui.colla.vij. Ex hoc arguit
iniquitatem cõſuetudinis, quæ mulierem à ſuc-
ceſsione feudi repellit quũ ſeruire poſsit p mari-
tum. Præterea dum in dicto.§.& quia.verſi. hoc
notandum.qui feud.dare poſ. dicatur: licet filiæ
vt maſculi patribus ſuccedant, legibus tamen à
ſucceſsione feudi remouentur. Et earum filij, ni-
ſi ſpecialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat, an
curat, ſi per ſe vel ſubſtitutum ſeruire poſsit: Ec-
ce quomodo ius Romanum à iure feudi diſcre-
tum eſt. Cui dubium eſt, ſi alicui relictum eſt præ
dium ſub ea lege vt aliquid fiat, & in implemen-
to illius facti perſonæ induſtria non eſt requiſita
quominus ſatisfaciat conditioni, et ſi non per ſe,

tamen per aliam interpoſitam perſonam implea-
tur requirente eo, cui impleri debebat: nulli du-
bium ſatisfactum eſſe conditioni. l. vnica. §. ne
autem. C. de cadu. tollē. l. ſi ita fuerit. ff. de manu.
teſta. vulgata. l. inter artifices. ff. de ſolutio. vel ſi
in perſonam eius, qui aliquid implere debet, ta-
lis impotentia propter accidens naturæ contin-
gat: quis prohibebit eum per ſubſtitutum imple-
re? tex. in dicta. l. j. C. de præpo. agen. in reb. lib.
xij. inquit, Conſideratus præcedētibus eorum la-
boribus per ſubſtitutum chartulariū eiuſdē ſcri-
nij vel in caſum legitimæ abſentiæ. l. fi. C. de pro
xi. ſacro. ſcri. lib. xij. vel in caſum morbi. l. quum
hæres. §. Stichus. ff. de ſtatuliber. l. arboribus. §.
de illo. in prin. ff. de vſufruc. An diuerſum in feu
do hoc ſit? certe non, dicto. c. ſi minori. & c. ſi qs
deceſſerit. ſi de feudo fuer. conten. inter domi. &
agna. colla. x. in his verbis: Alius tamen pro eo
faciens ſeruitium admittetur. Secundò. c. vnicū,
de feud. fœmi. colla. x. Cui nō video poſſe reſpō
48 deri in tribus ſuis partibus. † Prima eſt dum di-
citur in verſi. alij dicunt. in his verbis, eadem ra-
tione quia eſt fœmineum, trāſit in fœmineā pro-
lem, etiam maſculis extantibus. quod falſum eſt,
inquit ille tex. Si feudum quantumcunque fœmi
neum nō vult eſſe tranſmiſsibile ad fœminas ex-
tantibus maſculis: quomodo vbi natura feudum
maſculinum eſt & nullatenus fœmininum, ad-
mittere poteſt fœminas, quæ poſſent ſicut & ma
ſculi per ſubſtitutum æquè idoneum ſeruire? &
ratio illius. §. alij dicunt. quamuis in eo non inſe-
ratur, eſt, vt feudum licet contra feudi naturā ali-
cui concedatur: iure tamen feudi & hiſdem regu
lis qbus vera feuda, regulabitur, dicto. c. vnico.
de feudo. non haben. propr. natur. feudi. colla. x.
In eo text. dicitur, ſed qualitercunque ei datum
fuerit, ſiue ad proprium ſiue ad libellū ſeu liuel-
lum, ſecundum aliquos, licet propriam feudi na-
turam non habeat, iure tamen feudi cenſebitur.
&c. Secundò, dicitur in dicto. c. vnico, de feud.
49 fœmi. † Ex hoc deſcēdit quod dicitur clericum
nullo modo in beneficium paternum debere ſuc
cedere. tu nota hæc duo verba, nullo modo, Et
ſequitur in tex. etiam ſi poſteaquam habitum re-
ligionis aſſumpſerit, poſtpoſuerit. volo te nota-
re verbum, poſtpoſuerit. vt quāuis clericus abie-
cto habitu clericali faciat ſe armorum capacem:
illa tamen prior incapacitas non tollitur. quæ ma
ximum argumentum faciunt contra ea quæ recē
ſuimus ſuprà ex dictis Andr. de Iſer. ex. l. ex his.
& l. nam ad ea. ff. de legib. de quæſtione Lazari,
cuius meminit glo. in dicta. l. ex his. Et ad id facit
l. quū duæ. in vltimis verbis. l. ff. de capti. & poſt
50 lim. reuer. dum de matrimonio † loquitur per ca
ptiuitatem mariti diſſoluto, quod non niſi ex no
uo ſuperueniente cōſenſu redintegrari poteſt. Cu
ius. l. meminit Bar. in dicta. l. nam ad ea. quū hoc
dictum problematicū ſit. Nunc non dicam plu-
ra: quia locus opportunus non eſt: ſed caſus no-

ſter in indiuiduo probatur in dicto ca. vnico. de
feudo fœmi. Et ſufficere deberet quæſtioni offe-
renti. Tertiò, in fi. illius tex. volo diligentius con
ſiderari, quid in eo dicitur. Hi em̄ nec poſtea in
feudo ſuccedunt, & ſi quod habēt, perdūt. Quid
ſibi volunt hæc verba, & ſi quod habēt, perdūt?
facilior debebat eſſe retentio & iure potior. l. pa
tre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. j. §.
cæcum. ff. de poſtul. l. iij. §. in amittēda & l. clàm
poſsidere. §. qui nundinas. & l. quemadmodum.
ff. de acquir. poſ. l. fin. C. de acquir. poſ. & tamen
retentionem prohibet eo iure quo & conſecutio
nem, quæ repetitur ſeu, vt melius dicā, prius pro
generali conſtitutione clericum prohibente po-
ſita erat in. c. vnico. de mili. vaſal. qui ar. bel. de-
poſ. Cuius titulus ad id confert quod mouemur
51 contra Marti. Lauden. & ſequaces. † Quæſtio
enim erat in illo text. inter vaſallum, qui religio-
nem ingreſſus erat volentem feudum retinere &
agnatum & dominum vaſalli, contendentes va-
ſallum ipſo iure per religionis ingreſſum feudo
priuatum eſſe. Et inquit ille tex. iudicatū eſt, do-
mini vel agnati cōditionem eſſe potiorem, eo q
deſinit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chri
ſti. Nec beneficium pertinet ad eum qui non de-
bet gerere officium. Et ſic perſonam vaſalli qua-
ſi ad id electam, non autem ſubſtitutam perſonā
vult attendere. Ex ea conſiderari non poteſt, an
aliquibus caſibus clerico arma ſumere permitta-
tur, vti meminit Cardi. in dicto. c. & quia. videli-
cet pro defenſione corporis ſui, ſecundū clemē.
ſi furioſus. de homic. vel proximi, per. c. dilecto.
de ſenten. excommunic. in. vj. & in. c. quantæ. de
ſenten. excōmuni. in antiquis. ſeu alios ad ipſum
bellum hortari. c. quicūque ex clero. xxiij. q. vl-
ti. & quod glo. in. c. in ſumma. xxiij. q. vlti. dicere
52 voluit † clericum poſſe dare militē domino feu-
di & ſic per ſubſtitutum ſeruire. §. in regiſtro. &
§. fi. xxiij. q. vlti. quemadmodum poteſt quis per
alium ius in criminali cauſa dicere, ſecundum gl.
in. c. ſententiam ſanguinis. ne cleri. vel mona. &
c. ſin. eodem titu. in. vj. ſeu ius conſtituere ſecun-
dum Inno. in. c. ij. extra de maior. & obedi. c. de-
latori. v. q. vj. ſed hoc non admittit Bal. Et ratio
ſecundum eūdem Bald. in dicta. l. quoties. C. de
ſuis & legi. hæredi. Et Andreas de Iſer. in dicto
c. & quia. §. hoc autem notandum. quia in feu-
dis hæredis appellatiōe nō venit fœmina, ſed ſo-
lus maſculus non imperfectus ſeu aliter feudi in-
capax. c. vnico. §. ad filias. de ſucceſ. fra. & grad.
ſucceden. colla. x. ad filias ſeu neptes, inquit, vel
pronepotes vel nepotes ex filia feudi ſucceſsio
non pertinet. Et ſequitur in tex. proles enim fœ-
minini ſexus vel ex fœmineo ſexu deſcēdens ad
huiuſmodi ſucceſsionem aſpirare non poteſt. Et
ſic fœminæ prius à ſucceſsione feudi alienæ fiūt,
niſi eius conditionis, inquit ille tex. fuerit feudū,
id eſt, fœmineum. vel eo pacto acquiſitum. Idem
in. c. vnico. §. j. de eo qui ſibi vel hæredi. ſuis ma-
ſcu.

53 ſcu.& fœmi.colla.x.in ratione illius.c. † Nō em̄
patet locus fœminæ in feudi ſucceſsione donec
maſculus ſupereſt.c.fin.in princ. vbi glo.de ſuc-
ceſ.feud. Et Moder.Papien.poſt Bart. in.l.ſi fi-
lius qui patri.circa fi.ff.de vulg.ſubſti.dicunt, in
materia feudi appellatione hæredis venire ſolum
maſculum.c.j.verſi.& ſi clientulus & ibi, Bal. in
viij.notabili de alie.feud.ca.vnico, quemadmo-
dum feud.ad fil.perue.vnde Bal.in dicta.l.quo-
ties.iij.colū.recenſet plures cauſas,propter quas
mulier incapax eſt ſucceſsionis feudi.Nam, ſecū
dū eum, in ſubſtantialibus fidelitatis mulier inte
gra non eſt. in primis arma ferre non poteſt, vt
prius dictum eſt.Secundò, indecens & ab omni
honeſtate et decore muliebri alienum eſt,mulie-
rem virilibus actibus, aut qui virum tantum de-
cent, ſe immiſcere.l.fœminæ.ff. de regulis iuris.
l.j.§.ſexum.ff.de poſtulan.verſ. & ratio quidem
prohibendi eſt,ne contra pudicitiam ſexui con-
gruentem alienis cauſis ſe immiſceant, ne virili-
54 bus officijs fungantur mulieres. † Et ea ratione
& dicto. c. non poteſt. & alijs pluribus notatis in
illa glo. diſtinctionẽ glo. moderatur illhic Inno.
niſi multitudo inniteretur alicuius hæretici auto
ritate, qua mediante ſcandalum inde oriretur, ſi
in eam non ſæuiretur: & eo caſu non dormiat, ſe-
cundum eũdem Inno. ſeueritas. c. domino. quin-
quageſima. diſtinct. c. plurimos. lxxxij. diſtinct.
c. j. de pœniten. diſtinct. vj. c. inter dilectos. in fi.
extra de exceſ. prelat. non enim dominus ob id
parcebat multitudini. ſuprà meminimus. Nume
14 ri. xiiij. & xxvj. c. & Exodi. xxxij. † Et ea ratio-
ne Clemens quintus multitudini templariorum
non pepercit. illos enim deiecit, vt meminit Pla-
tina de vita pontifi. in vita Clementis quinti. Idẽ
refert Luc. de Pen. in dicta. l. ſiue à prætoriano.
iij. colũ. C. de excepto. & executo. lib. xij. Simili-
ter & Beguinas, in Clemen. j. de religio. domi. &
Begardas, de quibus in Clemẽtina, ad noſtram.
de hæreti. Et fraticellos Nouarienſes, vt inquit
Plati. in vita Clementis quinti. Henri. Bohic aliã
diſtinctionẽ poſuit in dicto. c. latores. dixit enĩ,
Aut quærimus de multitudine ad vnum & idem
delictum coadunata: & licet multitudini parca-
tur, non tamen capitibus, & his qui cauſam deli-
cti præbuerunt. c. j. & c. tanta. lxxxvj. diſtinct. §.
eos. in authent. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. colla.
ij. c. qui aliorum. xxiij. q. iiij. Et Numeri. xxv. vbi
pro peccato populi fornicantis cum mulieribus
Madianitis parcendo multitudi dominus iuſſit
Moyſi principes populi contra ſolem in patibu-
lis ſuſpendi. Luc. de Pen. iſtorum meminit in di-
cta. l. ſiue ex prætoriano. C. de excepto. & execu
15 to. lib. xij. Et addit Rationem eſſe, † quoniam
maiores prohibere poſſunt inferiores delinque-
re. c. non inferenda. xxiij. q. iiij. & q. v. c. præter-
ea. & xxvj. q. ij. c. penulti. c. præcipuè. xj. q. iij. c.
grauem. extra de ſenten. excõica. vel etiam ſi mul
titudo coercenda eſt, à maioribus incipiendum
eſt. c. purgabit. quinquageſima diſtinct. niſi forſi
tan propter hominis excellẽtiam à ſeueritate de-
trahatur. l. inter artifices. ff. de pœ. l. ſed & repro
bari. in verbo, valde diſciplinatos. ff. de excuſa.
tuto. §. nos igitur. in authent. quib. mod. natur.
effi. ſui. colla. vj. tacemus, inquit, ea quæ tradita
ſunt nobis ex memoria in perſonis glorioſis ta-
lia delinquẽtibus priſcis temporibus. c. quidam
quum bonorum. xxiij. q. iiij. Quibus adde quæ
notat Luc. de Pen. in. l. ad ſplendidioris. C. de di
uerſ. offi. lib. xij. Facit. c. licet plerunque. xlv. di-
ſtinc. dum de ſacerdotibus & prælatis quantum-
16 cunq; reprehenſione dignis loquitur. † Quibus
cum plus beneuolentia quàm ſeueritate, plus co
hortatione quàm cõminatione, plus charitate quàm

poteſtate agendum eſt. Expectandi ergo, inquit
ille tex. atque corrigendi ſunt magis rectores ec-
cleſiæ, quàm ſtatim iudicãdi. Cæterùm diuus Au
guſti. ait, nec lenitas manſuetudinis ſine rectitu-
dine ſeueritatis, nec zelus rectitudinis ſine man-
ſuetudine, in prælatis debet inueniri. c. ſecuti. c.
nos ſi incompetenter. ij. q. vij. c. ea quæ. verſi. ipſi
de ſtat. monacho. l. obſeruandum. ff. de offi. præ-
ſid. l. reſpiciendum in prin. ff. de pœ. c. duæ. xlv.
diſtinct. vbi dictum Auguſti. ſuprà relatũ tranſ-
ponitur. Adde. c. licet Heli. extra de ſimonia. c.
non poteſt. c. nimium. c. diſplicet. c. quãdo vult.
c. qui peccat. & in tota penè cauſa. xxiij. q. iiij. vi-
deat circa id diligentius vnuſquiſque ſedulus le-
ctor illam quæſtionem. Secundò, inquit Henri.
Bohic, Aut quæris de his qui autores nõ ſunt fa-
cinoris: & parcitur multitudini. c. comeſſatiões.
xliiij. diſtinct. c. quoties. j. q. vij. c. vt conſtitueren
tur. quinquageſima diſtinct. Hoc tamen dictum
per multa impugnat Luc. de Pen. in dicta. l. ſiue
ex prætoriano. C. de except. & exactor. libr. xij.
17 per. l. iij. §. penulti. ff. de re milit. † vbi legionem
totam delinquentem delendam eſſe vult ille tex.
ſecundum eum. & l. ſi plures. ff. de iniur. inquit,
maior eſt iniuria quãto à pluribus fit. Ob id pec-
catum multitudinis grauius æſtimandum eſſe. c.
ſi audieris. xxiij. q. v. c. vltimo. §. quia verò, extra
de exceſ. præla. Alia illhic plura refert quibus ad
de tex. vbi Archid. in. c. fin. xxiij. q. iij. Ego verò
putaui circa hæc latiorem diſtinctionẽ tradere,
vt inter crimina lata ſit differentia. Aliqua enim
ſunt, quæ non niſi à multis expleri poſſunt, vt pu
ta in ea hominum cõgregatione facta per quam
ſtatus reipublicæ & ſecuritas eius turbatur, quo
armati homines aduerſus Rempublicam conue-
niant, loca ſeu vrbem aut oppidum, vi occupãt,
conuentus've faciant, vel populum ad ſeditionẽ
cõmoueant, quorum conuentione duo publica
delicta perpetrari manifeſtum eſt, videlicet legis
Iuliæ de vi publica, & læſæ maieſtatis publicæ. l.
j. in princi. ff. ad. l. Iuliam maieſta. l. iij. in princip.
& verſic. in eadem. ff. ad. l. Iuliam. de vi publica.
18 Quæ † ſeditio multifariè contingere poteſt. Pri
mò, quum quis armatos homines aduerſus prin-
cipem aut rempublicã conuenit, bellum iniuſſu
principis gerit, delectum've exercitũ comparat,
loca publica occupat, vrbes expugnat, noua ca-
ſtra in limitoſis partibus ad Reipublicæ æmula-
tionem conſtruit, populum've ad id incitat, con-
ſilium aut coniurationem in rempublicam facit.
De his in. l. j. per totam penè legẽ, & l. ij. & iij. in
princi. ff. ad. l. Iuliam maieſta. dicta. l. iij. in princ.
§. in eadem. ff. ad. l. Iuliam de vi publica. l. ij. C. de
fund. limit. lib. xj. l. ſi quis ingenuã. §. in ciuilibus
diſſenſionibus. ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. qui
& perduelles dici poſſunt. l. ſin. ff. ad. l. Iuliã ma-
ieſta. §. per contrarium. Inſtit. de hæred. quæ ab
inteſt. deferun. l. Pantonius. §. rei perduellionis.
ff. de acquir. hæred. l. quum filius. §. ſi. ff. de lega.
ij. quaſi

19 ij. † quaſi hoſtes dicti, quoniam hoſtili animo
aduerſus principem ſeu Rempublicā armantur.
dicta.l.fin.ff.ad.l.Iuliam maieſta. vel in hoſtium
numero ſe conferūt.l.amiſſione.§.qui deficiunt.
ff.de capi.diminutio.notatur in.l.quos nos.ff.de
verbo.ſigni.non quod propriè hoſtes,ſed magis
latrones ſeu prædones dici debeant.l. hoſtes.ff.
de verbo.ſignifi.l.hoſtes.ff.de capti.& poſtlimi.
reuerſ. Et multitudini reſiſtēdum eſt. Seditionis
verò autores aut furcis ſuſpendi, aut ad beſtias
dānari debent,dicta.l.ſi quis aliquid.§. autores.
ff.de pœn.eorum appellationi non deſerendo.l.
conſtitutiones. ff. de appella.l.ſi quis à filio.§. hi
autem.ff.de iniuſto,rup.irri.teſta. Et materia eſt
l. quiſquis.C. ad.l. Iuliam maieſta. Et huius cri-
minis tres fecit ſpecies Luc.de Pen. in dicta.l. ſi-
ue ex prætoriano.C.de excepto.& executor.lib.
20 xij. † videlicet, à Deo, à natura, à principe:quas
ſub genere criminis apoſtaſiæ deſcripſit. Et ea ra
tione Ioab multitudini pepercit.ij. Reg. xviij.c.
Idem in.c. vt cōſtituerer.quinquageſima diſtin.
etiam ſi plures eodē genere peccant.c.plurimos.
lxxxij.diſtinct.Inno. verò in dicto.c.latores.ex-
tra de cleri.excōmuni.miniſtran. In hoc articulo
multitudinem puniri voluit, ſi ab ea pœna exigi
poteſt. Plura exempla memorauimus ſuprà. præ
ſertim ex his quæ ſcripta ſunt Numeri. xiiij. &
xvj.xxv.&.xxvj.c.& in.c.vt cognouerūt.de pœ
niten. diſtinct. ij.c. recedite. xxiij. q.vij.c.nos ſi
incōpetēter.ij.q.vij.& in.d.c.xxv. Numeri. vbi
principes populi cum multitudine populi Iſrae-
litici morti traditi ſunt,populus in occiſione gla-
dij,principes verò in patibulis ſuſpēſi. Ad id eſt
tex.in.c. Guliſarius.xxiij. q.iiij.& dicta.l.addi-
ctos.C.de epiſco.audien.in his verbis,& prima-
tes officij capitali eſſe pœna feriendos. & in ver-
ſicu. aut ſi tanta clericorum aut monachorū au-
dacia eſt, vt bellum potius quàm iudiciū eſſe fu-
turum æſtimetur, ad noſtram clementiam com-
miſſa referātur, vt noſtro arbitrio mox ſeuerior
21 vltio procedat. † & ſic multitudini parcere non
vult Iuſtinianus, ſed multitudinem ſeuerius pu-
niri cum capitibus factionis.& in.l.fina.c. ſi nau-
tem propter multitudinem.&.§.fin.C.de his qui
latro.occulta. Sed in tribus primis legibus.ff.ad
l. Iuliam maieſta. reperio autorem factionis ſeu
coniurationis tantùm puniri. ſimiliter in dicta.l.
ſi quis aliquid.§.autores.ff.de pœn.et alijs,quo-
rum ſuprà mentionem fecimus. Ego verò circa
iſtud poſſe dici exiſtimo ex deciſione. d.l.addi-
cto.C.de epiſco.audien.&.c.xxv.Numerorum.
ſi in multitudinem non per iudicium ſed bellum
eundum eſt,ſic agendū eſſe,vt multitudo vi belli
in gladio interficiatur, principes verò multitudi
nis, ſi apprehendi poſſunt, aut gladio feriantur,
aut furca figantur. Ob id tres primas leges tituli
ff. ad.l. Iuliam maieſta.puto ſic debere intelligi,
quū exercitus ipſe defectionis particeps non eſt,
ſed ſolus dux aut princeps exercitus, autor eſt,ſi

cuti apud Liuiū de Mettio Suffetio Albani exer
citus duce legimus,qui in bello qđ Romani ad-
uerſum Fidenates Tullo Hoſtilio romanorū re-
ge habuerunt, defecit. In ea defectione Tullus
Hoſtilius Mettij Suffetij culpā non etiam Alba-
22 ni exercitus arguebat. † Verba Liuij hæc ſunt,
nec ea culpa quam arguo omniū Albanorū eſt:
ducē ſecuti ſunt vt & vos, ſi quò ego inde agmē
declinare voluiſſem,feciſſetis. Mettius ille eſt du
ctor itineris huius. Mettius idem huius machina
tor belli:ille etiā ſolus pœnas dedit. Duabus enī
admotis quadrigis in currus earum diſtētus alli-
gatus eſt, & in diuerſum equi concitati, in duas
partes corpus eius lacerauerunt. hoc planè ver-
ba.l.j.ij.&.iij.ff.ad.l.Iuliam maieſt. ſonant,dum
tex.l.j.inquit in verſi. quo tenetur is cuius opera
dolo malo conſilium initum erit.in qua.l.& dua
bus ſequen. ſingularibus verbis vtitur iurecon-
ſultus,vt ad eum ſolum leges illæ verba conuer-
tant qui belli aut ſeditionis aut coniurationis ſeu
conſpirationis autor eſt, non autem ad homines
coactos & concitatos quiq; delecti ſunt vel exer
citui ſeu expugnationi vrbis aut caſtri alicuius
23 interfuerunt. † Non tamen vt cenſeat eos noxia
liberos eſſe, ſed quod in legis ſeueritate oculi in
duces & principes ſingulariter cōuertātur, & illi
ſoli puniātur,niſi ſcandalum in populo eſſet,par
cere multitudini,vt prius dictum eſt poſt glo. &
Inno. in dicto.c. latores. extra de cleri. excōica.
miniſtran.&.c.ij.extra de tempo. ordinā.ne tota
gens pereat:ſed in ducis morte ſalus multitudini
paretur: ſicut & Chriſtus Dominus Deus ſalua-
tor rector & redemptor noſter, vt multitudini
parceret,ſemetipſum exinaniuit,factus obediens
vſq; in damnationē crucis. Et id iudicium Cay-
phas, quum pontifex anni illius eſſet, propheta-
uit, Ioā.xj.&.xviij.c. Expedit enim magis vnum
hominem pro populo mori, ne fortè tota gens
pereat. Et moriendo Chriſtus dominus noſter
parcere voluit multitudini,dum inquit,Pater di-
mitte illis quia neſciunt quid faciunt. Luc.xxiij.
24 Aliter † & ſecundò,ſeditio & tumultus in popu
lo fit doloſe populum excitando acclamationi-
bus aut contumelioſis vocibus per laſciuiam,
aut aliàs plebe in principē aut Rempublicam ex
citata. De his in.l. j. &.ij. C. de ſeditio.l. iuſtiſſi-
mos.C.de offic.rector.prouinc.l. denunciamus.
C.de his qui ad eccle confug.qui iuxta ſeditionis
qualitatem,prout etiā ſæpius turbulenter ſe geſ-
ſerunt, puniuntur, dicta.l.denūciamus.&.l.capi
talium.§.ſolēt.ff.de pœn.l.iij.§.alio.ff.ad.l.Cor.
ſica.c.ſicut dignum.extra de homici.vel ſecundū
quod populus ex ea ſeditione motus eſt, vel ſi in
priuatum ſeu priuati iniuriam facta eſt popularis
cōmotio.l. item apud Labeonem.§.j.&.§.conui
cium.ff.de iniur.§.j.Inſtit.de iniur.l. vnica. in fi.
vbi Bart. & Luc. de Pen.C.de ſtud. liber.vrb.
Romæ.lib.xj.in his verbis,ne diſcipuli ſibi inui-
cem poſſint obſtrepere ne've linguarum confu-

ſio permixta vel vocem aures quorundã aut men-
tes à ſtudio diuertat.c.ſcimus.xliij.diſtin.Quan-
doq; à multis,plerunq; à paucis ſit, vt ſi à multis
concitatio fiat, ſeuerius puniantur.l. prætor ait.
ij.ff.vi bonor.raptor. Et ita intelligatur dictum.
c.latores.extra de cleri. excommuni. miniſtran.
non gaudeant,quia plures inueniant ſimiles.Nã
non minus ardebunt qui cum multis ardebunt,
inquit tex.in.c.multi.ij.q.j.c.fi.§. quia verò. ex-
tra.de exceſ.præla.dicto.c. ſicut dignum. extra
de homici.quandoq; etiã quod à paucis cõmit-
titur grauiter puniť ſecundũ quòd crimẽ à pau-
cis admiſſum eſt, quale eſt qď à latronibus cõ-
mittitur.l.capitaliũ.§.graſſatores.&.§. famoſos.
&.l.Reſpiciẽdum.§.fi.verſ.propoſito.ff.de pœ.
l.in eos.ff.de cuſt.reo.l.prouinciarũ præſides.C.
52 de ferijs. † vt qualitas facinoris admiſſi ſimiliter
et conſuetudo peccantium conſideretur.l.iij.C.
de epiſ.audien.et dicto.§.graſſatores. in his ver-
bis,vtiq; ſi ſæpius atque in itineribus id admiſe-
rint,aut ſi in regione frequens eſt delictum.l.j.in
prin.ff.de abige. vel ſi fiat ab eo delictum quod
ab alijs poteſt in exemplum trahi, quale id eſt
qď à Rectore,prælato aut ſuperiore cõmittitur:
quod copioſè Luc.de Pen. proſequitur in dicta
l.ſiue ex prætoriano.C.de excepto.& executori.
libr.xij.dictum eſt aliquid. ſuprà. & vide totam
cauſam.ij.q.vij. præſertim in.c. nos ſi incompe-
tenter. Et quod ſcribitur numerorum. xxv.c.Et
in.c.dilectus.vbi Feli.poſt glo. et in.c. veniens.
extra de ſymonia. & in.c. qualiter & quando.ij.
per inno. & alios extra de accuſa. c.ij. de pœni-
ten.diſtinctio.vj.§.j.in auten.de ſanctiſ.epiſ.col-
la.ix.l. ſi quis ex argentarijs. §.prætor ait. ff.de
eden.et.l.ciuitas. vbi plenius Moder. ff. de reb.
credi.l.qui ſolidum.§. etiã.ff.de lega.ij.l.munici
pibus.ff.de conditio.& demonſtra. Et Moder.
in.l.j.§.fi.&.l.ſeq.ff.de acqui.poſſeſ. Et in.c.ve-
niens.extra de ſymonia.

26 Quædam † ab inferioribus committũtur quæ
etiam trahuntur ab alijs in exemplum,de quibus
hic tex. loquitur: & ſeuerius cum illis agendum
eſt, ne cæteri ſerui credant in periculo domino-
rum quemq; conſulere debere.§. proximo præ-
cedente,dicta.l. aut facta.§.nonnunq̃. ff.de pœ.
iij.§.fi.verſi.qui ſeditionem.ff. de re milita. Et ſi
à multis delictum fiat, ſeuerius agendum eſt, vt
prius meminimus dicto.c.latores. extra de cleri.
excommunica.miniſtran.niſi multorum ſtrages
ſequeretur, quæ forſitan ſcandalo eſſet, vel niſi
talis autoritatis & potentiæ eſſent, cui faciliter
reſiſti non poſſet.Iſtorum omnium ſuprà memi-
nimus:non repeto.alioquin vi reſiſtendum eſſet
l.ſi quis in hoc.C.de epiſco.& cleri.dicta.l.ij.§.j.
C.de his qui latro.occulta.l.addictos.C.de epiſ.
audiẽ.c.ea quæ.verſi.ipſi. extra ne cleri.vel mo-
na.Facit qď de Iuliano apoſtata legimus,ne for-
ſitan reſiſtendo, eccleſiæ deterius cõtingeret, vt
notat glo.in.c. Iulianus. &.c. Imperatores.§.Iu-
lianus vbi Archidia.xj.q.iij.

27 Nonnulla † ſunt delicta quæ à multis commiſſa
ſunt,vnius tamen ſcientia & autoritate commiſſa
inueniuntur:& illa ſoli autori,non autem multi-
tudini imputari debent. Exemplum prius da-
tum eſt,ex Mettio Suffetio Albanorum duce &
iudicio Tulli Hoſtilij romanorum regis, ex Li-
uio lib.j.decadis.j. Et ad id eſt.l.deſertorem.§.in
bello.ff.de re militari.ſecus autem vbi legio ipſa
defectionis conſcia eſſet.Nam tunc legio delen-
da eſſet autoribus ſupplicio afflictis, dicta.l.de-
ſertorem.§.fi.et dicta.l.ſi quis aliquid.§.autores.
ff.de pœ.Nam & ſenatus romanus legioni ſtipẽ-
dium anni ꝓcedere neq; æra dari voluit, quia ꝓ
ſalute Quinti Petulij conſulis fortiſſimè aduer-
ſus ligures pugnantis milites non ſe hoſtium te-
lis obtulerũt ſed occidere paſſi ſunt, inquit Va-
leri.de diſciplina militari.in capitulo de. L.Mar
tio tribuno militum. Et Cicero pro cluentio,ſta-
tuerunt, inquit, maiores noſtri, vt ſi multis eſſet
flagitiũ rei militaris admiſſum ſortione in quoſ-
dã animaduerteretť,vt metus videlicet ad omneis
pœna ad paucos perueniret. Nam & in decimũ
quemq; militem ſortito capitaliter animaduerte-
batur. Vnde legiões decimatæ dicebãtur. Alex.
verò tantæ fuit ſeueritatis in milites vt integras le-
legiones exauctorauerit. Et Lucanus in.v. Iã cer-
te mihi bella geram diſcedite caſtris, Tradite no-
ſtra viris ignaui ſigna quirites. Et, vt inquit di-
uus Hiero.In epiſtola ad Pammachium, quæ eſt
vigeſima tertij tractatus.j.partis ſuarum epiſtola-
28 rum, † aliquando contingit nonnullos ſuo vitio
regradari deuolutione per ſingula militiæ officia
ad tyronis vocabulum facta,quos degradari im-
perator inquit in.l.j.C.de priuile.ſchola.lib. xij.
in qua imperator hoc vocabulo degradandi vti-
tur,Similiter & papa in.c. degradatio. de pœ.in
vj. Diuus Hiero. regradari dicit, nonnunq̃ iu-
reconſultus gradus deiectionẽ aliq̃n militiæ mu-
tationem ſeu ignominioſam miſſionem plerunq;
ſacramenti ſolutionem eſſe dicit in.l.deſertorem
l.non omnes.l.milites agrum &.l. fi.ff.de re mi-
lita.frequentius exauctorationem.l.qui cũ vno.
§.exauctoratus.l.ꝓditores.l.ij.§.ignominiæ cau-
ſa miſſum.ff. de his qui notan.infa. Feli.in.c.dile-
ctus.ij.extra de ſimonia.expediuit hanc regulam
per ſeptem breues limitationes.vide eum.

Prædictis conuenit quæſtio per Bar. diſputa-
29 ta in dicta.l.aut facta.§.nonnunq̃.ff.de pœ. † de
vniuerſitate delinquente, qualiter aduerſus eam
procedi debeat. Per eundem in.l. hæreditate.ff.
ad.l.falci.Petr.de Ancha.in.c. Romana.§.in vni-
uerſitatem.&.c.ciuitas. de ſenten. excommuni-
ca.in. vj.Inno.in.c.j.extra de his quæ fi.à præla.
ſine conſen.capitu.Feli.in dicto.c.veniens.&.c.
dilectus.ij.extra de ſimo.tex.vbi per Archi.in.c.
Ita mos Sillanorum.xxv.q.ij.in.l.tam collatores
§.vt autem.verſ.ita vt ſi vniuerſitas.Et illic Luc.
de Pen.C.de re militari.lib.xij.&.l.decernimus.

dolo.

C.de epiſco. audien.l.ſed & ſi ex dolo. §.j.ff.de dolo.Cardi.Alexã.in.c. præterea ducatus.iij.co lum.in fine. & princi. ſeq.de prohibi. feud.alie. per Freder.Archi.in.c.in criminalibus.v.q.iij.c. epiſcopus.xxj.q.iij.l. vnica.vbi glo. & Bar.ff.de liber. vniuerſ. trahitur exemplum de Carthagine, quæ aratrum paſſa eſt.glo in.l.ſi vſusfructuarius.ff.quib.mod.vſusfruc.amitta.& Bart.in dicta.l. aut facta.§. nonnunquam.ff. de pœ.aſſerit latam fuiſſe ab Henrico imperatore ſententiam, qua Brixiam ciuitatem aratro ſubijciendam eſſe pronunciauit.

Quid autem de dictione, plures.ſeu,plurimi. Aret.in.§.fin.Inſti.de iure perſo.& in tracta.ma

30 leſi.in verbo,pluribus & pluribus. † dixit plures in duobus verificari,plurimorum verò appellatione tres comprehendi. l. continuus.§. item qui inſulam.ff.de verb.obliga.l.ſi gemina. in fi. vbi Bar.ff.arbo.fur.cæſar.de his in.l.iij.§.ex pluribus.&.§.econtrario.ff.de acquirẽ. poſſeſ.§.& quod ſæpe.vbiq; glo. Bar.& Ang.in authen.de trien.& ſemiſ. colla.iij.Luc. de Pen. in.l. vnica. C.de ſuperexactor.lib.x.Et tex.in.l.nunq; plura.ff.de priua.delic.dictionem,plura. ad tria extendit,in verſi.item ſi quis ſurreptum.in his verbis, tribus actionibus tenehatur.Adde. l.plura. ff.de actio.& obligatio.l. ſi plures. ff.de accuſa. Ex quo tex.poteſt dici de quatuor poſſe intelligi, ex eo q; text.quatuor perſonarum qualitates exprimit ſpecie differentes , quas vnuſquiſq; iudex conſiderare debet,dato plurium accuſare volentium de eodem delicto concurſu. Imò plus verba finalia illius legis , vel alia iuſta de cauſa. poſſunt interpretationem multò plurium cauſarum concurrentium admittere , ſicut dictum eſt ex.§.multis.inſti.de liberti.&.l.iij.§.ex pluribus.

31 iuncto.§.fi.illius.l.ff.de acqui.poſ. † Non enim dubium eſt,ex pluribus & diuerſis titulis aliquẽ poſſe rei poſſeſſionem defendere.dixi de ea aliàs in.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqu.poſ.vtilitas huius differentiæ patere poteſt ex duabus quæſtionibus,quarum alteram fecit Bar. in dicta l.ſi gemina.in ſi.ff.arbor. fur.cæſar. Si accuſatur aliquis q; alium pluribus vulneribus percuſſerit, Et pro quolibet vulnere pœna à ſtatuto imponatur : in quot vulneribus ſtatutum verificari debeat. Et plures huic ſimiles quæſtiones recenſet Alexan.in apoſtil.Bart.in dicta.l.ſi gemina.et.l.j.ff.de iniur.Sed ecõuerſo quid ſi à pluribus fuerit quis multis vulneribus confoſſus,neq; appa ret cuius ictu perierit : quis puniri debeat , de quo in.l.ſi rixa.ff.ad.l.Cor.de ſica.l.item Mela. §.ſed ſi ſeruum. vbi Flori.ff.ad.l.Aquil.Feli.in c.ſignificaſti.ij.in.v.notabili. extra de homici.dicam in.§.ſequen. Alteram Bal.in authen.ſed no-

32 uo iure. C.de ſer.fugiti. † Communis enim vſus & conſuetudo eſt,vt memini in princip. huius legis,pro tribus aut pluribus furtis ab vno fure cõmiſſis vltimo ſupplicio furem cõdemnari.Pone furem de furto accuſatum confiteri plura furta commiſiſſe , an ex ea confeſſione furca ſuſpendi poterit.Cuius dicta Papien.Moder. referunt in l.fructus.ff.ſoluto matrimo. Et bene facit : pro deciſione Bald. l.illud.§.fina. ff.ad.l. Aquiliam Oportet enim de tribus furtis diuerſis et interpellatis temporibus commiſſis conſtare, dicta.l. nunq; plura.ff.de priua.delic.l.capitalium. §.ſolent.&.§.graſſatores.ff.de pœnis.

In text. Et ei qui timuit mori non ignoſcit. Conſimilia ſunt ea quæ ponunt in.§.potuiſſe.ſuprà.eo.in illis verbis,hoc ipſum manifeſtum eſt, ei dixit percuſſorem ſibi mortem minatum, ſi proclamaſſet.l.omne delictum.§. exploratores. in his verbis,qui et metu hoſtium languorem ſimulauit.&.§.finali.&.l. deſertorem.§. finali. ff. de re militari dicitur in.§. tuliſſe. infrà eadem.l. dictum eſt . ſuprà . de vaſallo . hic amplius non repeto . Et ob id Baldus.hunc textum notat,vt metus mortis non excuſet cũ qui auxilium præſtare debet.

In text.Et quod vel voce. Idem in dicto.§.potuiſſe.in verbo,voce plorando. & in dicto.§.tu-

33 liſſe. † vbi declaratur qualis debeat eſſe vox defenſionis in ſeruo, quæ eadem à ſubdito aut milite ſeu vaſallo deſideranda eſt. l. quum dominus.infrà eodem. Ex hoc,inquit Bar.in.l.prohibitum. C.de iure fiſci.lib.x. conſuetudine inuentum eſſe,vt oppreſſi acclamare ad auxilium debeant hac voce,ſuccurrite,l.prætor ait.§. ſi quia aduentu.ff.vi bono.rap. c. aut facta.§. qualitate. ff.de pœ.alioquin pœnã euitare non poſſunt,ſi non acclamauerint.l.ſi putator.ff. ad.l. Aquil.c. ſi.et.c.ex literis.ij.extra de homic.hæ enim acclamationes à culpa excuſant,per illos tex. aliquando autem ad offenſam hæc vox contingere poteſt,dicta.l.aut facta.§.qualitate.&.l. capitalium §.ſolent.ff.de pœnis.l.denũciamus.C.de his qui ad eccle.confug.dictum fuit prius.Hec vox etiã militibus ad terrendos hoſtes neceſſaria eſt, inquit Cæſar in. iij. cõmentario belli ciuilis. neq; fruſtra,inquit,antiquitus inſtitutum eſt,vt ſigna vndiq; concinerent: clamoremq; vniuerſi tollerent,quibus rebus et hoſtes terreri & ſuos incitari exiſtimauerũt.Alia eſt vox offenſionis de qua mentionẽ fecimus.ſupra in.l. item apud Labeonem.§.cõuicium.ff. de iniur.§. primo. inſtitu.de iniur,. Quibus adde.l.ſi inimicitiæ.in his verbis, infauſtas voces.ff. de his quibus vt indignis.c.periculoſe.de pœnitentia diſtinctionc.j.l. decurionum ſilij. C.de pœnis.c.fina. vbi Archi . xxiij.q.

34 iij.Inno.in.c. ſignificaſti.extra de homici. † Ex his conſtat voce auxilium ferri. hoc planè volũt verba huius literæ,dum in ea dicitur,et quod vel voce oporteat ſeruos dominis auxilium ferre. Et Bal. hic ad id notauit hunc text. & bene, vox clamoroſa & horrida,non autem lachrymoſa,vt inquit Bal.in.c.j.quib.mod.feud. amitta.in bello vox plorantium ſuis infeſta eſt.

SVMMARIVM.

1 Abſens à regione tempore delicti commiſſi, ſuſpicione caret, ideóq; torqueri non debet.
2 Seruus quando pro dominæ adulterio ſint torquendi.
3 Seruus teſtamẽtu iuſſi manumitti, poſſunt torqueri antè quàm manumittantur.
4 Inimicus torqueri poteſt pro nece occiſi ante fores ſuas reperti.
5 Inimicitia mortalis indicium facit ad torturam.
6 Amicus ſi amicum percuſſerit, non præſumitur animũ habuiſſe occidendi, licet inde mors ſequatur.
7 Suſpicio ſola vnico argumento cauſata indicium ſufficiens facit ad torturam.
8 Aſtantes delinquenti qñ præſumãtur criminis conſcij.
9 Pœna homicidij puniuntur omnes coram quibus inuentus eſt gladius vnus cum interfecto quodam, ſtatuto ſtante &c.
10 Delictum ſi inter plures ſit commiſſum, & neſciatur à quo, an ſint omnes puniendi.
11 Maleficia non debent remanere impunita.
12 Suſpicio proxima delicto, ſufficit ad quæſtionem inſtigandam.
13 Libellus accuſatorius continere debet locum criminis commiſſi, quantitatem ſimul & qualitatem.
14 Prædia debẽt ea æſtimatione, qua cõperiũtur deſcribi.
15 Locus luci, ſed non ſingulæ prædij gleba in inſtrumento debent deſcribi.
16 Delictum ſi commiſſum ſit, & neſciatur à quo, omnes abſoluendi ſunt.
17 Abſolui quando debeant ij qui delicto adfuerunt.
18 Adſtantes delicto efficiuntur omnes irregulares, etiam ſi neſciatur à quo perpetratum ſit.
19 Nocens potius eſt abſoluendus quàm innocens condemnandus.
20 Homicida nullatenus ad ſacros ordines promoueri debet.
21 Promoueri an poſſit is qui vim paſſus occidit.
22 Occidens & vulnerans æqualiter non puniuntur, quãuis vterq; animum occidendi habuerit. & nu. 23.
24 Probatione deficiente deficit iuris miniſterium.
Crimen non præſumitur niſi probatum.
25 Incertitudo ab effectu procedẽs ex parte agentis, an ab ea differat quæ ex parte patientis contingit.
26 Delictum nullum remanere debet impunitum.
27 Laicus quo caſu & quare trahatur clerici beneficio.
Eccleſia non habet cultrum quo ſæuiat.
28 Iudex ſanguinem innocentem punire non debet, & nocentem liberare.
29 Ius, occidentis animum, ſtatutum verò effectum tãtum conſiderat.
Lex Cornelia dolum attendit quem puniat.
30 Percutientes poſt vulnus letale ab alio illatum, an ſint de homicidio puniendi. & nu. 31.
31 Lex Aquilia factum ſolum, & non animum reſpicit.
32 Occidiſſe præſumitur qui quouis modo mortis cauſam præbuit.
34 Vulnerantes aliquem ſucceſſiue an teneantur omnes æqualiter de occiſo.
35 Lege Aquilia tenetur is qui vi adhibita & quaſi manu mortis cauſam præbuit.
36 Accelerans mortẽ ſerui ab alio percuſſi tenetur ĩ damni æſtimatione, & quare.
37 Percutiens mortiferè vulneratũ an teneatur de occiſo.
38 Percutiens ægrotum quare in culpa eſſe dicatur morte ſubſequente.
39 Iudex non debet vltimo ſupplicio vulnerantem punire, niſi mors ſecuta fuerit.
40 Percutientes aliquem & ſimul ac eodem loco vulnera diuerſa inferentes, quando puniantur de homicidio.
41 Occidens aliquem vno impetu pluribus illatis vulneribus, iuſtè actione de occiſo conuenietur.
42 Quaſi, hæc dictio, eſt nota impropriętatis, & aliquãdo aſſertiua veritatis.
43 Actiõe legis Aquiliæ agere poteſt pro vulnere, q̃ prius lege egit Cornelia.
44 Incertitudo nullum actum oſtendit, etiam ſi in fauorabilibus contingat.
Certitudo naturæ attendi debet potius, quàm hominis incertitudo.
45 Occiſus ſi reperiatur quiſpiam ab vno è pluribus vnico vulnere, & ignoretur à quo, an teneantur oẽs de occiſo.
46 Natura verborum in dubijs maximè ſeruari debet.
47 pœnæ ſuos autores ſequuntur, nec egredi debent delinquentes.
48 Latronem detinens vel contra eum acclamans an teneatur de occiſo, ſi ab alijs interficiatur latro.
49 Lex Cornelia in pœnis ciuilibus imponendis, à lege aquilia differt.
50 Caſus diſtingui debent, vt ſciatur quando quis de occiſo aut de vulnerato teneatur.
51 Sæuiens in ſeipſum, non præſumitur ſani capitis.
52 Vulnerans, ſi mors ſequatur, an teneatur de occiſo, an verò de vulnerato.
53 Præſentia ſufficiens eſt indicium ad torquendũ eos, qui delicto præſentes fuerunt.
54 Præſentes delicto, præſumuntur animo delinquendi adfuiſſe.
55 Vitio non caret ſocietatis occultæ, qui, cùm poteſt, manifeſto facinori deſinit obuiare.
56 Indicium præſentiæ purgatur per ſufferentiam tormentorum.
57 Miniſterio altaris an ſint priuãdi omnes, qui homicidio interfuerunt, ſi neſciatur autor.
58 Mali qua de cauſa ſuſtineri debeant.
59 Percutientes aliquẽ vnico vulnere mortifero, an teneantur omnes de occiſo.
60 Clericus militiam aduerſus fideles eligens, priuilegio exuitur clericali.
61 Clerici cõtra infideles arma ſumentes an ſint excuſandi.
62 Animus occidendi in eo præſumitur, qui inſtrumento ad occidendum apto vtitur.
63 Cooperatores in homicidio, cenſentur in noxa eſſe.
64 Vulnerãtes aliquem diuerſis temporibus an ſint omnes rei homicidij, ſi mors ſequatur. & nu. 65.
66 Culpa & negligẽtia ſecundũ ius Canonicũ ſunt noxiæ.
67 Percutiens iam percuſſum vt mortẽ eius acceleret, quando reus homicidij ſit iudicandus.
68 Mortuus ſi repertus ſit quiſpiam in conſpectu plurium crimen inficiantiũ, an poſſint omnes torqueri ad eruendam veritatem.
69 Præſentes homicidio, ſi torti negent, non poſſunt corporaliter puniri.
70 Præſentia ſola caſualis iure ciuili non eſt culpabilis.
Ius canonicum in quo differat à iure ciuili.
71 Clericus non letaliter percutiens, ſed animo occidendi, efficitur irregularis perpetuò.
72 Minimũ quod eſt in criminalibus pœnis ſequendũ eſt.
73 Villa an debeat puniri pro homicidio facto in ſuo territorio, ſtante ſtatuto &c.

Vniuer

Vniuerſitas quæ peccauit, an & qualiter puniri debeat.

74 Inquiſitio quomodo fieri debeat de homicidio per aduenam commiſſo.

75 Ciuitates loca finitima tenere debene tuta, ne tranſeuntes offenſam patiantur.

76 Corpus mortuum alicubi repertum, præſumptione iuris præſumitur ibi fuiſſe occiſum.

77 Statutum exorbitans & iuri naturali contrarium cenſetur, quòd vult vnum pro alio obligari.

78 Qualitas ab eo probari debet, qui in ea intentionẽ fundare cupit.

79 Mortuus in aliquo loco inuentus, an præſumatur ibidem interfectus.

Argumentum de re ſeu tempore ad locum eſt in iure validum.

80 Onus probandi vt plurimum incumbit actori.

81 .Villa pro ſua negligentia tenetur, ſi quis in ſuo territorio occidatur.

82 Conſcientia ſola facit quem criminis compotem & participem.

83 Patria poteſtas in pietate conſiſtit, & non in atrocitate.

84 Conſcius quis dicatur, & vnde hæc dictio deriuetur.

85 Conſcius dici poteſt qui qualitercunq; læſam conſcientiam ſe ſentit habere.

86 Seruus ſciens domino paratas inſidias punitur, niſi retexerit & eum iuuerit.

§.ſi quis in uilla.

PLVRA IN HOC.§.& ſequentibus repetuntur, quæ plenè in ſuperioribus expoſita ſunt: quæ autem huic cunueniant, non prius tractata declarabimus.
1 † Abſens è regiune, ſuſpicione caret, ob id torqueri, aut aliter ſupplicium ab eo exigi non poteſt, niſi alijs indicijs aut alijs probationibus, conſcius ac criminis particeps fuiſſe conuincatur. Si verò in loco inuentus eſt, conſcius criminis dici poteſt.h.d.

Gloſſa prima addit.l.in adulterij. C. ad legem Iuliam.de adulter. nec obſtat ſecundum gloſſ. l. proſpexit. in princip. in verbo, in agro.ff.qui & quib. manumiſ. liber. accipi. quum hæc lex de æquitate loquatur, illa verò de ſtricto iuris rigore. Alias ſolutiones tradit glo. in dicta.l.in adulterij. & in dicta. l. proſpexit.vt illa lex intelligatur in manumiſſione, hæc verò & dicta.l. in adulterij. in quæſtionis ſeu pœnæ impoſitione. Secundò, vt.l.proſpexit. de ſeruis proprijs vxoris, non autem de exteris ſeu de ſeruis mariti intelligatur. De quibus dicta.l.in adulterij.loquitur. & hanc nouiſſimam admittit Cinus in. dicta.l.in adulterij. Ego verò puto primam gloſſæ ſolutionem poſitam in dicta. l. in adulterij. veram, cum
2 hac declaratione, † vt prohibeatur ſeruorum alienatio ſeu manumiſſio, quamuis in domo non fuerint, quum adulterium à domina commiſſum eſt: non autem vt de his ſupplicium ſumatur, niſi quatenus criminis erunt participes aut conſcij, vt hic, ſed cuſtodiri iubentur donec de quæſtione adulterij cognitum ſit, vt ſi opus fuerit, etiam per ſeruorum quæſtionem veritas inquiratur.l. conſenſu.§. ſuper ſeruis. C. de repud.l. ſi poſtulauerit.§.ſi liber.cum duobus.§§.ſequentibus.ff. ad legem Iuliam.de adulter. dicetur in.l.iij.§. de his.infrà eodem. & dictum fuit in.§. ſerui.&.§.ſequen. ſuprà eadem. l. Sed vbi aliter conſcij non erunt, quàm quòd ſerui ſunt, vel, vt dictum eſt in.§.hoc autem ſenatuſconſultum. & in.§. ſed in eo. ſuprà eadem. l. quòd ſub eodem tecto erant quum occiſus eſt dominus: non torquebuntur. hoc idem vult iſte tex. & hoc modo.l.proſpexit. nihil contrarium huic ſtatuit, ſed omnino huic conformare ſe videtur in ratione ſua, dum in capite legis inquit, Ne mancipia per manumiſſiunem quæſtioni ſubducantur. Nam manumiſſi torqueri poſſent, licet iam liberi eſſent, dicto.§.
3 ſerui. verſicu. ſed in eo. ſuprà eadem. l. † antequàm igitur manumittentur torqueri poſſent, licet teſtamento iuſſi fuerint manumitti, dicto. §. de his. in. l. iij. infrà eodem. Et hoc eſt legis dubiũ, quo veriſimiliter coniecturari poteſt, ſeruos adulterij vxoris conſcios fuiſſe, dicta.l. conſenſu.§.ſuper ſeruis.&.l.prima.C. de quæſt.&.l.iij. C.ad legem Iuliam.de adulter. quæ etiam prohibitio poſt mortem adulteræ, propter dotem ſeu lucrum dotis, vſque ad duos menſes durat.l. libertatem. C. ad legem Iuliam.de adulter. Ob id Angelus hic notat, iudicem maleficiorum non debere accuſatum torquere vbi pro eo præſumptio eſt, quod criminis conſcius non ſit: niſi vrgeant eum plura indicia, vt hic, & in authent. ſi quis ei.&.l.ſi hi qui.C.ad legem Iuliam.de adulter.§.finali.in authent.vt liceat matri & auiæ.col la. viij.l. eum qui probat. C. de epiſco.& cleric. Et Roma. hic inducit ad quæſtionem abundè à Specu. diſputatam in titulo de præſumption.§.j. Si reperiatur occiſus ante fores inimici, vel in loco illi propinquo, nec comperitur homicida, aut aliquod homicidij indicium, niſi inimicitiæ cum aliquo contractæ: an ab inimico præſumendum
4 erit factum fuiſſe homicidium. † Et voluit Roma. poſt Specu. inimicum torqueri poſſe, procedente ſolo inimicitiæ argumento. iſtius etiam ſententiæ fuit Barto. & Alexan.in.l.finali.ff.de quæſtio. Similiter Bald. in dicta.l. in adulterij.C.ad legem Iuliam. de adulter. quibus adde quæ notat Alexan. & Moder. in. l. j. C. de his quib. vt indig. & Bartolus in.l. ædiles.ff. de via publica. Demum Romanus hic nonnullas inimicitiarum diſtinctiones tradit. In primis graues inimicitias à leuibus diſtinxit. Nam ſi inimicitia grauis fuerit, quia ob maiorem bonorum partem, vel ob facinus graue in aliquem commiſſum, ex quo animus lædi poteſt, cõcepta eſt, vt in.l. licet.& illhic gloſ.ff.de arbit.& authent. ſi dicatur. C. de teſti. §.item propter inimicitias.inſti. de excuſa.tutor.

vbi Porc.& Papien. Moder.in apoſtil. eiuſdem
l.iij.in princi.in verbo,inimicus.& verbo, inimi
citiæ.ff.de teſti.Adde Moder.Papien.in.l. ſoro-
rem. C. de his quib. vt indig.l. in confirmando.
ff. de confir. tuto.l.iij.§. fin.ff.de adimen.lega.l.
5 in ipſius. C. famil. erciſcun. † vt talis inimicitia
grande indicium faciat:aliter non,per prædicta.
plus Roma.addit tales inimicitias ad id conſide-
rari debere, licet ex eis ab inimico damnum rece
ptum nõ ſit,ſed vt curetur ne damnum facto ini-
mici contingat, non expectato damni euentu,
alleg.tex.cũ glo.in.c.quũ.l.&.A.extra de re iu-
dica.Et ratio vltra eum eſt,quia melius eſt in tem
pore occurrere, quàm poſt vulnus aut damnum
illatum, remedium quærere.l. j. C. quando lice.
vnicuiq; ſine iudi.ſe vindi.l. is qui aggreſſorem.
&.l. ſi quis percuſſorem. in verbo, venientem.
C.ad legem Corneliam de ſica.

Dixit autem hic Roma. & bene, conſuetudi-
nem eius,qui inimicus eſt, in conſideratione eſſe
debere, ſi minas exequi conſueuit, per.l. inciui-
lem.C.de furt.Melius in.l.metum.vbi gloſſa.C.
de his quæ vi metus've cauſa fiunt.l. nõ eſt enim
veriſimile. §.j.ff. eodem. & quod notat Alexan-
der in apoſtil.Barto.in dicta.l. finali.ff. de quæ-
ſtio. Gloſſa verò in. l. j. §. j. in verbo, caſu. per
illum textum. ff. ad legem Corneliam de ſica.
quam ad id notat Felinus in.c.finali. extra de ho
micid. planè vult affectum debere attendi,velu-
6 ti ſecundum Felinum, † ſi amicus amicum percu
tiat, & inde mors ſequatur: vt non præſumatur
animum occidendi habuiſſe. Allegat gloſſam. l.
illud.§.ſanè.in fine.ff. de iniurijs.l.j. C. ad legem
Corneliam. de ſica.l. ſi non conuicij. C.de iniur.
Et eſt textus in.l.item ſi obſtetrix.§.fina.& dua-
bus legibus. ff. ad legem Aquiliam. Prædictis
adde quod notauit Angelus & Ioã.de Imo.in.l.
iuſto. in princip. ff. de vſucapio. per illum text.
in his verbis,publicè interfuit.dum alleg.l.lega-
tis ſeruis.§.ſi vnus.ff.de lega.iij.l.ſi cui.§.hiſdem
ff.de accuſa.ſed illa,l.iuſto.ſatis aliena eſt ab hoc
argumento. Imò oppoſitum probare videtur in
his verbis; Nam frequenter ignorantia liberos
emimus. Cæterùm.§.hiſdem.loquitur in eo,qui
ſemel in eodẽ genere delicti in calumnia inuẽtus
eſt:ſed in caſu noſtro, licet inimicitia aliquando
fuerit,non tamen ex ea inde aliquid ſecutum eſt.
Si autẽ ex ea inimicitia realis offenſa ſecuta fuiſ-
ſet, ille. §. poſſet in argumentum trahi.l. non o-
mnes.in princip. &.§. à barbaris.ff. de re milita.
l.quum te.&.l. metum. in verbo,iactationibus.
C. de his quæ vi metus've cauſa fiunt. hoc etiam
apertè velle videtur dictus. §. ſi vnus. in his ver-
bis,In quo artificio coloreq; verſatur.& dicta.l.
iuſto.in verbo,aſſiduam & quotidianam.

7 Et hic text. in verbo, ſuſpicione. † ſolam ſu-
ſpicionem vno ſolo argumento vel indicio cau-
ſatam ad torturam ſufficere voluit. Dum hic tex.
inquit.Sufficiat ergo eos,qui cum ipſo qui occi-
ſus dicitur, fuerunt, & qui in ſuſpicione cædis
aut conſcientia attingi videbuntur, de his quæ-
ſtionẽ haberi.Ex eo enim ſolo argumento, quia
cum domino ſerui erant quum occiſus eſt, de
morte domini ſuſpecti iudicantur.et ob id de eis
quæſtionem haberi poſſe: ſed non videtur ita de
facili cauſandam eſſe ſuſpicionem, vt dictum eſt
in. §. ſerui appellatione. verſicu. & magis eſt.ne
puniatur ob hoc quòd ſub eodem tecto fuit. ſu-
prà eadem.l.illhic dictum eſt.Similiter in.§. hoc
autem Senatuſconſultum.&.§.eodem autem te-
cto. verſicu. & ait Sextus. quod repeti videtur
hic in his verbis, pluſquam iniquum eſt, ſi fortè
diffuſa &c.

Sed vbi indicium adeo prægnans eſt, vt vix à
8 conſcientia aliquem excuſare poſſit, † vt puta ſi
delictũ in conſpectu alicuius commiſſum eſt,qui
prohibere poterat, vt ex eo aliter coniecturari
non poſſit, niſi quòd aſtantes delicto, fauorem
præſtiterunt, aut participes criminis fuerunt,ſo-
la aſſiſtentia conſcios criminis reddet: quoniam
prohibere potuerunt, ne tale facinus committe-
retur.Pone quòd armati erant,& abſq; vitæ ſuæ
periculo prohibere potuerũt,ne homicidæ iner-
mes fortè facinus committerent.l.ij. C.ad legem
Corneliam.de ſica. &.l. hæ demum operæ.ff. de
oper.liber.c.quantæ. extra de ſentent. excõmu.
c.ſicut.extra de homicid. & plerìſque alijs nota-
tis in dicto. §. ſerui appellatione. ſuprà eadem.l.
Tale indicium ad torturam ſufficiens erit, per
hunc tex.in his verbis,ſufficiat ergo eos qui cum
ipſo qui occiſus dicitur,fuerunt. Quæ verba Ro
ma. hic ad deciſionem plurium quæſtionum tra-
hit.Prima eſt ſecundum eum,quam plenè Albe-
ricus de Roſa.in tracta.ſtatu. in ſecunda parte di
ſputauit.Si ſtatutum,inquit,portantem gladium
de nocte,pœna aliqua puniat:& plures in porti-
cu exiſtentes inuenti ſunt coram ſe gladium ha-
bere.An omnes tanquam gladium habentes pœ
na ſtatuti plecti ſeu multari debeant. Secunda,
huic non diſſimilis: Si ſtatutum villam puniat, ſi
in ea homicidium committentem non apprehen
dat, an pœna ſtatuti villa puniat̃, ſi in ea occiſus
aliquis inueniatur. Tertia, quam Dinus in fa-
cti contingentia habuiſſe dicit, vt hic Roma.me-
minit: Quinque aut plures homines in eadem
domo habitantes erant, & vnus in ea occiſus in-
uentus eſt, à quo interemptus fuerit, ſciri non po
teſt: an omnes punientur, quaſi omnes occidiſſe
præſumãtur. Aliam conſecutiuam addit hic Ro-
ma. ſi omnes de homicidio torti ſunt, nec aliquis
eorum crimen confitetur:an oẽs abſolui debeãt,
vel ſi irrogãda eſt eis de occiſo pœna, qualis erit,
an corporalis, an verò pecuniaria. Vnãquãq; ea-
rũ pleno ſtylo hic Roma.examinat. Et primã di-
cit fuiſſe Bononiæ diſputatã per Tho.de Prono.
9 Et † tandẽ in facti cõtingẽtia deciſum fuiſſe oẽs
de occiſo

de occiſo teneri, per.l.j.§.fin.cum. tribus.ll. ſeq.
ff. de his qui deiecer. vel effuder.l. item Mela.§.
item ſi plures.ff.ad.l. Aquiliam.Sed Roma.poſt
Alber. non placuit hæc deciſio, per.l.ſcientiam.
§.quum ſtramenta.ff.ad.l. Aquiliam.&.l.ſciant.
C. de probatio. maxemè quum huic non conue-
niant verba ſtatuti quæ de portante arma intelli-
guntur.l.j.§.ſi is qui nauem.ff. de exerci.actio.l.
non aliter.ff.de lega.Floria.addit.l.ſancimus.C.
de pœnis.In qua opinione fuit gloſ. & Bal.poſt
eam in dicta.l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum plures.
ff. ad. l. Aquiliam. in verbo, percuſſerint. Idem
Bal. in dicta.l. nam ſalutem.ff. de offic. præfect.
vigil.vbi Baldus,quem hic Roma.refert.omnes
ferè quæſtiones ſuprà relatas hiſdem penè argu-
mentis diſputat,quibus hic Romanus poſt Albe
ricum, præſertim motus conſideratione gloſ. in
dicto.§.ſi plures. vt potius ad abſolutionem de-
clinandum ſit, quàm ad condemnationem. Nec
obſtabit,ſecundum eundem Baldum.l.item Me
la.§. ſed ſi ſeruum plures.ff.ad legem Aquiliam.
&.l.j.§.ſi plures.cum.l.ſequen.ff. de his qui deie
10 cerunt vel effuder. † quoniam in eis certum erat
delictum fuiſſe commiſſum, licet ignoraretur à
quo patratum fuiſſet : ob id omnes puniuntur.
ſed in caſu propoſito, quia adhuc ignoratur an
ab ipſis occiſus fuerit: igitur omnes excuſari de-
bent. Et ita reſpondet gloſſa in dicto.§.ſed ſi ſer-
uum plures.per rationem.l. abſentem.ff.de pœ-
nis.ſanctius eſt eñ(inquit illa lex,) nocentē im-
punitum relinquere, quàm innocentem conde-
mnare. Et idem Rothomagi in curia iudicatum
eſt,dum in via ſancti Georgij pone Rothomagū
homo re vera occiſus inuentus erat,ſed à quo ho
micidium factum eſſet,neſciebatur:quamuis ſo-
la reorum confeſſio deeſſe videretur, quum non
tantùm ſuſpicio,ſed & vrgentia indicia homici-
dio proxima aduerſus eos qui homicidio aſtite-
rant indubiè probata eſſent,in tormētis enim po
ſiti conſtanter hominē occidiſſe negauerunt,ſed
occiſum violentas manus in ſeipſum iniecіſſe cō
ſtantius ſuſtinuerunt, tametſi in itinere & in ve-
ſpere occiſus inuentus fuiſſet,neque alios præter
accuſatos in crimine præſentes fuiſſe faterentur.
Plus liquidò conſtabat virum illum, qui cultro
occiſus inuentus eſt, bonæ ſemper opinionis &
cōuerſationis, & ſani intellectus, quandiu vixit,
fuiſſe,neq; cauſa propter quam homicidæ ipſum
defunctum ad ſe interimēdum motum fuiſſe aſſe
rebant,iudicantes ad eam opinionem trahere po
terat,quum inimicitiæ inter reos & occiſum præ
ceſſiſſent:non minus tamē homicidæ ambo.poſt
tormenta ſeu quæſtionem de his habitam abſq;
alio ſupplicio remiſſi, & è carcere mācipati ſunt.
Quamuis huic interpretationi multùm conueni-
re non videtur.l.ita vulneratus.ff. ad.l. Aquiliā.
verſicu. idq; eſt conſequens in ratione decidēdi
illius.l. in his verbis,vt non appareret cuius ictu
perijſſet:omnes lege Aquilia teneri iudicauerūt.
& in verſicu. quod ſi quis.in his verbis, cogitet
longè abſurdius conſtitui neutrum lege Aquilia
11 teneri aut alterum potius, † quum neque impu-
nita maleficia eſſe oporteat, nec facilè conſtitui
poſſit vter potius lege Aquilia teneatur. Et for-
tiore argumento probatur in themate vltimo il-
lius legis. verſicu. quum plures trabem furandi
cauſa ſuſtulerunt,quam ſinguli ferre nō poſſent:
furti actione omnes teneri. quamuis ſubtili ra-
tione dici poſſit neminem eorum teneri,quia ne-
minem verum ſit eam ſuſtuliſſe. Quæ nouiſſima
ratio multùm cōtra dictum glo. vrget, vt quam-
uis verba non ſint capacia ex ſubtili iuris ratione
comprehendere aliquem iſtorum, tamen, vt in-
quit ille idem text.in verſicu. multa. in eadem.l.
multa, iuquit, in iure contra ſtrictam rationem
diſputandi pro vtilitate communi recepta ſunt.
Ob id omnes voluit lege Aquilia puniri. obſtat
etiam.§. ſequen. qui omnes vltimo ſupplicio pu
nit. illhic dicetur. Primò, huic ſolutioni obſtat
dicta. l.j. §. ſi plures. cum.l.ſequen.ff. de bis qui
deiecerunt vel effuder. dum ille tex.ait,Si plures
in eodem cœnaculo habitant, vnde aliquid deie-
ctum eſt:in quemuis hæc actio dabitur. nō enim
ille text. dicit ab aliquo ipſorum factum fuiſſe,
vel deiectum, & melius in eadem. l. j. §. ſumma.
verſicu.proinde. eodem titu.dum inquit,proin-
de & ſi quid pendens effuſum ſit, quamuis hoc
nemo effuderit, edictum tamen locum habere.
Secundò.obſtat.l.ij. eo. titu. de his qui deiecer.
vel effuder.illhic Caius ait: Quum ſanè impoſſi-
bile eſt,ſcire quis deieciſſet vel effudiſſet.& in.l.
ſequen.dicitur, Et equidem inſolidum. ſed ſi cū
vno fuerit actum, cæteri liberabuntur. Sed dici
poſſet, in illa.l. præſupponi factum fuiſſe ab ali-
quo eorū,qui in cœnaculo erant, quamuis igno-
retur à quo.& hoc modo firma erit glo. conſide-
ratio. Dico econuerſò,ex his verbis præſumptio
tionem iuris eſſe ab eis ſuperſtitibus commiſſum
fuiſſe delictum, neque abſque conſcientia crimi-
nis eſſe, vt inquit iſte text.in his verbis,Et qui in
ſuſpicione aut conſcientia attingi videantur. Et
prius vſus eſt hoc verbo,ſufficiat. Et ſic attingun
tur vt ſuſpecti aut conſcij qui cum eo erant quū
occiſus eſt. Dicam plura in. l. penul. infrà eodē.
&. §. ſequen. præſertim vbi ex qualitate loci &
temporis commiſſi delicti aliter veritas erui non
poteſt. l. conſenſu. §. ſuper ſeruis. C. de repud.
l.fina. C.ad legem Corneliam de ſica.l.fina.C.de
quæſtio.§.ſi ſibi manus. in his verbis, in conſpe-
ctu.ſuprà eadem.l.
12 Sed circa iſtud † puto poſſe dici, hanc ſuſpi-
cionem delicto proximam, quantum ad quæ-
ſtionē ſufficere, vt hîc dum de quæſtiōe tantùm,
non autem de ſupplicio loquatur expreſſè, licet
ſubintelligi debeat, vt in.§.ſequen. declarabitur.
Nam idem & prius de vtroque dixerat, quum
de ſeruis locutus eſt, qui in eadem regione erant:
à quibus quæſtionē & ſupplicium exigit.&.l.ſi.

ff. de quæſt. quamuis non ſufficere quantum ad
pœnæ impoſitionē videaẽ per hunc tex. &.l.ab-
ſentē.in princ. in verbo,ſuſpitionibus.ff.de pœ.
per quā idem notat glo.in dicta.l.fi.ab omnibus
cōiter approbata. hic text. tñ rectè intellectus à
præcedētibus nō differt.in ſeq.§. declarabimus.
Vide Arer.in tracta.malefi.in verb.fama publi-
ca præcedente.Cin.in.l.fi.C. de quæſt.l.fi.C. de
peric.tuto.l.ij.in prin.ff.de excuſa. tuto.ſed quū
ſingulares ſint tractatus maleficiorū, in quibus
præclari viri lucida eorum ingenia manifeſtare
curauerunt, & quaſi per ſingulas huius tituli le-
ges nonnihil explicamus , quæ illis tantum con-
ueniant,tractabimus. Dictum eſt in.§.illud.poſt
glo. ſuprà eadē.l.reliquas verò Roma. quæſtio
nes ſtatim examinabimus.

In tex. Si fortè diffuſa latè prædia habeat. hic
13 tex. ſingularis eſt † vt in accuſatione ſeu libello
accuſatorio, locus cōmiſſi criminis deſcribatur,
qualitas & quantitas, vt pro modo loci ſcire poſ
ſit iudex,an teſtes producti videre vel audire po
tuerint. Et ratio ab eis latitudinis & longitudi-
nis loci exquiratur,vt intelligatur,an vera ſit ſeu
veriſimilis depoſitio,ſimiliter & accuſatio: & ex
ea iudex informari poſſit, an moueri debeat ad
credendum aduerſus reum accuſatum , vel eum
abſoluendum : vt ſi tam diffuſa ſint prædia , vel
coacta ſeu vicina.l. quicunq; deſertum. &.l. qui
agros. C.de omni agro deſer.lib.xj.c. quoſdam.
extra de præſumptio. dixi in. §. hoc autem ſena-
tuſconſultum.ſuprà eadē.l.quibus adde. §. item
verborū in fi.Inſti.de inutili ſtipul.in his verbis,
in ipſo toto eo die quo conficiebatur inſtrumen
tum ſeſe vel aduerſarium ſuum in alijs locis eſſe.
Silr in deſcriptione ſundorum debent qualitas,
quātitas, amœnitas,vtilitas & cæteræ fundi vtili
tates deſcribi. l.ſeruum. ff. de cenſi.l. ſi quando.
C.de bo. proſcrip.l. ſi in emptionem.in princip.
ff.de contrahen.emptio.l.ſi prædium.C.de ædil.
edicto.l. etiā.ff.de ædili.edic. præſertim hoc ne-
ceſſarium eſt in diſtractione prædiorum eccleſia
ſticorum.§. ſicut autē damnoſas.in authēt.de nō
alie.reb.eccle.colla.ij.& in authē.ſicut.& authē.
ſi quis.C.de ſacroſanct.eccle.§.hoc ius.x. q.ij.c.
terrulas.xij.q.ij.ſimiliter in prædio fiſcali dicen-
dum eſt,vt in toto titulo.C. de omni agro deſer.
lib.xj.dicta.l.ſi quando.C.de bo. proſcrip.l.ſor
14 ma.ff.de cenſi. † Et in ea tantum debent æſtima
tione qua comperiuntur deſcribi.l. non intelligi
tur. §. diui fratres.ff. de iure fiſci. Et ratio in illo
tex.eſt:ſicut em̄ diligēti cultura precia prædiorū
ampliantur:ita, ſi negligentius habita ſint,minui
ea neceſſe eſt.Silr in reſciſſorio iudicio ex capite
læſionis vltra iuſti precij æſtimationē,tempus cō
tractus,nō autē querelæ,reſciſſoriæ intētatæ cō-
ſiderari debet, ſi forte emptoris induſtria res me
lior effecta eſt.l.ad reſcindēdā.C.de reſcin.emp.
l.ſi minori precio.C.de iure fiſci.libr.x.niſi con-
ſultò ſeu ex induſtria ab emptore facta eſſet locu
pletior,ſciente eam reſtitutioni ſubiectam eſſe.l.
in fundo.ff.de rei vēdica.l.fi.§.emptor.C.cōmu-
nia de lega. Dixi plenius in repetit.l. dudum.C.
de contrahen. emptio. Et ob id in eo libello ſic
15 deſcribi debent.l.ſi rem.ff. de rei vendica. † Ex
his , præſertim ex hoc text . videtur locum loci,
non autem ſingulas prædij glebas deſcribi debe
re,argumento.l.iij.in princip.& duobus.§§.ſeq.
&.locus.ff.de acq.poſſ.dum hic tex.inquit,diffu
ſa latè prædia. Adde Bar.in dicta.l.item Mela.§.
ſi plures..ff.ad.l.Aquil. eundem.in.l. fin.ff.ad.l.
Corne.de ſica. ideo pars loci deſcribenda eſt, vt
conijci poſſit, an ex ea dominus adiri potuit, di-
cto.§.hoc autem.ſuprà ea.l.& id iuuat ad deciſio
nem quæſtionum per Roma.hic longo ſtylo exa
minatarum.eas tamen,quum vtiles ſint, intendo
in eis aliquid vltra per Roma. dicta deducere.
Eaſdem ante Roma. Bar.in.l.fin.ff.ad.l.Cor.de
ſica.& Bal.in.l.nam ſalutem.ff.de offi.præfec.vi
gil.& Floria.in dicta.l.item Mela.§. ſed ſi ſeruū
plures.ff.ad.l.Aquiliā. Din. in regula,in obſcu-
ris.de regul.iur.in.vj.ampliore ſtylo examinaue
runt.Et quū frequentes & quaſi quotidianæ ſint
in tholis criminalibus, & me ſcribēte bis ſe obtu
lerunt: ob id vt videat vnuſquiſq; quid in eis tot
inſignes vtriuſq; philoſophiæ viri ſentiunt, bre-
ui recitabo. In primis, quid hic Roma. circa pri-
mā ſcriptū reliqt, ſuprà memorauimus: amplius
igitur nō repeto. Bal.verò.in dicta.l.item Mela.
§.ſed ſi ſeruum plures.ff.ad.l. Aquil.aliter à Ro-
ma.diſtinguit. Aut,inquit,dubium eſt circa deli-
ctum an cōmiſſum ſit: & prius de delicto conſta
re debet an commiſſum fuerit.§.illud.ſuprà ea.l.
illhic dictū eſt. Hic primus articulus de indubita
16 bili eſt. † Si verò conſtat delictū eſſe cōmiſſum
ab vno ex pluribus, ſed ignoratur à quo factum
ſit,neque ſpecificè contra aliquem probatur:ab-
ſoluuntur omnes.l. denūciaſſe.§. quæritur.ff.ad
l.Iul.de adulter.Illa.l.non multùm cōuenit,quo
niam in ea quærebatur,an cōmiſſum eſſet adulte
rium. Et vbi contra adulterum nihil probatum
erit,ambo, videlicet adulter & adultera abſoluū
tur,per rationem præcedentem. Sed quæſtio ſeu
thema in hoc articulo eſt,quando certum eſt cō-
miſſum eſſe delictum, perſona autem delinquēs
ignoratur:et dicit omnes abſolui debere.l.abſen
tem.ff. de pœnis. ne propter ignorantiam inno-
cens pro nocente puniatur, vt e veſtigio dicetur.
In eadem opinione fuit Din.in dicto.c. in obſcu
ris.de regulis iuris.in.vj.dicit enim, ſi certum eſt
delictum , ſed à quo commiſſum ſit , ignoratur,
ſequemur quod minimum eſt, per illam regulā.
Sed minus eſt abſoluere.l.abſentem.ff.de pœnis
igitur &c. Felinus autem in.c.ſignificaſti.ij.dicit
in hoc ſecundo articulo gloſ. iuris ciuilis eſſe
contrarias, videlicet gloſ. in dicta. l. item Mela.
§.ſed ſi ſeruum plures.in verbo,plures. & in ver
bo,Iulianus ait. ff. ad legem Aquiliam. & gloſſa
in dicta.l. finali. ff. ad legem Corneliam de ſica.
Sed

Sed Angelus in dicta.l.finali.dicit gloſ.non eſſe
contrarias, ſed diuerſas tantùm. Nam gloſſa di-
ctæ.l.item Mela,ſecundum eundem Ang. intel-
17 ligi debet. † quãdo vno ictu tantùm aliquis per-
cuſſus eſt,& ex eo mortuus eſt. nec ſciri poteſt à
quo eorum,qui delicto aderant, commiſſum ſit:
Et omnes abſolui debent,dicta.l.abſentem.ff.de
pœn.Glo.verò dictæ.l.fi.ff.ad.l. Corne.de ſica.
intelligenda eſt quando ab omnibus percuſſus
eſt, ſed cuius ictu perierit; neſcitur: & iſto caſu
omnes puniri debent. hec eadem fuit Archidia.
diſtinctio.in.c.fina.xxiij.q.viij. dixit enim, ſi ab
vno tantùm ex pluribus crimen commiſſum eſt,
nec ſciri poteſt quis deliquerit:& procedat dicta
l.abſentem. Siverò omnes deliquerunt, ſed non
æqualiter,ſciri autem non poteſt cuius ictu perie
rit: & omnes de occiſo tenebuntur, dicta.l.item
Mela.§. ſed ſi ſeruum plures.ff.ad.l.Aquil. Imò
plus,Inquiebat Mela.ſecundum eundem, etiam
ſi non appareat cuius ictu perierit: quia in ali-
quo eorum demonſtratur occidendi voluntatẽ
fuiſſe,ex quo ad actum proceſſum eſt, argumen-
to.l.j.ff.ad.l.Corne.de ſica.§.item lex Cornelia.
18 Inſti.de publi.iud. † dicens ob id omnes irregu
lares fieri neq; ad ordines promoueri poſſe.c.ſi
quis poſt.l.diſtinct. Sed Archidia.huic opi.non
multùm inſiſtit propter autoritatem gloſſ. in.c.
nolite excedere.xj.q.iij.quam glo.Feli.in dicto.
c.ſignificaſti.ij. colum.iiij.extra de homici. dicit
à nemine allegatam eſſe.ſed eam vltra Archidia.
alleg.Ioan.Andre.in dicto.c. ſignificaſti. ſimili-
ter & gloſſ.in.c.quieſcamus.xlij.diſtinct. in qua
Feli.in eodem. c. præcipuum fundamentum in
hac re fecerat.dicit enim illa gloſ. illum text.eſſe
in argumentum,ſi vnus interfectus eſt ab vno ex
pluribus,& dubitatur à quo:ratione dubitatio-
nis omnes promoueri debere, per rationẽ illius
literæ, ne forte eradicantes zizania eradicemus
& triticum.quæ ſunt verba domini noſtri Ieſu in
Euangelio Matthæi. ſcripta. xiij.c.Similiter ne
19 propter nocentẽ patiantur innocentes: † quum
ſanctius ſit nocentem impunitum dimittere, di-
cta.l.abſentẽ.&.c. ſacris.extra de ſepultur. cum
qua tranſiuit illic Archidia. Licet Brixienſis in
ſua diſputatione incipiente,venerabilis,ſecundũ
eum alterius fuerit opi. melius eſſe omnes non
promoueri, per dictũ.c.ſignificaſti. extra de ho-
mici. vbi Inno. ſimiliter in eadem ſententia fuit
in gloſſ.ſua.in verbo,& certa.per illum text.qui
vult tutius eſſe,ſi tales à promotione & ſacerdo-
tali officio abſtineant.Sequitur Hoſtien. Alleg.
tex.extrauagan.Grego.quæ incipiebat,nullum.
de tempore ordinan. Nec poteſt mouere gloſſ.
in dicto.c.nolite. quoniam loquitur in caſu quo
vnus ſolus inuenitur percuſſiſſe,ſed non vbi oẽs
percuſſerunt,licet vnus tantùm letaliter percuſſe
rit,ſed ignoratur à quo letale vulnus ictum ſit,
in quo caſu Mela loquitur. Et Ioan. Andr. ad id
alleg.glo.in dicto.c.quieſcamus.xlij. diſtinc.Et
in dicto.c.nolite.xj.q.iij.Sed nec iſta conſidera-
tio bona eſt.Ob id alia ratione.Brixiẽ. vt refert
20 Anto.de Butr.poſt Ioã.And. † dixit tutius eſſe
omnes abſtinere à promotione. ꝙ homicidam
promoueri, quoniam ſi abſoluerentur omnes
illa occaſione omnes promoueri deſiderarent.
Inde contingeret homicidam ad ſacros ordines
promoueri: quod indignum eſſet. c. petitio. ex-
tra de homici. Secundò, in dubio ea Ratio quæ
Religioni ſeu animæ fauet, potius amplectenda
eſt.l.ſunt perſonæ.in fi.ff.de religi.& ſumpti.fu-
nerum.c.de his.l.diſtin. & dicto.c. petitio. &.c.
hoc ipſum. xxxiij.q.ij. Quum in his bonum eſt
timere culpam,vbi non eſt. c.ad eius. in fi.v.di-
ſtin.c.illud.extra de cleri.excommunica. miniſt.
Et idem Archidia.notat in dicto.c.fina. xxiij.q:
viij.referens Ray.dicere omnes vt irregulares re
pellendos,tam ex parte iniuriantium ꝙ iniuriam
patientium, ſi vtrinq; arma mota fuerint, per.c.
præſentium.extra de cleri.percuſ.c. ſi quis poſt.
lj.diſtinct.tamen ipſe idem Archidia. iu hoc vlti
mo articulo,vim inferentes à vim patientibus di-
21 ſtinxit, † vt qui vim patiuntur cum diſpenſatio-
ne promoueantur,& in ſuſceptis tolerentur, dũ
tamen conſtet eos non percuſſiſſe.c.ij.& fi.extra
de cleri.percuſ.In inferente vim, ſecus eſſe dicit.
c.quocunq;, xxiij.q.viij.& argu.c.porro.xvj.q.
iij.& in dicto.c.fina.xxiij.q.viij.in verbo,impu-
gnabant, et hoc cõiter approbatur poſt Innocẽ.
& hoſti.in dicto.c.petitio. extra de homicidi.&
in.c.quum olim.extra de reſtitu. ſpolia. Et Ar-
chidia. in.c. ſi. xxxvj. diſtinctio.aliam differen-
tiam facit inter percutientem in bello iuſto,& ſe
defendendo tantùm & ad vindictam offenden-
tem occidendo. hoc dicit poſt Gofri. in ſumma
de homicid.per dictum.c. de his.l.diſtinctio. In
caſu autem premiſſæ diſtinctionis Ioannes An-
dræas aliter cenſuit,vt ſi de culpa omnium appa
ret, licet vnus ſolus occiderit, ſed ex cuius ictu
occiſus fuerit, non conſtaret, omnes vult repel-
li poſſe.Si verò de nullius culpa ſingulariter cõ-
ſtat, omnes admittendos eſſe ait.c. cupientes.§.
cæterum.in gloſſ.in verbo, ſi hoc. de electio. in
vj. Cum Ioanne Andrea, Antonius de Butrio
in dicto capitulo ſignificaſti.ij. pertranſit, & di-
cta per Ioannẽ Andreã omnino trãſſcribit An-
tonius, vno per eum addito in expeditione glo.
in verbo, diſcerni. in quo hoc modo diſtinxit dñ
22 glo.in illo.c.dicit, † dato animo occidendi vul-
nerantem & occidentem non pariter puniri, di-
cta.l.item Mela.&.l.huic ſcripturæ &.l. ita vul-
neratus. ff.ad.l. Aquiliam. vt intelligatur ſi vul-
neratus occidendi animum non habet, & diſcer-
ni poteſt quis vulnerauit ab eo qui occidit, & in
hoc ius canonicum à ciuili non differre ait. vul-
nerans enim de vulnerato tantùm, occidens de
occiſo tenebitur, dicta.l.Itẽ Mela. §.j. &.l. huic
ſcripturæ.& dicto.c.ſignificaſti. in prin. Si verò
diſcerni poteſt, licet vterq; animum occidendi

habeat:& differt ius canonicum à ciuili,ſecundũ
eum. Nam de iure ciuili de vulnere tantum tene-
bitur vulnerans, non autem de occiſo, dicta.l.
huic ſcripturæ &.l.ita vulneratus. de iure cano-
nico ſecus ſecundum gloſſ. in dicto.c.ſi. xxiij.q.
viij. quæ alleg. text.in.c. præſentium. &.c.con-
ſcientia. extra de cleri.percuſ.c. ſi quis poſt.l.di-
ſtinc.ſed illam gloſ. Anto. verum dicere ait, ſi de
pecuniaria pœna agatur,quum lex aquilia dam-
num & intereſſe tantum conſideret non autem
animum:& punitur tãtum de vulnere. Siverò de
temporali pœna agatur ſeu pœnitentiæ ſiue irre
gularitatis, vel de peccato: & omnes tenentur,
23 dicto capitulo ſignificaſti. † quantum autem ad
pœnam corporalem de iure ciuili imponendam,
remittit ſe Anto.ad diſtinct. Bart. in dicta.l.fina.
ff.ad.l. Corne. de ſicarijs. vbi verò non conſtat
cuius ictu quis percuſſus ſit: & dicit ius ciuile cũ
canonico conuenire, vt omnes puniantur, dicta
l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum plures. ff.ad.l. Aqui
liam. dicto.c.ſignificaſti. extra de homicid. &.c.
fina. xxiij.q.viij.ſed circa eius diſtinctionem vide
Archidia. in dicto capitulo finali.xxxvj. diſtinc.
Comperio Ang. in dicta.l.fin. ff.ad.l. Corne. de
ſica. aliter diſtinxiſſe. Dixit enim, ſi vnicum vul-
nus apparet poteſt vnus de homicidio inquiri,
cæteri vero de auxilio: quod multis modis præ-
ſtari poteſt. l.furti.§.ope. &.l.is qui opem. ff.de
fur.l.j.ff.ad.l.iul. maieſ. Si non apparet percuſ-
ſor:& refert aut ex vi ſtatuti diuerſa pœna homi
cidæ & pèrcuſſoribus imponitur, vti etiam eſt de
iure ciuili, dicta.l.ita vulneratus. &.l. huic ſcri-
24 pturæ.ff.ad.l. Aquil. † quum deficiat probatio,
deficit etiam iuris miniſterium.l. duo ſunt Titij.
ff.de teſtamen.tutela. Ob id dicit nõ videre quo-
modo ſalua conſciẽtia remediũ dari poteſt, quo-
minus abſolui nõ debeãt, licet ſecũdũ eũ .ię iudi
ces maleficiorũ vnũ de homicidio, cæteros vero
de fauore & auxilio puniant. argumẽto.l.quo-
niam multa facinora. C. ad.l.iul. de vi publicia.
Bald. in dicta.l. item Mela.§.ſed ſi ſeruũ plures
ff.ad.l. Aquil. vnum prioribus diſtinctionibus
addebat ex mente Dini in dicta regula, in obſcu
ris.de regul.iur.in.vj. Si videlicet dubium circa
criminis qualitatem verſetur,& non præſumitur
crimẽ niſi probetur.l.ſi præſes. ff.de pœn.l.quo
ties.§.qui dolum.ff.de probatio.c. licet cauſam.
vbi gloſ.in verbo, aſtrinxit. & poſt eam copioſe
Feli.in.xviij.colun.& ſeq.extra de probatio.eũ-
dem in.c.quum ordinem. extra de reſcript. hoc
etiam notauit Archidia.in dicto.c.fi.xxiij.q.viij.
Cin.& Bal.in.l.ij.C.de probatio.præſertim hoc
dicit procedere Bal.in dicta.l.item Mela.in deli-
licto iterabili.c.abbate. de re iudi.in. vj. Tamen
ſecundum eundem Bal.alij, vt Bartol.in dicta.l.
denunciaſſe.ff.ad.l.iuliam de adulter. voluit eos
de ſimplici facto condemnari debere.l. prætor.
§.docere.ff.vi bono. rapto. Aliam deinde &.ij.
diſtinctionẽ tradit Bal.quam non repeto, quum
vnicuiq; pateat, quæ non videtur differre à prio-
25 ribus, † dum diſtinguit incertitudinem ab effe-
ctu procedentẽ: ex parte agẽtis ab ea quæ vel ex
parte patientis contingit: vel quum dubiũ eſt de
qualitate perſonæ vel aliàs de mente dubitatur
verũ in hoc vltimo dicit contra delinquentẽ præ
ſumptionem eſſe, quum factum naturaliter, quia
malum, eſt prohibitum.l.prima.§. diuus.ff. ad.l.
Corne. de ſicarijs. &.l.prima. C. eodem.l.vt vim.
ff.de inſtitu.& iure. Et quod Barto. notat in.l.ſi
eum exceptione. ff.quod met.cauſa. dixi aliquid
in.§.item illud. ſuprà ea.l. Dictum autem à Bal.
de qualitate pulchrè declarat idem Baldus poſt
Ricardum Malumbram in.l.nam ſalutem. ff.de
offi.præfec.vigil. in qua Baldus pro diffinitione
huius articuli q̃ſtionẽ facit, quã ſecũdo loco Ro
ma.hic examinauit, ſi villa ex vi ſtatuti puniatur
ſi homicidam in ſuo territorio nõ apprehendat.
Prius tamen q̃ hanc ſecundam Roma. quæſtio-
nem abſoluam. nolo Floria. diſtinctionem per
eum poſitam in dicta.l. item Mela. §. ſed ſi ſer-
uũ plures. prætermittere: In qua Flo. tres diuer-
ſas opi. refert. Prima eſt quam hic Roma. affir-
mat,& eam hiſdem argumentis quibus hic Ro-
ma. Flori. recẽſet. Ob id dicta per eum non repe
to. Alia & ſecunda eſt vt teneantur omnes. quam
idem Flori. amplectitur. Primò, per dictam.l.ita
vulneratus. ff.ad.l. Aquil. Secundò, eſt dicta.l.j.
§.ſi.cum.l.ſeq. ff.de his qui deie. vel effuder. Cui
26 plura roma. hic addit, vt ſuprà viſum eſt. † Ter-
tiò ſi non punirentur, delictũ alioquin impunitũ
remaneret, contra dictã.l.ita vulneratus. c.vt fa-
mem. extra de ſentẽ.excommuni. huic reſpondet
glo.& ſequitur Roma. vt prius dictũ eſt, melius
eſſe nocentem impunitũ eſſe, q̃ innocentes puni
ri, dicta.l.abſentem. ff.de pœ. Quartò. Lex de fa
cili circunueniretur: quod recipiendũ non eſt, vt
malicijs hominum occurratur. l.ij. C. de iudi.vi-
dui.tollen.l.in fundo. ff.de rei vendi. huic ſimili-
ter reſpondetur grauius eſſe innocẽtem punire,
q̃ nocẽtẽ in dubio abſoluere. Secundò. Ratione
cõnexitatis ꝑmittiĩ quod aliàs nõ ꝑmitteref.l.ſi
is qui duos. ff.de liber.lega.l.liberis. ff.de liber.
cauſa.l. ſi cõmunẽ. ff.cõ ia ꝓdio. Et ob id Mari.
Sozi.in.c.ij.in. vij.fallen. extra de mutu. petitio.
Cuius dictũp̱ multa ampliat Fel.in.c.placuit.iiij.
27 col. circa fi. extra de ꝑſcriptio. † Si laicus ſimul
cũ clerico vnũ delictũ cõmiſerint: propter crimi
nis cõnexitatẽ,& ne variæ ſequãtur ſentẽtiæ tra-
heĩ laicus beneficio clerici ad iudicẽ eccleſiaſticũ
per.c.ꝑ tuas. extra de ar. Cui adde.l.tã collatori-
bus.§.qm̃. C.de re mili. lib.xij. hoc tñ nõ obſer-
uat praxis.& reſpondeĩ, quæ dei, deo: quæ Cæſa
ris ſunt, Cæſari.c.cõuenior.xxiij. q. viij. Secũdò
nõ cõſideratur ſi diuerſa ſequãt iudicia: quia nõ
poſſent aliter iudicia eſſe niſi differẽtia. Eccleſia
enim cultrũ nõ habet vt ſæuiat.c. ſentẽtiã ſangui
nis, extra ne cle. vel mona. Imꝑator verò gladio
vltore premit.c.ſolitæ. extra de maio.et obediẽ.
c.poſtulaſti.

c.poſtulaſti.extra de homicid. l.iij.C. de epiſco.
audien.Quintò,inquit Floria. quilibet cultrum
habens faciliter viſa iudicis familia ipſum dimit-
teret vt pœnam euitaret: ſed non illi ad noxiā im
putandum eſt qui animam ſuam redimere cupit:
l.tranſigere.C. de tranſac.l.j.ff.de bo.eorū qui.
ante ſenten.mor.ſibi cōſci.Alia & Tertia eſt ſen
tentia dicentium ſecundum Flori.vnum tantùm
puniendum eſſe,& iudici locum eſſe gratificatio
ni,argumēto.l.fi.ff.de reli.& ſumpti. funer.l.iij.
§.ſi cum omnes.infrà eo.Sed hæc opi.ſine ratiōe
eſt.quid enim ſi innocētem eligeret:duplex pec-
28 catum eſſet.† Primò,quia ſanguinem innocentē
puniret,vt dictum eſt dicta.l.abſentem.Secūdò,
in mala electione iudex peccaret,in quo litem fa
ceret.l.ſi filiusfamiliàs.ff.de iudic. in his verbis,
ſi euidens eius arguatur gratia.Plura dicam in di
cto.§.ſi quum omnes.& argumento.l.ſi quis pe
cuniam.in princip.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.in
his verbis,quamuis non accepta pecunia ſed ni-
mia gratia collata,dicta.l.denunciaſſe.§.quærit.
ff.ad legem Iuliam de adulter. in his verbis, ſed
aget cauſam ſuā vt fortaſsis & obtinere vel gra-
tia vel iuſtitia vel legis auxilio poſsit. iuncto ver
ſic.ſeq.in his verbis, mulier verò religioſum iu-
dicem ſortita pudicitiam defendat.Secundò,ob-
ſtat dicta.l.ita vulneratus.verſic. quod ſi quis.in
his verbis,cogitet longè abſurdius conſtitui neu
trum lege Aquilia teneri,aut alterū potius.Nota
hæc verba,aut alterum potius.quomodo electio
iudici dari non debet vtrum velit punire.dum in
fine eiuſdē dicitur,nec facilè conſtitui poſſe vter
potius lege Aquilia teneatur Bart. verò in dicta
l.fi.ff.ad.l. Cor.de ſica.plenius poſt Cinum in.l.
quoniam multa facinora.C. ad legem Iuliam.de
vi publi.diſtinguit,quam de iure verā eſſe dicit:
29 quoniam † ius occidentis animum conſiderat.l.
j.§.diuus.ff.ad legem Corneliam.de ſica.ſed ſta-
tutum effectum tantum.Cæterùm comperio Ci-
num feciſſe differentiā inter homicidium ex pro-
poſito & ex non propoſito. veluti in rixa factū:
vt ſi ex propoſito factum fuerit:intelligatur glo.
dictæ.l.fi.ff.ad legem Corneliam.de ſica. ſi non
ex propoſito:procedat gloſ.dictæ.l.item Mela.
§.j.in verbo,plures.ff.ad legē Aquiliam. Sed ſi
non apparer cuius ictu occiſus ſit:omnes à pœna
legis Corneliæ abſolui debent,eo quòd lex Cor
nelia dolum expectat.l.lege Cornelia.ff.ad legē
Corneliam.de ſica.aliter eſt in lege Aquilia: quū
lex Aquilia etiam leuiſsimam culpam cōſiderat:
ideo omnes punit,dicta.l.item Mela.§.j. Et quā
uis Bartolus eam ſequatur, non tamen videtur
cōuenire.Nam quæſtio noſtra eſt,quomodo ho
micidium factū eſſe præſumatur : an ex propoſi-
to,an ex non propoſito.Demum Bart.inquit,in
ſtatutis,quæ factum tātum deſiderant, aliter eſſe
30 diſtingendum. † Aut enim, ſecundum eundem,
plures percutiunt,ſed qui vulnus letale intulit,il
le eſt qui primò percuſsit. Cæteri verò qui nō le
taliter vulnerauerunt,poſt illatum letale vulnus
percuſſerūt.Et iſto caſu omnes de homicidio pu
nientur.l.qua actione.§.ſed et ſi quis ſeruū ægro
tum.ff.ad legem Aquiliam.ecōtrariò ſi vulnus le
tale fuerit poſt priora illatum:& is tātum,qui le-
taliter percuſsit,punietur.l. ita vulneratus.ff. ad
legem Aquiliam.Et hoc modo, ſecundum eun-
dem,intelligatur dicta.l. item Mela.§.ſed ſi plu-
res.ff.ad.l.Aquiliam.Fatetur tamen Barto. eos,
ꝙ primò ꝑcuſſerunt,poſſe de auxilio aut ope ſeu
fauore præſtito puniri, quaſi de aſsiſtentia homi
cidio facta.l.in actione.§.ope.ff.de fur. Secūdò,
alio capite puniri poſſe,ſecūdum eundem, quaſi
omnes ad id homicidium committendum aduna
ti fuerint.l.iij.ff.ad.l. Iuliam de vi priua. Sufficit
enim ſi vnus tantum ad id ſit coadunatus.l.ij.§.
ſed & ſi vnus. ff. vi bonorū raptorum. hæc ſunt
Bart. verba.

In hoc primo articulo exiſtimo.Barto.diligē-
ter parum leges per eum alleg.conſideraſſe.Ad-
mitto tamen quod idem Barto.adaptauerit ſtatu
ta punientia factum, non conſiderato aliter ani-
31 mo cōmittentis, † legi Aquiliæ, quæ nō animū
ſed factum ſolum attendit.l.ij.&.l.ſed & ſi quē-
cunque.&.l.ita vulneratus. & omnibus penè le-
gibus illius titu.ff. ad legem Aquiliam. In reli-
quis verò non puto verum dicere Barto. Non
enim ratio, an vulnera non mortalia letale vul-
nus præceſſerunt,an verò ſecuta ſint,in conſide-
ratione eſt:Sed ſolū ea videlicet, an vulnera præ
cedentia vel etiam ſubſequentia mortiferum vul
nus mortē letaliter vulnerati accelerauerūt:et eo
caſu omnes de occiſo teneant̃, quaſi omnes mor
ti occaſionem dederint,dicta.l.ita vulneratus.in
verſi.quod ſi quis abſurdè.iuncta glo.ff. ad legē
Aquil.ſi autē mortē letaliter vulnerati quocūq;
tempore illata non maturauerint, de vulnerato
non autem de occiſo tales vulnerantes puniant̃,
quāuis plures vulnerauerint. Et ſic vniuſcuiuſq;
ictus cōſiderabitur.Et quod hæc vera ſit plebi-
ſciti legis Aquiliæ mēs,volo te notare præcipuè
dictam.l.ita vulneratus.in capite eiuſdem. in his
32 verbis, † reſpondi,occidiſſe videtur vulgo qui-
dem, qui mortis cauſam quolibet mō præbuit.
Expreſsius probatur in.§.rurſus.verſ.igitur. ea-
dem.l.dum inquit,igitur ſi quis ſeruo mortiferū
vulnus inflixerit,eūdemq; alius ex interuallo ita
percuſſerit vt maturius interficeretur ꝙ ex prio-
re vulnere moriturus fuerat: ſtatuēdū eſt,vtrūq;
eorum lege Aquilia teneri. Et ſic omnes de occi
ſo tenentur, tam is qui letaliter primò percuſsit
(quia certum erat ex vulnere moriturum) ꝙ is
qui mortem letaliter vulnerati accelerauit,Secū-
dò,à contrario ſenſu,ſi is,qui ſecundò percuſsit,
mortem non accelerauit:de occiſo non tenebit̃,
ſed de vulnerato tantùm.dum dicitur in illa.l. &
vt maturius interficeretur.Et in verſi. ſeq.dicit̃,
qui quum à pluribus idem ſeruus ita vulneratus
eſſet,vt nō apparerer cuius ictu perijſſet:omēs le-

ge Aquilia teneri iudicauerunt. In quo verſi. re-
fert aliud thema, vt facilius videat̃ in priore de-
33 ciſione conuenientia. † Et ſi forſan diceret quiſ-
piã, hæc verba, cuius ictu perierit. in hoc ſic de-
bere interpretari, quoniam forſitã omnia vulne-
ra mortifera ſint, vel ſingulariter conſiderata per
ſe non erant letalia, tamen ſimul coniuncta mor-
tis cauſam præbuerunt. Certè in illo tex. non cõ
ueniret vbi non letalia vulnera mortem non ma-
turaſſent: ſed ſi ſecunda vulnera icta ſunt, vt ma-
turius mors ſequeret̃: & procedit ille tex. in ver.
quod ſi quis abſurde. Dum inquit, cogitet lõgè
abſurdius conſtitui neutrum lege Aquilia tene-
ri, aut alterum potius. Similiter & ratio illius le-
gis quæ mox ſequitur, quũ neque impunita eſſe
maleficia oporteat. Idem in. l. huic ſcripturæ. ff.
eo. In his verbis, vel alio ictu maturius perierit,
quibus coniunge rationem legis, dum inquit, at
in ſuperiore non eſt paſſa ruina apparere an ſit
34 occiſus. † Vbi igitur appareret eum æquè mori-
turum ex priore vulnere, nõ de vulnerato ſed de
occiſo primus & non ſecundus vulnerans tenere
tur. Vbi verò nõ appareret eum æquè moriturũ
ex vulneribus primò illatis: de vulnerato, non
autem de occiſo teneretur primò vulnerans, vt
inquit ille tex. in his verbis, de occiſo agi nõ poſ
ſe, ſed quaſi de vulnerato. & ſic vbi priora vel
poſteriora vulnera non maturauerunt mortem,
licet aliqua fortè mortifera eſſent ex illis, de vul-
nerato, nõ autem de occiſo. Alioquin illa. l. huic
ſcripturæ. in verſic. ſi ſeruus. apertè diſtinctioni
Bar. cõtradiceret. Nam in illa. l. is qui primò vul
nerauerat, mortiferè vulnerauerat, & tamen non
de occiſo, ſed quaſi de vulnerato tantùm condẽ-
nat illa ratione, quia non eſt paſſus ſecundò, vul-
nerans videre exitũ vulneris primi. Similiter op-
poſitum probaret dicta. l. ita vulneratus. in prin.
35 in his verbis, † ſed lege Aquilia is demum teneri
viſus eſt qui adhibita vi & quaſi manu cauſam
mortis præbuiſſet: tracta videlicet interpretatio-
ne vocis à cædendo & à cæde quæſtio ſeu thema
illius legis erat de ſeruo ita vulnerato, vt ex ictu
certum erat eum moriturũ, deinde medio tempo
re ab alio ictus deceſsit: an cum vtroq; de occiſo
lege Aquilia agi poſsit. Reſpõdit, vulgo æſtima
ri vtrunq; mortis cauſam præbuiſſe, ſed tantum
eum ſolum videri lege Aquilia teneri. qui vi &
quaſi manu cauſam mortis præbuit, ſiuè primus
ſiuè ſecundus ſit qui mortis cauſam præbuit. Et
tamẽ in verſi. igitur. dixit vtrunque de occiſo te-
neri. Ratio illius. l. eſt, quoniam primus occidit,
quia omnino certũ erat ex illo vulnere moritu-
rum eſſe, ſecundus etiam de occiſo tenetur, quia
vitam maturius terminauit. pluribus eñ diebus.
vixiſſe potuiſſet: ob id ex ea mortis acceleratiõe
de occiſo teneatur, Hoc etiã iureconſultus aper-
36 tius oſtendit in eadem. l. verſi. æſtimatio. † ſi eñ
maturata non fuiſſet mors ſerui hæredis inſtitu-
ti, potuiſſet hæreditatem ſibi delatam iuſſu domi
ni adire priuſquam moreretur. Ob id ſecundò
percutiens in damni æſtimatione tenetur ad æſti
mationem hæreditatis, non autem primò vulne-
rans, licet ex morte certum fuiſſet ſeruũ decede-
re. Ex his vides in lege Aquilia cõſiderari an ex
prioribus vulneribus an poſterioribus mors ſit
accelerata, non facta differentia, an prius vulnus
ſeu poſterius mortiferum ſit. in. l. huic ſcripturæ.
probatur de vulnere mortifero primò dato, ſed
non omnino apparẽte, an ex eo vulneratus re ve
ra deceſsiſſet: ob id quaſi de vulnerato, non au-
tem de occiſo primò percutientẽ teneri vult. e cõ
uerſo igitur, ſi certũ fuiſſet ex vulnere poſſe dece
dere: de occiſo, non de vulnerato tantùm tenere
tur, dicta. l. ita vulneratus. in princi. & verſic. igi-
tur. in quo clarè probatur conſiderari debere, an
poſteriora vulnera mortem accelerare poſſunt.
dum dicit̃ in illo text. alius ex interuallo ita per-
cuſſerit, vt maturius interficeretur. de occiſo nõ
tenebitur, ſed tantum de vulnerato. Et ita intelli
gitur dicta. l. actione. §. ſed & ſi quis ſeruũ ægro-
tum. & dicta. l. item Mela. verſic. Celſus. & dicta
l. huic ſcripturæ. verſ. at in ſuperiore. ff. ad legem
37 Aquil. † dum inquit ille tex. non eſt paſſa ruina,
apparere an ſit occiſus, niſi ſuper vulnere dubiũ
ſequi poſſet, an ex eo mors futura eſſet, & ægro-
tum ex priore vulnere percuſsit mortẽ eius acce
lerando: qui licet ita percuſsit, non vt maturius
interficeretur: quia percutiẽdo mortiferè vulne-
ratum, in culpa eſt. Et quia non eſt paſſus vt ap-
pareret an eſſet occiſus, ideo ille ſolus de occiſo,
non autẽ primus percutiens tenetur, dicta. l. huic
ſcripturæ. verſicu. ſi ſeruus. in his verbis, vel alio
ictu maturius perierit. Et ratio eſt ex illo tex. pro
pter dubium euentum vulneris licet mortiferi.
Nec obſtat ſi dixeris ex illo text. probari in ver-
bo, leuiter percuſſerit, vt percutiens non eo ani-
mo percutiebat vt interficeret. dico hoc non cõ-
cludere, duplici ratione. Prima, quia lex Aquilia
factum, non animum conſiderat, vt ſuprà dictũ
38 eſt. † Secundò ex eo quod ægrotũ percuſsit, de-
buit percutiens, qui in culpa eſt, ægrotum percu
tiendo, euentum cogitare, aut ſaltẽ dubitare. Et
ratio in illo. §. ſi quis ſeruum ægrotum. eſt, quia
aliud alij mortiferum eſſe ſolet. Ex eo eñ quod
ægrotus ſeruus erat, exiſtimare debuit facilius
mortẽ poſſe contingere. Ob id in culpa eſt, pro-
pter quam lex in dubio contra eum, qui ex inter-
uallo vulneratum percutit, præſumit ad id vulne
raſſe vt maturius interficiat. ſed cõtra hanc præ-
ſumptionem poteſt in contrarium probari, argu
mento dictæ. l. huic ſcripturæ. verſi. at is qui in ſu
periore. Et ideo dicit Bal. ſolet vulneris euentus
expectari, an inde mors ſequet̃ vel aliũde. Et ob
39 id Do. Odo de Odis poteſtas Floren. † vix eui
tare potuit mortem, licet habita medicorum rela
tione hominem ad mortem vulneratum intelle-
xiſſet, Eo quod non expectata aliter vulnerati
morte vltimo ſupplicio vulneratũ damnauit. In
quo

quo vide Bald.in.c.j.quib. modis.ſeud. amitta. colla.x. Et idem repetit Bal.in.l.damni infecti.§. Sabini. per illum text.ff.de dam.infec. Dic, licet poſſet probari ex primovulnere potuiſſe decedere:non habenda erit ratio illius defenſionis, per illum tex.quoniam probabile dubium de morte erat.ſed vbi omnino certum eſſet moriturum:clarum eſt vtrunque vulnerantem reum homicidij eſſe,dicta.l.ita vulneratus.§.igitur. Et idem ſentit Marti.Lauden.in dicto.ca.j.quib.mod feud. amitta. Et illhic ſequitur Cardi.Alexan. Nec poteſt illa.l.qua actiõe.§.ſed & ſi quis ſeruum,adaptari dicto Bart.dum illum text.dicit debere intelligi quando plures percuſſerunt, & primus letaliter vulnerauerit,alij verò nõ:vt om̃es de occiſo teneantur duplici ratione. Prima quoniam ille text. non loquitur ſimpliciter de percutiente ægrotum ex vulnere,ſed de percutiente ægrotũ. quocũq; morbo ægrotus teneretur: vt eum percutiens etiam leuiter de occiſo teneatur, quia aliud alij mortiferum eſſe ſolet. Secundò,eſſet caſus contra Bart.vt is qui leuiter percuſsit de occiſo teneretur:letaliter autem vulnerans,non. & ſic non omnes de occiſo tenebuntur, ſed ſecũdò percutiens tantum, qui tamen letaliter non percuſsit,dicta.l.huic ſcripturæ. quæ bene admittit exemplum : quia duo fuerunt vulnerãtes in caſu illius.l.Primus qui mortiferè percuſsit. Secũdus qui leuiter percuſsit,& ex vulnere percuſſus deceſsit.ſed in parte deciſa omnino Barto. contradicit:quia vltimo percutientem lege Aquilia de occiſo condemnat. Primum non de occiſo, ſed quaſi de vulnerato. Quod autem Barto.dixit de aſsiſtentia ſeu auxilio,dicam infrà,

Sed iſta procedere puto vbi ex interuallo vul
40 nera icta ſunt: † quæſtio autem noſtra eſt quando eodem tempore & loco non diuertendo vulnera à pluribus illata ſunt:an om̃es de occiſo puniri debeant. In qua Bart.in ſecundo ſuæ diſtinc. articulo dixit,vbi non poteſt apparere quis primò an ſecundò percuſſerit, neque apparere põt cuius ictu percuſſus deceſſerit,neque aliquod ex vulneribus per ſe letale eſt, ſed ſimul coniuncta ad mortem hominem trahunt:vt omnes de homicidio teneantur,dicta.l.item Mela.§. ſed ſi plures trabem.&.l.ita vulneratus. in fi.ff. ad legem Aquil.licet,inquit ille tex.ſubtili ratiõe dici poſſet,neminem de homicidio teneri,ſicut illhic dicitur de pluribus furibus qui trabem ſubtrahũt, quam vnus ſolus tollere non poſſet,nullus enim eorum per ſe dici poſſet trabem ſubſtuliſſe propter impoſsibilitatẽ:ſimiliter vnius vulnus mortis cauſam non præbuiſſet,ſed ſimul conſiderata letaliter offenderũt. Et iſte caſus eſt de indubitabili,quoniã verum eſt dicere omnes cauſam mortis præbuiſſe:non mirum,ſi dixerimus omnes de occiſo teneri.l.nihil intereſt.ff.ad legem Corneliam de ſica. Et melius in argumentum.l.illud.§.
41 fi.ff.ad legem Aquiliã.dum inquit, † ſi quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit tunc enim bona erit actio de occiſo. Et Barto.in l.ſi gemina.ff.arbo.fur.cæſar. Similiter ſi omnes vno impetu pluribus vulneribus aliũ perfodiũt: aduerſus omnes vna erit actio de occiſo:quia verum eſt dicere,omnescollectiuè, & nõ ſingulos cauſam morti dediſſe,dicta.l. item Mela.§.ſed ſi plures trabẽ. & dicta.l,ita vulneratus.§.fin.ff.ad legem Aquiliam.Idem dicit Barto.ſi plures percuſſerint, ſed ex pluribus vulneribus vnicum letale vulnus eſt,& neſcitur à quo ictum ſit:& dicit omnes teneri.l.ſi inter virum.&.l.ſed & in illo.ff.de rebus dub.dicta.l:item Mela.§.ſed ſi ſeruum plures.ff.ad legem Aquiliã. Et iſta fuit opi. glo.cum qua multi pertranſeunt,quorum ſuprà mentionem fecimus.Barto.autem in caſu ſtatuti puniẽtis ſolum homicidã,dicit Dinum in ea opi. fuiſſe in quodam ſuo conſilio,vt non teneanẽ de occiſo, per dictam.l.item Mela.§. ſed ſi plures. dum ille tex.omnes quaſi de occiſo teneri dicat. Igitur non de occiſo tenebũtur,quia re vera nõ
42 ociderũt omnes. † & dictio,quaſi.improprietatis ſit denotatiua.l. hoc colore.ff.de inoffi. teſta. Sed Barto.à Dino diſſentit,vt in illo tex.non ſit dictio,quaſi.denotatiua improprietatis ſedveritatis aſſertiua.Et ita dicit in ſecundò reſponſo illius verſi.probari.Ego puto Bar.conſiderare illum tex.qui paſsim in omnibus verſi.ea dictiõe, quaſi.vtitur,præſertim in capite eiuſdem.§.dum inquit, Et ſi quidem apparet cuius ictu perierit: ille,quaſi occiderit,tenetur. Nam in lege Aquilia & lege Cornelia ſi diſtingui poteſt ictus ꝑcutientis letaliter:ille ſolus aut Aquilia, ſi ea agaẽ, aut Cornelia tenebitur, qui mortiferè vulnera-
43 uit. † Nõ enim ex vulnere prohibetur lege Cornelia agere qui egit Aquilia.l.iij.C.de lege Aql. l.nunquam plura.ff.de priua.delic.Et cuius ictu vulneratus perijt,is de occiſo tenebiẽ,ſiue Aquilia ſiue lege Cornelia agatur:vt plenè patet in omnibus legibus prius allegatis,videlicet dicta.l. item Mela.&.l.huic ſcripturæ. &.l. ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam.Similiter in dicta.l.fi. ff.ad legẽ Corneliã de ſica.c. fi.xxiij.q.viij.ca.ſignificaſti ſecundò extra de homicid. Et tamẽ ille tex.vtitur in eo dictione,quaſi,& ſic expreſsiua erit veritatis, & non improprietatis demonſtratiua.Et in ordine cõſiliorum Din.de Migel. in meo volumine eſt. xlj.conſilium. vbi plura repetit in cõfirmationem ſuæ opinio. ſed ſi veritas illius.l.item Mela.verſi.Celſus.ff.ad legẽ Aquiliam, quam Dinus in præfato conſilio.xlj. pro ſpeciali aſylo ſumpſit, conſideretur : poteſt eius opi.ab impugnatione Barto.defendi. clarum eſt enim in themate Dini & iurecõſulti in illo.§.Celſus.vnum ſolũ mortiferè vulneraſſe, cæteros verò non:& ex eo letali vulnere,non ex alijs vulneribus mortuum eſſe.vnde illius.l. deciſio iniqua eſſe videatur,per rationem dictæ.l.abſentem. ff. de pœn.Et aliam rationem Dini in cõſilio præ-

44 dicto expreſſam,quæ eſt † incertitudinem etiam
in fauorabilibus contingentem actum nullum
oſtendere.l.in tempore.§.j.ff.de hæredi.inſtit. l..
ſi ſuerit.ff.de reb.dub.l.quum ex pluribus.ff.de
manumiſ.teſta.quanto magis in odioſis,ne inno
cẽtes homicidij pro ipſo homicida aut illius con
templatiõe puniantur. Et melius eſſet omnes de
vulnerato quàm de occiſo teneri:quia,vt inquit
Dinus,& verè,vnus tãtum eorum homicida eſt.
Nec obſtat ratio incertitudinis quæ facit contra
omnes præſumere,ne maleficia remaneant impu
nita,per dictam.l.ita vulneratus.§.ſi.ff.ad legem
Aquiliam.quoniam licet incertitudo in homine
ſit,non tamen in natura : ſed illa certitudo natu-
ræ magis ſpectari debet,quàm hominis incertitu
do, præſertim in fauorabilibus.l. hæc venditio.
ff.de contrahen.empti.l.quum quidem.§. ſuum.
ff.de acquir.hæredi.Secundò, ratio aſſumpta ex
illa.l.abſentem.eſt in iſto caſu concludens, quẽ-
admodum in eo caſu,quem glo.& omnes admit
45 tunt, † ſi vnus ex pluribus occiderit, & occiſus
vno vulnere tantùm percuſſus comperiatur, ſed
ignoratur percutiens:non omnes de occiſo tene
buntur, ſed nocens propter innocentes à pœna
excuſabitur,ne contingat ſanguinem innocentẽ
puniri : & ſanctius ſit nocentem impunitum di-
mittere quàm innocentem condemnare, per ra-
tionem glo.in dicta.l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum
plures.in verbo,plures.quæ ratio ſatisfacit argu
mento ſeu rationi dictæ.l. ita vulneratus. ne im-
punita delicta remaneant. Nam in hoc caſu ma-
gis expedit delictum non puniri, quàm propter
id,plura alia committantur ſæuiendo in ſangui-
nem iuſtum.Et ex duobus malis maius euitandũ
eſt.ſi ergo rei veritas eſt quod vnus tantùm occi
derit,cæteri verò non:quomõ admitti poteſt cõ-
tra veritatem vt vnus tanquam homicida punia-
tur, qui re vera homicida non eſt:quare dictio,
quaſi.in illo.§.Celſus.improprietatem & nõ ve-
46 ritatem affirmat, ſecundum ſui naturam. † Et in
hoc dubio periculoſum eſt à vera verbi natura.
& ſignificatione recedere.l.non aliter.ff. de leg.
iij.l.j.§.ſi plures.ff.de exerci.actio.l.vnica. ff. de
fonte.vbi Barto.& præſertim in pœnalibus.l.ſi
præſes.&.l.interpretatione.ff.de pœn. Neq; vl-
la poſſet alia ratio tradi in illo.§. Celſus. quàm
quòd oẽs homicidij participes ſunt, qui in eodẽ
homicidij actu & tempore fauorem & auxilium
præbuerunt,vel quòd occaſione vulnerum quã-
uis nõ letaliũ vita hominis letaliter vulnerati po
tuit ex illis vulneribus accelerari. Tertiò, ex eo
quod rei illicitæ operam dabant animoſiorẽ red
dendo percuſſorem,ſiue ante ſiue poſt,mortife-
rum vulnus illatum percuſſerint. Nã ſi ante per-
cuſſerunt:potuerunt letaliter vulnerantem con-
citare,vt quemadmodum eos percutiẽtes vidit,
vt & ipſe illis percuſsionibus motus non potens
forſan animum continere ad percutiendum indu
ctus mortiferè & abſq; animo fortè vulnerauit.
ſi poſt letale vulnus percuſſerint:potuerunt mor
tem accelerare ſeu re vera maturauerunt iacentẽ
percutiendo,dicta.l.qua actione.§.ſed & ſi quis
ſeruum ægrotum.ff.ad legem Aquiliã.vel,vt in-
quit.l.huic ſcripturæ.§.fi.ff.ad.l.Aquil.nõ pmi-
ſerũt vt appareret an ex priore vulnere decede-
ret.quæ videntur eſſe potiores ratiões illis à glo.
aſsignatis.vnde putarem Dinum in caſu ſuo re-
ctè conſuluiſſe rei veritate inſpecta : quam licet
iureconſultus in dicta.l.ita vulneratus. §.fi.ff.ad
legem Aquiliam.dicat ex ſubtili ratiõe iuris ad-
mittendam eſſe.Ego verò non ex legis ſubtilita-
te, ſed in rei ipſa veritate firmatam eſſe. quoniã,
vt dictũ eſt, iſta eſt veritas, vnũ ſolum occidiſſe
47 & † pœna delinquentes egredi non debeat.l.ſan
cimus.C.de pœnis.quomodo qui homicidæ nõ
ſunt, de homicidio puniendi ſunt,niſi ex nouiſsi
mis rationibus aliquis moueatur:prout & Ang.
meminit poſt Bart.in dicta.l.fi.ff.ad legem Cor.
de ſica.Quam conſiderationem habuit Innoc.in
c.ſignificaſti.ij.extra de homicid.dũ inquit,tales
ex negligẽtia ſua irregulares fieri, videlicet ſi qs
voluntatem occidendi habuerit, quamuis letali-
ter non percuſſerit.Sed & hi qui cum eo erãt plu
ribus vulneribus percuſſerũt, quibus percuſſus
mortuus eſt. Idem ſi non percuſsit, ſed aliquid
48 opis in mortem vulnerati ſeu occiſi tulit: † vt ſi
latronem tenuit vel acclamauit in mortem eius.
alioquin ſi non in mortem,ſed ad defenſionẽ ac-
clamauit, vt caperetur tantùm, non autem vt in
mortem eius aliquid fieret, quamuis aliquo leui
vulnere furem percuſſerit:niſi culpa aut eius ne-
gligentia homicidium inde ſecutum ſit,de præſti
to in necem eius auxilio non teneri. alioquin de
negligentia tenetur.c.hi qui.l.diſtinc.

Et poſt tot & tam varias ſententias difficile eſt
in his certum iudicium concludere. ſi tamen in
vnũ compoſitæ ſint,claræ erunt. Id autem quod
humanius erit, amplectar, diſtinguendo ciuiles
pœnas à canonicis.

49 Quantum eſt † ad ciuiles pœnas imponendas
puto differre legem Corneliam à lege Aquilia,
vt ſæpius memorauimus. Quoniam lex Corne-
lia non tantùm factum,ſed & percutientis ſeu oc
cidentis animum conſiderat.l.j. per totam penè
legem.ff.ad legem Corneliam. de ſica.l.j. &.l. is
qui cum telo.C.ad legem Corneliam de ſicarijs.
Et in ea animi cõiecturata interpretatione leges
variæ ſunt, ſecundũ quòd leges perſonas diſtin-
xerunt.ſimiliter & Senatuſcõſulta:quale eſt hoc
Senatuſconſultum Sillanianum & Claudianum.
l. Pompeia de parricidijs.l. Iulia maieſtatis, lex
Iulia de vi publica,lex Cornelia de iniurijs,& ſi-
miles.Secundò plebiſcitum legis Aquiliæ.vt in-
quit.l.j.ff.ad legem Aquiliam. quod à tribuno
plebis factũ eſſe illa lex cõmemorat: pariter edi-
ctum de his qui deiecerunt vel effuderunt.lex Iu
lia de vi priuata,edictũ de vi & vi armata,& edi-
ctum vi bonorum raptorũ, factum ipſum prin-
cipaliter

cipaliter reſpiciunt, ſecundariò verò animum:
quãuis in vtriſq; dolus à culpa diſtinguat̃: variè
tñ in eis dolus punitur ſilr & culpa.l. qui occidit
§.in hac.&.l.ſed & ſi quencunque. verſi. ſinautẽ
quum poſſet. & verſi.ſeq. & verſi.igitur.ff.ad le-
gem Aquilia. In his verbis, igitur iniuriã hic dã-
num accipiemus culpa datum, etiã ab eo qui no-
cere noluit. in lege Cornelia ſecus.l.in lege.&.l.
lege Cornelia. &.l.diuus.ff. ad legem Corneliã
de ſica. de his etiam.in.l. nunquam plura. ff. de
50 de priua.delic. † Dic igitur caſus diſtinguendos
eſſe vt intelligatur. quando percutientes de occi
ſo & quando de vulnerato tãtùm puniri debeãt.
Et id ſingularibus quæſtiõibus diffinire intẽdo.

Prima ſi plures in eodem cœnaculo erant &
vnus eorũ percuſſus vnico vulnere inuentus eſt,
quo non multò pòſt vel in inſtanti deceſsiſſe cõ-
pertum eſt: an omnes de occiſo tenebũtur, an ve-
rò excuſabũtur ab homicidio. In hoc dubio deci
ſio.l.fi.ff.ad.legem Corneliam. de ſicarijs ceſſat:
quoniã de eo tantùm loquitur qui pluribus vul-
neribus in rixa cõfoſſus eſt. Idem dico ad.l.item
Mela.§.j.&.§.Celſus.&.§.ſi plures. &.l.ita vul-
neratus. ff.ad legem Aquiliam. Non autẽ de his
qui ex propoſito coadunati ad id vt hominẽ occi
derent ſeu vim aut violentiam inferrent ſeu ſcan
dalum facerent, vnde mors ſecuta eſt: quia om̃es
tenerẽtur.l.ij.§.dolo.&.l.iiij.§.j. & per totam.l.
ff. vi bonorum raptorum.l.iij.in princip. &.§.j.
ff.de vi & vi arma.l.iij.&.l.qui dolo.ff.ad legem
Iuliã de vi publi.l.j.ff. ad legem Iuliam maieſta.
Sed puto caſum eſſe.l.j.§.fi.& duarum legũ.ſeq.
ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt. vt omnes
de occiſo teneantur. ratio eſt in.l.ij. illius tituli,
quũ ſanè impoſsibile eſt ſcire quis deieciſſet vel
effudiſſet. Hoc idem vult iſte text. in his verbis,
ſufficiat ergo eos, qui cum ipſo qui occiſus dici-
tur, fuerunt. ratio vltra præcedentem eſt duplex,
quæ ſimiliter colligitur ex.§. ſi ſibi manus ſuprà
eadem.l. Prima eſt, quæ ponitur in illo.§.quoniã
in conſpectu eorum ſactum eſt, licet omnes non
fecerint & prohibere potuerunt. Hanc rationem
conſiderauit glo.fina.in.c.fi.xxiij.q.viij.dum al-
leg.c.fi.xxiij.q.iij.&.c.continentia. extra de cle.
51 percuſ. † Secunda eſt, quoniam nemo ſani capi-
tis præſumitur in ſeipſum ſæuire, ad id contradi-
cente natura.l.fi.ff.de bonis eorum qui ante ſen
ten.mortem ſibi conſci.iuncta.l.vt vim.ff.de iu-
ſti.& iure. Dixi plenius in dicto.§.ſi ſibi manus.
ſuprà eadem.l.illhic vide.

Prætermiſsis opi.aliorum, quorum ſuprà men
tionem fecimus, puto ſic eſſe dicendum, Aut ad
pœnam ciuilem tantùm agitur: & omnes inſoli-
dum tenẽtur. Nam ſi non docent quis eorũ per-
cuſſerit: præſumptio contra omnes eſt, dicta.l.ij.
ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt. Eorum
enim culpa veritas detegi nõ poteſt, ob id maior
in eos præſumptio eſt, vt prius dixi dicta.l.ij.cui
adde.l.prouidendum.in fi.C.de poſtulan.c.inti-
mauit.&.c.conſtitutis.primũ extra de teſti. Non
obſtat.l.ſcientiam.§.quum ſtramenta. ff. ad legẽ
Aquiliam. quæ de duobus rixantibus loquitur,
quorum alter in ignem decidit, & flamma con-
ſumptus eſt: ex eo quòd conſtare non poteſt de
autore rixæ: magis ſuperſtes videtur ad ſui defen
ſionem quàm ad alterius vltionem feciſſe. Ob id
excuſatur.l.j.§.quũ arietes.ff.ſi quadru.pauper.
fecis.dica. Vbi autem apparere poſſet, ſuperſtitẽ
rixæ autorem fuiſſe: teneretur lege Aquilia. hoc
dicit in his verbis, ſi non intelligitur vter ab vtro
diuerſus ſit. Et in.§.ſeq.eiuſdem legis, et dicto.§.
52 quum arietes. † Vbi vero ad criminis pœnã cri-
minaliter agetur, videlicet vt corporalis pœna
irrogetur: & videtur glo. opi.ſuſtẽtabilis & eo-
rum qui illã ſequuntur, vt vbi de percutiente cõ-
ſtare poteſt: & abſque dubio eſt, homicidam ſeu
vulnerantẽ, ſi mors ex vulnere ſequuta ſit, de oc-
ciſo teneri aut de vulnerato ſi ſecuta non ſit, di-
cta.l.j.ff.ad legem Corneliam de ſica.l. ita vulne
ratus.ff.ad legem Aquiliam. Si autem cõſtare nõ
poteſt: & proderit nocenti propter innocentem,
ſecũdum glo.in dicta.l.item Mela.§.j. in verbo,
pluris.ff.ad legem Aquiliam. per dictã.l. abſen-
tem.ff.de pœ. vt ea ſit fortior ratio. iudicem à iu-
ſto ſanguine abſtinere: illa ne crimina remaneãt
impunita. De qua in dicta.l.ita vulneratus. &.l.
licitatio.§.quod illicitè.ff.de publi.& vectig.cui
addo in ſimili.l.j.§.j.ff.de ventre in poſſeſio. mit
ten.ibi, ſanctius eſt enim ſub incerto eius qui ede
tur ali etiam eum qui exhæredatus ſit, quàm eum
qui nõ ſit exhæredatus, fame necari. Plures cum
gloſsis conueniunt, vt ex prædictis patere po-
teſt. Aliter ſentio ex iſto text. per quem vide-
tur verũ eſſe, hoc indicium non ſufficere ad pœ-
53 nã.& ita per prædicta planè fateor. † Cæterùm
negari non poteſt, ſufficiens eſſe indicium ad
torturam contra omnes qui maleficio præſentes
erant, vt ex ore eorum veritas facti detegatur,
quorũ culpa probatio haberi non poteſt.l.ij. &
ſeq.ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt. dum
inquit iſte text. ſufficiat ergo eos, qui cũ ipſo qui
occiſus dicitur, fuerũt. quamuis re vera, vt ſuprà
dixi, hoc indicium non tantùm ad quæſtionẽ ſuf-
ficiat, ſed etiam vrgeat ad pœnam, vt dicam in.§.
ſeq. Nec obſtat ſi dixeris, hũc tex.& ſimiles, quo
rum ſuprà meminimus, de ſeruis & alijs domeſti
cis perſonis intelligi, in quibus eſt ſpecialis ratio
huius Senatuſconſulti, vt in capite huius legis di
ctum eſt. Tu dic generaliter debere extendi ad
omnes aſtantes maleficio, cõtra quos, leges mul-
54 ta introducunt. † Primò delictum aduerſus præ-
ſentes præſumere faciunt ex animo ſeu propoſi-
to delinquendi commiſſum eſſe.l.iij.§.j. ff. de vi
& vi arma.l.ij.§.dolo.ff. vi bonorum raptorum.
l.j.C.ad legem Corneliam de ſicar. & argumen-
to.l.reprehendenda. C.de inſti.& ſubſti.ſub cõ-
di.fac. Notat Innoc.in.c.ſicut dignum. extra de
homicid. niſi ſpecialiter ſe oppoſuerint, aut actũ

ſecerint, per quem apparere poſſet eos criminis
conſcios non eſſe facto conſilio, fauore, aut auxi
lio, vt hic patet in his verbis, in ſuſpicione cædis
aut conſcientia. §. quid ergo. ſuprà eadem. l. & in
c. Petrus. ibi, inhibiti autem expreſſe ab eodem
diacono ne abbatem occiderent. & dicto. c. ſigni
ficaſti. ſecundò. ibi, neque ipſius ſtudio, conſilio
vel mandato. Secundò, alia ratione conſecutiua
55 præcedentis, † non carere eũ vitio ſocietatis oc-
cultæ qui quum poteſt, facinori deſinir obuiare.
c. ſicut dignum. extra de homicid. c. quãtæ. extra
de ſenten. excommunic. Dictum eſt in. §. quod ſi
quis puta veneno. ſuprà ea. l. Plura dicta ſunt in
præcedentibus. §§. quando præſentia ſuſpectos
reddit. quod autem in eis obmiſſum eſt, in. l. pen.
huius tituli ſupplebimus. Et in ea ratione puto
Barto. & Ang. & eos qui illius fuerunt ſententiæ
ſuam conſtituiſſe, dum dicunt, poſſe de fauore,
auxilio, ope & conſilio inquiri, vti ſolent maleſi-
ciorum iudices in Italia obſeruare: niſi aliter ſuã
innocentiam purgauerint, vt notatur in. c. ſignifi
caſti. primò. in glo. fi. & in. c. ſeq. in verbo, noue
ris. extra de homici. De quo illhic per Feli. quaſi
omnes ad id coadunati eſſe videantur, argumen-
to. l. iij. in princi. verſi. planè. & verſi. ſeq. ff. de vi
& vi arma. l. j. §. ſi vnus. ff. vi bonorum rapto-
56 rum. † vbi verò in tormentis ſuſtinuerunt: pur-
gatum erit præſentiæ indicium niſi cum ea plura
alia argumenta conuenirent, vt in. l. fi. ff. de quæ-
ſtio. Non obſtat. c. fina. xxiij. q. viij. dum in finali
bus verbis ipſius dicitur, nec auxilio nec cõſilio
cooperatores fuerũt, ſed tñ affuerũt: extra noxã
ſunt, vbi hæc clarè conſtarẽt, ſed quum aduerſus
eos iuris præſumptio eſt, & culpa eorum veritas
ſciri nõ poteſt, ea ratione vt eluceſcat, torquebũ-
tur, vt hic per rationem. l. ij. ff. de his qui deiecer.
vel effuder. Quantum autem eſt ad irregularita-
tem, ſi clarũ eſt quis percuſſerit: abſq; dubio eſt
vt ſolus percutiens teneatur. d. c. ſignificaſti. ſecũ
dò. extra de homic. & alijs ſuprà memoratis. vbi
autẽ non conſtat de percuſſore: dic vt in actione
quæ ad ciuilem pœnam tantum intẽtatur. vt om
nes inſolidum teneãtur, per rationem dictæ. l. ij.
ff. de his qui deiecer. vel effuder. qm̃ propter eo-
rum culpam circa facti probationem contingen-
tem veritas occultatur ſeu non manifeſtatur. Nõ
mirum ſi illi imputari debet. & facit regula impu
tari. & regula, damnum. de reg. iur. Nec obſtabit
c. nolite recedere. xj. q. iij. Cui dupliciter reſpon-
57 detur. † Primò data hac inſtantia videlicet plus
in periculum animæ & eccleſiæ ſcandalum cede-
re pati homicidam miniſtrare q̃ propter homici
dam omnes ab altaris miniſterio prohibere, ma-
ximè quum nõ ſine culpa ſunt: imò in dolo maxi
mo eſſe videantur, veritatem occultantes. Ob id
grauius delictũ exiſtimatᷣ, quaſi hoc reſpectu ma
leficio faueãt. Et potiſsimè ſi aliàs homicidij cul-
pabiles ſeipſos nõ ſentiãt, veritatis tñ occultato
res ſunt, & animã ſuã pro corpore alterius occi-
dunt. c. ne quis. c. faciat. & duobus ſeq. &. c. pri-
mũ eſt. xxij. q. ij. quã detegendo plus animę con-
ſulunt. Et ita reſpondet Papa in. c. ſignificaſti. ſe-
cundo in verſi. quod ſi diſcerni non poſsit. in his
verbis, quũ in hoc caſu ceſſare ſit tutius, q̃ teme-
re celebrare, pro eo quod in altero nullũ, in reli-
quo verò magnum periculũ timeatur. c. petitio.
in fi. &. c. ſignificaſti. primò in ſi. in verbo, ad cau
telam. extra de homi. c. ij. et. c. præſentiũ. extra de
cleri. percuſ. Ad ſecundũ eſt ratio dicti. c. ſicut di
gnũ. &. c. q̃tæ ſimiliter. & dicti. c. primum eſt. &
c. faciat. & duo. c. ſeq. xxij. q. ij. c. hoc videtᷣ. xxij.
q. v. Secunda eſt in dicto. c. nolite. vt intelligatur
procedere vbi ſectio hæc ſcandalum eſſet allatu-
58 ra, † ſuſtinẽdi enim ſunt mali propter bonos, vt
in. c. Iulianus Imperator. &. c. Imperatores. xj. q.
iij. Alioquin non eſt differendum, dicto. c. nolite
recedere. verſi. vides enim. dum inquit, Quia nõ
poſſumus deijcere iſtos qui nos conculcant, eos
quos ſaltem poſſumus, quorũ peccata manifeſta
ſunt, eijciamus. Ecõuerſo propter vitãdũ ſcanda
lum punitur innocẽs. c. ex literis. primò extra de
homicid. c. ij. extra. de no. oper. nuncia. Per Feli.
in. c. nihil. extra de præſcri. vbi plenius caſus de-
ſeribit, in quibus cauſa vitãdi ſcãdali plura tole-
rãtur, quæ aliàs nõ cõcederentᷣ. Adde prædictis
c. hi qui arborẽ. l. diſt. & procedat regula, in ob-
ſcuris. de reg. iur. in. vj. & ea quæ Din. illhic ſcri-
pſit. Secũda quæſtio eſt, Si plures aliquẽ ꝑcuſſe-
rũt ſed vnico tñ vulnere mortifero percuſſus in-
uẽtus eſt quo non multò pòſt deceſsit: an oẽs de
59 occiſo tenebuntᷣ. puto diſtinguẽdũ. † aut eñ ap-
paret cuius ictu percuſſus perierit: & pleriq; ius
canonicũ à ciuili differre dicũt, vt ſuprà cõmemo
rauimus. in hoc nõ puto inter vtrũq; ius differen
tiã vllã eſſe, neque hoc reſpectu Aquiliam à lege
Cornelia de ſicarijs differre. Nã quũ vnicũ letale
vulnus eſt, ille ſolus de occiſo tenebitᷣ q letaliter
ꝑcuſsit: reliq vero de vulnerato cõdẽnari debẽt,
d. l. itẽ Mela. §. ſed ſi ſeruũ plures. &. d. l. ita vul-
neratus. in prin. ff. ad. l. Aql. præſertim ſi cõper-
tum eſt ex illo rm̃ vulnere deceſsiſſe & certus eſt
ꝑcuſſor, niſi cõſtet alios ſimul animũ occidẽdi ha
buiſſe: & ad id ex ꝓpoſito coadunatos eſſe, vt ſu
prà dictũ eſt. Idẽ in. l. Cor. dicitᷣ in. d. l. fi. ff. ad. l.
Cor. de ſica. dũ inqt, ſi in rixa hõ ꝑcuſſus perie-
rit. ictus vniuſcuiuſq; collectorũ cõtẽplari opor-
tet. Si vniuſcuiuſq; ictus in rixa collectorũ cõſide
rari debet: ille igitᷣ ſolus q letalr̃ vulnerauit, lege
Corn. tenebitᷣ. Alioqn fruſtra ictuũ fieret diſcre
rio. Nã ſi rõ coadunatiõis in cõſideratiõe eẽ de-
beret: oẽs de occiſo tenebuntᷣ, qa coadunati eſſẽt
quũ homicidiũ cõmiſſũ eſt, ꝑ rõnẽ. l. ij. §. dolo. et
§. ſi vnus. ff. vi bo. rap. ſed quũ in rixa factũ eſt ho
micidiũ licet nec alr̃ occidẽdi animus ex coadu-
natiõe apparet, nõ tñ oẽs, ſed vnus mortiferè vul
nerauit. Ille de occiſo cæteri verò de vulnerato te
nebuntᷣ ꝑ illũ tex. & verbũ, collectorũ. intelligatᷣ
in rixa inopinata collectorũ. ſed qa dicitᷣ in eodẽ
cõflictu à pluribus ꝑcuſſus ſit, alioqn. l. j. §. diuus.
ff. ad. l. Cor. de ſica. & melius in. d. l. ita vulnera.

verſic. quod ſi quis abſurde. §. fin. vt ex ſequen-
tibus videri poterit. Adde Lucā de Pē. in. l. deuo
tū. C. de meta. & epid. li. xij. Nec in hoc puto ius
canonicū à ciuili differre, qcqd glo. ſentiat in. ca.
fi. xxiij. q. viij. freta illius canonis finalis autorita
te. & c. ſi qs poſt. lj. diſt. Nō obſtat dictū. c. fi. dū
dicit̃ in eo, & ab his vulneratus mortuus fuerit,
qcūq; eorū plagā ei impoſuit ſecundū canonum
ſtatuta vt homicida iudicet̃. Nā ille tex. intelligi
tur qñ vulnerantiū ictus cōtēplari nō poſſunt,
nec diſtingui pōt cuius ictu perierit. Et ita diſtin
guit, & bñ, dictū. c. ſignificaſti. ſecūdum verſi. &
qdē. & verſi. q̄ ſi diſcerni nō poſsit. extra de ho-
mici. niſi culpa eorū ſeu negligētia in aliquo cir-
ca mortē vulnerati detegi poſsit. c. hi q arborē vl
timo rñſo. l. diſt. alioqn nō tenent̃. c. petitio. ex-
tra de homici. Secundò, nō pōt mouere. c. ſi quis
poſt. lj. diſt. qm̄ ille canon nihil ad ꝓpoſitā quæ-
60 ſtionē facit. Nā loquit̃ de eo † q cōtra decorem
clericalis ordinis derelicto cingulo clericali mili
tiā aduerſus fideles eligit, etiā ſi grauibus & ſæ-
uis ſe nō immiſceat, qui illa ſola electiōe, clerica
li priuilegio ſe exuit. c. perpēdimus. & c. ſi verò
aliqs. j. & ij. extra de ſentē. excōi. c. j. vbi p Inno.
extra de apoſta. Notat̃ plene in. c. ſi quis ſuadē-
te. xvij. q. iiij. Et ille canon, ſi quis poſt. in tholis
criminalibus frequēs eſt contra eos deploratos
homines, q cōtēpto clericali ordine cingulū mili
taris diſciplinæ ſeu ſtipēdiū ad bellum in Chriſti
fideles gerēdū aſſumūt: vt q̄uis in ea expeditiōe
nihil graue aut ſæuū admiſſum fuerit, tñ clericali
bñficio exuunt̃. Et rō, ſecūdum Inno. Hoſti. Io.
Andr. Ant. & oēs in. d. c. ſignificaſti. ſecūdò, qm̄
hi qui ad defenſionē armis vtunt̃, ab irregularita
te nō excuſant̃ ſi aſtiterūt cū ꝓpoſito nocēdi, li-
cet nō nocuerint. d. c. fi. xxiij. q. viij. c. pñtiū. & c.
fi. extra de cleri. pcuſ. d. c. petitio. extra de homi.
61 vbi in illo tex. † excuſati ſunt clerici quia contra
infideles & ad defēſionē ſui neceſſariā arma ſum
pſerūt. Igit̃ in cōtrariū ius cōe eſt. c. excōicatorē.
xxiij. q. v. & c. legē. liij. diſt. Et idem notat glo. &
Archi. ſequit̃ in. d. c. fi. xxiij. q. viij. in. c. fi. xxxvj.
diſt. Nā clerici arma portātes, in opprobrium ſta
tus clericalis arma ſumere noſcunt̃. c. cleri. extra
de vita & honeſ. cleri. c. quicunq;. & p totā penè
cauſam. xxiij. q. viij. Niſi ob defenſionē ſuam aut
reipublicæ Chriſtianæ vel propriæ patriæ arma
ſumpſerint, Secūdū glo. in. d. c. quicūq;. Clarius
Hoſt. & Io. And. declarāt poſt Inn. in. d. c. ſigni-
ficaſti. ij. Si verò apparere nō pōt cuius ictu pe-
rierit, q̄uis certū ſit oēs pcuſsiſſe, in hoc dici pōt
legē Aquiliā à lege Cornelia de ſicarijs differre.
In primis in. l. Corn. de ſicar. dicit̃, Vniuſcuiuſq;
ictus cōtemplari oportet. ſed ſi diſtingui nō poſ-
ſunt, nō diffinit illa. l. fi. ff. ad. l. Cor. de ſica. neq;
etiam alia lex in capite legis Corneliæ. Ob id ad
cæteras iuris partes recurrēdū eſſe puto. l. nō poſ
ſunt. ff. de legib. quæ diſtingūt homicidas & eos
quos pro homicidijs vult haberi, ab eis q de vul
nerato tantùm dānari poſſunt. Sed in. l. Aquil. et
in titu. de his qui deiec. vel effuder. oēs de occiſo
reos iudicat, & animū occidendi ꝓpter ſceleratū
factū interpretat̃ habuiſſe. ſimiliter & lex Corn.
de ſicar. q̄uis animū magis q̄ factū cōſideret. l. j.
62 §. diuus. ff. ad. l. Cor. de ſicar. † Nā lex p̄ſumit eū
occidēdi animū habuiſſe qui inſtrō ad mortē pa-
rato vtit̃, et in ea hominis parte pcuſsit, qua ſolet
etiā ex leui pcuſsione mors ſequi, vt inquit. c. ſi-
gnificaſti. verſi. & quidē. & §. fi. & c. tua. in ver-
bo, cultrū. extra de homic. d. l. j. §. diuus. verſi. nā
ſi gladiū ſtrinxerit. ff. ad. l. Cor. de ſica. l. ſed & ſi
quencunq;. ff. ad. l. Aquil. l. vnica. vbi Bal. C. de
emēda. ſeruo. l. eū qui. C. ad. l. Cor. de ſica. dixi in
§. occiſorū. ſuprà ead. l. vt talis p̄ſumatur animus
qualis factū demōſtrat. l. Labeo. ff. de ſupelle. le-
ga. l. obſeruādū. ff. de offi. p̄ſi. l. reprehēdēda. C.
de inſti. & ſubſti. ſub cōdi. fac. Et idē declaratur
in. l. j. & l. eū q calce. C. ad. l. Cor. de ſicar. Eadē
diſtinctio poſita eſt in. d. c. fina. xxiij. q. viij. in his
verbis, reliqui aūt, qui eū impugnabāt, volentes
eū interficere, ſilr pœniteāt. & in his verbis, qui
nec eū impugnabāt, nec vulnerabāt, nec cōſilio,
nec auxilio coopatores fuerūt, ſed tm̄ adfuerūt:
63 extra noxā ſunt. † vbi ergo cooperatores erūt in
homicidio: in noxa ſunt, q̄uis nō appareat homi
nē vita functū illis vulneribus fuiſſe ſed ex eo tm̄
vulnere deceſsiſſe, licet plures vno cōflictu pcuſ
ſerūt. ſi nō pcuſſerint oēs, ſed vnus tm̄ pcuſſit, vt
ſuprà notauimus, neq; etiā ꝓhibere potuerint q̄
minus homicidiū fieret. licet pñtes fuerint homi-
cidio: extra noxā ſunt ſi certū eſt eos auxiliū neq;
fauorē homicidio p̄ſtitiſſe. d. c. fin. xxiij. q. viij. &
c. Petrus. extra de homici. dixi plenius in. §. qđ ſi
quis puta veneno. & pleriſque alijs. §. huius. l. ſu
prà eo. facit. l. iij. §. j. verſi. plus dicitur. ff. de vi &
vi arma. l. ij. §. dolo. ff. vi bonorum raptorum.

Qñ aūt diuerſis tpibus à pluribus vulnera illa
ta ſūt in hac quæſtiōe Bar. diſtinxit, an letale vul
nus primò, an verò poſt nō mortifera vulnera le
tale ictū ſit. Quæ diſtinctio in vna cōſideratione
obtinere pōt, videlicet qñ poſt illatū mortiferū
vulnus alijs ictibus pcuſſus eſt, quorū occaſione
pōt dubitari, an ex mortifero vulnere moriturus
eſſet necne, vt copioſius ſuprà dixi interp̄tādo. l.
huic ſcripturæ. ff. ad. l. Aql. ob id cēſui in hoc ar-
64 ticulo diſtinguēdū eē. † aut eñ vulnera prius illa
ta ſecūdū pitorū iudiciū letalia nō erāt, nec inde
mors ſecuta fuiſſet ſi nouiſsima illata nō fuiſsēt:
Et clarū eſt tā de iure ciuili q̄ canōico primò vul
nerātes de vulnerato tm̄ et nō de occiſo teneri. d.
l. huic ſcripturæ. & l. ita vulneratus. & l. illud. §.
fi. in princi. ff. ad. l. Aquil. & dicto. c. ſignificaſti.
ij. §. nos verò. & §. ſeq. extra de homicid. ab offi-
cio tamē pro vulnerato ceſſare debent. c. ij. & c.
præſentium. extra de cleri. percuſ. vbi verò eſſet
primum vulnus letale, dic: aut certum erat ex il-
lo vulnere hominē indubie moriturum: & dico
ius ciuile in hoc à canonico nō differre: qm̄ vtro-

que iure de occiſo mortiferè vulnerãs tenebiᵗ. de
iure ciuili eſt tex. in. d. l. ita vulneratus. in princi-
pio legis, & verſi. igiᵗ ſi qs. in his verbis, eũdẽq;
alius ex interuallo. ita ꝑcuſſerit vt maturius inter
ficereᵗ ꝙ ex priore vulnere moriturus fuerat. ſta
tuẽdũ eſt vtrũq; eorũ. l. Aqlia teneri. Et in verſi.
rurſus. ca. l. in his verbis, ſed & hi quorũ vulnere
certũ eſſet aliquẽ vita exceſſurũ. Sed vbi de mor-
te dubiũ erat, ꝗuis vulnus letale eſſet, ex ꝗ ſequẽ
tia vulnera non admiſerunt apparere an occiſus
65 ſit illo vulnere: † in hoc ius ciuile à canonico dif
fert: qm̃ hũc lex ciuilis de occiſo nõ condẽnat, vt
in. d. l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad. l. Aquiliã.
Ius aũt canonicũ ſecus, in. c. ad audiẽtiã. & d. c. ſi-
gnificaſti. ij. extra de homic. in his verbis, de qua
ſi aliorũ nõ fuiſſent vulnera ſubſecuta: minime
interijſſet. & in verſ. ei quidẽ. in verbo, certa. vbi
idẽ notãt Inno. Hoſti. Io. And. & cæteri canoni-
ſtæ. in his verbis, tã modica & tã leuis, Itẽ in his
verbis, vt peritorũ medicorũ talis percuſsio aſſe-
reretur nõ eſſe letalis, nota hæc nouiſsima verba,
aſſerereᵗ nõ eſſe letalis, ad hoc vt talis percutiẽs
ab irregularitate excuſetur, ſeu ab officij exerci-
tio nõ prohibeatur, iuxta. c. cõtinebatur. &. c. ad
audientiã. extra de homicid. c. præſentium. extra
de cleri. percuſ. Neceſſe eſt vt à medicis aſſeratur
percuſsionẽ letalẽ non eſſe. alioquin ſi dubiũ ab
eis fiat, licet ex ſubſequutis vulneribus mors ac-
celerata ſit: oẽs de occiſo tenebunᵗ. Idem in. d. c.
66 ſi. xxiij. q. viij. Et rõ vltra prædicta eſt: † qm̃ ius
canonicũ culpã & negligẽtiã noxias eſſe vult. d.
c. hi qui arborẽ. l. diſtin. Addiᵗ & rõ in. c. ij. extra
de cleri. percuſ. quia clericus percutiẽdo ad ordi
nem ſuũ reſpectũ nõ habet. et vbi excipitur factũ
de iure canonico, diciᵗ alternatiuè aut facto, aut
cõſilio, aut auxilio: non mirũ ſi hoc ius canonicũ
cohæret, per rationẽ dicti. c. quicũq;. xxiij. q. viij.
&. c. clerici. extra de vita & honeſt. cleric. Sed ad
id lex Aquil. vnũ addit, vt ſcribitur in dicta. l. ita
vulneratus. qñ quis letaliter eſt vulneratus, et cer
tum eſt, eũ ex eo decedere, ſi mors eius maturaᵗ
ex ſubſecutis vulneribus: oẽs de occiſo tenentur,
vt dixi in diſtinctione Bar. Primus, quia cædit le
taliter. Secũdus, qm̃ moriẽ accelerauit, quaſi bis
cõtra naturã videaᵗ mori. l. qui duos. §. fi. in ver-
bo, vitæ tẽpus amplectiᵗ. vbi glo. ff. de manumiſ.
teſta, ſecundũ glo. in verbo, qđ ſi quis. in. d. l. ita
vulneratus. in quo cõuenit ratio canonica. ſimili
ter &. l. qua actiõe. §. ſed & ſi quis. ff. ad. l. Aquil.
dum de eo loquiᵗ, qui ægrotũ percutit, cui leuis
percuſſio facilius nocet, dico ægrotũ ſiue ex per-
cuſſione, ſiue ex febre ꝑcuſſum. Secũdò, adapta-
ri poteſt ratio. d. l. huic ſcripturæ. verſi. at in ſupe
riore. ff. ad. l. Aquil. quũ iam certũ erat eũ mori-
67 turũ, noluit pati donec appareret. † Et ita ratio-
nem illius legis recipit. d. l. ita vulneratus. verſic.
igiᵗ. ibi, ita percuſſerit, vt maturius interficereᵗ,
ꝙ ex priore vulnere. & ſic iã occiſum, voluit ite-
rũ maturius interficere examinãdo. hac rõne, illa
lex vtrunq; de occiſo teneri vult, ſicut & eos qui
ſimul percuſſerũt, & nõ apparet cuius ictu perie
rit, vt oẽs de occiſo teneanᵗ, ille text. vtrunq; ca-
ſum æquiparat in verſi. idq; eſt conſequẽs autori
tati veterũ. Et ita declarat glo. in. d. l. ita vulnera-
tus. in verbo, teneri. & in verbo, quod ſi quis. dũ
dicit, hominẽ exiſtimari. ob id bis mori. qa verũ
eſt, vtrunq; animũ occidẽdi habuiſſe. pro qua eſt
tex. in. c. periculoſe. &. c. ſeq. de pœn. diſt. j. inde
Ro. hic poſt Din. quærit qñ dicaᵗ ex vulnere de-
cedere. quid enim ſi multis diebus ſuperuixit: de
his in. c. ij. extra de cler. percuſ. in his verbis, quũ
poſt octo menſes deceſſerit: minime arbitramur
fuiſſe defunctũ. & in. c. presbyterorũ. diciᵗ, quũ
poſt paucos dies expirare. c. cõtinebaᵗ. in his ver
bis, poſt dies octo expirauit. ca. ad audiẽtiã in his
verbis, aliquãdiu vixiſſet & cõualuiſſet à vulne-
re. in. c. Petrus. diciᵗ, ꝗ poſt dies aliquos expira-
rauit. extra de homicid. l. ait lex. in his verbis, &
poſtea poſt lõgũ interuallũ mortuus eſt. ff. ad. l.
Aquil. in Exod. c. xxj. duo dicunᵗ, iacuerit in le-
cto, & ſurrexit, & ambulauit foris ſuper baculũ
ſuũ. Secundò, diciᵗ de ſeruo ꝑcuſſo vel ancilla, ſi
vno die vel duobus ſuꝑuixerit. glo. vbiq; notata
in. l. vnica. C. de emẽda. ſeruo. vide copioſius Fe
li. in. d. c. presbyterorũ. &. c. ad audiẽtiã. extra de
homi. Bart. in. l. fi. ff. ad. l. Cor. de ſicar. in vltimis
verbis ſuæ lecturæ. Et Alex. plures cõcordantes
refert. Adde Are. in tracta. malefi. in verbo, et ex
68 interuallo. † Dic ergo breuius ad primã Roma.
quæſt. ſi plures in loco ſunt, in quo mortuus ho-
mo repertus eſt, nec apparet vter ꝑcuſſerit: ſi cri-
mẽ inficianᵗ oẽs, ꝗuis occiſum fuiſſe hominẽ li-
quidò appareat, ad eruẽdã facti veritatẽ oẽs tor-
queri poterunt ꝑ hũc tex. & rõnẽ dictæ. l. ij. ff. de
his ꝗ deiecer. vel effud. qm̃ facto eorũ veritas ſeu
ꝓbatio haberi nõ põt. l. prouidẽdũ. C. de poſtul.
Sed ſi torti reatũ nõ cõfiteanᵗ: nõ minus tñ pro-
pter iuris præſumptionẽ cõtra eos ex præſentia
procedẽtẽ propter quã conſcij & in cædis ſuſpi-
cione eſſe dicunᵗ, vt inqt iſte tex. ciuiliter puniri
poterunt. d. l. j. §. fi. cũ duabus. ll. ſeq. ff. de his qui
deiecer. vel. effuder. Secũdò, alia rõne motus eſt
Ro. qm̃ ex præſumptiõibus et vehemẽtibus indi
cijs iudex ad ferendũ ciuile iudiciũ in tã ſuſpectũ
de crimine moueri põt, vt in. c. afferte. &. c. qa ve
riſimile. &. c. literis. vbiq; Inno. extra de ꝓſump.
l. ob carmẽ. §. fi. ff. de teſti. l. abſentẽ. §. qđ igiᵗ. ff.
de pœ. Feli. in. c. præterea. extra de teſti. Idẽ in. c.
ſicut dignũ. §. magna. vbi idẽ notat Inn. & Hoſt.
extra de homi. alleg. hic Ro. Cin. in. l. qm̃ multa.
69 C. ad. l. Iul. de vi publi. † corporalr verò puniri
nõ poterũt ꝑ rõnẽ. d. l. abſentẽ. ff. de pœ. & regu
lã, in obſcuris. de reg. iur. in. vj. & hoc mõ intelli
gi debet. c. fi. xxiij. q. viij. ſi alr cõſcij aut ſceleris
participes nõ ſũt. §. ſerui appellatiõe. verſ, extat.
ſuprà ea. l. Sed huic fortiter obſtat. §. ſequẽs, quũ
dñs. &. l. quum dñs. infra eo. quum ab eis nõ tã-
tùm quæſtionem, ſed & ſuppliciũ ſumẽdũ eſſe di
cit. illhic diceᵗ. Et ſi apparet quis percuſſerit, ille
ſolus de occiſo tenebitur. dicta. l. fi. ff. ad. l. Cor.

de ſicar.cæteri verò non.l.huic ſcripturæ.&.l.itẽ
Mela.§.ſed ſi ſeruũ plures.ff.ad.l.Aquil.niſi au-
xiliũ aut fauorẽ præſtiterint:quo caſu oẽs de oc-
ciſo tenebunť tanq̃ criminis cõſcij.l.iij.§.j.ff. de
vi & vi arma.l.ij.§.dolo.&.§.ſeq.ff.vi bon.rapt.
&.c.ſicut dignũ.extra de homicid.dictũ eſt in.§.
70 qđ ſi quis puta veneno.&.§.ſeq. ſuprà ea.l. † Si
verò neq; opẽ aut auxiliũ præſtiterint,ſed fortui
tò pñtes fuerint:ſola caſualis præſentia culpabi-
lis nõ eſt de iure ciuili neq; canonico, ſed ea ſolũ
quæ potuit prohibere ne crimen aliquod fieret.
De iure canonico eſt tex.in.d.c.fi.xxiij.q.viij.de
iure ciuili in.l.culpa caret.ff.de reg.iur.in pleriſ-
que.§§.huius.l.tractauimus.In hoc aũt ius ciuile
à canonico differt:qm̃ ius ciuile dolum deſiderat
anteq̃ locus ſit legi Corneliæ de ſicar.l. in lege.
ff.ad.l.Cor.de ſicar.Ius verò canonicũ culpã pu
nit & negligẽtiã,vel etiã factũ ipſum ſolũ.de do-
lo dubiũ nõ eſt.d.c.ſignificaſti.ij.extra de homi-
cid.c.hi qui arborẽ.l.diſt.& alijs ſuprà memora-
tis.Idẽ in.l.Aquil.l.qui occidit.§.in hac.&.l.ſed
& ſi quẽcũq;.§.fi.ff.ad.l.Aquil. vbi verò omnes
percuſſerũt,ſed vnus tãtùm letaliter,cæteri verò
nõ,& certus eſt percuſſor,& certũ eſt ex illo vul
nere decedere non ex alijs:& ille ſolus de occiſo
tenebitur,tã de iure ciuili quã canonico, dicta.l.
huic ſcripturæ.ff.ad.l.Aquil.dicta.l.fina.ff.ad.l.
Corn.de ſicar. dicto.c.ſignificaſti.ij.§.nos verò.
extra de homicid.dicto.c.fin.xxiij.q.viij. cæteri
verò non,ſed à diuinis ſuſpendi poterũt.c.ij. ex-
tra de cleri.percuſ.ſed quamuis cõtrahãt irregu-
laritatẽ:non autẽ eã quæ perpetuò incapacẽ red-
71 dit.c.ſi quis poſt.lj.diſtin. † niſi percutiẽtes non
letaliter occidendi animũ habuiſſent,dicto.ca.fi.
xxiij.q.viij. Idẽ de iure ciuili.l.is qui cũ telo. C.
ad.l.Cor.de ſicar.l.j.§.diuus.ff.ad.l.Cor.de ſica.
vel niſi coadunati ad cõmittẽdũ homicidiũ per-
cuſſerũt.licet vnus tm̃ mortiferè percuſſerit , alij
verò nõ:propter animũ omnes occidiſſe videnť.
c.periculoſe.de pœnitẽ.diſt.j.&.d.c.fin.xxiij.q.
viij.&.d.l.ij.§.dolo.ff.vi bon.rap. Si verò certũ
nõ eſt quis eorũ letaliter percuſſerit, neq; etiã di
ſcerni ictus poſsint:& oẽs tã de iure ciuili quã ca
nonico de occiſo tenenť.d.c.ſignificaſti.ij. extra
de homicid.&.d.c.fi.xxiij.q.viij. De iure ciuili;
d.l.itẽ Mela.§.ſed ſi ſeruũ plures.ff.ad.l. Aquil.
l.ij.&.§.fi.cum duabus legibus.ſeq.ff.de his qui
deiecerũt vel effud. Sed an corporaliter,dic dif-
ferentiã inter primũ articulũ huius diſtinctionis,
& hunc nouiſsimũ eſſe, qm̃ in primo vnus ſolus
peccauit : & durũ eſſet propter dubiũ ꝓbationis
innocẽtẽ propter nocẽtẽ corporaliter puniri.d.
l.abſentem.ff.de pœn.c.nolite recedere.xj.q.iij.
72 vñ † in obſcuris in pœnalibus qđ minimũ eſt ſe-
quẽdũ,eſt regula,in obſcuris.de reg.iu.in.vj. Et
hoc quãtũ ad pœnã corpori infligẽdã,ꝑ ſuprà di
cta:nõ aũt quãtũ ad ciuilẽ,ꝓpter culpã eorũ quæ
cõtingit eo qđ eorũ facto veritas erui nõ põt. d.
l.j.§.fi. cũ.l.ſeq.ff.de his q̃ deiecer.vel effuder.de
iure aũt canonico dico quãtũ ad ꝓhibitionẽ mi-
niſterij altaris qđ culpã tm̃ deſiderat,vt dixi ꝑ di
ctũ.c.hi qui arborẽ.l.diſt.vel factũ ſolũ , vt dixi.
ideo ꝓhiberi debẽt oẽs ab altaris miniſterio.d.c.
ſignificaſti.ij.& alijs ſuprà relatis. extra de hom.
Et rõ eſt,qm̃ ea cauſa, quæ animæ ſeu religiõi ſa
uet,potius amplexanda eſt.d.c. ſignificaſti.ij. &
c.ad audiẽtiã.&.c.petitio.extra de homic.l. ſunt
perſonæ.in fi.extra de relig.& ſumpti. funer. Et
differt ius ciuile à iure canonico.in hoc ſecũdo ca
ſu q̃ oẽs percuſſerũt,neq; ictus diſcerni poſſunt,
dicta.l. item Mela.§. ſed ſi ſeruum plures. &. §.
ſeq.ff.ad.l. Aquil.& dicto.c. ſignificaſti.ij.extra
de homicid. vt ex prædictis videre poteſtis.

His ſic expeditis de ſecũda quæſtione hic abũ
dè per Ro.tractata:parũper vidẽdũ eſt,videlicet
73 ſi † in villa aut eius territorio cadauer mortuum
inuẽtũ eſt hominis occiſi:an ex vi ſtatuti punien-
tis villã de dãno in ea ſeu eius territorio dato vil
la de occiſo vel damno ex morte occiſi in ea ſeu
eius territorio inuẽti proueniẽte puniri poterit.
ad cuius deciſionẽ diſtinctio Bar.in.d.l.ſin.ff.ad
l.Cor.de ſicar.cõducere videť in qõne per eũ di
ſputata de vniuerſitate quæ peccauit,ſeu peccaſ-
ſe diciť,an puniri debeat.dicit eñ aut vniuerſitas
ſeu eius incolæ peccauerũt : & nulli dubium erit
vniuerſitatem teneri,ſiue ab vniuerſitate ſeu eius
incolis facinus patratũ fuiſſe cõperiať, argumen
to.l.metũ.§.animaduertẽdũ.ff.quod met. cã. gl.
in.l.j.§.ſed an municipes.ff.de acqr.poſ. & argu
mẽto.l.nã & ſalutẽ.ff.de offi.præfec.vigilũ. Pro
incolis eñ rñdere teneť,argumẽto.l.j.§.familiæ.
ff.de publi.& vectiga. Melius de vtroq; in.c.fœ
licis.§.fi.vbi plenius Petr.de Anch.de pœ.in.vj.
c.j.vbi Bal.de pace tenen.& iura firmã. colla.x.
cle.j.§.ciuitas de pœ.qm̃ ſuos coercere debẽt ne
talia cõmittant:vt procurent pacẽ in publico, pa
teatq; omnibus tutus ad eã acceſſus, argumento
l.j.§.ſumma.ff.de his qui deiecerũt vel effuder.l.
74 ædiles.ff.de via publi. † Si autẽ aduena ſeu exte-
rus homicidiũ cõmiſit:& dic quærẽdũ eſſe. Pri-
mò,de loco patrati homicidij & vt de eo liquidò
cõſtet.Secũdò,an mortuus inuẽtus occiſus,an ve
rò naturalr̃ mortuus fuerit.§.illud. ſuprà ea. l.&
l.inde Neratius.§.fi.&.l.ꝓinde.ff.ad.l.Aquil.&
l.aut facta.§.locus.ff.de pœn.ex eo ꝙ locus deli-
ctũ aggrauat.d.§.locus.& argumẽto dictæ.l.de-
nunciamus.C.de his q̃ ad eccleſ.confug.Tertiò,
de mõ & forma cõmiſsi homicidij,vt cognoſcať
an per vim ſeu ex ꝓpoſito,an verò caſu fortuito,
ſeu q̃ alio animo homicidiũ cõmiſsũ ſit.l. oẽ deli
ctũ.§.fi.ff.de re militari.l.in.l.ff.ad.l. Cor. de ſi-
car.Quartò,an villa facta diligẽti ꝓſecutiõe po-
tuit in tẽpore occurrere,& homicidam prohibe-
re ne homicidium committeret , ſeu aliàs damnũ
inferret,vel eum apprehẽdere & detinere,an ve-
verò gratia ſeu diſsimulatione homicidã appre-
hendere denegauit.l.vnica.in fine. C.de mono-
po.l.j.C.de deſerto.& occulta.lib.xij.l. ſeruos.

C.ad.l.Iul.de vi publi.l.ij.C.de his qui latro.oc-cult.l.cum ancillis.in fi.&.l.ſeq.in fi.C.de inceſ. nupt.l.pe.in fi.C.de paga.& ſacri.& temp.eorũ. l.ſororem.C.de his quib.vt indig.l.ij.§.fin.cũ.l. ſeq.ff.ad.l.Iul.de adulter.vel an potuit adhibitis cuſtodibus delicto occurrere,ne in ſuo diſtrictu cõmitteretur, vnde villæ culpa argui poteſt. d.l. nam & ſalutẽ. ff. de offi. præfec. vigil.l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi fornicarius.ff.ad.l.Aquil. & melius in.l.ij.§.hæc autẽ.C.de offi.præfec.prætor. Afr. in his verbis,& non cõcedant eos deuagari, vt ſi quando neceſsitas contigerit poſsit inimicis reſi ſtere. Et in his verbis, incuſtoditas noſtras relin-
75 quant prouincias. † Similiter ſi villa aut caſtrum ſeu oppidũ cuſtodiã adhibere debet,vt loca illis finitima in tuto ſint,ne in eis tranſeuntes offendã tur:ſi ſecus ſua deſidia aut negligentia cõtingat, de damno teneantur, quemadmodũ in edicto de his qui deiecer. vel effuder. cautum inuenimus, dicta.l.j.§. ſumma cum vtilitate.ff.de his qui de-deiecer. vel effuder.in his verbis, publicè enim vtile eſt ſine metu & periculo per itinera cõmea-ri. Et in his verbis,quia iter facientibus proſpici tur,non publicis vijs ſtudetur.ſemper enim ea lo ca per quæ vulgo iter ſolet fieri,eandẽ ſecuritatẽ debent habere.l.ſi putator.ff.ad.l.Aquil.c.ex li-teris.ij.extra de homicid.& dicto.c. hi qui arbo-rem.l.diſt.Ex his ceſſabit tota Rom. diſputatio, quæ in hoc ſolo conſiſtit,quando dubiũ eſſe po-teſt,an in villa ſeu eius territorio occiſus eſt. In quo dico ex eo ꝙ cadauer occiſi in ea ſeu eius ter ritorio inuentum eſt, præſumptionem eſſe cõtra ipſam villam ſeu eius incolas,niſi doceatur extra territorium occiſum fuiſſe,& illhic conſultò ad-
76 uectum. † præſumptio enim iuris eſt,in loco oc-ciſum eſſe in quo repertus eſt. Caſus eſt hic in his verbis,ſufficiat ergo eos,qui cum ipſo ſunt. &c. & in.§.ſequẽ.in verbo,in itinere. Et melius in.§. hoc autem Senatuſconſultum.verſi.eodem autẽ tecto.ſuprà eo. Alleg.hic Rom.l.ſi ego.§. dotis. ff.de iure dot.l.j.C.de priuileg. fiſci.l.j.§.fi. cum l.ſeq.ff.nautæ,caupo.ſtabula.l. ædiles.§.fin. vbi Bar.ff.de via publi.refici.& facit.l.ne quid.ff.de incend.rui.naufr.Non mirum ſi villæ onus pro-bandi incumbat.l.ſi.in princi.ff.quod met.cauſa l.dñs horreorum.ff.loca. & cõduc.auth. ſi quis. C.ad.l.Iul. de adulter.§.ſi.in auth. vt liceat matri & auiæ.colla.viij.Feli.notat in.c.ſi.extra de ho-micid.Nec obſtãt ea quæ Ro.hic in cõtrariũ de-ducit. Primò vbi ad eſſe inducendæ obligatiõis determinatus locus aut certũ tẽpus deſideratur: oportet de vtroꝗ clarè docere.l.prætor ait.ij. §. docere.ff.vi bo.rap.l.j.§.item ait.ff.de incen.rui. naufra. Secũdò,nõ valere argumẽtũ,in loco iſto occiſus inuẽtus eſt, igiť in eo intereptus eſt. Po-tuit em̃ aliũde aſportari.l. nõ hoc.C.vñ cogna.l. matrẽ.C.de ꝓba.Plures addit Feli. in.c.Petrus.
77 colũ.vlti.verſi.vij.fallit.extrà de homicid. † Ter tiò,quũ ſtatutũ ſit exorbitãs, & iuri naturali cõ-trarium,vt vnus pro alio teneatur. l. vnica. C. vt nul.ex vica.pro alie.vica.debi.tenea.li.xj.l.pro-uidẽdum.C.de decur.lib.x.Cui adde melius.c.j. de iniur.li.vj.vbi tex.pignerationes, quas repreſa lias vocamus,cõcedi prohibet,in quibus(ait ille tex.)alius pro alio prægrauať tanꝗ graues legi-bus & æquitati naturali cõtrariæ ciuili ſint cõſti-tutiõe prohibitæ, ꝗuis cõſtitutiones imperiales gl.in eo.c.dicat eſſe.ne vxor pro marito ne filius pro patre.vt nullus vicarius pro alienis vicario-rũ debitis teneať,& ita etiã loquiť de.l. ob mari-torum. C.ne vxor pro mari.l.ſanci.C.de pœ.ſed dic eã eſſe cuius ſuprà meminimus. Hanc regulã limitabat hic Ro.niſi villa aſſueta eſſet tales per-ditos homines ſuſtinere. Nã ſecũdũ Rom. ꝓpter eorũ cõſuetudinẽ præſumptio aduerſus eã erit.l. ij.§.ætas.ff. de excuſ.tuto.facit.l.nõ oẽs.§. à bar-baris.ff.de re milita.alioquin præſumẽdũ magis eſt ſecundũ eũdẽ Ro.corpus illatũ fuiſſe,ꝙ in ea occiſum,iuxta titu.ff.de relig.& ſumpti.funer.& de mort.infer.&.l.alũnæ.§.Scio.ff.de adim.leg.
78 Quibus faciliter rñderi põt. † In primis dũ di-cit Ro.eũ teneri qualitatẽ probare,qui in ea intẽ tionẽ fundare vult.l.circa.ff.de ꝓbatio. Huic rñ-det Feli.in.d.c. Petrus.colũ.fi.verſ.viij.fallit ex-tra de homicid.niſi peccatũ fiat circa id quod ſin gulariter alicui cõmiſſum eſt.Nã ſi in eo, qđ cõ-mittiť, peccatum inueniať:præſumptio eſt iuris, quæ in eũ onus probãdi transfert,etiã ſi negatiua ſit.l.ab ea parte.ff.de probatio.l.maiorẽ. &. l.ſi. C.ad.l.Corn.de fal.Dicꝗ in.l.neceſſarios.§.non alias.infrà eodem.l. deſertorem.§. ſi ad diem. ff. de re militar.in his verbis, facta prius copia do-cendi, quum fortè caſibus quibuſdam detentus ſit,propter quos venia dignus eſſe videatur, ve-luti in negligentia cuſtodis,quæ iuris diſpoſitio-ne præſumitur ſi damnum in re cuſtodienda ſeu cuſtodita contingat.l.ſi ſeruus ſeruum.§.Procu-lus.ff.ad legem Aquiliam.vbi idem notat Flori. &.l.videamus.in princi.ff.loca.& conduc. Ego ad Felin.addo text.in.l.fina.§.fina.ff.de cuſtod. reo.in his verbis, ergo ſi caſu cuſtodiæ defunctũ fuiſſe dicatur:teſtationibus id probãdum eſt, & ſic venia dabitur. Et prius ille tex.dixerat, ſed ſi cuſtodia ſe interfecerit vel præcipitauerit: mili-tis culpæ aſſcribitur. l.fina.§.finali.ff.de bo.eo-rum. qui ante ſententiam mortem ſibi conſci.di-xi.in.§.ſi ſibi manus.ſuprà eadem.l. quia ſtatim offendit in commiſſam ſibi à ſtatuto cuſtodiam.
79 Ad † ſecundum Romani argumentum dum di-citur non valere conſequentiam, inuentus eſt in hoc loco mortuus, igitur in eo occiſus eſt. In primis fateor de occiſo conſtare debere.§. illud. ſuprà ea.l.ſed vbi hominem occiſum nõ mortuũ fuiſſe cõpertũ erit: probato loco in quo occiſus eſt,ſtatim ꝑſumptio eſt in eo loco fuiſſe occiſum, niſi cõtrariũ ꝓbeť ab eo,ꝗ dicit,in eo nõ eſſe oc-ciſum,vt hic,&.§.eodem tecto.ſuprà ead.l. &.l. ſi verò plures.§. ſed & ſi quis cœnaculariã. &.§. ſeq.

ſeq.ff.de his qui deiecer.vel effude.in his verbis,
oēs tenebunt quaſi in hoc cœnaculo habitātes.
argumēto etiā eſt.l.itē apud.§.ſi quis virgines.ff.
de iniur. Et de re ſeu tēpore ad locū, bonū eſt ar-
gumentū.l.ſi.ff.de condic. triti. Et ſic vis in hoc
eſſet, cui onus probandi incūberet occiſum vel
80 illatū, an villæ, an verò hæredi occiſi. † Clarū eſt
onus ꝓbandi regulariter actori incūbere.l.quo-
ties.§.q dolo.ff.de probatio.l.prætor ait.§.doce
re.in verbo, actor.ff.vi bo.rap.alleg.per Ro.ve-
rū eſt, niſi cōtra eā præſumptio eſſet.l. nō eſt eñ
veriſimile.in princ.ff.quod met.cauſa.l.ne quid.
in fi.verſi.à dñis.ff.de incend.rui.naufra.l.j.§.do
mus.C.de fal.mone: facit.l.ædiles.vbi Bar. ff.de
via publi.reficien.Ex hoc ad Tertiū Rom.argu-
mentū rñdet ꝑ Bart. in.l.ne quid.ꝑ illū tex.in fi.
ff.de incē.rui.naufra.deſiderare.inqt, à dñis lo-
corū aut incolis cuſtodiā, & propter eā neglectā
pignerationē exigere de dāno dato, nō eſt à ra-
tione alienū, vt metu pœnæ ad cuſtodiēdos ſuos
limites & diſtrictus innitent, vt omnibus tutus
pateat intra eos acceſſus.d.l.j.§.ſumma. ff.de his
qui deiecer.vel effuder.l.ij.§.hæc autē.C.de offi.
præfec.prætor.Afri.& argumēto.l.ſi locus.§.fi.
ff.quēad.ſerui.amitta.& eſt caſus.l. dñs horreo-
rum.ff.loca.& conduc.l.vnicæ.§.j.verſi.quia re-
cipiendo.&.§.ſeq.ff.fur.aducri.nautas. Idem in
l.j.C.de deſerto.& occulta.lib.xij.verſi. dñs ve-
rò.in.l.j.C.de fal.mone.ſimiliter dicit in.c.ſicut
dignū. extra de homici. Et facit tex.in.l.ne quid.
ff.de incen.rui.naufra.l.ſin.in princi.§.dñi.C.de
his qui latro.occulta. Non obſtabit quod dictū
eſt poſt Ro.ex titu.de relig.& ſumpti.funerū.&
de mort.inferē.ff.quæ interdicta ſeu edicta ſunt
prohibitoria.l.liberū.in prin.ff.de relig. & ſum-
pti.fu.l.j.ff.de mor.infer. tamen vbi inductū ſeu
illatū erit cadauer: iuris præſumptio eſt natura-
liter ad mortuū, locū vbi inductus eſt pertinere.
l.ſcriptus.§.naturaliter.ff.de religi.& ſumpti.fu-
ner.Naturaliter, inquit, videtur ad mortuū perti
nere locus, in quem infertur.facit materia.l.inci-
uilē.&.l.ciuile.C.de fur.c.afferte.&.c.literas.ex
tra de præſumptio.dicā plura in.l.pen. infrà eo.
titu.Ex his rñſum eſt.c.j.de iniur.in.vj.&.l. vni-
cæ.C.vt nullus vica.pro alie.&c.lib.xj.& ſimili-
81 bus. † nō quod pro alieno delicto, ſed pro ſuo,
id eſt, pro negligentia circa cuſtodiā cōmiſſa te-
neantur.d.l.vnica.ff.fur.aduer.nautas.cū alijs ſu
prà notatis.Quibus adde Andr.de Iſer.in.c.ſi.§.
nauigia.in verbo, prouinciæ.de ſtatu. & cōſuet.
cōtra liber.eccle.cōdi.alleg.l.iure ꝓuiſum.C.de
fabri.li.xj.l.ſi.in ſi.C. de caſt.li.xij.l.ſeruus ea le
ge.ff.de ſer.expor.& maximè qñ habitatores lo
ci hoc ſtatutū fecerūt, quū quiſq; legē ſibi impo-
nere pōt. alioqn princeps tenet reſtituere: quia
ꝓuinciā cuſtodire debet.§.j.in authē.de hære.&
fal.coll.j.l.bñ à zenone. C. de quadri.p̄ſcriptio.
Alleg.beatū Paulū in epiſtola ad Ro. c.xiij. Per
eūdē Andr.de Iſer.in.c.ſi quis hominē. quæ fuit
prima cā bñſi.amitten.colla.x. Et clarius probat
in hoc tex.in his verbis, & qui in ſuſpiciōe cædis
aut cōſciētia attingi videbūtur. Quē text.noſtrū
volo te ad id notare in illis verbis, In ſuſpicione
cædis.vt hi qui tenētur diligentē adhibere cuſto
diā, ſola ſuſpicione aut criminis conſcientia tor-
queri poſſent, cōtra iuris cōmunis regulas.l.fin.
ff.de quæſt.l.abſentem.ff.de pœn.cōcor.huic li-
teræ.§.quid ergo.in his verbis, tñ ſi q cōſcij vel
fautores ſceleris fuerūt, hi demū ſupplicio afficiū
tur.&.§.hoc aūt Senatuſcōſultū.verſi.eos ſuprà
82 ea.l.in his verbis, niſi cōſcij fuerint. † vbi ſola cō
ſciētia cōpotes ſupplicij facit.vbiq; dictū eſt: co-
pioſius dicetur.in.l.pen.infrà eo. illhic ſupplebi
mus quicquid hic & in prioribus.§§. omiſſum
erit.Nec in cōſideratione haberi debet glo. in.l.
vtrū.ff.ad.l.Pompeiā de parri.quæ ad illum tex.
in verbo, cōſcij.ſubaudire voluit, & participes.
In primis quum illa.l.de cōſcijs tm̄ loquatur, nō
autē participibus.ſatis eñ criminis particeps eſt
qui criminis eſt cōſcius.c.hoc videtur. xxij.q.v.
l.pen.§.cōſcij.C.de paga. & ſacrifi. & temp. co-
rū. Addo illi rōnē, Nā ſi in cōmunibus delictis
in culpa eſt, qui nō prohibet quū prohibere pōt
ne delictū fiat.l.culpa.ff.de regul.iur.c.q̄ſtæ. ex-
tra de ſenten.excōica.c.ſicut dignū.extra de ho-
micid.q̄to magis grauior culpa in eo eſt, qui fi-
delitatē & comitatē iure naturali debet, vt in p̄ſa
tis.§§. dictū eſt.l.nō dubito. ff.de capti. & poſt-
li.reuerſ.l.deſertorē.§.fin.ff.de re milita.Mouet
me etiā rō.l.diuus.ff.ad. l.Pōpeiā de parri. quæ
de patre à diuo Adriano in inſulā deportato loq
tur, qui ſiliū quē nouercā adulterare cōperit oc-
ciderat, eo ꝙ magis latronis q̄ patris iure interfe
83 cerat, † quū patria poteſtas, inquit, in pietate po
tius debeat q̄ in atrocitate cōſiſtere. Idē in filio.
§.j.in auth.de inceſ.nupt.colla.iij.l.minime.ff.de
relig.& ſumpti. funerū.q̄to magis ſi filius in pa-
trē vel pater in filiū cōtra naturæ officiū.l.vt vim
ff.de iuſti.&.iure.debitā etiā patris ſeu filij pieta
tem quauis ratione aut occaſione ſæuire digno-
ſcit, aut alios ſæuire permittit. Idem de domino
ſuprà dictum eſt & vaſallo in dicto.§.hoc autem
Senatuſconſultum. verſic.ſerui.poſt glo.in ver-
bo, ſaluti. Et Bartol. fuit in ea. opin. in dicta.l.
vtrum.ff.ad legem Pompeiam de parrici.quam-
uis eius doctrina à pleriſque ſoleat impugnari.
Ego verò dicam in.l.pen.infrà eo.quomodo ſu-
ſtineri debet.Nam & hic text. apertius oſtendit
quouis alio, dum ſolum ſuſpicionem cædis ſuffi
cere ad quæſtionem ſeruis infligendā dicat. vnū
tamen interim non omiſerim, dictionē, cōſcius.
84 variè à legislatoribus aſsignari. † aliquando eñ
conſcius dicitur à ſcientia tantùm, vt in dicto.
§.quid ergo.ſuprà eadem lege.licet ipſe miniſter
aut aliter particeps non ſit, quales ſunt hi qui fa-
ctionis tantùm notionem habent, quam detege-
re nequeunt, vt in dicta.l.vtrum. &.l.ij.ff. ad.l.
Pompeiam de parrici.l. apparitores.C. de exac.

tribu.lib.x.l.j.C.de condi. in publi. horre.eodẽ
li.vbiq; Luc.de Pen. & alij in.c.ad hoc.§. tu au-
tem. hic finitur lex,dein.inci.conſu.reg.ca.vni-
co.verſi.& ſi ſciuero.de no.for.fideli.et dicto.c.
hoc videtur.xxij.q.v. Nam & hic particeps cri-
minis dici pōt, cuius medio ſceleris veritas erui
potuiſſet,ſi detexiſſet & eam celauit,vt in.l.exci-
piũtur.infrà eodem titu.& dicto.c. hoc videtur.
& hic etiam per medium quæſtionis eruitur. Idẽ
in.l.fallaciter.in fi.C. de abolitio.l. ſi quis.C. ad
legem Iuliam maieſta.alleg.Lucas de Pen.in ar-
gumentum.l.Titium.§.tutores.ff.de adminiſtra.
tutor.in his verbis, reſpicere tamen ad officium
eorum ne inſtrumentorum ignorãtia contractus
eos ad quos adminiſtratio pertinet, lateret. Sed
melius in.l.cum ancillis.§.quod ſi actores. C. de
85 inceſ.nup.l.j.C.de deſerto.& occult.li.xij.† Ali
ter autem conſcius eſt qui quomodocũq; cõſciẽ
tiam læſam habet.cõſcius ipſe ſibi de ſe putat o-
mnia dici.d.l.j.in his verbis, optimè ſibi cõſcius
pro integritate mentis apponatur cuſtos ac men
ſor.C.de cõdi.in publi.horre.lib.xij.alleg.illhic
Lucas de Pen.ca.in cunctis.xj. q. iiij.aliter con-
ſcius dicit̃,qui poſt crimen,facinus occultat.l.j.
& fi.C.de his qui latro.occul.Plenius per Ang.
in.l.vnica.C.de nili agger.non rumpen. dicta.l.
j.C.de deſerto. & occulta. lib.xij.l.crimen.C.ad
legem Iuliam de vi publi.l.fi.C.de paga.& ſacri.
& temp.eo.Aliter etiam cõſcius dicitur qui vin-
dictam de crimine ſumere negligit.l.non ſolum.
C.de commer.& merca.l.ſeruos.&.l.fin.C.ad.l.
Iul.de vi publi.Quos ſic conſcios leges puniũt,
vt ex illis legibus perpendi poteſt. Quantum au
86 tem eſt ad veritatem huius literæ,† dic ſufficere
cõſcium eſſe ſeruũ ſeu domeſticũ à ſciẽtia dictũ,
id eſt,q; ſciuerit dño inſidias aut offendiculũ præ
parari.l.fi.in fi.C.eo.niſi dño detexerit,vt hic,&
l.excipiunt̃.infrà eo, & ſi pñs fuit quũ dñs offen
ſus eſt,eum adiuuit poſtpoſita ſua ſalute,dñi ſalu
ti, vt hic & in.§.hoc aũt.verſi.ſerui.ſuprà eadẽ.l.
alioqn vt ſuſpecti de crimine torqueri poterunt,
vt hic dicit̃,& ſæpius ſuprà meminimus.et de his
ſuppliciũ ſumi,vt in.§.ſeq.dicet̃.De his per Bal.
in.l.fi.C.de ꝓba.eũdẽ in.l.ea quidem.C.de accu
ſa.Feli.in.c.quãto.&.c.literis.extra de præſum-
ptio.Bar.& Alex.in.l.fi.ff.de quæſtio. Areti. in
tracta.maleſi.in verbo,fama publica.

SVMMARIVM.

1 Verba hæc,ſub eodem tecto.qualem à iureconſul-
to recipiant interpretationem.
2 Serui cum domino inſidias paſſo in itinere exiſtentes,
punientur ſi nun iuuerint.
Socius itineris ſocio auxiliari debet.
3 Suppliciũ ſumitur de ſeruis præſentibus cùm occide-
retur dominus.
4 Seruus ſub eodem exiſtens tecto cùm dominus occiſus
eſt,& clamantem tueri neglexit,vltimo ſupplicio affici
debet. & nu.5.
5 Serui puniendi non ſunt,qui dominum clamantẽ exau
dire non potuerunt. & nu.7.
8 Prohibere non valens offenſam quando excuſetur.
Socij itineris ſibi inuicem auxilium præſtare debent &
fidem.
9 Miles ducem ſuum non defendens ea afficitur pœna,
qua ſeruus dominum deſerens.
10 Monumentum temporis qñque conſideratur à lege.
11 Pœnitentia locum non habet,actione à principio exi-
ſtente pœnali.
12 Erro quis dicatur & quis fugitiuus.
13 Miles qui in acie prior fugam accipit, capite punitur.
Monachi apoſtatæ delictum ſuum non purgant reuer-
tendo.
14 Pœnitentiæ non remanet locus,in quibus lex factũ tan
tùm ad pœnam expectat.
15 Vſurarij frumentum debitum fertilitatis tempore no-
lentes recipere expectantes ſterilitatem,ſuo ſunt debito
priuandi.
16 Pœnitentia locum non vendicat ſibi in vitijs animi.
17 Iudex in puniendo non debet eſſe ſeuerior lege.
18 Animus fugiendi ipſum fugitiuũ facit qui fugere pro-
hibetur.
19 Miles prælium deſerens an etiam puniatur ſi reuerſus
fuerit.
20 Pœna deſertionis qualiter euitari poſsit.
Deſertor quis propriè dicatur.
21 Tyroni deſertori quare parcatur.
Peccatum quando & in quibus ſola committatur co-
gitatione.
22 Pœnitentia admittitur ante opus perfectum,lege ope-
ris conſummationem requirente.
23 Falſitas punibilis quæ dicatur.
24 Voluntas ſola iure feudorum non attenditur.
25 Actus perfectus in iure feudorum requiritur, vt vaſal-
lus feudo priuari poſsit.
Deſertores qualiter olim apud Romanos puniti.
26 Fugiens primus ab acie ad exemplum puniri debet.
27 Actio quod metus cauſa non conceditur, niſi ex metu
damnum ſequatur.
28 Vaſalius iure feudorum non perdit feudum niſi ipſius
culpa dominus ſenſerit damnum aut periculum.
29 Miles qualiter olim ob caſtra deſerta puniebatur.
30 Transfuga quis ſit cenſendus, & qua pœna mulctãdus.
31 Transfugæ pœnitenti parcitur quandoque.
32 Hæreticus ſponte ſua ad fidem reuerſus an ſit perpetuo
carceri mancipandus. & nu.16.
33 Hæretici per eccleſiam damnati,animaduerſione debi-
ta puniendi relinquuntur iudicio ſeculari. & nu.41.
34 Hæreticus notorius latè differt ab hæretico cõdẽnato.
35 Satisfactio pro peccato hæreſis epiſcopi iudicio com-
mittitur.
37 Hæreticus ſpõte reuerſus,miniſtrare poteſt in ſuſceptis
ordinibus.
38 Pœna regradationis & nõ degradationis quæ ſit ſecũ-
dum Hieronymum.
39 Milites in quibus & qualiter puniri poſsint.
40 Epiſcopus & inquiſitores qualiter poſsint hæreticorũ
cognitionem iudici ſeculari auferre.
41 Iudices laici in puniendis hæreticis deuoti & eccleſiaſti-
cis iudicibus obedientes eſſe debent.
Hæretici quando poſsint eccleſiæ reconciliari.
43 Sacramenta eccleſiaſtica non ſunt perditis hominibus
miniſtranda.
44 Hæreticus poſt ſecundam monitionem obſtinatus vi-
tari debet.
45 Serui domino oppreſſo abſentiam affectantes vel igno
rantiam ſimulantes,puniendi ſunt.

§. Quum dominus.

REPETITVR hæc litera in
l.quum dominus. infrà eodem.
licet illa lex amplioribus verbis
compoſita eſſe videatur. Vnum
tamen verbū eſt in hoc.§. quod
in illa.l.poſitum non inuenitur,
videlicet, in itinere. Secundò:
aliud in ea deeſt,videlicet,profugerunt.quod cō
uenire poteſt.l.ſequen.&.l.& ſi certus.§.fi.infrà
eodem. Ex his duo habes,quæ in præcedentibus
§§.expreſſe poſita non erant, quanquā ex eis col
ligi poſſent, tamen hic clarius expreſſa ſunt, &
multum prioribus deciſionibus conferunt.

Dic igitur Vlpianum nouam addere ad ver-
ba Senatuſconſulti Sillaniani interpretationem,
quæ de ſeruis ſub eodem tecto exiſtentibus,quū
1 dominus occiſus eſt,loquebantur, † quæ verba,
ſub eodē tecto. Vlpianus interpretatus eſt,inter
eoſdem parietes,vltra vel intra eādem dietam,cu
biculum,domum aut villam:& quicunque eo lo
ci fuerāt, vnde vocem domini exaudire poſſent.
Ex quibus nouiſſimis verbis plus ſatis thema hu
ius.§.diffiniri poterat. Non minus tamen iurecō
ſultus abſonum arbitratus non eſt verbum,itine
re.prædictis addere.Similiter verbum,profuge-
runt.Vlpianus enim in.§.ſerui quoties. dixit,nō
debent ſerui ſaluti dominorum ſuam antepone-
re.Secundò,in.§.potuiſſe.verſi.hoc ipſum,dicit,
Hoc ipſum manifeſtum eſt ei qui dixit percuſſo-
rem ſibi minatum, ſi proclamaſſet. Tertiò, in.§.
vltimum.repetit rationem priorum,ne cæteri ſer
ui credant in periculo dominorum ſibi quenq;
2 conſulere. † Quibus omnibus liquidò conſtat
plus ſatis dixiſſe ſeruos ſupplicium pati debere,
ſi in itinere cum domino erant, & ſi quum occi-
deretur non iuuerunt,aut aliàs non prohibuerūt
quominus occideretur, ſed relicto eo fugerunt,
ſicut & diſcipuli domini, eo derelicto fugerunt,
Matthæi.xxvj.& Marci.xiiij.

His adde duplicem eſſe huius.§. rationem.pri
ma eſt, quia ſerui de ſalute domini cogitare de-
bent,neq; ſaluti eius, ſuā anteponere, vt in prio-
ribus expoſitum eſt. Secunda, nam & ſi ſerui nō
fuiſſent, neque aliquo iure obligati, quia tamen
itineris ſocij erant,de ſocio curare tenebantur,et
eius ſalutem tueri,vt ſaluus ad ſuos rediret,dicta
l.& ſi certus.§.fi. infrà eo. qualiter autem ſocius
itineris ſalutem ſocij tueri debeat,illhic dicetur.

Seruus domini ſocius in itinere dominum de-
relinquens,ſi dominus occidatur, pœnam huius
Senatuſconſulti non euitabit. alioquin ſi quum
ſolus eſſet dominus, occiſus fuit, pœnam ſeruus
euadet.h.d.

Hic tex. planè probat vnum quod præceden-
ti.§. videtur aduerſari, dum in eo dicitur, ſeruos
præſentes cædi domini et cædis ſuſpectos torque
ri tantùm debere,non etiam de eis ſupplicium ſu
3 mi. Hic verò ſecus innuere videtur. † vult enim
eos nō tantùm torqueri,ſed & de eis ſupplicium
ſumi,ſi præſentes fuerint quum dominus occide
retur,nec eum tutati ſunt,ſeu occiſores non pro-
hibuerunt, ne eum interficerent. In præcedente
§.dicitur,ſufficiat ergo eos, qui cū ipſo qui occi-
ſus dicitur, fuerūt, & qui in ſuſpicione cædis aut
conſcientia attingi videbuntur,de his quæſtionē
haberi. Ex quibus verbis videtur probari duo
debere copulatiuè concurrere,prius quàm à ſer-
uo quæſtio haberi poſſit. Primum eſt,ꝙ cum do
mino fuerit quum occiſus eſt. Secundum,vt ſer-
uus,qui præſens erat,ſuſpectus ſit de morte. Hic
verò alterum tantùm ad pœnā ſufficere dicit, vi-
delicet, quòd cum domino fuerit in itinere quū
occiſus eſt, & eum non defendit, vel aufugit, &
hoc pacto indefenſum dereliquit. ſimiliter dictū
4 eſt in.§.vltimum.ſuprà ea.l.dum inquit, † Vlti-
mum itaq; ſupplicium pati debet,ſcilicet ſeruus,
qui ſub eodem tecto erat, quum dominus occi-
ſus eſt,& eum clamantem tueri noluit, ſuam ſalu
tem,domini ſaluti anteponens.neque dici poteſt
§.præcedentem debere de eo intelligi,qui in vil-
la occiſus eſt,& cuius vox,quia latè diffuſa erant
prædia, exaudiri ab omnibus non potuit, ſed de
his tantùm qui exaudire potuerunt, tametſi cor-
poraliter præſentes non erant: quoniam obſtat
ille tex. in his verbis, cum ipſo, qui occiſus dici-
tur,fuerunt,& in ſuſpicione cædis,vt ſuſpicio cæ
dis non tantùm ex præſentia coniecturari,ſed &
aliјs argumētis quàm præſentiæ cauſari debeat:
& tamen hic ſolam præſentiam punit, quamuis
aliter ſeruus de cæde domini ſuſpectus nō ſit.Si-
militer dictum eſt in dicto.§. hoc autem ſenatuſ-
cōſultum.&.§.ſerui.&.§.potuiſſe.&.§.vltimum
5 itaq;.ſuprà ea.l.dum ille.§. vltimum.ait, † Vlti-
mum ſupplicium pati debet,ea ſcilicet ſola ratio-
ne,qua quum dominum audiret interficere,non
defendit, neque occiſores prohibuit, quominus
dominum interficerent. Ob id.§. præcedentem
huic.§.& præcedentibus,non ſic debere coniun
gi exiſtimo, vt hic ſola itineris ſocietas aggrauet
delictum. ſed ſic intelligi, vt voluerit Vlpianus
apertius interpretationem à ſe datam ad verba
Senatuſconſulti declarare,dum dixit in verſi. eo
dem tecto. vt quicunque eo loci fuerunt &c. id
eſt, vbicunque loci fuerunt, ſiue intra aut extra
domum, ſiue in foribus ſeu poſtica domus, ſiue
in itinere,tueri dominum debeat. Idem dicit im-
perator in.l.fin.in fi. C.eo.Secundò,vt quamuis
in.§.præcedente dixerit Vlpianus, ſufficiat ergo
eos,qui cum ipſo qui occiſus dicitur, fuerunt,&
in ſuſpicione cædis, aut conſcientia, de his quæ-
ſtionem haberi:non tamen vt ſufficiat ſeruos tor
queri,& per quæſtionem à pœna eximi, etiam ſi
aliter rei non inueniantur, ſed verbum, ſufficiat.
ſic interpretari debet, vt dirigatur ad thema ſeu

caſum à iureconſulto propoſitum, quod eſt, An
ſerui omnes qui in villa erant quum dominus oc
ciſus eſt, torqueri debeant, & de his ſupplicium
6 ſumi. † quid enim ſi tam diffuſa, inquit, erant do
mini prædia, vt ſerui ex eis clamantem audire nõ
potuerũt: certe in culpa non ſunt. Igitur ſine cul-
pa puniri eos aut torqueri periniquum eſſet: ſed
eos ſolos ſeruos vult torqueri, qui cum ipſo do-
mino erant quum in villa occiſus eſt. Et licet nõ
dicat, & de his ſupplicium ſumi: ſatis tamen iure-
conſultus voluiſſe videtur repetere quicquid in
propoſito themate recenſuit, videlicet quæſtio-
nem haberi, & ſupplicium ſumi. Et ita reſponſo
Vlpiani ſuppleri debent, dum dixit, de his quæ-
ſtionem haberi. adde, & ſupplicium ſumi. vt re-
ſponſio interrogationi conueniat. alioquin non
poſſet ſaluari ab impugnatione huius. §. & alio-
rum præcedentium. Et hanc puto veram fuiſſe
Vlpiani ſententiam in. §. præcedente. Ex qua eli
cio ſimiliter ex hoc. §. ſeruos, et domeſticos, & id
genus perſonas, qui præſentes erant quum occi-
ſus eſt dominus, & eum tutati non ſunt, ſeu occi-
ſores non prohibuerunt, quominus dominus in-
terficeretur, non tantùm de nece domini torque-
ri debere, ſed etiam ſupplicium de eis ſumi, per
hunc tex. & dictum. §. hoc autem ſenatuſconſul-
tum. & tres. §§§. ſequen. ſuprà eadem. l. & l. ſi. C.
7 eodem. † Idem dico de cæteris perſonis, quæ co
mitatẽ ſeruare debẽt, aut parentibus, aut patriæ,
aut principi, vt in præcedente. §. dictum fuit, et in
l. pen. infrà eodem. Et hanc nouiſſimam declara-
tionẽ adde præcedenti. §. qui ſic debet legi, Non
autẽ vt ſimpliciter de quæſtione intelligatur eo-
rũ, qui præſentes erant quũ dñs occiſus eſt, & in
ſuſpicione cædis domini ſunt: ſed & vt de his ſup
plicium ſumatur. non enim eſt veriſimile Vlpia.
in tam proximis reſponſis diuerſa cenſuiſſe, quũ
eum ſolum vltimo ſupplicio, ſecundum hoc ſena
tuſconſultum vult puniri, qui ſub eodem tecto
erat, & in loco vnde vocem domini exaudire po
tuiſſet, licet corpore præſens non eſſet. Eum ve-
rò qui non tantùm vocem domini exaudiuit, ſed
& cædi eius præſens fuit, torqueri tantùm, hoc
mihi verum non videtur Vlpia. cenſuiſſe, quum
in hoc. §. iterum contrarium ſentiat, dum inquit,
vel quum vnà fuiſſent, profugerunt: ſupplicium
ſumendum eſt. ſed quod ſupplicium vltimum di
xit in. §. vltimum. ſuprà ea. l. Ob id dico concor-
dando hunc text. & priores cum. §. præcedente
hæc verba, ſuppliciũ ſumi. ſuppleri & repeti de-
bere in proximo præcedente. §. dũ in eo dicit, de
his quæſtionẽ haberi. adde, & ſupplicium ſumi,
& id puto verum. In cæteris verò perſonis, quæ
non eam fidem & præſtationem tam accuratam
debẽt, probabilem eſſe puto eam diſtinctionem
cuius meminimus in. §. præcedẽte. & §. hoc autẽ
8 ſenatuſconſultum. ſuprà eadem. l. † vt ſi abſque
dubio vitæ periculo offenſum, ſeu quem offende
re videt, liberare non poteſt: excuſetur, & à dolo
& culpa, & ob id ſit impunis. alioquin in culpa
ſit. aut etiam in dolo, quatenus alijs argumentis
dolus coniecturari poterit. l. hæ demũ operæ. ff.
de oper. liber. l. ij. C. ad. l. Cor. de ſica. & c. ſicut
dignum. extra de homici. c. ſi. xxiij. q. viij. c. quan
tæ. extra de ſentent. excõmunica.

In text. In itinere. Nota hunc text. pro his qui
ſocij ſunt itineris, vt fidem debeant, ſimiliter &
auxilium impartiri, non autem profugere. alio-
quin profugiens abſq; cædis ſuſpicione non eſt,
qui ſe auxiliarem non exhibet. Hoc aliquando
conſiderabam in quæſtione per me in præceden
te. §. diſputata, quam Rothomagi in tholo curiæ
contigiſſe dixi: de eo qui occiſus inuentus eſt, cu
ius itineris ſocij aſſerebant, in ſeipſum violentas
manus inieciſſe, licet multis argumentis cædis ſu
ſpecti eſſent, vt illhic memoratum eſt, & plenius
diſcutiemus in. l. & ſi certus. §. fin. in princi. infrà
eodem. & l. extraneo. §. quũ ſocium. ff. de quæſt.
melius in. l. ſeq. quæ de domino ſeruos excuſan-
9 te, qui eo derelicto aufugerunt, loquitur. † Et
quod hic de ſeruo dicitur, in milite, qui ducẽ ſuũ
ſiue imperatorem nõ defendit, hoc obtinet. l. de-
ſertorem. §. fin. & l. omne delictum. in fine. ff. de
re milita. Similiter & in vaſallo. c. j. quibus mod.
feud. amitta. colla. x. c. licet. ſi de feud. fuer. con-
tro. inter domi. & agna. Idem dico etiã, ſi ſtatim
relicto domino, pœnitentia ductus reuertatur. l.
quis ſit fugitiuus. in princi. & §. Cælius quoque.
verſi. ſed ſi fugæ prius conſiliũ habuerit. & §. itẽ
Cælius ait. in his verbis, exijſſet de villa ea mẽte
vt profugeret, & quis eum, priuſquam ex fundo
tuo exijſſet, comprehendiſſet, fugitiuum videri.
& §. apud Cælium. ff. de ædili. edict. In ea opi-
nione fuit Marti. Lauden. in dicto. c. j. quib. mo-
dis feud. amitta. colla. x. Licet Bal. illhic contra-
rium ſentiat per. l. qui falſam. ff. ad. l. Cor. de fal.
mouetur contra Bal. primò per tex. illius. c. pri-
mi, qui indiſtinctè loquitur: ideo indiſtinctè in-
telligi debeat. l. de precio. ff. de publ. in re actio.
10 Secundò, † quoniam lex in ſimilibus punctum
& momentum temporis conſiderat. l. ſed & par-
tus. in fine. vbi glo. fi. ff. quod met. cauſa. plures
addit glo. in dicta. l. quis ſit fugitiuus. in verbo,
pœnitentia. & in. l. qui ea mente. ff. de furt. Addi
tur illis per Lauden. l. Arethuſa. ff. de ſtatu homi.
præſertim quum in bello in momento horæ peri
culum eſſe poteſt domino, iuxta illud Horatij in
ſermonibus, Saty. j. Momento, cita mors venit
aut victoria læta. Et Cæſar in. iij. cõmentario bel
li ciuilis. Si fortuna, inquit, quæ plurimũ poteſt,
quum in reliquis rebus, tum præcipuè in bello
paruis momentis, magnas rerum cõmutationes
efficit. Nec obſtabit. l. qui falſum. per Bal. alleg.
quoniam in delictis. regula iuris eſt, vt pœniten
tiæ locus non ſit, dicta. l. qui ea mente. ff. de furt.
l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. & ſer. corru.
Eadem repetit Franciſ. Cur. in tract. feudorum.
in. iiij. part. in. vij. quæſt. primæ cauſæ amiſſionis
feudi

feudi,vnum addens ad Marti. Lauden.ex dictis
per Bar.in.l.qui ea mente.ff.de furt. dum in fine
11 ſuæ lecturæ Bar. † dicit non eſſe locum pœnitē-
tiæ vbicunq; actio à principio eſt pœnalis,vti eſt
in hoc caſu, in quo tractatur de amiſſione feudi.
Sed hæc cōſideratio non eſt omnino concludēs.
Nam & ſi pœna imponitur ꝓ delicto: tamē pœ-
nitentia admittitur.l.non omnes.§.ſi.ff.de re mi-
lita.l.j.C.de falſa moneta.l.quiſquis.C.ad.l.Iul.
maieſt.l.j.ff.de ſer. fugit.l.j.C. de deſerto.& oc-
cul.li.xj.l.j.in fi.C.de crimi. ſtel.& pleriſq; alijs.
Tamē pro opi.Bal.videtur facere tex. in.l.iij.
ff. de diuort. in his verbis, ſi in breui reuerſa eſt:
non videtur diuertiſſe. Cui videtur conuenire.l.
non oēs.§.qui captus.ff.de re milita.per argumē
tum ab abſtracto,dum inquit,qui captus,ſcilicet
ab hoſtibus,quum poterat redire non redijt,pro
transfuga habetur. ſi ergo redijt, transfuga non
eſt.ſimiliter ſi is qui aufugit,quum poterat nō re
dire,redijt,pro trāsfuga haberi non debet. Idem
in.l.qui cum vno.§.fin.eo.titu. in his verbis, ſed
ſiue adeat quis,& offerat ſe,ſiue deprehēſus offe
ratur: pœnam deſertionis euitat. & dicta. l. non
omnes.§.à Barbaris.eo. titu.dum dicit, non cre-
ditur ei,ſi poſt longum temporis redijt.&.l. mili
res agrum.in fi. eo.titu. gloſ.etiam illhic alleg.l.
item ſi vnus.in princi. verſi.ſi multo.ff.de arbitr.
His addo.l. quis fugitiuus. §. idē ait ſi ſeruus. in
his verbis, neque occaſionē ante nactus redeun-
di prætermiſit.ff.de ædili.edicto.&.l. deſertorē.
§.emanſor diu euagatus eſt.& verſi.ſequē. in his
verbis, per prolixū tēpus euagatus reducitur. ff.
12 de re milit. † Nam hic fugiens & rediēs,erro ma
gis q̄ fugitiuus cenſendus eſt,ſecundū Labeo.in
d.l.quis ſit fugitiuus.§.erronē: &.l.j.in fi.iuncta
glo.rubricæ.ff.de ſer.fugi.Licet ſecundū Vlpia.
is propriè erro ſit,qui nō fugit,ſed qui frequēter
ſine cauſa vagaī, & tēporibus in res nugatorias
conſumptis ad dominum redit. ſic & emanſor in
in hoc à deſertore differt.l.deſertorē.§.emanſor.
&.§.ſeq.ff.de re milita. Sed pro Marti.Lauden.
multum facit dicta.l.deſertorem.§.qui ſtationis.
&.§.ſi plures.&.§.is qui apud hoſtes.ff. de re mi
litari.In his enim.§§.lex tantùm actum fugæ con
ſiderat,vt ſtatim aufugiendo deſertor dicatur,&
præſerum in.§.ſi plures.dicitur, deinde intra cer
tum tempus reuerſi ſunt.in.§.is qui apud hoſtes.
dicitur,confugit & redijt.& in fi.§.dicitur , & is
qui volens transfugere apprehenſus.Et ſic ad lo
cum fugæ deſtinatum nondum peruenerat,impe
ditus facto tertij.in.l.qui cum vno.§. ad beſtias.
eodem titulo.dicitur,ad beſtias datur ſi profugit
& militiæ ſe dedit:quumq; inuētus capite puniē
dus eſt. Et ratio aſſignatur in.l.omne delictum.
13 §.qui acie.eodem titu. † qui in acie, inquit, fugā
prior fecit ſpectantibus militibus propter exem-
plum capite puniendus eſt.Idem in dicta.l.deſer
torem.in fi.dum dicitur in ea, Et quum multi mi
lites.in aliquod flagitiū cōſpicerent. poſſent alia
vulgaria recenſeri,quæ de rebus mali exēpli tra-
ctāt.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff. de pœ.
l.diuus.ff.de re iudi. Idem in dicta.l.quis ſit fugi
tiuus.in princip.ff.de ædili.edic.Nemo enim(ait
ille text.)pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit.quē
tex.notat ad id Archi.in.c.fugitiui.xij.q.ij.Secū
dò,text. in. l. iij. ff. ad legem Iuliam maieſta.ſo-
lum actum fugæ cōſiderat in his verbis, qui bel-
lis ceſſerit. Idem in fine eiuſdem. l. dum dicitur,
exercitum've populi Romani deſeruerit.Cui cō-
cordat.c.infames.vbi Archid. notat poſt glo.vj.
q.j.in his verbis, de bellis publicis fugientes. Et
Bal.illam.l. quis ſit fugitiuus. in lectura antiqua
notat contra monachos apoſtatas,qui derelicto
monaſterio aufugerunt, vt reuertētes peccatum
ſuum nō purgent,licet ad id nihil alleget,eſt tex.
in.l.iij.C.de apoſtat. nec flagitium horū, inquit,
obliterabitur pœnitentia.& Vlpia.in.l.j.in fi.ff.
de ſer. fugiti. eum fugitiuum eſſe dicit , qui erro
eſt, quamuis propriè erro fugiuus non ſit.vt di
ctum eſt ſuprà per dictam.l. quis ſit fugitiuus.§.
erronem. ff. de ædili. edic. quæ lex Vlpiani eſt.
Adde tex.in.c.penul.& fina.quinquageſima di-
ſtinctio. vbi Archidia. & notatur in. c.j. vbi per
Inno. & alios. extra de apoſta.Et glo.& docto.
in.c.j.de tempor.ordinan.in.vj. & in.c.alieni.ij.
14 q. vij. † Tertiò,in his in quibus lex factum tan-
tùm expectat ad pœnam, non poteſt locus eſſe
pœnitentiæ,etiam ſi agens ſtatim pœniteat.l.ro-
go.ff.de fideicōmiſ.liber.dicit ille tex.nec proſit
ad impediendum libertatis petitionem, ſi rede-
merit eum cuius ſemel conditio extitit.l.iij.§. Sti
chus annua.ff.de ſtatulib.verſi. & puto ſufficere
hæc cadē,et pœnitentiæ hæredi locū nō eſſe.Illū
tex.videas, qui & pulcher eſt pro deciſione glo.
in.l.creditor.in princip.in verbo,nec creditoris.
ff. de ſolutio. dum diſſoluere intendit argumen-
tum per eam factum de lege, qui decem. in prin.
ff.eo.de ſolutio. de creditore cui pecunia à debi-
tore oblata eſt,quam renuit accipere, quæ demū
perijt, aut aliàs edicto publico reprobata eſt, vt
dicitur in illa. l. creditor.cuius erit periculo . Et
vera diſſolutio vtriuſque legis eſt,quando abſq;
iuſta cauſa creditor debitam à ſuo debitore pecu
niam recuſat accipere, vt pereat creditoris, non
debitoris periculo. ſecus ſi iuſta cauſa mouetur,
nec aduerſus eum ſuſpicio vlla eſt. l. nulli. C.de
eroga.mili.anno.lib.xij.cuius meminit Bal. in.l.
acceptam.C.de vſur.& in.l.non dubium.iiij.co-
15 lum.C.de legib. † vti ſolent vſurarij, qui in tēpo
re fertilitatis frumentum illis debitum recipere
nolunt, ſed tempore ſterilitatis debitores cōpel-
lunt:vt debito priuari debeāt: vel tolle exemplū
ſecundum Roma. in notabili.283.incipiēte,nun-
quid ſi ſum magnus mercator, & ſciam in conſi-
lio de ordine dato,quòd cras minus valebit fru-
mentū,quàm hodie,& vendidi emptoribus igno
rātibus ordinationem. Cui adde Bar.in.l.vnica.
ff.furti aduer.naut.l.is qui ſuis.§.vnde quæri ſo-

let. ff. de manumiſ. Idem in reuocatione æſtima-
tionis pecuuiæ forſitan (vt inquit illa lex credi-
tor.) quia ærosa nimis, id eſt, nimio ære conflata,
ſecundum Hoſtien. & bene in. c. quãto. iij. colũ.
extra de iureiur. Non poteſt eſſe locus pœniten-
tiæ. In ſimilibus hoc idem notant omnes præſer-
tim Moder. Papien. in emphyteota rem emphy-
teoticam alienante irrequiſito domino, in. l. fin.
C. de iure emphy. Adde Ang. in. l. ſicut. §. ſuper-
cuum. ff. quib. mod. pign. vel hipoth. ſolua. Bal.
in rubrica. C. de vſur. Et quòd Papien. Moder.
poſt Alexan. notãt in. l. dedi. ff. condi. cauſa data
cauſa non ſecu. Et Bal. in. l. ſi quis hæredem. C.
pus reliquum ſit.Idem in dicto. c.continebatur.
in his verbis , ſi fuerit ætati proxima, vt in vnde-
cimo vel circa duodecimum annum. &.c. atte-
ſtationes.eodem titu. de deſponſa. impuberum.
9 in his verbis , † quòd poſt quartumdecimum
annum ætatis ſuæ, vel circa finem quartidecimi
anni.quæ verba,poſt quartumdecimum annum.
illhic interpretatur Hoſtienſis, per tres dies poſt
quatuordecim annos elapſos.c. ad noſtram. ex.
de regula.c.in cauſis.primo reſponſo.in fine.ex-
tra de electio.ſed ad illam.l.non tantùm.reſpon-
det Barto.in dicta.l.j.ff. de nouatio.vt in alio ca-
ſu loquatur . clarius Dinus declarat , & memi-
nit Nicolaus Spinel. in dicto.§. in ſumma.Inſti-
tu, de obligation . quæ ex delict . naſcuntur . vt
illa.l.non tantùm.intelligatur quantum ad finiē
dam

dam tutelam. at in caſu noſtro vt ex delicto non
obligetur. hæc ratio quanto magis recipienda
eẽt in hoc caſu in quo pœnas exaggerare nõ vo-
lumus. l. ad rempublicam. in fi. ff. de mune. & bo
nori. vt ea ætas quæ omni iure illius ignorãtiæ &
imprudẽtiæ exiſtimaſ, vt quicquid agat ignoret,
per ſuprà dicta. quibus cõcor. l. impuberẽ. ff. de
fur. l. fi. ff. de iur. & fac. igno. l. fœminæ. §. impu-
beres. & l. ferè. & dicta. l. pupillum. ff. de reg. iu.
l. j. §. fi. ff. de actio. & obliga. c. paruuli. & c. pue-
ri. xxij. q. v. quomodo ætatem ad id accelerare cu
ramus. vbi om̃ino lex in pœnalibus reſiſtit. l. de
minore. & l. ex libero. §. j. ff. de quæſtio. & hic.
Cæterùm Salic. & Decius ſentientes cum Dino
& Bartol. reſpondent ad. l. excipiuntur. infrà eo.
videlicet Salic. in dicta. l. impunitas. C. de pœn.
Et Decius in dicta. l. pupillum. ff. de regu. iur. vt
illa lex non declaret eum proximũ pubertati qui
prope ſemeſtre annum decimum quartum attin
git: ſed in genere de eo tãtum loquitur qui proxi
mus eſt pubertati. Hæc ſolutio etiam conuenit
dicto. c. cõtinebatur. & c. à nobis. & c. ſeq. extra
de deſpõ. impuber. ſed non ſatisfacit dicto. c. at-
teſtationes. extra de deſponſ. impuber. dum ille
tex. ait, vel circa finem quartidecimi anni. ſimili-
ter neque dictæ. l. non tantùm. in princi. ff. de ex-
cuſa. tutor. & l. properandum. §. & ſi quidem. C.
de iudi. Ob id Ioan. Fab. in dicto. §. pupillus. in-
ſti. de inutil. ſtipula. dicit, ſi ſequaris gl. & Inno.
in iudicijs: coronaberis, præſertim in curia eccle
ſiaſtica, vbi adorantur vt idolum. Tamen inter
vtranq; opi. idem Ioan. Faber mediam ſententiã
10 opinatus eſt † vt id arbitrio iudicis relinquatur
qui ex maleficio & perſpicacitate impuberis ma
ius aut minus tempus arbitrari poterit. Plerique
enim, ſecundum eũdem, maioris indolis & intel-
lectus in. x. anno viſuntur alijs iam. xiij. annis na-
tis, per. l. mulier. ff. de verbo. oliga. dicta. l. iij. C.
ſi minor. ſe maior. dixer. à qbus legibus hoc exi-
gi non poteſt. Hanc tamen viſus eſt Inno. aperti-
re in dicto. c. cõtinebatur. in verſi. ſed opponẽs.
extra de deſponſ. impuber. In ea etiam opin. fuit
Anto. de Butrio in. d. c. atteſtatiões. in finalibus
verbis ſui commentarij. dicit enim, vbi expreſſe
cautum non inuenitur, id iudicis arbitrio remit-
tendum eſſe. Idem ſentiunt Salic. in. dicta. l. im-
punitas. C. de pœn. & Decius in dicta. l. pupillũ.
ff. de reg. iur. Et prius eis glo. in. l. hæc adiectio.
ff. de verbo. ſignifi. Ego puto verũ dicere glo. &
Inno. in dicto. c. continebatur. & in dicto. c. atte-
ſtationes. In primis nõ comperio reſponſum eſſe
dictæ. l. non tantùm. in princi. ff. de excuſa. tutor.
ſi enim fauore pupilli lex eum ſolum dicat puber
tati proximum qui prope ſemeſtre eſt, vt tutorẽ
pupillus habeat idoneum: quanto magis in fauo
11 rem eius dicendum eſt vt pœnam euitet: † quũ
illa ætas admittat veniam aut pœnæ diminutio-
nẽ in his in quibus pœnæ capax eſt, dicto ca. j. &
ij. extra de delic. puero. dicta. l. impunitas. C. de
pœ. l. j. C. ſi aduerſ. delic. l. auxilium. ff. de minor.
l. j. in fi. C. de falſa moneta. §. in ſumma. inſtitu. de
obliga. quæ ex delic. naſcun. & dicta. l. apud Cel
ſum. §. ſi quis tutor. verſi. deniq;. ff. de excep. do-
li. dũ ille tex. ait, doli pupillos qui prope puber-
tatem ſunt capaces. Cuius glo. meminit in. l. im-
puberem. ff. de fur. Idem in. l. excipiuntur. infrà
eo. in his verbis, nec multùm à pubertate aberat.
Et quamuis Decius vt ſuprà meminimus. in. d. l.
pupillum. ff. de reg. iur. dicat ex illis dictionibus
nõ determinari tempus: ideo arbitrio iudicis re-
mittẽdum eſſe. Contra Decium volo citare Bar.
in. §. ſi verò intra. per illũ text. in auth. de mona.
colla. j. Dum ille text. de zozimo abbate loqui-
tur tunc annum propè viceſimum & centeſimũ
agente, in his verbis, & propè viceſimum & cen
teſimum ætatis agens annum Ex quo text. notat
12 illhic Bar. & prius eo Iac. de bel. viſ. † vt dictio,
propè. vel, circa. & ſimiles, ad modicam quanti-
tatem referantur. alleg. l. ij. §. exactis deinde regi
bus. j. ff. de origi. iur. in illo tex. dicitur in verſic.
omnium tamen harum & ferè populus propè an
nis centum hac conſuetudine vſus eſt. & in. §. hiſ
dem ferè temporibus. eadem. l. dicitur, anno ferè
ſeptimo decimo poſt exactos reges. Bart. & Iac.
de bel. viſ. illũ tex. notat ad interpretationẽ depo
ſitionis teſtis dicentis Titium poſſediſſe. propè
xx. annos vel circa, vt illæ dictiones intelligãtur
de ſemeſtri, per dictam. l. non tantum. ff. de excu-
ſa. tutor. c. continebatur. c. atteſtationes. & c. fi.
extra de deſpõſa. impuber. & ſecundum eum, illi
tex. multùm vrgent contra glo. in dicto. §. pupil-
lus. inſti. de inutil. ſtipula. dum dixit proximum
pubertati, qui annum decimum cum dimidiato
anno exceſsit. addebat etiam Bartol. l. & ſi poſt
tres. ff. ſi quis cautio. l. ab hoſtibus. §. ſed qđ ſim-
pliciter. ff. ex quib. cauſ. maior. eaſdem ad id glo.
alleg. in dict. l. hæc adiectio. ff. de verbo. ſignific.
ſed ille tex. probat ſimiles dictiones ad modicam
quantitatem referẽdas eſſe: ſicut de dictione, cir
citer. dicitur in. c. fin. extra de deſponſ. impuber.
quæ duæ leges parum ad id conferũt. ſed melius
ad id facit text. in. c. ad noſtram. extra de regula.
Cuius meminit Hoſtien. in dicto ca. contineba-
tur. Et tex. in. l. iij. in fi. ff. de liber. exhiben. dixit
enim proximè autem prætextati ætatem accede-
re eum dicimus, qui puberem ætatẽ nunc ingreſ-
ſus eſt. Addo dictam. l. properãdum. §. & ſi qui-
dem. C. de iudi. dum ille tex. ait, & triennij metæ
poſt litem conteſtatam iam prope finem veniãt,
13 vt ſemeſtre tẽpus tantũ eis ſuperſit. † Ecce quo-
modo dictio, prope. ad ſemeſtre tãtùm limitaſ.
quamuis illhic Moder. Papi. perſeuerant in opi.
glo. in dicto. §. pupillus. inſti. de inutil. ſtipul. &
in dicta. l. pupillum. ff. de regu. iur. & in. l. contra
pupillum. ff. de re iudi. Cuius opi. dicunt eſſe cõ-
munem. ipſi idem teſtantur, & Sozi. poſt eos in
dicta. l. j. §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſ. Aretin.
in dicto. §. in ſumma. addit pro ea quem cõmunẽ

eſſe affirmat, dicens pupillum qui decimum an-
num exceſsit cum dimidio, capacem eſſe omniū
delictorum. excepto adulterio. l. auxilium. ff. de
minori. Adde dictum. c. primum. extra de delic.
puero. Eam tamen glo. opi. quam communē eſſe
affirmant, limitant Moder. Papien. in dicto. §. &
ſi quidam. dicentes non procedere in criminali-
bus, in quibus is proximus pubertati cenſeri de-
ber, ſecundum eos, qui propè ſemeſtre tantū an-
num quartūdecimum attigit. freti ſola autorita-
te Bal. & Roma. in dicta. l. excipiuntur. infrà eo-
dem titulo.

Sed vltra prædicta ꝙ vera ſit & indubitata gl.
14 & Inno. concluſio † vt non niſi pubes factus aut
ad ſummum proximus ſit pubertati per ſemeſtre
tantum puniri debeat, neque ſupplicium aut tor
mētum aliquod ſuſtinere. Hic text. noſter eſt in-
dubius & ineuitabilis, & miror ꝙ ad eum tanti
patres hactenus non aduerterint, dum hic tex. di
cat, Impubes ſeruus vel ancilla nondum viripo-
tens &c. aduertat quæſo vnuſquiſque quid ſibi
vult hæc dictio, viripotens. & quomodo à iure-
conſultis fuerit interpretata & imperatoribus:
nonne is eſt, qui. xiiij. annum impleuit, ſi maſcu-
lus eſt: ſi vero fœmina, duodecimum, indagatiōe
corporis inhoneſta ceſſante, vt dicitur in. l. fi. C.
quando tutor vel cura. eſſe deſinant. &. §. j. inſti.
de nupti. §. j. inſti. quibus mod. tutela finitur. l. ſi
vxor. §. ſin. ff. ad legem Iuliam de adulter. vbi il-
15 tex. inquit, † ante duodecimum annum cum mu
liere matrimonium non conſiſtere. l. minorem.
ff. de ritu nupti. Idem de concubinatu dicitur in
l. j. §. fi. ff. de concubi. licet ius canonicum ad eam
impudicam inſpectionem pudori ſexus nō par-
cens, pubertatem ex habitu nō ex annis definire
voluerit in dicto. ca. puberes. extra de deſponſa.
impuber. non minus tamen vſque in duodecimū
annum in fœmina, in maſculo verò quartūdeci-
mum annum ad eſſe matrimonij conſenſum im-
puberis diſtulit, dicto. c. continebatur. c. de illis.
j. &. ij. c. à nobis. c. ex literis. c. atteſtationes. &. c.
fœ. extra de deſponſ. impuber. præſertim in fœ-
mina id ſentiunt, licet vas mulieris, vt voluit An
to. de But. in dicto. c. puberes. ad viri ſuſceptio-
nem ſemper ſit diſpoſitum cuiuſcunque ætatis
ſit, etiam ſi ſeptēnis vel minor ſit ſeptennio. c. iu-
uenis. extra de ſponſa. c. ſi. iuncta. gloſ. j. extra de
eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ. Cui videtur
ſe conformare. l. ſtuprum. ff. ad legem Iuliam de
adulter. dum de puero loquitur. ſed illam legem
in maiore. xiiij. annis, non autem in minore intel
ligas, per dictam. l. ſi minor. ff. ad legem Iuliā de
16 adulter. &. l. ſi ſtuprum. ff. de iniur. † vbi lex dif-
ferentiam conſtituit inter virginem maturam vi-
ro & non maturam, ad hoc vt ſtuprum commiſ-
ſum eſſe in virgine exiſtimetur. Idem in. l. ſi quis
aliquid. §. qui nondum viripotentes virgines. ff.
de pœ. per quas Guliel. de Cu. in. l. ſi quis nō di-
cam rapere. C. de epiſco. & cleri. dixit ſe hominē
à morte liberaſſe, quaſi raptus capaces non ſint
neque concubitus: quamuis Bald. illhic à Guliel.
de Cu. diſſentiat. Nam talem ſtupratorē vltimo
ſupplicio condēnaſſet, ſi cōſultus fuiſſet inquit,
per. l. vnicam. C. de rap. virgi. &. l. raptores. C. de
epiſ. &. cleri. l. j. ff. de extraordi. crimi. quæ indefi
nitè de virginibus corruptis loquuntur ſiue ma-
turis ſiue non maturis. De quarum differētia dic
vt per glo. in. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam quis
immaturam. ff. ad legem Aquiliam. l. ſi ſtuprum.
in fi. ff. de iniur. Adde pro dicto Bald. l. iij. §. qui
puerum. ff. ad legem Iuliam de vi publi. vnde ſi
non niſi viripotēs maſculus ſeu fœmina vel pro-
pè viripotentes, vt inqt iſte tex. ſeruus vel ancilla
17 puniri, aut torqueri debeant, † neque de iure ali
ter viripotentes exiſtimantur, niſi poſt. xij. annū
in fœmina, in maſculo verò poſt. xiiij. annū præ-
ſertim in hoc Senatuſconſulto quod in tam gra-
ui crimine diſponit, quale eſt domini ſeu patris
homicidium: quāto magis in cæteris criminibus
dicendum eſt vt non niſi viripotentes torqueri
poſsiut, neque de eis ſupplicium exigi: & eo ma-
gis quū in ciuilibus actibus capaces intellectus
non exiſtimentur, donec. xij. vel. xiiij. annum im-
pleuerint. l. qua ætate. ff. de teſta. §. ſi. inſtit. quib.
nō eſt permiſ. facere teſta. Antea ergo torti cum
iniuria torquentur, vel ſecundum dictam. l. exci-
piūtur. niſi ꝓpe illos annos ſint, videlicet per ſe-
meſtre. d. l. non tantùm. ff. de excuſ. tutor. l. pro-
perandum. §. & ſi quidam. C. de iudi. c. cōtineba-
tur. & dicto. c. atteſtationes. &. c. ſin. extra de de-
ſponſ. impuber. &. c. fi. extra de delictis puer. Et
hic dum dicitur viripotentes, qui ex annis, nō ex
habitu de iure ciuili iudicantur, ſimiliter de iure
canonico, ad hoc vt ſirma ſit eorum promiſsio &
eos ad perſeuerandum in matrimonio tempore
impubertatis facto cum effectu obliget. c. j. xx. q.
j. Et huic. l. conformis eſt. l. de minore. in prin. &
18 l. ex libero. §. de minore. ff. de quæſtio. † vbi de
minore. xiiij. annis quæſtionem exigi prohibet,
excepto crimine læſæ maieſtatis in perſonā prin-
cipis cōmiſſo. In alijs ergo prohibet. Idem in ca.
fin. extra de delic. puero. dum ille text. ait infra
xiiij. ætatis ſuæ annum eundem exceſſum commi
ſiſſe &c. Prædictos centum ſolidos propter illā
conſuetudinem non exigat nec ab ipſo pro tem-
porali pœna requiret. Et quamuis Hoſti. in. c. j.
extra de delic. puero. dicat, infantem poſſe irre-
gularitatem incurrere, ſi ludendo, aliquē aut lapi
de vel cultello percutiat, ex qua percuſsione de-
cedat: eo ꝙ canon factum tantùm conſiderat. c.
fin. xv. q. j. dum inquit ille tex. licet ille caſu per-
cutiens, quātum ad voluntatem innocens ſit, ta-
men quantum ad legem reus eſt: quia lex opera
tantùm inſpicit. Plures addidimus in. §. præcedē
te. Nam Cano. omnes in dicto. c. j. extra de delic.
puero. inſurgūt in eum poſt glo. in cle. vnica. de
homicid. illhic ab omnibus approbatam, præſer-
tim Abb. & Ioā. de Imola. Nec obſtat dictum. c.
fi. xv. q.

c.ſi.xv.q.j.quoniam de eo intelligitur qui capax
eſt volũtatis,numero.xxxv.&.c.illa.xv.q.j. alio
quin non.

Aliter & Secundò reſpondetur ab omnibus
19 in dicto.c.j.extra de delic. puero. † vt canones
non ſimpliciter factum conſiderant ſed & culpã
aut animum verum vel præſumptum vel culpabi
lem negligentiam cum facto concurrere volunt.
c.hi qui arborem.l.diſt.c.ex literis.ij.&.c. Ioan-
nes.&.c.exhibita.& illhic Feli.in.j.notabili. ex-
tra de homicid.glo.in.c.de his.primo.l. diſtinc.
quæ in impubere conſiſtere non poſſunt,per ſu-
pra dicta.

Tertiò,obſtat illa cle.vnica. extra de homici.
quæ ab expreſſo dicit infantem irregularitatem
nõ incurrere.& ſuprà relata ex dialogo diui Gre
gorij de infante quinque annorum & infante no
uem annorum, quæ poſt diuũ Hieroni.de Salo-
mone & Achaz ſcripta ſunt,vt non ſuapte incli-
natiõe ſed coacta magis natura , vñ potius mira-
culo tribuunt. Ob id in cõſequentiã trahi nõ va
lent.l.nam ad ea.&.l.ex his.ff.de legi. vel ſecun-
dum Henri.Bohic poſt Hoſtiẽ.in dicto.c. pube
res.ſi vnus plus altero abundet , quum non om-
nium æqua ſit coeundi potentia : in conſequẽtiã
trahi non debent.c.ſi.extra de eo qui cogno.cõ-
ſangui.vxor.ſuæ.c.iuuenis.extra de ſponſ. Illud
autem dictum diui Auguſtini ad renatum epiſco
20 pum † de mendacio loquitur cuius capax eſt in-
fans ſeptem annorum,dicto ca.j. extra de delic.
puero. Non autem per illum text. carnis peccati
capax iudicatur , dum ait ille text. ſi nulla eſſent
peccata,niſi quæ mulieris genitalibus admittun-
tur : crederem verum eſſe quòd non committe-
rent peccata minores.xiiij. annis. Non enim,in-
quit Henr.in dicto.c.puberes.præſumendus eſt
impubes capax copulæ carnalis , ſi de facto non
docetur.l.pen.in fi.ff.quando dies leg.ced. quæ
de pupilla loquitur viripotente, quæ niſi apta ſit
pati virum,viripotens dici nõ poteſt.l. ſi minor.
ff.ad legem Iuliam de adulter. Hoc ergo in facto
conſiſtit,argumẽto.c.nec in aliqua.xxvij.q.j.ſed
leges viripotentes non arbitrantur niſi poſt. xij.
vel.xiiij.annos impletos, vt ſuprà diximus. qui-
bus concor.l.ſi vxor.§.ſi minor.ff. ad legem Iu-
liam de adulter.ſi tamen re vera aliquis ante pu-
bertatis annos contra communem naturæ apti-
tudinem aptus inueniatur,& ex genitalibus mẽ-
bris peccaſſe cõpertus ſit , non tamen eis grauis
pœnitentia iniungenda erit,dicto.c.j. in fi. extra
de delic.puero. Reſtat igit̃ vt euacuemus ea quæ
pro opi. Accurſij,Dini & Bar.relata ſunt,quam
21 Moder.communẽ eſſe aſſerunt. † In primis nul
la eſt lex ſeu canon aut decretalis epiſtola,in qua
probari poſſet impuberẽ doli capacem iudicãdũ
eſſe poſtquam annum decimum cũ dimidio ex-
ceſſerit. Et minus probant dictiones,proximus.
propè.circa.circiter.& ſimiles,extenſionem pati
vſque ad triennium cum dimidio , etiam in acti-
bus ciuilibus: & eo minus trahẽdæ ſunt in odio-
ſis,ne faciliter in impuberes ſæuiamus:ſi in ciuili
bus ad ſemeſtre tantùm referuntur,multo magis
in pœnalibus ſentiendum eſt . Si autem dubium
fieret cui magis accederet , pubertati , an infan-
tiæ qui annum decimum cum dimidio exceſsit:
& plane dicendum eſſet proximiorem magis pu
bertate quàm infantia . Nam egreſſus vnius in-
greſſus eſt alterius,argumento.c.quum renũcia-
tur.xxxij.q.j.§.fin.inſti.qui & ex quib.cauſ.ma-
nu.non lic.in his verbis.xvij.annum impleuerit,
&.xviij.attigerit.§.generaliter.in authen.de tem
pore nõ ſolu.pecu.ſuper dot.colla.vij.licet Bal.
in dicta.l.non tantùm.in princi.ff.de excuſa. tu-
tor.inhæreat Din.& Glo.dicentibus eum proxi
mum pubertati,qui annum decimum cum dimi-
dio exceſsit,neque ad ſemeſtre prope.xiiij.annũ
referendum eſſe.quamuis,ſecundum eum,vltra-
22 montani aliter ſentiant. † Aut(inquit Bald.)in-
telligemus abſolutè de proximo pubertati:& ve
rum eſt debere de proximo per ſex menſes intel-
ligi:ſed vbi comparatiuè, id eſt, cui magis acce-
dit an infantiæ , an verò pubertati:& clarum eſt
eum magis pubertati accedere quã infantiæ qui
annum decimum cũ dimidio exceſsit. Certè hoc
lipposis patet & cæcis : ſed vltro eundum eſt ad
leges quæ de proximo pubertati loquuntur , vt
doli capax cenſeatur,vtrum comparatiuè legan-
tur:certe non.& qui ſecus diceret,ſine lege & ra
tione hoc ſentiret:vt ſuprà dictum eſt.Nã & ab-
ſolutè de proximo pubertati legendæ ſunt. Ver-
ba enim omnium legum & canonum plus certo
demonſtrant,dum dicunt, impuberem ita demũ
obligari ſi proximus pubertati ſit , vel ſi iniuriæ
vel doli vel culpæ capax eſt , vel ſi viripotentes
ſint,vel non multùm à pubertate abſint. Nõ em̃
ex eis colligi poteſt dictionẽ , proximus.& ſimi-
les de eo,qui annum decimum cum dimidio tan-
tum exceſsit,ſtatuere eum doli capacem eſſe, ne-
que ob id prope pubertatem dici debere qui an-
num decimum cum dimidio exceſsit:ſed ponunt
eum ſolum doli capacem eſſe , qui prope annos
pubertatis eſt. Quis inficiari poteſt eum puberta
te magis quàm infantia proximum eſſe qui annũ
decimum cũ dimidio exceſsit,& ſi vnico die tan-
tum excedat decimum annum cum dimidio ſup-
putatione dierum & horarum facta , vt notatur
in.l.iij.§.j.ff.de mino.eo magis quod cõtinuò ad
pubertatem accedit recipiens corporis augmen-
tum.l.ſi infanti.C.de iure deliber.& argumento
l.continuus.§.j.ff.de verbo.obliga.ſed quamuis
propius pubertati accedat quàm infantiæ , ob id
pubertati proximus eſſe cẽſeatur: verum nõ eſt.
23 Lata enim differentia eſt. † An dicamus proxi-
mum pubertati,id eſt,prope puberes annos eſſe
& propter vicinitatem quartidecimi anni doli ca
pacem exiſtimari:& proximum pubertati,id eſt,
eum qui plus eſt proximus pubertati ꝙ infantiæ.
Et ob id quod propinquior eſt pubertate quàm

infantia doli capax iudicetur, & vt doli capax pu-
niatur. In ſimili eſt tex. in dicto. §. generaliter. in
authē. de tempore non ſolu. pecu. ſuper dot. col-
la. vij. Notatur in. l. anniculus. ij. ff. de verbo. ſig.
Vide quæ ſcribit Areti. in. l. talis ſcriptura. ff. de
leg. j. Et Inno. in. c. iuuenis. extra de ſponſa. dum
alleg. l. ad rempublicam. in fi. ff. de muner. & ho-
nori. vbi tex. non vult annos in perniciem mino
ris ita protrahi, vt tempus non completum pro
completo habeatur. Idem in. c. literas. in his ver-
bis antequam ſeptimum annum compleſſet. ex-
tra de deſponſ. impuber. c. ſponſam. & dicto ca.
iuuenis. extra de ſponſa. l. qua ætate. ff. de teſta.
In hac opi. eſt Luc. de Pen. in rubrica. C. de pro-
xi. ſacro. ſcrin. lib. xij. Plura alia ſunt quæ etiam
impuberem excuſant, quorum idem Luc. de Pē.
meminit in dicta. l. j. §. j. in verbo, dominus. iiij.
colum. & ſeq. C. de deſerto. lib. xij. Adeo vt iure
conſultus in dicta. l. ex libero. in fi. princip. ff. de
24 quæſtio. † dixerit minores. xiiij. annis ſuſpectio-
res eſſe ad mentiēdi facilitatem, eo quòd lex ad-
uerſus quæſtionis aſperitatem illos tuetur. Illa ra
tione examinati in alio iudicio quā criminis læſæ
maieſtatis nullum iudicium faciūt per illum text.
& dictam. l. minore. ff. eo. de quæſtio. & l. qui iu
raſſe. in princi. ff. de iureiuran. dicitur, pupillum
ideo non deierare, quia ſciens fallere non vide-
tur. l. pen. ff. de libera. cauſa. Et dicit Canon. par
uuli. & c. pueri. xxij. q. v. Pueri ante. xiiij. annum
non cogantur iurare. Gloſ. omnium iſtorum re-
miniſcitur in. c. j. iiij. q. iij. His addo authē. ſacra-
menta puberum. C. ſi aduer. vendi. à ſenſu cōtra-
rio ſumptam, ſi puberes nō ſunt, ſed impuberes,
quum iurant, ad obſeruandum iuſiurandum cō-
pelli non debent, quoniam in pubere tantum lo-
cum obtinet illa authētica. Nec puto veram eſſe
illorum ſententiam qui aſſerunt impuberem iu-
rantem ſe puberem ex iuramento obligari, ſicut
ſi pubes eſſet, quaſi malitia in hoc ſuppleat æta-
tem, ſecundum eos. Moti per. l. ij. & iij. C. ſi mi-
nor ſe maior. dixer. quæ in adulto & accedente
circa annos. xxv. loquūtur. in quibus ex aſpectu
probabiliter quis decipi aut faciliter perſuaderi
poteſt aliquem natu maiorem eſſe quàm ſe exhi-
beat, argumento. l. ſi filiusfamiliàs. ff. ad Mace-
do. l. minor. xxv. annis ex aſpectu. ff. de minori.
25 vt † talis minor ſuadens ſe maiorem animo aliū
dolo circunueniendi, ex ſuo dolo reſtitutionem
non mereatur: in impubere id obtinere non po-
teſt, iuris præſumptione reſiſtente: quoniam lex
neque canon præſumit malitiam poſſe ætatē ſup
plere, niſi in eo qui ꝓximus eſt pubertati, id eſt,
decimoquarto anno in maſculo, & duodecimo
in fœmina. tex. eſt vltra prædicta in cap. vnico.
§. idem quoque. de deſponſa. impuber. lib. vj. in
his verbis, vel duo impuberes non proximi pu-
bertati, & in quibus ætatem malitia non ſupple-
bat. c. de illis. ij. extra eo. de deſpon. impube. &
ſic cum malitia requirat vicinitatem pubertatis,
neq; eū putat pubertati ꝓximū, niſi qui circa ſe-
meſtre eſt anni decimi quarti, dicto. c. atteſtatio-
nes. c. continebatur. & c. ſi. extra de deſpon. im-
puber. Et legibus ſuprà allegatis, ea de cauſa hu-
iuſmodi perſonæ de calumnia non iurant. l. ij. §.
quod obſeruari. C. de iureiur. propter calun. dā-
do. Non obſtat ſi dixeris, eam ætatē periurijs ple
nam eſſe, dicto. c. j. extra de delic. puer. quoniam
illa ratione. l. ex libero. §. de minore. in fine. ff. de
26 quæſtio. † probibet illam ætatem ſimilibus ſuſ-
pectam in quacunque cauſa teſtimonium dicere
& iuſiurādum exigere, dicto. c. paruuli. & c. pue
ri. xxij. q. v. & ſi ſecus actū fuerit male cēſitū erit.
vn̄ iureconſultus veniā ea cōſideratione illi æta-
ti concedit, vlterius prohibens fidem eis adhibe-
ri excepto crimine læſæ maieſtatis, vt dictum eſt,
l. iij. §. lege Iulia. & l. inuiti. & l. teſtimonium. ff.
de teſti. dicta. l. ex libero. Plenius in dicta. l. exci-
piuntur. infrà eodem, diſcutiemus. Prædictis ad-
do tabelliones conficientes inſtrumenta prohibi
ta, quoniam facta cum perſona inſcia, & ius ſuū
ignorante puniri debere, vt in ſimili inquit text.
in. §. nos autem. in authen. de tabel. colla. v. in his
verbis, maxime quando ſunt literas ignorantes:
quia in eis deficiat conſenſus, lege ad id reſiſten-
te, niſi cum autoritate tutoris fiant. l. contra pu-
pillum. ff. de re iudi. l. in negocijs contrahendis.
& dicta. l. pupillum. ff. de reg. iur. l. j. ff. de mino.
§. pupillus. inſti. de inutil. ſtipula. Similiter de ta-
bellionibus inſtrumenta diſtractionum rerū ec-
cleſiaſticarum conficientibus dicitur in. l. iube-
mus. §. œconomus. C. de ſacroſanct. eccleſ. §. ad
hoc autem & tabellionem. & §. quia verò veriſi-
mile. in authen. de non alie. reb. eccle. colla. ij. idē
ſi de re feudali fiat. §. callidis. verſ. ſcriba. de pro-
hi. ſeu. alie. per Frederic. colla. x. Addit & alios
27 caſus Luc. de Pen. † quibus tabelliones propter
confecta inſtrumenta rerum alienari prohibita-
rum puniri debent, in. l. vnica. in princi. C. vt ne-
mo ad ſuum patro. lib. xj. Accedant quæ ſcripſi-
mus in. §. hoc autem Senatuſconſultum. ſuprà ea
dem. l. dum de teſtibus. & tabularijs ſeu tabellio
nibus ſcripſimus, qui notas habere debēt cōtra-
hentium perſonas. §. ſed is qui depoſitum. & §.
oportet verò. in authen. de inſtru. cautela & fide
colla. vj. l. teſtium. C. de teſtib. & qui inter perſo
nas incognitas inſtrumenta conficiunt, præſer-
tim ſuſpectas, puniendi ſunt, ſecundum Luc. de
Pen. in dicta. l. vnica. C. vt ne. ad ſuum patro. ſu-
ſti. vica. & ruſti. eo. lib. xj. allegat ad id. l. non ſo-
lum. C. de præd. mino. Sed melius eſt. l. minorū.
eo. titu. de præd. minor. C. Nec vult ille tex. alie-
nationem rei minoris alicuius momēti eſſe, ſi da-
to libello tantùm apud prætorem vel præſidem
facta fuerit: ſed deſiderat eam apud acta proba-
tis cauſis quæ vēditioni neceſſitatem inferāt de-
creto ſolēniter interpoſito fieri. Idem in. l. j. ff. de
re eo. qui ſub tutel. vel cur. ſunt. et. l. ob æs. C. de
prædi. minor. Plus dico non valere tutoris con-
ſenſium

ſenſum abſque prætoris decreto, & prætori con
ſtet tutoris conſenſum vtilitatem pupillo afferre.
l.ſi conſenſit.in princi.ff.quib.mod. pig.vel hy-
28 pothe.ſolua. † vbi ergo tabellio inſtrumentum
venditionis rei pupillaris contra formã iuris con
ficit:excuſari non poteſt,quaſi inſtrumentum de
re à iure alienari prohibita et inter perſonas pro-
hibitas conficiens , præſertim de re pupilli ſine
prætoris decreto & tutoris autoritate.l. obliga-
ri.ff.de actio.& obliga.l.j.ff.de nouatio. ſicut &
in pleriſque alijs caſibus per eundẽ Luc.de Pen.
enumeratis. in dicta.l.vnica.C.vt ne ad ſuum pa
tro.lib.xj.& in.l.generali.C.de tabula.lib.x.Nã
& in quibuſcunque contractibus cum maiore fa
ctis teſtes etiam rogari debent,qui contrahentes
nouerunt,& aliqui eorum ſint qui pro neſcienti
bus literas reſpondeant & intelligant , dicto. §.
oportet.in his verbis, vt quidam ſcribãt pro illi-
terato.aut paucas literas ſciente,in authen.de in-
ſtru.cautela & fide . Alij verò atteſtentur , quia
etiam præſentibus eis hæc geſta ſunt & ſcierunt
eum. Et gloſ. in verbo , ſcierunt . interpretatur,
id eſt,cognouerunt eum imperitum. Et Ange.in
l.qui Romæ.§.duo fratres. ff. de verbo. obliga.
29 dicit † notarium debere ad id eſſe inſtructum,vt
dum pro ruſtico aut literas ignorãte inſtrumen-
tum conficit,planè exponat, vulgariſetq; omnia
in inſtrumẽto deſcripta ſeu quæ deſcribi debent,
vt contrahentes ea planè intelligant. Cuius dictũ
approbant Moder.Papie.in.l.de his.ff.de tranſ-
actio. Expedit enim ea à cõtrahentibus intelligi
& ſenſu pcipi,ſi aliter ſermonẽ inſtrumẽti nõ ca-
piunt,argumento.l.qui teſtamento.§.fi.ff. de te-
ſta.Quibus addo.l.non intelligitur.in princi. &
l.ita fidei.verſic. non enim palàm.ff.de iure fiſci.
Non enim,inquit,eſt palàm relinquere,quod ex
teſtamento ſciri non poteſt quum recitatum eſt.
l.in repudianda.ff.de acquiren.hæredi.Oportet
enim agẽtem ſcire & cauſam actionis ſuæ diſcer-
nere,argumento.l.pupillus.ff.de acquir. hæred.
§.j.verſi.hanc approbãtes.in auth.de teſta. imp-
fec.coll.viij.Si em̃ etiã inter maiores oportet cõ-
trahentes ſe intelligere , ne circunueniantur non
intelligentes.l.j.§.fi.ff.de verbo.obliga.§.j.inſti.
de verbo.obliga.vt ſaltem ſenſu percipiant quid
agere intendunt.§.j.inſti.de verbo.obliga.& di-
cta.l.qui teſtamento.§.fi.ff.de teſta.authen.roga
ti.C.de teſti.&.l.fi.C.de teſta. Dicam plura in.l.
30 pen.infrà eo.titulo. † aliàs pactum ſeu conuẽtio
dici non poteſt:quia non eſſet duorum in idẽ pla
citum & conſenſus.l.j.ff.de pact.&.l.j.in princi.
ff.de conſti.pecu.& lex conſentientem tantũ,nõ
etiam ignorãtem obligat,dicta.l.generali. C. de
tabul.lib.x.l.tres fratres.ff.de pact.l.mater.ff.de
inoffi.teſta.l. qui cum tutoribus.§. qui per falla-
ciam.ff.de tranſactio.& dicta.l.in repudiãda. ff.
de acquir.hæredi.qui in pupillo deeſt.l.fin.ff.de
iur.& fac.igno.deficit igitur contractus ſubſtan
tia.l.in omnibus rebus.ff.de actio.& oblig.Ad-
dit & Luc.de Pen.in dicta.l.generali.iiij.colum.
tex.in.l.vnica.§.j.C.de rei vxor.actio,in his ver-
bis,quaſi omnibus dotalibus inſtrumentis à pru
dentiſsimis viris confectis . Ego verò vltra eum
in eodem.§.põdero.verſi.ita enim,inquit,& im-
peritia hominũ & ruſticitas nihil eis poſsit affer-
re præiudicij:quum nos illis ignorantibus & ne-
ſcientibus in hoc noſtram induximus prouiden-
tiam. Et ob id dicitur in dicta.l.de his.ff. de trãſ-
actio.inſpectis cognitiſq; verbis teſtamenti. Idẽ
in.l.ij.§.inſpectio.&.l.j.in fi.princi.ff.quẽad.te-
31 ſta.aperian. † Fit enim lectio vt cognoſcãtur &
intelligantur quæ ſcripta ſunt.Non igitur per ſi-
gnorum obſcuritates conſcribantur:alioquin de
falſo argui poterunt.l.ij.§.eandem autem pœnã.
circa fi.illius.l.C.de veteri iure enuclean. Addẽs
in eadem.l.in verſi.ſeq.neque enim licentiã ape-
rimus ex tali codice in iudicium aliquid recitari,
qui in quacunque ſui parte ſignorum habet mali
tiam.l.vnica.ff.ſi tabulæ teſta.mili.exta. Et dicit
tex.in.l.j.in prin.ff.de his quæ in teſta.delẽ.legi,
ſic accipiendum eſt,non intelligi,ſed oculis pro-
ſpici quæ ſcripta ſunt.Cæterũ ſi extrinſecus intel
ligantur non videbuntur poſſe legi: quanto ma-
gis vbi cognitio cum lectiõe neceſſaria eſt , quia
& legi & cognoſci ſeu intelligi debent.l.ſcire.ff.
de legib. Et nõ abs re dicit̃,inſpectis cognitiſq;.
per prædicta:quãuis Bar.in dicta.l. qui Romæ.
§.duo fratres.ff.de verbo.obliga. iiij. quæſtione
ſuppleat ad ea verba,inſpectis cognitiſq;.videli-
cet,adhoc, quemadmodum ſecundum eundem
Barto.in.l.ij.§.homines.ff.vi bonorum raptorũ.
dicitur homines coactos accipere debemus ad
hoc coactos . ſimiliter inſpectis cognitiſq; ad
32 hoc. qm̃ † talis debet fieri lectio & ea cognitio
haberi,vt hi quorum intereſt in nulla parte iuris
ſui ignari circũduci poſsint,per ſupra dicta,præ-
ſertim dictam. l. non intelligitur. in princip. &
l.ita fidei.ff.de iure fiſci.nec bonum , imò magis
captioſum eſt reſtringere.l.captatorias.ff.de hæ-
redi.inſti.dum dicitur in eadem,mutuis affectio-
nibus iudicia prouocauerunt,ſed quorum condi
tio confertur ad ſecreta alienæ volũtatis.l.capta-
torias.C.de teſta.milit.dicitur etiam non niſi to-
ta lege perſpecta & intellecta de ea diſputan-
dum eſſe.l.inciuile.ff.de legi.& dicta.l.ij.§. pen.
C.de veteri iure enucle. circunlocutionibus em̃.
aut fallacijs dialecticis vtẽdum non eſt, ne quod
verum cõſtituimus,falſum eſſe reperiatur,inquit
Africanus iureconſultus in.l.qui quadringenta.
in princi.ff.ad.l.falcidiam.Et text.in.§.j.in auth.
vt fac.nouæ conſtitutio.colla.v. dum in eo dici-
tur,& tabellionibus eius cognoſcentibus virtu-
tem. cuius meminit Luc.de Pen.in dicta.l.gene-
rali.C.de tabula.lib.xij.Illa eſt virtus vt non fal-
lat neque fallatur ſicuti de ygoſtate vel zigoſta-
te legitur in.l.ij.C.de ponderato. & auri illatio.
lib.x. alij legunt hipoſtate nonnulli depoſtate.
Luc.vero de Pen.legit illhic nigoſtratẽ. hoc pri-

nacibus miſſum faciamus: quum hic de vocabu-
lorum etymologia definire non intendamus. ali
bi dicitur tabularium ſeu ſignatorem eſſe neceſ-
ſarium, vt inquit. l. curẽt magiſtratus. ff. de teſti.
33 vt † iudicibus probis innocẽtum iuſtitia pateat.
c. quoniam contra falſam. extra de proba. Et in
eis falſitas non comperiatur. §. & licet. in authen.
de teſtib. colla. vij. &. l. teſtium. C. de teſti. Neq;
puto remittendum eſſe iudicis arbitrio, vbi lex
expreſſe tempus determinat, præſertim in crimi-
nalibus, in quibus iudex non debet eſſe lege ſe-
uerior. l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſ. infa. irro-
ge. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no
tan. infa. Talis enim debet eſſe iudicis voluntas
qualis de iure. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. ſub-
ſti. Et, vt inquit Marcel. iureconſultus. in. l. j. §. j.
ff. ad Turpil. facti quidem quæſtio in arbitrio iu
dicantis, pœnæ verò perſecutio non eius volun-
tati mandatur, ſed legis autoritati reſeruatur. de
quo in. l. hodie. ff. de pœn. Et quamuis antiqua
iura ex habitu pubertatem iudicauerint, tamen
boc indignum viſum eſt. l. fina. C. quando tutor
vel cura. eſſe deſi. §. j. inſti. quib. mod. tutela fini.
Et nunc non ex habitu, ſed ab annis. Nam in ma
ſculo quatuordecim anni, in fœmina duodecim
requiruntur. Ius tamẽ canonicum illud antiquũ
ius amplecti voluit in dicto. c. puberes. extra de
deſpon. impuber. ad effectum potẽtiæ matrimo-
34 nialis tantum, † dicto. c. iuuenis. & ca. ſponſam.
extra de ſponſa. non autem quod ea ætas capax
ſit conſenſus, donec prædictos annos pubertatis
impleuerit vt ſuprà dictum eſt per. c. contineba-
tur. &. c. atteſtationes. c. de his. &. c. fina. extra de
deſpon. impuber. Nec antea perfectum eſſe ma-
trimonium. l. minorem. ff. de ritu nupti. Et idem
ſenſit Hoſtien. in dicto. c. puberes. extra deſpõ.
impuber. dicit enim Hoſt. quantum ad virginita
tis & membri apti probationem hodie fit inſpe-
ctio, dicto. c. puberes. &. c. nec aliqua. xxvij. q. j.
c. cauſam quæ. extra de probatio. ca. ex literis. &
c. fraternitatis. &. c. fi. extra de frigi. & malef. ſed
id verum eſſe dicit neceſſitate cogẽte pro benefi
cio pacis, aliter non ante legitimam ætatem legi-
bus & canonibus determinatã. c. ij. extra de deſ-
ponſ. impuber. Per quem tex. dicit non ſufficere
inſpectionem: ſed oportet ætatem concurrere le
gibus & canonibus determinatam. per illũ text.
35 ſed † quũ delicta ex animo iudicari debeant, nõ
autem à ſolo euentu. l. j. §. diuus. ff. ad. l. Corn. de
ſica. l. j. C. eo. de ſica. l. verum. &. l. qui iniuriæ. ff.
de fur. l. ſi non conuicij. C. de iniur. atq; ob id lex
inſcitiam impuberis & ignorantiã excuſat, quo-
modo ab homine accuſari poteſt: ꝗuis forte ali-
cuius ſcientiæ capacem inueniamus, non tamen
eius ſcientiæ vt iuris diſpoſitione pœna dignus
eſſe cenſeatur. l. quum autem. §. capitalem. ff. de
ædili. edicto. & in dicta. l. de minore. &. l. ex libe
ro. §. de minore. ff. de quæſtio. niſi viripotentes
ſint, vt hic, &. l. pen. ff. quãdo dies lega. ced. id eſt
annum decimumquartum impleuerint, vel pro-
pe ſemeſtre ſint anni decimi quarti, per ſupra di-
dicta. vnde ſi nõ eſſet lex expreſſe pubertatis tẽ-
pus determinãs, cõmitterẽ iudicis arbitrio, ſecun
dũ gl. ſentẽtiã in. l. hæc adiectio. ff. de verb. ſig. Et
opi. Io. Fab. in. d. §. pupillus. inſti. de inuti. ſtipu.

Et quamuis hæc noſtra infelix ætas et infauſta
talibus impuberibus mãticularijs furibus plena
ſit, nulla tamen legis ſeueritate coercenť, ſed æta
ti parcitur, iuxta Vlpiani noſtri conſilium, & be-
ne. Non prætermitto Senatuſconſulto rothoma
gi in cauſa beneficij publicato in interpretatione
dictionis, circa. hanc noſtrã ſententiã inualuiſſe,
36 ꝗuis † in fauorabilibus reperiatur qñq; dilatam
fuiſſe de iure pubertatem vſq; ad plenam puber-
tatẽ, id eſt decimumſeptimum annũ impletum &
decimũoctauũ inchoatũ, vt in. l. Mela. in prin. ff.
de alimen. & ciba. lega. &. §. minorẽ. inſti. de ado
ptio. §. fi. inſti. q & ex quib. cauſ. manu. nõ licet.

Prædicta autem in crimine læſæ maieſtatis lo-
cum non habent. Nam in eo minor quatuorde-
cim annis torquetur, ſi in perſonã principis ad-
miſſum eſt, dicta. l. de minore. in prin. ff. de quæ-
ſtio. Et hoc ſpeciali ratiõe introductum eſt in fa-
uorem reipublicæ, cuius intereſt perſonam prin
cipis comitem conſeruare. l. non dubito. ff. de ca
pti. & poſtli. reuer. Princeps eñ ſolus pro decẽ
millibus computatur Secundo. reg. xviij. c. vnde
grauius eſt facinus quod in perſonã principis cõ
miſſum eſt. l. j. & fi. ff. ad. l. Iul. maieſta. l. quiſqs.
C. eo. Hoc Senatuſconſultũ diſsimile nõ eſt, qm̃
lex in omittẽdo impuberẽ delinquẽtẽ ſola omiſ-
ſione torquet & punit. l. excipiunť. infrà eo. rõ-
nẽ in p̃cedẽte. §. annotauimus ex. l. verũ. &. l. ſciẽ
dũ. ff. ad. l. Pom. de parri. Quibus addo. l. nemo.
C. de epiſ. audien. à dño, inquit ille tex. quẽ quis
offẽdit, veniã ſperare nõ debet quaſi mercis illi-
citæ negotiator. l. j. &. l. ſi inimicitiæ. ij. et. iij. rñiis
ff. de his qb. vt indig. Facit qđ notat Luc. de Pẽ.
in. l. fi. p. illũ tex. C. de dela. li. x. l. iij. §. fi. ff. de adi
mẽ. lega. ſed hæc intelligas in impubere nõ mul-
tũ à pubertate diſtãte. d. l. excipiunť. alioq nõ ter
reri qdẽ & habena & ferula cædi põt, vt in hoc
37 tex. Sed abſonũ eſſe videť ab impubere teſtimo-
niũ cũ ferula vel habena exigere, quũ receptũ fi-
dẽ non facit. l. ex libero. §. j. ff. de quæſt. hic plura
non dicã, ſed in. l. excipiunť. infrà eo. diceť. verũ
eſt hic. & in. d. l. excipiunť. cũ moderatiõe à iure-
conſulto dictũ fuiſſe, dũ tñ cum ferula, quæ loco
quæſtiõis eſt, interrogeť. Secũdò, quia ad pedes
dñi cubuerat, & nõ multũ à pubertate aberat, ne
que cædẽ dñi manifeſtauerat. Nã his rõnibus mo
tus impuberem vltimo ſupplicio puniri iuſsit, vt
oẽs ad detegẽdos homicidas facilius inuitet. alio
qn nõ debet fides aliqua relatiõi eorũ adhiberi,
anaũt teſtis, q alias nõ debet examinari, examina
tus indiciũ aut ꝓbationẽ faciat. dic vt per Bart.
in illa. l. maritus. ff. de quæſtio. vnũ tñ nõ omittã
38 qđ Bar. in illa. l. maritus. ꝑ hũc tex. † meminit de
teſte ꝓpter ætatẽ ꝓhibito teſtimoniũ in cã dice-
re, ſeu ꝓpter lubricũ cõſilij, vt in. l. iij. §. l. Iulia. ff.

de teſti. examinatus tamen quale quale facit iudi-
cium, per hunc text. quem ad id allegat, ſimiliter
& glo. in. l. talis. in. j. glo. C. de his quib. vt indig.
quam Bald. ſingularem ad id eſſe dicit. Cui con-
formis eſt glo. in. l. inuiti. ff. de teſti. ſed illæ glo.
prædicta intelligunt vera eſſe, Primò, ſi cum fe-
rula interrogētur, vt hic: ſimiliter in crimine læ-
ſæ maieſtatis, ſi producantur, cum quæſtione in-
terrogari debent propter ſuſpicionem ex ætate
procedentem, dicta. l. de minore. & l. ex libero.
§. j. ff. de quæſtio. & non aliàs: quia illa ætas ple-
na eſt periurijs, dicto. c. j. in fi. extra de delic. pue
ro. Secundò, dummodo ad iudicis informatio-
nem fiat: & ſic ad inquirendum tantùm, non au-
tem ad puniendum, vt hic, & in. l. excipiuntur.
infrà eodem. Sed hic text. & dicta. l. excipiun-
tur. apertè aliud ſentire videntur: quoniam vt rei
veritas detegatur, ferula aut habena cæduntur.
alioquin fruſtra vltimo ſupplicio ex ſola culpa
punirentur, vti voluit dicta. l. excipiuntur. quam
ad id notauit Alex. de Imola in dicta. l. fin. C. eo.
de his quib. vt indig. nullibi enim in iure expreſ-
ſum habemus propter ſolam culpam præſum-
ptam vltimo ſupplicio aliquem puniri. alioquin
miranda eſſet in hoc Senatuſcōſulto ſpecialitas.
non enim ſerui alia ratione torquentur, quàm vt
facti veritas detegatur. l. neceſſarios. §. non alias.
infrà eodem. & dicta. l. excipiūtur. in his verbis,
nec poſtea cædem eius prodiderat. dicā plenius
in eadem. l. Et conſideratio Alexan. non ſine ra-
39 tione eſt, quum inuiti in alijs iudicijs impuberes
teſtimonium dicere cogendi nō ſunt, dicta. l. in-
uiti. ff. de teſti. Similiter nec torqueri debent. l. j.
§. ſi ſeruus. verſic. ne quidem fratrem. ff. de quæ-
ſtio. in his verbis, addita ratione quod in eum, in
quem quis inuitus teſtimonium dicere non cogi
tur, in eum nec torqueri debet. Si in hoc Sena-
tuſconſulto teſtimonium dicere coguntur, opor
tet vt eorum depoſitio nonnihil vlterius ad fidē
teſtimonij quàm ad inquirendū conferat, præſer
tim vbi domeſticum crimen eſt. l. ſuali. C. ad le-
gem Corneliam. de ſicarijs. l. fina. C. de quæſtio.
l. conſenſu. §. ſuper ſeruus. C. de repud. & ſimili
rōne gloſ. vtitur in muliere in. c. decima. in ver-
bo, duarum. xviij. q. ij. per illum text. Nec ab re
lex addidit, vt ſi rei veritas aliter haberi non po-
teſt quàm per impuberis teſtimonium, torquea-
tur. in dicta. l. de minore. in prin. ſed quomó tor-
quebūtur: ferula, vel habena? Ex qua. l. de mino
re huic coniuncta dico percuſsionem ferulæ ſeu
habenæ vim torture obtinere. Quis hic tex. dicat
& magis eſt vt de impubere nec quæſtio habea-
tur. intelligas de ea quæſtione quæ maiori infligi
ſolet. Et ita conueniat hæc. l. cū dicta. l. de mino-
re. dum dicitur in ea, quum res exegerit, torqueā
tur, ſcilicet minores. xiiij. annis viripotentes, vt
inquit iſte tex. ſed quomodo torquebuntur, quū
hic text. dicat de impubere nec quæſtio habeat?
40 Dic † igitur, torqueātur cum ferula, aut habena
cæduntur. Nam & id genus ſupplicij mors ſequi
poteſt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe. ff. ad. l. Aqui
liam. l. vnica. C. de emenda. ſeruo. l. ſed eſt quæ-
ſtionis. §. ſi. verſic. quod ſi abſuerit. ff. de iniur. in
his verbis, præſidi offerēdus eſt, qui eum flagris
rumpat. l. & eum. ff. ad. l. Iul. de vi publi. dum di-
citur, verberibus ac tormentis vſq; ad ſummū pe
riculū afflictum. l. ij. §. fi. in verbo, flagellauerit.
ff. de priua. delic. l. veluti. ff. de pœ. vnde non vi-
detur ſine culpa eſſe, qui ſimilibus pro correctio
ne ſeu diſciplina immoderatè vteretur. l. ſed & ſi
quencunque. §. fi. & l. ſeq. ff. ad legem Aquiliā.
vel inaſſuetis flagellis, quæ non ad diſciplinam
conſerūt, ſed magis ad ſeueritatem. l. prætor edi-
xit. §. præterea. verſic. nec enim. ff. de iniur. in his
verbis, ſed ſi flagris vulnerauerit, vel ſi verberi-
bus non mediocriter. & l. item apud Labeonē.
§. adijcitur. verſic. vnde quærit Labeo. eo. titu. in
his verbis, ſeruum meum loris ruperit. l. ij. ff. de
his qui ſunt ſui vel alie. iur. & §. ſi. inſti. eod. titu.
Gloſ. hic in verbo, ferula. allegat. l. j. C. de curſ.
41 publi. lib. xij. † quæ de equo curſui publico de-
putato loquitur, qui non lignis vel fuſtibus, ſed
flagellis impeti debet, aut aliter agitari. Quãto ma-
gis in homine ſiue ſeruo ſeu libero, quū lex Cor
nelia de ſicar. conditionem hominis non diſtin-
gat. l. j. §. pæterea. ff. ad. l. Corn. de ſicar. Fortiori
ratione in prælato dicendum eſſe exiſtimo, ca. j.
xxiij. q. c. non liceat. lxxxvj. diſtinc. ca. ij. xxiij. q.
iiij. c. ad fidem. xxiij. q. v. c. vniuerſitati. vbi Feli.
poſt Anto. & alios. extra de ſenten. excōi. Glo.
in ſumma. xlv. diſtinc. Per Io. And. in. c. quum in
contemplatione. circa princi. extra de reg. iur. l.
conſenſu. C. de repud. c. ſicut alterius. vij. q. j. Ex
quibus conſtat quibus flagellis epiſcopus, aut
alius eccleſiaſticus iudex vti debeat aduerſus cle
ricos. c. neminem. xlvj. diſtinc. c. illi. v. q. v. Glo.
in ſumma. & text. in. c. j. xv. q. vj. l. ſi quis in hoc
genus. C. de epiſc. & cleri. c. in archiepiſcopatu.
42 extra de rapto. † Vbi ea flagella epiſcopis & ec-
cleſiaſticis iudicibus committit quæ ſanguinem
non effundunt. & in ca. cum voluntate. extra de
ſenten. excommunica. c. ſi vobis. in fin. & c. his à
quibus. iuncta glo. in verbo, præcipiant. xxiij. q.
viij. de quibus in. c. ij. extra de adul. c. in ſynodo.
lxiij. diſtin. alioquin appellare poterit. c. de prio
re. extra de appella. licet regulariter à correctio-
ne non appelletur. c. ad noſtram. extra de appel.
Vbi verò moderata eſt caſtigatio, à ſubdito ſeu
domeſtico vel ſeruo recipienda eſt. c. quum bea-
tus. xlv. diſtin. & dicta. l. prætor edixit. §. præter-
ea. verſ. nec enim. ff. de iniur. Nec enim ferre præ
tor debet heri ſeruum hodie libertum conquerē
tem quod dominus ei conuicium dixerit vel q;
leuiter pulſauerit vel emendauerit, ſed ſi flagris
vulnerauerit. l. quis ſit fugitiuus. §. j. verſicu. idē
ait interrogatus. ff. de ædilitio edicto. & gloſſa
43 in dicto. c. quum beatus. dicit † patrem filium in
ſacris ordinibus conſtitutum cauſa caſtigationis

percutientem non eſſe excõicatum.c.j.&.d.c. cũ
voluntate.extra de ſent.excõi.c.licet.&.c. diſci-
plinæ.&.c.duæ ſunt eleæmoſinæ.& in tota. diſt.
xlv. De his etiã in.c.ſi res aliena.xiiij.q.vj. Et il-
lhic gl.in verbo,cruciatus.& in verbo, exigere.
de quo etiam per Hoſt.& Io.And.in dicto. c. in
archiepatu.extra de raptor.& in dicto.c.cum vo
luntate.extra de ſenten.excõi.l.iij.C.de patr. po
teſt. Et in dubio ab illis perſonis magis caſtiga-
tionis cauſa ꝙ offendendi gratia percuſsio exiſti
mãda eſt,argumẽto.l.propter.C.qui accuſ. poſ.
Niſi ex genere teli aut ipſis percuſsionibus aliter
cõiecturari põt,ſimiles perſonas ſæuire magis ꝙ
caſtigare voluiſſe.l.ſed & ſi quencũꝗ.§.fi. ff. ad
l.Aquil.& dicta.l.vnica.C.de emenda.ſeruo.l.j.
§.diuus.verſi.nam ſi gladium ſtrinxerit.& verſi.
ſed & ſi claua.ff.ad.l.Cor.de ſicar.l.eum qui. C.
eo.ad.l.Cor.de ſicar.l.vnica.C.de emenda.pro-
pin.l. congruentius. C. de patr.poteſt. alioquin
contra pietatis officiũ agere dicuntur.l. diuus.ff.
ad.l.Pom.de parri.l.nõ ſolũ.§.ꝙꝙ aduerſus pa-
tronũ.ff.de iniur.His adde Luc.de Pen.in.l.j.C.
de priuile.ſcholar.lib.xij.vbi eũ omnino videas.
In tex.Et aliàs ſolet hoc in vſu obſeruari,dicit
glo.vt dum de adulterio quæſtio eſt.l. de mino-
re.&.l.ex libero.in princi.ff.de quæſtio.l. ſi po-
44 ſtulauerit.§.quæſtioni.ff.ad.l.Iul.de adul. † No
ta tu digito hunc tex.qui publicè ius reddis vt in
exigendis pœnis tormentis inſolitis , & quæ vſu
obſeruari non ſolent non vtaris.alioquin ſi quid
aduerſum contingat,debita pœna multari pote-
ris. Idem in.l.nemo carcerem.in prin. C. de exa-
cto.tribu.lib.x.l.quilibet.C.de decurio. eo. li.l.
itẽ apud Labeonẽ.§.quæſtionis.verſ.ſed & ſi. ff.
de iniur.in his verbis,modũ tñ exceſſerit. §. pœ-
na.inſti.de iniur.in his verbis, quæ etiã honora-
ria appellatur in iudicijs frequentaẽ.d.l.cõgruẽ-
tius. C.de patr.poteſ.in his verbis,conſuetũ exer
ceri indebitè ordinẽ iuris.l.liberorum.in verbo,
ſolet.ff.de his qui notan.infa.melius in.l.aut dã-
nũ.§.hoſtes.ff.de pœ.inquit ille tex. Nec ea qui-
dẽ pœna dãnari quẽ oportet,vt verberibus nece
tur vel virgis interimaẽ,nec tormẽtis. ꝙuis pleri
que,dũ torquenẽ,deficere ſoleãt. Et in.l.q̃onis.
ff.de quæſt.ita quæſtionẽ haberi oportet, vt ſer-
uus ſaluus ſit vel innocẽtia vel ſupplicio . Adde
huic ſimile in.l.aut dãnũ.§.ſolẽt.ff. de pœ. dũ de
iudicibus loquiẽ q abutebanẽ carcere quem pro
pœna cõſtituebant.&.l.moris.p totã penè legẽ.
ff.eo.de pœn.l.j.§.fi.C.de cuſto.& exhibi. reor.
l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad.l. Aquil. in his
verbis, ille flagello qđ in manu habebat in quo
dolor inerat.vel vt aliq volũt dolon. Et in.l.de-
ſertorẽ.§.pœna.iũcta glo.in verbo,torquenẽ.in
§.is q ad hoſtes.in his verbis , ꝙuis milites nihil
eorũ patienẽ. ff.de re militar.licet Gallia ſecun-
45 dum Bar.hoc non obſeruet, † quoniam nobiles
furca ſuſpendit puniens eos plebeiorum pœna,

& male ſecũdum eum. Idem in dicta.l.quilibet.
C.de decurio.lib.x.in his verbis,iuxta priſtinam
conſuetudinem.c.publici.de pace tenen. & eius
viola.colla.x.Publici,inquit,latrones et cõuicti,
antiqua damnentur ſentẽtia.per quem tex. illhic
Bal.ſumit argumentum cõtra eos,qui male ſub-
ditos & contra eorum ſolitos mores regunt. Cui
adde.l.obſeruare.ff. de offi. proconſul. & lega.
Et Plutarchus ait in politica. Etenim ſtatim mo-
res & ingenia conari mutare populi, nouiſꝗ le-
gibus ea moderari extemplò velle, nõ modò nõ
facile,verum ne tutum quidẽ omnino eſt , vt res
quæ multo tempore & ingentibus viribus indi-
ger,hac ratione decet virum ciuilem & rempubli
cam tractare incipiẽtem tandiu ciuium moribus
conſentaneè viuere,& ſe ad earum naturã accõ-
modare,atꝗ ſcitè coniectura ſectari ea & aſſequi
quibus populus ſoleat delectari.l.j.&.l.nemo iu
dicum. C.de ſpecta.li.xj.l.vnica.de maiuma. eo.
lib.l.an in totum.C.de ædifi.priua.l.j.C. quæ ſit
longa conſuetu . Et idem in pœnis imponendis
obſeruandum eſt,ne præter ſolitum grauior pœ
na aut vilior inferatur.l.decuriones.in verbo,fi-
diculæ.C.de quæſtio.&.l. omnes iudices. C. de
decurio.lib.x.Adde Bal.in.c.ſi ruſticus. per illũ
tex.de pace tenen.& eius viola.colla.x.Bar.in.l.
j.&.l.lege Cornelia.ff.ad legem Corneliã de ſi-
46 car. † Et in omnibus debent moderata eſſe tor-
menta.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio. vt
ſaluus reus ſit aut innocentia aut ſupplicio,vt di-
ctum eſt per dictam.l.quæſtionis.ff. de quæſtio.
&.l.ſin.C.de maleſic.& mathema. Iudex em̃ de-
bet ſuam conſcientiam formare ſecundũ publicã
conſciẽnam,vt inquit Bal.in.l.ſi.C.de pœ. iudi.
qui male iudi.l.certi iuris. C.de iudi.l.j. ff. de ſo-
lutio.quæ id interpretatur vt formet ſuam con-
ſcientiam in hoc quod in re ſua obſeruari vellet.
l.j.ff.quod quiſ.iur.ca.j.j.diſtinc.Et diuus Pau-
lus in epiſtola ad Roma. c.ij. Inexcuſabilis es ò
homo omnis quicũque iudicas . In quo enim al-
terum iudicas,te ipſum condemnas.eadem enim
agis quæ iudicas.§.j.in authẽ.de iudi.colla.vj.ne
videamur propriæ prudentiæ inniti.c.ne innita-
ris.extra de conſt.c.vt debitus.extra de appella.
vel ne quis minus iuſtus cum ſua iuſtitia pereat,
inquit Salo.eccleſia.vij.ca.non poteſt.&.c. ſeq.
xxiij.q.iiij.c.diſciplina.xlv.diſt. Et ne nimia miſe
ricordia in miſeriam conuertatur . Neque etiam
tanta ſit in iudice ſæuitia, vt abſque miſericordia
(inquit ille tex.)iudicet.l.reſpiciendum.in prin.
ff.de pœ.Adde.l.ſi hominẽ.ff.depoſiti.dixi aliàs
ſuprà non repeto. Tamẽ circa prædicta nõ omit-
to quod Bal.in.l.iij.C.ad.l.Iul.de adult.& prius
eo Cin.& Ang.ſecutus eſt in.l.Gracchus.eo. ti-
47 tulo diſtinguunt, † an iudex in torquẽdo ſolitũ
morem doloſè exceſsit:& lege Cornelia de ſica-
rijs teneatur.l.j.ff.ad legẽ Cor.de ſicar.&.l.pen.
ff.ad.legem Iul.repetun.ſi nõ dolo,ſed culpa,&
mors

mors inde ſequatur: & de culpa mitius punier.
l.ſi adulterum.§.imperatores Marcus.ff.ad.l.Iu-
liam de adulter.ſi ſolitum morem ſeruauit: non
tenetur.l.de minore.§. tormenta. ff. de quæſtio.
ratio,quia plerique in tormentis deficiunt. l. ad
damnum.§.hoſtes.ff.de pœ. In dubio autem ple
rique dicunt magis culpæ. quàm dolo imputari.
Intellige verum niſi modum tormenti exceſſe-
rit, vt ſi inſtrumentum inſolitum & virulentum
ſit, vel aliàs taliter noxium vt difficile ſit abſque
periculo ſimile genus quæſtionis ſuſtinere, argu
mento.l.vnicæ.C.de emenda. ſeruo. &.l. nemo
carcerem. C.de exactio.tribu.li.x.&.l. quilibet.
C.de decurio.ſuprà alleg.ſicuti in lege Cornelia
ad diſtinguẽdum dolum à culpa.diſtinguitur te-
lum à telo.l.j.§.diuus.ff.ad legem Corneliam.de
ſicar.l.eum qui.C.eo.&.l.ſed & ſi quencunque.
§.fina.&.l.item ſi obſtetrix.§.fin.&.l.ſeq.&.l. ſi
ex plagis.§.j.ff.ad legem Aquiliam.ca.ſignifica-
ſti.extra de homicid.Et eſt tex.in.l.j.C.de cuſto.
reor.l.item apud Labeonem.§. vnde quærit La-
beo.&.§.ſed & ſi iuſſu.ff.de iniur.Et ratio poni-
tur in.l.ij.C.eo.de cuſt.reor.vt iudicibus immo-
dicè ſæuientibus fræni temperies adhibita videa
48 tur. † Ego verò non tantum ſolito more torquẽ
di,vel qualitate inſtrumẽti quæſtionis dolum &
culpam in iudice exiſtimari debere,ſed ex quali-
tate perſonæ cuius aptitudinis ſeu fortitudinis ſit
torquendus,ſimiliter cuius facilitatis ſit in inſtã-
ti inflictæ quæſtionis,an robuſti ſeu valentis cor
poris,an verò debilis,ſimiliter & ætatis. In pri-
mis eſt tex.hic diſtinguens puberem ab impube
re.Secundò an cum ferula tantùm aut habena lo
co grauioris quæſtionis, dicta.l. item apud La-
beonem.§.vnde quæri ſolet.in princ.verſi.quæ-
ſtionis.in verbo,malam manſionem. & in verſi.
ſed & ſi iuſſu.in his verbis,modum tamen exceſ-
ſerit.ff.de iniur.l.qua actione.§.ſed ſi quis. ff. ad
legem Aquiliam.in ratione.§.in his verbis, quia
aliud alij mortiferum eſſe ſolet.in.l.j.§. quæſtio-
ni fidem.verſi.alij tanta ſunt impatientia. & ver-
ſic.nam plerique patientia.ff.de quæſtio.vel ſi iu
dex torquendum illius voluntatis eſſe cognoue-
rit, vt facilimè exiſtimari poſsit, reum obdurare
ſe in quæſtione,vt non tandiu in ſeueritate quæ-
ſtionis iudex perſeuerare debeat, dicto. §. quæ-
ſtioni.verſi.ratio.ff. ad legem Iuliam de adulter.
in his verbis,& ne dum timeant ſe in reorum po
teſtatem reuerſuros,obdurẽt in quæſtione. & in
verſic.ſeq.in his verbis, ſpe meriti collocandi in
mendacio perſeuerant.Et in verſi.ſed & ſerui.in
his verbis,extranei verò nõ hñt cui gratificent.
Circa prædicta non prætermittam quod Lu-
do.Roma.notat in rubrica.ff.de arbi.xj.colum.
49 verſi. † item an ſi ſtatutum ſit quòd iudex omẽs
pœnas imponendas ſuo arbitrio habeat: vt quã-
tumcunq; pœna iudicis arbitrio commiſſa ſit,ta-
men eius arbitrium regulandũ eſt , vt conſuetas
pœnas in ſimilibus ſeruari ſolitas nõ excedat,ſe-
cundum glo.in.l. quid ergo.§. pœna grauior.ff.
de his qui notan.infa.& in.l.& ſi ſeuerior.C. eo.
Et in.c.inquiſitionis.in fi.extra de accuſa.Et An
to.de Butrio in.c.de cauſis.extra de offi. delega.
Cuius dicta proſequere, vt illhic per eũ, qui non
meminit eorum quæ tractauimus ſuprà addit Fe
li.in dicto.c.de cauſis.glo.in cle.j.in verbo,volũ
tas.de pœn.Et in hoc reprobatur per eos glo. in
§.in ſumma.inſti.de iniur. quæ ampliores habe-
nas iudicibus concedit,vt ad mortem vſq; iudex
arbitrariam pœnam exiſtimare poſsit : verũ eſt,
ſi in ſimili caſu lex admittat,argumento.l.ij.ff.de
bon.eo.qui ante ſenten.mor.ſibi conſci. Melius
in.l.moris.§.fi.ff.de pœ.vbi poſtq̃ in capite.l.iu
recõſultus recitauit pœnas quæ ſingulis delictis
variè imponebantur:nouiſsimè in dicto.§. fi. di-
xit,diſcrimina eſſe pœnarum,neq; omnes eadem
pœna affici poſſe.Mox dicitur in eodem.§. Et ſi
fortè huiuſmodi ſententia fuerint affecti liberan-
50 di erunt. † Et ſic iudex non poteſt in arbitrarijs
pœnis præter ſolitas in ſimilibus eligere.l.iij.§.
item ſi quis impoſturam.verſi.ſolent.ff.de crimi
ne ſtellio.Solent(inquit ille tex.)ex hoc crimine
extra ordinem plecti,dummodo nõ debeat opus
metalli hæc pœna in plebeis egredi.ſimilis tex.in
l.j.in fi.ff.de effracto.&.l.j.in prin.ff.de furi.bal
ne.in bis verbis , dummodo ſciamus in pœnam
eorum operis publici temporarij modum non
egrediendum.l.j.ff.de abigeis.
Et gloſ.in verbo, ætas.habes quomodo ætati
parcitur qñq; ratione minoris ætatis , & legibus
hic in glo.allega.dixi ſuprà.Et reliqua videbun-
tur in.l.excipiuntur.infrà eo. quã glo.hic pro cõ
traria aſsignat,dixi aliquid ſuprà copioſius:in ea
videbuntur quandoque ratione ſenectutis.l. iij.
§.ignoſcitur.infrà eo.illhic dicetur.

SVMMARIVM.

1 Seruus excuſatur qui non dolo malo aut ſimulatè
diſtulit domino auxilium præſtare.
Animus ſimulatus in defendendo quibus præſumatur
coniecturis,& nu.2.
3 Socij eius qui inſultatur quãdo participes inſultus præ
ſumantur.
4 Dolus præſumitur in eo,qui quod proſequi poteſt nõ
proſequitur.
5 Percutiens alium ignoranter quando ſit excuſandus.
6 Adulatores quare ſpeculo ſint ſimiles.
7 Pileus quid ſacerdotibus Gentilium demonſtrabat, &
quid in ſeruis ſignificabat.
8 Membrum eccleſiæ,non dicitur is qui corde ficto oui-
bus Chriſti ſeſe miſcuit.
9 Ius commentitiũ quid ſit, & an alicui prodeſſe poſsit.
10 Vaſallus & quiuis alius operas debens,tenetur eas ſuo
ſumptu præſtare.
11 Seruus omnes neruos intendere debet, vt dominum à
periculo liberet.
12 Vox dicitur maximum defenſionis adiumentum.
Conuicium quid ſit & vnde dicatur.
13 Seruus varijs modis & intentionibus acclamare poteſt
pro domini ſuccurſu.

Acclamatio diuerſis finibus fieri poteſt.
14 Corpus obijcere differt ab eo quod eſt corpore auxiliũ præſtare.
15 Clamor non ſufficit in eo qui alia efficaciori via ſuccurrere poteſt.
Prælatus in corrigendo vigilans & non remiſſus eſſe debet.
16 Prælatus mutus eſt idolo aſsimilandus.
17 Seruus clamore inani electo ſinens dominum offendi, non excuſatur. & nu. 18.
19 Peccans in mala electione non excuſatur.
20 Domini non intereſt ſeruum habere cuius opera vti nequit.
Statuto iubenti manus amputari an ſatisfiat per amputationem aridæ manus.
21 Lex quo caſu in re mortua verificari poſsit.
22 Cõſtantia qualis in vaſallio requiratur pro domini tuitione.
23 Mendicantes validi ſunt exibilandi, impotentibus receptis.
24 Vulnus quod mortiferum dicatur.
25 Serui iugiter cum domino debẽt morari, & eidem obſequi.
26 Vaſallus mutus portionẽ feudi retinet ſibi qua ſe alat.
27 Lex in pœnalibus vltra caſum qui in ea exprimitur extendi non debet.
28 Seruus à domino manumiſſus maximũ beneficium cõſequi dicitur, licet ei ob manumiſsionem precium dederit.
29 Eccleſia ad inopiam verſo patrono alimenta præſtare debet.
30 Serui membris debilitati ſeu valetudine aduerſa preſsi excuſantur ſi domino non fuerunt auxiliati.
Fuga ſerui an noceat domino qui ſaluus euaſit.

§. Excuſantur aũt ſer.

DVAE SVNT potiſsimæ
partes huius. §. vſq; in. §. ſi domi
nus. In prima Senatuſconſulti
verba inſeruntur, quibus ſerui à
morte dñi excuſari poſſunt. in ſe
cũda Vlpianus illa interprætatᷣ.
ſecunda pars eſt in verſi. tuliſſe.
1 Serui † ſi non ſimulatè aut alias dolo malo auxi-
lium domino non tulerunt, excuſantur, & ſi do-
minus interfectus ſit. hoc dicit.
Hic. §. melius quouis alio declarat modos, q-
bus animus ſimulatus in defendendo cõiectura-
tur. Primò dũ dicitᷣ in verſi. nã ſi finxerit, quia fa
cto ſe non oppoſuit, ſed ſolum gratias dictis tu-
lit. veluti ſecundũ glo. hic in verbo, tulit. ſi dicat
aliquis dolere ſe dominum tam ſeuerè interem-
ptum eſſe, quũ potuiſſet corpus opponendo oc-
ciſores prohibere ne dominum occiderent. dictũ
eſt in. §. ſerui. verſ. potuiſſe. & in. §. hoc reſcriptũ.
ſuprà ea. l. repetitur hic in interprætatione Vlpia
ni verſic. tuliſſe. dum dicit, hoc eſt qui potuit ita
opem ferre vt ſaluus eſſet dominus. & in verſic.
veluti. in his verbis, atque ſi quis turbam conuo-
cauit, aut ſi corpus obiecerit, vel aliàs corpore
ſuo auxilium tulit, vel ſecundum glo. iudicis gra
tia tulit, id eſt, vindictã gratia iudicis diſtulit, vt
in. l. denunciaſſe. §. quæritur. verſi. ſi condemna-
tus. ff. ad legem Iuliam. de adulter. prima autem
eſt verior. hæc enim verbis Senatuſconſulti con-
tradiceret nec ſerui excuſarentur. l. propter vene
ni. §. præſes. infrà eod. illhic dicetur ſuper verbo,
defunctoriè. Bal. autem ſic illa verba interpreta
tur, gratias tulit: quia non iuuit eum quãtum po-
a tuit, ſed non conuenit verbis huius. l. † Secũdò.
Si ſeruus ea acclamatione vſus non eſt, qua po-
tuit occiſores terrere ne dominum interficerent.
hoc dixit in dicto verſicu. potuiſſe. in his verbis,
at certe voce plorando. ſimiliter hic in verſi. ve-
luti. & in verſicu. quid enim. dum inquit, ille cla-
morem inanẽ elegit. ſecus igitur ſi voce vſus eſt,
qua occiſores terrere potuit. hoc dicit verſic. ve-
luti. in his verbis, aut terruit aggreſſores. Tertiò
dum hic tex. oblationem corporis nõ fictam ſeu
ſimulatã à vera defenſione & corporis obiectio-
ne diſtinguit, in verſi. quid ſi vulnerati. dixit eñ
de his qui vulnera affectauerunt ne punirentur.
& in verſi. verũetiam is quoq; qui quicquid po-
tuit fecit, tametſi dominus interfectus eſt, non au
tem verum defenſionis arcum tetendit vaſa mor
tis parãtem, vt dicitur Pſal. vij. ſed tñ minacem.
Cuius meminit Horat. in arte poeti. Nec ſemꝑ
feriet quodcunq; minabitᷣ arcus. Fuit aũt ſeruus
ſequens dñm à longe vt videret finẽ, ſicuti & di-
uus Petrus, Io. xviij. c. & Math. xxvj. Et id Vlp.
ſentit in verſi. tuliſſe. dum ait, hoc eſt, qui potuit
ita opẽ ferre vt ſaluus eſſet dñs: vel licet ſeruus
tuẽdo dñm vulneratus fuerit, tñ vulnera accepta
talia erãt vt poſſet nihilominus opẽ dño ferre ſi
voluiſſet, vt dicitur in fi. huius. §. verſic. aut talia
vulnera. Secus autẽ ſi tam atroci vulnere ſeruus
percuſſus eſt quũ dño auxiliũ ferret, vt amplius
tueri nõ potuiſſet: excuſatᷣ. hoc vult glo. dũ inqt,
vulneribus debilitati dominum non iuuerint.
In tex. Qui auxilium tulerunt ſine dolo malo.
Et in ratione Senatuſconſulti. Nam ſi finxerit qs
auxilium ferre.
3 Nota ſecũdum Ang. & Roma. hic † pulchrũ ar-
gumẽtũ in eos qui ſocio inſultato ſimulant auxi-
liũ ferre, quũ re vera inſultus participes ſunt, ve-
luti ſi manum inſultati retinere ſimulãt vt aggreſ
ſor cõmodius voluntatẽ eius exequatur. Et quã-
uis ad id nihil allegent, ego habeo pulchum tex.
quem ad id Bald. & Flori. illhic notauerunt in. l.
item Mela. in princi. verſi. ſi alius tenuit, alius in-
teremit. ff. ad. l. Aquiliã. quãuis ille tex. intelliga-
tur de duobus qui vnanimi conſenſu aliquẽ per-
cuſſerũt ſeu occidere voluerunt. tamen ſatis huic
caſui accõmodari põt. Loquitᷣ eñ de ꝑcutiẽte, &
eo qui percuſsi manus aut brachia tenuit quãdiu
percutiebatur. Idem in eadẽ. l. §. item & cũ eo. in
his verbis, qui tenuit & effecit, vt aliquem mor-
deret. et. l. item ſi obſtetix. verſi. Offilius. eo. titu.
dum dicit, ſi ſeruus meus ab alio in inſidias dedu
ctus

ctus, ab alio eſſet occiſus. Addo in ſimili. l. impe-
rator. ff. qui ſine manumiſ. ad liber. perue. in ra-
tione eiuſdem. l. ibi, nihil enim intereſt ipſe abdu
cas & proſtituras, & patiaris proſtitutam eſſe ac-
cepto pretio. Addit illhic Benedic. de Plumbi.
l. Chriſtianis. C. de paga. ſacri. & temp. eorum.
Adde tex. in. c. excellẽtiſsimus. xj. q. iij. in his ver
bis, vel neceſsitas vera & non ſimulata. Et non
abs re hic iureconſultus dixit, ſine dolo malo: vt
in. l. fulcimus. §. quid ſit autẽ latitare. & duobus
§§. ſeq. ff. quib. ex cauſ. in poſ. eat. melius in. c. itẽ
qui dominũ. verſic. præterea. quæ fuit prima cau
ſa benefi. amitten. colla. x. inquit, ille tex. quod ſi
non ſecerit, doloq́ vel negligentia ſua vel frau-
de celauerit. e. ad apoſtolicæ. de re iudi. in. vj. cle.
4 j. de pœn. l. dolus. ff. manda. † dolus eſt (inquit)
ſi quis nolit proſequi quod perſequi poteſt. Ad-
do etiam. l. j. §. dolum. verſi. Labeo. ff. de dolo. in
his verbis, ſicuti faciunt qui per huiuſmodi diſsi-
mulationem deſeruiunt, & tuentur ſua & aliena.
l. doli. in ſi. ff. de nouatio. l. quidã ignauiæ. C. de
decurio. lib. x. & l. j. §. j. in fi. ff. ſi quis omiſ. cauſa
teſta. Et huic text. adde tu alium caſum in eo qui
languorem ſimulat ne auxilium ferat. l. om̃e deli
ctum. §. exploratores. ff. de re milita. in his ver-
bis, ſed & caligatus qui & metu hoſtium languo
rem ſimulauit ſicut Grimaldus, vt dixi in. §. quũ
dominus. ſuprà ea. l. Idem dicitur in. l. in ſurti. §.
ope. ff. de furt. l. j. §. ſin. & quinque. ll. ſeq. præſer
tim in. l. dolo. verſicu. & ſi luſus gratia. & l. doli
verbum. ff. de ſer. corrup. l. & ſi amicis. ff. ad legẽ
Iuliam de adulter. l. iij. §. ſi quis cum. & §. ſeq. &
§. hoc interdictum. & l. ſina. ff. de libero homine
exhiben. l. j. & tribus. ll. ſeq. ff. ad legem Iuliã ma-
ieſt. Simulatione tamen ſeu diſsimulatione quan
doque vtẽdum eſt. dicta. l. doli. in fi. ff. de noua.
præſertim vt vita hominis ſalua eſſe poſsit. dum
modo ſine mendacio fiat. c. vtilem. & c. ſeq. xxij.
q. ij. Idẽ in. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. vti eſt quum
dolis hoſtis intercipit. l. nihil. ff. de capti. & poſt-
limi. reuerſ.

Hæc maximè vera eſſe dico, ſi aliqua inimici-
tia quãdoque fuit cum eo quem vulneratum ma-
nu tenuit, argumento. l. capitalium. §. qui ob ini-
micitias. ff. de pœ. l. j. §. præterea inimicorum. ff.
de quæſtio. melius in dicta. l. in furti. §. ope. ff. de
fur. in his verbis, ſed & ſi non vt ſocij furarẽtur,
inimicitiarum tamen cauſa ſecerit. Et Deutero-
5 mij. xix. † Qui percuſſerit proximum ſuum ne-
ſciens, & qui heri et nudiuſtertius nullum contra
eum odium babuiſſe comprobatur, ſed abijſſe cũ
eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in
ſuccisione lignorum ſecuris fugerit manum ſer-
rumq́ lapſum de manubrio amicum eius percuſ
ſerit & occiderit: hic ad vnam & ſupradictarum
vrbium confugiet, & viuet: ne forſitã proximus
eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus
perſequatur & apprehendat eum, ſi longior vita
fuerit, & percutiat animam eius qui non eſt reus
mortis: quia nullum contra eum qui occiſus eſt
odium prius habuiſſe monſtratur. Et quod no-
tat glo. ij. in. l. j. C. ad legẽ Cor. de ſica. dum vult
ad probandum animum non occidendi, multùm
conferre priorẽ amicitiã occiſi & occiſoris pro-
bare, ecõtra. de inimicitia. l. ſi inimicitiæ. ff. de his
quib. vt indig. l. iij. §. fi. ff. de adimen. lega. l. in cõ
firmando. ff. de confir. tutor. Adde. l. cenſemus.
§. ſin autem. C. de litigio. Prædicta locum etiam
obtinẽt in milite, vt plenius dixi in. §. hoc autem
Senatuſcõſultum. & §. ſerui. ſuprà ea. l. per dictã
l. omne delictũ. §. exploratores. ſuprà alleg. ſimi-
liter & in vaſallo. c. j. quib. mod. feud. amitta. vbi
om̃es poſt glo. et Bal. copioſe de vaſallo tractãt.
Et omnis eorum diſputatio opportune hic re-
cenſeri poſſet.

In tex. vel dictis gratias tulit. Hic tex. ſingula-
riter ſignandus eſt cõtra eos qui doloſe dictis cõ
miſereri fingunt, in animo aliud geſtientes: velu-
ti Bononienſes, vt inquit gloſ. in. l. obſeruandũ.
ff. de offi. præſi. Sicuti olim mulieres quæ Romæ
cõducebantur mercede accepta ad lugẽdos mor
tuos ad ſimilitudinem adulatoris: quorũ omniũ
meminit Hora. in arte poëtica.

Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum.
Letitiæ: clamabit enim pulchre, bene, recte.
Paleſcet ſuper his, rorem ſtillabit amicus.
Ex oculis rorem ſaliet, tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo, ſic,
Deriſor vero plus laudatore mouetur.

Et Verg. j. Aeneid. Spẽ vultu ſimulat, premit al-
6 tũ corde dolorẽ. Similes † enĩ adulatores Plutar
chus ſpeculo cõparat, videbis (inquit) illũ haud
quaq́ ſtabilẽ ac ſuũ neq́ ꝓprio affectu diligentẽ
aut odio habẽtẽ, gaudẽtẽ aut dolentẽ, ſed ſpeculi
ritu exteriorũ affectuũ vitarũ ac motuũ imagines
in ſe recipiẽtẽ, veluti polipi piſcis. Nã & ſerui pi-
leati erãt, q ſecus funus dñi plorabant: & ob id ſi
volũtate morientis aut eius hæredis pileati ſecus
funus incedebãt, ciues Romani ſiebãt, vt memi-
nit Iuſtinia. in. l. vnica. §. ſed q dñi funus pileati
incedunt. C. de Lati. liber. tollẽ. quẽ tex. Bal. il-
lhic notat in cardinales, q fingũt papã coronaſſe,
demũ aſſerũt metu eũ elegiſſe. Idẽ Bal. in tracta-
tu ſchiſmatis, ſub rubrica. C. ſi qs aliq. teſta. pro-
hibu. Cæterùm Gel. li. vij. noct. atticarũ. c. iiij. ait
pileũ inſigne fuiſſe venalis ſeruí, vt emptores er-
rare & capi nõ poſſent, ſed ꝑciperẽt qdnã eẽt mã
cipiorũ genus, vt corona, captiuorũ venalium ſi-
gnũ erat: ita pileus impoſitus demõſtrabat eiuſ-
modi ſeruos venũdari. Tamẽ ex Iuſtiniani aucto
ritate pileus ſignũ erat conceſſæ à dño libertatis,
7 ſi pileũ circa funus dñi deferret. † Pileus autem
ſacerdotibus gentilium inſigne erat quem in ca-
pite geſtabant, in quo erat breuis virga deſuper
habens lanæ aliquid: virga autem arcebant aues
à carnibus ſacrificiorum. capitu. cleros. §. ſacer-
dos. xxj. diſtinctione. Et illhic gloſſa in verbo,

virga. Adde ad hunc text.l.quum procuratores.
C.de metal.& metal.lib.xj.In his verbis,ſimula-
to hoſtili metu huic ſe neceſsitati ſubtraxerant.l.
j.in fi. C.d priuileg.ſchola.lib.xij.dum dicitur ex
familiaritate comitis ſimulata rem prohibitã alio
nomine valeat vſurpare ſicuti aliquando memi-
nimus ex Liuio primæ decadis. lib.j. de Metio
Suffetio qui per ſpeciem ſocietatis proditionem
reſeruauit Tullo Hoſtillio ſuos nihilominus ad
hortãte nihil trepidatiõe opus eſſe ſuo iuſſu Al-
banum exercitum vt Fidenatum nuda terga in-
uaderet imperaſſe:eo acrius ſui pugnauerũt,ter-
rorq́ ad hoſtes tranſijt,Fidenates ab oppido ter
ga vertunt. Adde.l.falſus.in prin.ff.de fur. Et di
8 cit tex.in.c.de illis.xxiiij. q.iij. † ſed nec ille dicẽ
dus eſt eſſe in eccleſia & ad iſtam ſocietatem ſpi-
ritus pertinere,q ouibus Chriſti ficto corde mi-
ſcetur. Alia habetis ex Luca de Pen. in dicta.l.
quum procuratores. Adde his.l.ſicut ſemel. C.
de liber.cauſa.l.ſi priuatus.ff. qui & à quib. ma.
liber.accipi. Secus autem ſi ex animo gratias di-
ctis agant,vt hic.&.l. Paulus.ff. de fideicom. li-
ber.in his verbis, Crede mihi zoile,grãs tibi red
det ſilius meus & tuis ſilijs.Et in.l.j.§.j. verſi. ſin
verò gratias agendo. C.communia de manumiſ.
Alias leges illis ſimiles recenſui in tractatu meo
cui titulus eſt,an rex Franciæ in temporalibus re
cognoſcat imperatorẽ.colum.xxv.& tribus ſeq.
eas hic non repeto.vbi autem non ex animo, ſe-
cus.l.diuus.ff.de teſta.milit.l. quum hæres.§. nõ
eſt ſtatuliber.ff.de ſtatuliber. Non enim decens
eſt hoc cõmentum ſeu figmentum talibus pro-
deſſe.l.ij.C.de fide inſtru.& iure haſ.fiſca.lib.x.
9 ius † eñ cõmẽtitiũ talibus obſtat. Cuius iuris me
minit iureconſultus in.l.ſi pœna. ff.de pœ. adde
l.ſi maritus.§. legis Iuliæ. ſecũdo reſponſo. ff.ad
legem Iuliam de adult.l.quamuis.ff.de reb. eor.
qui ſub tutel. vel cur.ſunt.l. quemadmodum. in
verbo,cõmento. & illhic Luc.de Pen. C.de agri
co.& cenſi.lib. xj. Illi iuri cõmentitio diſsimile
non eſt fraudatorium interdictum, cuius memi-
nit Paulus iureconſultus in.l.pupilli.in princ.ff.
de ſolutio.veteres etiam fraudem pro pœna ſta-
tuebant.l. quum autem.§.excipitur. ff. de ædili.
edicto.

In tex. Tuliſſe dicitur qui potuit ita opem fer-
re,vt ſaluus eſſet dominus. Quomodo dici po-
teſt aliquem feciſſe quod potuit vt à dolo ſeu cul
pa excuſetur,vt hic, & in.l.qui occidit.§.fi. ff.ad
legem Aquiliam.in verſic.atſi omnia quæ opor-
tuit,obſeruauit. Ange. & Roma. exempli gratia
dicunt in confœderatis, qui tenẽtur homines ar-
matos ſtipare legatos ſeu oratores committere,
& cætera id genus ordinare,quibus confœdera-
ti comites conſeruentur.alioquin, ſecũdum eos,
non videntur legem fœderis implere neque face
re quicquid ad defenſionem poſſunt. Illis addo
l.non dubito.ff.de capti. & poſtli. reuerſ.l. item
quæritur.§.exercitu.verſic. Labeo.ff.de loca. &
conduc. Labeo.(inquit ille tex.) ſi reſiſtere po-
tuit,& non reſiſtit,teneri ait.l.nõ videtur defen-
dere.ff.de regu.iur. Addo quod notat Angel. &
copioſius Moder.proſequuntur in.l. ſi non for-
10 tem.§.libertus. ff. de cõdictio. indebi. † vaſallus
& is qui debet alicui operas, tenetur eas exhibe-
re ſuo ſumptu,per illum tex. Et eſt text.in.l.quũ
dominus.infrà eo.in his verbis, & armis & ma-
nu & clamoribus & obiectu corporis. Nec facio
vim in ea differentia quam plerique conſtituerũt
inter vaſallum & ſeruum,vt dixi in.§.ſerui ſuprà
ea.l.poſt Andr.de Iſer.in.c.j.quibus mod. ſeud.
amitta.colla.x.ratione ſidei medio iuramẽto per
vaſallum in inueſtitura præſtitæ,vt illhic dixi per
c.item qui dominum.in princ.& verſi.præterea.
quæ fuit prima cauſa benefi.amitten.c.licet.ſi de
feudo fuer.contro.inter domi.& agna.c. vnico.
de no.for.ſideli.c.ad hoc.hic finitur lex.colla.x.
vbique dicitur teneri iure fidelitatis ſeruare do-
minum incolumẽ,& vltro adiutorium illi offer-
re,alioquin deſerẽs dominum periclitantem, li-
cet non vulneratum,neque mortuum, ſeu etiam
modicè vulneratum,aut alias quouis alio modo,
feudo priuari. Adde tex.in.c.ſi inimicus.xciij. di
ſtin.& quod per illum tex.notat Luc. de Pen. in
l.ſi quis.in verbo conſenſum. C.de decurio.li.x.
c.dilecto.§.fi.de ſenten.excommun.in.vj. Et hic
text.in hoc conuenit dictæ.l. quum dominus. &
11 his quæ dicta ſunt in.§.ſerui. † Sed multo abun-
dantius hic loquitur Iureconſultus, Primò dum
verbum, tuliſſe. iureconſultus interpretatur quo
quo modo ſaluus factus ſit dominus. Et ſic ad o-
mne genus defenſiõis quodquod excogitari po
teſt deſideratur. Idem repetit in verbo, verum-
etiam. qui quicquid potuit fecit. Nota verbum,
quicquid. vt omnis vis & poteſtas expleatur in
domini defenſione, videlicet exclamatione ho-
ſtium,ſeu inimicorum territione, conuocatione
auxiliarium,turbæ conuocatione,corporis obie
ctione,aut alio quouis modo corpore auxilium
præſtando: quæ omnia quamuis comprehendi
quatuor vocabulis videantur in dicta.l.quũ do-
minus. videlicet armis,manu,clamoribus,& ob-
iectu corporis:pinguius tamen hic tex. explicat.
duæ enim clauſulæ generales illis defenſiõis mo
dis adduntur, quæ caſibus ſpecialibus nonnihil
addunt.l.doli clauſula.ff.de verb. obli.l.q libe-
ris.§.hæc verba.ff.de vulg.ſubſt.l.vxori.§. gene
rali.ff.de vſu.& vſuſ.leg.l.doli.ff.de ſer. cor. Et
ecõtra.l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ſed nõ eſt nouũ.ff.ad.l.
Aql.huic eloquutiõi nõ eſt diſsimilis ea quæ tra
dit in.l.iiij.§. ſi qs aduẽtu.in prin.& verſi.at hoc
de eo.ff. vi bon.rap. Poſſent hic congeri quæ ab
omnibus repetunt in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iure.
l.j.C.vnde vi. Et pleriſque alijs iuris partibus,in
qbus de hominũ defenſiõe tractat. quibus addo
l.cũ duobus.§.dãna.ver.qdã ſagariã negociatio
nẽ.ff.pro ſocio. Profectus(inqt ille tex.)in latro
nes incidit,ſuãq́ pecuniã pdidit,ſerui quoq́ eius
vulnerati

vulnerati ſunt: reſq; proprias ꝑdidit, quæ omnia
à præſumpto dolo & culpa prorſus excuſant. l.
argentum. ff. cõmoda. in his verbis, ſi id mali ho-
mines intercepiſſent. prius autem dixit, vt nõ de-
buerit quia æſtimare futurũ, vt à quibuſdã malis
hominibus deciperetur. l. ſi quis quũ ſciret. verſi.
nam ſi quis. ff. de fur. dum dicit, & quia non po-
teſt prohibere, quieuit. & in verſi. ſequen. l. ſi pe-
cunia. §. fi. ff. de cond. cauſa data, cauſa nõ ſequu.
Et plæraq; alia, quæ in ſeruorũ excuſationẽ con
ferre poſſent, dum tamen culpa alia nõ præcedat
l. in rebus. in princi. ff. commodati. dixi in repeti.
l. contractus. ff. de regu. iur.

12 In tex. Veluti ſi quis exclamauit. † Hic vox
pro maximo defenſionis adiumento ponitur, vt
in. l. aut facta. §. multa. ff. de pœn. dum dicit, aſpe
ctu, voce verberat. & tribus modis conferre po-
teſt. Primò, acclamatione. Nam vicini illa excita
ri poſſunt, vt opem ſeu auxilium præſtent. dixi in
§. ſerui. verſi. potuiſſe. ſuprà ea. l. & dicta. l. quum
dominus. infrà eo. titu. Adde his glo. in Cle. vni-
ca. in verbo, non valens. de homic. Pondero tex.
in. c. ſicut dignum. §. j. in verbo, inflammaſſe. ex-
tra de homici. Et hæc vociſeratio in bonam par-
tem, plærunq; etiam in malam ſumitur. l. capita-
lium. §. ſolent. ff. de pœ. dicto. c. ſicut dignum. in
verbo, inflammaſſe. l. denunciamus. C. de his qui
ad eccle. confug. l. item apud Labeonem. §. con-
uicium. & per totã. l. ff. de iniur. præſertim dum
in illa. l. iureconſultus conuicium à concitatione
aut à conuentu ſeu collatione vocum dici poſſe
ait. §. j. Inſtit. de iniur. in bonam partem, vt hic, et
l. ſi putator. ff. ad. l. Aquiliam. c. ex literis. ij. & c.
fin. extra de homici. quod contingit duobus mo
13 dis. † Primò, ſi exclamauerit, ſeu vocem exalta-
uerit, vt vicinos inuitaret ad ſuccurrendum, cla-
mauerit&q;, ſuccurrite vel ſubuenite oppreſſo, vt
in dicto. §. ſerui. ſuprà ea. l. annotauimus. Secun-
dò, in territione aggreſſorum. vt in. l. iij. §. j. ff. de
vi & vi arma. qua etiam iudices vti ſolent in faci-
noroſos homines. §. talem verò. in authẽ. de man
da. princi. colla. iij. l. item apud Labeonẽ. §. quæ-
ſtionem. ff. de iniur. De quo etiam in. l. obſeruan
dum. ff. de offic. præſid. Tertiò, turbam concitan
do. l. iiij. §. ſi quis aduentu. & §. erit&q;. ff. vi bon.
rapt. Primò in. §. ſi quis aduentu. dicitur, turbam
concitauit vel cõtraxit, vel clamore vel facto ali-
quo. Et additur, dolo malo. Secundò, in. §. erit.
dicitur, etiam ſi non turbam coegit, ſed ad clamo
rem eius vel irã turba contracta eſt, vel alius con
traxit. Vbique tamen additur, dolo malo, & ſic
turba abſque dolo excitari poteſt. Et hac vociſe-
ratione milites vtūtur, vt hoſtes terreãtur, vt me-
mini in dicto. §. ſerui. ſuprà ea. l. Fretus autorita-
te Iulij cæſaris in tertio cõmentario belli ciuilis,
& Vegetij de re militari. Id etiam additur in lege
Iulia maieſtatis, & lege Iulia de vi publica. de his
qui ſeditionem aut tumultũ fecerũt, quorum've
opera ſeditio aut tumultus factus eſt dolo malo.

l. j. & quatuor ſeq. legibus. ff. ad. l. Iuliam maieſt.
l. iij. ff. ad. l. Iuliam de vi publica.
In tex. Aut ſi corpus ſuum obiecerit vel aliàs cor
14 pore auxilium tulit. † Hæc duo differre vides,
vt plus ſit corpore ſuo auxilium ferre, quàm cor
pus obijcere. Corpus enim obijcere, eſt propriè
manu aut alio corporis inſtrumento ſe oppone-
re, & dominum tueri ſeu defendere, vt in. l. iube-
mus. §. hic etiam adijciendo. C. de eroga. milit. an
no. lib. xij. l. j. in princi. ff. de eo per quem fac. eſt.
in his verbis, qui ſuis manibus vel per ſuos reti-
nuerat, verum quoque qui alios rogauerit, vt eũ
detinerent, vel abducerent. l. item ſi obſtetrix. in
princ. in his verbis, ſuis manibus ſuppoſuit. ff. ad
l. Aquiliam. & quod notat Feli. in. c. ſi. colum. ij.
extra de offi. delega. per illum tex. Corpore auxi
lium ferre, eſt vel clamore, vel concitatione, vel
adminiſtratione neceſſariorum, vt pote telorum
& aliorum id genus inſtrumentorum, quæ ad ſal
uandum hominẽ aut offendendum conferre poſ
ſunt, argumento. l. ſi pignore. §. qui ferramenta.
ff. de ſur. l. excipiuntur. infrà eodem. quæ de im-
pubere loquitur, quem certum erat nõ poſſe do-
mino opem præſtare obiectu corporis, clamore
autem potuit, aut plorando vicinos excitare, vt
dictum eſt in dicto. §. ſerui. §. potuiſſe. per illum
tex. ſuprà eo. l. quũ dominus. infrà eo. l. in furti.
§. conſiliũ. & §. opem. ff. de fur. Et ſic plus eſt cor
pore auxilum ferre, quàm corpus obijcere.
In tex. Non tamen ſemper. & verſi. ſeq. attẽde
15 pulchrum † & digito ſignandum textum contra
eos qui inani clamore emiſſo exiſtimant dolum
aut culpam ſuam purgare, quum alio modo ſub-
uenire valerent, aut facinoroſi hominis intentio-
nem reuocare. Sunt quippe veluti canes muti nõ
audentes latrare. c. ſit rector. xliij. diſtinct. quod
maximè epiſcopis & alijs prælatis conuenit, qui-
bus ab Eſaia dictum eſt, Clama ne ceſſes. Eſaiæ
lvj. c. & c. diſpenſatio. eadem diſtinct. xliij. qui
inſtãte neceſſitate tuba canere debẽt. Paralippo-
menom. vij. c. et verbum domini exponere. c. ſed
illud. & c. ſequen. xlv. diſtinct. c. quum deuotiſſi
mam. xij. q. ij. c. ſunt nonnulli. xlvj. diſtinct. alio-
quin ex manibus eorum ratio deſiderabitur. c. li-
cet Heli. extra de ſimo. et dicto. c. ſit rector. opor
tet enim prælatum & ſuperiorem vigilem eſſe,
neque in correctione remiſſum aut diſciplinam
propter hominum vaniloquia prætermittere. c.
non vos. & c. ſi vos. & c. ſequen. xxiij. q. v. c. ni-
mium. xxiij. q. iiij. c. qui nec. ij. q. vij. alioquin (vt
16 inquit Archi. in dicto. c. ſit rector.) † mutus præ
latus ſimilitudinẽ habebit cum idolo, quod ho-
minis officium non exercet. Simulachra (inquit)
ſunt gentium, quorum apud gentes ſeptem fue-
runt ſpecies, lutea, lignea, ærea, lapidea, argẽtea,
& aurea. quod proſequere, vt illhic per eum, ſi
verbo muti ſunt, ſaltem opere non ficto aut ſimu
lato prælatos ſe exhibeãt. c. cauete. xxij. q. v. et. c.
§. xlvj. diſtinct. c. multi. xl. diſtinct. Nam & muti

contrahere volẽtes,licet verbis non exprimant,
nutu aut ſignis conſenſum manifeſtare debent.l.
ſi pater naturalis.ff.de adoptio.c.quum apud.&
c. tuæ. extra de ſponſa. & quod notatur in.l. di-
ſcretis.§.fin.C.qui teſta.face.poſ. l.j.§.fina.ff. de
verbo. obliga. in ea quæſtione de eo qui annuit
capite.l.qui teſtamẽto.§.fi.ff. de teſta. dictum eſt
in.§.hoc autem ſenatuſconſultum.ſuprà ea.l. ſed
melius eſt ſi cũ linguæ ſonitu opera conueniant,
dicto.c. ſit rector.§. ſacerdos.verſic.veſtimentis
itaque. &.§. ordinationes. in authent. de mona.
colla.j.c.ſæpe.c.epiſcopus.&.c.ſequ.xlj.diſtinc.
§.j.ad fin.in authent. de ſanctiſ. epiſc.colla.ix.ſi-
mile dico in ſeruis & domeſticis, per hunc text.
17 qui † electo inani clamore dominũ ſinunt offen
dere:tales excuſandi non ſunt,ſed ſeuerius caſti-
gandi : quoniam nec quicquid potuerunt facere
clamando dicendi ſunt. Et per hunc tex. dicit hic
Roma. poſt Dinum ſi ſtatutum eſt villam de da-
mno in ſuo diſtrictu dato teneri, ſi perſona quæ,
damnum dedit ignoratur,an villa à ſolutione da
mni excuſetur. & dicit non excuſari,licet damnũ
paſſo prius denunciaſſet,vt ſibi caueret ne in via
damnũ pateretur,quum denunciatio tam defun-
ctoria ſeu perfunctoria,vel ſub tam generalibus
verbis facta non releuet. determinate enim,ſecũ-
dum eundem Roma. continere debet denuncia-
tio, à quibus peregrinus aut aduena cauere de-
beat. l.aut qui aliter.§.j.ff.quod vi aut clàm. Nec
obſtat.l. ſi putator. ff.ad.l. Aquiliam. quia in ea
lege ſpecifica fuit denũciatio. Hoc idem velle vi
18 detur iſte text. † quid enim(inquit)ſi quum poſ
ſet manu depellere à domino periculum,ille cla-
morem inanẽ elegit:plectẽdus vtique erit,quod
nota pro ea Petri opi.per me copioſe diſputata
in eo libello noſtro qui inſcribitur, An rex Fran
ciæ ſuperiorem in temporalibus recognoſcat.co
lum.xxiiij.& quinque ſeq. de denunciatione ver
bis cauũciatiuis facta. Dicam aliqua in.l. propter
veneni. §. præſidis. in verbo , defunctorie. infrà
eo, illhic ſupplebitur quod hic omittimus.

Rurſus hunc tex.not.in verſi.hoc eſt. & verſi.
verumetiam. non referre quomodocunque ali-
quis ſaluus fiat,dummodo incolumis euadat.ſed
intellige quantum ad pœnam euitandam , non
autem ad præmium conſequendum. dicetur in.l.
ſi quis in graui.§. vtrum. infrà eodem titulo.&.l.
nulla. C.de delator.lib.x.

19 Similiter in verſi. quid enim. † nota nõ excu
ſandum eſſe eum qui in mala electione peccauit,
dum de eo loquitur hic tex. qui inanem clamorẽ
elegit, quũ potuit manu depellere à domino pe-
riculũ. Quod nota ad ea quæ notãtur in dicta.l.
ſi pecunia.§.fin.verſic.planè.ff.de condict.cauſa
data,cauſa non ſequuta.& in.l. quod in hæredẽ.
§.eligere.ff.de tributor.actio.l. ſed ſi pupillus.§.
item ſi plures.ff.de inſti.actio.& in.l.cõtra.C.de
inoffi. teſta. pleraq; alia ſimilia recenſeri poſſent,
quæ prætermitto quum aliena ſint ab inſtituto.

In tex. Quid ſi vulnerati. Et ſic debilitati(in-
quit gloſ.) vt domino opem ferre non poſſent:
excuſantur vtique,puta ſi brachijs abſciſſis domi
num deſeruerint.(inquit gloſ. in.c.j.quib.mod.
feud.amitta.)alleg.c.fin. de feud.ſine culpa non
amittẽ.colla.x.dum ille tex.ait, & cũ eo nõ labo
rauerit ſi potuerit. Plures ſunt tex.feudorum illi
ſimiles,quorum meminimus in.§.ſerui.verſi.po-
tuiſſe.ſuprà ea.l.dum verbum,potuiſſe. expoſui-
20 mus.hic non repeto. † nec poteſt intereſſe domi
ni ſeruum habere,cuius opera vti non poteſt,ar-
gumẽto.l.ſi plures.§.fi.ff.depoſiti:melius in.l.fi.
iuncta gl.in verbo,orbitates. C.ad.l.faui.de pla-
giar. quando redditus eſt filius patri inutilis,pa-
ria ſunt(inquit illhic glo.)non habere filium vel
maritum aut ſeruum,vel habere inutilem.l.j.§.fi.
ff.quod cuiuſque vniuer.nomine.c.inter corpo-
ralia.§.ſed neque. extra de transla. epiſco. Adde
quod not.Bal.in authẽt.ſed nouo iure. C.de ſer.
fugiti. dum quærit de eo cui ex vi ſtatuti ratione
delicti debet amputari manus,vel etiam ex diſpo
ſitione legis, vt in caſu. §. deinde competens. in
authent.de manda.princi.&.§. callidis.verſi.ſcri-
ba.de prohibitio.feud.alie. per Frederi.colla.x.
an per manus aridæ amputationem ſatisfactum
erit legi vel ſtatuto,vel ſi vnicam tantùm manum
penitus inutilem reus habeat. Adde tex.& quod
illhic Bald. notat in.l. ædiles autem.§.ſi inuenta.
verſi.ſed etenim.ff.de ædili.edic. Et vltra ea quæ
illhic tangit Bal. adde tex.in.l.iij.§.quod ſi quis.
verſi.ideo.ff.arbo.fur.cæſar. in his verbis, cuius
radices deſinunt viuere,quamuis adhuc terra cõ
21 tineatur. † vbi fur arboris cuius radices deſinũt
viuere,tenetur illo edicto, & ſic in re mortua po
teſt lex verificari : ſed hoc in odium furis retor-
quetur, vt facilius homines à delictis reuocẽtur.
l.j.§.j.in fine.ff. nautæ. caupo.ſtabul. Cle.j.circa
fi.de pœn. Secus autem videtur vbi Reipublicæ
læſæ ſuccurrendum eſt,ne delicta inulta maneãt,
dicta.l.ita vulneratus.§.qđ ſi quis.ff.ad.l. Aqui-
liam.l.ij.§. & ſi perſona vilior ſit. C.vt intra cer.
temp. quæſtio crimi.termi. Sed tu tene eam par-
tem quæ minus lædit.l.in obſcuris.ff.de reg.iur.
l.interpretatatione.&.l.ſi præſes.ff.de pœ. vnde
vaſallus redditus domino inutilis excuſandus
eſt,niſi aliter poſſet domino ſubuenire. neq; pu-
tarem à vaſallo tantam animi virtutem deſideran
dam qualem fuiſſe Cynegerio militi Athenienſi
in Darium Perſarũ regem Iuſtinus Trogi Pom-
peij interpres deſcribit, qui poſt innumeras cæ-
des onuſtã nauim dextra manu tenuit, nec prius
dimiſit quàm manum amitteret, dextra amputa-
ta,nauem ſiniſtra comprehendit, quam & ipſam
quũ amiſiſſet,ad poſtremum morſu nauem deti-
22 nuit. † ſatis eſt eam cum quodam temperamẽto
exigere, videlicet quæ viro conſtanti ſufficiat:vt
in ſimili dicitur in.l. ſi quid venditor. &.l. ſcien-
dum.ff.de ædili.edicto.habita ratione temporis,
ſexus, ætatis,& valetudinis.l. cõtinuus.§. quum
ita.ff.

ita.ff.de verbo.obligatio.dicta.l.j.§.fin.ff.quod
cuiuſ.vniuer.nomi.in his verbis, aut valetudine
impediatur.l.fi.verſi. illos etiam adiutores.C.de
proxi.ſacr.ſeri. lib.xij. in his verbis, veluti ſeniũ
vel morbum.l.ij.§.ſi non propter aduerſam vale
tudinẽ.ff. ſi quis cautio. ea maximè quæ ſeipſum
non admitteret poſſe defendere, argumento.l.
quæſitum.ff. de re iudic.l. cui deus. &.l.ob quæ
vitia.ff. de ædili.edicto. Idem ſi tot aut tantis pla
gis confoſſus ſit ſeruus aut vaſallus, vt de ſalute
eius deſperetur.l.illud.§.fin. &.l.ita vulneratus.
ff.ad.l. Aquiliam. Et prædicta intelligas de vul-
neribus non affectatis vt in verſi.ſeq.ſicuti & Py
ſiſtratus Athenienſis tyrannus mira arte fecit,vt
tyrannidẽ occuparet,blande primùm Athenien-
ſem populũ recepit, deinde vulnera ſibi inflixit,
& continuò in publicum progreſſus,ſe ab hoſti-
bus accepiſſe vociferauit. Ob id iuuenes admo-
dum acres & erectos quadringentos ſibi dari ab
Athenienſibus obtinuit, quibus ſtipatus tyran-
nidẽ arripuit poteſtatem,& demum Athenienſiũ
ſtatum euertit. Similiter & ſerui aut domeſtici in
dominos ſæuire volentes & vulnera affectantes,
punit hoc ſenatuſconſultum Sillanianum. Simi-
23 lis ratio eſt † validorũ mẽdicantium, qui herbis
aut medicamẽtis faciunt vulnera(quũ nulla ſint)
apparere,quorum meminit glo.in.l.vnica. C. de
mendican.valid. lib.xj. alleg.§.ſi verò forſan. in
authẽt. de quæſtore.colla.vj.quos lex punit. Cæ
terùm male valentibus & non potentibus corpo
ris imbecillitate, aut alia aduerſa valetudine, vi-
ctum ſibi quærere lex ſubuenit.l. alimenta. &.l.
fi. &.l.ſi quis à liberis. §.ſed & ſi filius.ff.de liber
agnoſ.l.eius artificij.§.fi.&.l. mendicus. circa fi.
l.interdum.in princi.ff. de oper.liber.plenius in
l. ſi non ſortem. §. libertus.ff. de condit. indebi.
Secundò,oportet talia eſſe vulnera quæ ab ope-
ris hominem reuocare poſſint.l.vulneris magni-
tudo.ff.de iniur. hic alleg.per Ange.non autem
vulnuſcula.l.j.§.ſed ſciendum. verſi.proinde.ff.
de ædili.edict.vel modicæ cicatrices,ſed hæ quæ
periculoſæ ſunt,inquit Vlpia.in.l.quæritur.§.fi.
ff.de ædili. edicto. Et Labeo in.l.ij.in fine.ff. de
ſer.fugit.vel ſecundum Bal. in dicto.c.j. quibus
mod. feud. amitta. vulnus cui mors inhæret. Et
hæc diſtinctio ab Vlpia. fit in. l. huic ſcripturæ.
in princi.& verſic. hoc ita.Pariter à Iuliano in.l.
ita vulneratus.& plæriſque alijs legibus illius ti-
tuli.ff.ad.l.Aquiliam.& in.c.ſignificaſti.ij.extra
24 de homici. † Mortiferum(inquit ille tex.)dici-
tur quum opinione medicorum ex eo iudicatur
mortem ſequi poſſe, & re vera ſequitur, dicta.l.
huic ſcripturæ.§.hoc ita.&.l.ſemel.C.de re mili-
ta.lib.xij.Dicam plenius in.§.ſequ.vnum tamen
non omitto quod in dicto.c.j.quibus mod.feud.
amitta. comperio à pari iudicari mortuum & ad
mortem vulneratum, quamuis in pœnæ impoſi-
tione differant,vt dicã in.§.ſeq. Cæterùm in hoc
ſeruum à vaſallo diſcrepare dici poteſt, quòd va
ſallus dominum deſerẽs in prælio mortuum aut
ad mortem vulneratum, feudo non priuatur,di-
cto.c.j.quib.mod.feud. amitt.in ſeruo aliud eſt,
officium enim ſerui poſt mortem domini,eſt oc-
ciſores detegere. l. excipiuntur.infrà eo. & non
abs re beatus Petrus Domino noſtro Ieſu dixit
quod Lucæ.xxij.ſcribitur,Domine tecum para-
tus ſum & in carcerem & in mortem ire.ſimiliter
Matthæi.xxvj. & Marci. xiiij. Et ſic præponere
ſalutem domini ſuæ ſaluti,dicto.§.ſerui.ſupra ea
dem.l. quocunque loci eat dominus. §. hoc autẽ
ſenatuſconſultum. ſuprà ea.l. &.l.ſi. C.eo. ad id
pondero. l. alimenta. ff. de liber. agnoſc. in his
verbis, vel corporis valetudine laborantes reli-
ctos primùm eos in poteſtate patronorum redi-
gi,ſimiliter in.l.fin.eo.titu.dum in ea dicitur,niſi
ſi tam eſſe ſe infirmos tamq; pauperes præſidi-
bus probauerint, vt meritò menſtruis alimentis
à liberis ſuis adiuuari debent.quãtomagis in ſer-
25 uo dicendũ eſt per hoc ſenatuſconſultũ † quod
vult ſeruos continuò cum domino eſſe, alioqui
non excuſari, niſi in caſibus hic exceptis. licet in
vaſallo idem dici poſſet,per ea quæ notat Mart.
Lauden.in.c.licet.ſi de feudo fuer. contro. inter
domi.& agna.colla.x. dum vult vaſallum teneri
alimẽta domino præſtare,per illum tex.ſic indu-
cens, vaſallus dominum quoquo modo pericli-
tantem adiuuare tenetur , alioquin feudo priua-
tur,per illum tex.ſimiliter de liberto ſuprà dictũ
eſt:ſed nulla grauior eſt mors, quàm famis.l.ne-
care.ff.de liber. agnoſ. ſi periclitantem adiuuare
debet : igitͬ fame morientem etiam excõicatũ.c.
quoniam.xj.q.iij.c.paſce.& illhic Archi.lxxxvj.
diſtinct.l.item ſi obſtetrix.§.ſi quis hominem.ff.
ad.l.Aquiliã.& id admittit Cardi. Alex.in dicto
c.licet.ſi feudum magnũ ſit,argumento.c.fi. epi-
26 ſco. abba. vel abbatiſ. colla.x. † vbi muto por-
tio feudi reſeruatur,vt inde alere ſe poſſit.ſimili-
ter econtrario in domino dicendum eſt,ſecundũ
eum.alleg. Bal.ita diſtinguentẽ in.l.j.C. de libe.
cauſa.ſed corruptè allegat.Nam hoc dicit Bal.in
l.vnica.§.ſed ſcimus. Argumento illius tex. C.de
Lati.liber. tollẽ. quæ eadẽ militat in dños dene-
gantes ſeruis ſolita alimenta & ſalaria. Cui addo
l.ij.&.iij. C.de infan. & languor.expoſ. Hæc ta-
men opi.à pluribus non recipitur,vt inquit, Car
di.Alex.in dicto.c. licet. quum hoc iure cautum
non inueniatur. & in eum retorquetur tex. dicti
c.licet.non enim vult vaſallum priuari poſſe feu-
do,ſi animæ domini non conſuluit: quãto magis
ſi corpori.quæ ratio eſt multùm debilis ,quũ ſpe
cifice ius feudorum ſaluti corporali domini pro-
ſpiciat,dicto.c.licet.& dicto.c.j. quib.mod.feu-
dum amitta. colla. x.c. ad hoc. hic finitur lex. &
plæriſque alijs. Poteſt etiam ſuaderi ratione hæc
27 opi. † quoniam in pœnalibus durum eſt legem
extra caſum in lege expreſſum extendere.l. iij.in
fine.ff. de præuari.§.quum autem.verſi. optimũ.
in authent. de nõ eligen.ſecundò nuben. colla.j.

Conſeruare autem ſalutem domini, intelligitur
in inſtanti periculo, non autē in continua alimen
torū præſtatione, q̄ forſitã vaſallo minus onero
ſa eſſet, vt illhic inquit Card. alleg. gl. in. c. quæ
cunq;. xix. q. vlti. ſed corruptè alleg. nam eſt glo.
in. c. quæcunque. ij. xvj. q. vij. nec obſtabit. c. fin.
epiſco. abba. vel abbatiſ. colla. x. Latum enim eſt
diſcrimen inter vtrunq; caſum: quoniam in illo
c. fin. quæſtio eſt tollendi feudum à vaſallo muto
præter culpam eius, quia mutus domino ſeruire
non poteſt. Durius adhuc eſſet à vaſallo contra
ius feudi ſeu pacti & inueſtituræ plus debito ab
eo exigere., & propter negationē non debiti cō
tra fas eum feudo priuare. Nec mouere debet ra
tio liberti: quia propter libertatē à domino ob
tentã, plus in hoc debet libertus patrono, quàm
vaſallus domino. quid enim potuiſſet dominus
ſeruo gratius conferre libertate. l. Paulus. in fin.
28 ff. de fideicō. liber. † Nam & ſi accepto precio
ſeruus à domino manumittatur, adhuc tamen ſer
uus beneficium à domino recipere dicitur, in. l.
iij. ff. de obſequ. patro. præſtand. Cuius meminit
Bal. in. c. vnico. v. colum. de allodi. colla. x. & eo
magis ſi manumiſſus non eſſet dominus, eo fuiſ
ſet vſus in omni opere. non ſic in vaſallo: quia ex
natura inueſtituræ feudum certis vſibus deſtina
tur tantùm. c. vnico. de for. fideli. &. c. vnico. de
no. for. fide. c. vnico. qualiter iura. debe. vaſal. ni
ſi in inueſtitura aliter expreſſe conuentum ſit. c.
vnico. de feudo non habente propriam naturam
feudi. colla. x. Ob id. Andr. de Iſer. in dicto. c. li
cet. ſi de feud. fuer. contro. inter domin. & agna.
dicebat bonum eſſe in inueſtitura ſpecifice expri
mere, vt omnis tollaſ diſputatio. hoc abſq; ſcru
pulo eſt, tamen pro priore opinione videtur face
re. c. nobis. extra de iure patro. & dictus. C. qui
29 cunque. ij. xvj. q. vij. † dum de patrono eccleſia
ſtico loquitur, cui ad inopiam verſo, eccleſia ali
menta modica præſtare debet: ſed eccleſia quæ
charitatis cultrix eſt magis patrono ſuo alimo
niam præſtare debet, quàm extero teneamur, vt
velle videtur tex. in dicto. c. quicunque. in princ.
& in. c. quoniam. xvj. q. j. inquit illhic diuus Hie
rony. quicquid habent clerici, pauperum eſt, &
domus illorum omnibus debent eſſe cōmunes.
quanto magis patrono à quo facultates ſuſcepe
runt, inquit text. in dicto. c. quicunque. & in di
cto. c. nobis. Putarē autem inter Chriſtianos for
ſitan hoc poſſe obtinere, vt monitione charitati
ua à prælato vaſallus hortari poſſit, argumento
c. nouit. extra de iudi. vt benefacienti benefacia
mus. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære.
Et, vt inquit Chriſtus, Matth. v. & Luc. vj. Nam
ethnici & publicani ſimiliter faciunt. ne in hoc
diſſimiles illis videamur in virtutis beneficio, qui
virtute ſuperiores eſſe debemus: alioquin in va
num fidem Chriſti aſſumpſimus. Sed in ſtricto le
gis ciuilis iudicio cum maxima difficultate defen
di poſſet, quod forte feudum non ſufficeret vaſal
lo & domino, vnde & dicere poſſet quod ſcri
ptum eſt Matth. xxv. c. Ite potius ad vēdētes &
emite vobis, ne fortè nō ſufficiat vobis & nobis.
30 Excuſantur † ergo ſerui ſi debilitati membris
aut aduerſa valetudine dominum non iuuerunt,
licet dominus interfectus ſit. Idē in. l. ij. §. ſi quis
in iudicio. ff. ſi quis cautio. quemadmodū, inquit,
potuerit ſe ſiſtere, qui aduerſa valetudine impe
ditus eſt, niſi affectata ſint vulnera, ſicuti ſuprà di
ctum eſt. & in ſimili dicit tex. in. l. fin. ff. de ſer. fu
giti. interdum poterit aut pecunia interuerſa, aut
cōmiſſo aliquo maiore maleficio ad fugiendam
inquiſitionem vel iuſtitiam animaduerſionis, in
arenam ſe dare mallēt. Reddi ergo eos oportet,
ſimiliter & hi qui affectant vulnera vt pœnam ſe
natuſcōſulti euitent, excuſandi nō ſunt. & Ang.
hic dicit, plæroſq; ſimili cautela vſos fuiſſe.

Sed pone dominum ſaluum euaſiſſe, an fuga
ſerui illi noceat? quod nō, videtur per hunc tex.
& ſimiles, qui de dominis occiſis loquūtur. nam
& verba Senatuſconſulti loquuntur de familia
necatorū, in capite huius legis, & in. §. occiſorū.
vnde quū verba Senatuſcōſulti mortē deſiderāt,
trahere ea ad vulnus aut vulnera cōueniens non
videtur. hæc quæſtio deciditur in. §. ſequen. ideo
illhic remittemus: quem videamus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dicto domini in ſeruum, quòd ſcilicet autor fuerit homicidij domini ipſius, an ſit ſtandum.
2 Vulnerans letaliter, de occiſo tenetur perinde ac ſi occi diſſet. & nu. 2.
Verba ſtatutorum ſtrictè & in proprio ſunt capienda ſignificato.
4 Decedens ex vulnere, præſumitur ex die vulneris illati deceſſiſſe.
5 Iudex ad mortem damnare non debet vulnerantē mortaliter, antequam moriatur vulneratus.
6 Actio q̄n ante conditionis euentum intentari poſſit.
Immunitate eccleſiaſtica priuari nemo debet, niſi in caſibus in iure exceptis.
7 Occidens hominem inſidioſè ſeu proditoriè non debet gaudere immunitate. & nu. 9.
8 Ratio ſumma iuris pro religionis fauore facit.
10 Occidens parentes ſuos cum conſcijs criminis, eadē pœna, lege ſcilicet Pompeia de parricidijs punitur.
11 Pater iure adulterum cum filia in poteſtate repertum occidere poteſt.
12 Pœna eadem ijs debet infligi, qui in eodē crimine ſunt deprehenſi.
13 Occidens caſu & non animo, abſolui pōt, ſic qui vulnerat occidere volens puniri quandoq; poteſt de occiſo.
14 Mens ſeu ſententia legis in pœnalibus eſt præferenda verbis.
15 Homicidiorum tria ſunt genera.
16 Homicida verè iudicatur is, cuius conſilio, autoritate, aut mandato, homicidium perpetratur.
17 Latro publicus quis ſit cenſendus.
18 Occidi impunè qui poſſint.
19 Aſſaſino vtens ad malum, poteſt impunè interfici, & etiam aſſaſinus ipſe.
20 Seruus pro domino vulnerato, æquè punitur, ac ſi interfectus

perfectus fuiſſet dominus.

21 Percutiens gladio præſumitur animum occidendi habere.

22 Mortis cauſam mediatè præbens, differt ab eo qui immediatè dat eandem.

23 Fame necans hominem, in factum actione tenetur.

24 Vulnerans aliquem mortiferè, de occiſo tenetur lege Aquilia.

25 Dominus actione legis Aquiliæ tenetur qui ſeruum, quominus hominem interficeret, non prohibuit.

26 Animus quando & quare condemnetur à lege.

27 Homicidium voluntarium in quo differat à caſuali.

28 Inſidiæ ipſæ etiam abſque opere puniuntur à lege.

29 Vulnerãs aliquem mortaliter quem alius exanimat, de vulnerato tenetur, exanimans autem de occiſo.

30 Qualitas ad mortem præambula quo caſu potius ſpectetur quàm ipſius mortis euentus.

31 Vulneratus mortiferè, præſumitur ex vulnere decedere

32 Mortuus ex vulnere qñ quis in dubio præſumatur.

33 Iudex à medicis ſciſcitari debet an vulnus ſit letale, & quæ cauſa mortis ſubſequutæ.

34 Filius munera ſubire neqt, cuius mater vocata nõ fuit.

35 Hæres mariti de adulterio vxoris non poteſt queri, de quo viuens maritus non fuit queſtus.

36 Legatum adimitur quandoque Inimicitia ſola ſuperueniente.

37 Offenſa quæ ſufficiat ad reuocandum beneficium propter ingratitudinem offendentis.

38 Offenſa præſumitur poſſe facilius remitti in perſonis neceſſitudine coniunctis quàm in alijs.

39 Hæres morum coercitione non gaudet.

40 Remiſſio facta vaſallo à domino, quare ſeudi qualitatẽ non variet.

41 Remittere ius ſuum nemo præſumitur, quod ſe habere ignorat.

42 Iniuria in hæredem ſola tranſire dicitur, quæ executionem ſecum trahit.

43 Vaſallus feudo non eſt ſpoliandus, niſi culpa per ſententiam conuicta.

44 Præceptum præcipuũ iuris eſt vt neminem lædamus, quemadmodum & ab alijs lædi nolumus.

Actio eſt iuris quædem executio.

45 Priuilegium principis quòd debitor intra certum tempus à creditore conueniri nequeat, qualiter ſit intelligendum.

46 Miſericordiã facere debet, qui eam ſibi cupit præſtari.

47 Legem rei ſuæ poteſt imponere dando eam in emphytheoſim.

48 Hæredes ſoceri nullã de donationibus quæſtionem mouere poſſunt, ſi ſocer ipſe viuens non mouit.

49 Iniuria varijs modis remitti poteſt.

50 Iniuriæ cunctæ remitti debent in morte.

51 Iniuria etiam ſalutatione remitti præſumitur.

52 Actus aliqui qñ effectũ operentur quem demonſtrant.

53 Iniuria quo caſu per colloquium ſeu oſculum non cenſeatur remiſſa.

Iniuriam paſſus quo caſu ad hæredes dicatur actionem iniuriarum tranſmittere.

54 Iuriſdictio de iure ciuili an poſſit ſola citatione perpetua effici.

55 Actio iniuriarum ſemel pacto vel lege remiſſa, non poteſt denuo reuiuiſcere.

56 Verba præcedentia nonnunquam per ſequentia declarantur, & contrà.

57 Ingratitudo quando poſſit hæredibus impingi.

58 Iniuria ſatisfactione remittitur quandoque.

59 Maritus vxoris adulterium ſilentio præterire nequit abſque lenocinij ſuſpicione.

§.Si dominus.

LEGIT gloſſ. dupliciter hunc textũ in verbo, ſuperuixit. poſt Irnerium. Primò, vt dominus mortiferè fuerit vulneratus, & ſuperuixit, neque ex vulnere deceſſit, vt in.l. huic ſcripturæ. ff. ad.l. Aquiliã. & uiuens queſtus non eſt. Secundò, ſuperuixit dominus, ſed ex vulnere deceſſit, viuens tamen conqueſtus non eſt, ſed quaſi diſſimulatione ſeruis offenſam remiſerit.§.fin. Inſtit. de iniur.l.j. & fina. C. de reuocan. dona.l. Procula.ff. de probatio.l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. &.l. ſeq. quamuis ſecundum eam obſtare videatur.l. iij.§.j. infrà eodem. quæ non eſt cõtraria, ſed magis huic cõueniens: quia illhic dominus nõ diſſimulauit, ſed de ſeruo conque-
1 ſtus eſt, dicens vim mortis à ſeruo illatam. † Sed dubium in eo eſt, an dicto domini ſtari debeat in ſeruum, quaſi pro cõperto habeatur ſeruũ autorem eſſe homicidij domini. qđ non vult ille text. admittere, niſi alijs ꝓbatiõibus ſeruis cõuincatur.

Secundum priorem glo. lecturam.h.d. Si dominus ſeruis ſub eodem tecto exiſtentibus mortiſerè fuerit vulneratus, ſi ex vulnere non deceſſerit, neq; ſuperuiuẽs queſtus eſt: offenſam remiſiſſe videtur, & hæres cõtra eos agere non poterit.

Ex ſecunda glo. interpretatione hoc intendit, Dominus mortiferè vulneratus, ſi ſuperuixit, & viuens conqueſtus non eſt, quamuis ex vulnere deceſſerit: diſſimulatione iniuriam remiſit, neq; hæres queri poteſt. Ex prima glo. interpretatio-
2 ne † nota, ſufficere aliquem mortiferè vulnerari, ad hoc vt de occiſo teneatur vulnerans. Inducas ſic, Nam hic dicitur ſecũdum hanc primam glo. interpretationẽ, hæredem nõ poſſe ſeruum accuſare, quamuis dominus letaliter fuerit vulneratus, ſeruo ſub eodem tecto exiſtente, niſi dominus viuens fuerit conqueſtus. à contrario igitur, ſi dominus de ſeruo viuens conqueſtus fuerit, licet ex vulnere non deceſſerit: quia tamen mortiſerè dominus fuerat vulneratus, ſeruo exiſtente ſub eodem tecto, accuſare eum poterit, & accuſationem proſequi quaſi de occiſo. Et ſic quamuis verba Senatuſconſulti Sillaniani de necatis ſeu occiſis expreſſe loquatur, vt in capite huius legis dictum eſt in verbo, necatorum. et in.§. occiſorũ. ſuprà ea.l. per hanc glo. interpretationẽ perinde ſeruus de occiſo puniendus erit, atq; ſi dominus fuiſſet occiſus, & ſi mortiſerè tantùm vulneratus ſit, vt in.l. ita vulneratus. ff. ad.l. Aquiliam. &.l.j. §. diuus. ff. ad.l. Cor. de ſica. vbi lex animum tantùm in lege Cornelia deſiderat. &.l. dãni infecti.

§.Sabini.ff.de dam. infect.quamuis illic Bart. in
cõcordanda opi.Ricar. Malumb.& Iac. de bel.
viſ.fuerit alterius opinionis in quæſtione ſtatuta
ria, vt ſi ſtatutum eſt, quicunq; occiderit, morte
moriatur.ſicuti ſecũdũ eundẽ Bar.eſt in.l.Aqui-
lia.l.ij.in princi.ff. ad.l. Aquil.in ea dicitur,lege
Aquilia primò capite cauetur, vt qui ſeruum ſer
uam've alienum alienam've quadrupedẽ vel pe-
3 cudem iniuria occiderit &c. † ille ſolus igitur pu
niri poteſt qui re vera occidit,non autẽ qui mor-
tiferè tantùm vulnerauit ſeu mortis cauſam præ-
buit.l.item ſi obſtetrix.in princi.ff.ad.l. Aquiliã.
Secundò.in delictis lex euentum cõſiderat.l.aut
facta.§.euentus.ff.de pœ.multa enim interim cõ
tingere poſſunt, vt inde mors non ſequatur , aut
ſequi appareat ex vulnere.l. naturalr. §. illud.ff.
de acq.rer.domi.melius in.l.huic ſcripturæ.ff.ad
l. Aquiliam. & eo magis in ſtatuto obtinere de-
bet , in quo ſtrictè & in proprio ſignificato ver-
ba ſunt accipienda.l.iij.§. hæc verba.ff. de nego.
geſt.l.vnica.§.hoc interdictum. vbi Barto.ff. de
fonte.ſed verba quæ de occiſo loquuntur, requi
runt actum perfectum & conſummatũ.l.j.§. hæc
verba.ff.quod quiſ.iur.l.j.ff.de extraordi.crimi.
nec ante cedere poteſt obligatio ,quàm dies mor
tis aduenerit.alleg.Bar.poſt Iac.de bel.viſ. l.ce-
dere diem.ff. de verbo. ſignifi. & quæ ipſe idem
Bar.notauit in.l.in illa.&.l. hoc iure.ff.de verb.
oblig. Addit Roma.in dicto.§.Sabini.poſt Bal.
in illa.l.& in.c.j.quibus mod.feud.amitta.colla.
4 x.† licet ex vulnere decedẽs præſumatur ex die
illati vulneris deceſſiſſe.l. ita vulneratus.ff. ad.l.
Aquiliam.per quam idem notat glo.in.l. qui Sti
chum. ff. de confeſſ.non tamen ante vitæ termi-
num verè mortuus dici poteſt.l. qui duos.§. fin.
ff.de manumiſ.teſta.l.in hac.ff.de tritica. quibus
addo.l.Statius Florus.§. fina.ff. de iure fiſci.vbi
mors in naturali tantùm, non etiam in ciuili mor
te verificatur. de quo in. l. ex ea.§.in inſulam. ff.
de verbo.obliga.& in.l.Gallus.§.& quid ſi tan-
tùm.ff.de liber.& poſthum.Et dicit Rapha.Cu-
ma. in dicto.§. Sabini. antequàm mors ſequuta
ſit , quamuis letale vulnus fuerit , de homicidio
inquiri non poteſt,et multò minus puniri.quan-
diu enim incertum eſt , an obligatio extitura ſit,
agi non poteſt. l. ſi pupillus. §. j. ff. de nouatio.
quod idem concludit cum argumento Iacobi de
bello viſu.ſuprà relato poſt Barto.ſed dies mor-
tis incertus eſt.l.j.ff.de conditione et demonſtra.
Ante diem mortis igitur agi non poteſt. & Bal.
in dicta.l.huic ſcripturæ. ff. ad legem Aquiliam.
5 dicit † ideo male feciſſe Odoneum de Odis po
teſtatem Florentinum condemnare eum qui ad
mortem vulnerauerat priuſquam mors vulnera-
ti apparuiſſet.Illi etiam,inquit, malè ſucceſſiſſet,
ſi à duce Florentino, qui tunc ciuitatem nouiter
ingreſſus eſt, liberatus nõ fuiſſet,quamuis ſecun
dum eum multùm faciat pro Odo.dicta gloſſ.in
l.qui Stichum. ff. de confeſ. & dictus. §. Sabini.

qui non obſtat ſecundum Rapha.Cuma.quia in
eo iam damnum datum erat. Clarius Bart.decla-
rat, quoniam ſtipulatio in illo tex. confecta erat
ſub conditione,ſi damnum contingeret. ſed quũ
domus cuius occaſione ſtipulatio concepta erat,
in parietem deciderat,& eum vitiauerat:antè er-
go quàm corruerit,agere poterat ſtipulans. Ra-
tio in illo textu eſt , quia, inquit , damnum iam
tunc acceperam quando paries vitioſus ſit fa-
ctus,cui adde in argumẽtum.l.ſi quando.in prin
cip.ff. ſi ſerui vendi. ibi, qui ita ventrem faceret,
vt in vicini domum ſemipedem & amplius pro-
cumberet.Sed illa non eſt finalis ratio,quare ſo-
lidam actionem damni infecti pro integro parie-
te concedit antequàm deciderit. Sed iſta eſt quæ
in verſicu.ſequen. illius.§. aſſignatur,dum dicit,
& ſi ita concuſſus ſit paries vt nulla ratione refi-
ci poſſit: ideoq; deponendus eſt.non minoris li-
tem æſtimandam , quàm ſi decidiſſet. cui conue-
nit dicta.l. ſi quando. Quæ ratio omnino inten-
tionem Barto. & ſequacium abſorbet in eo qui
ita vulneratus eſt, vt relatione medici pro indu-
bitato habetur eum ex vulnere decedere:vti vult
dicta.l.huic ſcripturæ. verſicu.hoc ita.& dicta.l.
ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam.l.ſemel.C.
de re milita. libro.xij. c. ſignificaſti.extra de ho-
micid.ſicuti de pariete dicitur in dicto.§. Sabini.
qui nulla ratione refici poteſt. Et retorqueri po-
teſt in Barto. & Rapha. Cuma. dicta.l. ſi pupil-
6 lus. §. j.ff. de nouatio. † dum ille textus ait ante
conditionis euentum agi poſſe, ſi certum eſt con
ditionem omnimodo extituram eſſe . Et iſta
eſt rei veritas, vt ſtatim dicam . Bartolus tamen
vbique, videlicet in dicto. §. Sabini. &.l.j.§. di-
uus.&.l.nihil intereſt.ff.ad legem Corneliam de
ſica.&.l.is qui cum telo. C. ad legem Corneliam
de ſicar. dicit conſuetudine non eſſe receptum,li
cere pœnam legis Corneliæ infligere antequàm
mors ſequuta ſit. Hoc dicit poſt Speculum in ti-
tulo de accuſa.§.j.verſicu. ſed quid ſi poſt.Bald.
in.l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugi. Et vt hæc noſtra di-
ſputatio vtilior appareat, caſum, qui nouiſſimis
diebus contigit, recenſebo , præhabitis duabus
tamen iuris concluſionibus. Prima eſt , nullum
eccleſiæ immmunitate priuandum eſſe , præter-
quàm in caſibus exceptis in.c.inter alia.&.c.fina
li. extra de immunitate eccle. c.j. extra de homi-
cid.&.c.j.de homicid.in.vj. vel ſecundum Ioan.
Fabrũ. in.l.j. C. de his qui ad eccle. confugiunt.
niſi quis eccleſiam fregerit, & poſtea combuſſit.
c.conqueſti. extra de ſententia excommunica.c.
canonica. xj. quæſtio. iij. Secunda concluſio ex
cõmuni omnium eſt opinione,vſu et ſentẽtia iu-
7 dicum ſæpius recepta, † Occidentem hominem
per inſidias ſeu aliàs proditoriè non gaudere im
munitate,dicto.c.j.extra de homicid.Cuius De-
cretalis textũ conſultò hic refero.Si quis,inquit,
per induſtriam occiderit proximum ſuum,et per
inſidias : ab altari meo euelles eum,vt moriatur.

qui ſumptus eſt ex.xxj.cap. Exodi. Et nota ver-
bum, occiderit. ſicuti ſuprà notauit Bar. in dicto
§.Sabini. & dicta.l.j.§.diuus.ff. ad.l. Corneliam
de ſica. Nunc ſe caſus offert, & qui adhuc inſtans
eſt de nocturno quodã ſure, qui paratis inſidijs
& vi illata, vulneribus etiam multis letalibus pa-
rauere dum, id eſt, equorum ductorem offendit,
eo ſic confoſſo mox in proximum puteum præci
pitauit, atq; in os putei plures tegulas appoſuit,
ne clamantis vox à vicinis aut à domino ſtabuli
ſeu à trãſeuntibus audiretur: demum cum equis
fur aufugit. apprehenſus tandem in aſylo ſeu cœ
meterio quo fugerat autore iudice extractus eſt,
& iudici oblatus, à quo ſe immunitati eccleſiæ re
ſtitui poſtulauit. in diſputatione fuit, an interim
quo illius tam atrociter & per inſidias mortiferè
vulnerati euentus expectaretur, vt patrati ſcele-
ris veritas ſua confeſſione detegeretur, quum ſo
la ipſius deeſſet confeſſio, torqueri poſſet. Tota
vis diſputationis fuit in verbis illius.c. primi.ex-
tra de homici. quod hoc verbo, occiderit. vtitur,
non etiam de mortiferè etiam per inſidias vulne-
rato loquitur. Et vltra ea quæ prius per Bart.re-
8 lata ſunt, † mouere debet ſumma iuris ratio ſeu
opinio quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ.
ff.de religio. & ſumpt. funer. in qua Papinianus
iureconſultus appoſitè dixit, ſtrictam rationem
inſuper habemus quæ nõnunquam in ambiguis
religionum quæſtionibus omitt' ſolet. Nam ſum
mam eſſe rationem, quæ pro religione facit. ſed
quum hic caſus in ſtricta iuris diſputatione du-
bius ſit per ſuprà dicta, præſertim ſi vbi de ſta-
tuto hominum tantùm quæſtio eſt in ſtricta ver-
borum interpretatione extra proprium ſignifi-
catum trahi non debeant. l. non aliter. ff. de le-
ga. iij. Quanto magis vbi de eccleſiaſtico priui-
legio autoritate legis diuinæ confirmato conten
ditur, per quod ſalus homini concedi poteſt. fa-
uorabilior facienda eſt pro religione & eccleſia-
ſtica immunitate interpretatio, ne homo pereat,
ſed impunis euadat.

Prædictis addo quod ſcribitur in dicto.c.xxj.
Exodi. dum in eo dicitur, Qui percuſſerit homi-
nem volens occidere, morte moriatur. & ſequi-
tur, Qui autem non eſt inſidiatus, ſed deus illum
tradidit in manus eius: cõſtituam tibi locum in
9 quo fugere debeat. Et mox ait, † Si quis per in-
duſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſi-
dias: ab altari meo euelles vt moriatur. hæc tria
vno contextu in eodem capite leguntur, ex qui-
bus intrepidè videtur poſſe dici & optima ratio-
ne, priuſquam quis ab altari euelli poſſit, non
ſufficere vulnera quantumcunq; letalia à volen-
te occidere illata eſſe, dum ex illis tribus capiti-
bus legis Moſaicæ differentia fiat inter vulneran
tem inſidioſè animo occidendi, & inſidioſè occi-
dẽtem vt letaliter & per inſidias alium vulnerãs,
licet aliàs immunitate non gaudeat, altaris tamẽ
gaudere debeat beneficio, & ſic eccleſiæ. Occi-
dens verò nequaquàm, per ſupradicta.

In oppoſitum eſt. l. j. ff. ad legem Pompeiam
de parricidijs. verba legis ſunt. lege Pompeia de
parricidijs cauetur, vt ſi quis patrem, matrem,
suum, auiam occiderit, cuius've dolo malo id fa-
ctum erit, vt pœna ea teneatur quæ eſt legis Cor
neliæ de ſicarijs. Et tamen in.l. vtrum. eodem ti-
10 tulo dicitur, † vtrum qui occiderit parentes, an
etiam conſcij pœna parricidij afficiantur, quæri
poteſt. & ait Metianus etiam conſcios eadẽ pœ-
na afficiendos, & non ſolùm parricidas. Et ſic
non is ſolùm qui occidit, ſed etiam qui conſcius
eſt, neque aliter particeps eſt, ſecundum Bart. &
bene, quicquid illhic glo. dixerit. Plus dico, licet
verba legis contineant tm̃ hæc duo verba, vide-
licet, occiderit. cuius've dolo malo id factũ erit,
tamen ex interpretatione illorum verborum, ea-
dem pœna qua qui occidit, punitur, qui tentauit
ſeu præparauit, punietur. l. vnica. C. de his qui pa
rentes vel liber. occider. & .l.j. in fine. & .l. ſi ſcien
te. ff. ad legẽ Pompeiam de parrici. §. alia deinde
lex. Inſtit. de publi. iudicijs.

Addo vnum quod plurimùm ſtringit in caſu
ſuprà relato & adhuc inſtante, de eo qui ex pro-
poſito hominẽ vulnerauit pluribus vulneribus.
& eo ſic vulnerato in puteum præcipitauit, vt ea
vulnera morti reſpondeãt, ex coniunctione triũ
legum, videlicet. l. patri. & .l. quod ait lex. iuncta
l. nihil intereſt. ff. ad. l. Iul. de adulte. in dicta. l. pa
11 tri. & .l. quod ait lex. † Patri datur ius adulterum
ſimul cum filia, quã in poteſtate habet, occidẽdi,
& dictio, ſimul. interpretatur in dicta. l. quod ait
lex. §. qđ ait lex. verſicu. debet. inquit, debet enĩ
propè vno ictu & vno impetu vtrunq; occidere
æquali ira aduerſus vtrunq; ſumpta. Alioquin ſi
adulterũ tantùm occidit, filiã verò nõ: reus eſt le
gis Cor. de ſica. Et ratio eſt in illa. l. nihil inter-
eſt. quia lex parem in eos, qui deprehẽſi ſunt, in-
dignationem exigit, & ſeueritatem requirit. Ob
id pater in dolo eſt, ſi adulterum ſolum ſine adul
tera occidit. In dicta. l. nihil intereſt, quæſtio ſit,
ſi pater vno impetu percuſſit adulterum & adul-
teram, cæterùm adulterum occidit, adulterã tan-
tùm vulnerauit: an pater excuſari poſſit. Et Mar
cellus iurecõſultus illius legis autor dicit, non vi
deri poſſe patrem excuſari. Primò, quia legis ver
ba obſtant. non enim ſimul adulteram cum adul-
tero occidit. Reus eſt igitur legis Corneliæ de ſi-
carijs, inquit illa. l. ſed in themate ꝓpoſito ſolus
adulter occiſus eſt, non autem adultera, quæ tan
12 tùm vulnerata eſt. † Secundò, in eodem crimine
deprehẽſi eandem indignationem et ſeueritatem
requirunt. Alioquin pater acceptione vti vide-
tur: quod prohibet dicta. l. patri. & .l. quod ait
lex. §. quod ait lex. in verbo, debet. & in dicta. l.
nihil intereſt. Et tamen Marcellus iureconſultus
in ea ait, qđ ſi altero occiſo, alter vulneratus fue
rit: verbis quidem legis non liberatur. Sed diuus
Marcus & Cõmodus reſcripſerunt, impunita-

tem ei concedi: quia licet interempto adultero
mulier ſuperuixerit poſt tam grauia vulnera quæ
ei inflixerat. magis fato quàm voluntate eius ſer-
uata eſt. Similiter in odium eius qui ex propoſi-
to aliquem occidere vult, licet non occidat, ſed
vulneret ſolū, lex Cornelia de ſicarijs. verbum,
occidit. ad vulnerantem pluribus vulneribus cū
animo occidendi extendit in dicta. l. j. in princip.
&. §. diuus. ff. ad legem Corneliam de ſicar. ver-
ba legis Corneliæ de ſicarijs ſunt, qui hominem
occiderit, qui've hominis occidendi furti've fa-
ciendi cauſa cum telo ambulauerit. Verum eſt
autem ex reſcripto diui Adriani interpretatio-
nem ſic datam fuiſſe ad verba legis, quaſi ex eo
reſcripto ſententia legis, ſumpta ſit iſtiuſmodi.
13 Qui † hominem occiderit, ſi non occidendi ani
mo admiſerit, abſolui poſſe. Et qui hominem nō
occiderit, ſed vulnerauerit vt occidat, pro homi-
cida damnandum et ex re cuſtodiendum eſt. glo.
in verbo, re. interpretatur ex cauſa. Non puto ve
rum dicere: ſed dic ex re ſeu telo vel inſtrumen-
to quo percuſſum eſt. probat ratio illius legis
quæ ſequitur. Nam ſi gladium ſtrinxerit, & in eo
percuſſerit, indubitatè occidendi animo id admi
ſiſſe. Et ſequitur. ſed & ſi claua percuſſerit, aut
cum cucuma in rixa quamuis ferro percuſſerit,
tamen non occidendi animo: leuiandam eſſe pœ
nam. Quibus verbis lex verbum, occiderit. in le
ge Cornelia poſitum, non ab euentu ſed ab ani-
mo iudicat, vt is occidiſſe videatur qui animo oc
cidendi vulnerauit. Idem in dicta. l. aut facta. §.
euentus. ff. de pœnis. in his verbis, non minus lex
eum qui occidendi hominis cauſa cum telo ferit
14 quàm eum qui occiderit, puniat. † Et ſic quam-
uis legis verba vulnerantem etiam ex animo ſub
verbo, occiderit. ſua ſignificatione non compre-
hendant, ſententia tamen legis amplectitur, quæ
ſufficit etiam in pœnalibus. l. ſed ſciendum. in fi-
nalibus verbis legis. ff. ad. l. Pompeiā de parrici.
l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictio. omnium iudi.
l. miles. §. nondum. verſicu. reſpondi. ff. ad legem
Iuliam de adulter. Felinus in. c. nuper. in octauo
notabili. Extra de ſententia excommunica. Nec
dura videri debet hæc iureconſulti ſentētia, quæ
legi diuinæ conuenit, vt in dicto. c. xxj. Exodi.
dum in eo dicitur, qui percuſſerit hominem vo-
lens occidere, morte moriatur: qui nō eſt inſidia
tus, ſed deus illum tradidit in manus eius, conſti-
tuam tibi locum in quo fugere debeat.

A contrario, ſi per inſidias ſeu ex eo animo
percuſſerit volens occidere: non eſt cōſtitutus lo
cus in quo fugere debeat, ſicut neque ei, qui per
inſidias hominem occidit. Et quòd hic homicida
cenſendus ſeu velut homicida iudicandus ſit, eſt
tex. in. c. finali. xxiij. quæſt. viij. in his verbis, re-
liqui autem qui eum impugnabāt, volentes eum
interficere, ſimiliter pœniteant. c. periculoſè. &
15 c. homicidiorum. de pœniten. diſtinctio. j. † Ho
micidiorum, inquit, tria genera dicebat eſſe bea-
tus Petrus, & pœnam eam parilem fore. et. c. ho-
micidium. eadem diſtinct. aperuit (inquit diuus
Auguſtinus) ergo dominus omnem iniquū mo-
tum ad nocendum fratri in homicidij genere de-
putari. Matthæi. v. Idem Auguſtinus in dicto. c.
periculoſè. Iudæi nequaquam proprijs manibus
Chriſtum occiderunt. Nam ſcriptum erat, nobis
nō licet interficere quemquam. Ioan. xix. illis ta-
men domini mors imputatur, qui lingua eū cru-
cifixerunt, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Et
non multò pòſt ait. Qui ergo hominem tradit,
ille interficit eum, domino dicente, maius pec-
catum habet qui me tradidit. Et ſic magis Scri-
bis & phariſæis mors domini imputatur, quàm
Pilato, qui in damnationem mortis crucifigen-
dum tradidit. Quibus adde, quæ Luc. not. in. l.
deuotum. colum. pen. in princip. C. de metha. &
16 epide. libr. xij. † Canon eum verè homicidam
eſſe dicit cuius conſilio, mandato, aut autoritate
commiſſum eſt homicidiū. c. ſi quis viduā. quin-
quageſima diſtinct. c. mulieres. in fine. extra de
ſentent. excommunica. Et melius in. c. j. de ſentē.
excommunica. in. vj. de eo qui malorum homi-
num opera vtitur cauſa necandi hominis, quia
precio appreciato eos conduxit, ſicuti Scribæ &
Phariſæi Iudæ traditori triginta argenteos con-
ſtituerunt, Matthæi. xxvj. c. abijt. xj. q. iij. c. qui
ſtudet. &. c. eos. j. q. j. l. lege Iulia. §. fin. ff. ad. l. Iu-
liam repetun. l. non ſolum. §. ſi mandato. verſic.
Proculus. ff. de iniur. quem tex. ad id notat Bal.
in. l. non ideo. in princip. C. de accuſatio. Et Ioā.
Fab. in. l. is qui cum telo. C. ad legem Corneliam
de ſicarijs & in. §. item lex Cornelia. de ſicar. In-
ſtitu. de public. iudic. dicit, omni iure & ratione
talem inſidias parantem, licet non occidat, pro-
pter ſolas inſidias debere puniri, quum hoc ſo-
lum delictum & quidem graue ſit. l. propter inſi
dias. C. qui accuſa. poſſunt. c. porto. quæ fuit pri
ma cauſa beneficij amittendi. Dum ille tex. ait,
vel morti eius, veneno vel gladio vel aliter inſi-
diatus fuerit. c. ſi voluerit. de capi. qui cur. vendi.
l. j. C. quando lice. vnicuique ſe ſine iudic. vin-
dica. l. j. in fine. ff. ad legem Pompeiam de parri-
cidijs. Et in hac ratione dicit deciſionem. c. inter
alia. extra de immunitate eccleſiæ firmatam: quæ
ſumpta eſt dicta. l. j. &. ij. C. quando lice. vnicui.
17 ſe ſine iudi. vindi. † in definitione publici latro-
nis, dum inquit, qui itinera frequētata vel publi-
cas ſtratas obſidet inſidijs aggreſſionis: eccleſia
extrahi poteſt. ſingulariter inſidias pontifex con
ſiderauit, vt ꝓpter paratas inſidias latro, tametſi
hominē non occiderit, ſed homini ex animo ho-
minē occidēdi inſidias parauerit, immunitate nō
gaudeat. Et ratio eſt ex illo tex. quū cū ſecundū
leges & canones impunè occidere etiam propria
autoritate liceat. l. j. &. ij. C. quando lice. vnicui.
ſe ſine iudi. vindica. c. quum homo. xxiij. q. v. c.
ij. &. iij. extra de homicid. l. furē. ff. ad legem Cor
neliam de ſica. l. itaque. ff. ad. l. Aquiliam quaſi à
lege

lege et canone diffidati ſint. Ob id extra eccleſiã
ſunt, quamuis intra limites templi ſint:non mirũ
ſi eccleſia eos non cuſtodit, qui ſua voluntate ab
vtero matris,id eſt,eccleſiæ vnitate voluntariè ſe
excludunt.c.alienus.in princi.xxiiij.q.j.& dicto
c.periculoſè.de pœniten.diſtin.j.c.ſicut antiqui-
tus.xvij.q.iiij.exitio enim pluribus ſunt.c.eſt in-
iuſta.xxiiij.q.iiij.& argu.l.diuus.ff.de offi. præ-
ſi.Et melius in.l.prouinciarum præſides.C.de fe
rijs.& iſta conſideratione per dictũ.c.inter.Ho-
18 ſtien.in ſumma de immu.eccle.§.in quantũ. † di-
xit eos qui impunè occidi poſſunt, quales ſunt la
trones & depopulatores, ſimil'r & qui multorũ
inſidijs parati ſunt, vel qui ab eccleſia non defen
duntur ſi occidunt̃, qualis eſt fur nocturnus, vel
diurnus qui ſe telo defendit:tales cõprehẽdi ſub
dicto domini quod Exodi ſcribitur.xxj.c.ſi quis
per induſtriam occidit proximũ ſuũ, vel melius
in eo quod ſuprà memorauimus ex dicto. xxj. c.
Exodi, qui percuſſerit hominẽ volens occidere,
morte moriatur, qui non eſt inſidiatus, ſed deus
illũ tradidit in manus eius: conſtituã tibi locũ in
quo fugere debeat. Et ſequitur,ſi quis per indu-
ſtriã occiderit.In quo conſiderat̃ nõ factũ ipſum
morte puniri,ſed ſolas inſidias cũ voluntate occi
dendi,vt ſiue ſequatur homicidiũ ſiue nõ,ſi tñ ad
aliquẽ extrinſecũ actum cũ inſidijs deuẽtum eſt,
vt ſi ex animo ſeu voluntate occidendi tantũ vul
nerauit: morte moriatur. Vnde lex Cornelia de
ſicarijs non videtur poſſe iniqua dici, ſed potius
iuſta. Nam propter inſidias aut malam hominis
voluntatẽ,nõ autem factum ipſum ſolum,homi-
nem reum mortis cõſtituit.c. ſi homicidiũ. xxiij.
19 q.v.&.d.l.j.§.diuus.ff.ad.l.Cor.de ſica. † Addo
& aliud,ſi iura canonica eũ qui mãdat Aſſaſino,
aut tali id genus perdito homini vt hominẽ occi-
dat, aut qſquis Aſſaſinũ recipit ſeu defendit vel
occultat, etiam ſi nulla mors inde ſequatur, pro
diffidato habeant cuiuſcunque qualitatis ſit man
dans ſeu recipiens, defendens vel aliter occultãs:
quantomagis in eo, qui exequitur, dicẽdum eſt.
Nam etiã per illũ tex.maiori ratione diffidantur,
ſeu quantũ ad dictum.c.j. difficultas naſci poſſet
in interpretatione verbi, Aſſaſini. ſed nõ in alijs
ſuprà memoratis,quæ, vt dictũ eſt,ſolas inſidias
& occidendi animũ conſiderant,quãuis verba le
gis cõprehendere non videantur, ſententia legis
amplectitur,per dictã.l.nihil intereſt.ff.ad.l.Iul.
de adulter.quæ melius caſui ſuprà propoſito cõ-
uenit in ratione ſui,dum inquit,magis fato ꝙ vo
luntate ſua conſeruata eſt. & ſecundũ deciſionẽ
Io.Fab.& Hoſti.& dictæ.l.nihil intereſt.et dicti
c.periculoſè,ſimiliter &.c.ſequẽ. iudicatum eſt.
20 Nam † & hic textus æquè ſeruum condemnat
pro domino mortiferè vulnerato, quãuis ſuper-
uiuat,atque ſi non ſuperuixiſſet,dummodo con-
queratur dominus,per argumentum à contrario
ſenſu in his verbis, nec de quoquã ſeruorũ ſuo-
rum conqueſtus ſit.Igitur ſi conqueſtus eſt,par-
cendum illis non eſt,ſi contra eos probari poteſt
participes eſſe ſceleris, vel ſub eodẽ tecto fuiſſe
quũ dominus occiſus eſt, & in loco in quo domi
ni vocem exaudire potuiſſent.l.iij.§.ſi moriens.
infrà eo.&.§.hoc autẽ Senatuſcõ.&.§.ſeq.ſuprà
ea.l.Et ſic iſte tex.pro domino Odo.de odis po-
teſtate Florẽtino facit,qui vulnus mortiferũ con
demnauit,morte aliter non expectata, ob id non
iniquè multum iudicaſſe videtur. ſi tamen is qui
mortale vulnus intulit, animũ habuit occidendi,
per ſuprà dicta.præſertim dictã.l.j.§. diuus.ff.ad
l.Cor.de ſica.in his verbis,Nam ſi gladiũ ſtrinxe
rit,& in eo percuſſerit,indubitatè occidendi ani-
21 mo id eum admiſiſſe. † quibus verbis lucidè cõ
ſtat eum præſumi cum occidendi animo percuſ-
ſiſſe qui in gladio percuſſit, & ideo teneri lege
Cornelia de ſicarijs. in quo volo illum tex.ſingu
lariter notari,dum in eo dicitur,indubitatè occi-
dendi animo id eum admiſiſſe.

Iſtis præſtat fortiſſimũ argumentum quod ſcri
bitur.iij.Reg.ij.capite.et.ij.Reg.iij.cap.de Ioab
qui Abner filium Ner principem militiæ Iſrael
proditoriè occidit, ſimiliter & Amaſam filium
Iether principem exercitus Iudæ, amplexando
interemit,vt legitur.ij.Reg.xx.cap.quem poſtea
Salomon iuſſit in templo occidi,et Banaias filius
Ioiadæ in templo ad quod cõfugerat Ioab iuxta
altare apprehendit,& gladio interfecit.Banaiam
demum exercitus ſui ducem præfecit.Ecce quo-
modo homicidæ volũtarij ſeu qui proditoriè ali-
quem occidunt,immunitate gaudere non debẽt.

Non obſtant quæ in contrarium ex doctrina
Bar.relata ſunt.primò vbi lex,verbo, occiderit.
vtitur,in proprio ſignificato ſumi debet.inde eſt
ſecundũ eundẽ Bar.vt vulnerans etiã ſi mortife-
rè vulneret, ſeu mortis cauſam præbeat, de occi-
22 ſo in.l.Aquil.nõ tenetur. † Ad vtrunqꝫ dic in.l.
Aquil. differentiã fieri inter eũ qui cauſam mor-
tis præbet immediatè,& eum qui nõ immediatè,
ſed mediatè tm̃:vt is q nõ immediatè ſed mediatè
occidit,de occiſo non teneatur lege Aquilia,ſed
actione in factum tm̃,dicta.l. item ſi obſtetrix.in
prin.dum in ea dicitur,magis enim cauſam mor-
tis præſtitit ꝙ occidit.ſed qui eſt immediatũ mor
tis inſtrm̃,tenetur lege Aquil. de occiſo, dicta.l.
item ſi obſtetrix.in verbo,ſuis manibus. & dicta
l.qua actione.§.ſi. non minus tñ tenetur de occi-
ſo,etiã ſi alia cauſa exteriore mors ſequat̃,ſi non
directa legis Aquil. actione de occiſo tenetur,tñ
vtili actione legis Aquil. tenebitur,dicta.l. item
ſi obſtetrix.iuncta glo.in verbo,in factũ.et dicta
l. qua actione. §. Celſus. iuncto. §. ſed ſi quis de
ponte.&.l.item Mela.§. item & cum eo.ff. ad.l.
Aquiliam.qui hominem,inquit, equitãtem cõci
tato equo in fluuiũ præcipitari fecerit, atqꝫ ideo
homo perierit, vel ſi homo in inſidias ab vno
deductus,ab altero occiſus eſt:in factum actione
tenetur loco directæ actionis legis Aquiliæ. Et
vtili actione legis Aquiliæ, inquit illhic gloſſ.&

bene per.§.pen.Inſtit.de lege Aquil.l. de pecori
bus.C.ad.l.Aquil.Et ſic verbum,occidit.verifi-
catur in lege Aquil.in eo qui nō immediatè pro-
prijs manibus occidit.Idem in dicta.l.item ſi ob-
23 ſtetrix.verſi.ſi quis hominē.dicitur, † ſi quis ho
minem fame necauerit.in factū actione teneri.&
nihil in illa vlterius de actione legis Aquiliæ lo-
quitur,ſed in dicta.l. de pecoribus.dicitur,de pe
coribus tuis quæ per incuriam incluſa fame neca
ta ſunt vel interfecta:legis Aquil. actione in du-
plum agere potes, id eſt,inquit illhic gl.& bene,
vtili legis Aquiliæ actione, cum actione in factū
agere potes. Et ſic licet is qui parat inſidias tm̄,
& aliter non occidit,propriè non poſſit dici occi
diſſe, quum alius occiderit, & ideo directa legis
Aquiliæ actione teneri nō poſſit:tn̄ vtili actione
legis Aquiliæ tenebitur ex ſententia verborū le-
gis Aquiliæ.& ſic ſolæ inſidiæ in lege Aquil. pu
niuntur & imputanť, ſicut & mors in ipſa actiōe
directa.Idem in dicta.l.item Mela.§.item et cum
eo.dicitur, & cū eo qui canē irritauit & effecerit
vt aliquem morderet,quamuis eum nō tenuerit:
Proculus reſpondit Aquiliæ actionē eſſe. Iulia-
nus verò eū teneri lege Aquilia,qui tenuit et effe
cit vt aliquē morderet. Cæterùm ſi non tenuit:in
factū agēdum erit, & vtili actione legis Aquiliæ
inquit.§.cæterùm.Inſti. de lege Aquilia.idem in
d.l.qua actione.§.fi.ſuprà.alleg.Secundò,cōtra
24 Bar.etiā eſt † ꝙ lege Aquilia tenetur de occiſo,
qui letaliter hominē vulnerauit,licet alius matu-
rius eum occiderit,dicta.l. ita vulneratus.§. rur-
ſus &.§.igitur ſi quis.ff.ad.l.Aquil.quū omnino
certū erat relatione medicorum,inquit text.in.c.
ſignificaſti.ij. extra de homici. ipſum ex vulnere
deceſſurū, dicto.§. rurſus.in his verbis, ſed & hi
quorū ex vulnere certū eſſet aliquē vita exceſſu-
rum,licet alius ita percuſſerit,vt maturius interfi
ceretur, & in dicto.§.igitur ſi quis.in quo decla-
ratur.l.huic ſcripturæ.ff.ad.l.Aquil.vt dixi.in.§.
quū dn̄s.& in.§.ſi quis in villa.ſuprà ea.l.Plus di
co poſſe attentari per.l.ait lex.§.quod ſi mortiſe
rè.&.l.qui occidit.§.fi.ff.ad.l.Aquil.poſt Flori.
ſi vulneratus quis ſit mortiferè, licet etiā incuria
medici male tractatus fuerit:tenetur vulnerās de
occiſo,ſi vulneratus ex vulnere deceſſerit, per di
ctum.§.ꝙ ſi mortiferè.quē coniunge cū dicta.l.
qui occidit.§.fina.verſi.ſi vulneratus.ff.eo.ad.l.
Aquil. dum loquitur de eo qui non erat mortiſe
rè vulneratus, ſed per negligentiā medici aut al's
deceſſit:quia tunc nō de occiſo,ſed de vulnerato
tm̄ vulnerās tenebitur.ſi ergo mortiferè erat vul
neratus, licet eum medicus rectè non curauerit,
eo ꝙ vulnus letale iudicatū eſt, ex vulnere dece-
dere dicitur,in dicto.§.quod ſi mortiferè,& mul
25 to magis ſi medici incuria non interuenit. † Ter
tiò,in eo qui prohibere poteſt ne ſeruus hominē
occidat,lex Aquilia,quāuis dn̄s nō occiderit,ſed
ſeruus aut alius occidit, dat in dn̄m de occiſo le-
gis Aquiliæ actionē.l.in lege Aquilia.&.l. ſcien
tiam.in prin.ff.ad.l.Aquil.dicitur in eis quoties
ſeruus ſciente dn̄o vulnerat vel occidit, Aquilia
dn̄m teneri dubiū nō eſt.Et ratio in dicta.l.ſcien
tiam. eſt, qm̄ ſcientiā hic pro patiētia accipimus,
vt qui prohibere potuerit, teneatur ſi nō fecerit.
Ecce quomodo in lege Aquil. verbū, occiderit.
extra perſonā homicidæ extēditur:ꝗuis tales ho
micidæ dici non poſſint ꝓpriè ſumpto vocabulo
& ſecuta verbi ſignificatione.d.l.ita vulneratus.
ibi,qui adhibita vi,& quaſi manu cauſam mortis
præbuiſſe &c. Nam verū eſt patientē vel ſcientē
et non prohibentē non cōmittere,& tn̄.l.Aquil.
tenetur.ſimiliter dicitur in.l. Pompe. de parrici.
l.ſed ſciendū eſt.ff.ad.l.Pompe.de parri.Nō mi-
rum ſi in tam grauibus criminibus lex eū homici
dam eſſe dicit,aut tanꝗ homicidā condemnat,vt
dictū eſt ex.l.vnica.C.de his qui paren.aut fil.oc
cider.l.j.§.diuus.ff.ad.l.Cor.de ſica.&.l.vtrum.
& dicta.l. ſed ſciendū eſt.ff. ad.l.Pōpe.de parri.
etiā contra verba legis. Idē in dicta.l.nihil inter-
eſt.ff.ad.l.Iul.de adul.c.ſicut dignū.extra de ho-
26 mici.Et,vt ſentiunt Io.Fab.& Hoſti. † non abs
re lex animū condēnat, ſi ad aliquē extrinſecum
actum deuentum eſt : quia ſtatim à lege diffidati
ſunt,ſimiliter et à canone,ex eo ꝙ impunè eos oc
cidere permittit.d.l. itaꝗ. in prin.ff.ad.l.Aquil.
ſi ſeruum tuū,inquit,latronē inſidiantē mihi occi
dero : ſecurus ero. neꝗ em̄ vult percuſſionē ex-
pectari,ſed laudat ſi præueniatur. & præuenien-
do dicitur quis ſe defendere, atꝗ ſi latro gladiū
ſuū vibraſſet. Hoc vult illa eadem lex in ratione
ſui. dicit enim, Nam aduerſus periculū naturalis
ratio ꝑmittit ſe defendere.nota aduerſus pericu-
lum,id eſt,inſtās per paratas inſidias, tametſi inſi
dians adhuc manū non extēderit.l.is qui aggreſ-
ſorē.&.l.ſi quis percuſſorē ad ſe venientē.&.l.ſi
vt allegas.C.ad.l.Cor.de ſica.pondera verbū,ve
nientē. Sil'r de fure nocturno dicitur, præuio ta-
men clamore in teſtimoniū nocturni furis, dicta
l.itaꝗ.verſi.lex.xij.tabul.c.ſi perfodiēs.&.c. in-
terfeciſti. extra de homici. Et hoc in atteſtationē
ipſius furti & furis nocturni, & teſtes videāt de-
prehēſum fuiſſe reum in nocturno furto. vel eos
inuitet in atteſtationē inſtātis ſibi periculi, ſicuti
ſuprà dictū eſt, vt cōueniat illa.l. itaꝗ.cū.l.furē.
ff.ad l.Cor.de ſica.Cui cōcordat.l. ſed & ſi quē-
cunꝗ.in princ.ff.ad.l.Aquil.ſi ergo à lege & ca-
none diffidati ſunt, beneficiū eccl'iæ recipere nō
poſſunt, qui ſe ſuo facto tali beneficio indignos
conſtituerūt.d.c.j.in fi.de homic.in.vj.&.l.ſi ſer
uus.C.de his qui ad eccle.confug.l.ij.C.de deſer
tor.& occulta.lib.xij.l.fi.C. de maleſi.& mathe-
ma.l.quēadmodū.§.magiſtratus.ff.ad.l.Aquil.
ſil'e eſt in.d.c.xxj.Exo.à quo ſumpta eſt decreta-
27 lis.j.extra de homic. † Dū homicidiū voluntariè
ſeu per inſidias commiſſum à ſimplici ſeu caſuali
homicidio diſtinguit. caſualē enim homicidā de
fendit,voluntariū autē ſeu inſidioſum homicidā
vel per inſidias ſeu voluntariè animo occidendi

percu

percutientem,etiã ſi inde mors non ſequatur, im
munitate quacunq; priuat.nullo enim talibus lo
co pro immunitate cõſtituto. Plus voluit Inno.
in.d.c.j.extra de homic. tales non tñ immunita-
te eccleſiæ priuari ſed ab altari euelli,id eſt,indi-
gnos fieri altaris miniſterio , & eos ſic priuatos
morte cõdemnari. De veritate tamen illius opi.
nunc non firmo:quoniã locus hic non eſt oppor
tunus, ſatis eſt demõſtraſſe inſidioſos adeo exo-
ſos eſſe,vt omni iure diuino et humano ſeuerè ad
mortẽ vſque puniri debere, ſi paratæ inſidiæ ad
actũ aliquẽ exteriorẽ deductæ ſunt,per ſuprà di-
cta. Et quod idem in.l.Aquil.dicitur,quæ tñ ca-
ſum excuſat.l.ſed & ſi quẽcũq;.&.l. qua actiõe.
§.ſi quis in colluctatiõe.& pleriſq; legibus illius
titu.ff.ad.l. Aquil. culpã autẽ & dolum tñ con-
demnat.l.illud.et.l.quẽadmodũ.§.in hac.ff.ad.l.
28 Aquil. † & inſidias ipſas etiam punit,licet is qui
inſidiatus eſt,opere non cõpleuerit, dicta.l.item
ſi obſtetrix.§.ſi ſeruũ. verſi. quẽadmodũ. &.l.in
lege Aquilia.&.l.ſcientiã.in prin.ff.ad.l. Aquil.
Et quod lex Aquilia vtranq; actionẽ vtilẽ ſimul
& directã ob id ſimul admittat, videlicet eã quæ
ex lege Aquilia cõceditur,& eã quæ à lege Cor-
nelia de ſicarijs pro grauiore pœna introduxit.l.
inde Neratius.§.ſi dolo.ff.ad.l.Aquil.l.iij. C.de
lege Aquilia. Ex his reſponſum eſt argumento
quod factũ eſt ex ſtatuto quod in terminis ſuis
obſeruari debet,verũ eſt,niſi ratio diſciplinæ pu
blicæ ſuadeat mentem magis q̃ verba ipſa conſi-
derari.l.j.in princi. verſic.nec quiſquã.ff.nautæ,
caupo.ſtabula.in his verbis,Et niſi hoc eſſet ſta-
tutum, materia daretur cũ furibus aduerſus eos,
quos recipiunt,coeundi. Clarius in.l.ita vulnera
tus. §. quod ſi quis.ff.ad.l. Aquil.multa, inquit
ille tex.in iure ciuili contra ſtrictam rationem di
ſputandi pro vtilitate cõmuni recepta eſſe innu-
merabilibus rebus probari poteſt. Et dat illhic
vnum exemplũ , ſi plures trabem alienã furandi
animo ſuſtulerunt, quã ſinguli ferre nõ poſſent,
ſubtili ratione, inquit,dici poſſet neminem eorũ
teneri: quia verum eſt, neminẽ eorum ſuſtuliſſe.
29 Aliud exemplũ eſt in.§.rurſus.in eadẽ.l. † de eo
qui mortiferè aliquem percuſſit,quem alius exa-
nimauit : ex ſtricta ratione ille ſolus qui exani-
mat de occiſo teneri debet.l. itẽ mela. §. Celſus.
&.l.huic ſcripturæ.ff.eodem. & tamen ſi certum
erat mortiferè vulneratum vita exceſſurum,licet
alius exanimauerit, vterq; de occiſo tenetur, per
illum.§.rurſus.in illa.l.ita vulneratus. Idem in.l.
licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig.
eadem ratione dicendum eſt in caſu propoſito.
quibus addo tex.in.l.iij.§.vtrum. verſi.is quoq;.
infrà eod. titu. in his verbis,poterit propter hoc
quod in cõmune vtile eſt.illhic dicam.Secundò,
ad id quod aperuit Bart. de.l. cedere diem.ff.de
verbo. ſignifica. &.l. in illa. &.l. hoc iure.ff. de
verbo.obliga.dixi in.§.ſerui appellatione.ſuprà
ea.l.vt nõ antè dies mortis cedat, quàm mors cõ
tigerit.l. qui duos.ff. de manumiſ.teſta. Dic pri-
mò argumentum Bar.&.ſequacium procedere,
niſi certum eſſet omnino mortem ſeu conditio-
nem extituram.l.ſi pupillus.§.j.ff. de nouatio.&
idem de morte in odium delicti admittit,dicta.l.
ita vulneratus.§.rurſus.ff.ad.l.Aquiliam.c.ſigni
30 ficaſti. ij. extra de homicid. † Secundò, vbi lex
non ſimpliciter mortem conſiderat,ſed principa
lem qualitatem,licet incidenter mortem ſpectet:
eo caſu magis habenda eſt ratio qualitatis præ-
ambulæ,quàm ipſius euentus mortis. Ita dicit iu
reconſultus in dicta. l. aut facta.§. euentus.ff. de
pœnis.l. j.§. diuus.ff. ad.l.Corne. de ſica.& alijs
ſuprà relatis.quibus adde.l. lex Iulia.§.fi.ff.ad.l.
Iuliam repetunda.l.ſacrilegij pœnam.§.finali.ff.
ad legẽ Iuliam pecula. qui furãti, inquit, ſignum
præbuerit, perinde habetur atq; ſi manifeſti fur-
ti condemnatus eſſet, & famoſus eſſet : & tamen
is furtum non fecit. Lex enim Iulia repetundarũ
de eo loquebatur,qui pecunia accepta hominem
perperam iudicauit , vel iniquè condemnauit ,
vel dolo fecit, pecunia data, vt condemnaretur,
& ſic verba legis exigebant pecuniam accipi vel
dari : & tamen in dicta.l. lex Iulia. §. finali. dici-
tur, vel licet non acceperint: calore tamen indu-
cti interfecerunt , vel innocentem,vel quem pu-
nire non debuerant , capite plecti debent. Ecce
quomodo puniuntur pœna legis Iuliæ repetun-
darum,licet pecuniam ob falſum ſeu iniquum iu
dicium ferendum non acceperint . in lege Iulia
peculatus bene dicitur,ne've faciat quo quis au-
ferat,intercipiat.in quo.l. ſacrilegij pœnam.eui-
tari poſſet.

Ex his probatur ſecundum Baldum hic ſi pri-
mam gloſ.ſententiam recipiamus vulnus morta-
tale dici poſſe , quamuis vulneratus ſuperuiuat,
quod nota.

31 Ex ſecunda gloſ. interpreatione † nota mor-
tiferè vulneratum præſumi ex vulnere decedere,
licet poſt longum interuallum decedat,dicta.l.
ait lex.ff.ad legem Aquiliam. Plures concordan
tias recenſui in. §. quum dominus. ſuprà eadem
lege. ſecus autem ſi non mortiferè vulneratus
eſſet, per.l.qui occidit.§.ſi vulneratus.ff.ad legẽ
Aquiliam . Et nunc dixi poſt Florianum in di-
cta.l.ait lex. Dicitur autem mortiferè vulneratus
vt prius meminimus ſi medicorum iudicio vul-
nus mortale iudicetur,dicto.c.ſignificaſti.ij. ex-
tra de homici.l.ſi ſemel.C.de eroga.milit. anno.
libr. xij. Vbi autem medicorum iudicio vulnus
non letale inuentum eſſet , magis incuria vul-
nerati aut medici negligentia præſumeretur de-
cedere, dicto. §. ſi vulneratus. de quo in.l.quod
ſi nolit.§.culpam.ff.de ædili.edicto.l.ſi ab hoſti-
bus.§.ſi vir.ff.ſolu.matri.l.qua actione.§.fi.in fi.
&.l.ſeq.ff. ad.l. Aquiliam.in.l.Martius.ff. loca.
& conduct.l.illicitas.§.ſicubi.ff.de offic.præſid.
§. imperitia. Inſtitu. de lege Aquilia. & id iuua-
re poteſt ad excuſationem vulnerantis , vt per

Bal. & Cardi. in. c. j. quib. mod. feud. amitt. colla.
x. dum dicunt poſt Bar. in. l. fi. ff. ad. l. Cor. de ſi-
ca. ſi vulneratus deceſſerit, præſumẽdum eſſe ex
vulnere etiã non curato deceſſiſſe, per locum ab
effectu. l. rem non nouã. C. de iudi. & dixi ſuprà
inducendo dictas leges, ait lex, &. l. qui occidit.
niſi de culpa vulnerati doceatur. l. ſi quum dotẽ.
§. ſinautem in ſæuiſſimo. et. d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi
32 vir. ff. ſolu. matri. & dixi ſuprà. † At in dubio ex
cauſa præponderãte iudicandũ eſt, an vulnus fue
rit letale: vt ſi vulnus graue ſit, præſumať ex vul-
nere, niſi grauis culpa aut infirmi, aut medici pro
betur, argumento. l. ſine hæreditate. ff. de nego.
geſt. l. damni infecti. §. Sabini. ff. de damn. infec.
ſed id verum eſt, niſi prius ex relatiõe medicorũ
conſtiterit vulnus indubiè letale fuiſſe, dicto. c.
ſignificaſti. ij. iuncta glo. j. et glo. in verbo, diſcer
ni. extra de homicid. & dicta. l. ita vulneratus. §.
rurſus. ff. ad. l. Aquil. Et in hoc noſtro. §. in ver-
bo, ſuperuixit. ſecundum hanc nouiſſimam gloſ.
interpretationem, & in. c. cõtinebatur. c. presby-
terum. et. c. ad audientiam. extra de homicid. c. ij.
extra de cleri. percuſ. & diligenter aduerte ad di-
ctam. l. ſi ſemel. C. de re milita. lib. xij. quæ deſi-
33 derat † iudicem diligenter debere à medicis in-
quirere, & eos examinare, an vulnus letale ſit, &
cauſam ſubſecutæ mortis. l. j. per totam ferè le-
gem. ff. de ventre inſpicien. ſed ſi nõ apparet cau
ſa: magis ex vulnere dicitur decedere, quàm ex
incuria, dicta. l. ait lex. §. j. ff. ad legem Aquiliam.
vbi per Floria. progrediamur vlterius ad textũ
noſtrum.

Sed ſi dominus vulneratus ſuperuixit, neque
de ſeruis conqueſtus eſt: diſſimulatione iniuriam
remiſiſſe videtur, licet ex vulnere deceſſerit, &
ſub edem tecto fuerunt, qui mortiferè vulnera-
tus eſt. glo. concordantes hic refer quarum ſuprà
meminimus. Volo tamen aduertatur variè hunc
textum legi in his verbis, tamen parcendum illis
erit. ſi ita habeas, rectè eſt, & conuenit lecturæ
glo. & eius interpretationi. Si verò legas, parcen
dum illis erat: videtur iureconſultus Vlpianus
facti contingentiam recenſere, vt aliter in ſeruo
à iudice ſæuitũ ſit, quàm de iure debuit, propter
dictionem, tamen. quæ aduerſatiua eſt, vt ſit ſen-
ſus, quum dominus conqueſtus non ſit, quamuis
eis parcitum non ſit, tamẽ parcere debuit iudex.
ſed tu lege erit. Et clarè hic probatum glo. vulga
tum prouerbium diſſimulatione iniuriam remit-
ti. Cui adde. l. in ipſius. C. famil. erciſc. §. fi. Inſtit.
de iniur. l. non ſolum. §. j. ff. de iniur. l. quod ſi ite-
rum. ff. de adimen. lega. l. j. C. de reuoc. dona. l. ſi
34 ille. C. de decurio. lib. x. † vbi filius ad munera
vocari non poteſt, ſi mater cuius cõditionem be-
neficio Antiochenæ ciuitatis ſequi debebat ad
munera vocata non ſit. Et leges hic per glo. alle-
gatæ cum alijs ſuprà relatis trahi ſolent in argu-
mentum ad vaſallum, qui feloniam in dominum
cõmiſit, ob quam feudo priuari poterat, ſi viuẽs
dominus queſtus non eſt, & queri potuit, nõ poſ
ſe hæredem domini de amiſſione feudi in vaſallũ
contendere. ſimilis glo. eſt in. c. præterea. in ver-
bo, certiorare. & in. c. porrò. in verbo, aſſalierit.
in fine. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. colla. x.
quæ hiſdem legibus mouetur quibus hæc gloſſ.
Eodem modo gl. in. l. omnimodo. C. de inoffi. te
ſta. per illum tex. & glo. in. l. fi. & illhic Bal. C. de
reuo. dona. Idem Bal. & Card. in. c. j. quib. mod.
feud. amitt. colla. x. Ioan. de Pla. in. dicta. l. ſi ille.
& glo. in. c. inſuper. in verbo, non ſuccedunt. de
prohib. feud. alien. per Freder. colla. x. l. non tan
tùm. §. ſi emancipatus vxorem. ff. de bonor. poſſ.
contra tabul. His addo pulchrum & ſolenne di-
ctum. gl. in. l. rei iudicatæ. §. j. in verbo, habet. ff.
ſoluto matrim. per rationem illius legis, morum
enim coercitionem, inquit, hæres non haber in
35 vxorem, ſi viuens maritus queſtus non eſt. † Et
ſic ſi maritus viuens de vxore adultera conque-
ſtus non eſt, hæredi nõ licet: quoniam iſtæ actio-
nes vindictæ ſunt proſecutoriæ. l. quum emanci-
pati. §. emancipatus. ff. de colla. bono. quæ faci-
liter diſſimulatione tolluntur. §. finali. Inſtitu. de
iniur. eo magis quum non ſint niſi lite conteſtata
in hæredes à iure conceſſæ. l. iniuriarum actio. in
princi. quia pœnales ſunt. l. inde Neratius. §. hãc
actionem. ff. ad. l. Aquiliam. l. ſi verò. §. hæc autẽ
actio. &. §. fin. ff. de his qui deiecerunt vel effud.
l. ſi eum. §. qui iniuriarum. vbi plenius Moder.
poſt. Bar. ff. ſi quis cautio. eundem Bart. in. l. j. §.
hæc actio. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fuerit. l. in
hæredẽ. ff. de calum. l. vnica. C. ex delict. defunc.
l. j. ff. de priua. delict. diſſimulatione enim ſimiles
actiones pereunt. l. iure mariti. C. ad. l. Iuliam de
adulter. c. fi. extra de dona. Adde. l. ſi maritus. ff.
qui & à quib. manumiſ. liber. accip. quãuis And.
Siculus. in. c. fin. extra de donatio. viſus ſit tene-
re contrarium per. l. vnicã. C. vt actio. ab hæredi.
& contra hæred. incipi. &. l. iij. §. finali. ff. de adi-
36 men. lega. † per quam videtur probari ſola ſu-
perueniente inimicitia, legatum adimi. Cui adde
l. ſi inimicitiæ. ff. de his quibus vt indig. l. in con-
firmando. ff. de confirmã. tutor. §. item propter.
Inſtitu. de excuſa. tutor. & alijs illhic per glo. no-
tatis. Et Baldus in. l. j. C. de reuocan. donat. facit
differentiam inter inimicitias & alias ingratitudi
nes, vt ſuperueniẽte inimicitia ſtatim ſit donatio
reuocata. d. l. ſi inimicitiæ. ff. de his qui. vt indig.
ſed non propter alias ingratitudines. Sed quic-
quid Bald. diſtinxerit inimicitiam ab alijs cauſis
ingratitudinis, ad vtrunque parata eſt reſponſio
In primis ad dictam. l. iij. §. fi. ſecundum Bar. niſi
tacitè vel expreſſe inimicitia vel iniuria remiſſa
ſit, non facta inter inimicitiam & iniuriam, ſeu
quãuis aliam ingratitudinẽ differentia. §. fi. Inſti.
de iniur. l. in ipſius. C. famil. erciſcũ. & in legibus
illhic per gl. alleg. Secundò, aliter reſpondeť ex
mente

mente dictarum legum, quia in eis teſtator diu
poſt receptam iniuriam aut ſuperuenientem ini-
micitiam ex graui cauſa procedentem animũ ha-
buiſſe videtur reuocandi legatum propter vulne
ratam animam ex illa inimicitia, ſed præuentus
morte animum declarare non valuit. Ita reſpon-
det dicta. l. in confirmando. in duabus ſuis parti-
bus. prima in his verbis, ſi in proximo mortis tẽ-
pore. & in verſiculo. Nam ſi ante annos. & in di-
cta. l. ſi inimicitiæ. in his verbis, & veriſimile eſſe
cœperit teſtatorem noluiſſe legatum ſiue fideicõ
miſſum præſtari &c. & verſicu. ſed & ſi palàm. in
verbo, infauſtas voces. & dicit iureconſultus in
dicta. l. iij. §. fi. vt ſi grauis eſt offenſa, non ſi leuis.
c. porrò. in verbo, impias. quæ fuit prima cauſa
benefi. amitten. colla. x. Cui tamen videtur obſta
37 re. l. ij. C. de liber. & eor. liber. † Vnde illic gloſ.
inter leues offenſas diſtinctionem facit. aut enim
in faciendo offenditur, aut omittendo. Primo ca
ſu leuis cauſa ſufficit: ſecundo, non. Cin. vt ſuprà
dictum eſt, aliter diſtinguit inter inimicitias &
alias ingratitudines, in dicta. l. j. C. de reuo. don.
ſimiliter Bal. in dicta. l. ij. Ego non puto verum
dicere glo. per dictã. l. iij. §. fi. ff. de adimen. lega.
ſed puto in liberti rationem eſſe propter tam gra
tuitam conceſsionem libertatis. l. ij. ff. de obſeq.
patro. præſtan. l. Paulus. in fi. ff. de fideicõ. liber.
ſed imperator in eadem. l. videtur aliter dicere,
vt ſi patronus leuem offenſam ita ad animum re-
uocauerit, vt libertum de ingratitudine in iudi-
cio accuſauerit: & illa talis offenſa conſideratur
per illum text. ſed quum lex veriſimiliter leuem
offenſam non conſideret, ſi dominus ad animum
nõ reuocauerit, facilè remittere videtur præſum
ptiõe iuris. ita loquitur dicta. l. iij. §. fi. præſertim
hoc militat inter perſonas aliqua neceſsitudine
coniunctas & etiam inter nõ coniunctas, quan-
do is qui iniuriam paſſus eſt, ad animum non re-
uocat, & diu ſuperuixit vt hic, & §. finali. inſtitu.
de iniurijs. & l. non ſolum. §. j. inſtitu. de iniur.
dicta. l. vtilitatem. ff. de confir. tutor. Facit etiam
ratio. l. ſi mater. C. de inoffici. teſta. in verſicu. ſed
quum eam in puerperio. in his verbis repentini
caſus iniquitas per cõiecturam paternæ pietatis
38 emendanda eſt. † in filijs enim & perſonis neceſ
ſitudine coniunctis facilius præſumitur poſſe re-
mitti. l. iij. C. de patr. poteſt. l. propter inſidias. C.
de accuſa. l. nec in ea. ff. ad. l. Iul. de adulter. Niſi
tam impudens & graue ſit facinus à filio in pa-
trem commiſſum, vnde exhæredari mereatur. §.
cauſas. in authen. vt quum de appella. cognoſci.
colla. viij. Idẽ de vaſallo. §. porrò. & §. eſt & alia.
quæ fuit prima cauſa benefi. amittẽ. colla. x. Ad-
de. l. Gaij. ff. de fideicõ. liber. Et quod notat Bal.
in. c. j. in verbo, indignationem. de pace Cõſtan.
colla. x. dum alleg. l. teſtamento Centurio. ff. de
manumiſ. teſta. l. licet. ff. de arbit. l. j. ff. de his qb.
vt indig. aufer. hære. Addo. l. iij. §. ſi emãcipatus.
j. ff. de bon. poſ. contra tabul. l. Lucius. §. pen. ff.
de leg. ij. Nec obſtat. l. vnica. C. vt actio. ab hære
di. & contra hæred. inci. quæ loquitur in actioni
bus ciuilibus ex contractu vel quaſi deſcendenti
bus, non autem in procedentibus ex delicto. Et
ratio eſt, cuius ſuprà meminimus ex. l. rei iudica-
39 tæ. §. j. in fi. ff. ſolut. matri. † quoniam hæres mo-
rum coercitionem non habet, præſertim in his in
quibus pœna oriri poteſt. l. ij. C. de liber. & eor.
liber. in his verbis, ſi in iudicio vel apud peda-
rios iudices patroni querela exorta ingratum eũ
offendat. Vnde velle videtur remittere qui actio
ne, quæ ſibi ex perſona competit, non agit quum
agere potuit, dicta. l. fi. C. de reuocan. dona. l. do
nare. ff. de donatio. vnde glo. in. l. ij. ff. ſi ager ve-
cti. vel emphyteo. ait emphyteotam non ſoluen-
tem canonem cadere à iure ſuo. Verum eſt ſi ve-
lit dominus proſequi, dicta. l. ij. in verbo, volen-
ti. & l. fin. C. de iure emphyteo. Cui adde gloſ. in
in. §. in bonæfidei. in verbo, ipſo iure. inſtitu. de
de actio. Et idem notant Mod. Papien. in dicta
l. omnimodo. in fi. princip. C. de inoffi. teſta. re-
probata opi. Bal. in. c. inſuper. de prohibi. feud.
alie. per Frederic. colla. x. vbi plus gl. addit vnũ,
cuius non meminerunt, ſed quia viſum eſt mihi
annotatione dignũ, ideo recenſeo: in verbo, pri-
40 uetur. dum dicit, † remiſsionem à domino factã
tacitè vel expreſſe non variare feudi qualitatem,
dummodo in expreſſa remiſsione noua qualitas
addita non ſit, ſecundum Bald. illhic alleg. c. qui
autoritate. de præbend. in. vj. c. vnicum. an agna.
vel fili. l. ius ciuile. ff. de legi. ſed hoc puto verũ,
ſi dominus ſpecialiter declaret, & non aliàs, di-
cto. c. vnico, in fi. an agnat. vel fil. facit materia. l.
fi. C. de noua. alioquin feudum non erit nouum,
ſed ſi auitum fuerit aut paternum, ſemper auitũ
remanebit, nõ autem nouum feudum erit. alleg.
glo. l. peculium. §. ſi ære alieno. vbi hoc idẽ illhic
notat Accurſius. ff. de pecul. per. l. filio. ff. de li-
ber. & poſthu. Quibus addo. l. ſi ſponſus. §. fi. ff.
de don. inter virum & vxorem. in his verbis, ma
gis pleniore officio præſtãdæ, fidei functum ma-
ritum, quàm donaſſe videri, & pleriſq; alijs parti
bus illius. §. ex quo text. aſſumo vnam limitatio-
nem ad prædicta, niſi dominus errore ductus vel
circũuentus remiſerit. hoc dicit in his verbis, hæc
ita ſi non per errorem calculi fecit. Secundò, niſi
in fraudem creditorum, aut eorum quorum inte
reſt, faceret. l. j. §. ſanè. ff. ſi quis omiſſa cauſa te-
ſta. l. licet. in princi. C. familiæ. ercis. Tertiò, ſecũ
dum Cin. in dicta. l. j. C. de reuo. dona. Si domi-
nus ſciuit iniuriam ſibi factam fuiſſe: ſecus autẽ ſi
ignorauit, dicta. l. in confirmando. & l. vtilitatẽ.
41 ff. de confir. tutor. † Nemo enim niſi gnarus ſui
iuris remittere videtur. l. mater. ff. de inoffi. teſta.
l. quum verò. §. apparet. ff. de fideicom. liber. l. le
gitima. ff. de peti. hæredi. hanc limitationẽ admis
tit Io. And. in Specul. in. §. fi. de feud. Bal. & alij
in dicto. c. porro. quæ fuit prima cauſa benefic.
amitten. Alex. verò in dicta. l. rei iudicatæ. §. j. ff.

ſolu. matrimonio. addidit aliam, cuius mentio-
nem ſuprà fecimus, ſi paſſus iniuriam non ſuper-
uixit. Et hic eſt caſus huius noſtri. §. & dictæ. l. in
confirmando. &. c. ſi. extra de dona. Quartò, li-
mitabat idem Bald. in dicto. c. inſuper. de prohi.
feud. aliena. per Frederic. Niſi pœna ipſo iure
eſſet impoſita, vt pote ſi vaſallus inconſulto do-
mino feudum alienauerit. c. calidis. eodem titu-
42 lo. † Nam, ſecundum eum, iniuria quæ ſecũ exe-
cutionem trahit, in hæredem tranſit. l. iij. §. quod
ait prætor. ff. quod quiſque iur. etiã quærela non
præparata: & ſic hæres domini feudum à vaſallo
auocabit, licet dominus viuens non auocauerit.
Hanc ſententiam Bald. refert & ſequitur Paul.
de Caſt. in dicta. l. omnimodo. C. de inoffi. teſta.
Sed contra Bal. tenet Io. de Imola in dicto. c. fin.
extra de donatio. ſequuntur. Papien. Moder. in
dicta. l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. ſequentes
glo. in dicto. c. inſuper. & alijs locis ſuprà nota-
tis, vt ipſe idem Bal. in dicta. l. fi. C. de reuo. don.
in hoc inuenitur cõtrarius. dixit enim, tam in feu
do quàm in cæteris, in quibus dicitur dominium
reuerti, intelligi debere ſi dominus vult. allegat
gloſ. in. l. ij. ff. ſi ager vectig. vel emphy. quæ hoc
non probat. Moder. autem alleg. l. ij. C. de iure
emphyteo. cuius ſuprà meminimus. ſed vltra di-
cta per eos contra Bal. & Pau. de Caſt. facit tex.
in. c. j. de feud. tamen culpa non amiten. colla. x.
43 Nam † vaſallus niſi conuicta culpa per ſententiã
feudum non amittit. Notant feudiſtæ omnes in
c. j. quibus modis feud. amitta. facit. c. quum ſecũ
dum. de hæreti. in. vj. c. in pœnis. de reg. iur. eo-
dem lib. l. iubemus. §. ſanè. in verbo, priuetur. C.
de ſacroſanc. eccleſ. Bald. in authen. ſi captiui. C.
de epiſc. & cleri. Dicam plenius in. l. neceſſarios.
§. non alias. infrà eodem titulo. Saltem declarari
debet, an dominus velit, dicta. l. ij. C. de iure em-
phyteo. l. ſi conſtat. C. de compenſa. gloſ. in. §. in
bonæfidei. Inſti. de actio. l. iij. §. ſi ad diem. ff. de
re militari. c. j. & ſi. Vbi per Bald. Card. Alex. &
Andr. de Iſer. quo tempore milites. colla. x. l. cũ
hic ſtatus. §. oratio. ff. de dona. inter vir. & vxor.
Dixi in ea Petr. de bel. perti. concluſione per me
Papiæ diſputata de dolo dante cauſam contra-
ctui, an contractum nullum reddit. Cuius diſce-
ptatio per me aſsignata eſt in repeti. l. cõtractus.
ff. de reg. iuris. Nonnihil repetemus in. l. ſi exhæ-
redatus. infrà eodem titulo. Moder. aperiunt in
dicta. l. iij. §. quod ait prætor. ff. quod quiſq; iur.
Quæ lex nõ poteſt obſtare, quia edictum, quod
quiſque iuris alteri ſtatuit eodem iure vtatur. nõ
poteſt pœnale cenſeri: quia tantum legis & natu
ræ executio eſt, quæ omnium in iuris executione
44 parem eſſe voluit conditionem. † Et hoc vnum
eſt & præcipuum iuris præceptum, videlicet alte
rum non lædere, quemadmodũ nec lædi à quoq;
deſideramus. c. j. diſtinc. j. §. iuris præcepta. inſti.
de iuſti. & iure. l. iuſtitia. ff. de iuſtitia & iure. Ex-
pectet enim vnuſquiſque in ſe iudicium, quod in
alium dixit, inquit diuus Paulus in epiſtola ad
Rom. c. ij. In quo enim (ait) alterum iudicas, te-
ipſum condemnas. c. nihil. xxiij. q. ix. Et licet tex.
in dicto. §. quod ait prætor. vſus ſit hoc vocabu-
lo, pœna. in ſine tamen. §. ſatis declarat dum ſub-
iungit, Et Iulianus ſcribit, non ſolùm ipſi dene-
gari actionem, ſed etiam hæredi eius. Ecce quo-
modo dictio, pœna. demõſtratur p̃ verbũ, actio-
nem. quæ exceptio eſt iuris. §. j. inſtitu. de actio.
Pœna enim, vt inquit Pau. iureconſul. in. l. ſi pœ
na. ff. de pœ. conſtituitur in emendationem homi
num, quæ mortuo eo, in quem conſtitui videtur,
deſinit: quæ non eſt ea, cuius meminit dicta. l. iij.
§. quod ait prætor. Vel Secundò, dic illum tex.
nullo prorſus modo huic noſtræ diſputationi cõ
uenire. Nam hæc noſtra quæſtio eſt de actione
quæ paſſo iniuriam competebat, qua viuus in in-
iuriantem agere poterat, neque prohiberi pote-
rat, ſed quum viuens non egit illa actione, non
præparatam ad hæredem non tranſmittit, ſicuti
& de quærela inofficioſi teſtamenti dicitur in. l.
poſthumus. §. fi. &. l. ſeq. ff. de inoffi. teſta. Nõ ſic
eſt in dicta. l. iij. §. quod ait. ff. quod quiſque iur.
45 Nam † ex eo quod quis eſt creditor & idem de-
bitor alienus, ſi à principe impetrauit vt pro ſuo
debito. à creditore eodẽq; ſuo debitore non con
ueniatur hic ad annum, nõ debet ſibi licere infra
idem tempus impetratum, ſuum debitorem eun-
dẽq; conuenire, dilatiões enim debẽt vtriq; eſſe
communes. l. j. in princi. ff. quod quiſque iur. Et
id pœnam appellat quæ creditorem ipſum afficit
l. iij. §. hæc pœna. eodem titulo. ſi pœna eſt auto-
ri: quantomagis erit hæredi eius: quia non plus
iuris habere poteſt hæres quàm ipſe defunctus,
quum eodẽ iure vtatur. l. ſtipulatio iſta. in princ.
ff. de verbo. obliga. l. & hæredi. ff. de pact. Do ti-
bi exemplum. debeo decẽ Titio, & Titius quin-
que mihi debet: quum Titius à me decem petie-
rit, impetraui à principe dilationem ſoluendi ad
annum, iuxta. l. quoties. C. de præci. impera. offe-
ren. & non minus conuenio eundem Titium ad
ſoluenda mihi quinque ab eo mihi ex alia cauſa
debita: pendente illa dilatione mihi conceſſa, cer
te non licet. & id iureconſultus dicit, in pœnam
mihi ſtatui ex illo edicto, quamuis pœna dici nõ
debeat, ſed magis executio præcepti iuris, vt non
facias alijs quod tibi non vis fieri. & quomodo-
cunque accipiatur pœna, an pro actione, an verò
pro pœna iam nata eſt aduerſus me, non minus ſi
in hæredem meum tranſit. ſed non ſic eſt in the-
mate propoſito: quia in eo actio cõpetebat. ecõ-
uerſo in caſu illius edicti quod quiſq; iuris, actio
quæ competebat, cœpit deſinere, quæ longè di-
uerſa, imò magis pugnantia ſunt, quibus addo
46 quod ſcribitur Matthæi. xviij. † de ſeruo cui do
minus debitum dimiſerat & demum cõſerui nõ
eſt miſertus. inquit, nõne ergo oportuit & te mi-
ſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?
& iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus
quoad

quoadvſque redderet vniuerſum debitum. Iſta
eſt pœna illius edicti, quod quiſque iuris in alte
rum ſtatuit, eodem & ipſe vtatur. quæ pœna iam
nata aduerſus hæredem cõtinuatur, dicta. l. iij. §.
quod ait prætor. ff. quod quiſq; iur. & ex benefi
cio legis introducta eſt. Non ſic quando à facto
hominis exordium capit, vt hic, & quod ſuprà di
ctum eſt de nullitate procedente ex alienatione
rei ſeudalis, dicto. c. j. de prohi. feud. alie. per Fre
deric. introducta in ſauorem dominorum, id pœ
na non eſt, ſed legis prouiſio ex pacto ſeu ex na-
tura inueſtituræ procedens, dicto. c. j. de prohi.
feud. alie. per Frederic. licet de caducitate ex de-
fectu non ſoluti canonis rei emphyteoticæ pro-
cedente pleriq; pœnalem eſſe dicant, tamen id in
47 pœnam non poteſt dici adiectum eſſe: † vt ego
quum dominus ſim in danda re in emphyteoſim
nonne licet eam legẽ dare quam volo? l. fi. C. de
reb. alie. non alie. dummodo non ſit legi vel con
ſuetudini contraria. l. vnica. C. de auro coro. lib.
x. l. vnica. C. nulli lice. habita. metroco. lib. xj. l.
iuriſgentium. §. prætor ait. l. ſi vnus. §. pacta. & l.
contra. ff. de pact. l. dudum. illhic dixi in repeti.
C. de contrahen. emptio. l. an in totum. & l. ſi is
contra. C. de ædif. priuat. Secundò facit tex. in. c.
deniq;. in verbo, cariturum. quæ fuit prima cau-
ſa benefi. amitten. colla. x. In quo demonſtratur
ſententiam eſſe neceſſariam, ſaltem pro maniſe-
ſtatione voluntatis domini, vt dicam in dicta. l.
neceſſarios. §. non alias, infra eodem tit. De qua
etiam per Moder. Papiẽ. in. l. ij. colum. iiij. & v.
C. de iure emphi. Bald. in. c. j. quibus mod. feud.
amitta. quoniam ius tacitè & expreſſè remitti po
teſt. l. pecuniæ ſœnebris. & l. qui ſemiſſes. ff. de
vſur. Plenè in. l. ſi certis annis. C. de pac. d. l. cum
hic ſtatus. ff. oratio. ff. de donatio. inter virum &
vxorem. ibi, q̃q; vicium donationis perſeueret
tamen ſi ſocer nullam quæſtionem de donationi
bus intulit poſt mortem eius hæredes diſtrahere
donationes non poſſunt. Plenius per glo. & om
nes in. l. j. in verbo, ratum. C. qui adiuit. ad bon.
poſ. poſſunt. Adde prædictis Bart. in. l. quæ ſub
48 conditione. ff. de conditio. inſti. Eũdem & Din.
in. l. ſi ſeruum. §. de illo. ff. de verbo. obligatio. &
quod notatur in. c. licet canon. de electio. in. vj.
& in. c. quum ſecundum. de hæreti. eo. lib. glo. in
c. in pœnis. de reg. iur. eo. lib. Cin. in dicta. l. j. C.
de reuocan. dona. Bal. in. l. quum quidem. iij. co-
lum. & l. Lucius. §. Lucius Titius damam. ff. de
lega. ij. glo. & Bal. in. l. ij. C. de liber. et eor. liber.
Circa eius glo. diſtinctionem cuius ſuprà memi-
nimus, quum inter offenſas in omittendo & eas
quæ in committendo fiunt, differentiam conſti-
tuit in. l. ſeq. paulò magis declarabimus. Adde
circa prædicta quæ notat Hen. Bohic in. c. olim.
extra de iniur. Bart. in. l. non ſolùm. §. j. per illum
tex. ff. de iniur. Idem Bar. & Moder. poſt eum in
l. ſi decem. §. quædã. & l. ſi vnus. §. pactus ne pe-
teret. ff. de pact. Et Luc. de Pen. in. l. vnica. colũ.
xiij. verſic. nono quæritur. C. publi. læti. vel con
ſul. lib. xij. recenſet plures modos, quibus iniuria
49 remitti poteſt. Et glo. in. §. ſin. inſti. de iniur. † in
primis pacto ſeu alia conuentione. l. ſi tibi decẽ.
§. quædam. ff. de pact. quæ poſtq; remiſſa eſt non
reuincit. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. eod. de
pact. non enim inquit, ex pacto iniuriarum actio
naſcitur. Secundò diſſimulatione, & hoc triplici
ter contingere poteſt. primò ſecundum glo. in. l.
non ſolum. §. j. ff. de iniur. & in. §. fi. inſti. & ſi ſta-
tim illata iniuria ad animum nõ reuocatur, dicta
l. non ſolum. §. j. in his verbis, hoc eſt ſtatim paſ-
ſus ad animum ſuum nõ reuocauerit. ſimilis tex.
in dicto. §. ſi. inſti. eo. & c. ſi illhic. xxiij. q. iiij. Se-
cundò ſi infra tempus ſtatutum à lege non aga-
tur actione iniuriarum, vt in. l. ſi non conuicij. C.
de iniur. §. j. inſtitu. de perpet. & tempora. actio.
Notatur in. l. lex Cornelia. & l. cõſtitutionibus.
ff. de iniur. l. ſi cum exceptione. §. j. ff. de eo quod
met. cauſa. Tertiò quantumcunq; ad animum re
uocauerit & ante lapſum annum deceſſerit, ſi ta-
men viuens non egit, non tranſmittit ad hæredẽ,
dicta. l. iniuriarum. in princi. & hic, niſi lite cõte-
ſtata. l. in hæredem. ff. de calumniato. & legibus
50 ſuprà allegatis. Et † præſertim hæc in Chriſtia-
no locum obtinent, qui moriens peccata confite
tur ſacerdoti, & confitẽdo omnibus remittit, ſi-
cuti à domino deo poſtulat peccata ſua ſibi re-
mitti, dicto. c. ſi illhic. xxiij. q. iiij. vbi gl. Io. And.
& alij in. c. olim. extra de iniur. Bartol. in dicta. l.
ſi tibi. §. quædam. ff. de pact. & in dicta. l. non ſo-
lum. §. j. Bald. in. c. iniuria. de pace tenen. & iura.
firmã. colla. x. Io. Faber in dicto. §. ſi. inſti. de in-
iur. vbi hoc notat glo. et glo. in dicta. l. non ſolũ.
§. j. ff. de iniur. in dicto. §. fi. inſti. de iniur. dicit in-
iuriam paſſum ſic diſſimulatione remittere, vt ſi
ſtatim poſt illatam iniuriam viſus ſit ridere cum
iniuriãte, aut cum eo ludere vel comedere. Luc.
de Pen. in loco prædicto alleg. pro dictis gl. Pri-
mò tex. in. c. didici. j. q. vij. quem notat Archi. in
c. excommunicatos. xj. q. iij. vt quando æquo ani
mo cum iniuriante locutus eſt. Et adde rationem
iureconſulti ad id in dicta. l. non ſolum. §. j. quia
actio iniuriarũ ex bono & æquo eſt. Igitur æqui
tas abolet omnem metum actionis illa diſſimula
tione, ſecundum illum text. Secundò addit Luc.
tex. in. c. omnis. xxiiij. q. j. quem alleg. vbiq; glo.
in. c. ſi aliquando, extra de ſenten. excommunic.
& in. c. quum Adrianus. lxiij. diſt. c. nec aliqua.
xxvij. q. j. c. ſimpliciter. xxiij. q. viij. l. ab accuſatio
51 ne. ff. ad Turpilianum. † vel per ſalutationẽ. ca.
quum Adrianus. in fi. lxiij. diſtinc. quod referũt
omnes, præſertim Hoſti. Io. And. & Anto. in di-
cto. c. olim. extra de iniur. Adde & glo. in. c. ſi ali
quando. extra de ſenten. excommunicatio. l. j. C.
de domeſti. & protecto. lib. xij. quæ lex etiam
de oſculo loquitur, vbi illhic plura de oſculo Lu
cas de Pen. ſcripſit. c. excõmunicatos. xj. q. iij. vel
ſi literas aut nuncium ad eum miſerit, argumẽto

l.j.§.quo verò.ff.ad.l.Iul.maieſ.c. vbi periculũ.
§.nulli.de electio.in.vj.Adde.l.& ſi amicis.in fi.
ff.ad legem Iuliam de adulter. quibus obſtare vi
detur cle.ſi ſummus pontifex.de ſenten. excom-
munic. Et quod notatur in clemẽ.j. de probatio.
per Alexan. in.l.quidam conſulebat.ff. de re iu-
di.Ro.in.l.j.§.hoc edictum.ij.ff.de no.oper.nũ.
Lapum,in alle.vij.Feli.in dicto ca.ſi aliquando.
extra de ſenten.excommunica.ſed illi responde-
52 ri poteſt, † vbi actus ordinati ſunt ad vnum actũ
principalem, & à ſciente fiunt:indubitatè operan
tur effectum quem demonſtrant.l.Labeo.ff. de
ſupellec.lega.dicto.c.excõmunicatos.&.c.inter
verba.xj.q.iij.c.pacem.de conſecra.diſtinc. ij.c.
ex ore. extra de his quæ fi.à maio.par.capituli.
Nec obſtat quod ſcribiť de Iuda Iſcariote,Mat-
thæi.xxvj.Oſculo filium hominis tradis. Nam li
cet proditoris geſſerit officium,amici tamen præ
buit ſignũ.Cui Chriſtus, amice ad quid veniſtiť
Similiter quod legitur.ij.Regũ.xx.capi.de Ioab
qui Amaſan oſculando gladio perfodit.Nam ſi-
gnũ eſt recõciliatæ iniuriæ. ij.Re. xiiij.Vnde eſt
quod pax cum oſculo datur, dicto ca.pacem. de
conſecra.diſtinc.ij. De hoc etiam in ſalutatione
Gregor.in proœ. decreta. Et in prooemio ſexti
decreta.Per Ioã.And.Domi.& Petr.de Ancha.
Prædicta intelligunt vera eſſe Hoſti.Ioan.And.
Anto.de Butrio & Hen.Bohic in dicto.c.olim.
extra de iniur.niſi lis fuerit ratione iniuriæ conte
ſtata,vel etiam niſi fuerit citatio à viuente obten-
53 ta ad conueniendum iniuriantem. † hoc enim
caſu per ſolam confabulationem ſeu colloquiũ
aut oſculum & ſimilia,non exiſtimanda erit re-
miſſa iniuria , niſi expreſſe verbo fuerit remiſſa
pacto vel conuentione,per ea quæ ſcribuntur in
c.relatum.& in.c.gratum.extra de offi.leg. Ego
puto aliter dicẽdum ex his que ſuprà ſcripſimus
ex.l.in confirmando.&.l. vtilitatem.ff. de cõfir.
tutor.l.ſi inimicitiæ.ff.de his quibus vt indig.Et
ex hac.l.noſtra.&.l.ſi. C. de reuo.dona.Aut enĩ
viuus conqueſtus,morte autem præuẽtus agere
non potuit:& puto actionem tranſmitti ad hære
dem,vt hic,& legibus ſuprà ſcriptis. Si verò ſibi
tempus legitimum ſuperſuit agendi priuſquam
moreretur,& non egit:et puto extinctam eſſe in-
iuriarum actionem , per ſuprà dicta , nec ſufficit
per eum citationem propoſitã eſſe aduerſus iniu
riantem,ſed oportet litem conteſtari, ſi tamẽ an-
te mortem tempus fuerit ſufficiens litem conte-
ſtandi.l.ij.§.fin.&.l.miles.§.ſexaginta.ff.ad legẽ
Iuliam de adulter.l.j.in princi.&.l.edicto.§. ex-
tat.ff.de iure fiſci.Nec in contrariũ mouere poſ-
54 ſunt duo. † Primum, iuriſdictionem perpetuari
de iure ciuili citatione : quamuis Accurſius fue-
rit in contraria ſententia:tamen eſt text.in.l.ſi qs
poſteaquam.ff.de iudi.l.j.C.de iudi.l.& quia.ff.
de iuriſdi.omniũ iudi.§.fi.inſti.de offi.iudi.Secũ
dum,non niſi lite conteſtata actionem iniuriarũ,
quum pœnalis ſit ad hæredem non tranſmitti, di
cta.l.iniuriarum.ff.de iniur.cum ſimilibus. Pri-
mò,quia non hic de perpetuanda iuriſdictione
ſed actione quæſtio eſt. Vnde reſpectu partis nõ
niſi litiſconteſtatione hæredi actio quæritur.l.in
hæredẽ.ff.de calum. Et ſic fruſtra iudicis officiũ
conſideraremus ſi actio qua debuit experiri per-
empta et extincta eſt,quæ nullatenus ſuſcitari po
teſt.l.indigno.ff.de his qui.vt indig. quaſi à lege
remiſſa,quæ ſuccedit loco hominis.l.ſi.C.ſi man
cip.fuer. alie. vel manumit.l. ſi ob cauſam. C. de
55 euictio . † ſed quẽadmodum actio iniuriarũ ſe-
mel pacto remiſſa nõ poteſt amplius reuiuiſcere.
l.ſi vnus.§.pactus ne peterer.ff.de pac. c.ſi illhic.
xxiij.q.iiij.ſimiliter ſi à lege remiſſa eſt,vt in caſu
noſtro,per dictam.l.iniuriarũ. §.j.inſti.de perpe
tuis et tempora.actio.l.vnica. C.ex delic.defunc.
præſertim cõſideratur rei conuenti hæres ne alte
rius delicto grauetur, niſi commodũ ex eius deli
cto percepit,vt in dicta.l.in hæredẽ.l.pen.& fin.
C.de in litem iuran. Et hoc vltimum verum eſſe
puto ſi tempus ſuperfuit agendi : ſed quia morte
præuentus agere non potuit,ſi tamen viuens cõ-
queſtus eſt , & dixit ſe velle iniuriarum actione
experiri:ego puto hæredẽ agere poſſe, per hunc
tex.&.l.ſi. C.de reuocan.dona.dictæ.l.ſi inimici
tiæ.& dicta.l.in confirmando.quas ſuprà indu-
ximus, non repeto.Nec obſtat ſi dixeris obſtare
dictã.l.ſi.C.de reuo.dona.in his verbis, nulla li-
centia concedenda donatoris ſucceſſoribus hu-
iuſmodi querimoniarum primordium inſtitue-
56 re.† Quoniam illa verba declarantur per ſequẽ
tia,quæ immediatè in eadem.l.recenſetur, videli
cet,Etenim ſi ipſe qui hoc paſſus eſt,tacuerit:ſilẽ
tium eius maneat ſemper,& nõ à poſteritate eius
ſuſcitari concedatur,à contrario, ſi non tacuerit,
quia conqueſtus eſt,vt hic dicitur, ſed nõ potuit
præuentus morte aut alio iuſto impedimẽto præ
peditus,agere:quia forſitan iudicis facultatẽ ha-
bere non potuit,vt dixi ſuprà per.l.miles.§. ſexa
ginta.ff.ad .l.Iul.de adulter. non dicitur ſilentio
præteriјſſe. eodẽ modo reſpõdetur dictæ.l.j. C.
de reuo.dona. ita etiam dicitur in dicta.l. omni-
modo.C.de inoffi.teſta.in his verbis,quũ eos,id
eſt,ingratos circa ſe fuiſſe teſtator dixerit . Nam
ſi nullam eorum quaſi ingratorum fecerit men-
tionem,non licebit eius hæredibus ingratos eos
nominare et huiuſmodi quæſtionẽ inchoare.Idẽ
in.§.cauſas.in authẽ.vt quũ de appella. cognoſ.
colla.viij.dixi in repetitione authen.ex cauſa. C.
57 de liber.præter. vel exhæreda. † Igitur ſi viuens
filios ingratos nominauerit, licebit quæſtionem
ingratitudinis aduerſus hæredes inchoare. Intel-
ligas ſi grauis eſt,nõ aũt ſi leuis ſit offenſa.l.iij.§.
fi.ff.de adim.lega.hoc dicit iſte tex.in his verbis,
ſuperuixerit,nec de quoquam ſeruorum cõquæ
ſtus ſit.Idem in dicta.l.in confirmando.dum dici
tur quod in facili eſt ſi in proximo mortis tempo
re.deinde ſequiť , vt ſpatio medio potuerit. &c.
l.ſi maritus.in princi. &.§.fi.in fi.ff.ad .l.Iuliã de
adult.

adul.in his verbis,ſi idoneas cauſas allegare poſſit, quibus impeditus nõ inſtituit accuſationem. rancorem autem dimittere tenetur.c.ſi quis contriſtatus.xc.diſt.c.quum in lege.xxiij. q.iiij. per glo.in dicto.c.ſi illhic.& illhic Archi.Notant omnes in dicto.c.olim.extra de iniur.ſed non dãna & iniurias remittere,dicto.c.olim.&.c.ſi. de pœniten.diſtinc.vj.de quo in.l.ſi quis in hoc ge

58 nus.C.de epiſc.& cleri. † Satisfactione autẽ remittitur iniuria.l.iniuriarum æſtimatio.&.l.conſtitutionibus.§.ſi.ff.de iniur.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.vulgata iuris regula, ſolutiõe vel ſatisſactione tollitur omnis obligatio.§.j.inſti.quib.mod.tollitur.obliga.melius in.l.ſed & ſi vnus.§.ſi ante.ff.de iniur.vel expreſſa remiſsione,de qua in.l.ſeq.dicetur,&.l.qui cœtu.§.qui vacantem.ff.ad legem Iuliam de vi publi.vel niſi poſterioribus meritis iniuriã paſſus flexus eſt.l.iiij.ff.de adim.leg.l.in ipſius.C.familiæ erciſcũ.

Ego verò intelligo prædicta procedere, ſi tales inimicitiæ ſint,quæ remitti poſſunt:aliàs non l.Caij.ff.de fideicom.liber.in his verbis,vel tantum delictum eſt vt vltio remittenda non eſſet,

59 quia † adulteriũ eſt,quod ſilentio præterire non poteſt maritus ſine lenocinij ſuſpicione vel pater l.j.§.ſi publico.l.miles.§.ſocer.l.mariti lenocinium.in prin.& præſertim.in verſi.plectitur.dũ de marito loquitur,qui præcium pro comperto ſtupro ſeu adulterio accepit.ff.ad legem Iuliam.de adulter.adde etiam prædictis,niſi talis eſſet facta defuncto iniuria,quæ & ſucceſſores afficeret l.j.ff.de liber.cauſa.Non omitto quod Bal.in.l.ij.colum.iij.C.de libert.& eor.liber.dicit ſimiles paces perfunctorias eſſe:eant verò quæ ſolenniter fit,veram eſſe pacem,videlicet ſi medio organo & à partibus præſentibus fit.l.illud.C.de ſacroſanc.eccle.l.conſenſu.ff.de actio.& obliga.huius dicti Bal.memini in.l.j.in princi.ſuprà eodum de reconciliatione locutus ſum.Reliqua autem hic omiſſa ſupplebuntur in.l.ſequẽti,quã videamus.

SVMMARIVM.

1 Vindicta occiſorum publica,priuatorum pactis remitti non poteſt.
2 Tranſactio de quouis crimine fieri poteſt,dempto adulterio.
3 Peccatum cõmiſsionis grauius eſt peccato omiſsionis.
4 Actio legis Aquiliæ proprietario non competit cõtra vſufructuarium pro omiſsis per eundem.
5 Statuta pœnas remittentia ob pacem à vulnerato habitam,an ſint iuſta.
6 Defectus modicus nemini obeſſe debet.
7 Crimen Turpiliani conſiſtit in faciendo, accuſationem ſcilicet inſtitutam non proſequendo.
8 Dominus ſeruos à culpa abſoluere poteſt, eos innocẽtes declarando.& nu.22.
9 Seruis,quos dominus innoxios teſtatus eſt, ignoſcendum eſt.
10 Serui ab hæredibus non ſunt moleſtandi, quos dominus viuens non accuſauit.
11 Teſtimonio morientis non creditur,ne facilè præcibus inducantur ad excuſandos reos.
12 Morientes an poſsint aliorũ culpas remittere,ſic vt puniri nequeant.
14 Statuta quæ pœna remittunt,pace cum vulnerato habita,dicuntur publicam tollere diſciplinam.
15 Vulneratus ſi poſſet pacem facere cum vulnerante & iniuriam remittere,inuitarentur homines ad delinquẽdum.
16 Caſus in ſtatuto vel lege omiſſus debet in diſpoſitione iuris communis remanere.
17 Hæres tenetur ſtare ijs quæ ſtatuit defunctus, ac eadem rata habere.& nu.19.
18 Patronus liberto teſtandi tribuens facultatem nihil noui tribuere dicitur.
20 Statutum exorbitans à iure, non debet extendi ad perſonas in eo non comprehenſas.
21 Aeſtimatio defuncti debet per hæredem purgari.
22 Serui de nece domini ſuſpecti, excuſari poſſunt teſtimonio domini.
23 Hæredis officium eſt,ante hæreditatis aditionem vindicare occiſi necem.
24 Serui cognationem nullam habere poſſunt.
25 Remiſsio iniuriæ facta coram ſacerdote,quid cõtineat, & ad quid valeat.
26 Sacerdos eſt perſona publica, quæ abſenti acquirere poteſt.
27 Remiſsionem plenam faciens, omnem iniuriam remittere præſumitur.
28 Mandatum plenum habens à domino, idem quod dominus facere poteſt.
29 Remiſsio iniuriæ,in dubio interpretatur aduerſus eum qui iniuriam fecit.
30 Liberatio à debito facta abſenti prodeſt illi.
31 Actionem iniuriarum remittens, non poteſt ea denuo experiri.
32 Remiſsio iniuriæ facta in foro pœnitentiali coram ſacerdote,eſt inſufficiens.
33 Peccatum iniuriæ illatæ quando remiſſum dici poſsit.
34 Pœnitentia ſacramentalis crimen in contentioſo iudicio non abſoluit.
35 Peccata in confeſsione detecta non debent reuelari.
36 Dictum ſacerdotis deponentis de his quæ moriens in confeſsione dixit,quid operetur.
Iniuriam paſſus rancorem & odium remittere tenetur, ſed non intereſſe.
37 Remittens plenè iniuriam an cenſeatur offendentem abſoluere.
38 Indefinita nonnunquam æquipollet vniuerſali.
39 Dominus ſeruos non participes criminis abſoluere poteſt.
Calumniari quid ſit, quid præuaricari, & quid tergiuerſari.
40 Deſiſtens ab accuſatione,dicitur rem amouere.
Miles qui non comparet, maleficium dicitur committere.
41 Deſidia,ſegnitia & contumacia ſunt inter peccata commiſsionis annumeranda.
42 Accuſans falſò incidit in pœnam Senatuſconſulti Turpiliani.
Tranſigens de delicto an habeatur pro confeſſo,
43 Tranſigens de delicto de quo alioqui conſtat, confiteri præſumitur tranſigendo.
44 Tranſigere,paciſci,delictum remittere,& rei actæ teſtimonium prohibere,differunt.

45 Tranſactio facta de crimine criminaliter intentato, non præiudicat fiſco.
46 Tranſactio nõ admittitur etiam in delictis pœnam ſanguinis non ingerentibus.
47 Actio pro publico delicto conuenit vnicuique de populo.
48 Hæres queri non poteſt remiſsione à defuncto facta in delictis quæ omittendo conſiſtunt.
49 Teſtimonium morientis quando & quo caſu admittatur.
50 Delictum ſeruorum ex negligentia commiſſum, remiſſione tacita purgatur.
51 Serui excuſandi ſunt, qui dominum offendentibus reſiſtere non valuerunt.
52 Dominus qualiter ſeruos purgare poſsit.
53 Dominus non præſumitur ſeruos ab omni culpa excuſare.
54 Moriens reum cuiuſuis criminis excuſare poteſt.
55 Moriens qua de cauſa reũ à pœna abſoluere nequeat.
56 Charitatis opera etiam inimicis ſunt impendenda.
57 Iudex nõ poteſt remittere pœnam reipublicæ quæſitã.
58 Epiſcopus nõ poteſt remittere actionem eccleſiæ quæſitam pro iniuria ſibi facta.
59 Priuatus nõ poteſt remittere vindictam publicam, priuatam autem ſic. & nu. 60.
61 Excuſatio facta per morientem prodeſt in delictis in omittendo factis.
62 Cælans verum perinde falſum cenſetur committere atque is qui ſuſcipit, dolet, aut ſubijcit, vt veritas occultetur.
63 Ira in aliquẽ quando & in quibus remiſſa intelligatur.
64 Reſtitutus an præſumatur quis à principe ob beneficia ſequentia in eum collata.
65 Bonum, in quo à principe poſita eſt ciuitas, non tollitur, licet eadem in principis gratiam reuertatur.
66 Reconciliatio qua forma fieri debeat.
67 Seruus pro præmio libertatem accepturus quid agere debeat.
68 Iudex ilico crimine comperto, reos punire debet.
69 Reſtitutionis tacitæ bñficio quando quis iuuari poſsit. Princeps beneficium conferẽs incapaci, quando reddat eum capacem.
70 Papa excõmunicato tradens delegatum iudicẽ, an præſumatur eum abſoluere.
71 Mutus principis quo caſu releuet impetrantem.
72 Reſcriptum principis gratioſum omnem abſtergit maculam.
73 Remiſsio à principe verbo ſolo facta eſt valida.
74 Reſtitutio nataliũ trahitur ad omnia ingenuo competentia.
75 Papa ſcienter inhabilem ordinans, non reſtituit eum famæ.
76 Lex ipſo iure bona adimit.
77 Filij non recuperant bona per patris conuerſionem & fidei redintegrationem.
78 Actus conſequentes ad aliud, ſecundum eius, ſcilicet præcedentis, naturam regulari debent.
79 Actio iniuriarum quibus verbis remittatur.
80 Reſtitutio alicui conceſſa, non tollit gratiam alteri cõceſſam.
81 Inimici quibus coniecturis præſumantur reconciliati.
82 Bannitus ſcienter & tolerante ſuperiore habitans in ciuitate non poteſt offendi impune.
83 Dominus falloniam remittere præſumitur qui à vaſallo beneficium recipit.
84 Ciuitas per principem ob culpã bannita, ſi in principis gratiam redeat, non tamen releuatur à banno.
85 Filius offendentis ab offenſo hæres inſtitutus, an omiſſa de patre vindicta poſsit hæreditatem adire.
86 Scientia principis æquipollet expreſſæ reſtitutioni. Reſcriptum quando ex certa principis ſcientia conceſſum eſſe dicatur.
87 Ciuitas bannita per principis reſtitutionem non recuperat bona.
88 Actus ſolennis non poteſt tolli per actum minus ſolennem.
89 Relaxatio banni à principe ſolo verbo poteſt fieri.
90 Filius remaneret præteritus, ſi exhæredatio reuocaretur per ſubſequentem arrogationem.
91 Iura naturalia quare in emancipato exhæredato præualeant.
92 Obſequia principis quid operari ſoleant.
93 Reuelans cõiurationem iuratam in principem factam, licet ſit conſcius, immunis eſt à pœna.
94 Offenſus an iudicetur reconciliatus ſi ab offendẽte obedientiam receperit. Verba ſemper cum ſuo effectu ſunt aſſumenda.
95 Benemerita in principem collata an obtineãt remiſsionem offenſæ tacitam. Arrogatio de alieno prorſus fieri ſolet, non de proximo.
96 Arrogatio quos operetur effectus.
97 Princeps ſcienter ſeruitio vtens offendentis, præſumitur pœnam remittere.
98 Prouincia olim Romanis ſubiecta fuit, ſed iniuria.
99 Dominus ſic propoſitum mutare poteſt, vt ab eo veniat liberatio, à quo proceſsit condemnatio.
100 Forma in quibus abſolutionibus ſit neceſſaria.
101 Actus frequentati in quibus differant à defunctorijs actibus.
102 Animus non demonſtratur perfectè actu vnico.
103 Damnatus de crimine maieſtatis non admittitur ad ſacramenta militaria.
104 Scriptura non neceſſariò requiritur in gratia obtinẽda.
105 Præmium & honor quo caſu à lege reo pro benemeritis tribuat.
106 Princeps reſtitutionem præſtãs poteſtate ordinaria, an reuocet bona publicata &c.
107 Princeps dicta ſua non debet irrita facere. Dignitas ſemper ſuſtinetur principe iubente.
108 Latronum aduentus ac terror incuſſus excuſat ſeruum fugientem.

L. Diuus.

VARIE HAEC LEX interpretatur propter gloſ. in verbo, nec ſolicitudo. quam Dinus hic ſecutus eſt, vt referunt hic Bart. Bald. Ang. & Roma. Ego verò in lectura Dini non habeo quid hic Dinus ſcripſerit, ſed exiſtimo mancam eſſe lecturam Dini quam habeo.

Gloſ. enim vult ideo ſeruos excuſari teſtimonio domini, quia in omittendo ſolùm peccauerant, non autem in committendo, alioquin ſi in committendo aduerſus dominum deliquiſſent, non

1 eſſet in facultate domini remittere: † hæc occiſo-
rum vindicta, quum publica ſit.l.j.ff. de publi.iu
di. pactis priuatorum aut aliter remitti non põt.
l.iuriſgẽtium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.Intereſt em̃
reipublicæ ne delicta impunita remaneant.l.lici-
tatio.§.quod illicitè.ff.de public. & vectig.l. ita
vulneratus.ff.ad legem Aquiliam. dixi in. l. j. in
princi.ſuprà eo.In priuato autem delicto quan-
tum iniuriam paſsi intereſſe poteſt, remiſsio fieri
poteſt.l.qui cœtu.§.qui vacantem.ff. ad legẽ Iu-
liam de vi publica. plenius infrà dicetur. Hæc gl.
interpretatio recepta non eſt à Bar. neque à Bal.
Angel.& Roman. hic & alijs quos nunc recen-
ſebimus. Sed ea vera exiſtente notandus eſt hic
tex.ad id videlicet, morientem in delictis, quæ in
omittendo ſunt, reos ſuæ mortis poſſe excuſare,
ꝓderitq; excuſatio, licet morĩetis accuſatio ꝙtũ
ad condemnandum nocere non debeat.l.ſeq. §.
ſi moriens. In primis contra glo. Barto.mouetur
per.l.ij. C.vt intra cer. temp. quæſt. crimina.ter-
mi.l.qui crimen. C. qui accuſa.poſ. vbi crimina
quæ ſola negligentia committuntur, quia is qui
accuſauit criminaliter, deſiſtit, & ſic in omittẽdo
tantùm peccat, punitur.l.j.ff.ad Turpil.l.fallaci-
ter.C.de abolitio.Secundò ſecundũ eundẽ Bar.
obſtant.l.tranſigere.C. de tranſactio. & dicta.l.
2 iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact. † De quo-
cunq; enim crimine excepto crimine adulterij pa
ciſci ſeu tranſigere licet.ſed id verum eſt in tranſi
gentis, non autem reipublicæ præiudicium.l.j.ff.
de bo.eo.qui ante ſenten.mor.ſibi conſci.l.in o-
mnibus.ff.de præuari. Tertiò, inquit Bart. durũ
eſſet caſum huius Senatuſconſulti quod iure ſin-
gulari ſeruos vult à pœna propter domini teſti-
moniũ eximere qui aliàs grauiter plectẽdi eſſent
ad omnia delicta trahere, contra.l. ius ſingulare.
&.l.quod nõ ratione.ff.de legibus. & quod hoc
ius ſingulariter in fauorẽ ſeruorũ receptũ ſit, no-
rat hũc tex. Bart. primò in his verbis, neq; pietas
pro ſeruis. Secũdò dũ dicit, nec ſolicitudo hære-
des obtinere debet. Sed ad vtrũq; rñdebat Din.
3 vt refert hic Bald. † primò enim grauius eſſe de-
lictum quod committendo ꝙ quod negligendo
fit.l. ſi mora.ff.ſolu.matri.l. lege Cornelia. infrà
eo. Secundò, ꝙuis de quocunq; crimine tranſigi
aut paciſci liceat, etiam ſi in committendo ſit, ve-
rum eſt in tranſigentis ſeu paciſcẽtis præiudiciũ.
Cæterùm ex ea trãſactiõe vel pacto publica pœ-
na remiſſa non eſt ſecũdum glo.hic.l. ſi maritus.
§.ſi negauerit.ff.ad legem Iuliam de adulte.l. ius
publicum.& dicto.§.ſi paciſcar.ff.de pactis. Ex
ea.glo.& Dini interpretatione Roma. hic infert
pactis priuatorum pœnam, quæ fiſco applicat̃,
auferri poſſe, ſi in omittendo ſit, non ſi in facien-
do delinquatur. Addens glo.huic ſimilem in.l.ſi
vſusfructus.§.de præteritis.ff.de vſufructu.& in
4 verſi.deniq;.quẽ ſic inducas, † actio legis Aqui
liæ proprietario aduerſus vſumfructuarium non
cõceditur de his quæ vſufructuarius omiſit, quia
agrum non proſcindit, vites nõ ſubſerit, aquarũ
ductus corrumpi paſſus eſt, ſed alia actio aduer-
ſus eum iudicis arbitrio. actio enim legis Aqui-
liæ vt plurimũ in committẽdo eſt, ꝙꝙ pro omiſ-
ſis quandoq; concedatur.l. qui occidit.§. in hac.
verſi.in eodem crimine.ff.ad.l.Aquiliam.Bal.ta
men alia ratione gloſ.interprætationem non ad-
mittit. Dicit enim, dominũ in hac lege ſeruos nõ
abſoluiſſe, ſed innocẽtiæ teſtimoniũ tantùm pro
ſeruis perhibuiſſe quod eos iure excuſat. alioqn
ſi dominus eos criminis noxios abſoluere vellet,
nequaꝙ poſſet. & id ſequẽtia verba demonſtrãt
purgaſſe officium ſeruorũ ſuorũ, ſcilicet teſtimo
nium innocentiæ eorũ perhibendo. Non obſtat
verbum, abſoluit. Nam Bal.inquit ſecundũ prio
ra recipi debere.l. Titia.§. idem reſpondit.ff. de
verbo.oblig.l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vul
5 ga.& pupil.ſubſti. Ob id Bald.ait, † ſtatuta pe-
nas propter habitã à vulnerato pacem remitten-
tia nõ eſſe rationabilia, ſed à iure prorſus aliena,
Cæterũ vbi in viridi erunt obſeruãtia, in ſuis ter-
minis obſeruari debebũt, non autẽ ad ſimiles ca-
ſus trahi. Roma.hic verũ eſſe confitetur, inquan
tum pœnam remittit, non autẽ in eo quod pacẽ
inducit. tale enim ſtatutũ, quum fauorabile ſit pa
ci conſulens.l.furti.§.pactuſve.ff.de his qui not.
infa. æquum & iuſtũ eſt. Secundò in eo quod eſt
pœnæ publicæ remiſsiuũ, contra iuris rationem
eſt, Non autẽ inquantum priuatã abſoluit, vt ſu-
pradictum eſt per.l.iuriſgẽtiũ.§.ſi paciſcar.ff. de
pact. Tertiò, inquit Roma. ſi pro quolibet con-
tractu ſoluẽda ſit gabella, alioqn cõtractus nul-
lus ſit: etiam pro eo contractu pacis ſoluẽda erit,
ſic vt nec nũmus prætermitti debeat, ſed ad qua-
drantẽ vſq; exigatur, aliàs nullus erit cõtractus.
alleg.dictũ Ange.in.l.Mæuius.&.l.qui hæredi.
ff.de conditio.& demon. Id autem nõ approbat
hic Roma.per.l.res bona.ff.de contrahen.emp.
6 † Secũdò, defectus in modico nõ debet obeſſe.
l.ꝙuis.ff.de condi.& demon.l.pen.ff. de ventre
inſpi. De cuius dicti veritate Alexã. tractat in.l.
in executione.§.ſi ita.ff.de verbo.oblig. Sozi.in
dicta.l.ꝙuis.dum per eos quæſtio fit de emphy-
teota qui integrũ canonẽ excepto vno nummo
ſoluit. pariter & Moder.Papiẽ.in.l.ij.C. de iure
emphy.& in.l.ſi qs autẽ cõduxit.ff.de acq. poſ.
de ea hic plura nõ cõmemorabo, qa locus nõ eſt
opportunus. Sed in reliquis Ro. ſequit̃ Bart.&
Bal.cõtra gl.& Din. Ang.verò ꝙuis Bar.cõſen
tiat, nõ tñ Bar.exempla admittit. Primò dum de
7 Turpiliano locutus eſt Bar. † Dicit em̃ Ang.cri
mẽ Turpiliani in faciẽdo cõſiſtere, inſtitutã ac-
cuſationẽ nõ ꝓſequẽdo. & licet in accuſatũ non
delinquat cõmittẽdo, in rẽ tñ publicã committẽ
do delinqt. Et ꝙuis nihil ad id alleget tu illi ad-
de text.in.d.l.j.contra mouet.&.§.incidit.ff.ad
Tur.l.fallaciter. C.de abo.ne tã facilis pateat ac
cuſatoribus via.l.diuus.ff.de cuſt.reo.l.j.§.fi.ff.
de q̃ſt. Sed nõ puto gl. dignã fuiſſe rephẽſione

Et admiror tam graues patres quod glo. damna
uerint. Nam ſi dominus non conquerendo om-
nem hæredibus accuſandi ſeruos licētiam tollat,
etiam ſi ſub eodem tecto fuerant quum occiſus
eſt dominus. Et non tantùm viam accuſationis
præcludit, ſed ob id quod viuens conqueſtus nō
eſt dominus, parcere eis vult, vt in. §. fin. l. præce-
cedenti dictum eſt: quanto magis igitur dicendū
eſt, ſi dominus officium quod domino impende
re tenentur, vt in. §. hoc autem Senatuſconſultū.
&. §. ſeq. ſuprà. l. præceden. purgauerit moriens:
quia id non tantùm eſt non conqueri de ſeruis,
ſed ab eis omnem nocentiam tollere, quā aduer-
ſus eos Senatuſconſultum ſuſpicabatur, vel quia
forſitā præſentes erant maleficio. §. quum domi-
nus. ſuprà. l. j. vel ſub eodem tecto erant quū do-
minus occiſus eſt. §. eodem autem tecto. ſuprà. l.
proxi. Multo minus igitur hæredes non valent
ſeruos accuſare, quos à culpa dominus prorſus
abſoluit: quamuis poſſet in hoc Bald. interpreta
8 tio recipi, † dum inquit hic dominū ſeruos ab-
ſoluere à culpa, teſtimonium innocentiæ perhi-
bendo, ea ratione ad pœnam trahi non debeant
quam ſolicitè hæredes proſequi poſſent ſeruos
accuſando. Et ob id verbum, abſoluit. in ſuo pro
prio ſignificato poſſe interpretari. Et me mouet
§. fina. l. præcedentis, vt dixi in his verbis, tamen
parcendum illis erit. quamuis enim ſerui in caſu
illius. §. rectè accuſari potuiſſent, veluti rei mor-
tis domini, quia ſub eodem tecto erant quum do
minus occiſus: eſt ſed quia dn̄s viuens non eſt
queſtus, parcendum eis eſt, inquit ille tex. quāto
9 magis ignoſcendum eſt † his quos non eſſe no-
xios ſuæ mortis teſtatus eſt dominus. & iſta con-
ſideratione deberet hæc lex cum priore. §. legi,
prout Ang. hic voluit. Cæteri vtrūq; diſtinguūt
quos ſequutus ſum fortè nō rectè. Et vt vera hu-
ius literæ mens pateat, verba eius diligentius cō-
ſideranda eſſe puto. Nam hoc Senatuſcōſultum
quadam præſumptione ſeruos reos mortis domi
ni eſſe dicit, ſi cum domino erant, aut ſub eodem
tecto quum occiſus aut mortiferè vulneratus eſt
quam lex tollit, ſi poſt illatum vulnus dominus
ſuperuixit, neque conqueſtus eſt, vel vbi eos ab
illa præſumptione abſoluit aut culpam eorum
purgat: ea conſideratione hæredes, qui defuncti
necem vindicare non procurant, excuſarentur ſi
ſoliciti non ſunt, quæſtionē ſeu pœnam à ſeruis
non exigere. §. iuxta. &. §. hoc autem Senatuſcō-
10 ſultum. ſuprà. l. præceden. † Si ergo lex non vult
ſeruos ab hæredibus moleſtari vbi dominus vi-
uens conqueſtus non eſt: multò minus patiendū
eſt vbi moriens eos abſoluit. Hoc vult iſte text.
in his verbis, nec pietas pro ſeruis. Et dicit gloſ.
torquendis vel puniendis. Nec ſolicitudo hære-
des obtinere debet, vt ad pœnam vocētur quos
dominus abſoluit, quia dixerit eos reos ſuæ mor
tis non eſſe. non tantum enim non conqueritur,
ſed prorſus à culpa liberos facit.

Sed quid ſi iudex diligenti inquiſitiōe poſtea
facta ſeruos reos mortis domini vel cōſcios ſeu
fautores vel participes comperiat? Non puto iu-
reconſultum ob domini purgationem à pœna li-
beros facere, quamquam hæredes à pœna huius
Senatuſconſulti abſoluat, niſi alia via compertū
habeāt ſeruos mortis domini reos eſſe. l. ſi vltio.
&. l. quum fratrem. &. l. ſororem. C. eo. titulo: ſi-
cut nec punientur, ſi eos proſequentur quos mo
riens accuſauit: tametſi non ſit ſufficiens domini
morientis teſtimonium ad pœnam inculpādi ſer
11 ui, vt dicet in. l. ſeq. §. ſi moriēs. † Si enim moriē
tis teſtimoniū ad facinoroſi hominis excuſationē
ſufficeret, pœnæ facilimè euitarentur. morientes
enim precibus & blanditijs medio ſacerdotū ſu-
perarentur ſeu placarentur, vt à crimine reos ex-
cuſarent peccata'ue dimitterent, argumento. l. fi.
infrà titulo proximo. &. §. primi. in auth. de teſti.
colla. vij. ſuadere em̄ poſſent ſacerdotes vt offen
ſam dimittant. ſicuti à deo dimitti peccata quiſq;
expectat, vt in dominica oratione, de qua Mat-
thæi. vj. & Luc. xj. ca. Et idem notat glo. in dicto
c. ſi illhic. xxiij. q. iiij. c. ſi contriſtatus. xc. diſtinc.
12 Secundò, † ſi tales remiſſiōe vim aliquā obtine-
rent, in facultate eſſet cuiuſcunque tollere publi
cam pœnam quam nullus remittere poteſt. l. qui
cœtu. §. qui vacantem. ff. ad legem Iuliā de vi pu
blica. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. &. l. ius publi-
cum. ff. de pactis. Tertiò quid ſi dominus ignora
uit ſeruum eſſe criminis conſcium, qui tamen re
vera conſpirationis factæ in dominum particeps
aut autor eſt, quam tamen pro tempore diſſimu-
lauit, vt dictum eſt in. §. excuſantur. verſicu. non
tamen ſemper, & verſi. quid ſi vulnerati ſuprà. l.
proxima. Et cuius ſi dominus notitiā habuiſſet,
13 nequaquam ſeruos abſoluiſſet. † Non puto hūc
tex. ſic intelligi vt tales ſeruos abſoluat: quamuis
de hac re dubitauerit Iac. de ſancto Geor. in ſum
ma feudo. xiij. colum. verbi dictiq; vaſalli promi
ſerunt. Et contra Iaco. p̄dictū pro hac ſententia
facit dicta. l. vtilitatē. ff. de confir. tutor. in his ver
bis, nam patris voluntatē prætor ita accipere de-
bet, ſi non fuit ignarus, ſcilicet eorum quæ ipſe
prætor de tutore comperta habet. & in. l. in con-
firmando. eo. titulo. in his verbis vel morum an-
tè celata vel ignorata emerſerit improbitas. argu
mento eſt. l. fi. ff. de hære. inſti. l. Titius. §. Lucius.
ff. de liber. & poſthu. Et facit quod ſuprà dictum
14 eſt poſt Bal. & Ro. hic † non valere ſtatuta quæ
pœnam remittunt habita cum vulnerato ſeu oc-
ciſo pace quaſi publicam diſciplinam tollētia. l.
licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. & vecti. quæ
ſtatuta malè inuēta dici poſſunt, quū à lege ſint
exorbitantia. §. j. in auth. vt nul. iudi. lice. habere
loci cōſerua. colla. ix. l. ij. C. de noxa. actio. ſed ſi
aliūdè cōſtare nō pōt, ſeruos criminis noxios eē
ſeruis in hoc proderit, vt nō torqueantur aut pu
nian

niantur, neque ab hæredibus occiſi accuſari va-
leant. dicetur in. l. in cognitiõe. & in. l. Caius. in-
frà eodem titulo. Hoc vltimum Frãciſ. Aretinus
nõ admittit in. l. pro hærede. §. finali. ff. de acqui-
renda hæredi. poſt Bar. in. l. damni infecti. c. ſabi
ni. ff. de damno infecto. quum pacem facere in fa
uorem hæredum ſit introductum: nõ potuit vul-
neratus ſeu defunctus remittere. l. penul. C. vt in
poſ. lega. ſtante maxime ſtatuto quod vult pacẽ
15 ab occiſi hæredibus haberi. † Secundò, inuitare
tur alioquin vnuſquiſque ſecundum Bartolũ ad
delinquendũ quũ vulneratus ſpectans mortẽ de
facili pacem faceret & iniuriæ remiſsionem obti
neret. Iſta ratione remiſsioni vulnerati ſtandum
non eſt. l. j. C. de vſufruc. §. j. inſti. de vſufruc. Ter
tiò, quoniam iniuriæ perſecutio hæredi iure hæ-
reditario non competit. l. quæſitum. ff. de ſepul.
viola. l. pro hærede. §. fi. ff. de acquir. hæredi. Et
maximè, ſecundum Bal. in. l. ij. C. de liber. & eo.
liber. Quia ſtatuta de pace facienda loquẽtia, re-
gulariter de hærede, non autem teſtatore loquũ-
tur. Igitur extra perſonam extendi non debent.
l. ſi verò. §. de viro. l. ſi quum dotem. in princi. &
l. ſi mora. ff. ſoluto matrimonio. l. non ab hære-
16 de. ff. de teſta. tutela. Secundò, Bald. ait, † caſus
iſte à ſtatuto ſeu lege omiſſus eſt: ob id debet in
iuris communis diſpoſitione remanere, ſecundũ
quam non licet defuncto publicam iniuriam re-
mittere, per hanc. l. intellige iuncta glo. interpre
tatione: quoniam aliàs hæc lex potius oppoſitũ
ſuaderet in his verbis, nec pietas &c, vt ad pœnã
vocentur quos abſoluit dominus ipſe. & in. §. fi.
ſuprà. l. proxima, in verbo, parcẽdum eis erit. vti
ſuprà dictum eſt. Verum, vt Areti. placuit, Bal.
in contrariam ſententiam inclinat in. l. ij. colum.
iij. C. de liber. & eor. liber. Idem Bal. in. l. j. C. cõ
munia de lega. Motus primò, quia ſtatuta perſo
nam defuncti potius quàm hæredis conſiderant,
quæ per hæredem repræſentatur, & repræſenta-
tio fortior repræſentato eſſe non debet. l. quum
17 aliquis. C. de iure deliber. † Secundò, Hæres ſta
re tenetur factis à defuncto & ea rata habere. l. ſi
ego. §. j. ff. de iure dot. l. in ipſius. C. famil. erciſc.
Et hic eſt tex. & in. §. fi. l. præceden. vt ſuprà ſcri-
pſimus. Ideo voluntas hæredis deſideranda non
eſt, ſed ſola defuncti conſideranda. l. iij. C. de ſer.
expor. Tertiò, cauſa cauſata non eſt fortior cau-
ſante. l. quod ſi minor. §. Scæuola. ff. de minori. l.
codicillis. §. pen. ff. de lega. ij. Quod argumentũ
idem cum præcedente concludit. addit Bal. in di
cta. l. j. C. communia de lega. colum. fi. ſi teſtator
exculpauit reũ nõ eſſe ex indicijs torquendum,
quum pro ſe indicium innocentiæ habeat. l. Pau
lus. §. j. ff. de bo. libert. Si tamen de delicto con-
ſtat, puniendum eum, per hunc text. qui hoc non
probat, & minus dicta. l. Paulus. Quãuis Iaſon
in dicta. l. j. C. cõia de lega. hoc dictum Bal. velu
ti nouum celebrat, per dictam. l. Paulus. prius ta-
men eo dictum Bald. notat Feli. in. c. j. in fi. extra
de præſumptio. Licet à Bal. diſcedat. Nam nec le
ge illa cõprobari poteſt, imò aduerſatur omnino:
18 vt † quamuis ob bene merita patronus liberto li
beram teſtandi facultatem concedat, nihil tamen
noui tribuit. Si hanc legem noſtram cum. §. fin. l.
præcedenti cõiungas, forſitan iuuabit opinionẽ
Bal. ſed non rectè cum Bal. tamen eſt Paulus de
Caſtro in dicta. l. ij. C. de libert. & eor. liber. reie-
cta Bar. opi. quam Rapha. Cuma. in dicta. l. dam
ni infecti. §. ſabini. ff. de dam. infec. durã eſſe ar-
bitratus eſt. Et ob id ad. l. j. C. de vſufructu. & ſi-
miles reſpondent Bald. Paul. de Caſt. Cumanus
& cæteri, qui Bal. ſequuntur, vt in ea. l. hæres nõ
repræſentetur vti hæres, ſed vt quilibet proprie-
tarius. hæc ſolutio eodem modo concluderet in
themate propoſito, vt pax à defuncto habita hæ-
19 redem non ligaret: non dico vt hæredem, † quia
hæres ſequi debet factum defuncti. l. ij. C. ne fil.
pro patre. ſed tanquam quilibet alius de cogna-
tione. Et iſta ratione text. in dicta. l. pro hærede.
§. fi. ff. de acquir. hæredi. dicit filium agentem de
ſepulchro violato licet hæreditario, ob id hære-
dem non eſſe, neq; videri actum hæredis gerere,
quum hæc actio pœnam & vindictam potius quàm
rei perſecutionem continere videatur. Similiter
licet hæres ſpreta pace cũ defuncto habita, agat
cõtra defuncti homicidas, non dicitur veluti hæ-
res agere, ſed vt quilibet alius pœnam & vindi-
ctam criminis perſequi volens, nec voluntatem
defuncti ſpernere, vel hæredis actum agere vide
tur, dicta. l. pro hærede. §. fi. & l. ſi paterfamiliàs.
§. j. ff. de adoptio. l. eum qui. ff. de interdic. & rele
ga. l. vel quæ. ff. de religio. & ſumpti. funerũ. d. l.
pro hærede. §. ſi quid tamẽ quaſi hæres. ff. de ac-
quir. heredi. Ioan. de Imola in. l. iiij. §. Caio. ff. de
verbo. obliga. Et Roma. poſt eundem Imolã in
dicta. l. damni infecti. §. ſabini. cum Bar. ſentiũt,
neq; alijs rationibus à Bar. mouentur, illa præſer
tim, quoniam res mali exempli eſſet, & occaſio-
nem delinquendi præſtaret. Nam faciliter à ſacer
dote aut aliàs pro ſalute animæ moueri poſſent
morientes ad abſoluendos reos. c. placuit. & c. ſi
quis contriſtatus. & cap. neque. xc. diſtinctione.
20 Secundò, † quia quũ ſtatutum illud ſit à iure ex-
orbitans, non debet extra perſonam ſtatuto com
prehenſam extendi. l. ſi extraneus. ff. de condi.
cauſa data, cauſa non ſecuta. In ea. opi. fuit Aret.
in dicta. l. pro hærede. §. finali. ff. de acquir. hære.
Ego verò in caſu ſtatuti conuenio cum Bar. per
rationẽ dictæ. l. pro hærede. §. ſi cuius ratio. pluſ-
quàm ſatis mea opinio abſoluit argumentum. l.
ſi ego. §. j. ff. de iure dotiũ. dum ille text. inqt, ſed
benignius eſt fauore dotiũ neceſsitatem imponi
hæredi cõſentire ei qđ defunctus fecit: qa in ca-
ſu ꝓpoſito nõ vt hæres agit, ſed vt quilibet alius

pœnam & vindictam publicam proſequens. Se-
cundò, in his in quibus aut ſanguis aut perſona
hæredis propter contumeliam teſtatori factam
afficitur, voluntas eius, cui iniuria facta eſt, non
attenditur. l. j. §. fi. ff. de liber. cauſa. in verſic. nam
etiam ſi nolit filius. Mouet me etiã ratio. l. j. §. ſpe
ctat. ff. de iniur. in his verbis, ſpectat enim ad æſti
mationem noſtram ſi qua ei iniuria ſit. Et in. §.
21 quoties. in his verbis, † ſemper enim hæredis in-
tereſt defuncti æſtimationem purgare. Similiter
& iniuriam per illum tex. & in. §. vſqueadeo. ea-
dem. l. in his verbis, vt etiam ſi quis volentem fi-
lium vendiderit. Iſta autem remiſsio teſtatori
proderit propter rancoris dimiſsionem, ſed pu-
blicæ æſtimationis iniuriæ abſolutionem, quam
nemo cogitur remittere, non operabitur. dicto
c. olim. vbi hoc omnes notãt, extra. de iniur. me-
lius in. c. ſi illhic. xxiiij. quæſtio. iiij. c. de occiden-
dis. quæſtio. v. & cap. & qui emendat. xlv. diſtin
ctio. Gloſ. in ca. ſi is qui prælatus. xxiiij. quæſtio.
iiij. Non obſtat iſta lex. & ſimiles, quarum ſuprà
meminimus, quæ plus pro opinio. Baldi vrgent.
effectus nanque huius Senatuſconſulti in conſi-
deratione eſſe debet. In primis ſerui ſub eodem
tecto exiſtentes, vel qui cum domino erant quũ
occiſus aut mortiferè vulneratus eſt, torquentur
propter legis ſuſpicionem, vt inquit. l. j. §. ſi quis
in villa. in his verbis, & qui in ſuſpicionem cædis
ſuprà eodem. illa ſola ratione criminis conſcios
eſſe præſumit, vt hic, et abundantius dixi in dicta
l. j. §. ſed in eo. & §. hoc autem Senatuſconſultũ.
ſuper his verbis, non aliter, niſi conſcij fuiſſent.
22 & verſi. ſeq. & §. iuxta. † igitur vt ab ea ſuſpicio
ne liberi fiant propter contrariam ſuſpicionem
ex domini teſtimonio prouenietẽm excuſantur,
vt hic. Per quem tex. idem notat gloſ. in. l. mater.
C. de calumniato. Excuſat etiam hæredem ſi eius
teſtimoniũ ſecutus proſecutus non ſit eum, quẽ
moriens abſoluit, ſicut excuſatur ſi proſequatur
eum quem defunctus accuſauit. l. Paulus. ij. §. j.
ff. de bo. liber. quam pro fundamento ſuæ opi.
Bal. & Iaſ. aſſumpſerunt, quæ nihil vlterius vult.
Dicam in. l. ſeq. §. ſi quis moriens. & in. l. Caius.
infrà eodem. Per quam comperimus hæredem à
pœna huius Senatuſconſulti non excuſari, ſi illũ
quem teſtator ſuæ mortis reum dixit, hæres non
accuſauit, ſed veluti indignus hæreditate occiſi
priuabitur. Aliud etiam caput huius Senatuſcon
ſulti hæredem indignum hæreditate occiſi facit,
ſi nõ habita quæſtione & ſupplicio à familia ſum
pto hæreditatem eius adierit. l. neceſſarios. §. nõ
alias. infrà eodem titulo. dixi in capite. l. j. ſuprà
23 eodem titulo. † Soliciti ergo eſſe debẽt hæredes
huiuſmodi officium implere. l. j. C. de his quib.
vt indig. l. propter veneni. §. finali. infrà eodem.
alioquin vt ingrati exhæredes fiunt, & fiſco hæ-
reditas acquiretur. l. Caius. infrà eodem. Et il-
la ſolicitudo cuius meminit hæc noſtra. l. abſol-
uit hæredes propter defuncti teſtimonium ſi ſer-
uos non proſequuntur quos dominus excuſare
voluit, dum dicit, nec ſolicitudo hæredes obtine
re debet. Cæterùm vbi aliunde compertũ erit iu
dici, ſeruos criminis conſcios eſſe: nemo eſt qui
dubitet, quominus hæredes accuſare poſsint ſi
voluerint, quum primùm eis de nocentia ſeruo-
rum conſtabit. l. in cognitione. infrà eodem. l. ſi
ideo. C. eodem titulo. Et ad id plurimùm moue-
re debet ratio. l. ita vulneratus. §. quod ſi quis. ff.
ad legem Aquiliam. multa, inquit, in iure ciuili
contra ſtrictam rationem diſputandi pro com-
muni vtilitate recepta eſſe. & c. l. iij. §. vtrum. ver-
ſicu. is quoque. infrà eodem. & ea ratione moue-
tur iureconſultus in dicta. l. pro hærede. §. finali.
ff. de acquirenda hæreditate. ibi, hæc enim actio.
pœnam & vindictã potius quàm rei perſecutio-
nem continet. & in. l. hos accuſare. §. fina. ff. de ac
cuſa. quamuis, inquit illa lex verba primi capitis
legis Pompeiæ de parricidijs, ſeruis non conue-
nient, dum de parentibus & cognatis loquitur.
24 quoniam † iure ciuili nullam habere poſſunt co-
gnationem. §. j. inſti. de ſerui. cogna. l. quod atti-
net. ff. de regulis iuris quia tamẽ. natura commu
nis eſt, ſilr in eos animaduertet. & hoc ſuadet ra
tio publicæ diſciplinæ per illũ tex. l. ſepulchri. in
fi. & l. quæſitũ. ff. de ſepulchro violato. l. j. §. inci-
dit. & verſicu. verum. ff. ad Turpil. præſertim, vt
ſuprà dictum eſt, quãdo ea ſunt crimina quæ nul
latenus remitti debent. l. Caij. ff. de fideicommiſ.
liber. l. præſides prouinciarum. C. de ſer. l. ſin. C.
ad legem Iuliam de vi publica. l. iij. C. de epiſ. au
dien. & in. c. j. de homici. in. vj. Secundò. faciliter
femineces circunduci poſſunt, vt ſuprà dictum
eſt. §. j. in authen. de teſti. l. diſcretis. C. qui teſta.
facere. dictum eſt in. §. hoc autem Senatuſconſul
tum. ſuprà. l. proxima, & in capite huius. l. dixi-
mus. Et facit quod Bar. notat in dicta. l. non ſo-
lum. §. j. ff. de iniur. in. l. ſi tibi decem. §. j. ff. de pa-
ctis. Et quod Cano. omẽs notãt in dicto. c. olim.
25 extra de iniur. † dum de remiſsione facta coram
ſacerdote loquũtur, per quam dicunt rancorem
tantùm remiſſum eſſe, quum non niſi rancorem
dimittere teneamur, non autem iniuriam ipſam
aut damna & intereſſe. d. c. olim. c. & qui emen-
dat. xlv. diſtinctio. cum alijs ſuprà notatis. Bald.
autem diſtinxit in. c. iniuria. de pace tenen. & iu-
ra. firman. colla. x. Cuius diſtinctionem Roma.
hic refert & Alexan. in apoſtil. Bar. in dicta. l. nõ
ſolum. §. j. in verbo, rancorem. Similiter & Mo-
der. in dicta. l. ſi tibi decem. §. j. & l. j. ff. de pact.
Aretinus in. §. finali. poſt gloſ. inſtitu. de iniur.
aut enim, inquit Baldus plena remiſsio facta eſt,
aut ſolus rancor, aut de forma remiſsionis dubi-
tatur. Primo caſu hæres amplius conqueri non
debet, dicta. l. ſi tibi decem. §. j. & l. ſi vnus. §. pa-
26 ctus. ff. de pactis. † quia cum ſacerdos publica
ſit perſona acquirere poteſt abſenti. l. j. §. ius
public

publicum. In his verbis, cuius merito nos ſacer-
dotes appellãt. ff. de iuſti. & iure. c. parrochiano.
extra de parrochijs. & alie. parrochi. ca. quãquã.
de vſur. in. vj. Addit hic Ro. l. pupillus. ff. rem pu
pil. ſal. fore. l. non aliter. ff. de appella. l. Caius. ff.
de vſur. Aret. in dicta. l. pro hærede. §. fi. ff. de ac-
quiren. hæredi. Dictis Bal. addebat non eſſe ha-
bendam rationem abſentiæ ex eo quod officium
charitatis agitur. Ponderat glo. in. c. quoties. cor
dis oculus. j. q. vij. Et vult ponderare glo. in ver-
bo, & per te. in fi. In eadem ſententia eſt Alex. &
Papien. Moder. in dicta. l. ſi tibi decem. §. j. vbi
Moder. dicunt ſe tria nouiter addere, quæ tamẽ
vnico argumento concluduntur, dum de eo lo-
27 quitur Bal. † qui plenam remiſsionẽ fecit, vt om
nem iniuriam remiſiſſe videatur: quia iſtius effe-
ctus eſt hæc dictio, plena. Et ob id dicũt ſi degra
dati presbyteri & priuati bñficio reſtitutio fiat,
non erit ad beneficium trahenda, niſi papa plenè
eum reſtituerit. Alleg. Spec. in titulo de lega. §. j.
verſ. quod ſi degradatus. Io. And. in. c. quamuis.
de reſcrip. in. vj. Secundò, dicunt Alex. & Mod.
ſimplex remiſsio poenæ à principe facta, nõ im-
portat bonorum reſtitutionem, niſi princeps ple
nam gratiam faciat. Addũt Salic. in. l. j. C. de ſen-
ten. paſ. Bal. in titu. de pace Conſtãtiæ. in verbo,
plenitudinem. vbi ergo plena remiſsio fit, omnia
28 remiſſa eſſe videntur. † Tertiò, habens mandatũ
plenum poteſt id facere quod dominus poteſt. l.
procurator cui totorum. ff. de procurato. Adde
melius. l. vel vniuerſorum. ff. de pign. actio. Quo
igitur magis dicendũ qñ plenaria fit à dño remiſ
ſio, cũ ſit fauorabilis duobus prioribus: nõ mul-
tum inſiſto, quia cas ampliore cornu ad vnam &
alteram partem examinauit Iac. de bel. viſu in. c.
j. hic finitur lex, deinde incip. cõſue. regni. colla.
x. qui aliter ab eis ſentire videtur p. l. . j. C. de ſen
ten. paſ. l. quod ſi minor. ff. de minori. Et cum eo
conuenit Luc. de Pen. in. l. cum allegatis. C. de
re milita. lib. xij. Secundò caſu, quando moriens
non eſt vſus terminis prægnãtibus, ſed ſimplici-
ter rancoris remiſsionem importantibus: et dicit
Iaco. prædictus dubium non eſſe. c. in noſtra. &
29 c. olim. extra de iniur. † Sed ſi de remittentis vo
luntate dubitatur, & dicit accipiẽdam eſſe in præ
iudicium iniuriam facientis, vt ſolus rancor, re-
miſſus eſſe videatur. pro eo eſt dicta. l. lucius. §. lu
cius Titius daman. ff. de lega. ij. Quis idem Bald.
hic dicat, omnem iniuriã remiſſam eſſe. Idẽ Bal.
& Pau. de Caſtro in dicta. l. ſi tibi decem. §. quæ-
dam. ff. de pact. Et Paul. de Caſtro ob id reſpon-
det ad autoritatem magiſtri ſententiarũ per Bar.
citatã, vt intelligatur, non quòd teneamur facta
remiſsione communicare cum inimico, niſi inimi
cus petat, ſed tenemur abſolutè remittere: quum
in Euãgelio dicatur, niſi remiſeritis de cordibus
veſtris. In ea opi. fuit etiam Bal. in. l. ſi domus. ff.
de ſeruitu. vrb. prædi. Communior & frequen-
tior opi. eſt in cõtrarium, in dicta. l. ſi tibi decem.
Et per Io. Fab. & Areti. in dicto. §. fi. inſti. de in-
iur. Et cano. in dicto. c. olim. extra de iniur. Ro.
etiã hic dubitauit, an ſacerdos ſit capax ſuſcipien
dæ iſtius promiſsionis ad effectũ remittendæ in-
iuriæ, quum non ſit publica perſona, ſed merus
confeſſor tantum, qui non poteſt duorum perſo
nam gerere. l. ſi plures. ff. de pac. l. ſi conſul. ff. de
adoptio. c. ex literis. extra de probat. ſed alio re-
ſpectu, ſecundum eundem Roma. ſaluari poterit
30 Bal. diſtinctio. † Primò quia liberatio debiti ab-
ſenti facta, illi prodeſt. l. non ſolum. §. ſi liberatio
nis verba. ff. de liber. lega. l. idẽ in duobus. §. per-
ſonale. ff. de pact. Inno. in. c. veniens. extra de re-
nuncia. Aret. alleg. Io. Andr. in. c. ſi cautio. extra
de fide inſtru. & vt dixi ſuprà Franciſ. Aretin. in
hoc conuenit cum Roma. & Roma. conſentit cũ
Guliel. de Cuneo. cõtra Paulum de Caſt. & vbi
rancor tantùm ſpecificè remiſſus eſt, vt iniuria
ex hoc non ſit remiſſa, per dictam. l. ſi domus. ff.
de ſerui. vrb. prædio. ſicut nec damna cenſentur
remiſſa. c. in noſtra. extra de iniur. Addens poſt
Brixienſem vt ſi is, qui remiſit, ſuperueniat, & ſa
nus effectus dicat ſe mortis periculo motum fuiſ
31 ſe ad remittendum, † non poterit tamen actione
iniuriarum experiri ſi actionem iniuriarum re-
miſerit: quia ſemel extincta, reuiuiſcere non po-
teſt. l. qui res. §. areã. ff. de ſolu. & facit pro eis. l.
ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. Hoc idem notat Hen
ric. Bohic in dicto. c. olim. extra de iniur. Tamen
pro opi. Bald. videtur tex. indubius in. cap. exhi-
bita. extra de homicid. dum inquit ille tex. eum à
ſacrorum ordinum ſuſceptione repellas, quod quidẽ
defuncti pater in extremis laborans, tibi & preſ-
bytero cui ſuam aperuit conſcientiam, confeſſus
fuerit, & præſtito firmauerit iuramẽto, nihil ipſum
de morte filij ſui, prout ſibi conſtituerat, commi-
ſiſſe. Et in fine decretalis dicitur, ſi conſtiterit ita
eſſe, ipſum propter hoc à receptione ſacrorum
ordinum non repellas. Cui videtur conformis
tex. in. c. fi. extra de ſucceſ. ab inteſta. vbi plenius
Anto. de Butrio.

32 Ego verò ſto cum opi. Bar. & ſequacium † vt
non ſit ſufficiens illa remiſsio, quæ in foro pœni
tentiali coram ſacerdote fit ad remittendam iniu
riarũ actionẽ, niſi ſubſecuta ſatisfactiõe iniuriæ
paſſo, licet forſan reſpectu remittentis ſatisfa-
ctum dici poteſt: quia omnis rancor et tumor ex
iniuria procedens omnino dimiſſus videatur.

In primis põdero tex. in dicto. c. ſi illhic. xxiij.
q. iiij. dum inquit, ſi illhic vbique hæc acta ſunt
præſentibus vtriſque conſtiterit, & ſatisfeciſſe
Stephanum, & ſupplicatione ſuſcepta eum qui
male tractatus eſt ignouiſſe: ſemel in abolitione
remiſſa punito recidiuo dolore non debet itera-
ri, diuinæ ſecundum imitationem clemẽtiæ, quæ
dimiſſa peccata in vltionem redire non patitur.
33 Ecce † quomodo peccatũ illatæ iniuriæ. dimiſ-

ſum non poteſt dici neque præcluſam vltionis
viam,niſi conſtiterit primò iniuriantem in con-
ſpectu iniuriantis eſſe dum dicit vtriſque præſen
tibus. Secũdò, ſatisfactionẽ proceſsiſſe dum ait,
& ſatisfeciſſe Stephanum. Tertiò , niſi ſupplica-
tione data,dum ait,& ſupplicatione ſuſcepta.Re
miſsio ergo ab iniuriante peti debet ab iniuriam
paſſo.dum dicit,& ſupplicatione ſuſcepta, eum,
qui male tractatus eſt, ignouiſſe. Lucæ. xvij. Si
peccauerit in te frater tuus,increpa illũ: & ſi pœ-
nitentiã egerit,dimitte illi.Quibus ſic cõcurrẽti-
bus remiſsiõe facta ſemel & in abolitiõe remiſſa
punitorecidiuo dolore nõ debet iterari,ſi ea igiẽ
forma remiſsio facta nõ eſt , iterari poterit vltio.
Et in.c.ſi.de pœniten.diſt.v. quã ſic interpreta-
tur,& bene,Hoſti.Henri.Bohic & Anto.de Bu
trio in dicto.c.olim.extra de iniur.dum in illo.c.
ſi.dicitur,aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat.
alioquin pœnitentia iniuriantis Iudæ pœnitẽtia
exiſtimari poſſet,de qua in.c.ſi non licet.xxiij.q.
v.c.Iudas.de pœniten.diſtinc. iij.
34 Secundò quantumcunque † pœnitentialiter ali-
quis abſolutus ſit,illa tamen pœnitentia in con-
tentioſo iudicio crimen non abſoluit.c. admone
re.xxiij.q.ij.Glo.& Archi.in.c.quum periculis.
vij.q.j.c.primum.xxv.diſtinc.c.nunquam.lvj.di
ſtinc.c.gaudemus. de diuort. niſi publica fuerit
pœnitentia quæ loco contentioſæ ſuccederet.c.
tuæ.extra de procura.c.aliud.xj.q.j. de quo per
Anto.poſt gloſ.in.c.de his.extra de accuſa.Ter-
tiò,ad id in pœnitentiali foro ſacerdos inducitur
vt pœnitenti boni rectiq; conſulat,quantum ani
mæ expediat,non quantũ in iudicio forenſi cõſe
rat.c.ſi ſacerdos.extra de offi.ordi. Et ſic in actu
pœnitentiæ rectè perſonam publicam induit , vt
quæ ad ſalutem animæ conferunt ſedulus procu
ret. c.omnis. extra de pœniten.& remiſ. ad forũ
ergo eius de his quæ foris ſunt nõ curat eccleſia,
vt notat Archi.in.c.dictum.in expeditione glo.
primæ.xciiij.diſtinc.ſed quum rancor animi ille
ſit qui animam lædere poſsit, anime ſatisfactum
eſt, ſed nõ intereſſe:quod propter iniuriã offen-
ſus paſſus eſt.dimiſſum ergo nõ eſt ſalariũ quod
medico aut cirurgico , propter medicamenta
quæ præſtari neceſſe eſt,debetur.c.olim.&.c. in
noſtra.extra de iniur.c.ſi quis prælatus. xxiij. q.
iiij.&.q.v.c.de occidendis.alia conſideratio poſ
35 ſet haberi, † quum ea quæ à pœnitente confeſſa
ſunt,reuelari non debeant,dicto.c.omnis.& ca.
hoc videtur.xxij.q.v. Dicã plenius in.l.pen. in-
frà eodem.niſi ex voluntate confitentis ſeu pœ-
nitentis hoc fieret ſecundum Henricum Bohic
in dicto capit.omnis.allegans beatum Thomam
in.xxiij.diſtinctione. Et verum eſt , nemini tunc
præiudicium afferri. Hoc dicit Archidia. in cap.
quanto.ij.quæſt.iiij.Alleg.ad id tex.in.c.ni capi
te.l.diſtinctio.c.ſi peccauerit.ij.quæſt.j.c.nemo.
extra de ſymonia. Et quod notatur in ca.nuper.
&.c.teſtimonium. extra de teſtib. Ex his igitur
vt teſtis tantum deponet conſentiente pœniten-
te, & vim teſtis ſolum obtinebit . Non poteſt
igitur obſtare ſi dixeris ſacerdotẽ perhibere de-
bere teſtimonium eorum quæ moriens teſtando
donauit.c.relatum.extra de teſta. quamuis de iu-
re ciuili aliud ſit.l.repetita.C. de epiſco. & cleri.
36 quoniam † non poterit eius depoſitio vlterius
operari,niſi quod dictum ipſius ſacerdotis ſicut
cuiuſuis alterius teſtis reciperetur ad probandũ
defunctum iniuriam remiſiſſe.alioquin impunis
nulla ſatisfactione ſubſequente facinoroſus pœ-
nã euaderet: quod & à diſciplina eccleſiaſtica &
ciuili & publica alienum eſſet, quæ voluit crimi-
na puniri vt ſuprà dictum eſt. ſed hoc argumẽtũ
nõ concludit,vbi offenſus palã cõfiteretur remi-
ſiſſe vel reũ abſoluiſſe vt hic & dicto.c.exhibita.
extra de homici.ſed primũ concludit quia quam
tũ ad animam iudex eſt, non autem quantum ad
intereſſe paſſum. Iam quiſquis ſit qui iniuriã paſ
ſus eſt ſiue prælatus ſiue priuatus, nõ tenetur in-
iuriam remittere,ſecundum Hoſtien. Anto.Ioã.
Andr.& omnes in dicto.c.olim extra de iniur.c.
ſi quis contriſtatus.xc.diſtinc.dicto.c.ſi illhic.&
c.ſi quis prælatus.xxiij.q.iiij.& dicto cap.& qui
emendat.xlv.diſtinc.ſed ſolum odium ſeu ranco
rem animi,dicto.c.quũ in lege. xxiij.q. iiij.c. in-
ter verba.xj.q.iij.quare non poſſet Bal. ſuprà re
lata diſtinctio conuenire. Nec vim facio an præ-
ſente ſacerdote,an quouis alio teſte moriens di-
xerit ſe plenam remiſsionem facere. ex hoc enim
ſatisfactio remiſſa non eſt. Nec mouere põt ver-
bum, plena,corã ſacerdote ſeu quouis alio teſte
prolatum, per ſuprà dicta . tota ergo vis noſtræ
37 diſputationis erit, † an defunctus iniuriã remit-
tens, offendẽtem abſoluat,ſi ſe plenam remiſsio-
nem iniuriæ ſibi illatæ facere coram pluribus di-
xerit.an verbum, plenum.ſeu, plena.remiſsionẽ
integralem ſatisfactionis operabitur , ſtante ſta-
tuto quòd pœna ab hærede remiſſa vim faciens
minus puniatur. Et non poteſt verè dici ab hære
de factam eſſe remiſsionem,ſi defunctus dimiſit.
perſona enim defuncti per ſtatutum non eſt con
ſiderata, per ſuprà dicta. reducetur ergo iuxta iu
ris communis terminos,quibus hæres licet pro
hærede aliter ſe non gerat, agere tamen poterit.
l. quæſitum.ff.de ſepul. viola.l.pro hærede.§. ſi.
ff.de acquir.hæredi.dum inquit dicta.l. quæſitũ
& ſi per hæreditatem obtigit hæc actio. Et licet
hæc dictio,plenam.aliquid addere videatur,ſecũ
dum ea quæ in.§.j.l.j.ſcripſimus poſt Feli.in.c.
auditis.iij.colum.extra de præſcrip. tamen quan
tum eſt ad liberationem,eiuſdem effectus eſt re-
miſsio indefinitè facta,per rationem dictæ.l.non
ſolum.§.ſi liberationis verba.ff. de liber. legata.
&.l.Arriani.ff.de actio.& obligatio. Hoc etiam
in ſimili voluit hic Romanus dicere, dum alleg.
glo.

glo.in dicta.l.non ſolum.§.ſi liberationis verba.
38 ff.de liber.lega. † Indefinita em̃ æquipollet vni-
uerſali.l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruitu.vrbanor.prædi.
Quare vt abſoluam verum huius legis ſenſum,
dic primò cum glo. hanc legem intelligi de deli-
cto ſeruorum in omittẽdo cõmiſſo:et id duobus
modis ex hoc text. verificatur. Primò, quoniam
hæc lex ad comprobationem eorum quæ in.§.ſi.
l.præceden. dixerat de ſeruis qui ſub eodẽ tecto
erant, loquitur quũ mortiferè vulneratus eſt do-
minus.& id videtur continuare in hac lege, dum
in ea dicitur, poſtea quàm cõterritus aduentu la-
tronum profugerat in villam ſuam vulneratum
eſſe. & ſic inopinatè dñs à latronibus aggreſſus
cum ſeruis aufugit, quare ſeruos latronum con-
ſcios non fuiſſe neque participes cognouit domi
nus. & hac ratione domini teſtimonium receptũ
eſt, tanquã conueniens. Igitur pro ſeruis ea præ-
ſumptio eſt quòd nõ ab eis, ſed à latronibus ſuiſ
ſet vulneratus, vel quũ dominus territus in villã
profugerat, quamuis ſerui in villa forſitan eſſent
quum dominus aufugit, nõ in ea villæ parte erãt,
in qua domini vocem exaudire poſſent, vt dictũ
39 eſt in.§.ſi quis in villa.ſuprà.l.proxi. † Non mi-
rum ſi ſeruos abſoluit, ex quo aliter criminis par
ticipes non inuenit, dicta.l.j.§. ſerui.verſi.ſed in
ea.ſuprà eo. Secundò, dum dicitur in hac.l. mox
in teſtamento ſuo purgaſſe officium ſeruorũ ſuo
rum quod erat defendere dominũ, vt ſuprà dictũ
eſt, quod facere omiſerunt, cum non potuerint.
Non obſtat quod Bart. de Turpilliano hic me-
minit. falſò enim accuſans, non ob id tantùm q͛d
omiſerat accuſationẽ proſequi, punitur: ſed q͛d
falſò accuſauit, aut præuaricatus eſt. & ſic ꝑpter
illud primò factum punitur, demũ quod omiſit
proſequi. quomodocunque etiam deſiſtat aut ca
lumnia aut præuaricatione ſeu tergiuerſatione
ſemper agit, & pondero.l.j.in prin.ff.ad Turpil.
Primò dum in ea dicit̃, calumniari, eſſe falſa cri-
mina intendere, & ſic in faciendo peccat. Secun-
dò, præuaricari, eſſe vera crimina abſcondere, eo
quòd proprias probationes diſſimulat, falſas ve
rò excuſationes admittit, & ſic in facto delinquit
dicta.l.j.§.præuaricatorẽ eſſe. Tertiò, tergiuerſa
ri, eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere: hoc
modo nõ agendo falſum cõmittit.l. Paulus.ver-
ſicu. Paulus.ff.ad.l. Cor. de fal.in his verbis, vel
vt verum non appareat quid celauerint, ſurripue
rint, deleuerint, ſubiecerint, reſignauerint. Qui-
bus verbis apparet peccatum eſſe in omittendo
& propter factum vel cõmiſſum de falſo puniri.
&.l.j.§.qui in rationibus. ff.eo.ad.l.Cor.de falſ.
in his verbis, vel rem amouerint. Et dicit glo. &
bene, id eſt, fecerint vt verum apparere non poſ-
40 ſit. † qui ergo hoc modo in vniuerſum ab accuſa
tione deſiſtit, rem dicitur amouere, id eſt, iudiciũ
ipm̃ criminis amouere: q̃a q̃ ſubtrahit ſic facit vt
veritas patrati criminis nõ eluceſcat, & in facien-
do falſum committit. Ex his non videtur verum
dictum Bal. in.l. fina. C. de crimine ſtellio. dum
differentiam ſic inter maleficium & delictum cõ
ſtituit, vt maleficium delictum quod in omitten-
do eſt, non comprehẽdatur: quod falſum eſt, per
prædicta, &.l.omne delictum.in princi.&.§.con
tumacia.ff.de re militar.&.l.contumacia.ff.de re
iudica. Miles omittendo comparere, maleficium
dicitur committere, dicta.l.omne delictum. dum
inquit, omne delictũ eſt militis quod aliter quàm
diſciplina cõmunis exigit, committitur: veluti ſe-
gnitiæ crimen, contumaciæ vel deſidiæ. Et nota
41 verbum, committitur. † qualiter deſidia, ſegni-
tia & contumacia inter delicta, quæ in cõmitten-
do conſiſtunt, connumerantur. Idem in eadem
l.verſi. exploratores. in his verbis, vel metu ho-
ſtium languorem ſimulauit. Inde diuus Auguſti
nus in expoſitione pſal. Delictum meum cogni-
tum tibi feci, inquit, delinquere propriè eſt de li-
quido quodam defluere à ſtabilitate virtutis &
iuſtitiæ. Adde quod notat Bald. in.c.j. colum.ij.
ſi de inueſti. inter dominum & vaſal. lis oria. col-
la.x. dum inquit, de teſte iurato veritatem dicere
quam poſtea examinatus, teſtificari recuſat: noce
te, inquit, deſiderat.l. presbyteri. C. de epiſco. &
cleri.l. Lucius.ff.de his qui notantur infa. c. quũ
dilecti.extra de accuſa.& ſic omittendo agit, vel
etiam cõmittendo, vt ſi cũ volo inſtrumẽtum fal
ſum probare, ſubtrahis aliud inſtrumentum, aut
celas, quominus veritas appareat, furtum com-
mittis, & falſum. dicta.l. Paulus.ff.ad.l. Corn.de
falſ.l.ſi ſeruum, §. prætor ait.verſi.amouiſſe.ff.de
42 acquir.hæredi. † Vel ſi falſò accuſatio facta eſt,
prius accuſando deliquerat, & ideo pœna falſi
& ſenatuſcõſulti Turpiliani tenetur: quia tũc ca
lumniatus eſt. nam falſum crimen intendit. Non
obſtat.l.tranſigere. C. de tranſactio. quæ ſecun-
do loco adducta eſt per eos. Licet enim pro cri-
mine tranſigi poſſit in præiudicium tranſigentis
ob id tamen pœna criminis remiſſa non eſt, vt
hic glo. inquit, & bene.l. iuriſgentium.§.ſi paci-
ſcar.ff.de pact.hoc etiam Barto. bene præſenſit,
ſed nõ videtur mihi verũ quod ipſi dicũt tranſi-
gentem pro confeſſo non haberi. et hæc dico per
l.tale pactum.§.qui prouocauit.in verbo, veluti
confeſſi.ff.de pac. verum eſt autem ſi de crimine
aliter non conſter contra tranſigentem, quàm
per ipſam tranſactionem, tranſigentem pro con-
feſſo habendum nõ eſſe.l. quoniam qui paciſci-
tur.&.l.furti.§. pactus've.ff. de his qui notantur
infamia. l. tranſigere. C. de tranſactio. Et facit
quod diximus in.l.j.§.illud. ſuprà eodem.l. inde
Neratius.§.fina.&.l.proinde.ff.ad legem Aqui-
43 liam. † ſed vbi aliàs de delicto conſtat, tranſigen
do confitetur, dicto.§.qui prouocauit. Et ſic con
feſſio cũ alijs probatiõibus ſeu indicijs, ſi al's vr-
gent, cõcludit in tranſigentẽ, vt in.l. in fiſci.&.l.
eius qui delatorem. in princi.ff. de iure fiſci. Nec
in oppoſitũ mouere pot̃, ſi dixeris licere cuicũq;
ſanguinẽ ꝓprium redimere.l.j.ff.de.bo.eo. q̃ ante

ſenten.mortem ſibi conſci. &.l.in omnibus.ff.de
præuarica. quoniam, vt aliquando dixi in.§.ſi ſi-
bi manus. ſuprà.l.j. per illos tex. Non ex hoc ex
cuſatur qui tranſegit : quamuis Bald. in dicta.l.
tranſigere.multum torſerit hanc.l.dum in ea pro
batum eſſe affirmet tranſactione delicti pœnam
totaliter extingui: quæ de tranſactione nõ loqui
tur,licet pro concor.alleg.l.ſed ſi vnius.§.ſi ante
iudicem.ff. de iniur. quæ tamen hoc non ſuader,
niſi quantum priuati intereſſet,ſecũdum glo.no-
ſtram hic. & ita intelligetur dictus.§.ſi ante iudi-
cem.verſi.nam & ſi nuda.hic autem tex. legis no
ſtræ non poteſt in tranſactione verificari, vt di-
44 xi. † Hæc enim diuerſa ſunt tranſigere vel paci-
ſci,& delictum remittere aut teſtimoniũ rei actæ
perhibere, vt pulchrè notat glo. in. l. ſi maritus.
§.ſi negauerit.in verbo,non audiendum.ff. ad.l.
Iul. de adulter. Cui adde.l.cõuenire.ff.de pac.do
tali.Secundò,dum Bal.dicit in hac.l.probari ro-
bur dari concordiæ ſeu tranſactioni à ſtatuto ſeu
lege permiſſæ. Nam hæc lex iſtud non probat:
tametſi dictum in ſe verum ſit.quicquid enim le-
ge permittente,pœnã non meretur.l. Gracchus.
C.ad.l.Iul.de adulter.l.quis ſit fugitiuus.§.apud
Labeonem.ff.de ædili.edicto.Fugitiuus,inquit,
non eſt qui id facit quod publicè licere arbitra-
tur.Tertiò,dum Bald. ex hoc text.probari affir-
45 mat † tranſactionem de crimine criminaliter in-
tentato,quantum ad pœnam ſeu pœnæ liberatio
nem in præiudicium fiſci factam,nõ eſſe alicuius
momenti, neque etiam confeſſionem, vbi aliter
de veritate apparet.l.quum falſa.C. de iuris & fa
cti ignoran.& in dubio præſumatur per cõfeſſio
nem offenſi fieri quando offenſus aduerſarĳ do-
lum abeſſe confitetur, niſi facti qualitas manife-
ſtè oppoſitum declaret.l.j.ff. ad.l. Cor.de ſica.l.
quæro.§.fina.ff.de ædili.edicto.hoc elici non po
teſt ex hoc tex.licet in eo dicatur ad pœnam non
vocari quos dominus abſoluit, non confeſſione
ſed depoſitione magis,ſecundũ Bal.hic:quia do
minus perhibẽdo facti teſtimonium in fauorem
ſeruorum eos abſoluit.ſimili elocutione vti vide
tur.l.quæſtionem.C.de fideicõmiſ.in his verbis,
quum ipſe ſibi iudex & teſtis inueniatur.l.quum
quis decedens.§.codicillis.ff.de lega.iĳ.l.Theo-
pompus.ff.de dote præleg. dictum autẽ in ſe ve-
rum eſt per dictam. l. quæro. &.l.quum proba-
tio.ff. de probatio. Etiam Bald. alleg.l. qui Sti-
chum.&.l.ſi is cum quo.ff. de confeſſio. Cæterũ
ex his dici non poteſt aliquid in hac lege ſpeciale
eſſe, quicquid Bart.ſentiat,ſed magis commune
ius eſſe. Et id puto verum per prædicta. Et Mo-
der.Papien.in dicta.l.transfigere.colum.ĳ.in fi.
C.de tranſactio.Notant glo.huius.l.ad limitatio
nem dictæ. l. tranſigere. dum in illa lege dicunt
46 probari, † in publicis delictis pœnam ſanguinis
non ingerentibus, tranſactionem licitã non eſſe,
ne impunita ſint delicta,vt illa regula, in delictis
in committendo conſiſtentibus non obtineat, in
quibus tranſactio permittitur: quamuis tranſigẽ
tes punientur ſecundum gloſ.huius legis,quam
ob id alibi non eſſe aſſerunt, poſt Bal. in.l. iuriſ-
gentium.§.ſi paciſcar.ff. de pact. eundem Bal.in
rubrica de treuga & pace. & in.c. quoniam fre-
quenter. v. colum. extra vt lite non conteſtata.
quamuis Bar.& Bal.hic ſecus ſentiant:non puto
gloſſam poſſe interpretari vt neceſſario de tranſ-
actione intelligatur, ſed generaliter gloſ.loqui-
tur de remiſſione ab occiſo facta ſiue tranſactio-
ne,ſiue quocunque alio modo: vt ſi delictum eſt
publicum,& in faciendo conſiſtat, ab occiſo pœ
na remitti non poſſit.In omittẽdo verò aliter di-
cendum eſt : quoniam remittere poterit. Ratio
47 glo.eſt, † quia vbi publicũ eſt delictũ, vnicuiq;
de populo actio competit.l.j.ff. de public.iudic.
ſi publicum eſt delictum, & vnicuiq; de populo
competit.Non conſideratur quod quis hæres ſit
vel non ſit: quia hæres agendo ad publicam vin-
dictam, conſiderandus non eſt vt hæres, ſed vt
quilibet de populo.Ideo agit vt quilibet alius ha
bens ius agendi,non obſtante remiſſione defun-
cti, qui non potuit remittere in præiudicium iu-
ris publici,dicta.l.ius publicum.ff. de pact.l.qui
cœtu.§.qui vacantem.ff.ad.l.Iuliam de vi publi.
l.pro hærede.§.fina.ff.de acquir.hæredi.Igitur à
contrario ſenſu ſumpto glo. dicto,ſi priuatũ de-
lictum eſt, & priuatus ſolus iniuriam paſſus ſit:
remittendo iniuriam offendentem abſoluit, di-
cta.l.ſed & ſi vnius.§.qui ante iudicẽ. verſi. nam
& ſi nuda.ff.de iniur. Nec hoc modo agere pote
rit hæres,per ea quæ dicta ſunt in.§. fin.l. præce-
den.quia remiſſione iniuria remittitur:et id verũ
eſt. Ideo ſic ſumatur hæc lex ſecundum glo.intel
48 lectum & verum, † in delictis quæ in omitten-
do conſiſtunt ſicut remiſſione expreſſa vel tacita
à defuncto facta, hæres queri non poteſt : multo
minus ſi vltrò innocentiæ teſtimonium defun-
ctus perhibeat.h.d.Non obſtat quod nouiſſimo
loco per me pro opi.Bald. relatum eſt, primò.c.
exhibita.extra de homicid.quod Inno. intelligit
dupliciter.Primò, vt ille tex. intelligatur diſpen
ſatiuè:hoc non conuenit.Secundò,non diſpenſa
tiuè,quia ictu lapidis infans percuſſus non eſt:&
ſic homicida dici nõ poteſt. Cui adde.l.qua actio
ne.§ fina.&.l.item ſi obſtetrix.in princip.ff.ad.l.
Aquiliam.non enim occidit,licet mortis cauſam
præbuit,dixi aliàs in.l.j.§.excuſantur.ſuprà eod.
vel dic melius, quia alĳs indicĳs veritas ſecutæ
mortis detecta eſt, quàm cõfeſſione patris infan-
tis occiſi,non autem ipſius infantis. Primò,quia
puer & ludens, non autem ledendi animo lapi-
dem proiecerat. Secundò, lapide percuſſus non
fuerat infans, ſed timore lapidis proiecti fugien
do in lapidem corruit. Tertiò, pater curam filĳ
non habuit, quia laboribus & ſudoribus expo-
49 ſuit. Quartò, medici incuria. † Quintò, quaſi
teſtis non tantùm à præsbytero, verumetiam ab
ipſo epiſcopo de cauſa irregularitatis cognoſcẽ-

te mo

te morientis teſtimonium ſuſcepit, exacto à mo-
riente iuramento. Minus probat. c. fina. extra de
ſucceſ. ab inteſta. Nam vt illhic Anto. de Butrio
inquit, illa confeſſio indicium fecit, quamuis ad-
huc ille actus de quo in illa decretali dicitur, fue-
rat religioni fauorabilis, & de facto ipſius teſta-
toris ſolùm, non tamen recepta eſt morientis cō-
feſſio niſi cum adiumēto aliarum probationum,
vt aliquando dixi in. l. j. ſuprà eodem.

Nota igitur hanc legem debere ſic legi, vt ne-
ceſſario continetur ad. §. fina. l. præceden. in quo
dictum eſt, hæredem non poſſe de ſeruis conque
ri, ſi viuens dominus queſtus nō eſt, etiam ſi ſub
eodem tecto fuerint quum dominus mortiferè
vulneratus eſt. Et ſic ſerui in omittendo ſolùm
peccauerāt, non in committeno, dum inquit ille
tex. etiam ſi ſub eodem tecto fuerint, tamen par-
50 cēdum illis erat. † Tacita ergo domini remiſſio-
ne delictum quod ex negligentia cauſatū eſt pur
gatur, nō autem ſi criminis aliter conſcij aut par-
ticipes ſerui inuenti ſunt. Hoc probat dictio, etiā
ſit. vt non videatur grauiorem cauſam expreſſa
velle comprehendere. l. ſi fugitiui. et illhic glo. in
verbo, alia. C. de ſer. fugiti. dum alleg. l. hodie. ff.
de pœn. l. circuncidere. in princi. verſi. at non in
eiuſdem. &. §. fin. ff. ad. l. Cor. de ſica. l. iij. §. item
ſi quis impoſturā. &. §. ſolent. ff. de crimi. ſtellio.
de quo in. l. doli clauſula. ff. de verbo. oblig. Eo-
dem modo in hac lege iureconſultus loquitur,
quando in omittendo ſolùm ſerui peccauerunt,
non autem ex propoſito aut aliàs faciendo deli-
querunt. Primò volo ponderare verbum, conſti
terit. in epiſtola diui Marci poſitum, quod pro-
bat deſcripta in ea, re vera ita comperta fuiſſe:
vt in ſimili dicitur in. l. eius qui delatorē. in prin.
ff. de iure fiſci. &. l. hoc autem. in princi. ff. quib.
ex cauſis in poſſeſ. eatur. in his verbis, liquere cō
ſtare deber prætori. Sed quid cōſtitit Piſoni pro
uinciæ præſidi? Iulium, inquit, donatum aduētu
latronum territum fuiſſe, & fortuito caſu à latro
nibus occiſum. l. ſi vt certo. c. j. ff. commodati. l.
item quæritur. §. exercitu. ff. loca. & conducti. §.
item is cui. verſicu. alioquin. Inſtit. quibus mod.
51 re contra. obliga. † Non igitur à ſeruis, ſed à la-
tronibus, neque ſeruos in culpa fuiſſe inuentos
circa latronum aduētum, ſicuti deſideratur ante
quàm in culpa aut dolo eſſe poſſint. l. ſi merces.
§. culpæ. ff. locati & conducti. l. in his rebus. in
princip. ff. ſolut. matri. & pro ſeruis præſumptio
erat, non potuiſſe eos latronum impetum ſuſtine
re, vt dicitur in dicta. l. item quæritur. §. exercitu,
Hoc idem præſentit hæc lex, in his verbis, profu
gerat in villam ſuam. exiſtimabit enim dominus
fuga ſalutem ſuam conſeruare, vt dictum eſt in. l.
j. §. iuxta. verſicu. potuiſſe. ſuprà eodem. Et no-
tatur in. c. j. per Bal. & alios, quibus mod. feud.
amit. colla. x. dicetur abundantius in. l. lege Cor-
nelia. infrà eodem. Exemplo ſunt Florentini, ſe-
cundum glo. in. l. j. C. vnde vi. quorum meminis

glo. in. l. omne delictum. §. j. in verbo, metu ho-
ſtium. ff. de re milita. Quartò. dicitur. mox teſta-
mento facto purgaſſe officium ſeruorum, quod
erat tuendi dominū, præpoſita domini ſalute, di-
cto. verſi. ſerui. & verſic. potuiſſe. ſuprà. l. præce-
den. De cuius dictionis, mox. virtute vide glo. &
Bar. in. l. j. ff. de reb. credi. in. l. tutores. j. ff. de ad-
miniſt. tuto. in. §. j. in authent. de inceſt. nupt. col-
la. ij. copioſius Moder. Papien. in. l. ſi arrogator.
52 iij. colum. in fi. ff. de adoptio. † Sed quomodo
purgauit? quia innoxios eſſe dixit, perhibuitq;
teſtimonium rei actæ. dixerat enim ſeruos vnà cū
latronibus non fuiſſe, neq; eo loco vnde potuiſ-
ſent auxilium domino ferre: vel quod rectè cum
dño ſuſtinuerāt, quacunq; hypocriſi vel ignauia
poſtpoſita, vt in. §. tuliſſe. ſuprà. l. proxi. dictum
eſt, quod domini fidele teſtimonium quaſi recti
teſtis & iudicis ſeruos abſoluit, ſeu abſoluere de
bet, vt parcatur eis. Ratio eſt, quia ſi viuens do-
minus de ſeruis non eſt conqueſtus, neque hæres
queri poteſt, cū diſſimulatione iniuria ſeruis re-
miſſa eſt: multo magis ſi dominus non ſolùm nō
eſt conqueſtus, ſed vltro fidem dedit ſuo teſtimo
nio rectè ſeruos debitū officiū impleuiſſe. abſol-
uit ergo eos pietas, quæ ꝓ ſeruis eſt, ne indebitè
torqueantur aut aliter vexentur. l. item apud La-
beonē. §. quæſtionis. &. §. prætor ait. ff. de iniur.
53 l. nec ſi mors. C. de quæſtio. † Non autem intel-
ligatur, dominum voluiſſe ab omni culpa ſeruos
abſoluere, ſi aliunde ſeruorum malitia detegi po
teſt. l. in confirmando. &. l. vtilitatem. ff. de con-
firman. tutor. quia hoc ignorauit. Nec ſolicitudo
hæredum, quæ circa detegendam domini mortē
verſatur, ſeu verſari debet hoc ſenatuſconſulto
q̄ſtione videlicet habita, & ſumpto à familia ſup
plicio, quæ autoritate huius ſenatuſconſulti deſi
deratur, ſeruos ad pœnā vocare debet, quos do-
minus abſoluit, non ſolùm non conquerēdo, vt
in. §. ſi. l. præceden. ſed eos à dolo & culpa excu-
ſando: niſi, vt dictum eſt, errore ductus & ſedu-
ctus dominus ſic teſtatus fuerit. hoc notat etiam
Bal. in. c. j. quo tēpore miles inueſti. pete. debeat.
quo comperto diſceditur à defuncti voluntate.
interim verò excuſatio erit hæredibus, donec ali-
ter conſtiterit, propter præſumptionem à domi-
ni excuſatione procedentem. legis enim interpre
tatio eſt, vt ſi mores ſerui incogniti domino fuiſ-
ſent, vel talis ſeruorū ſæuitia domino cælata non
fuiſſet: teſtimoniū nō perhibuiſſet, neque ſeruos
excuſare voluiſſet per illos tex. & dictam. l. Pa-
cumenius. ff. de hæred. inſti. l. Titius. §. Lucius. ff.
de liber. & poſthu. et ideo iudex inquirit, vt in. c.
j. &. ij. extra de colluſio. detegen. l. ij. C. de aboli-
54 tionibus. † Solet à pleriſque hæc lex ad id nota-
ri, vt moriens reum quocunque crimine accuſa-
tum excuſare poſſit, & intantū excuſare, vt quæ-
ſtio de eo haberi nō poſſit. Idē notauit Bal. in. l.
j. C. cōmunia de lega. dixi ſuprà. ſed melius hic
tex. probat quouis alio tex. per Bal. allega. Nam

ſerui ſi dominũ non iuuerint, torqueri & ſuppli-
cium de eis ſumi debẽt: ſed hic dominus, quia ſer
uos excuſauit, à quæſtione & quacunq; alia pœ-
na abſoluit. hoc dicit hic tex. in his verbis, pietas
pro ſeruis. & gloſ. addit, torquendis. Adde text.
& glo. in. l. inter omnes. §. rectè. in verbo, verun-
tamen. ff. de fur. ex eo enim quòd quis dicit ſe in-
uito furtum factum non eſſe, ceſſat furti actio:
aliàs non conueniret diffinitio cum diffinito. vo-
lenti enim iniuria non fit. l. j. §. vſqueadeo. ff. de
iniur. & eo magis ſi inuito ſe facta ſit: diſſimula-
tione tamen extinguitur. l. non ſolùm. §. j. & l. ſi
vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. & hic, &
in. §. fin. l. præceden. cum alijs ſuprà notatis. ali-
quibus autem non videtur hoc eſſe conueniens.
55 Nam † ſi hoc paſſim admitteretur, in facultate
cuiuſque iniuriam paſſi eſſet à pœna reum abſol
uere: quod iniurioſum eſſet Reipublicæ. hoc di-
cit Bartolus in dicta. l. non ſolùm. §. j. ff. de iniu-
rijs. & in dicta. l. j. §. vſqueadeo. eodem titu. præ-
ſertim ab his qui blanditijs faciliter induci & mo
ueri poſſunt, quales ſunt morientes, qui ſecundũ
eundem Bar. à ſuis ſacerdotibus ſolicitantur ob-
tinere reatuum abſolutiones. c. ſi quis contriſta-
tus. xc. diſtinct. idem Bar. notat in dicta. l. non ſo
lùm. §. j. mouent enim, & rectè, eos ea quæ ſeribũ
tur Matthæi. v. Diligite inimicos veſtros, benefa
cite his qui oderunt vos, vt ſitis filij patris veſtri
qui in cœlis eſt. ſequitur in eodẽ euangelio Mat
thæi, Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mer-
cedem habebitis? nonne & publicani hoc faciũt?
& ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid
amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Et
vltra id Luc. vj. additur, Qui te percuſſerit in ma
xillam vnam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui
aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli pro-
56 hibere. † Et Paulus ad Roma. xij. inquit, Mihi
vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. ſed
& ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, da
illi potum. De his omnibus eleganter ſcripſit di-
uus Ambroſius in. j. libro officiorum. c. xj. & no-
tatur in. c. ſex differẽtiæ ſunt. & c. hæc autem ver
ba. & c. cum lege. & pleriſque canonibus. xxiij.
q. iiij. his & ſimilibus, quæ ad ſalutem animæ con
ferunt, mouere ſolent & debent. c. ira ſæpe. & c.
inter verba. xj. q. iij. Ideo iudices non obſtante ea
remiſſione, de crimine inquirere & punire poſ-
ſunt & ſolent. l. ij. C. de abolitio. c. crimina. extra
de colluſio. detegenda. & c. j. & fin. & illhic glo.
in verbo, ritè. xxiij. q. iiij. de quo per Bar. in. l. li-
bellorum. §. fin. ff. de accuſatio. & Archid. in. c. ſi
quis. ij. q. vij. Rectè enim iudex bonum pro ma-
lo reddit, quum pœnam ſimilibus infligit, inquit
57 tex. in dicto. c. j. in fine. xxiij. q. iiij. † quam pœ-
nam ſic Reipublicæ quæſitam iudex ipſe remitte
re non poteſt. l. ſeruos. C. ad. l. Iuliam de vi publi
ca. l. filij. C. ne ſanctum baptiſ. reiteretur. l. j. in ſi.
C. de deſertor. lib. xij. iſtud etiam optimo argu-
mento comprobatur. quemadmodum enim pa-
tri aut domino ex perſona filij vel ſerui actio ac-
quiri poteſt. l. poſtliminium. ff. de capti. & poſtli
mi. reuerſ. l. j. §. j. & pleriſque alijs legibus tituli.
ff. de iniur. & quæſita ex filij aut ſerui perſona re
mitti non poteſt non conſentiente patre, dicta. l.
j. §. j. & §. vſqueadeo. ff. de iniur. l. quæro. ff. de
ædili. edicto. Idem in Republica cenſendum eſt,
dicta. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. &
vectigali. l. ij. §. ſi quis in publico. ff. ad. l. Iul. de
adulter. Tu verò dictis per Bar. adde melius. l. ſi
quis ſeruus. C. quibus ex cauſis ſer. pro præmio
liber. accipi. dictam. l. qui cœtu. §. qui vacantem.
ff. ad. l. Iuliam. de vi publica. Simile addo quod
de epiſcopo aut ſacerdote læſo dicit in. d. c. olim.
58 extra de iniur. † vt actionem ex iniuria epiſcopo
facta eccleſiæ acquiſitam remittere non poſſet. c.
ſi quis epiſcopus. xxiij. q. iiij. c. Salonitanæ. lxiij.
diſtinctio. Non enim in poteſtate hominis eſt fa-
cere de non crimine crimẽ: quum dominus mem
brorum ſuorum nemo ſit. l. liber homo. ff. ad. l.
Aquiliam. Nam ſi inijciens in ſe manus, non ex-
cuſatur, vt dictum eſt in. §. ſi ſibi manus. ſuprà. l.
proxima. tantò minus poteſt alium excuſare. ita
dicit Bar. in dicta. l. tranſigere. in fin. C. de tranſ-
actio. ideo Bar. in diſtinguendo ait, Aut ex deli-
cto, Reipublicæ ius quæritur: & id remitti non
poteſt. Eadem ratione defunctus aut moriens
reum criminis excuſare non poterit. ſed intellige
verum, quantum ad ius Reipublicæ attinet, ſed
quantum ad ius partis remittentis, tenebit remiſ-
ſio, dicta. l. iuriſgẽtium. §. ſi paciſcar. & l. ſi vnus.
§. pactus. ff. de pact. Nec amplius, is qui remiſit,
agere poterit. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. in fine.
ff. ad. l. Iuliã de adulter. dicta. l. ſi vnus. §. pactus.
Similiter nec hæres eius, vt in. §. fin. l. præceden.
59 cum alijs illhic notatis. † pro publica autem vin
dicta non poterit remittens agere: quia remitten
do indignum ſe fecit, dicta. l. ſi maritus. §. ſi nega-
uerit. maximè ſi precio appreciato iniuria remiſ-
ſa eſt. l. mariti lenocinium. ff. ad. l. Iuliam de adul
ter. l. eius qui delatorem. in princi. & l. in fiſci. ff.
de iure fiſci. vide etiam glo. & doctor. in. l. tranſi
gere. C. de tranſactio. dum diſtinguit inter remiſ
ſionẽ gratis factam. glo. in. c. j. extra de colluſio.
detegenda. imò precio remittẽs, punitur. l. furti.
§. pactus've. & l. quoniam. ff. de his qui notã. in-
fa. hæres autem, vbi facta eſt gratis remiſſio, age-
re poterit. l. pro hærede. §. fi. ff. de acquir. hæred.
l. quæſitũ. ff. de ſepulc. viola. Et ſi alius non appa
reat, iudex inquirere poterit, dicta. l. ij. C. de abo
60 litio. † Si autem priuatum ſit delictum nullum
ius afferens fiſco vel Reipublicæ: & offenſus re-
mittere poterit. §. fina. l. præceden. Ego verò cir-
ca hoc nouiſſimũ addo quòd in his quæ aliquid
commodi fiſco aut Reipublicæ afferunt ſeu pro-
deſſe poſſunt: & prodeſt excuſatio morientis, ſi
delicta in omittendo conſiſtant, vt hic. Nam ex
hoc ſenatuſconſulto præcipuè fiſco ius quæritur
& Reipublicæ. Primò, fiſco, quia bona ab indi-
gnis

gnis auferuntur, dum negligunt necem defuncti
vindicare.l. Caius. infrà eodem. Secundò, Reipu
blicæ, quoniam à familia negligente & quæſtio
ſeu vindicta exigitur in Reipublicæ ſolatium, vt
in capite. l. j. ſuprà eodem dictum eſt: & tamen
excuſatio domini, ſeruis & hæredibus prodeſt.
Primò, ſeruis, qa torqueri neq; aliter puniri po-
terũt. Secũdò, hæredibus, quia indigni à fiſco ac-
cuſari non poſſunt, per hunc text. Ecce quomo-
61 do excuſatio prodeſt. † Quare dic in delictis
quæ in omittendo ſunt prodeſſe morientis excu-
ſationem: non ſic in cõmittendo. grauiora enim
ſunt delicta, quæ in committẽdo ſunt, quàm quæ
in omittendo. l. ſi ex cauſa. §. non inuidendum. ff.
de minori. l. ſi mora. ff. ſolu. matri. l. in lege Aqui
lia. ff. ad. l. Aquiliam. l. argẽtarius. §. quum autẽ.
vbi Ange. ff. de. edend. Areti. in. l. qui accuſare.
colum. ij. C. de eden. Idem Areti. in. l. mancipia.
circa fin. C. de ſer. fugiti. Nec obſtant ea quæ hic
Barto. dixit de. l. ij. C. vt intra certum temp. quæ-
ſtio crimina. termi. Et de ſenatuſconſulto Turpi
liano, quibus reſponſum eſt. Nam ſecũdum An-
ge. hic, ſtatim accuſatione facta, ius ex ipſo facto
acquiritur. vnde ſi poſtea diſſimulet aut remittat
nihil agit. Iam enim ex facto ius quæſitum eſt, vt
ſuprà declaraui. hoc modo ergo omittens non ſo
lum omittit, ſed & committit, dicta. l. Paulus. in
verbo, celauerint. &. l. prima. §. j. iuncta gloſſ. in
verbo, amouerit. ff. ad legem Corneliam. de falſ.
62 vbi † æquè falſum dicitur committere qui celat,
& ſic qui omittit, ſicut is q ſuſcipit, delet aut ſub-
ijcit, vt veritas occultet̃. Nam q ſic omittit, omit-
tendo agit: et qui ſubtrahit, agit & facto ſuo veri
tas occultatur, quod facere non debet, per ſuprà
dicta. Et ſic multis modis iniuria remitti poteſt,
de quibus ſuprà dictum eſt, & in. §. fina. l. præce-
den. quibus adde Alexan. & Papien. Moder. in
l. j. ff. de pactis. And. de Iſer. in. c. porrò. quæ fuit
prima cauſa benefi. amittẽ. colla. x. Bal. in. c. iniu
ria. de pace tenen. et iura. firman. Et præſertim di
cebamus in. §. fina. l. præceden. quando reconci-
liatio per gratuita obſequia ſubſequentia fit. l. in
ipſius. C. famil. erciſcun. per quam dixit Bald. ſi
duo inimici mutua conuiuia faciunt: ex eo facta
dicitur reconciliatio: cuius cõtrarium affirmauit
Bal. in. l. filio præterito. ff. de liber. & poſthumis.
63 Et † vt hæc noſtra diſputatio vtilior reddatur,
recitabo quæſtionem, quæ me legente hanc le-
gem occurrit, & quæ plenius à duobus inſigni-
bus viris ſub imagine Ibidis diſputata eſt: damna
tus eſt aliquis crimine læſæ maieſtatis, & ob id
bona eius publicata, & filijs adempta, iuxta. l.
quiſquis. C. ad. l. Iuliam maieſta. patre mortuo, fi
liorum alter à principe reſtitutus eſt bonis, alter
verò plura ac plura regi obſequia exhibuit, vt ea
ratione princeps flexus, irã mitigauerit, an vterq;
ad bona reſtitutus erit. vel pone, dãnatus eſt ali-
quis crimine pœnam ſanguinis & publicationis
bonorum ingerente: illis per ſententiam publi-
catis reus reuerſus & à principe toleratus plura
egit, propter quæ de principe meritus eſt, vt quia
princeps à latrunculis interceptus fuit, ſicuti Cæ-
ſar, vt meminit Plutarchus in apophthegmatis,
quum Sillam fugeret adhuc adoleſcens in latro-
nes incidit, vel captum ab hoſtibus eripuit, aut
eum aliquo morbo curauit, vel paratas principi
inſidias detexerit, aut huiuſmodi alia merita qui-
bus honeſtum eſt iram ſeu crimen remittere & li
bertatem omnem dare, vt in. l. ſi pater. §. fina. ff.
de donatio. l. etiam conditionis. §. ex præterito.
ff. de manumiſ. vindic. & dicta. l. quiſquis. §. ſa-
nè. C. ad. l. Iuliam maieſt. vel ſi talia ſint merita
quæ neceſſariò hominem ad beneficium alicui
conferendum impellunt. l. fœminæ. in his verbis
in quem contemplatione meritorum. C. de ſe-
64 cund. nupt. † An propter ſubſequentia merita
à principe cenſeatur reſtitutus, etiam ad bona pu
blicata. De ea aliquid videamus. Ad quarum de-
ciſionem plurimùm iuuat Iaco. de bel. viſ. diſpu-
tatio. in. c. domino guerram. ij. &. iij. colum. hic
finitur lex. colla. x. In primis non videtur merita
ſufficere, quæcunque fuerint, neque etiam reſti-
tionem principis, niſi ad bona expreſſe facta ſit
reſtitutio. l. filio. ff. de liber. & poſthu. Exhæreda
tio, inquit ille tex. per arrogationem filij exhære-
dati ſubſequentem non tollitur, quamuis arro-
gatio ſignum amoris demonſtret. §. j. Inſtitu. de
adoptio. l. ſi arrogator. vbi Bart. ff. de adoptio.
Nam filij arrogatio videtur in priorẽ ſtatum re-
ponere, maximè quum à patre aut auo arrogatur
quia ius naturale cum ciuili concurrit. l. quum in
adoptiuis. §. j. C. de adoptio. Et ita iure nouo ſta-
tutum eſt, per illam. l. &. §. ſed hodie. Inſtitu. de
adoptio. Tametſi de iure antiquo ſecus eſſet. l.
non putauit. §. ſi quis emancipatum. ff. de bono.
poſ. contra tabul. l. ſi pater filium. ff. de adoptio.
Aliquid dixi in. l. j. §. domini appellatione. verſi.
in eo qui etiam in adoptionem. ſuprà eodem. per
65 quæ dicit Bal. in dicta. l. filio. † ſi ciuitas per prin
cipem fuerit bannita, licet poſtea in gratiam re-
uertatur, non tamen banna tolluntur, niſi expreſ
ſe à principe tollantur. Fortiori ratione in crimi-
ne læſæ maieſtatis aut alio, in quo dominus lædi
poteſt, obtinere debet per rationem. l. iij. C. de
epiſco. audien. qui in dominum peccat, ab eodẽ
veniam ſperare non debet. Præſertim vbi dubiũ
eſt, an dominus remiſerit, ſecundum Alexan. in
dicta. l. ſi tibi decem. §. j. ff. de pact. Nam contra
eum qui peccat in obſcuro propter criminis atro
citatem interpretatio facienda eſt, vt reconcilia-
tio facta non præſumatur. c. in præſentia. extra
de probatio. Et benè facit dicta Clemen. ſi ſum-
mus pontifex. de ſenten. excommunica. Et quod
illhic glo. notat in verbo, ordinarc. de epiſcopo
qui miſſam audit, aut qui procurationem à malè
ordinato vel inſtituto recipit: ob id tamen cum
eo diſpenſare non videtur, etiam ſi ſuper eo epi-
ſcopus diſpenſare poſſet, ſecundum Innocen. in

c. veniens. extra de fili. presbytero. Iſta ratione
motus, quia in actu abſolutionis certa forma de-
ſideratur. c. quū deſideres. primo reſponſo. extra
de ſenten. excōmunica. Similiter in remiſſione fa
cienda ei, qui læſæ maieſtatis crimen commiſit. l.
non omnes. §. à barbaris. &. l. deſertorem. §. ſed
& ſi ex improuiſo. ff. de re militari. Et idem vide
tur notare Innocen. in dicto. c. veniens. Cuius
ſententiam Barto. obſeruat in. l. Barbarius Phi-
lippus. ff. de offic. prætor. Et expreſſius. Luc. de
Pen. in. l. cum allegatis. in princip. C. de re mili-
66 tari. libr. xij. † dicit enim hanc formam in recon-
ciliatione neceſſariam eſſe, videlicet, vt is qui re-
conciliatur de nouo in fidem offenſi iuret & ca-
ueat de non offendendo. Idem notat Hoſtien. in
ſumma de iureiuran. §. quomodo cenſeatur. ver-
ſic. ſed & ſi. Et eſt tex. in. c. literas. extra de præ-
ſumptio. Illis addo. l. j. in fine. C. ex quibus cauſ.
ſer. pro præmio liberta. accipi. in his verbis, non
ipſo facto, ſed aditione & ſententia præſidis re-
portabis. et quamuis glo. illhic aliter illam inter-
pretetur, dum dicitur, ſeruum, qui necem domi-
ni vindicauit, pro præmio libertatem accipere,
non ex ipſo facto, id eſt, inquit glo. ipſo iure. vel
dicit glo. nō eo ipſo quod ad accuſationem pro-
ſilijt, ſed demum conuicto aduerſario, vt. l. iij. §.
vtrum. infrà eodem. &. l. j. C. de preci. imperato.
offeren. Ego autem non puto ſic imperatores
Diocletianum & Maximilianum autores illius
l. ſentire. Nam glo. dictum de indubitabili eſt, &
plus debito probat tex. illius. l. in his verbis, in-
corruptis probationibus ac ſtrenuo niſu conſti-
teris, ſic enim oportet eum debere conuincere,
vt clarè crimen conuictum ſit & iudicatum, &
vltio de nece domini ab occiſoribus accipiatur.
67 Vlterius † debet ſeruus præſidem adire, & po-
ſtulare ſe liberum pronunciari ſeu pro vindicata
domini nece pro præmio libertatē mereri, ſicq;
pro eo ſententiam ferri. hoc me mouent duo ver
ba illius. l. Primum eſt verbum, aditione. Se-
cundum, Et ſentētia præſidis reportabis. ſi enim
facta probatione per ſeruum, de morte domini
cōſtiterit, & iudicis decreto occiſores puniti fue-
rint, ipſo facto ſerui ſtatim libertatem pro præ-
mio conſequerentur: fruſtra dixiſſet imperator,
aditione & ſentētia præſidis reportabis. poſtquā
incorruptis probationibus & ſtrenuo niſu iudici
de crimine conſtabat, non erat amplius aditione
opus: quia ſeruus ſine iudicis miniſterio liber
eſſet, & iudex ſtatim probato delicto vindictam
ab occiſoribus exigere deberet, argumento. l. ita
vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. &. l. licitatio.
68 §. quod illicitè. ff. de publica. & vectiga. † Opor
tet, inquit Bal. in dicta lege ita vulneratus. iudicē
ſtatim comperto crimine reos punire, præſertim
in crimine læſæ maieſtatis. l. ſi quis filio. §. hi aūt
omnes. ff. de iniuſ. rupt. & irri. teſta. in his verbis,
moram nō recipiat. Aliter igitur ſentio interpre-
tandam illam. l. j. vt poſtquam ſerui occiſores do
mini legitimis probationibus conuicerint, vindi
ctaq; de occiſoribus ſumpta erit, iudicem adire
debent, qui pro præmio libertatem eis ſuo decre
to vel ſententia ſtatuat. Dicetur abundantius in
l. ſeq. §. vtrum. Similiter requiritur declaratio iu-
dicis ſuper facto, id eſt, ſuper benemeritis, vt in-
frà dicetur, an præceſſerint. Et ratio in caſu non
propoſito eſt, quia non tam facilis eſt hominum
mutatio, vt videatur animus eius ita faciliter re-
miſſus. §. j. &. §. ſancimus. in authent. de monach.
colla. j. Et maximè dum dicit. l. in ipſius. C. famil.
erciſc. licet ſcriptura nō probetur, alijs tamen ra-
tionibus doceri poteſt. Secūdò, dum inquit, præ
ſertim quum poſteriora eorum talia merita de-
prehendantur, vt ira domini potuit mitigari. Cō
ſtare igitur debet & ſuper eo pronunciari. l. eius
qui delatorem. in princip. ff. de iure fiſci. Dicam
in. l. neceſſario. §. non aliàs. infrà eod. quæ omnia
verba deſiderant iudicis declarationem. l. iube-
mus. §. œconomus. in verbo, priuentur. C. de ſa-
69 croſanc. eccleſ. † Secundò, antequàm quis be-
neficio gratiæ ſeu tacitè reſtitutionis iuuari poſ-
ſit, oportet ea grata obſequia præſtari ſciente &
patiente eo qui offenſus eſt. l. iiij. ff. de adimen. le
ga. l. non ſolum. §. j. ff. de iniur. Notant Inno. Io.
Andr. Hoſtien. & Anto. in. c. veniens. extra de
fili. presbyte. Ange. Alexan. & omnes in. l. qui-
dam conſulebant. ff. de re iudica. gloſ. Domi. &
Petr. de Ancha. in. c. vnico. in gloſ. fin. de æta. &
qualita. ordinan. Moder. Papien. in. l. Barbarius
Philippus. iij. colum. ff. de offi. præſid. Feli. in. c.
quum vigeſimum. extra de offic. delega. Si prin-
ceps conferat officiū minori viginti annis, nō ob
id fit capax, ſed oportet vt princeps defectū æta-
tis ſeu aliam quamuis incapacitatē ſciat & intelli
gat: hoc caſu ſcienter incapaci conferēdo diſpen-
ſat, dicto. c. quum vigeſimum. & dicta. l. quidam
conſulebant. l. libertus. ij. ff. de in ius vocan. per
quam Ange. Paul. de Caſtro, Alexā. & Moder.
70 dicunt, † ſi papa excōmunicato delegatum iudi
cem tradat, ex eo non cenſetur excōmunicatum
abſoluere, neq; cum eo diſpenſare vt agere poſ-
ſit. c. j. de reſcript. in. vj. & dicta. Clem. ſi ſummus
pontifex. de ſenten. excōmunica. niſi ſciens hoc
fecerit. c. requiritis. §. niſi rigor. vbi glo. et Arch.
j. q. vij. His addo Io. And. in. c. ſi motu proprio.
de præben. in. vj. ſi papa reſcriptū gratioſum ali-
cui defectum patienti etiam motu proprio confe
rat. ob id tamen vitium non tollit, neque cum eo
diſpenſare intendit. c. eam te. extra de æta. & qua
lita. ordinan. & idem not. Domi. in dicto. c. ſi mo
tu proprio. ſequitur Alex. in dicta. l. quidā cōſu-
lebāt. addens tex. & glo. in Cle. per literas. in ver
71 bo, directas. de præbend. † oportet enim, inquit
Alex. & ante eū Bal. in. l. fi. C. de crimine ſacrile.
papam aut principē plenam illius incapacitatis
noticiam habere. alioquin motus principis non
releuat impetrantem. l. idem Vlpianus. ff. de ex-
cuſa. tutor. & dicta. l. fi. quibus adde quod notat
Bal.

Bal. in.c.j. per quos fiat inueſtitura.dum quærit de quodam minore ſeptennio papæ oblato, cui papa beneficium cõtulit in literis apoſtolicis nulla mẽtione facta, quòd in præſentia papæ infans tẽpore collati beneficij conſtitutus eſſet:an probari poterit papam ſcientem fuiſſe defectus ætatis. Addit Ioan. Andr. in procemio ſexti,in.j.colum.dicta.l.in ipſius. C. famil.erciſcun.& quod notatur in Clement. ſi Romanus. de præben. & Clement. & ſi principalis. de reſcript. quamuis Ange. ſecundum aliquos contrarium dicere videatur in.l.imperialis.§.ſimiles. per illum tex.C. de nupt. Cæterùm communi concluſioni nõ aduerſatur, ſed magis conuenit, dum loquitur de eo qui papæ ſupplicat, vt dignetur ſecum ſuper natalium defectu diſpenſare,quia deſiderat ad ſacros ordines promoueri: quamuis impetrans nõ promoueatur, beneficio tamẽ diſpenſationis nõ priuabitur,per illum tex.& idem Ange. in auth.

72 quod eis.eodem titulo. dicit † reſcriptum papæ ſeu principis gratioſum ſeu generoſum,vt verbo eius vtar, ſi motu proprio concedatur,diſpenſationem ſuper omni macula & natalium defectu operari.c.ſi motu proprio.de præben.in.vj.&.l. ij. C. de dignita. lib.xij. Prædictis non aduerſatur deciſio Innocen. in dicto.c. veniens.extra de fili. presbytero. quæ, vt ſuprà dictum eſt,in epiſcopo, aut alio inferiore à papa loquitur, in quo requiritur aliqua cauſæ cognitio,vt illhic per eũ, dicto.c.requiritis.§.niſi rigor.j.q.vij.ſed in papa aut imperatore ſeu principe ſuperiorem non recognoſcente,ſcienter cum incapace diſpenſante,

73 aliter ſentiẽdum eſt. † ſolo enim verbo remiſſio facta tenet. Facit quod legitur Matth.viij.de centurione, Dic verbo, & ſanabitur puer. Et idem not. Ang.in.d.l.quidam cõſulebãt.ff.de re iudi. Anto.de Butrio in.c.dudum.ij.extra de electio. Moder. Papien. in dicta.l. Barbarius.iij.colum. ff.de offic.prætor. Adde quod notatur in.c. non poteſt.§.ſi.de præbend.& in.c.ſi motu proprio. eodem titu. Alleg. Moder. glo. in.c. ij.extra de ſchiſma. Cæterùm Domi.in dicto.c. non poteſt. §.fin.de præbend.in.vj.& Anto. de Butrio in dicto.c.dudum.ij.extra de electio. volunt motum proprium in caſu per Alexan.poſito ſolam ſurreptionem tollere,non autem diſpenſationem operari.Sed vbi eo reſpectu reſtitutio natalium conceditur, videtur cum ea dignitate ob quam petijt natalibus reſtitui, ſecum diſpenſatum eſſe, dicta l.imperialis.§.ſimiles. in his verbis, illas etiã eſſe volumus quæ dignitatem aliquam habeant.& in verſicu. ex qua dignitate. & aliam etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitimè coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet, dictum autem Alexan.procederet in reſcripto gratioſo conceſſo cum clauſula derogante,ſeu quæcunque obſtacula gratiæ tollẽte, quæ perſonæ defectum non tollerent, ſi de eo ſpecialis mentio non fieret. Iſta eſt deciſio Rot. iij. in nonis,in vltima additione, argumento.c. primi. de conſtit.in.vj. Et idẽ ſentire videtur Bar.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo.nõ obſtantibus. & Domi. in dicto. c. non poteſt. neque etiam id Alexan. inficiatur. Idem quando princeps vel papa ex certa ſcientia aliquid concedit, vel aliquem natalibus reſtituit, vt in.l.iij.ff.de natali.reſti.vbi glo. idem ſentit per dictam.l. impe-

74 rialis. §. itaque. † natalium reſtitutio ad omnia trahitur, quæ ingenuo competunt,eo quod beneficium principis latiſſimè interpretandum eſt, regula, beneficium. de regu. iuris.in.vj.l. finali. ff. de conſtitu. princip. Non ſic eſt in ſola meritorum oblatione. quamuis enim remiſſam eſſe iniuriam dici poſſet, non tamẽ illius effectus eſt, vt ad ſuccedendum habilitet eum qui aliàs hæres futurus non eſt.l.j.et.ij.C.de abolitio.l.in inſulam. &.l.finali.C.de ſenten.paſ. Sola enim indulgẽtia pœnæ bona non reſtituit.l. finali. C. de genera. aboli. Plus Bal. ait in.l. ſi deportationis C. de ſenten. paſ. argumento illius.l. ſi princeps publico edicto quemcunque bannitum qui cum eo inuentus erit,à banno reuocat: ob id bona nõ recipiet: quoniam ſola pœna remittitur, dicta.l. finali. C.de genera. aboli.c.vergentis. de hæreti. facit dictum glo. in ſumma.xliij. diſtinctione. in

75 verbo,vtrunque. dum glo.inquit. † Licet pontifex ſcienter inhabilem ordinet, non tamẽ famæ reſtituit.c.ij. extra de ſchiſma. Tertiò,in propoſito themate criminis læſæ maieſtatis non tantùm is qui delinquit, afficitur, verum & filij, dicta.l.quiſquis.C. ad legem Iuliã maieſta. quamuis pœna,quam filij pati poſſent,remittatur,bona autem non recuperant, dicta.l. quiſquis.§. filij.&.§.ad filias. vbi & filiæ ſimiliter omnino bonis priuarentur, niſi ſpecialiter imperator ſexus contemplatione partem aliquam reſeruaſſet.l.finali. C. de ſenten. paſ. Quartò, vnumquodque diſſolui debet eo genere quo ligatum eſt.l.ſecundum naturam.ff. de regul. iuris.l.quamuis.ff. de acquir.poſſ.ſed quum cauſa cognita & pronunciata bona adempta ſunt, debet igitur ſimili forma reſtitui,præſertim in crimine læſæ maieſtatis, quum in eo difficilius remiſſio fiat.l. iij. C. de epiſcop.audien.Idem notat Iacobus de bel. viſu in. §. j.in verbo,mox. in authent.de inceſ. nupt.

76 colla.iij. † quia lex,ſecundum eum,ipſo iure bona adimit,per illũ tex. Et idem notat Bal.in.c. calidis.circa ſi.de prohi.feu.alie.per Fred. colla.x. an dicta eorũ vera ſint, dicetur in.l. neceſſarios. §.non alias.infrà eo.Non poteſt igitur talis iniuriæ remiſſio bona reſtituere, quæ ſolenniter adempta ſunt. Quintò, adde quod notat glo. in c.maximum.in verbo,dignitate.j. q.vij.dum inquit,ſi de hæreſi condemnatus poſtea pœniteat: ius tñ patronatus amiſſum nõ recuperat, argu.c. de illa. extra de diuor.&.c.fin. extra de conuerſ.

coniuga. quam gloſſam ſequitur Anto. de Bu-
trio in. c. quia diligentia. extra de electione. in
hoc etiam crimine filij pro delicto parentum pu
niuntur. c. vergentis. de hæreti. Neceſſaria ergo
77 eſt ſpecialis reſtitutio ad bona. † alioqui filij per
ſolam patris conuerſionē & fidei reintegrationē
bona non repetunt, ſicut in crimine læſæ maieſta
tis dictū eſt, per. l. quiſquis. §. filij. C. ad. l. iul. ma-
ieſt. per quam prohibentur filij ad ſacramēta mi-
litaria recipi, niſi ſpecialiter à principe fuerint re
ſtituti, dicta. l. j. & fin. C. de ſenten. paſ. & ſi pro-
prio principis motu reſtituantur quum pro eis
orare aut aliter intercedere non liceat, dicta. l.
quiſquis. §. deniq;. Adde quod notat Luc. de pe.
per illum tex. in. l. j. C. de peti. bono. ſubla. lib. x.
Sextò, vbi pro actus ſolennitate abſolutio ſpeci
fica deſideratur, non poteſt eſſe ſufficiens abſolu
tio per actum æquipollentem facta. c. quum deſi
deres. extra de ſenten. excommu. Per quod idem
tenet Anto. de Butrio. in dicto. c. veniens. extra
de fil. preſby. Ratio, ſecundū eundem Anto. eſt,
78 † quoniam actus ſecuti ſecundū naturam præce
dentis cauſæ regulari debent. l. hoc autem. ff. de
ſuſpect. tuto. l. ad exhibendum. ff. de excep. rei iu
dica. Et dicit Bar. nō remitti iniuriam ſi ſacerdo-
ti dicatur ab iniuriā paſſo ſe omnem iniuriā cui-
cunq; remittere. Non enim, ſecundum eum, ſuffi
ciens erit remiſſio ad tollendam actionem iniu-
riarum, licet ad tollendum rancorem potens ſit.
Idem Bar. in dicta. l. non ſolum. §. j. ff. de iniur. &
Bal. in dicto. c. iniuria. de pace tenen. & iura. fir-
man. colla. x. niſi ſecundū Bal. iniuriam paſſus di
cat ſe plenam iniuriæ remiſſionem facere. De cu
ius dicti veritate abūdātius ſuprà diximus. Plus
Hoſtien. voluit in dicto. c. veniens. extra de fil.
79 preſbyte. & in. c. olim. extra de iniur. † oportere
ad hoc vt iniuriarū actio tollatur, paſſum iniuriā
his aut ſimilibus verbis vti, remitto tibi omnem
iniuriam & iniuriarū actionem. non ergo tacita
remiſſio reſtituit aut reſtituere poteſt ad omnia.
Septimò. Trita eſt iuris regula, priuatum bonis
per iudicis ſententiam bona non recuperare, niſi
ad ea ſpecialiter à principe reſtituatur. l. j. & fina.
vbi Bar. et. l. ſi debitor. & ſeq. &. l. ſi deportatio-
nis. C. de ſentē. paſ. l. ij. ff. eo. quam regulam Feli.
plus quouis alio examinat in. c. inter quatuor. iij.
colū. extra de maiori. & obed. Et Luc. de pen. in
l. j. colum. ij. C. de his qui in exil. da. vel ordi. miſ.
lib. x. dum de doctore loquitur, qui propter cri-
men lectura alicuius libri à principe ſibi conceſ-
ſa priuatus eſt, ac demū à principe reſtitutus: An
lecturam interim alteri doctori commiſſam recu
peret. vide Bart. in. l. ij. ff. de decurio. ſimiliter &
Domi. de ſancto Ge. in. c. quis. in fi. de reſcript.
in. vj. Dum ait poſt Io. And. priuandum à bene-
ficio per exauctorationē ſeu degradationē, niſi
ſpecialiter ad beneficiū reſtituatur per ſolam pœ
næ remiſſionem aut gradus reintegrationem be
neficium non repetere. Alleg. Spec. in titu. de le-
ga. §. vj. verſi. quid ſi degradatus. Et id etiam ap-
probat argumento illius. c. quis. Quibus adde
gloſſ. & Ioan. And. in. c. j. de fili. presbyte. in. vj.
80 † Reſtitutio enim non tollit gratiā alteri factam
vel ius alteri quæſitum. c. fin. de conceſ. præben.
in. vj. Adde illis Andr. de Iſer. in. c. j. de vaſal. de-
crepi. æta. coll. x. qui vult reum criminis læſæ ma
ieſtatis bona adempta & alteri donata non repe-
tere, niſi ſpecialiter ad bona donata reſtitutus
ſit, quaſi illa cōdemnatione perpetuò illis ſit ſe-
cluſus. Cui adde. l. Lucius. §. Lucius Titius da-
mam. ff. de lega. iij. l. aut damnū. §. fin. ff. de pœn.
Bald. in. l. quum poſt. §. quum res. ff. de iure dot.
Moder. notāt in. l. q Romæ. §. Flauius Hermes.
ff. de verbo. obli. Alex. in conſil. lxxvij. in. iij. vo
lu. & cxiiij. eodem volumine.

In oppoſitū eſt dicta. l. in ipſius. C. familiæ er-
ciſcun. in his verbis, præſertim quum poſteriora
eorum talia merita deprehenduntur vt ira domi
ni potuit mitigari. per quam Bald. inquit (vt ſu-
81 prà meminimus.) † ſi duo capitales inimici mu-
tua ſeruitia & obſequia præſtent, recōciliati eſſe
videntur, ſi poſteà ſimul conuerſantur. l. iij. §. fin.
&. l. ſeq. ff. de adi. lega. Et maximè ſi non ignarus
eſt offenſus illatæ ſibi iniuriæ. l. vtilitatem. ff. de
confir. tuto. in his verbis. Nam patris volūtatem
prætor ita accipere debet, ſi non fuerit ignarus,
ſcilicet eorū quæ ipſe prætor de tutore comper-
ta habet. &. l. in confirmando. eo. titu. dum in ea
dicitur, vel morum antecælata vel ignorata im-
probitas. vbi igitur cælata aut ignorata non erit
improbitas & eius qui teſtatorem offenderat, &
nihilominus à teſtatore offenſo datus eſt tutor,
confirmabitur quaſi ſciens prudenſq; iniuriam
teſtator remiſerit, forſitan ob futura electi tuto-
ris merita, maximè circa filij tutelā, inquit illhic
gloſ. vnde Salice. in. l. nullus. C. de Iudæis. Et Fe
82 li. poſt eum in. c. ſicut Iudæi. extra de Iudæ. † Di
cunt bannitum ſi ſciēte ſuperiore & tolerante in
ciuitate habitet non poſſe impunè offendi: quia
tacitè cum eo videtur princeps diſpenſare, vt nō
obſtante bāno in ea habitare poſſit. Quibus ad-
de. l. primam. §. j. ff. de tribu. actio. in his verbis;
ita demum ſi ſciente eo negotiabitur. et in verſi-
cu. ſed vt ego dum in eo dicitur, non enim debet
dominus velle, ſed non nolle. l. j. §. magiſtrum.
ff. de exerci. actio. dum ait, ſi ſcit & paſſus eſt eū
in magiſterio fungi. per quem text. Fulgo. poſt
Guil. de Cunio notat, ſi ſciente & patiente prin-
cipe aliquis vices ordinarij iudicis impleat, vide
ri eum ordinarium conſtituiſſe, argumento. l.
Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris. &
l. tertia. ff. ad Macedonianum. in ea opinione eſt
Alexan. in apoſtil. Barto. in. l. fina. ff. ad. l. Iuliam
de adulteris. gloſſ. in. c. quum I. & A. in verbo,

potue

potuerunt.extra de re iudica. Ange.in.l. ſi duo.
ff.de acquir.hæredi. Prædictis addo quod notat
Bal.in.c.j. in verbo, petere inueſtiturã. quæ fuit
prima cauſa benefi.amitten.colla.x. dum per illũ
83 tex.inquit † dominũ ſi a vaſallo beneficiũ recepe
rit feloniam remiſiſſe. Nam in illo tex.ſecundum
eum in pleriſq; libris ſcripta inueniuntur ſequen
tia verba quæ in alijs omiſſa ſunt, videlicet, niſi
ſeruierit domino in cõcordia. tunc enim ſeruien
do,feudum retinet. Addit.l.poſt diem.ff.de lege
commiſſa.Idem confirmat Bald.& Cardi.Alex.
poſt eum in.c.j.quo tempore nul.inueſti. petere
debe. Niſi dominus obſequiũ recipiendo fuerit
proteſtatus ſe ob id iniuriã non remittere.l.ij. in
princ.ff.ſi quis cautio.l.fi.ff. de eo quod certo lo
co.Sic igitur debet à ſciente ſeruitiũ à vaſallo re-
cipi.l.generali. C.de decurio.lib.x.l.quidam de-
cedens.§.fin.ff.de admini.tuto. Et hoc modo pa
tientia in ſimilibus cum ſcientia conſenſui æqui-
pollebit.l.ſi paterfamiliàs.ff.de hæredi.inſti. ver
ſicu.nam qui aliquem ſeruũ eſſe.l. filiuſfamilias.
vbi Bal.idem notat.C.de peti.hæred.l.poſt mor
tem.ff.de adoptio. Din.in regula,is qui tacet. de
regu.iur.in.vj. quãuis Paul. de caſt. in dicta.l.in
ipſius.C.famil.erciſc. vult nõ ſufficere offenſum
ſcientẽ eſſe ſibi illatam iniuriã,niſi ſpecialiter in-
iuriam remittat aut ſpecialem actum faciat, per
quem de animo remiſſæ iniuriæ conſtare poſſet,
ob id non ſufficere grata obſequia. Mouetur po
tiſsimè per dictam.l.Lucius.§.Lucius Titius da-
mam.ff.de leg.iij. Cui nõ videtur diſſentire Bal.
84 in dicta.l.filio.ff. de liber. & poſthu. † Dum de
ciuitate loquitur quæ principẽ offendit, propter
quam bannita eſt: quæ licet in gratiam principis
peruenerit, banna tamen remanent. Idem ſentit
Ang.in dicta.l.ſi duo.per illum text.ff.de acqui.
hære. Feli.in.c.fraternitatis.extra de hæreti. Ale
xan.in apoſtil.Bar.in. d.l.fi.ff.ad.l.Iul.de adult.
motus per.l.regula.§.ſed & facti.ff.de iur.& fac.
ignor.et dictam.l.nullus.C.de Iudæis.Ego verò
addo contra Paul.& Bal.pulchrũ tex.in.l.athle-
tæ.§.dat remiſſionem.ff.de excuſa.tutor. Per ſe-
cundum enim teſtamẽtum quo offendens factus
eſt tutor pupillorũ offenſi,videtur ſecuta recon-
ciliatio & iniuriæ facta remiſsio,nõ tam propter
grata obſequia præcedentia ꝙ propter futura &
à teſtatore ſperata,inquit illhic gloſ.in verbo,da
tus.dum ait,teſtatorẽ velle ex hac tutelæ datione
vindictam ab offenſo ſumere,labores tutelæ im-
ponendo.l.vnica.C.ſi propter inimici crea.fac.
fuer.lib.x.ſed per dictam.l.iiij.ff.de adimẽ.lega.
non videtur gloſ.interpretationẽ ſuſtineri poſſe
in dicto.§.dat remiſsionẽ.per illum text.&.§.itẽ
propter inimicitias.inſti.de excuſa.tuto. ſed ma-
gis arbitrandũ ſit teſtatorem tantam fidem electi
ab eo tutoris habuiſſe, vt non obſtãte inimicitia
diligenter tutelam adminiſtrabit,neq; ob id tuto
ris confirmatio impediatur,dicta.l.in confirman
do.&.l.vtilitatem.ff.de confir.tutor. Et Bald.in
85 dicto.§.dat remiſsionem.dicit per illum tex. † ſi
ab offenſo filius offendentis hæres inſtituatur,&
demum hæres inſtitutus hæreditatem adeat non
ſumpta de patre vindicta ſecundũ hoc ſenatuſcõ
ſultum & titulũ de his quib. vt indig.ff. &.C. &
l.primam.&.l.aufertur. & pleraſq; alias.ll.ff. de
iure fiſci.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff. de inoffi-
cioſo teſtamen. tamen filius hæres inſtitutus ob
non vindicatam teſtatoris mortem indignus hæ-
reditate non erit propter præſumptã iniuriæ re-
miſsionẽ à teſtatore factam,quia filius offenden-
tis hæres inſtitutus eſt. Addit rationẽ Bald.quo-
ties(inquit)lex prohibens & permittens concur
runt: prohibens magis attẽditur ꝙ permittens.l.
iij.§.j.ff.de ſuſpec.tuto. Sed hoc Bal.præclarum
dictum debes intelligere niſi teſtamentũ inimici
tias præceſſerit, per dictum.§. dat remiſſionẽ. &
dictam.l.vtilitatẽ.Prædicta in principe, qui ple-
nus debet eſſe clementia.l.imperialis. in prin.C.
86 de nupti.fortiori ratione cõcludunt, † quum ex
certa ſcientia aliquid facit, vt talis principis ſcien
tia expreſſe reſtitutioni vel diſpenſationi æqui-
pollere debeat,dicta.l.idem Vlpianus.§.fi.ff.de
excuſatio.tuto. per quam idem notat Inno. poſt
eum, Hoſtien. Anto.de Butrio.& alij in dicto.c.
veniẽs.extra de fil.preſby. Feli.plenius in.c. nõ-
nulli.extra de reſcrip. Alex.in.l.quidam conſule
bant.ff.de re iudica. Moder.Papien.in.l.Barba-
rius Philippus.ff.de offi.præto. Bal.in.l.fi.C.de
precib.impe.offeren. Et Moder.in.l.ex facto.ff.
de vulga.ſubſti.vnum tamen nõ omiſerim quod
Lance.Decius ſcripſit in.l.bonorum.C. qui ad-
mitti ad bono.poſſ.poſſunt.in declaratione glo.
fin.Cle.& ſi principalis.de reſcript.dum dicit,in
gratioſo reſcripto quod tertio præiudicare po-
teſt, ad hoc vt ex certa principis ſcientia conceſ-
ſum dici poſsit, deber in eo clauſula ex certa ſciẽ
tia inſeri. Alioqui non põt ꝑſumi aut iudicari ex
certa principis ſcientia fuiſſe conceſſum, ꝗuis in
alijs in ꝗbus ius tertij lædi nõ poſſet, ꝑ teſtes aut
ſcripturã ꝓbari poſſet, gratiã ex certa principis
ſcientia cõceſſam eſſe. Alle.Bal.in.l.fi.C. ſentẽ.
reſcindi non poſ.qui mouetur per.l.qui in ꝓuin
cia.§.diuus.ff.de rit.nupt. Et ſecũdũ Bal.in dicta
l.in ipſius.C.fami.erciſ. potiſsimè hoc locũ obti
net quãdo à lege interpretatio prohibita eſt.l.j.
&.ij.C.ſi nup.ex reſcrip.petan.l.j.C.de peti.bo-
no.ſubla.libr.x.in quo caſu non tãtùm tacita re-
miſsio non iuuat,ſed nec etiam expreſſe indulta.
Vbi vero ius tertij non offenditur, ſed principis
tantùm, neq; etiam talis interpretatio prohibita
eſt: ſufficit tunc quomodocunq; de certa princi-
pis ſcientia conſtet.l.ſeruus.iuncta gloſ.in verb.
de conditione.ff.de bono.poſſ. Hoc idem notat
Bar.in.l.ſi conſtat.ff.de appella.poſt Inno. in.c.
dilectus. extra de electio. Et facit quod notatur
in cle.j.de iudi.Cautius tamen erit ſi in reſcriptis

inſeratur. vel ex actis iudicis conſtet, dicta.l.bo-
norum quidã. C. qui admit. ad bo. poſ. in his ver-
bis, ſciens cõpetẽs iudex. Hoc idem glo. probat
in. d.l. ſeruus. in verbo, conditione. dum allegat
l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſid. Similiter &
Bar. in. l. ſi curatorem habẽs. C. de in integ. reſti.
minor. Et hoc modo ſaluari poſſet Bald. dictũ in
87 l. filio. ff. de liber. & poſthu. † dum dicit ciuitatẽ
bannitã à principe bona non recuperare, quãuis
ad obedientiã reuertatur, niſi expreſſe princeps
reſtituat. Verũ eſt in eo caſu quo à ciuitate quies
ſeu ſecuritas publica offenſa eſt: hoc caſu debet
ex principis ſcientia, & motu proprio principis
interuenire. d.l.j. C. de peti. bo. ſubla. lib. x. dum
dicit, nullo tamen deſiderante atq; poſcente con
cedi. Alioquin non eſſet dictũ Bal. verũ. & in his
terminis contrarium tenuit glo. in. c. fi. de prohi.
feud. alie. per Freder. colla. x. & ipſe idem Bal. in
c. j. colum. ij. quo temp. nul. inueſti. pete. debe. &
in. c. j. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. And. de
Iſer. in. c. vnico. de vaſal. decrepi. ætat. Nec vera
eſt Alex. ſolutio. in dicta. l. filio, dum Bal. ſaluare
ſtudet ab impugnatione Ioan. de Imola, ſecutus
Ange. vt affirmat, quãuis Ang. à Bal. non diſſen
tiat. et Io. de Imo. in Bal. hac obiectione vſus eſt.
Iſta enim repugnarent, recõciliatam eſſe terram,
& nihilominus banna remanere. non obſtat. l. fi-
lio. ſecundũ eundẽ Io. de Imo. quia exhæredatio
88 in caſu illius. l. ſolẽniter facta erat: † & in ſolen-
ni actu teſtamenti non videtur poſſe per actum
alium minus ſolennem, qualis eſt arrogatio, tolli
argu. l. hæredes palàm. ff. de teſta. Non mirum ſi
oportet ſolenniter patrẽ, ipſam filij exhæredatio
nem tollere. ſimilem huic ſolutionem tradit Feli.
in dicto. c. ſicut Iudæi. colum. ij. extra de Iudæ. &
in. c. fraternitatis. extra de hæret. dum reſpondet
ad Cle. ſi ſummus. de ſenten. excõmuni. dicitẽm,
propter ſpecialem formã in excõmunicationis
abſolutione requiſitã non ſufficere per æquipol
lens adimplere, ſecundũ gloſ. in Cle. j. in verbo,
donec. de electio. l. Mæuia. & l. Quintus. & l. in
teſtamento. ff. de conditio. & demonſtr. Et idem
notat Inno. & poſt eum Hoſti. & Anto. de Butr.
in. c. veniens. extra de fili. presbyte. Feli. in. c. ad
audientiam. iiij. colum. verſic. ſed ſi non apparet.
extra de reſcript. Idem Feli. in. c. quæ in eccleſia-
rum. xij. colũ. verſi. recipitur modo. extra de con
89 ſti. † Secus in relaxatione bãni quæ ſolo verbo à
principe fieri poteſt. l. j. & fin. vbi Salic. hoc no-
tat. C. de ſenten. paſ. Adde Feli. in rubrica. iij. co
lum. extra de conſtit. dum quærit, an ad eſſe gra-
tiæ papæ vel principis neceſſaria ſit ſcriptura. De
qua per Bal. in. l. idem Vlpianus. §. fin. ff. de excu
ſa. tutor. Inno. in. c. conſtitutus. extra de reſcript.
& regulam apoſtoli. Inno. viij. in ordine. vigeſi-
mamquintam, incipientẽ, Item voluit, ſtatuit &
ordinauit. Et deciſionem Rotæ. cccclviij. in no-
uis. l. vnicam. vbi Bal. C. de mandat. princi. c. in-
ſtitutionis. xxv. q. ij. Clemẽ. dudum. §. nos enim.

de ſepultur. Felin. tamen in nouiſſimo ſuo dicto
videtur adhærere Ioã. de Imola contra Bal. Ad-
dit vlterius Ioan. de Imola rationẽ alteram quæ
90 multo plus vrgere videtur prima. dicit enim, † ſi
in illa. l. filio. diceremus exhæredationẽ filij per
arrogationẽ ſubſequentẽ reuocari: remaneret fi-
lius præteritus: & ſic patris teſtamẽtum nullum.
quod in dubio non ſic eſt interpretandum. l. iij.
ff. de teſta. milita. neque etiam lex inſtitutionem
diſſoluit, niſi eam expreſſe teſtator reuocauerit,
quãuis ſubſequutæ ſint inter teſtatorem & inſti-
tutũ hæredem inimicitiæ. l. ex parte. ff. de adimẽ.
lega. non mirum ſi talis actus arrogationis exhæ
dationem præcedentem nõ reuocat. Et ideo, in-
quit, ſi talis àctus ſequẽs fit ab eo qui ſupremum
habet imperiũ, & abſque ſolennitate fieri poteſt:
& procederet dictum Ang. ſed non eſt Ang. ſed
ipſius Ioan. de Imola. Vbi verò certa ſolennitas
deſideratur: & ſit verum dictum Bal. ſecundum
eum. quam diſtinctionem non puto veram. quis
dubitat arrogationẽ abſque ſolennitate non poſ
ſe fieri. l. ſi paterfamiliàs. §. in arrogationibus. ff.
de adoptio. & præſertim qui nouit exhæredatio-
ne quaſi exterum ſic factum à patre. l. quum in
adoptiuis. §. j. C. de adoptio. Nec mouere debet
ſecũda ratio Imolæ quòd pater mauult filiũ ſuũ
teſtamentum conſeruare, quàm filium hæredem
eſſe. ſed iſtud à præſumptione naturæ alienũ eſt.
ratio naturæ eſt, filius, ergo hæres. l. maximum vi
tium. C. de liber. præteri. vel exhæreda. faciliuſq;
pater pietate & naturali ratiõe ad animi ſui reuo
cationẽ moueatur. l. propter inſidias. C. qui accu
ſa. poſ. l. nec in ea. & l. nihil intereſt. ff. ad. l. Iuliã.
de adulter. l. ſi filius. iuncta glo. C. de patr. poteſ.
gaudeatq; pater in filij conuerſione, vt legimus
ij. Reg. xviij. cap. de Dauid qui Abſalon filij ſui
quamuis diſcolæ mortem doluit, & ſuper eum la
chrymatus eſt. in. c. ſicut. §. neceſſe. xlvij. diſtinct.
Et Luc. xv. c. ſcribitur de prodigo filio, qui con
uerſus ad patrem receptus eſt, & ſaginatus eſt
vitulus præ gaudio conuerſionis. ſic & pater no-
ſter cœleſtis, & ſanctiſſimi eius angeli de pecca-
tore conuerſo exultant.

Tu igitur adde aliã rationẽ, quæ eſt iurecõſul-
ti Vlpiani poſt Papinianũ in. l. non putauit. §. ſi
quis emancipatũ. ff. de bono. poſſ. contra tabul.
91 inquit ille tex. Papi. lib. xij. quæſtionũ ait, † iura
naturalia in eo, ſcilicet emancipato exhæredato
præualere, idcirco exhæredationem nocere. Sed
in extraneo Marcelli ſententiam probat vt exhæ
redatio ei arrogato poſtea non noceat. quũ enim
filius quamuis emãcipatus, filius tamen eſſe non
deſinit: igitur exhæredatio quæ de eo facta eſt,
ius ipſum naturale affecit vt miniſterio iuris ci-
uilis non potuerit aliqua fictione tolli, quoniam
veritas fictioni preualet. Et idem ſentit dicta. l.
filio. dum ait, nè imagine veritas naturæ obum-
bretur. & ſic in actibus naturæ magis quod in ve
ritate eſt, q̃ quod in opinione conſiderari debet.
& eſt

& eſt vna et eadem ratio vtriuſq; legis:ſed paulò
clarius declaratur in dicto.§. ſi quis emancipatũ.
Quæ conſideratio multũ confert ꝑ doctri. Imo.
quoniam iura,conſuetudines et ſtatuta quæ ſeue
rius,quàm naturalis ratio ſuadet,crimina vlciſcũ
tur, facilius & optima cõſideratione reſtringi &
leuari debent.l.quum ratio naturalis. ff. de bon.
damna.quum enim autore principe fiant,incon-
ueniens non eſt ſi contrario edicto impartita gra
tia pro crimine propter merita aut aliàs,aut reuo
cat,aut quicquid eorũ autoritate ſibi acquiri po-
teſt,remittit,& iure facere dicitur.l.j.ff. de cõſti.
princi.in his verbis, ob merita indulſit, vel ſi cui
ſine exẽplo ſubuenit.§.ſed quod principi. Inſtit.
de Iure natur.genti.& ciuili.l.j.& fi.§.fi.verſi.ita
indulgentiæ.C.de ſenten.paſ.l.fi.ff. eo.de ſentẽ.
92 paſ. † Obſequia principis animũ flectere ſolent
dicta.l.in ipſius. C.famil. erciſcũ. & ſpem aliquã
ipſo obſequio præparant.l.nec ei.§.præterea. ff.
de adoptio.l.ſi quãdo.§.illud. C. de inoffic.teſta.
l.quum duobus.§.ſi in coeunda.ff.pro ſocio.pre
cium,inquit,operæ artis eſt velamentum.l.in ho
minis.ff.de oper.ſeruo.in hominis vſufructu ope
ræ ſunt,& ob operas mercedes:præſertim ſi talia
obſequia ad ſalutem principis conſeruandã exhi
bita ſint, quæ æſtimationem non recipiunt, neq;
per poſteriorem ingratitudinẽ tollũtur: quantò
magis priorem iram reuocare debent.l. ſi pater.
§.fi. iuncta glo.ff. de donatio.l.etiã conditionis.
ff.de manumiſ.vindicta. Plura de benemeritis &
donatione remuneratoria congerũt Papien. Mo
der.Iaſ.in.l.ex hoc iure.xj.colum.et ſeq.ff.de iu-
ſti.& iure. Bar.& alij in.l. ſi non ſortem.§. liber-
tus.ff.de condi.indebi.& in.l. Aquilius.ff. de do
na. Nobis eſt argumento.l.quiſquis. C. ad.l.Iul.
93 maieſta. de eo † qui iuratam conſpirationem in
principẽ reuelauit, quãuis criminis conſcius ſit,
pœnã tamẽ euadit.& ſi in primordio initæ factio
nis reuelet:præmio & honore vlterius donabit.
Ecce quomodo per grata obſequia pœna remit-
titur,& bona quæ ipſo iure adẽpta ſunt,reſtituũ-
tur,& vlterius præmium et honor cõceduntur.l.
quæſitũ.ff.qui & à quib.manumiſ.liberta.accip.
§.per contrarium.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.
defer.Et idem notat Andr.de Iſer.in.c.vnico.de
vaſal.decre.æta.col.x. De cuius tamen dicti veri
tate hic non aperiam.dicitur autem in.l. neceſſa-
rios.§.non alias.infrà eod. Dixit autem Alex.in
illa.l.filio.Bal.nõ ſic fuiſſe locutũ,ſicuti Ang.&
Ioan.de Imo.recenſuerũt.Non enim locutus eſt
Bal.de eo qui reconciliationẽ facit, ſed qui obe-
94 dientiã præſtitit:quæ differunt. † Nam recipien
do ab offendente obedientiam, offenſus non re-
cõciliabitur,per.c.veniens.extra de fili.presbyt.
Et ita Bal.intellexit,motus per dictã Cle.ſi ſum-
mus pontifex. de ſenten.excõmunica.non ſic eſt
in caſu.l.in ipſius. C.famil. erciſc. quum in ea re-
conciliatio facta eſt. Cæterùm, ſecundum eundẽ
Bal.verba debẽt ſemper cum ſuo effectu aſſumi,
l.j.§.hæc aute verba.ff. quod quiſq; iuris:l.ſi per
alium.§. docere.ff. ne quis eum qui in ius vocat.
eſt. Et idem Bal.confirmauit in.c.j.quo tempore
miles.&.c.j. que fuit prima cauſa benefi. amittẽ.
colla.x. Secũdò,vt hæc noſtra diſputatio thema-
ti propoſito conueniat,quod eſt de duobus filijs
condemnatis de læſa principis maieſtate, quorũ
95 alter à principe reſtitutus eſt, † alter verò non
eſt reſtitutus,de principe tamen taliter benemeri
tus eſt,vt non modo venia,ſed præmio & hono-
re dignus ſit,ſecundum.l. quiſquis.§.filij. C.ad.l.
Iuliam Maieſta.videtur æquè vtrique bona red-
di debere,dicta.l. athletæ.§. dat remiſſionem. ff.
de excuſa.tuto.& per rationem.l.fi.§.ſi plures li-
beros.ff.de bo.damna.Secundò,ratio dicti.§.fi-
lij.in.l.quiſquis. per quã filij paternis bonis pri-
uẽtur,eſt,quia lex filios præſumit imitatores eſſe
paternorum morum. Sed vbi ex multis rerum
argumentis ſecus de filio compertum erit,ceſſa-
re debet effectus rationis legis,argumento.c.in-
ſuper.de prohib.feud.aliena.per Frederi.l.cura.
§.deficientium.ff.de muneri.&.hono. Neque in
contrarium mouere debet, dicta.l.filio.ff. de li-
ber.& poſthu.Quicquid Bal.& Innocẽ.ſentiãt.
Quoniam arrogatio de penitus.alieno fieri ſo-
let.l.ij.ff.de adoptio.§.j.Inſti.eo.pater igitur ex-
hæredatum filium arrogando , eum veluti exte-
rum arrogat,neque vt filium legitimum & natu-
ralem & reconciliatum retinet,ſed quadam miſe
ratione arrogatum obſeruat , non tanquàm pa-
ter,ſed quaſi quilibet.l. ſi paterfamiliàs.§.j.ff. de
adoptio. dum ait, & ſic adoptiuat quaſi ex altero
natum.facit enim hoc quaſi quilibet, & nõ quaſi
auus. quum ergo actus vltra agentum intentio-
nem non operantur.l.non omnis.ff.de rebus cre
96 di. † Non poteſt igitur arrogatio alium effectũ
quàm ordinatũ producere.non ergo operabitur
iniuriæ remiſſionem. Nec obſtat ſi dixeris,arro-
gationem beneuolentiam quandam arrogato-
ris demonſtrare . verum eſt in ea qualitate qua
eum arrogat,veluti extraneum: alioquin arroga
re non poſſet. §.j. Inſtitu. de adoptio. Secundò,
habita temporis factæ arrogationis conſidera-
tione , quæ attendi debet. l. tertia. §. ſi emanci-
patus.ij.ff.de bono.poſſeſſ.contra tabulas. & id
probatur in dicta.l. filio.in his verbis, ſic obſer-
uari conuenit,vt veri patris adoptiuus filius nun
quàm intelligatur . Et ſic adoptio nihil vltra
ſuam cauſam operatur , neque etiam quæuis alia
fictio.l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapione.
l. in bello.§.factæ. ff. de captiuis & poſtlimini-
o reuerſis . Secundò , vt ſatisfiat. l. quiſquis. C.
ad legem Iuliam maieſta . dum per eam filij pro
delictis parentum patiuntur , & his quæ prius
dicta ſunt de principe aut eo qui eius nomine
agit ſtatim in reum iſtius criminis ſententiam
exequi debere aut poſſe. l. ſi quis filio. §. hi au-
tem. ff. de iniuſto , rupto , & irrito teſtamen-
to. l. ſi quis fortè . ff. de pœnis. iſta fortiori

97 ratione vrgent. † nam ſi princeps, qui ſtatim à
reo pœnam exigere poteſt, ſamulatum ſcienter
ſecundum innatam principis clemẽtiam accipit:
indubiè pœnam ſibi debitam remittere videtur,
exemplo Titi imperatoris qui duos patricij gene
ris cõuictos in affectatiõe imperij, nihil amplius
quàm vt deſiſterent monuit, ipſos etiam non ſo-
lùm familiari cœnæ adhibuit, ſed & in ſequenti
die gladiatorum ſpectaculo circa ſe ex induſtria
collocauit, hæc Suetonius. argumento etiam. l. in
filijs. C. de decurio. lib. x. & c. j. in fine. de feudo
ſine culpa non amittẽ. colla. x. l. hæc autem iura.
ff. de ſeruit. vrba. prædior. l. & Attilicinus. ff. de
ſerui. ruſti. prædio. Simile Roberto Siciliæ regi
contigiſſe legimus, qui aliquãdo per Henricum
imperatorem de læſa maieſtate cõdemnatus eſt,
& illius cauſa extrauagantes duas, ad reprimen-
dum. &, qui ſunt rebelles, cõpilauit, quas demũ
Clemẽs quintus, in dicta Cle. paſtoralis. de re iu-
di. reuocauit. Cæterùm Bar. in cõmentarijs dictæ
extrauagã. qui ſint rebelles. in verbo, machinan-
tur. ſecus medium gl. cõmemorat Aloiſium Ro-
berti filium in fidẽ Henrici iuraſſe in ciuitate Pi-
ſarum pro comitatu prouinciæ, quem Henricus
iuris imperij eſſe affirmabat, iuxta. l. ſi. ff. de cenſi.
98 negari † non poteſt Prouinciam pro tempore,
quo à Romanis occupata eſt, iuris fuiſſe Italici.
Cæterùm inficiari poteſt nemo, iure occupari nõ
potuiſſe, quũ ex Gallijs ſit, videlicet Narbonen-
ſis prouinciæ, & iuriſdictiõis Gallicæ. Aliquãdo
memorabimus poſt Pli lib. iij. naturalis hiſto. &
alios qui Gallias poſt Iulium Cæſarẽ diuiſerunt.
plura in libello noſtro, an rex Franciæ in tempo
ralibus recognoſcat ſuperiorem, ſcripſimus. Nõ
diſſimili argumẽto vſus eſt Guil. de Cunio in di-
cta. l. in ipſius. C. famil. erciſc. dum rationẽ dubi-
tandi in ea. l. poſtulat, quare domino offenſo in
ſeruos coercendi poteſtas datur. alterũ, videlicet
in vincula condẽnandi, alterũ verò exportãdi, vt
in. l. vnica. C. de emenda. ſeruo. l. teſtamento cen
turio. ff. de manumiſ. teſta. & ſententia in ſeruos
dicta, quemadmodũ iudex pœnã indictã reuoca
re non poteſt. l. pœnã. C. de pœ. l. diui fratres. ff.
eo. de pœ. Similiter dominus qui iure ſuo pœnã
ſeruo indidit, nõ videbatur poſſe pœnitere. Sed
Guil. de Cunio cõtrariũ verũ eſſe affirmat. ſicuti
enim princeps ſententiã mutare poteſt. pro quo
eſt tex. in. l. j. §. fin. ff. de quæſt. & d. l. diui fratres.
99 & in. c. ſententiam. xxxv. q. ix. † ſimiliter & do-
minus mutare poteſt, vt ab eo diſſolutio prodeat
vnde condẽnatio proceſſit. §. interim. in auth. de
deſenſor. ciuita. colla. iij. intelligit ergo, & rectè,
de ea quam dominus imponit, nõ aũt de ea quæ
à iudice impoſita eſt, vt in. l. non ſolum. §. cũ ſer-
uis. & §. ſi ante iudicẽ. ff. de iniur. quæ intelligiẽ
de pœna à ſeruo autoritate iudicis accepta, diſſi-
mulatione tñ iniuria remittiẽ, ſecundũ eun. Guil.
vt plenius dictũ eſt in. §. fi. l. præce. vt etiã expreſ
ſa remiſſione quantũ erit ad pœnã priuati, vt hic.

Ad Cle. ſi ſummus. de verb. ſignifi. reſponſum
eſt ſuprà poſt Feli. in dicto, c. fraternitatis. extra.
de hæret. et in. c. ſicut Iudæi. extra de Iudæ. Aret.
in dicta. l. ſilio. ff. de liber. et poſthu. dũ dicunt, in
abſolutione certam formã deſiderari. c. veniens.
extra de fili. presbyter. Sed hæc reſponſio vera
non eſt, ſecundũ Inno. Hoſtien. & Anto de But.
100 in dicto. c. veniens. † forma enim ſecũdum eos,
in abſolutione non deſideratur, niſi in cõceſſa ab
inferiore à principe aut ſummo pontifice, vt ple-
nius ſuprà dictum eſt. Papa enim vel princeps ſo
lo verbo. vel ſola patientia remittere poſſunt. l.
idem Vlpianus. §. fi. ff. de excuſa. tutor. Et vbiq;
Moder. quorum ſuprà meminimus. poſt Inno.
idem ſentiunt.

Aliter igitur reſponde, vt præſumendum non
ſit, papam aut principem, aliquem velle abſolue-
re, vbi tertius ex ea læderet, vel tertius eſſet offen
ſus. Sed vbi princeps aut pontifex tantùm offen-
ditur, nõ abs re eſt ſi dicamus, oblatione ſeruitio
rum pœnã poſſe remitti, ſicuti ſolo verbo remit-
tiẽ. hoc dicit Alex. in. d. l. filio. ff. de liber. & poſt
hu. idẽ Alex. in. d. l. quidã cõſulebãt. ff. de re iud.
Canoniſ. in. c. ex ratione. extra de æta. & qualita.
ordinan. & Bald. in. l. imperialis. §. ſimiles. C. de
nupt. per dictã Cle. ſi ſummus pontifex. & dictã
l. idem vlpianus. §. fi. ff. de excuſ. tuto. facit quod
notatur. in. c. ij. extra de ſchiſma.
101 Ego † autẽ prædictæ ſolutioni addo latã eſſe
differẽtiã inter frequẽtatos actus & defũctorios.
l. ꝑpter veneni. §. fi. infrà eo. Primo caſu qui ſciẽ-
ter homine vtitur multo tꝑe, tacitè ex obſequio-
rum continuatione & receptione, videẽ amplius
nõ reminiſci præteritæ iniuriæ, ſed magis eam re
mittere. l. ſi non cõuicij. C. de iniur. & l. in ipſius.
C. famil. erciſ. glo. in. §. fi. inſti. de iniur. l. iiij. ff. de
adimẽ. lega. de his plenè Luc. de Pen. in. l. j. xiij.
colum. C. publi. leti. lib. xij. Et ita intelligũtur le-
ges quæ volunt diſſimulatione iniuriã remitti. ſi
verò actus eſt vnicus aut perfunctorius, veluti ꝑ
ſolum oſculũ nõ ad id expreſſe exhibitũ, vel col-
locutionẽ, ſeu ambulatoriam ſalutationẽ, non re
conciliandæ inimicitiæ cauſa factam: & ille actus
remiſſionẽ iniuriæ non operabitur. hoc not. etiã
Bal. in dicta. l. ij. colũ. ſi. C. de liber. et eorũ. liber.
Et idem ſentit dicta. Cle. ſi ſummus pontifex. Pri
mò, dũ dicit participet literis, verbo, vel oſculo.
Secundò, dũ dicit, niſi ſe velle forſitan exprimat.
Volo te notare hanc dictionẽ, forſitan. vt ſtatim
aperiam. & Io. Fab. ſic illam Cle. ſi ſummus pon
tifex interpretatur in. §. fi. Inſtit. de iniur. & in. §.
fi. Inſti. de adopt. Cui ego conſentio. Hanc ſolu-
tionem, vt ſuprà memini cõfirmat Bal. in. l. ij. co-
102 lum. iij. C. de liber. & eorũ liber. † Nam ille vni-
cus actus nõ poteſt manifeſtare perfectũ animũ,
niſi verbo aut alio mõ manifeſteẽ, vt in. l. repre-
hendẽda. C. de inſti. & ſubſti. ſub cõdit. fact. l. La
beo. ff. de ſupelle. lega. argu. eſt. l. pro hærede. in
princ. ff. de acqui. hæred. Et quod not. glo. in. l. j.

in verbo, omnes. ff. de tributo. actio. facilis enim
non videtur animi mutatio. §. j. in authen. de mo-
nach. colla. j. Et dicitur in procę. inſtitu. §. quinꝗ
hoc deo propicio ex multis rerum argumentis.
niſi vt ſuprà dixi ſpecialiter ad id oſculum præſti
tum ſit. per dictam cle. ſi ſummus pōtiſex. quā vl
terius volo te notare in verbo. forſitā. vt præbēs
oſculum, vel literis participans, ſeu collocutiōe,
licet non ex animo, iniuriam remittat. ſi tamē for
ſitan ab ore eius verbum remiſsionem ſignificās
prodeat: iniuria ſtatim remiſſa erit, tametſi fortui
tò verbum emiſerit. quem tex. ad id puto ſingu-
larem, vt non ſit illo melior in toto iure ciuili &
canonico: quia talis mens exiſtimabitur, qualem
verba demonſtrant. Nec audieť remiſſam actio-
nem volens ſuſcitare. l. qui res. §. aream. ff. de ſo-
lu. Rationem diximus, quum iniuriarū actio ex
bono & æquo ſit. l. non ſolū. in prin. ff. de iniur.
103 Ad tertium † de damnato crimine maieſtatis
ad militaria ſacramenta non recipiendo, indubiū
eſt. l. qui cum vno. §. temporarium. §. ad tempus.
&. §. grauius. ff. de re militari. niſi princeps ſciens
talem admiſerit, vt ſuprà de vaſallo dictum eſt.
non repeto, ſanè tamen intellige dummodo ex
vera principis ſcientia et patientia, non autem ea
quæ commentitijs aut ſuppoſitis literis principis
ſignificatur. l. ij. C. de delerto. & occulta. lib. xij.
ſintꝗ literæ manu principis ſubſcriptæ, vt in. l.
probatorias. C. de diuerſ. offi. li. xij. vel aliter ve-
rè & nō ſimulatè de principis volūtate & ſciētia
conſtet. ſicuti de Alexandro legimus, qui exau-
ctorata vna legione, ſicuti de iure fieri poteſt. l.
iij. §. ſi. ibi, vel ſi legio. ff. de re milit. rogatus poſt
triginta dies priuſquam ad Perſicam expeditio-
nem proficiſceretur, eam reſtituit. debetꝗ igitur
iudici de ſcientia & principis patientia ſeu tole-
rantia conſtare, vt plenius notat Luc. de Pen. in
l. j. colum. xxiij. C. de deſerto. lib. xij. & ſuper ea
pronunciare ad gratiæ effectum conſequendum
tantùm, vt in. l. eius qui delatorem. in princ. ff. de
iure fiſci. Sed non ad effectum conſequendæ ſeu
probādæ gratiæ. ſufficit enim quoquo modo de
voluntate principis cōſtet, dicta Cle. ſi ſummus.
de ſenten. excommunica. in his verbis, niſi ſe vel
104 le forſitan exprimat. † & ſic ad eſſe obtinendæ
gratiæ nō eſt ſcriptura neceſſaria, ſed ſufficit ver
bo exprimere, per illum tex. qui eſt ſingularis &
annotatione dignus. Non inficiabor, ad incorpo
rata bona per ſententiam repetenda opus eſſe cō
trario decreto, niſi princeps ſciens contrariū cen
ſuerit, ꝑ ſuprà dicta, vel niſi filij poſſeſsores ſem-
per fuerint non obſtante ſententia in patrem la-
ta, argumento. l. fi. §. ſi plures. in verbo, poſſeſſo-
res. ff. de bo. damnat. Sed hoc nouiſsimum in cri
mine læſæ maieſtatis non ſine ſcrupulo eſt, quū
reus illius criminis ſtatim patrato delicto ꝓpter
eius immanitatem domino ſuarum rerum priua-
tur. l. quæſitum. ff. qui & à quib. manumiſ. liber.
accipi. Iſtud tamen hic non abſoluo: copioſius in
l. neceſſarios. §. non aliàs. infrà eodem examina-
bitur. Sed quum à lege hoc crimen ſingulari ra-
tione, ab alijs diſtinguatur, vt in. l. fi. et auth. ſeq.
C. de bo. damna. faciliori ratiōe ſi princeps à reo
illius criminis obſequia ſciens gratāter accipiat,
concedendum eſt, præſertim ſi talia fuerint poſte
riora merita in principem, vt princeps pro inna-
ta beneficentia & clementia impunitatem conce
dere debeat, argumēto, dictæ. l. quiſquis. §. ſanè.
105 C. ad legem Iuliam maieſ. † per quam dici pōt,
& rectè, ſi talia ſunt poſt contractum crimē me-
rita, que à lege impunitatem mereātur, potiores
eſſe debēt, effectu principis reſtitutione: quoniā
lex præmium, ſimul & honorē reo tribuit, dicto
§. ſanè. &. l. j. C. de falſa moneta. quod in reſtitu-
tione non obtinetur, quæ reſtitutum in eo ſtatu
ſolum conſeruat quo ante obtentam à principe
reſtitutionem erat. dicta. l. j. &. ſi. C. de ſentē. paſ.
l. quod ſi minor. ff. de minori. Non minus tamen
in propoſitis quæſtiōibus cautius eſſe exiſtimo,
reſtitutionem à principe obtinere. Sed quū prin
cipis voluntas ſecundum iuris intentionem regu
106 lata ſit. l. ex facto. ff. de vulga. ſubſti. † Princeps
ex ordinaria poteſtate reſtituendo bona publica
ta, & patrimonio principis addicta, ſeu alteri do
nata aut vendita, reuocare non videtur: quoniā
iam integra res eſſe deſinat. l. bene à zenone. C.
de quadrien. præſcrip. §. res fiſci. inſtit. de vſura.
Eadem ratione videtur dicēdum, ſi propter me-
rita quadam principis beneuolentia accepta pœ
nā remiſerit, nō tamē bona alteri donata vel ven
dita ſeu aliter fiſco denunciata repetere pōt. Nō
enim debet plus poſſe tacita remiſsio ꝗ expreſſa
operari. l. item ſic. §. fina. ff. de ſeruitu. ruſti. præ-
dio. dicitur in. l. quum quid. ff. de reb. credi. in. l.
quicquid aſtringendæ. ff. de verborum oblig. &
in. l. ſi fideiuſſor. in princip. ff. de lega. j. niſi aliter
de voluntate principis probari poſsit. dicta. l. Lu
cius. §. Lucius Titius damam. in ſi. ff. de leg. ij. &
in dicta Cle. ſi ſummus pontifex. de ſenten. excō
munic. Secundò niſi talia eſſent merita, quæ ſta-
tim gratum principem redderent, & ob id poſſeſ
ſio à reo ſemper continuata eſſet: illa tunc pœnæ
remiſsionem operarentur, & continuatæ poſſeſ-
ſionis confirmationem. Et vltra prius de vaſallo
relata addo tex. in argumentum in. c. j. de cōſue.
recti feudi. colla. x. in his verbis, ſi alius probauit
ſe aliquid beneficij nomine aliquo tēpore tenuiſ
ſe domino præſente & non contradicente, & ſer
uitium eius quaſi à vaſallo recipiente. &. c. fin. in
ſi. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oria. colla.
x. er. d. l. quiſquis. §. ſanè. C. ad legem Iuliam ma-
ieſ. l. j. §. deſertor. C. de deſerto. & occulta. li. xij.
Vel ſi forſitan verbo, remiſerit. licet inopinatè
princeps verbum proferat dicta Cle. ſi ſummus.
107 in verbo, forſitan. † nō enim quod à labijs pro-
cedit debet princeps irritum facere. Et id velle
videť. l. imperialis. §. ſimiles. in verbo, vltroneā
tamē donationem. C. de nupti. vltronea enim di-

gnitatis donatio mulieri etiam vili cum dignita-
te aliam conſequitur, & omnem maculam abſter
git. Ecce quãtus ſit imperialis ſeu regalis clemen
tiæ ſeu pietatis effectus. Et iſtis caſibus non puto
tacitam remiſſionẽ ab expreſſa differre, quum de
vtraq; eadem à lege fiat deciſio, per prædicta. Su
ſcitans, inquit Pſal. cxij. à terra inopem, & de ſter
core erigens pauperem, vt collocet eum cũ prin-
cipibus. Nobilitantur enim qui principi ſeruiũt
ſeu famulantur. l. vnica. C. de comiti. & Archi. ſa
cri palatij. lib. xij. Principe enim iubẽte dignitas
ſemper ſuſtinetur. l. nemo præfectus. C. de digni
ta. lib. xij.

In tex. Poſteaquã conterritus aduentu latronũ
109 confugerat. † nota latronũ aduentum terrorem
incutere ac tremorem: & ob id præ terrore eorũ
aduentum fugiẽs excuſari debet. l. iij. §. j. ff. de vi
& vi arma. l. prætor ait. §. ſi quis aduẽtu. ff. vi bo-
no. rapto. l. habitatores. & l. itẽ quæritur. §. exer
citu. ff. loca. & conducti. Cæterùm in milite non
eſt probabile. l. omne delictum. §. j. ff. de re milit.
Neque hac noſtra ætate ſub Ludouico. xij. Fran
corum rege Chriſtianiſsimo receptũ eſt de quo-
dam capitaneo ſeu arcis Genuẽſis præfecto, qui
Lugduni capite truncatus eſt, qui aduẽtu hoſtiũ
territus faciliter arcem in hoſtium manus tradi-
dit, dixi in. l. j. §. excuſantur. ſuprà eo. non repeto.

SVMMARIVM.

1 ☞Morbus qualis à pœna excuſet.

Vaſallus vel ſeruus infirmus per legẽ iudicatur ſeruire.

2 Doctor iura interpretans non perdit ſtipendia tempo-
re valetudinis aduerſæ.

3 Doctor ſuffectus in locum demortui doctoris, eo an-
no non conſequetur ſalarium pro lectura ordinatum.

4 Ancilla prægnans an excuſetur ſi dñæ inſidias patienti
non ſuccurrat.

5 Ancilla prægnans non excuſatur à ſeruitijs domini, ſi
robuſta ſit & ruſtica.

6 Vaſallus deſerens dominum periturum æquè atque ſi
non deſereret, an excuſetur. & nu. 8.

7 Reſtituturus res aliquas in mora exiſtens reſtituendi,
non tenetur de earum interitu, ſi penes alium æquè fue
runt interituræ.

Senium in omnibus eſt morbo æquiparandum.

L. Si quis in graui.

MORBVS à pœna excuſat ſi
grauis ſit. hoc dicit. vel ſic: Nul
lus ad impoſsibile obligatur.
Adde quod notatur in. l. impoſ
ſibilis. ff. de verbo. oblig. Mul-
ta dicta ſunt in. l. j. §. excuſant.
verſic. quid ſi vulneratus. ſuprà
eod. pauca autem hic repetemus, quæ illhic dicta
non ſunt. Glo. hic dictionem, in, pro valde inter-
pretatur, vt in. l. cũ duobus. §. damnaquæ. ff. pro
ſocio. & in. l. Gallus. §. ille caſus indifficilis. ff. de
liber. & poſthu. Illhic Moder. copioſius, & in ru
brica huius Infortiati poſt gloſ. primã dum quæ-
rit. quare hic liber infortiatum vocetur. ſed quo-
niam hæc gloſ. expoſitio non videtur huic literæ
conuenire, ſed hic à iureconſulto poſitã eſſe exi-
ſtimo pro ſimplici præpoſitione nihil vlterius ſi-
gnificante. Non protelabo amplius de virtute il
lius dictionis.

1 Ego † autem dico ſufficere talem eſſe morbum
quis non adeò grauem vt nõ poſſit malè valens
ſuis rebus ſuperciſe. l. quæſitum. ff. de re iudic. §.
item propter aduerſam. inſti. de excuſa. tuto. l. ij.
§. ſi propter aduerſam. ff. ſi quis cautio. Bart. hic,
Bal. & Roma. ad vaſallum in bello acriter vulne
ratum trahunt, vt ſimiliter excuſetur, ſi malè va-
lens dominum in prælio dimittat. c. j. quib. mod.
feud. amittatur. plenius dictum eſt in dicto. §. ex-
cuſantur. verſi. quid ſi vulnerati. Prædictis adde
rationem: quia malè valens pro ſeruiente à lege
habetur: excuſari ergo debet atq; ſi domino ſer-
uiret. l. quum hæres. §. fi. ff. de ſtatuliber. l. arbo-
ribus. §. de illo. ff. de vſufructu. Bart. hic, & Bal.
addunt, corruptè tamen. l. ſi libertus. ff. de oper.
liber. Nã eſt. l. libertus qui poſt indictionẽ. Præ-
2 dictas leges aliquãdo induxi † ad doctorem, cui
per infirmitatem legere ſeu interpretari iura nõ
licet: dixi non debere illi pro tempore malæ vale
tudinis ſtipendia denegari. l. j. §. diuus. vbi Bart.
idem notat. ff. de var. & extraordi. cognitio. imò
plus ſuſceptum ſalarium ſeu ſtipendium ante tẽ-
pus profeſsionis ſeu lecturæ impletum reſtitue-
re nõ debet: ad ſimilitudinem aduocati, qui pro-
pter infirmitatem cauſam agere nõ potuit, dicto
§. diuus. ſimiliter ſi vocatus à principe iuſſu prin
cipis migrare eum oporteat. l. non ſolum. §. ſed
alij. vbi Bar. poſt Nicol. Spin. id notat. ff. de ex-
cuſa. tutor. Quibus addo. l. matriculã. C. de agen
ti. in reb. lib. xij. per quam & l. ſi quis in ſacris. in
in fi. C. de proxi. ſacro. ſcri. lib. xij. in verſi. ſi quis
eorum ante completum proximatus actum mor
te præuẽtus ſit, ad hæredes ſucceſſoreſq; ſuos re-
ſidui temporis proximatus ſolatia ſine quadã im
minutione tranſmittere non dubitetur. Per quẽ
3 tex. † dico in locum demortui doctoris ſuffectũ
non poſſe pro eo anno collectam ſeu ſalariũ pro
lectura ordinatum conſequi, quaſi ſuffecti velu-
ti adiutores dati ſint. l. comperimus. & l. fi. C. eo.
de proxi. ſacro. ſcri. Nam et pleræque eccleſiæ in
perceptionem prouentuũ præbendarum defun-
cto ſeu eius hæredibus conſeruant. Idq; canoni-
ci diui Aniani iſtius ciuitatis Aureliæ non illau-
dabili conſuetudine obſeruant. Vide circa præ-
dicta quæ pleniore ſtylo Moder. Papien. notant
in. §. tripli. inſti. de actio. poſt Bar. in dicta. l. j. §.
diuus. ff. de var. & extraordi. cognitio. Quibus
addo. l. fin. C. de domeſti. & protect. lib. xij. l. diẽ
functo. ff. de aſſeſ. l. poſt duos. C. de aduoca. di-
uerſ. iudi. §. ne autem. in auth. de iudi. colla. vj. Et
quum per hoe Senatuſcõſultum ancillæ ſicuti &
ſerui

puniuntur ſi dominum aut dominam non iuue-
rint: ſimiliter propter morbum excuſandæ ſunt,
ſicut & ſerui, per ea quæ dicta ſunt in. l. j. §. iuxta.
verſic. potuiſſe. ſuprà eo. Imò fortiori ratione in
4 pluribus excuſari poſſunt ꝙ ſerui. † Quid enim
ſi ancilla prægnans erat quum occiſus aut morti
ferè vulneratus eſt dominus, dicta. l. ij. §. ſi pro-
pter aduerſam. in princi. ff. ſi quis cautio. non ſo-
lum enim pro tẽpore grauedinis, ſed & per qua-
draginta dies poſtꝙ decubuerit, per illum tex. &
l. prægnantis. vbi glo. ff. de pœn. l. imperator. ij.
& illhic notat Bal. ff. de ſta. homi. ca. vnico. extra
de puriſi. poſt partum. quãuis pleriq; in duobus
caſibus id non admiſerunt. Primus ſi mulier pau
corum dierum prægnans eſſet, per. l. quæſitum.
ff. de re iudic. Arbitror eos velle rationem illius.
l. cõſiderare: quia ſuis rebus quperesse poteſt. Cæ
terùm alia & longè potior ratio in eadẽ. l. aduer-
ſatur, dum in ea dicitur, Qui cuiq; rei agendæ im
pedimento eſt litiganti. Nam prægnans etiã pau
corum dierum non abſq; periculo fœtus ſimili-
bus offerre ſe poteſt: quare propter ſpem futuri
partus. l. quod in rerum. ff. de leg. j. facilius excu-
ſari debent, ſi vltrò defenſionem dño non offe-
rant, per prædicta, quibus addo. l. Cicero. ff. de
pœn. dixi plenius de hac re poſt Roma. in. l. j. §.
occiſorũ. ſuprà eo. ratio in promptu eſt, ne præ-
gnantis corpus tangatur. l. j. §. de inſpiciendo. ff.
de ventre inſpicien. Adde Bal. in dicta. l. impera
5 tor. ij. ff. de ſta. homi. † Secundus caſus eſt, ſi mu-
lier ruſtica & robuſta ſit: ſolent enim ſimiles gra
uia onera portare. Ob id dominum plus alijs mu
lieribus iuuare poſſunt. Ponderant. l. ſi longius.
ff. de iudic. quæ hoc non probat. vnde tu tene op
poſitum: quia lex nõ diſtinguit tempus quo præ
gnans mulier grauida facta eſt, an etiã à viro ſuo
aut quouis alio imprægnata fuerit, dicta. l. ij. §. ſi
propter. vbi idem notat Bal. & ſequũtur omnes.
ff. ſi quis cautio. l. & ſeruorum. & dicta. l. impera
tor. ff. de ſta. hominum. l. prægnãtis. l. Cicero. ff.
de pœnis. quamuis in. l. Cicero. minor pœna pro
nõ animato ꝙ animato imponatur. dixi in dicto
§. occiſorũ. Non poteſt mouere declaratio Alex.
in dicto. §. ſi propter aduerſam. ad. c. ij. de iudi. in
vj. quoniam nihil in ea decretali ſpeciale de præ-
gnãte muliere deciſum eſt, ſed paſſim de quibuſ-
cunque mulieribus loquitur, vt ad tribunal pro
quacunque cauſa trahi non debeant. l. quoniã. et
authẽ. hodie. C. de cuſto. reo. alia pleraq; per me
dicta ſunt in. l. fœminæ. ff. de regu. iuris.

6 Nouiſſimè Bar. Bal. & Roma. † quærũt, ſi va
ſallus dominum deſerat æquè periturum atq; nõ
deſeruiſſet, an à pœna excuſari poterit: & dicunt
excuſari per. l. ſi alius. §. eſt & alia. in verbo, peri-
turis. ff. quod vi aut clàm. Addit vlterius Bar. l. j.
C. de iure emphy. Contrarium autem notat Bal.
& ſequitur Cardi. Alex. in. c. j. quib. mod. feudũ
amitta. colla. x. Non enim, ſecundum eos, conſi-
deratur euẽtus, ſed ſolus animus derelinquentis
dominum: quia ipſo ſolo quod dominum deſe-
ruit, deliquit. l. j. C. de deſerto. & occulta. lib. xij.
l. omne delictũ. ff. de re milita. Licet enim dica-
tur non intereſſe domini, quia delictum abſq; vl
lo effectu fuit. l. mancipia. C. de ſer. fugiti. Eo eñ
quo dominum deſerit, lex peccatũ eſſe affirmat,
niſi vaſallus ſe exhibeat & corpore aut voce pro
domino ſe opponat, feudo priuãdus eſt, vt dictũ
eſt in. l. j. §. iuxta. & §. excuſantur. verſi. tuliſſe. &
verſ. quid ſi vulnerati. ſuprà. l. proxi. argumento
eſt. l. quãuis. ff. de in ius vocan. l. j. ff. ſi quis teſta.
liber eſſe iuſ. ſue. verum eſt autem, eos qui Bart.
conſentiunt onus probandi vaſallo imponere. l.
ab ea parte. ff. de proba. l. ſi tutor. C. de pericul.
nomina. Pro Bar. tamen contra Bald. eſt. l. fi. §. j.
ff. ad. l. Rhodiam de iactu. poſſent aliæ triuiales
7 legum traditiones recẽſeri, † quæ ab interitu eũ
excuſant ꝗ rem tenetur reſtituere, ſi in mora fue-
rit reſtituendi, quando æquè res apud alium peri
turæ eſſent, vt in. l. quod te. ff. de reb. credi. & l.
quum res. §. fi. ff. de lega. j. Ego autem puto conſi
derãdum eſſe ſtatim quo vaſallus dominum deſe
rit delictum in animo committere, quia iam ani-
mus eius violatus eſt, dicta. l. omne delictum. ff.
de re milita. & alijs notatis per me in dicto. §. ex-
cuſantur. quæ hic repeti poſſent, ideo delictũ per
caſum inopinatum ſubſequentem non purgatur
in totum, licet à tanto excuſet. Ratio eſt, quoniã
æquè dominus conſeruatus non fuiſſet hominũ
iudicio, dicta. l. quum res. §. ſi potuit. inquit ille
8 tex. † potuit enim acceptum legatarius vẽdere.
ſimiliter aſsiſtentia vaſalli potuiſſent hoſtes aut
inimici domini terreri aut facilius leuari in mor-
te aut mortis genere, & quia vaſallus quod tutũ
& vtile eſt: domino debet. c. j. de for. fideli. colla.
x. Non ſufficit, inquit ille text. abſtinere à malo,
ſed oportet facere quod bonum eſt. l. in illa ſtipu
latione per te non fieri. ff. de verb. obli. Idem de
ſenio dicas, quod morbo vbique æquiparatur. l.
vnica, in verbo, robur annorũ. C. de mẽdican. va
li. lib. xj. l. ſenium. C. qui teſta. facere poſ. dicam
plenius in. §. ignoſcitur. infrà eadem. l.

SVMMARIVM.

1 Hæres occiſi neceſſariò accuſare tenetur eum, quẽ mo-
riens ſuæ mortis dixit eſſe conſcium.
2 Delatio ſeu denunciatio per morientem facta, præſum
ptionem vilem inducit.
3 Morientes reuocantes prius facta, corrupti præſumun
tur, ideoq; eis non creditur.
4 Debitori non creditur confitẽti rem vni pignoratam,
alteri prius pignori dediſſe.
5 Teſtes in teſtificando concordes, non carent ſuſpiciõe.
6 Iudices ſeu teſtes ſe corruptos fuiſſe aſſerentes, non ad-
mittuntur ad teſtimonium, quum ſint infames.
7 Morientis dicto an ſit ſtandum.
8 Seminecis teſtimoniũ admittitur in iudicio, eiq; ſtatur.
9 Actio iniuriarum eſt ex bono & æquo, ideoq; ſemel re
miſſa non poteſt reuiuiſcere.
10 Confeſsio morientis recipienda eſt in ſuum & hæredis
præiudicium.

11 Confeſsio morientis hũc aduerſus reum operatur effe-
ctum, vt reus ſe purgare teneatur.
12 Vandictam proſequens ex iuris diſpoſitione, à calum-
nia excuſatur.
13 Confeſsio patris an operetur probationem filiationis.
14 Nominatio filij ſola non ſufficit ad ſuum efficiendũ.
& nu. 15.
15 Filij cum iuramento nominatio facta à marito & vxo
re, filiationem probat.

§. Si quis moriens.

ASSERTIONI morien-
tis nõ creditur, niſi aliter de cau-
ſa mortis aut vulneris probetur.
hoc dicit. Nec ex ea iudex moue
ri debet, quantumcunq; reus fa-
ctus à moriente vilis aut aliter
abiecta perſona ſit. hic text. me-
lius quouis altero probat, et frequens eſt, quam-
uis. l. Caius. infrà eod. videtur oppoſitum dicere:
1 illhic videbitur. † ſed quum defuncti accuſatio
neceſsitatem hæredi imponat accuſandi eumquẽ
moriens ſuæ mortis conſcium dixit, quaſi ſua vo
luntate hæredem ad id dãnauerit: iſta ratione fa-
cilius hæres à calũnia excuſať. l. mater. C. de calũ.
Imò neque de calumnia argui poteſt. l. qui quũ
maior. §. fin. & l. Paulus. ij. ff. de bo. libe. Non ſic
in iudice, qui nõ ita faciliter moueri debet, ſi aliũ
dè mors ſibi non probetur, quantumcũque reus
factus, vilis & abiecta ſit perſona, per hunc text.
qui de ſeruo, & ſic vili perſona loquitur. l. quod
attinet. ff. de reg. iur. §. ſeruus. inſti. de capitis di-
minutio. tametſi hoc Senatuſcõſultũ cauſam ha-
beat fauorabilẽ, vt dictũ eſt in. l. j. in princ. ſuprà
eodẽ. & dominus ſeruorum ſuorum iudex ſit. l.
in ipſius. C. famil. erciſ. l. reſpiciendum. §. furta
domeſtica. ff. de pœ. l. vnica. C. de emẽda. ſeruo.
dixi in. l. j. §. de eo. ſuprà. Additur à glo. alia ratio
2 in dicta. l. mater. in verbo, cauit. † quoniam talis
delatio ſeu denunciatio morientis vilem tantùm
præſumptionem inducit, per hunc text. quẽ glo.
& Ange. illhic ad id notant. Et iſta conſideratio-
ne vbiq; iſte tex. tam ab antiquis quàm recentio-
ribus ad plures deciſiones omnino cõformes al-
legari ſolet. In primis ſi iudex moriẽs dicat ſe fal-
ſum tuliſſe iudicium corruptus pecunia: non cre
ditur ei. Secundò, ſi teſtis moriens falſum affir-
met dixiſſe teſtimonium: nõ creditur illi. Tertiò
de notario qui moriens aſſeruit falſum fabricaſſe
inſtrumentum. Plura illis ſimilia hic recẽſeri poſ
ſent, quæ ſecundum hanc noſtram legem decidũ
tur. De illis tamen vide Bald. in auth. nouo iure.
in fine. C. de pœ. iudi. qui male iudi. tex. vbi An-
to. de Butrio & Feli. copioſius in dicto. c. ſicut.
& in. c. quum in tua. extra de teſti. Bal. in auth. ſi
dicatur. colum. ij. C. de teſti. vbi de teſte loquiť.
alleg. l. Seia. ff. ad Velleia. hic ab Accurſio alle-
gatam. Idem Bal. in. l. generaliter in vltimo nota
bili. C. de non numera. pecu. Et ratio vbiq; per
3 eos aſsignatur: † quia quum ex interuallo moriẽ
tes dicunt id corrupti dixiſſe videntur. c. literas.
extra de præſump. vbi plenius Feli. hoc notat in
iiij. colũ. Idem Feli. per illum tex. in dicto. c. exhi
bita. in ſecundo notabili. extra de homici. Et Pa-
pien. Moder. in. l. j. colum. ij. ff. de eo per quem
factum eſt. et in. l. iuſiurãdũ. §. procurator. ix. co-
lum. ff. de iureiuran. Cõmemoratur ab omnibus
Bal. dictum in. c. j. in verbo, vaſalli. de pace Con
ſtantiæ. dum inquit, Non omnem morientem di
uo Ioanni Baptiſtæ aſsimilari. l. verba teſtamẽti.
C. de teſta. Etiam ſi ſuſcepiſſet corpus Chriſti, ſi
eum de quo moriens teſtatur, odio proſequeba-
tur. tex. tamẽ in dicto. c. exhibita. ſingulariter cõ-
ſiderat morientis depoſitionem cum iuramento
factam: cui conuenire videtur authen. quod obti
net. C. de probatio. & dicta. l. Seia. in princi. vbi
Pau. de Caſt. eã ſingulariter notat. ff. ad Velleia.
dictum Cini in. l. vbi adhuc. in. xij. quæſtione. C.
4 de iure dotium. dum ait, † ſi debitor rem vni pi-
gnoratam alteri prius pignoraſſe confiteatur, ſi
aliter non conſtet, nõ creditur ei. §. aliud quoq;.
verſic. primum quidem. in authẽ. de æquali. dot.
authen. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nup.
Adde prædictis Innoc. in. c. quũ dilecti. extra de
electio. qui de iudice loquitur confitente ſe cor-
ruptum fuiſſe, vt illi non credatur, dicto. c. ſicut.
turale impunè ſæuire, vt in. l. j. C. quãdo lice. vnі-
cui. ſe ſine iudi. vindica. & dicta. l. ſi ſeruus. C. de
his qui ad eccle. confug. & dicta. l. fin. C. de male
fic. & mathema. & pleriſque alijs, quas longum
eſſet enarrare: quæ omnes leges moderãtur hoc
hominũ arbitriũ aliquẽ occidẽdi: quod quiſq; re
ctus iudex conſiderare debet. Ex his, potiſſimè
ex hoc text. habes regulam iuris ſatis vulgatam,
28 non † eſſe punibile, quod lege permittente actũ
vel omiſſum eſt. l. j. §. Offilius. ff. ne quis eum qui
in ius voca. eſt, vi exig. l. fin. ff. de rer. diuiſio. l. j.
§. quod autem. ff. de alcæ luſ. & aleator. l. non ſo-
lum. §. quanquàm. ff. de iniur. De qua vide Bald.
in. l. data opera. C. qui accuſa. poſſ. Idq; in ciuili-
bus locũ etiã obtinet. l. ij. C. vt ne priua. l. ſi alius.
§. eſt autem. ij. reſponſo. ff. quod vi aut clàm. l. ſi.
ff. ad Velleia. Quæ omnia conferre poſſunt ad
quæſtionẽ plenè per Aret. diſputatã in. l. ſi de eo.
§. ſi fortè. ff. de acquir. poſſ. dum quærit de rebus
depoſitis aut locatis, an hæres teneatur eas in in-
uentario deſcribere, alioquin omittẽdo obliget
ſe hæreditarijs creditoribus, quaſi res quæ de hæ
reditate erant, amouerit vel cælauerit, iuxta. l. ſi
ſeruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. vbi ean
dem quæſtionem Aretin. propoſuit, ſimiliter &
Bal. in. l. ſina. in princip. C. de iure deliberan. vt
quum res depoſitæ hæreditatẽ non augeant neq;
diminuãt niſi quatenus circa eas hæres malè ver-
ſaretur, vt dixi in. l. contractus. ff. de regu. iuris.
29 Vtrum † earum omiſſio hæredem hæreditarijs

creditoribusvltra vires hæreditarias obliget. cer
tè non. l. ſcimus. in princi. C. de iure deliber. Nec
mouere decet res depoſitas vel cõmodatas in hæ
reditate eſſe, quia id verum eſt, ſed non de hære-
ditate, quum in illis nullum ius defunctus habue
rit. non poterant ergo creditores ex earum con-
cellatione vel reſtitutione intereſſe prætendere,
niſi in illis defunctus ius aliquod habuiſſet, vt ſen
tit Areti. in dicta. l. ſi de eo. §. j. ff. de acqui. poſſ. l.
fin. ff. de bon. autor. iudic. poſſ. Bonum eſt tũ eas
in inuentario deſcribere, propter actiones, quæ
pro earum reſtitutione aduerſus hæredem cõpe-
tunt, quæ forſitã à creditore meliores quàm ſint
peti poſſent, quia forſan tritæ res eſſent vel cor-
ruptæ, vt in. l. quẽadmodum. §. magiſtratus. ff. ad
l. Aquil. in hoc poſſet intereſſe verſari, per illum
tex. l. plerunq;. in princip. in verbo attriuit. ff. de
iure dot. l. lex quæ tutores. ſuprà de admi. tutor.

30 Aduerte † ad hunc text. vt intelligatur de eo
adultero, quem maritus de iure impunè occide-
re poteſt: quum non omnem adulterum occidit
impunè. l. marito. ff. ad legem iuliam de adulter.
quamuis iuſtum dolorem exequenti pareatur,
non in totum, à tanto tamen excuſatur. l. Grac-
chus. C. ad. l. Iuliam de adulter. Et hic eſt tex. cla-
rus, quamuis plerique dubitauerint, an etiam de
iure ciuili marito liceat adulterum cum vxore in
actibusvenereis deprehenſum occidere, propter
caſum. l. j. §. fin. ff. ad. l. Cor. de ſica. Et in ea opi.
fuit glo. in. l. nec in ea. in verbo, omnem. ff. ad. l.
Iul. de adulter. & plerique ſecuti ſunt, præſertim
per rationem illius. l. nec in ea. §. finali. quæ patri
tantùm, non etiam marito permittit adulterum
occidere: quia ſæpe paterna pietas pro filijs con-
ſilium capit. Cæterùm mariti calor & impetus fa
cilè ſæuientis fuit refrænandus.

Et ad hunc tex. & ſimiles reſpondent, vt mari
to iuſtum dolorem exequenti ignoſcatur: quia
pœna legis Corneliæ de ſiccarijs non coercebun
tur, ſed paulò mitiores, ſecũdum. l. ſi adulterium
cum inceſtu. ff. ad. l. Iuliam de adulter. quæ pari
ratione cum hac lege cõuenit, dum in ea dicitur,
31 ei, † qui vxorem ſuam in adulterio deprehẽſam
occidiſſe ſe non negat, vltimũ ſupplicium remit-
ti poteſt. difficilimum enim eſt iuſtum dolorem
temperare. & in verſic. ſufficit, ſi humilis loci ſit,
in opusperpetuum tradi: ſiquidem honeſtiori, in
inſulam relegari. Ecce quomodo ignoſcitur qui
lege Põpeia de parricidijs puniri potuiſſet, quia
vxorem occidiſſet. l. j. ff. ad. l. Pompeiam de par-
ricidijs. mitius enim punietur. Similiter in hac le-
ge ignoſcitur marito, & mitius cũ eo agitur, qui
potuiſſet vltimo ſupplicio plecti, in inſulam tan-
tùm relegabitur. Ego puto eos non rectè verba
huius legis cõſideraſſe. Nam ſi maritus, qui vxo-
rem in adulterio deprehẽſam occidit, relegatio-
ne, aut in inſulam deportatione, puniri debet.
dicta. l. ſi adulterium cum inceſtu. multò magis
ſerui, qui dominũ adiuuerunt, vel eum non pro-
hibuerunt, ne vxorẽ trucidaret, puniri deberent,
quũ potuiſſent prohibere, & non prohibuerunt.
per hunc tex. in verſi. ſed ſi exaudiſſent. & l. j. §. ſi
ſibi manus. ſuprà eodem. dum ille tex. ait, ſimili-
ter vt ſi in conſpectu ſeruorum hoc fecit. & l. ſer
uos. C. ad. l. Iul. de vi publ. Et tamen hic tex. vult
non tantùm maritũ, ſed etiam vxoris ſeruos libe
randos. Nota verbum, liberãdos. ſicuti in. l. præ-
cedente. & §. fin. l. j. ſuprà eo. dictum eſt, & ſic im
punes euadunt. Non obſtat. l. ſi adulterium cum
inceſtu. §. idem imperatores. & l. nec in ea. §. fin.
ff. ad. l. Iul. de adulter. quæ diſtingui debẽr ſecun
dum. l. marito. eo. titu. et. l. Gracchus. C. ad. l. Iul.
de adulter. vt ſi adulter vilis ſit perſona, impunè
à marito occidi poteſt, aliàs non. Ex his inferunt
32 Bal. & Ange. in dicta. l. Gracchus. † ſi ſtatutum
permittit bannitum poſſe occidi à ſuo inimico ſo
lùm, ſi tamen inimicus bannitum aſſaſinari fecit,
id eſt, ſecundum Bal. per miniſtrũ occidere fecit,
non teneatur mandans, per illum tex. qui de filio
loquitur, qui patri paruit: quia quod fuit licitum
in perſona mandantis, licitũ fuit in perſona man-
datarij. Pro cuius deciſione eſt iſte text. de quo
per Bart. in. l. non ſolum. §. mandato. ff. de iniur.
Moder. Papien. notant in. l. j. §. vſufructuarius.
ff. de no. oper. nuncia. Dixi copioſius in repeti. l.
dudum. colũ. xiiij. & xv. C. de contrahen. empti.
Quibus adde quod notat Franciſ. Areti. in. l. ſi
ſeruũ. §. prætor. j. & ij. colũ. ff. de acq. hæred. ma-
ximè dum quæſtionem facit de ſtatuto permittẽ-
te pacem cum homicida fieri, qui proprijs mani-
bus hominem occidit: an mandans beneficio ſta-
tuti iuuari poſſit vti pacem fecit. Cui adde. l. item
ſi obſtetrix. in princi. ff. ad. l. Aquil. l. j. in princi.
ff. de eo per quẽ factum eſt. l. iubemus. §. hoc aũt
abijciendo. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. quarũ
Areti. nõ meminit. et vide Feli. in. c. quæ in eccle
ſiarum. iij. colum. verſicu. hoc intellige. extra de
conſtitu. His addo quæ Bart. contra Din. mouit
in. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxori. ff. ſolu. matri. in
caſu ſtatuti cõcedentis marito lucrum dotis mor
33 tua vxore. Pone, inquit, † maritum vxorem in
adulterio deprehenſam occidiſſe, an ea mortua
dotem lucrabitur? Din. ſecundum Bar. iſtius opi
nionis fuit, vt nõ lucretur dotem: quia ſuo facto
& ſuo facinore ſolutum eſt matrimonium, vt in
illo tex. & l. conſenſu. C. de repud. Idem velle vi
detur Bal. in. l. j. C. vnde vir et vxor. Bar. verò. in
eodem. §. ſi vir. & in. l. ei qui mortẽ. ff. de his qui-
bus vt indig. contrarium aſſeruit. ex quo enim le
ge vel ſtatuto ſeu conſuetudine permittente occi
dit, excuſandus eſt. l. qui ſeruũ. ff. de verb. oblig.
l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de leg. j. Bal. verò in di
cto. §. ſi vir. tranſit cum opi. Dini, iſta ratione mo
tus, quia qui ius ſibijpſi dixit, præmiũ legis cõſe
qui nõ debet. l. interdum. §. qui furem. ff. de ſurt.
Pro opi. Dini & Bal. addo tex. meliorem in. l. j.
34 ff. de his quib. vt indig. † vbi libertus omni com
modo ſibi relicto in teſtamẽto patroni priuatur,
ſi pa

ſi patronum poſt mortem accuſauit, quaſi illicitè mercis negociatorem. in qua vide illhic gloſſ. & Bar. In ea opi. eſt Alex. in apoſtil. Bal. in dicta. l. Gracchus. Iaſon in dicto. §. ſi vir. ſequitur Bart. ſententiam, quamuis ſecundũ eundem, leges per Bar. alleg. Bart. intentionem non probant. Loquuntur enim, vbi de euitãda pœna tantùm agitur, vt non teneatur aliqua pœna, ſi mulierem occidat, quia permittente lege vel conſuetudine hoc fecit. Aliud enim eſt pœnam euitare, & aliud lucrum ex facto reportare. l. fin. C. de codicil. Sed pro Bar. dicit indubiè illum. §. ſi vir. ſtringere, in ratione ſui. Nam ratio in illo tex. quare maritus dotem non lucratur, eſt propter facinus per eum commiſſum, in occidendo vxorem. Igitur à contrario, ſi facinus non cõmiſit: dotem nõ lucrabitur. Clarum eſt autẽ, virum nõ delinquere, ſi permittente lege vxorem occidit, vt hic, & dicta. l. Gracchus. igitur &c.

35 Secundò, quum † dotis lucrum, viro propriè lucrum non ſit, ſed propter matrimonij onera, quæ ſuſtinuit, à lege vel ſtatuto cõcedatur. l. pro oneribus. C. de iure dotium. imò illi in dãno eſſe exiſtimatur, ſecundum glo. in. l. ſi donatarius. ff. de condictio. ob cauſ. datam. Non debet igitur tam faciliter dotem culpa mulieris amittere. Nõ obſtat, ſecũdum eundem. l. interdum. §. qui furẽ. ff. de furt. cui ſecundum eum Rapha. Cuma. dixit reſponderi non poſſe: tamẽ (vt inquit ille) facilis eſt reſponſio: quia verũ eſt, eum qui ſibi ius dicit, non debere lucrum extrinſecum percipere, ſed duplum vel quadruplum procedẽs ex facto, magis pœna extra rem exiſtimanda eſt, quæ in foro cõſcientiæ percipienda non eſt, ſecundũ glo. in. c. fraternitas. xij. q. ij. à Cano. communiter approbata. ergo in dotis lucro quod ad cõſolationem prioris matrimonij conceſſum eſſe videtur, ſecus dicẽdum eſt. Cui addo in argumentum. §. fin. verſi. quoniam autem interpollationibus. in authent. quib. mod. natura. efficiuntur legitimi. colla. vj. Iſta ratio nõ videt̃ bona. Licet em̃ maritus propter onera matrimonij, quæ cõſtante matrimonio ſuſtinuit, dotem habeat. l. ſi filio. §. ſi filiusfamiliàs. ff. familiæ erciſcũ. in his verbis, quia ipſe onera matrimonij ſuſtinuit. Alioquin ſi non ſuſtineret, cohæredes cogere non potuiſſet, qui
36 ex ſtipulatu cõueniri poterãt. † & ſic perceptio dotis, & fauor qui marito tribuitur, eſt propter onera præteriti matrimonij quæ ſuſtinuit. Nõ tamen ſequitur vt propter onera præteriti matrimonij, quum ceſſat cauſa oneris, & retinere & lucro habere debeat, argumento. l. cura. §. deficiendum, ff. de munerib. & honorib. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vaca. muner. l. ſi plures. §. quamuis. ff. de adminiſtrat. tutor. Cui addo in argumentũ l. adulter. in fine. ff. ad. l. Iuliam de adulter. beneficium nuptæ conceſſum, inquit, expirat, ſi nupta eſſe deſinit. Sed quum lex ex gratia à pœna maritum excuſat, vt vnde pœna ſequi deberet præmium conſequatur, non videtur conueniens. l. ſi ſequens gradus. & illhic dicetur infrà eodem titu
37 lo. † id enim quod in pœnam mulieris introductum eſt, ad præmium viri mulierem occidentis inuentum non eſt, dicta. l. ſi ſequens. & dicta. l. j. ff. de his quib. vt indig. Et hanc conſiderationem videtur habuiſſe Aret. in dicto. §. ſi vir. poſt Bal. in authent. dos data. C. de donatio. ante nupti. Similiter & Paul. de Caſt. per. l. necare. ff. de liber. agnoſcẽ. dum ille text. ait, & is qui publicis locis miſericordiæ cauſa eum exponat, quam ipſe non habet. non obſtat ratio Iaſonis ex dicto. §. ſi vir.
38 quia facinus nõ cõmiſit: intellige punibile. † ſed quod hominẽ occidere, etiam in caſu à lege permiſſo, nefas nõ ſit, clarũ eſt nefas eſſe. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Et illhic notat glo. in verbo, è iure. inquit, fori non cœli. cui adde. c. admonere. xxxiij. q. ij. Et ratio conſideratur in hoc tex. qui ignoſcit viro vxorem trucidãti propter iuſtũ dolorem. & ſic pœnam remittit, non autem præmiũ concedit. Nec melius probatur quàm in dicta. l. ſi ſequẽs. infrà eo. pœna enim mulieris adulteræ præmio viro eſſe nõ debet. Et iureconſultus Vlpianus in. l. quis ſit fugitiuus. §. quod aiũt ædiles. ff. de ædili. edicto. praxim ſeu modum in ſimilibus pronunciandi tradit, vt iudices non dicant talem homicidã ſeu alia noxa accuſatum, noxa quidem nõ punibili, nullam noxam commiſiſſe, ſed ſic proferant. noxa ſolutum eſſe, id eſt, inquit ille tex. noxali iudicio ſubiectum non eſſe, quæ plurimùm differunt, per illum tex.

Secundò obſtat. l. fin. in fine. ff. de bo. damna.
39 dum ille tex. ait, † ex his quæ per flagitiũ damnatis acquiſiuit, portiones liberorũ non augentur. & in fine dicitur, idem cum filiofamiliàs veneno necaſſe conuinceretur, eum à quo hæres inſtituta erat, quãuis iuſſu patris in cuius poteſtate eſſet & in. c. vnico. an ille qui interfe. fratrem domi. ſui. coll. x. Et quod notat Bal. in. c. ſimiliter. quibus mod. feudum amitta. colla. x. Hoc enim ſatis in iure exoſum eſt, iudicem rei ſuæ ſe cõſtituere. l. extat. ff. quod metus cauſa. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. l. pen. §. quum Martianus. ff. ad. l. Iul. de vi priua. etiã ſi lex admitteret vt poſſet in manus inimici ſe conſtituere, pœnam, quam arbitratus fuerit, ſuſcipere. c. contigit. j. extra de ſentent. excõmunica. per Bar. in. l. j. §. vſqueadeo. ff. de iniur. vide quæ dixi in. §. ſi ex ſtipulatu. infrà eodem. Poſſet autem reſponderi dictæ. l. fin. §. fina. ff. de bo. damnato. vt loquatur in caſu quo quis delinquit, & de iure plecti debet ꝑpter facinus, vt in dicta. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. matri. Sed dic verè facinus eſſe, quia ius ſibi dixit, dicta l. pen. verſi. quũ Martianus. ff. ad. l. Iul. de vi pri-
40 ua. † Cæſar dixit, tu vim putas eſſe ſi ſolùm homines vulnerentur. Vis enim eſt & tunc quoties quis in quod deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit. l. fin. C. de epiſc. audien. Deinde ſequitur in ea aliud non omittendum dictum. non pu-

to autem nec verecundiæ, nec dignitati,nec pietati conuenire, quicquam non iure facere: non iure,id eſt,cũ iniuria.l.j.ff.de iniur.§.j.inſti.eo.

Addo quod ſuprà meminimus ex dictis per Inno.in.c.olim.extra de reſtitu. ſpolia. quamuis enim aliquis ſuum repetat iudicis autoritate,ſi tamen via obliqua,iure nõ repetit.c.nõ ſanè. xiiij. q.v. De quo in.c.iniuſtum. & quatuor cap̃.ſeq. xj.q.iij. Dices autem,maritum iure facere, ſi vxorem adulteram occidat. licet permittat lex marito vxorem occidere, non tamen dicitur abſque iniuria facere: & maximè quum ſit cõtra iuris naturalis & canonici diſpoſitionẽ.c. interfectores. &.c. inter.&.c. admonere. xxxiij.q.ij.dicta.l.vt
41 vim.ff. de iuſti. & iure. † Et quod lex permittit, eſt propter iuſtum dolorẽ viri ad eum ſolum effectum, vt impunis tantùm euadat, vt hic,& in dicta.l. Gracchus. C.ad.l.Iuliam de adulter.et in dicta.l.marito.in princi.ff. ad.l. Iuliam de adulter. Et licet hic gloſ.in verbo, reſtituuntur. dicat ex hoc tex. probari, non eſſe culpam,non reſiſtere, per.l. iij.ff. de noxal.actio.&.l. emptorem.ff.de actio.empti.Illæ leges ſi rectè legãtur,intelligun tur, quando in facultate non eſt prohibendi, vt ſuprà dictum eſt.Et ita Floria.hunc tex.cum illo coniungit.Non enim hic dicit,ſine culpa eſſe,ſed ignoſci. Non dicam,vt ſentit hic glo.à tãto ſolũ,
42 ſed in caſu à toto. † quia in totum dico maritum excuſari, ſi vilem occidat, prout lex permittit.& ideo.l.Gracchus.hoc vocabulo,legitimè vſa eſt: quia id factum à lege permiſſum eſt.

SVMMARIVM.

1 Seruus habens duos dominos vtri debeat citius ſuccurrere.
2 Seruus vxoris potius marito debet ſubuenire, ſi vtriq; nequeat.
3 Vaſallus plurium non valens omnibus auxilio eſſe, an poſſit cui vult gratificari.
4 Electio non datur ei cui beneficium debetur.
5 Pater cui vult filiorum gratificari poteſt.
6 Dominus non cogitur vaſallum habere minus gratum aut contrà.
7 Primogenita an ſit præferenda ſecũdogenitæ in feudo ad fœminas deuoluto.
8 Epiſcopus teſtatorum vltimas voluntates exequitur, data executorum negligentia.
9 Vaſallus domino iuſtitiam debet.& dominus vaſallo.
10 Electio eſt ſuperioris, ſi quis ad officia incompatibilia vocetur.
11 Parochianus diuerſarum parochiarum moriens vtri volet gratificabitur.
12 Alienatum quando & quo iure poſſit per proximiorẽ precio oblato retrahi.
13 Publicatio rei venalis ſituatæ in confinio duarum parochiarum,in vtra fieri debeat.
14 Denunciatio ad quid fieri debeat.
15 Scholaſticus interans auditorium duorum doctorum, coram quo poſſit conueniri.
16 Bona & negotia pupillorum non ſunt fortunæ committenda.
Minor æquiparatur Reipublicæ in fauoribus.
17 Eligere indignum an poſſit is in cuius facultate eſt quẽ velit eligere.
18 Iudex vtri deferre debeat,ſi duorum nouum opus nunciantium alter ipſum demoliri poſcat,& alter non.
19 Minor quare reſtitui non poſſit aduerſus hæreditatis diuiſionem ſorte factam.
20 Sors iacta multorum quandoq; malorum cauſa.
21 Regnum duos reges vix capere poteſt.
22 Gratificatio in quot & quibus locũ habere non poſſit.
23 Collatio eiuſdem beneficij duobus facta eodem die, vitiatur ob incertitudinem.
24 Canonici poſſunt gratificari cui volunt, ſi duo titulum habeant eiuſdem diei & temporis, & ſimul conueniãt in adeptione poſſeſſionis.
25 Actor teſtamentum probare debet, in quo hæres inſtitutus eſt, poſterius factum eſſe, ſi de hoc dubitetur.
26 Hæres certus in teſtamento ſcribi debet & nominari, alioqui non valet inſtitutio.
Adire hæreditatem non poteſt qui de viribus teſtamenti dubitat.
27 Iudicium pro poſſeſſore cõuento in dubijs ferri debet, quando duo de dominio vel poſſeſſione contendunt.
28 Teſti ſingulari non creditur, niſi aliundè fides exquiratur.
29 Quæſtiones quæ in facto conſiſtunt, ſorte dirimendæ non ſunt.
30 Quæſtio de poſſeſſione iuris in qua vterque probat æqualiter, ſorte dirimi poteſt.
31 Poſſeſſio ei eſt adiudicanda, qui potiora ſe iura habere probat.
32 Fructuarij duo, quibus inſolidum fructus eiuſdem prædij eſt relictus, faciunt ſibi partes per concurſum.
Legatum eiuſdem rei duobus factum, vtri erit adiudicandum.
33 Poſſeſſio ſeu dominium eiuſdem rei non poteſt penes duos inſolidum eſſe.
34 Poſſidere rectè non dicitur, qui vim infert, ex qua homicidium conſequitur.
Mendicãtes qua forma tempeſtate hac epiſcopatus & abbatias occupent.
35 Conſilium bonum non eſt quod ſubditos ad arma prouocat.
36 Appellatio facta ab electione dirempta ſorte non admittitur.
37 Sorti non ſunt committenda quæ in facto conſiſtunt.
38 Gratificatio locũ nõ habet, vbi in aliquo eſt imparitas.
39 Gratificatio cui competat, an conferenti, an verò ei cui confertur.
40 Inueſtitura ſi ea facta ſit forma, vt maſculis deficiẽtibus fœminæ ſuccedant, an tunc primogenita in feudo ſuccedat, cæteris repulſis.
41 Electio in gratijs aut beneficijs in quibus verba executiua ad neutrum directa ſunt, ad prouiſum ſeu beneficiatum ſpectat.
42 Electio in alternatiuis per principem conceſſis beneficium conſequutò pertinet.
43 Reſcriptum principis in prouiſione ad beneficia reſtringi debet.
44 Beneficium principis latiſſimã recipit interpratationem.
45 Conceſſio principis quando ſit reſtringenda, & quãdo amplianda.& nu.ſeq.
47 Vota principum impleri debent ex melioribus auri ſolidis obrizatis.
48 Princeps ſi pluribus poſitum bannis vno eorũ eximit.

in eius eſt electione ex quo eum velit eximere.

49 Electio vt plurimum manet eius qui confert, & non eius cui confertur.

50 Electio an ſit principis conferentis, an verò eius cui collatum eſt, ſi inrer hos quæſtio orta reperiatur.

51 Hæres legatum obſcurum ſeu incertum negare poteſt legatario.

52 Debita in iure reperiuntur in mulriplici differentia.

53 Genus generaliſſimum quod ſit & quod ſubalternum. Genus Legiſtis dicitur id quod Dialecticis ſpecies ſpecialiſſima.

54 Legatum generis quando valeat.

55 Fundus legatus ea qualitare manẽte tradi debet legatario, qua teſtator eum poſſedit.

56 Fundus & domus in ratione legati differunt maximè.

57 Fundus vnde Varroni dictus.

58 Vſusfructus conſtitui poteſt in domibus à proprietatis domino ædificatis.
Tugurium quid ſit, & an comprehendi poſſit domus vocabulo.

59 Dictio vna & eadem diuerſam in iure interpretationem recipere poteſt.

60 Teſtatore fundum in genere legante, ſi plures habeat fundos, electio erit hæredis quem legatario fundum dare velit.

61 Legatum ſi ſit certum de certis, in electione hæredis erit quod dare velit.

62 Legatarius quando electionem habeat in re legata, & quando hæres.

63 Legatarius ex pluribus quàm duobus fundis ſibi relictis, quem vult eligere poteſt.

64 Legatum de vno ex tribus hominibus relictum, non intelligitur de horum optimo.

65 Optio competit legatario in legato rei indiuiſibilis per naturam.

66 Fundo vno de certis legato, eliget hæres quem dare velit, modo mediocrem eligat.

67 Legatum certæ quantitatis verificari poteſt in re mediocri.

68 Domus nõ differt à fundo in ratione legati, quominus poſſit hæres aut optimum aut peſſimum dare.

69 Legatum à teſtatore relictum intelligi debet de re in patrimonio exiſtente.

70 Teſtator non præſumitur legare quod legatario credis inutile.

71 Veriſimilius attendi debet in rebus obſcuris.

72 Electio ſemper eſt promiſſoris in ſtipulationibus.

73 Stipulatio inutilis iudicatur, in qua genus & modus non deſtinantur.

74 Eligens non poteſt ſpeciem mutare de qua veriſimiliter non ſenſit teſtator.

75 Minimum quod reperitur in nummis debetur.

76 Debitor in eadem qualitate & bonitate debitum reddere renetur qua ſuſcepit.

77 Triticum in genere qui ſtipulatur, quantitatem tritici videtur ſtipulari.

78 Arbitrium voluntatis plenum habere dicitur is, cui faciendi ſeu dandi quod vult facultas committitur.

79 Contractus in quo differant ab vltimis voluntatibus.

80 Electio non datur legatario, ſed dubia voluntas teſtatoris interpretationem patitur.

81 Minimum debetur in alternatiua ſummarum.

82 Electio eſt legatarij in vltimarum voluntatum alternatiuis.

83 Vſusfructus à proprietate ſic diſtinguitur, vt pars à ſuo toto integrali.

84 Numerus nummorum ſi legetur, nec appareat quales legati ſint, quid tunc attendi debeat.

85 Teſtator quo caſus legatario electionem dare præſumatur.

86 Adiectio longioris temporis facta legato, cenſetur fauore hæredis & non legatarij appoſita.

87 Gratificari poteſt is, cui conceditur ius optionis.

88 Aduocatus qui promiſit duobus patrocinari, tenetur vni per ſe ſeruire, & alteri per ſubſtitutum.

89 Gratificari poterit cui volet, qui duobus neceſſariò ſubuenire tenetur.

90 Vaſalli duorũ principum inter ſe belligerantium qualiter ſe erga dominos habere debeant.
Debitor duorum, vtrique tenetur opem ferre nulla antiquioris domini habita ratione.

91 Seruus duorum dominorum ab vtroq; requiſitus: vtri potius debeat auxiliari.

92 Vaſallus duorum non valens vtrique auxiliari, poteſt cui vult gratificari.

93 Vaſallus in quo differat à ſeruo.

94 Vaſallus fidelitatem iurans ſecundo domino, debet primum excipere.

95 Papa an poſſit vaſallum imperij eximere ab obedientia imperatori præſtanda.

96 Vaſallus non excuſatur quin vtrique domino ſaltem per ſubſtiturum ſeruire teneatur. & nu. 97.

98 Vaſallus poteſt quis duorum eſſe dominorum, etiam ſecundum iura.

99 Vaſallus duobus dominis obligatus, cui teneatur, ſi cui primò ſit obligatus ignoretur.

100 Creditor poſterior agens prius antiquo creditore, non facit conditionem ſuam meliorem.

101 Creditor antiquior quo caſu pignus repetitũ nequeat à poſteriore auocare.

102 Hypotheca poſterioris non extinguitur ſi res pignori obligata antiquiori creditori in ſolutum detur aut venundetur.

103 Debitor duorum qualiter vtrique debeat ſatisfacere, ſi tantùm habeat in bonis vnde alteri poſſit ſatisfieri.

104 Pignus venditum alteri, cum ſua tranſit cauſa perinde, atque ſi creditori anteriori venderetur.

105 Creditor poſterior qualiter poſſit, & an ei liceat, conditionem ſuam meliorem facere in priorum creditorum præiudicium.

106 Creditor poſterior repetere nequit quod per gratificationem ſolurum eſt priori.

107 Mulieres ingenuæ nõ per maritos verberibus afficiẽdæ

108 Maritus quibus caſibus vxorẽ flagellis caſtigare poſſit.

109 Vaſalli vxoris an debeant eam iuuare aduerſus maritũ, aut contrà.

110 Maritus non debet abuti vxoris beneficio.

111 Vaſallus an teneatur iuuare regem contra baronem, aut contrà.

112 Pares curiæ non poſſunt dominum bannire.

113 Vaſallus quid facere debeat domino nolenti ei iuſtitiam reddere.
Vaſallus quo caſu dominum deprædari poſſit.

114 Rex & quiuis alius ſuperior in cauſa peccati nõ audiẽs eccleſiam, excommunicari debet.

115 Princeps Chriſtianus non debet iuſſa patris ſui, id eſt, ſummi pontificis contemnere.

116 Principes plus æquo in ſubditos ſæuientes, iræ dei ſunt quandoque executores.
Libertus patronũ ſe impetentem famoſa actione, abſq;

prætoris venia non poteſt conuenire.
117 Prohibitiones pœnales non extenduntur ad caſus lege non comprehenſos.
118 Princeps pater patriæ eſt, ideoq; ab eo appellandum non eſt.
119 Appellari ſeu prouocari an poſſit ad principem omiſſo præſide.
120 Aduocatus non excuſatur qui parte inſtante in principem aut illi aſſidentes verba protulit contumelioſa.
121 Iniuriarũ actione non tenetur qui conuicium dicit cauſa tuendæ cauſæ, & non animo iniuriandi.
122 Teſte falſo vtens ad crimen tegendum, an excuſetur à falſi pœna.
Aduocatus in cauſa criminali pro reo põt patrocinari.
123 Accuſatus prodens cauſam rei de publico iudicio damnati, extra ordinem punitur.
124 Prouocari poteſt à principe ad eundẽ melius conſultũ
125 Iniuria facta in conſpectu prætoris, grauior eſt ea, quæ fit in eius abſentia.
126 Condemnatus à iudice, intra decendium contumelias & conuicia in iudicem iaciens toleratur.
127 Aduocatus ſeu vaſallus malo fine patrocinatus, an ſit puniendus.
128 Vaſalli in Hiſpania & Cathalonia bellum mouent aduerſus dominum iuſtitiam eis denegantem.
Maledicens principi, non euadet impunitus.
129 Vaſallus non poteſt eſſe duorum inſolidum reſpectu eiuſdem rei.
130 Dominium vnius rei non poteſt eodem tempore inſolidum eſſe penes duos.
Vaſallus feudo priuatur, qui intra annum inueſtiturã non petit, aut aliàs ſe fidelem futurum negligit.
131 Emphyteota biennium ceſſans à ſolutione cenſus incidit in commiſſum.
132 Dominium vtile & directum transferri poteſt per cenſualem contractum.
133 Vaſallus duobus dominis pro eadem re non tenetur fidelitatem præſtare.
134 Vaſallus vtrique dño dubitãter reſponderi poteſt, vbi ius feudi dubium eſt: nec ob hoc ipſum infidelis eſt.
135 Titulum ſuæ poſſeſſionis dicere nemo cogi debet à principe.
136 Dominus poteſt cogere vaſallũ vt oſtendat ei feudum. & nume. 140.
137 Vaſallus res feudales domino oſtendere tenetur. & nume. ſequen.
139 Certus de facto proprio quilibet eſſe debet.
140 Vaſallus res feudales domino oſtendere renuens, in dolo eſſe præſumitur.
142 Vaſallus in dolo eſt diu feudum domino oſtendere nolens, & interim debitum denegans ſeruitium.
141 Feuda quædam nulla debent ſeruitia aut fidelitatem ex ipſa inueſtitura.
144 Vaſallus negans iura domini adſimilatur furi.
145 Scientia neceſſariò requiritur vt delictum punibile inducatur.
146 Vaſallus non tenetur probare quando tertius ſeu exterus mouit quæſtionem ſuper iure domini.
147 Confitens rem aliquam, confiteri debet certum.
148 Vaſallum ſe facile confeſſus eſt, qui multis annis ſeruitium domino præſtitit.
149 Poſſidere ſe aſſerens rem alienam cum titulo, debet titulum ipſum probare.
150 Poſſeſſor non tenetur ſuæ poſſeſſionis titulum oſtendere.
151 Feudum domino indicare debet qui ſe vaſallum confeſſus eſt.
152 Vaſallus nolens dominum recognoſcere, quando ei præiudicet.
153 Dominus feudi per vaſallum poſſeſſionem ciuilem retinet, remanente naturali penes vaſallum.
154 Feudalia nullatenus alienari poſſunt.
155 Vaſallus ſine domini voluntate feudum non poteſt alienare.
156 Dominium et poſſeſſio amitti poteſt, colono alium dominum recognoſcente.
157 Vaſallus dominũ ſimul & alium recognoſcens, per hoc non priuat dominum ſua poſſeſſione.
158 Vaſallus quo caſu dominum ſuum inſtruere non teneatur.
159 Confitens indebitum ſcienter, præſumitur velle donare.
160 Reus in cauſa fiſcali conuentus nõ tenetur exhibere aut probare, niſi duobus concurrentibus.
161 Domino ius aut res ſuas ignoranti, imputatur ignorantia ſua.
162 Onus probandi incumbit ei qui petit.
163 Vaſallus quo caſu qualitatem & quotitatem feudi dicere, & inſtrumenta neceſſaria domino miniſtrare teneatur.
164 Vaſallus dominum recognoſcere negligens, feudo poteſt ſpoliari.
165 Præſtatio ſeruitij facta alicui à prædeceſſoribus, conſtituit eum, cui præſtarum fuit, poſſeſſorem et dominum.
166 Recognitio ſola rem feudalem non conſtituit.
167 Error prædeceſſorum non debet ſucceſſoribus nocumento eſſe.
Vaſallus quo caſu non teneatur domino agenti oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.
168 Princeps nõ habet priuilegium potius ſeu maius quolibet priuato.
169 Vaſallus qui confeſſione aut ſeruitiorum præſtatione ſe vaſallum recognouit, tenetur titulum & cauſam tituli & fines feudi domino oſtendere.
170 Vaſallus non debet res feudales domino ſuo occultare.
171 Vaſallus contumax in præſtanda fide domino, eſt priuandus feudo.
172 Vaſallus contra ſeipſum non tenetur iuuare dominum
173 Ignorantia dicitur excuſabilis quæ de iure eſt probabilis.
174 Vaſallus duorum non poteſt eſſe reſpectu eiuſdem rei.
175 Dominus vaſallum conſeruare debet in feudo aduerſus tertium.
176 Vaſallus vtri obtemperare debeat, an ei qui ſe dominũ aſſerit, an verò ei qui ſe cenſualem ſeu vectigalem.
177 Feuda quaternata differunt à burgenſalibus & cenſualibus.
Vaſallus plus debet domino, quàm libertus patrono.
178 Feudum cẽſualem aſſerens, ius domini nõ vendicat, ſed cuiuſdam præſtationis annuæ.
179 Vaſallus non ob hoc eſt vtilis dominus, quod ei actio rei vendicationis competat.
180 Dominium vtile non denominatur ab effectu vtilis actionis.
181 Creditor & vſusfructuarius vtili rei vendicatione poſſunt agere.
182 Feudum abſque domini conſenſu alienari non poteſt, emphyteoſis autem ſic.
183 Vaſallus non dominium, ſed vſumfructum tantùm habet in re feudali.

184 Allodialia in tãtum libera ſunt, vt pro eis nil debeatur.
185 Vaſallus dominum adiuuare tenetur, qualitercunque feudum ab eo acceperit.
186 Feudum non dicitur gratuitum, quod tot & tantis eſt ſeruitijs obnoxium.
187 Superficiarius quare vtile dominium in re dicatur habere.
188 Poſſeſſor in quo differat ab eo qui eſt in poſſeſſione.
189 Actiones vtiles ei competunt qui non dominium, ſed quaſi dominium in re habet.
190 Dominus cenſualis dans rem ſuam ad cenſum, nullum retinet dominium.
191 Emphyteota biennium ceſſans à ſolutione canonis, in commiſſum incidit.
192 Iuris epiſcopalis nomine quid veniat.
193 Eccleſiæ vel ius epiſcopale nõ dantur in emphiteoſim, ſed ipſius eccleſiæ prædia.
194 Eccleſia quemadmodum & priuatus poteſt quandoq; in commiſſum incidere.
195 Epiſcopus aliquid pijs locis concedens, poteſt ſibi aliquid reſeruare loco penſionis annuæ.
196 Cenſus gratis oblatus, gratis accipi poteſt
197 Papa nõ præſumitur pactũ ſimoniacũ velle cõfirmare.
198 Iura ſpiritualia cõcedi poſſunt duntaxat ſiue pacto aut conuentione fiat conceſſio.
199 Iura ſpiritualia in cenſum annuum aut in emphiteoſim dari non debent.
200 Iura epiſcopalia aut quæuis alia eccleſiæ competentia, non poteſt inferior à pontifice remittere.
201 Iura epiſcopalia non mutantur per dationem coadiutoris.
202 Emphyteota accipiens in emphyteoſim fundum patrimonialem principis, non poteſt cadere in commiſſum.
203 Acquirere dicitur iure dominij directi qui ſub pacto, ne in commiſſum cadat, à principe in emphyteoſim accipit.
204 Fundi patrimoniales principis iure emphyteotico ad eum reuerſi, alteri per eum non poſſunt conferri aliter, quàm prius fuerunt collati.
205 Conceſſio in emphyteoſim facta à principe, non poteſt reuocari.
206 Emphytheoſis à principe conceſſa tantæ eſt efficaciæ, vt is qui accipit, in commiſſum cadere non debeat formidare.
207 Emphyteota principis aduerſus principem nulla temporis intercapedine poteſt rem emphyteuticam præſcribere.
208 Patrimonium principis quare præſcribi non poſſit.
209 Iura epiſcopalia ſeu eccleſiaſtica non poſſunt transferri, niſi cum pontificis autoritate.
210 Spiritualia non poſſunt in pactum deduci.
211 Beneficio carere debet, qui id, propter quod datum eſt beneficium non vult impendere ſeruitium.
212 Papa non confirmat conuentiones ſimoniacas.
213 Transferẽs quicquid iuris habet in re, omne quod in eadem habet, dominium transfert.
214 Poſſidens rem tributariam ſub annua penſione, licet à poſſeſſione non poſſit remoueri, dominium tamen rei acquirere non poteſt.
215 Emphyteota principis abſq; commiſſi metu ceſſare poteſt a ſolutione canonis.
216 Dominium non transfertur per conceſſionem ad cenſum annuum.
217 Epiſcopus non habet iuris epiſcopalis directum aut vtile dominium.
218 Canoniſtæ decipiuntur dicentes per locationem decennem dominium transferri.
219 Vaſallus a duobus impetitus, debet potius ei qui ſe feudi dñm dicit, gratificari, q̃ ei qui ſe cenſualem aſſerit.
220 Curator Reipublicæ vel fiſci non poteſt rem conductã auferre abſque principis autoritate.
221 Iura ſpiritualia ad cenſum annuũ præſtari poſſunt, alienari non poſſunt.
222 Cenſualis negans dominum cenſus, cadit a re cenſuali quemadmodum vaſallus feudo priuatur, qui domino iura denegat feudalia.
223 Damno affici non debet qui commodum non ſenſit.
Vaſallus à duobus impetitus quare neutrum recognoſcere debeat in dominum.
224 Interrogatus an poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere, an teneatur reſpondere.
225 Fideicommiſſa tacita per confeſſionem partis deteguntur.
226 Iudex ad partis inſtantiam reum interrogare poteſt.
227 Interrogato an credat vel non, datur tempus ad reſpondendum.
228 Hæredes pro hæreditarijs portionibus tantùm conueniuntur, ideoq; interrogandi ſunt pro qua parte hæredes exiſtunt. & nu. 231.
229 Exhibere quid dicatur Iureconſultis.
230 Mancipiorum orta quæſtione, prius de poſſeſſione iudicandum eſt mancipijs exhibitis.
231 Forma miſſionis in poſſeſſionem qualis.
232 Interrogatio an differat à poſitione.
234 Iudices in Gallia ſubditos poſitionum formulis illaqueant & prædantur.
235 Poſitionum cauſa non differt ab interrogatorijs.
236 Interrogatio fieri debet à iudice, ſed nõ ad poſitionem partis.
237 Canoniſtarum miſera conditio litigantes pecunijs exhauriens.
238 Dominus iudicio noxali cõuentus quòd ſeruus aliquẽ vulnerauerit, non eo ditari poteſt.
239 Dominus non debet noxali iudicio damnari, qui ſeruum in poteſtate non habet.
240 Actio ad exhibendum eſt præparatoria iudicij realis.
241 Probatio confeſſionis rei quo caſu debeat recipi.
242 Reus quo caſu cogi poſſit inſtrumenta ad intentionem fiſci probandam contra ſe edere.
243 Vxor amouens res mariti, non tenetur actione rerum amotarum, ſi non cauſa diuortij amouerit.
244 Iuramentũ quandoq; defertur vt fides ſuſpecta purgetur
245 Iuramentũ defertur coniugi quæ ſe cauſa diuortij amouiſſe res mariti negat.
246 Actio in iure frequenter capitur pro accuſatione.
247 Reus quo caſu poſitionibus reſpondere non teneatur.
248 Vaſallus non tenetur reſpondere duobus de dominio feudi directo contendentibus.
249 Dominium directum eiuſdem rei non poteſt eſſe penes duos inſolidum.
250 Interrogatus videns ſe illaqueari poſſe ob iurium diuerſitatem, reſpondere non tenetur.
251 Ius cenſualis an ſit nobilius iure quod vaſallus habet in feudo.
252 Vaſallus quibus obnoxius ſit ſeruitutibus.
253 Cenſualem fundum habens, ipſum vendere poteſt, non ſic autem vaſallus feudum.
254 Feudum alicui de genere à vaſallo venditum, nõ poteſt per dominum reuocari.

355 Feudo cenſuali vendito certæ datur pecuniæ domino in ſignum dominij.
356 Vaſallus domino ſeruire nolẽs feudum perdere debet.
357 Cenſualis fidelitatem nullam domino debet, ſicuti vaſallus.
358 Succeſſio feudorum cenſualium promiſcuè ad filios & filias deuoluitur.
359 Fœminæ non in feudo ſuccedere poſſunt iure conſuetudinis.
360 Poſſeſſor propter eiuſdem rei dominium cogi non debet cum pluribus litigare.
Vaſallus pro feudo nil præſtare tenetur, alioqui feudũ non erit amplius nobile.
361 Feudum ſeruitutibus obnoxium qualiter vocandum.
362 Vaſallus nullo pacto aut conuentione ſeruitutem poteſt feudo imponere, qua dominus in feudo grauetur.
363 Feuda in quibus ad inſtar patrimoniorum ſint redacta.
364 Vaſallus non poteſt domino alium dare vaſallum.
365 Iudex neminem litibus ſuperuacuis vexari permittere debet.
366 Vaſallus à duobus ſe dominos contendentibus cõuentus, cauere debet ne eorum alterum abneget.
367 Confœderatus duobus inter ſe belligerãtibus, vtri ſubuenire teneatur, quum ambobus nequeat. & nu. ſeq.
369 Vaſallus a domino mediato & immediato impetitus, vtri ſubuenire & obtemperare debeat.
370 Accuſatus coram duobus iudicibus de eodem crimine, an poſſit eligere coram quo malit iudicari.
371 Iudex vnus quando alteri cedere debeat.
372 Iudex minor quo caſu adiri poſſit, neglecto maiore.
373 Iudex qui ſit competens in cauſis pupillorum, ſtatuto ſtante &c.
374 Tutor optionem habere debet, coram quo iudice cauſam pupilli tractari velit.
375 Mulier negociationi præfecta maritũ obligare poteſt.
376 Poteſtas iudicis ordinarij non cenſetur ſublata, ſi alius iudex cumulatiuè datus ſit.
377 Iuriſdictione priuatiuè conceſſa, poteſt iudex inferior præueniens cognoſcere.
378 Reus pro diuerſis cauſis coram iudicibus diuerſis conuentus, coram quo reſpondere debeat. & nu. ſeq.
380 Reus pro eodem crimine coram diuerſis iudicibus conueniri non debet. & nu. ſeq.
383 Reus diuerſorum criminum cauſa à diuerſis impetitus iudicibus, coram omnibus comparere debet.
384 Reus pro eodem crimine accuſatus coram diuerſis iudicibus eiuſdem autoritatis, eligere poteſt coram quo comparere malit.
385 Rectores prouinciæ non debent viros clariſſimos, quibus ceſſio facta eſt, formidare, quo minus quod iuſtum eſt exequantur.
386 Priuilegium perſonale non attenditur, vbi reipublicæ læſio vel ſubditorum vexatio dubitatur.
387 Pœnæ diuerſæ ſi à lege pro eodẽ crimine imponantur, vtrius erit electio, iudicis ſcilicet, an rei.
388 Pœna mitior imponenda eſt, quando plures à lege pro eodem crimine ſunt impoſitæ.
389 Pœnæ æſtimari debent ex perſonarum conditione & rerum qualitate.
390 Sententia iudicis cauſam non diſtinguens, debet potius ad crimen referri quàm ad non crimen.
391 Reus quando pœnam eligere poſſit qua puniatur, & quando iudex.
392 Pœna capitis an verè & abſolutè ſignificet vltimum ſupplicium.

§. Si quum omnes.

SERVVS alteri dominorum gratificari poteſt, cui auxilium ferat: & gratificando non peccat, ſi omnibus opem ferre non poteſt, etiam ſi vni dominorum plus alteri debeat. h. d.

Vltimum dictum caſus ſum-
1 marij non admiſit hic Bal. poſt Cin. † quia maio
ri ſuccurrere debet. Et quãuis hic Bal. nihil alle-
get. Adde in vaſallo teneri antiquiori ſuccurre-
re. c. fina. hic ſinitur lex, deinde incipi. conſuetu.
reg. colla. x. §. illud. de prohib. ſeud. aliena. per
Freder. eadem colla. in his verbis, niſi pro ſerui-
tio alterius domini ſui hoc fecerit, quẽ ſine frau-
de antehabuerit. Aduerte hunc tex. omnino con
tradicere, dum de ſeruis vxoris loquitur, quæ ve
ra eſt domina, & non maritus. l. j. §. ſi vir. ſuprà
eo. vel ſi vis vtrunque dicere dominum: Clarum
2 eſt vxorem antiquiorem dominam eſſe: † & ta-
men excuſatur ſeruus, ſi quum non potuit vtriꝗ
ſubuenire, elegit opem ferre marito, vel ecõtra.
Idem notat Cardi. Alex. c. vnico. an maritus ſuc-
cedat vxori in beneficio. colla. x. in fi. Licet glo.
differentiam inter ſeruos vxoris & ſeruos mariti
faciat: quia vxori per maritum naturaliter fit ho-
nor, ſed non ecõuerſo. l. liberti. C. de oper. liber-
to. Adde. l. mulieres. C. de incol. lib. x. Melius fa
cit l. j. §. fin. & l. ij. ff. de iniur. §. patitur. Inſtitu. de
iniur. tex. & gl. in. l. aut qui aliter. §. ſed & ſeruus.
ff. quod vi aut clàm. Quare nõ videtur hæc Bal.
limitatio ſuſtentabilis. Vt ergo de ea et ſimilibus
videamus, recenſebo thema illud tritum de vaſal
lo duorum dominorum, qui omnibus bellũ mo-
uere volentibus, auxilium ferrę tenetur. c. j. qui-
bus mod. feud. amit. coll. x. Dictum eſt in priore
3 §. † Si non poteſt vaſallus vtrique ſubuenire, an
alteri gratificari poſſit. Iſte tex. argumento nobis
eſt, poſſe eum gratificari. et in. l. ſi quis ſeruum. §.
ſi inter duos. ff. de lega. ij. Vbi ſi legatum ſactum
eſt Titio amico, & duo ſunt amici eiuſdem nomi
nis, neꝗ apparet de quo teſtator ſenſerit, quum
vterꝗ paratus ſit hæredem defendere: in optio-
ne hæredis eſt quem velit eligere, vt ab eo defen
datur. Adde glo. in. l. j. §. apud Iulianum. in ver-
bo, defendere. ff. depoſiti. Glo. in. l. ſi vt certo. §.
quod verò. ff. cõmoda. ſi. dum per hunc tex. dicit
glo. ſi cõmodatarius à duobus cõmodatas res ha
beat, quas ſimul ſaluare non poteſt, commodata
rius gratificari poteſt cuius velit res ſaluári, abſꝗ
eo quod de interitu conueniri poſſit. Et dicit
Paul. de Caſtr. in dicta. l. ſi quis ſeruum. l. ſi inter
duos. plurimùm vrgere contra Anto. de Butrio
in repetitione C. duobus. de reſcript. in. vj. quem
dixit in publica diſputatione contra eun. Anto.
induxiſſe in ea quæſtione, quæ tunc oblata eſt de
duobus

duobus ex eodem beneficio eodem die prouiſis
& quorum iura æqualia erant. vt in optione ſu-
perioris ſit cui velit gratificari, per illum text. &
4 l.ſi duas.in princi.ff.de excuſa.tutor. † Nõ ergo
cui beneficium debetur, electio datur:ſed domi-
no ſeu debitori.c.quum autem. extra de iure pa-
trona. Similiter notatur in conſtitutione decreti
Baſilienſis.in tit. de colla.§. item quod ad dictas
duas partes.verſi.ita tamen. Vide quod plenius
in dicto. c. duobus. notatur. & in.c. ſi à ſede. de
præben.eo.lib. & Petr.de bel.perti.in.§.j.Inſtit.
qui et ex quib.cauſis manumit.non lice. Henric.
Bohic in.c.auditis.extra de electio. &.l.fina.vbi
gloſ. in verbo grat.ficationi.quæ plures alias le-
ges huic ſimiles refert.ff. de religioſis & ſumpti.
funer.l.in quibus. & quod illhic Bald. notat per
illum tex.in fine.C. de ſecund.nupt.dum quærit
Bal. Si ex conſuetudine primogenitus in regno
ſuccedere debeat,ſicuti eſt in regno Franciæ.Po
5 ne † duos eſſe natos eodẽ tẽpore, & ita cogen-
te eos natura ex vtero procedere, vt non potue-
rit diſtingui vter primò natus ſit, obſtetricibus
ita teſtantibus : vt pater,cui gratificari voluerit,
poſſit, dum illhic text. inquit, eligendi videlicet
quos voluerit ex liberis ſuperſtitibus nõ adẽpta
licentia. Adde Alexã.in.l.iij.§. hoc interdum.in
apoſtil. Barto.in verbo gratificationi. Et quæ in
illa.l.glo. notat in verbo eligendum.ff. de liber.
homi. exhiben. De præfata autẽ Bal. quæſtione
ſi plenius videre deſideras,lege Franciſ. Areti.in
l.ex duobus.colum.ij.et.iij.ff.de vulga.& pupil.
ſubſtitutio. Quibus addo.l.quum hic ſtatus.§.ſi
ambo.ff.de dona.inter vir.& vxor.c.j. qui feud.
dare poſ. colla. x. in his verbis, in quem ſcilicet
dominus vellet hoc beneficium confirmare. per
quem Bal. in eodem.c. in fine. quærit,ſi in inue-
ſtitura ſic cõceſſum eſt feudum, vt deficientibus
maſculis feudum ad vnam fœminã ſuccedat. An
vaſallo decedente, relictis pluribus filiabus,pri-
mogenita ſuccedet, vel forte erit dirimẽda quæ-
ſtio, vel ratione incertitudinis feudum ad domi-
num reuertetur, vel an gratificationi locus erit.
Et quamuis pro vtraque parte Bal. leges allega-
uerit: in hanc tamen ſententiam inclinat vt grati-
ficationi ſit locus,per illũ text. ſic ſuprà inductũ.
Cui conueniunt ſuprà allegatæ leges. Addit etiã
l.Arethuſa.ff.de ſta.hom.l.id quod pauperibus.
C.de epiſc.& cleri.l.diximus.ff.de excuſa.tutor.
In ea opi.eſt Alexan.in præfata apoſtil.Bar.in.l.
iij.in verbo,gratificationi.ff.de liber.homi.exhi-
ben.Similiter & Iaco.de ſanc.Georg. in ſumma
ſua feudali,in verbo, & fœminis.iij. colũ.motus
6 hac ratione: † quoniam ſi oporteat quæſtionem
ſorte decidi,cõtingeret forſitan dominum vaſal-
lam ingratam habere, contra caſum. c. vnici. de
fratri.de no.inueſti.l.in quibus. C. de ſecund.nu
pti. Addo illis glo. in. c. omnes filij. ſi de feudo
fuer.contro.inter domi.&.agna. dum illa glo.lo
quitur de domino, qui pluribus relictis filijs de-
ceſſit, vt omnibus filijs fidelitatem vaſallus præ-
ſtare non debeat, ne in plures diſtringatur domi
nos.l.ne in plures. ff. de exerci.actio.ſed poterit
eligere cui fidelitatẽ præſtare velit.Et dicit illhic
glo. & clarius poſt eam Marti. Lauden. quod ſi
cõtingat filios domini bellum diuerſum gerere,
in locis diſtantibus. dicunt vaſallum gratificari
poſſe cui dominorum ſeruire malit, per hũc tex.
Cui addo glo.fin.in.l.fin.C.eodem titu.& quod
Papien.Moder.notant in.l.de pupillo.§. ſi pluri
mi.ff. de no. oper. nuncia. Dixi plenius in.l.j.§.
7 domini.ij.ſuprà eodem. † Rothomagi verò pro
primogenita deciſum eſt : præfertim quia pactũ
inueſtituræ continebat. Secundò,iure conſuetu-
dinis Normaniæ in feudalibus filiæ primogeni-
tæ in ſucceſſione feudi electio datur partitione
feudi prius à ſecundò genita facta quæ obuentã
ſibi portionẽ à priore genita recognoſcit. & hu-
ius rationis Bal.in dicto.c. & quod.circa finem.
qui feud. dare poſſ. mentionem fecit, dum dicit
quæſtioni propoſitæ reſpondendo,ſi primogeni
ta ſuccedit in alia hæreditate, & in hoc iure ſucce
det.cum quo tranſeunt Marti.Lauden.& Card.
per.c.vnicum.an agna.vel fil.defunct.colla.x.li-
cet aliàs de iure feudorum æqualiter omnes filiæ
ſuccederent,ſi filiæ ad feudum per ipſam inueſti-
turã feudi capaces ſunt. §. hoc autẽ notandũ.qui
feud. dare poſſ. c.fin. de ſucceſ.feud.c.vnico,de
feudo.fœmi. colla.x. dicto.c.j. qui feudum dare
poſ.dicitur in eo,quod hodie ſtabilitum eſt vt ad
omnes æqualiter filios pertineat. & dicto. c. o-
mnes.ſi de feudo fuerit controuerſia inter domi-
num & agnatos. colla.x. niſi expreſſe excluden-
tur per inueſtituram excepta primogenita.c. fin.
de feud. march. colla. x. Sed(vt dixi)pro Bald.
multum facit dicta. l. in quibus.in fine. Et quod
idem Bal.notat in.l. viduæ.C. de nupt.per illum
textũ.in his verbis, vt ſi pares ſint genere ac mo-
ribus petitores : is potior æſtimetur, quem ſibi
conſulens mulier approbauerit. l. plerunque. §.
fin.ff. de iure dotium.quam Bal in argumentum
8 trahit † ad executores teſtamẽti differentes pau
peres eligere, quibus à teſtatore relicta tradi de-
beant:data,inquit,executorum negligẽtia in po-
teſtate epiſcopi erit eligere gratificari quibus vo
luerit,dicta.l.ſi quis ſeruum.§. ſi quis duos.ff.de
lega.ij. Adde. Cardi.Alexan.in.c. ſi duo.de pa-
ce tenen.& eius violator.colla.x. in expoſitione
gloſſæ ſecũdæ illius.c. vt quum ex illo tex. inue-
ſtiens circa inueſtituræ teſtimonium inter duos
contendentes recipiatur,dicit teſtificando grati-
ficari eum poſſe.Sed illud verum non puto:quo
niam vbi dominus veluti teſtis producitur ſu-
per prioritate vel poſterioritate inueſtituræ,tene
tur veritatis teſtimonium dicere,per illum textũ.
Similiter in.c.primo.in verbo, ſine fraude.de le-
9 ge Corradi.eadem colla. † quemadmodũ enim
vaſallus iuſtitiam domino debet.c.illud.quæ fuit
prima cauſa beneficij amittendi. ſimiliter domi-

nus vaſallo. c. vnico.qualiter domi. proprieta.
feudi priuetur.c. fin. de milit.vaſal.qui contum.
eſt.In his ergo ſoluit, in quibus nulla iuris & iu-
ſtitiæ neceſſitas imponitur,gratificari licet.c.ve-
nerabilem.§.obiectioni.verſicu. quod autem.in
verbo, fauere. & illhic glo.extra de electio.Ad-
do quod Hoſtien. notat in. c.j. extra de Iudæis.
dum ille textus permittit cuicunque Chriſtiano
mancipium Chriſtianum à Iudæo redimere.quid
(inquit Hoſtien.) ſi plures ſe offerât emptores?
gratificationi locus erit, ſecũdum eum, per hunc
textũ,& dictam.l. ſi quis ſeruum.§. ſi quis duos.
ff.de lega.ij. c. quum autem.extra de iure patro-
natus. Addo quod notat Dinus in. l. qui duos.
10 ff.de lega.j.& plenius Alexan.poſt eum, † ſi vo
cetur quis ad officia incompatibilia: ſuperioris
erit electio,non autem electi.l. duo iudices.ff.de
re iudicata.l.libertus.ff.ad municipa.Tamen illa
l.libertus obſtare videtur Din.dat enim electio-
nem legatario, dum ille tex. inquit, teſtator qui
duos ſeruos habebat, vnum Titio legauit, non
deſignando quem ſeruorum velit legatarium ac-
cipere,neque ex teſtamẽto intelligi poteſt quem
legare voluit:legatarij electio erit. Idem in.l.Lu
cio.ff.de lega.ij. dicã infrà.Sed pro Dino eſt.l.ſi
duas.in princip.ff. de excuſa. tutorum.glo.in.c.
ut noſtra. in verbo, ſed aduerſa. extra de teſtib.
dum alleg. c. ſi exiſtens.extra de paroch. & alie.
parochi.quæ,inquit glo. in paritate probationis
ſunt, gratificationi ſubiecta ſunt. ſimilis gloſſ.in
c.penul.§.nunc quæritur. in glo.magna,circa ſi.
dum allegat hunc text.lxiij. diſtinct. Facit quod
Roma. notat in.l. quod conclaue. ff. de damno
infecto.poſt Ioan.Andre.in addi. Specu.in titu.
de parochi.& glo.in.c.ij.de ſepultu.lib.vj.Si de-
cedat is qui domum habet duas parochias diſtin
guentem, ſicuti in hac Aurelia ciuitate domus
eſt, quæ tres parochias diuidit, videlicet, ſancti
Pauli,Diui Laurentij,& beatæ Catharinæ.Pone
dominum illius domus æqualiter eas frequen-
tare,vt in.c.quum quis.de ſepultu.lib.vj.de quo
etiam per Bald.in.l. ſi quis ad declinandam.xiij.
11 colum. C. de epiſco. & cleric. † Si de ſepultura
inter presbyteros parochianos illarum trium ec-
cleſiarum agatur, vter eorum veluti parochianũ
vendicare poterit? certè moriens ſecundum eos
gratificari poterit. l. in reficiendo. ff. de damno
infecto.& dicto.c.quũ quis.&.c.ſuper eo. extra
de paroch.& alie. parochi. Adde Nicol.Spinel.
& Ioan. de Pla. in.l.j.C. de municipi. & origin.
lib.x.glo. & Archid.idem tenentes in.c. licet. in
glo.fina.xvj.quæſt.iij. glo.in.c. omnes.extra de
maiori.& obedien. Et prædicta ſingulariter con
ſidera ad caſum qui frequens eſſe poteſt in Nor-
mania. Nam pro ſtyllo Normaniæ res quæ pu-
blicè ſubhaſtari debent priuſquam decreto iudi-
cis diſtrahi aut licitatione adiudicari poſſunt,tri-
bus diebus dominicis in exitu parochialis miſſæ,
publicè venales publicari debẽt:alioquin decre-
tum à iudice interpoſitum nullum erit. vel pone
in citatione quæ ad parochiam domus habitatio
nis citandi per affictionem edicti ad valuas paro
chiæ fieri debet, vt in.§. licentiam. in authent. vt
determi.ſit numer. clericorum.colla.j.§.facietis.
in authent.ſcript.eſt exemp.colla.ij.l.ſi pupillus.
§.de quo palàm.ff.de inſtit.actio.l.aut qui aliter.
in princip. ff. quod vi aut clàm.l. dies cautionis.
§. toties.ff. de damno infecto.c. ex tuæ. extra de
cleri.non reſid.in eccle.c. penul. de eo qui mitti.
in poſſeſ. cauſa rei ſeruan. ad valuas cuius paro-
chiæ publicationes & edicta fieri debent. dicit
poſt Ange. in optione nuncij eſſe, in qua paro-
chiarum facere voluerit, argumento eorum quæ
notat glo.in Clement. cauſam.de electio.in ver-
bo, communiter. Cæterùm glo. tutius eſſe dicit,
ſi in vtraque fiat,per dictum.c. quum quis de ſe-
12 pul.in.vj.Et id ſemel Rothomagi cõtigit. † mo-
ribus enim patriæ obſeruatur, rem per proximũ
alienatam poſſe vſque ad decem annos à die con
tractus computandos per proximiorem quenq;
agnatum oblato precio iure retractus haberi vel
repeti,ſi contractus venditionis die dominico in
exitu parochialis miſſæ qua ſita eſt domus,publi
catus non erit,neq; prohiberi ea facultate agnati
poterunt,quamuis contractui præſentes fuerint:
licet dicatur fruſtra rei demonſtratæ deſiderari
demonſtrationem.l.j.in fine.ff.de dote prælega-
ta.neque omnino diſſonans aut à ratione alienus
eſt iſte vſus,vt videre poteris ex notatis per Bar.
in.l.denunciaſſe.§.quid ergo.ff.ad legem Iuliam
de adulter. dum quæſtionem facit poſt Dinum
illhic,& glo.in.l.emptori.C.de euictio.an ſcien-
ti litigium denunciari debeat per emptorem. De
quo etiam per Barto. & Alexan. in.l.ſæpe.ff.de
re iudica.& textus in.l.j.§. ſcientiam.ff.de tribu.
actio.et in dicta.l.j.§.finali.ff.de dote prælegata.
Et indubiè probatur in dicto. §. quid ergo de-
nunciari debere. Et ob id in curia Normaniæ
iudicatum eſt non ſufficere, etiam ſi iudice pro
tribunali ſedente lectus ſit,et publicatus contra-
ctus: quia hæc forma neceſſariò deſideratur à cõ
ſuetudine. Alia conſideratione,quia proximi ſeu
vicini domus diſtrahendæ, qui præſentes & vo-
cati eſſe debẽt publicationi in iudicio adeſſe ne-
ceſſariò non debent, neque etiam vox præconis
omnibus innoteſcere poteſt, vt in. l. diuus.ff. de
13 in integrum reſtitu.Similiter Rothomagi † acci
dit prædium ruſticum venũdatum in duabus pa-
rochijs diſperſum eſſe,diſputatũ fuit an in vtraq;
parochia publicatio fieri debeat, an verò in alte-
ra earum facta afficiat terras parochiæ in qua pu
blicatus nõ eſt contractus. Deciſum eſt nõ ſuffi-
cere in altera earum fieri: quoniam vbi ex cõſue-
tudine ſeu more vtentium cõditio aliqua vel mo
dus deſideratur,oportet eam præciſè & in ſpeci-
fica forma obſeruari,et impleri.l.prætor.in prin.
ff.de colla.bono. Idem notant Barto. & moder.
Papien. in.l.ij. §. quid diximus. columna.ij.ff. ſi
quis

quis cautio poſt Bal.in authent.matri et auiæ.C.
quando mulier tutelæ offi. fungi poteſt. Poſſent
hic congeri plura in iure diſperſa, quæ de omiſ-
ſione formæ tractant, in. l. quum hi. §. ſi prætor
aditus.ff.de tranſactio.l. prolatam.C. de ſenten.
& interloc.omn.iudi.c. quoniam contra falſam.
extra de probatio.l. j. ff. de ventre inſpien. Nec
abs re glo.in dicta Clemen.cauſam.tutius eſſe di
xit ſi in vtraque parochia publicatio fiat,quum
agatur de cōſtituendo ignorantes in mora.Idem
concludit Barto.in dicta.l. denunciaſſe.§. quid
ergo. dum allegat.l.j.C. de periculo & cōmodo
14 rei vendi. † non enim(inquit ille tex.)denuncia
tio ad id ſolum fit,vt innoteſcat,ſed vt aliud fiat.
Oportet ergo neceſſario ſecundum Bar.denun-
ciationē formaliter fieri,vt in dicto.§.quid ergo.
dicam aliàs. Adde prædictis quod Roma. poſt
Ang.& Imo. notant in.l. fluminum.in princi.ff.
de dam.infec.de duobus plauſtris in anguſta via
occurrentibus,ſi pariter viam intrauerunt.vt lo-
cus ſit gratificationi.glo.prius eis dixit in verbo,
ad obtinendum.& Bar. poſt eam in.l.ij.§.j.ff. ne
quid in loco publi.fiat.gloſſa.in.l.per agrum.C.
de ſeruitu.& aqua.Quarum meminit Lance.De
cius. in.l. in his tribus.ff. de iudic. Prædictis ad-
do. c.j. ex glo. illhic in verbo, elegerit. extra de
parochi. & alie.parochi. Et quod notat Bald.in
authent. habita. viij. colum.C. ne fili.pro patre.
15 Dum † vult ſcholaſticum intrantem auditorium
duorum doctorum, ſi conueniatur, eligere eum
poſſe coram quo velit conueniri, per hunc text.
& melius in illa authent. habita. probatur, ver-
ſiculo, veruntamen. & illhic gloſſa in verbo,
optant.& gloſſa in.§. finali.in procemio digeſto
rum.in verbo,profeſſores.

In oppoſitum,videtur gratificationi locū non
eſſe,ſed ex meritis eligendum.c.eccleſia.vbi glo.
in verbo, non conſenſerit. c. in Geneſi. extra de
electio.oportet enim à ſaniori parte electum cō-
firmari,collatione facta zeli ad zelum, meriti ad
meritum,numeri ad numerum,quamuis numero
inferior ſit. c. quid proderit. c. ſtatuimus. c. nec
emeritis.lxj.diſtinct.c. penul.& illhic glo. fin.&
c.ſequen.lxiij. diſtinct.l. potioris. C.de offic.re-
ctor.prouinciæ.c.nos conſuetudinem.xij.diſtin.
§.ſed ſi ex teſtamento.in fine. & illhic glo.in ver
bo, partes. Inſtitu. de ſatiſda. tutor.dum quærit
gloſ. quare electio ſorte non committitur, ſicuti
in.l.fin.primo reſponſo.C.communia de lega.§.
16 optionis.Inſtit.de lega. † In pupillo,inquit,ſin-
gulariter receptum eſt, ne pupillorum res & ne-
gotia fortunæ committantur,quæ eadem in repu
blica & quibuſcunque cauſis publicis conclude
re videntur.c.auditis.extra de in integrum reſtit.
Et idem notat Bar.in.l.quidam relegatus.in fin.
ff.de rebus dubijs. Motus per ea quæ notat glo.
in. l. ſi quis à filio.§. ſi quis plures. & eſt in ver-
bo,eligere.ff.de lega.j.dum reſpondet ad.l. duo
ſunt Titij.quoniam minor & reſpublica pari paſ
ſu ambulant.l.reſpublica. C. ex quib.cauſis ma-
ior.l.rempublicam.C.de iure reipublicæ.libr.x.
l. qui ſolidum.§. etiam.ff.de lega.ij. Adde his.c.
quum dilecti.extra de electio.licet obſtare videa
tur.l.quum quidam. ff. de lega. ij.vt is qui ius &
poteſtatem habet eligendi, poſſit indignum eli-
gere, niſi actus ſit qui dignum requirat, vti eſt
in electo ad adminiſtrationem Reipulicæ ſeu ec-
cleſiæ & ſimilium, tametſi in pleriſque ſufficiat
dignum eligere. c. quum in cunctis.extra de ele-
ctio.l.ſi quid venditor.&.l.ſciendum.ff.de ædil.
edicto.c. quum nobis.&.c.in cauſis.vbi plenius
notant Hoſtien.Inno.Ioan.Andr. Anto.de Bu-
trio,& alij.extra de electio. Sed ad id reſpodent
Bar.& Rapha.Cuma. in dicta.l. quum quidam.
17 vt † qui in facultate habet quem velit eligere,
indignum poteſt eligere, dicta.l.quum quidam.
&.l.ſi ſic. in princi.vbi Rapha.Cuma.ff.de lega.
j.Sed qui dignum eligere debet,ſufficit vt dignū
eligat, quamuis digniorē eligere poſſet. l. quum
pater.§.rogo.ff.de lega.iij. & dicto.c.quum no-
bis. &.c. in cauſis. extra de electio. dicta.l.ſed ſi
venditor. &.l. ſciendum.ff.de ædili.edicto.l.te-
ſtamento centurio. &.l. ſeruos. ff. de manumiſ.
teſtamen. niſi lex deſideraret digniorem eligi. §.
ordinationem.in authent.de monach.colla.j.vel
niſi ex dignis duobus electis, facienda eſſet ele-
ctio: quia tunc dignior eligi debet,dicto.§.ordi-
nationem. Bald. in.l. id quod pauperibus.C.de
epiſco. & cleric. Sed non videtur hoc verum.l.
generaliter.§.proinde. verſicu. quòd ſi ordo. ff.
de fideicommiſ. liberta. vbi vult ſorte quæſtio-
nem dirimi.Nec(inquit Vlpianus)aliquam am-
bitionis vel gratiæ ſuſpitionem prætor ſubeat,
aut meritis cuiuſque allegatis arbitrari eos opor
tet.Et ſic non ad meritorum diſputationem eun-
dum eſt, ſed potius iudicium ſorte dirimendum,
ſicuti & Apoſtoli, quum duo ab eis conſtituti
eſſent, Mathias & Barnabas, non ex meritis,
quum vtrunque emeritum exiſtimarēt,ſed ſorte
elegerunt.c.cleros.xxj. diſtinctione. Actuum.j.
c.§.j.xxvj.quæſtione.ij.Hoc etiam notat gloſ.in
c.penulti. lxiij.diſtinctione. dicta.l. finali.§.j.C.
communia de lega.&.§. optionis.Inſtit.de lega.
l.ij. vbi Luc. de Pen. & Ioan.de Plat.C.quando
& quib.quar. pars.lib.x.Bald. in procemio Di-
geſtorum. §. itaque.l. in his tribus iudicijs.ff. de
iudi. Roma. in.l. fluminum.in princip.ff. de da-
mno infecto.Idē Roma.in.l. ſtipulatio iſta.§. fi.
18 ff.de no.oper.nuncia. † dum quærit de duobus
nunciantibus nouum opus, quorum alter vult
ædificium demoliri, alter verò non: cui defer-
re debet iudex?

Dicit enim,ſi concordari non poſſunt, iudici
electionem dari.l.in venditione.§.fina.ff.de bo-
nis autoritate iudicis poſſidendis. l. maiorem.
ff. de pactis.l. intereſt.ff. de liber. cauſa.l. finali.
ff.de colluſione detegenda. Similiter de iudicio
Salomonis dicitur, ſecundum eum in.c. afferte.

extra de præſumptio. ſed melius facit. l. huiuſmo-
di. §. fin. ff. de lega. j. Roma. tamen hic & in dicta
l. ſtipulatio. dixit ſorte quæſtionem dirimi debe-
re. l. ſed quum ambo. ff. de iudic. de quo in. l. ad
officium. C. communi. diuidun. iuuari poteſt ex
dicto Bal. in. l. ait prætor. §. finali. & l. verum. §.
19 ſciendum. per illum textũ de minorib. † Quo-
niam ſicut non poteſt minor aduerſus diuiſio-
nem hæreditatis ſorte factam reſtitui, quia iure
maioris vſus eſt, & non ſui facilitate deceptus.
l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiurando.
Idem notat Ioannes Faber, & cæteri poſt eum in
§. quædam. Inſtitu. de actio. niſi enormis eſſet
læſio, ſecundum Baldum argumento illius. l. ſe-
cundæ, in verbo, perperam. C. cõmunia vtriuſq;
iudic. Sed idem Baldus contradicit in dicto. §.
itaque. in procemio Digeſtorum. Dicit enim ſor-
ti locum non eſſe, quum de iure præſenti vel præ-
terito agitur, ſed tunc quum de iure pendenti,
vti eſt in quæſtione per eum diſputata, cuius etiã
ſuprà meminimus poſt Franciſcum Aretinum in
l. ex duobus. colum. ſecunda. ff. de vulgari ſubſti-
tutione. Si conſuetudo primogenitum in regno
admittat, & ignoratur quis primò natus eſt: diffi-
cile eſt, ſecundum eundem Baldum in talibus
20 ſortem mittere. † Ratio, vltra eum, eſt: quia
quandoq; ex ſortibus ſordes & cædes prodeũt,
dum fratres de imperio certant, quod multis exi-
tio eſt, plurimis exemplis comprobari poſſet.
Præſens erit exemplum quatuor filiorum Clo-
douei Francorum regis, qui regnandi cupidita-
te ducti, crebris ſe bellis laceſſere non ceſſaue-
runt, donec ad vnum, quod quadripartitum erat
regnum, reductũ fuerit. Memorari poteſt quod
Ouidius in Ibin ſcribit.

Et noua fraterno veniet concordia fumo,
Quem vetus accenſa ſeparat ira pyra.

Prædictis conuenire poteſt Triphonij iureecon-
ſulti diſputatio in. l. qui duos. ff. de rebus dubijs.
vt vtrique regnum pro parte dari debeat ex ra-
tione illius legis, in verſicu. ex propoſita autem
quæſtione. vbi ſimul perierunt: quia quum neu-
ter frater ſuperſtes fuerit, quaſi vtrique vltimi
deceſſiſſe videantur. An verò neutri, quia com-
paratio poſterioris decedentis ex facto prioris
mortui ſumitur. Sed ſuperior (inquit) ſententia
magis admittenda eſt, vt vterque hæres ſit, ex
cuius deciſione videtur non ex meritis, non ex
gratia, non ſorte dirimendam eſſe quæſtionem,
ſed vtrique adiudicari deberet, iuxta gloſſam in
l. Arethuſa. ff. de ſtatu hominum. nec iuuare poſ-
ſet in his ratio. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutela.
quia iſtis regnum debetur ſucceſſione. Vnde in
his in quibus legis neceſſitas imponit̃ diſtribue-
re quædã neceſſe eſt, argu. l. vtrũ. §. quũ quidam.
ff. de reb. dubijs. §. primũ itaq;. in auth. de hæred.
& falci. colla. j. quod non admittit Baldus in di-
21 cto. §. itaque. † Sed quum regnum duos reges
cum difficultate ſuſceperit, ſi non poſſet re vera
primogenitus diſtingui, faciliter hæc opinio at-
tentari poſſet, vt pontificis autoritate primori-
bus regni conſentientibus & poſtulantibus rex
conſtitueretur: ſicuti in perſonam Pipini conti-
giſſe noſtri annales commemorant. & c. alius.
vbi glo. id notat decimaquinta quæſtione ſexta.
dixi abundantius in eo tractatu qui præſcriptus
eſt à me, an rex Franciæ ſuperiorem in tempora-
libus recognoſcat. Ne fortè ex diuiſione deſola-
tio cõtingat. Expedit enim magis populum vno
rege gubernari. primi Regum. octauo cap. quæ
diuiſiones quandoque à domino in populorum
afflictionem permittuntur. tertij Regum vndeci-
mo & duodecimo capit. Omne enim regnum in
ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum
cadet, vt veritas ait Lucæ. xj. capite. & Matthæi
xij. & Marci tertio capi. Bal. in. l. ex hoc iure. ff.
de iuſti. & iure. in hac quæſtione dubius reman-
ſit. Idem Baldus in. l. ſi duas. in princi. in verbo,
& aliam. & in verbo, creatus. ff. de excuſa. tutor.
22 dicit † in duobus gratificationi locum non eſſe,
videlicet vbi de ordine conſtat, adeo vt promo-
tus ab inferiore præferetur promoto à ſuperio-
re per illum text. cui adde quod ſcribitur Deu-
teron. xxi. c. de filio odioſæ primogenito. Secun-
dò, in neceſſarijs, per hunc textum. Tertiò, ſecun-
dum Bal. quando agitur de præiudicio tertij. §.
ſin autem. Inſtitu. de ſatiſda. tutor. Sed huic no-
uiſſimo dicto Bal. videtur obſtare dicta. l. ſi ſer-
uum. §. ſi inter duos. ff. de lega. ij. vbi gratifica-
tioni locus eſt, quando æqualiter à duobus lega-
tarijs de affectione teſtatoris probatũ eſt, quam-
uis ab altero cautionem exigere poſſit. de quo in
l. penul. ff. de petitio. hæredi. & in. l. is à quo. ff.
de rei vendica. & dicta. l. in venditione. §. finali.
ff. de bonis autori. iudi. poſſiden.

Prædictis etiam obſtare videtur quod notatur
in. c. qui reſiſtit. xj. q. iij. verſi. ſi aliquid. in his ver-
bis, ſed eligis maiori ſeruire. nec enim debet mi-
nor iraſci ſi maior prælatus eſt. Secundò. diſputa-
tio Canoniſtarum in. c. duobus. de reſcrip. in. vj.
& in. c. ſi à ſede, de præben. eo. lib. & Feli. in. c. ca-
pitulum. colũ. xv. verſi. de duabus collationibus
factis eodem die. extra de reſcript. Et præſertim
Ioan. Andr. in. dicto. c. ſi à ſede. in caſu dicti. c.
duobus. cuius ſuprà meminimus. Et de qua pau-
23 lò copioſius videamus. † Si ab eodem collatore
duæ collationes factæ inueniantur eodem die &
tempore, & de eodem beneficio, vt ratione incer-
titudinis vtraq; collatio vitietur. c. ij. extra de ele-
ctio. lib. vj. Inducit Io. Andr. l. ſi fuerit. ff. de reb.
dub. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutela. l. ſi Titio.
ff. de lega. ij. ſuaderi poſſet hæc Ioan. Andr. ſen-
tentia hac ratione: quoniam eccleſiaſticis perſo-
nis variare non licet. Clemẽ. quum illuſio. de re-
nunciatio. c. quum autem. vbi glo. in verbo, per-
ſona. extra de iure patrona. Henri. in. c. auditis.

extra,de electio. Notatur in capit. quum Bertol-
dus.extra,de re iudic. Et iſtiuſmodi prouiſiones
abſque variatione fieri non poſſunt. Cæterùm in
pontifice conferente ſeu prouidẽte hoc non obti
24 net,per dictum.c.duobus. † dato enim concur-
ſu duorum habentium titulum eiuſdem diei &
temporis,& conuenientibus ſimul in adeptione
poſſeſsionis: locus eſt electioni ſeu gratificatio-
ni,non pontificis, ſed canonicorum, quibus re-
ſcriptum ſeu mandatum dirigitur. De quo Bart.
abundè ſcripſit in.l. quidam relegatus. in princi.
ff.de reb.dubi. Et notatur in.ca. quum dilectus.
extra,de electio.in.c.ordinarij.§.ſi verò. de offi.
ordina.lib.vj. Limitabat Imola in dicto.c. duo-
bus.niſi alter poſsideret,argumento. c.ſi à ſede.
de præben.in.vj.hæc fuit opi. Bar. poſt Iac. Bal.
in.l.j.§.j.ff.de bono. poſ. ſecundum tabul. dum
quærit poſt gloſ.ſi producantur duo teſtamenta
eiuſdem teſtatoris eodem die & ſub diuerſis ſi-
gillationibus confecta,neq; apparet quod prius
aut poſterius ſit.ſimilis glo.in.l.ſi.in verbo, miſ-
ſus. C.de edicto diui Adria.tollen. & ſecundum
Bartol.nullus hæredum in illis teſtamentis ſcri-
ptorum hæres erit:quia de viribus vtriuſq; teſta
mẽti incipit dubitari.l.ſed & de ſi ſua.ff.de aeq-
ren.hæredi.de quo in.l.iij.§.ſi duobus.ff.de adi-
men.lega.l.duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutela.di-
cta.l.ſi quis ſeruũ.§.ſi inter duos.ff.de leg.ij. Nõ
quod ius deficiat, ſed probatio, vt in eis dicitur
Hanc concluſionem Bar.poſt Iaco. Bal. limita-
bat, niſi alter eorum poſsideret. Poſſeſſor enim
obtinebit. Ratio autem quæ mouit Bartol. eſt,
25 quia † actor tenetur probare teſtamẽtum in quo
eſt hæres inſtitutus poſterius factum eſſe. l.eum
actum.ff.de nego.geſtis.l.matrem.C. de proba-
tio.l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de no. oper.
nuncia. Domi.de ſancto Gemi. aliam rationem
huic non differentem tradit in dicto.ca.ſi à ſede.
quamuis rationem Barto.impugnet. dicit enim,
licet poſſeſsio titulum non iuſtificet, quoniã poſ
ſeſsio ſola in beneficialibus nihil ad titulum con
fert.c.j.de reg.iuris in.vj.c.ij.extra,de conſuetu.
&.c.ex frequentibus. extra de inſtitutio. Sed ad
id poſſeſsio proderit ſi actor intentionem ſuam
non probat:abſoluetur enim reus,per vulgatam
iuris regulam,actore non probante,reus,& ma-
xime qui poſſeſſor eſt, abſoluendus eſt. Ratio
alia eſt,quoniam petitori, non autem poſſeſſori
onus probandi incũbit.l.poſſeſsiões.&.l.actor.
C.de probatio.l.verius.ff.de probatio. Non ob-
ſtat ſecundum eundem domi.de ſanc. Gemi. di-
ctum.c.ſi à ſede.quia procedit quando à diuerſis
collatio facta eſt.ſecus ſi ab eodem,qui poteſt di
cere ſeu diſtinguere quod prius ſeu poſterius,
argumẽto.l.ſi fuerit.ff.de reb. dubi.l. qui duos.
ff.de lega.j. Sed non videtur vera hæc ſententia
Bar.& Domi. Primò obſtat dicta.l.ſi fuerit.quæ
in fortioribus terminis loquitur, videlicet in li-
bertate,vt neuter liber ſit,etiam ſi æqua charita-
te coniuncti ſunt,inquit ille text. &.l.in tempus.
§.fi.ff.de hæredi.inſti.quia dicit vtranque inſti-
26 tutionem non valere. † Oportet enim certũ eſſe
hæredem deſcriptum ſeu in teſtamento nomina
tum.l.quoties.§.ſi quis nomen.ff. de hære. inſti.
lege ergo reſiſtẽte inſtitutioni, quomodo poteſt
alter hæredũ poſſeſsionem hæreditatis apprehẽ-
dere,quum hæres non ſit.l.hæres inſtitutus.ff.de
acquiren.hæredi.in his verbis,ſed ſi ſcit ſe hære-
dem inſtitutum ſed vtrum purè,an ſub conditio-
ne,ignoret:non poterit adire hæreditatem, licet
purè hæres inſtitutus ſit vel ſub conditione, &
conditioni paruit. Secundò,dubitans de viribus
teſtamenti,hæreditatem adire non poteſt. l. nec
is.in princi.l.quum quidam.§.fin.&.l.quum fal-
ſum.ff.de acquirẽ.hæredi. Sed quum ignoratur,
imò incertum ſit quod prius eſt vel poſterius te-
ſtamentum:certè de viribus vtriuſque teſtamen-
ti dubitatur,quomodo poteſt vterq; eorũ adire,
et ſic poſſeſſor eſſe? Certe nõ poteſt. Et ideo lex
vtrique hæredi onus probandi imponit.l. falſa.
in princip.ff.de conditio.& demonſtra. quæ lex
tam de hærede inſtituto quàm fideicommiſſario
ſeu legatario loquit̃.& tamen de omnibus æqua
liter diſponens, ait, Sed & ſi controuerſia ſit de
nomine inter plures: qui probauerit ſenſiſſe de
ſe defunctum,ille admittetur. Idem in dicta.l.in
tempus.§.fin.et dicta.l.quoties.§.ſi quis nomen.
ff.de hæredi.inſtitu.& dicta.l.ſi quis ſeruum.§.ſi
inter duos.ff.de leg.ij. Si igitur ſucceſsioni ex te-
ſtamento locus non eſt:ad ſuos vel legitimos hæ
redes ab inteſtato hæreditas deferetur.auth. hoc
amplius. C.de fideicommiſ.l. illud. ff. de bono.
poſſeſ.contra tabul.l.quandiu.j. &. ij. à contra-
rio ſenſu.ff.de acquir.hæredi.l.j.in princip.ff.de
ſuis & legiti.hæredi.l.j.ff.de iniuſ.rup.& irri.te-
ſta. Non obſtant.l.eum actum.ff.de nego. geſ. l.
matrem. C.de probatio.l.non ſolũ.§.ſed vt pro-
27 bari.ff.de no. oper. nuncia. † Verum eſt eñ vbi
inter duos contendentes de dominio vel poſſeſ-
ſione alicuius rei iudicium reddendũ eſt, in du-
bijs pro poſſeſſore conuento iudicandum eſſe,
dicta.l.poſſeſsiones. C.de ꝓbatio. Et iudex poſ-
ſeſſorẽ in poſſeſsione conſeruabit.l.ſi ſeruus.in
verbo protegeris. C. quod cum eo qui in aliena
poteſ.eſt.l.j.§.ſui vero gratias agendo. C. com-
munia de manumiſ. Et argumento eſt. l.nam &
poſtea.§.fin.cum.l.ſeq. &.l.ſed & ſi poſſeſſori.
ff.de iureiuran. Sed vbi iudici conſtat, neutri ius
eſſe: debet vtrique ſilentium imponere.ca. licet.
extra de ſupplen.negli.prælator. c. olim ex lite-
ris.extra de reſcript.& poſſeſſorẽ ſua poſſeſsio-
ne ſpoliare,inquit in ſimili tex.in ca.cum bonæ.
extra, de æta.& quali.ordinan.c. fraternitati. &
ca.ſeq. extra,de cleri. excommunica. miniſtran.
Secundò, Minus videtur ratio Domi. conclude
re,dum dicit, facilius vnus quàm duo ſcire vtrũ
illorum prius aut poſterius factum eſt. quid eñ
ſi ille idem ſe non recordari affirmet, quum ho-

minum labilis ſit memoria.l.peregre.in princip.
ff.de acquirē.poſ.Secundò, in teſtatore mortuo
cuius non poteſt haberi depoſitio, vel ſi ab eodē
pontifice vel prælato facta ſit collatio , qui inue-
nitur pendente lite vel tempore apprehenſæ poſ
ſeſsionis mortuus neque viuens declarauit. For-
tius dici poſſet à pluribus præterquam ab vno tē
pus collationis poſſe diſtingui , ne vnus & idem
ex varietate et volubilitate arguatur, dicta Cle.j.
de renuncia. quæ omnia quum ſint aut eſſe poſ-
28 ſint ſuſpecta , vt in cle. literis de probatio. † Si
aliunde fides exquiri non poteſt, vni ſoli nō cre-
detur. & iſta conſideratione incerti actus à lege
dicuntur propter deficientem probationem non
valere, dicta. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutela.
Deinde cauſa ſuorum hæredum vel legitimorū
fauorabilior eſt cauſa extraneorum hæredum, ni
ſi iuſta cauſa teſtator ad præferendum extraneū
motus fuerit, vt in.§.primum itaq;.in auth.de hæ
redi. & falci.colla.j.l.hoc colore.ff. de inoffi. te-
ſta.l.j.ff.de dona. cauſa mortis. Secus ſi ſubeſſet
cauſa per quam affectio demonſtretur. §. aliud
quoque. &.§.cauſas.in authē.vt quum de appel.
cognoſci.cola.viij.§.ingratitudinem. in auth. de
nupti.colla.iiij.l.fratres. C. de inoffi.teſta. quæ ta
men faciliter poteſt præſumi ex teſtatoris volun
tate quando extraneum ſuis præfert, dicta.l.j. ff.
de dona.cauſa mortis. Tertiò, Quid ſi æqualiter
in poſſeſsione concurrant? neceſſe eſt ad priorē
difficultatem redire, & æqualis omniū eſt proba
tio. In qua dubitatione Bar.in.l.ſi duo.ff.vti poſ
29 ſide. † dixit ſorte quæſtiones facti dirimi nō de-
bere.d.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutela.Sed iu-
ris tantùm.l.in tribus iſtis iudicijs. ff. de iudic.l.
ſi.in princip. C. communia de legat. Et idem no-
tat Floria.in.l.itinere.ff.de ſeruitu.ruſti.prædio.
Et ratio, ſecūdum eundē eſt, quia q factum pro-
ponit, illud probare debet. Et prius eis glo.dixit
in.l vnica.in verbo,prohibebit. C. vti poſsidet.
quamuis huic deciſioni obſtat vulgata illa quæ-
ſtio de duobus plauſtris ſibi in via occurrētibus,
cuius ſuprà meminimus poſt glo. & Bartol.in.l.
ij. §.j.in verbo, ad obtinēdum. ff. ne quid in loco
publi.fiat.in.l.fin. &.l.per agrum.C.de ſeruit. &
aqua. Secundò, ratio Floria. & Bar.non videtur
vrgere, vt is qui factum proponit, probare tenea
tur. Nā in interdicto, vti poſsidetis. vterq; actor
eſt & reus.§.tertia.verſic.duplicia.inſti.de inter-
dic. Et ob id interdictum, vti poſsidetis. & vtro-
bi. dicuntur duplicia: quia in his par vtriuſq; liti-
gatoris eſt conditio.l.ij.ff.de interdic. Melius in
l.ſi duo.primo reſponſo.ff.vti poſsidetis. vterq;
ergo factum probare debet. Et ſi vterq; æquali-
ter probat factū, id eſt, ſe poſsidere, vel neuter de
prioritate poſſeſsionis probat : certè iſta erit re-
petitio principij. Tertiò, quamuis poſſeſsio facti
ſit.l.conſilio.ff.de cura.furio. habet tamen aliqd
iuris.l.j.in princi.&.l.poſſeſsio. in princip. &. l.
poſſeſsionem.ff.de acquirend.poſſeſ.In ea parte
30 quæ iuris eſſet indubiē concluderet. † Secundò,
Pone quod quæſtio nō de poſſeſsione facti , ſed
de poſſeſsione iuris ſit, in qua vterque æqualiter
probaret, per prædicta ſorte quæſtio dirimi de-
beret, à qua diſcedere non liceret neque reclama
re, etiā fauore minoris cum beneficio reſtitutio-
nis, niſi grauis et enormiſsima eſſet minoris læſio
qui ſubijſſet ſortis periculum.l. verum.§. ſcien-
dum.&.§.locupleti.l.ait prætor.§.fina.ff. de mi-
nori.glo.in.l.ij. C. communia vtriuſque iudi. di-
cta.l.fin.in princi. C. communia de lega. de quo
etiam per Romanum in.l.ſtipulatio.§.fina.ff.de
noui.oper.nuntia.& notatur in.§.ſciēdum.inſti.
de ſatiſda.tutor. Quartò, vt ſuprà dictum eſt , in
interdicto, vti poſsideris. tenetur vterq; factum
probare, id eſt, ſe poſsidere. Et ſi vterque æquali
ter probet, ſeu neuter probet antiquitatem poſ-
ſeſsionis, nec in vno caſu poſſet attendi ratio eo-
rum qui dicunt in interdicto, vti poſsidetis: vel
vtrobi, eū actoris partes tenere, qui primùm ad
iudiciū prouocauit , vt in dicto.§. tertia.inſti. de
interdict.& in dicta.l.in bis tribus.ff. de iudic.l.
iij.in princip.ff. communi diuidun. Si neuter pri
mò egit, ſed ambæ partes pro tuitione ſuæ poſ-
ſeſsionis loco actiōis ad arma proſiliūt, & iudex
arma deponere iuſsit, vtrique neceſsitatem pro-
bandi imponens, re ſub ſequeſtro manēte , iuxta
l.æquiſsimum.ff.de vſuſruct. l. quidam æſtima-
uerunt.ff.de reb.credi.l.intereſſe puto.ff. de ac-
quiren.poſ. † vt habenti iura potiora poſſeſsio-
31 nem adiudicare valeat, ſecundum.l.fi. C. de edi-
cto diui Adria.tollen. Et quod notatur in.l. liti-
bus.C.de agri. & cenſi.lib.xj. Si vterque de iure
ſuo & poſſeſsiōe æqualiter probat: quum in iſto
caſu vterque actor & reus dicatur. Certè ratio.l.
actor.&.l.poſſeſsiones.C.de probatio. ceſſabit.
Plus dicit glo.in.l.ſi fuerit.in princ.in verbo, ſed
& ſi.verſ.item hoc verum.ff.de reb.dub. Hæc ra
tio multò plus aduerſus eos , qui æqualiter pro-
bauerint, vrgebit, vt neuter eorum obtinere de-
beat.l.ſi duo.ff.vt in poſ.lega.&.l.falſa.in princ.
ff.de conditio.& demonſtratio.l.in tempus.§.fi.
ff.de hæredi.inſtitu.& Bar.in.l.ſi duas.ij.colum.
verſic.vltimò dicit gl. Idem ſenſit per.l.j.in prin.
ff.de bono.poſ.contra tabul.& text.in dicta. l.ſi
duo.in princ.ff.vti poſside.in hoc caſu dicit, neu
ter noſtrum vincetur. quis ergo aget rei vendica
tione, ſi neuter in poſſeſsione vincat? An poſſeſ-
ſio rei vtrique parti erit inutilis ? certe non. quo
igitur iuris remedio vtetur iudex? Barto.ſentiēs
hanc diſputationem difficilem, dixit in dicta. l. ſi
duo.debere iudicē vnicuiq; parti pro æquis parti
bus poſſeſsionem adiudicare. Motus duobus ſi-
milibus argumentis. † Primùm ex duobus fru-
32 ctuarijs eiuſdem fundi, quibus inſolidū vſuſfru-
ctus in teſtamento relictus eſt, qui ſibi partes per
cōcurſum faciunt, & vterque in poſſeſsione erit
pro medietate. l. finali.ff. vti poſside. quæ mihi
hoc non probat. ſatis enī vult inter duos fructua
rios

rios de poſſeſsiõe totius vſusfructus vel ipſo in-
tegro vſufructu contendentes interdictũ vti poſ
ſidetis neceſſarium eſſe. Sed pro dicto Bart. me-
lius conuenire videtur. l. non amplius. §. fin. & l.
ſeq. ff. de lega. j. ſecundum exemplum Bar. eſt in
duobus legatarijs eiuſdem rei non admittẽtis di-
uiſionem: quoniam vni res, alteri verò rei preciũ
dabitur. Si vero diuiſibilis ſit: cuilibet pro virili
portione adiudicabitur. Et idem notare videtur
Din. in. l. Titiæ textores. in princi. per illum tex.
ff. de leg. j. gl verò in. l. Neſennius. ff. de neg. geſ.
dicit eẽ ruſticorũ iudiciũ, q ſingulas res diuidũt:
quod in pleriſq; à recto iudicio alienũ eſt. l. Mæ-
uius. §. ſi. ff. famil erciſ. dicta. l. non amplius. §. ſin.
& l. ij. C. quando et quib. quarta pars. lib. x. Bal.
verò in. l. præſes. C. de ſenten. & interlo. omniũ
iudic. dicit Bar. opinionem ſubſiſtere poſſe vbi
ſunt compaſsibiles, non autem vbi ſunt aduerſa-
33 tiuæ. † Et ratio eſt, vltra eũ, quia impoſsibile eſt
apud duos inſolidum poſſeſsionẽ vnius rei eſſe
ſeu dominium. l. iij. §. ex contrario. & §. ex pluri
bus. ff. de acquir. poſ. l. ſi vt certo. §. ſi duobus ve
hiculum. ff. commoda. dicta. l. ſi duo. in princi. ff.
vti poſside. Quare idẽ Bald. in dicta. l. præſes.
dixit, ſatis eſſe, ſi iudex ambas partes condẽnet
aut abſoluat, & dicat, eatis eum deo, quoniam al
tera partium dicit mendaciũ, ſed neſcio quæ ſit,
per. l. duobus. §. ſi. iuncta glo. in verbo, alterius.
ff. de iureiuran. dum ille tex. loquitur de reo, cui
extra iudicium ab actore delatum eſt iuſiurãdũ,
an aliquid actori dare oportet, & iurauit. reus
verò in iudicio actori detulit, qui iurauit reum
teneri dare: iudicabit iudex ſecundum poſterius
iuſiurandum, non tamen per id alterius periurio
præiudicium ſiet. & dicit gloſ. quia neſcit iudex
quis eorum deierauit Spec. in titulo de poſſeſſo.
& petitor. vtitur terminis longè minus tempera-
tis. Nam Specu. inquit, iudex partibus dicat, ite
in nomine diaboli. Sed modeſtius his Bart. locu
tus eſt poſt iureconſultum in dicta. l. ſi duo. in
princip. referens priorum ſententiam ſic eſſe, vti
poſsidetis ita poſsideatis. neuter, inqtut dicta. l. ſi
duo. vincetur. Sed, vt ſuprà commemorauimus,
hanc opinionem non laudat Bart. quum faciliter
ad arma litigantes prouocantur. Inualuit tamen
hæc miſera praxis, & reipublicæ noxia, præſer-
tim in Gallia, vnde cædes, latrocinia, furta, op-
preſsiones, & impreſsiones, multæq; aliæ huiuſ-
modi iniuriæ plus ſæpe cõtingunt. Sed huic pra-
xi data eſt quædam fræni temperies in Norma-
nia, multantur ſæpe iudices, qui ſimilibus decre-
34 tis auctoritatẽ interponũt. † Quis enim iuſtè di-
cat poſſeſſorem rectè poſsidere, qui vim infert,
vnde homicidium ſequitur, quod iura abhominã
tur. l. quoniam multa ſacinora. & l. ſi quis ad ſe
fundum. C. ad legem Iuliam de vi publi. l. extat.
ff. quod met. cauſa. l. pen. ff. ad legem Iuliam de
vi priuata. quos etiã lex vltimo ſupplicio punit,
in dicta. l. quoniam multa facinora. C. ad legẽ Iu
liam de vi publi. Cæterùm hic morbus adeo fre-
quens & omnibus communis eſt, vt qui ſtrictio
rem Chriſtianæ religionis obſeruantiam ſe vſur
pare conſtanter affirmant, quales ſunt religioſi
quos noſtra ætas mendicãtes vocat, pro obtẽtio
ne epiſcopatuũ, & abbatiarum diſparis habitus
& profeſsionis, laicorum manu & potẽtia vti nõ
erubeſcunt, admixtis ſæpius religioſis non diſpa
ris ordinis lorica aut thorace indutis, gladio &
fuſte accinctis, machinis, & id genus tormento-
rum inſtrumentis bellicis armatis, & iſtiuſmodi
ſiguris epiſcopatus & abbatias ſtricto gladio in-
uadunt, ne deinceps pauper inſelix frater ſeruili
operi mãcipatus publicã à quolibet poſcat eleæ-
moſynam. c. diaconi. xciij. diſtinctio. Ignorantes
quæ Ieſu Chriſti ſunt, vt inquit tex. in. c. vbi peri
culum. §. cæterùm. de electio. in. vj. e. quiſquis. &
c. cum terra. extra, de electio. c. quoniam. & ca. ſi
qs deinceps. xvj. q. j. de quo in c. nolis. extra de
iure patro. ſed forſitan ſouere poſſet eos ratio. c.
dilecto. de ſenten. excommunica. contra. c. ſuſce-
pimus extra de homicidi. Et quod ſcribitur Ioã.
xviij. Mitte gladium tuum in vaginam. Sed verẽ
tur Pſalmiſ. dictum Pſal. cxiij. ne fortè dicant gẽ-
tes vbi eſt deus tuus. Sed quæſo dicat mihi aliqs,
nonne in cruce confixus proſtratis militibus di-
xit, Si hunc quæritis ſinite hos abire. Similiter &
Petro, an putas quia non poſſum rogare patrem
meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duo-
decim legiões angelorum? Matthæ. xxvj. Et mi-
lites audito verbo domini noſtri Ieſu, Ego ſum,
nónne abierunt retrorſum, & ceciderunt in ter-
ram? Ioã. xviij. c. Nunc non ſimiliter. ſed cum la-
ternis, faſcibus & armis Chriſtum inuadũt. Ceſ-
ſet quæſo hæc vis ac tam grauis impreſsio tãta've
iuſtitiæ nouerca, quæ hunc & illum cum iniuria
35 impetit & occidit. Ob id in hoc cum Bar. † ſen-
tio non eſſe id bonum conſilium, quum ad arma
ſubditos prouocet contra dictam. l. æquiſsimũ.
ff. de vſufructu. & c. placuit. & c. diſcordantes.
xc. diſtinctio. Cæterùm Bart. non placet rem ſub
ſequeſtro manere, quum non eſſet qui rei vendi-
tione ageret, vt de proprietate iudicetur: licet rei
vẽdicatio reſpectu diuerſorum intentari poſsit.
l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. aut pro ciuili
poſſeſsione tãtùm aut naturali tantùm ab altero
reuocanda, vt in. l. ſi de vi. ff. de iudi. Dixi in repe
titione. §. differentia. in. l. ſi quis vi. ff. de acqui-
renda poſ. Sed non eſt vrgens hæc conſideratio.
non enim abſurdũ eſt, res ſub ſequeſtro eſſe, vbi
iura partiũ obſcura ſunt, dicta. l. intereſſe puto.
ff. de acquir. poſ. l. proprie. & l. licet. ff. depoſi.
l. ſequeſter. ff. de verb. ſig. l. litibus. C. de agrico.
& cenſi. lib. xj. donec iudici conſtet vter iuſtius
arma induat, iuxta. l. fi. C. de edic. diui Adria. tol
len. Frequentior tamen opinio eſt ſorte quæſtio
nem dirimi debere, per dictum. §. optionis. Inſti.
de lega. l. in his tribus. ff. de iudi. l. ſin. in princ. C.
communia de lega. rationem eſſe dicit Bal. in ea-

36 dem.l. † quia nõ licet ab electione, quæ ſorte fa-
cta eſt, appellare, quum fortuna ſuperiorem non
recognoſcat, neq;, vt dixi ſuprà aduerſus eam re-
ſtitutio cõpetat, dicta.l.ait prætor.§.fi.&.l.verũ.
§.ſciẽdum.&.§.locupleti.ff.de minorib. Sed cæ-
ci ſunt, inquit diuus Hieronymus in epiſtola ad
Terentiam, qui dicunt fortunam habere aliquid
poteſtatis, tametſi gẽtiliũ vetus ſit adagiũ, manũ
admouenti fortunam implorandam eſſe, idq; ex
vetere lacedæmoniorum inſtituto tractũ eſſe vi-
deatur, quo deos omneis mares & fœminas lan-
ceas veluti virtutem bellicam habentes conficie-
bant: ob idq; fortunam prolata manu inuocãdã
eſſe aſſerebãt. Id etiam Pirrhus Perſarũ rex poſt
Tarentinum bellum Romanis (vt teſtis eſt En-
nius) dixit, ferro nõ auro vitam cernamus vtriq;
vos ne velit an me regnare hæra. Et Iuſtinia.in.l.
ij.§.ſed quia diuinæ.C.de veteri iure enucle. Im-
perialem maieſtatem imperialem fortunã eſſe di
cit.& in.§.fi.in auth.de cõſulib.coll.iiij.& illud,
Si fortuna volet, fieres de rhetore cõſul. Si volet
hæc eadẽ, fieres de cõſule Rhetor. De q̃ p Bald.
in ca.hoc qđ nos.in verbo, cõceſsimus.de pace
Cõſtã. Sed id gẽtiliter dictũ eẽ fateamur: ſola em̃
ſpes noſtra ad dñm conuertẽda eſt.l.j.in prin.C.
de veteri iure enuclean. Nõ placuit igit̃ Bar. hæc
37 præcedẽs opinio: † quia quæ facti ſunt ſorti cõ-
mitti nõ debẽt, ſed quæ iuris. q̃uis hæc rõ pluri-
mùm cõſiderãda nõ ſit, p ea quæ ſuprà diximus.
In ea tñ ſentẽtia fuit Ioã. de Plat.in.l. ciues.C.de
incol.li.x.& in.l.j.C.de munici.& origina.eo.li.
Idem Bar.in.d.l.quidam relegatus.& in.l.ſi fue-
rit.ff.de reb.dub. alij verò ſuperiori cõmittunt,
vt cui velit gratificet.d.ca.duobus. de reſcriptis.
in.vj.d.l.ſi duas.in prin.ff.de excuſa.tutor.d.l. ſi
qs ſeruũ.§.inter duos.ff.de lega.ij. Din. notat in
l.q duos.ff.de leg.j. Cuius dicta Bñdict. de Plũ-
bi.refert in.l.iij.ff.q & à quib.manumiſ.liber. ac
cipi.& Alexã.in.d.l.qui duos.inducens ad id, ſi
princeps vni duo officia incõpatibilia conceſſe-
rit: in optione conferentis erit in quo officiorum
prouiſum manere velit.l.duo iudices.ff.de re iu-
dica.l.libertus.ff.ad municipal.licet variatum ſit
in.d.l.qui duos.&.l.legato gñi.ff.de leg.j. Mihi
aũt Bald. diſtinctio placet, paucis additis. Primò
dũ quærit̃ qñ gratificatiõi locus eſſe debeat. Se-
cũdò. Cuius eſt vel eſſe debet electio ſeu gratifi-
catio. In primis ſentio cum Io. And. in.d.c.duo-
38 bus.de reſcript.in.vj. † non eſſe locũ gratificatio
ni vbi in aliquo eſt imparitas: quia data inæquali
tate vel aliqua gratiæ imparitate, recipiendus &
præferendus eſt in dubijs q in aliqua parte potio
rem habet gratiã, videlicet in prioritate aut affe-
ctione aut poſſeſsiõe, & cõſequẽter de alijs iſtiuſ
modi cauſis.l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.ff. de lega.j. l.
ſaucimus.§.ne aũt cõmunione.C.de dona. Qui-
bus addo Bal.in.c.amplius.de pace Conſtã.col-
la.x. Princeps, inquit, cõcedẽdo ſecũdo, videtur
cõcedere ſaluo iure prioris.l.itẽ Labeo.§.j.ff.fa-
mil.ercis.ibi, ſaluo iure aquæ labẽtis.l.in cõcedẽ
do.ff.de aqua pluuia. arcẽda.c.j.q ſucceſ. teneã.
colla.x. Quod proſequere poſt Io. And. & glo.
in.d.c.duobus. Ex his ſuperflua eſt eorũ diſputa
tio, qui curãt omnibus iſtis chartas ſeu mẽbranas
implere: ſed quũ in omnibus æqualitas eſt, neq;
vtrinq; diſparitas inuenit̃, quæſtiõis eſt quo me-
dio dirimẽdũ ſit iudiciũ. Et puto inter cauſas dif-
ferentiã eſſe. In primis aut quærimus de his quæ
39 gratiæ ſunt, aut quæ iuſtitiæ † Si de his quæ ſunt
gratiæ: & dic aut gratiæ à ſuperiore factæ execu-
tio alicui cõmiſſa eſt: & facultas gratificãdi com-
miſſario competet.d.c.duobus.de reſcrip.in. vj.
Si autem executio cõmiſſa non eſt: & eliget cõfe
rens, nõ aũt is cui cõfertur.l.ſi duas.ff.de excuſa.
tutor. Si aũt inferior ſit: & dic non eſſe gratifica-
tioni locum, ſed ſorte quæſtionem dirimendã.l.
gñaliter.§.proinde.verſ.quod ſi ordo.ff.de fidei
cõmiſ.liber. Nec obſtat ſi dixeris per illũ tex. de
meritis arbitrãdũ eſſe. verũ eſt vbi diſparitas eſt.
Sed data morũ paritate & virtutũ: dubiũ adhuc
eſt iureconſulti in.d.l.gñaliter.cui rñdet, Si ordo
nõ apparet: tunc ſorte dirimi quæſtio deber.l. ij.
C.qñ & qui.quar.pars.li.x. Si verò cõceſsio ab
inferiore facta eſt: & pariter dic vt in priori arti-
culo.aut executio cõmiſſa eſt à cõferẽte: & tunc
is eliget, cui cõmiſsio facta eſt.l.hæredes.§.fi. ff.
ad Trebel.l.fi.§.ſed & ſi quis.C.cõia de leg. vbi
verò cõmiſſa nõ erit electio, & gratificationi lo-
cus erit. Ita poſſet verificari deciſio Bald.in.c. &
ga.circa fi.qui feud.dare poſ.colla.x. dũ quærit
40 ſi † inueſtitura ſic facta eſt, vt deficiẽtibus maſcu
lis ad filiã feudum perueniat: & vaſallus decedat
pluribus filiabus relictis, an primogenita ſucce-
dct: dicit iura eſſe varia, vt ſuprà meminimus. ſil'r
& Iaco. de ſanc. Gemi.in ſumma feudorũ.in ver-
bo, & fœminis Sed prius eis glo.recẽſet in.d.l.ſi
duas.in verbo, eliget.vt dñs gratificari poſsit. d.
c.& ga.dũ illc tex.ait, in quẽ ſcilicet dñs hoc vel
let bñficiũ cõfirmare, ne cõtingat (inquit Iac. de
ſancto Geor.) dñm feudi nõ gratũ habere vaſal-
lũ. ſil'r procedãt leges ſuprà allegatæ. Et iſtud ius
eligẽdi pari rõne hæredi cõpetet.d.l. ſi qs ſeruũ.
§.ſi inter duos.ff.de leg.ij. Idẽ dico in eo q debet
duobus eodẽ tẽpore officiũ impartiri, & vtriſq;
ſatisfacere nõ valet: alteri tũc gratificari poterit
cui magis obſeq velit.tex.eſt hic in ſeruo, q excu
ſat̃ ſi maritũ vxori præferat, vel cõtrà. Idẽ in.l.in
qbus.C.de ſecũd.nupt. q̃uis hic tex. fortius ali-
quid ſuadeat, etiã vbi antiquior eſſet dñs, vel for
tè plus alteri obligatus, dũ de ſeruo vxoris dicit,
quæ fuit antiquior dña, & cui forſitã ſeruus plus
debet. quod eſt mirũ, vt prius memoratum eſt.
41 In † gratijs ſeu bñficijs, vbi ad neutrũ verba exe
cutiua dirigunt̃ beneficiati ſeu prouiſi, & ſic cre
ditoris erit electio, ſecũdũ Bal.in.l.qui dos.ff.de
leg.j.ſingulariter motus p.l.ſecũdã.C.de caſtrẽ-
ſi & miniſteria.li.xij.l.vnicam.C.de oblatio. vo
tor.eo.lib.cum Bal.tranſeunt Io.de Imo. Alexã.
& Lance

& Lancelo.in dicta.l.qui duos.Idem Bal. Ang.
& Moder.Papien.in.l.fi.ff.de conſti.princi. Io.
de Platea in.d.l.ij.C.de caſtrenſia.lib.xij.dicunt
enim in gratijs ſeu beneficijs in alternatiuis ele-
ctionem prouiſo competere, & in dubijs quod
maius eſt deberi.hoc perſuadent ex illa.l.ij.iun-
cta gloſ. interpretatione in verbo,vltimis.ſi, in-
quit, valuerit quis à principe gradus inter ſtatu-
tos primæ vel ſecundæ vel tertiæ formæ obtine-
re ſuper numerarijs, vltimus formæ tertiæ in ma
triculis habeatur,ſed tertia forma alijs maior eſt,
ſecundum glo.in eadē.l.in verbo,vltimus.l.ſcri-
nijs.C.de pala.ſacra.largi.lib.xij.Igitur ex ea.gl.
interpretatione duo dicuntur in illa.l.probari.
42 Primò † in alternatiuis conceſsis à principe,nō
principis,ſed gratiam ſeu beneficium conſecuti
electionem eſſe. Secundò, in alternatiuis quod
maius eſt deberi.Idem in eadem.l.notauit Nico.
Spinel. Et clarius eo Io.de Platea. Idem Spinel.
in.l.quicunq;.C.de proxi.ſacro.ſcri.li.xij.ratio,
ſecundum eos,eſt,quia beneficium principis la-
tiſsimè interpretandum eſt.l.fi.ff.de conſti.prin.
ci.Et illhic idem notant Bal.& Ang. poſt Guil.
de cuneo. Et quamuis Io.de Imola in dicta.l.qui
duos.ff.de leg.ij. Notatur hoc dictum moderari
vt intelligatur quū à principe motu proprio con
ceſsio facta eſt,non ſi ad partis poſtulationem.c.
ſi pluribus.de præben.lib.vj. Cuius limitationē
ſecutus eſt illhic Lancelo.tamen Alex. de Imola
in dicta.l.qui duos.vera non eſt viſa,per dictam
l.ij.C.de caſtren. & miniſteria.lib.xij. in verbo,
valuerit impetrare.& reſpondet ad dictum.ca. ſi
43 pluribus. † vt intelligatur in prouiſiōe ad bene-
ficia obtēta,in qua ſpeciale eſt vt reſtringatur, ꝑ
c.quamuis.in princip.de præben.in.vj. Addens
Alex.pro priore Bal.deciſione glo.& Bart.in.l.
quum proponas.C.de tranſactio.dum dicunt,in
alternatiuis remediorum electionem competere
cui conceſſa ſunt.l.quod in hæredem.§. eligere.
ff.de tribu.actio.l.quum filius.§. varijs.ff. de le-
ga.ij.Sed aduerte quod Bald.idem in beneficijs
ſicut in gratijs iudicandum eſſe dixit.quare Fran
ciſ.Areti.in dicta.l.qui duos. limitationem Ioā.
de Imola improbando aliter moderatus eſt, quā
do inquit,motu proprio beneficia à pontifice cō
feruntur, & beneficia conceſſa imparia ſunt ſeu
difformia: quod maius ſeu pinguius eſt conceſ-
ſum videtur,dicto.c.ſi pluribus.Si verò ad impe
trationem partis conceſsio facta eſt:quod minus
eſt debeē,dicto.c.ſi pluribus.§.ſi.vbi verò paria
ſunt beneficia:& dicit recipiendam eſſe Ioan. de
Imola diſtinctionem.Prius voluit Aret.ſi ad par
tis impetrationem aliquod beneficium à princi-
pe conceditur,& aliud ſecūdum beneficium im-
petratum alterius præiudicium quàm principis
44 concedentis non concernit, † quum beneficiū à
principe factum latiſsime ſit interpretādū, quod
maius eſt debetur.l.ſi quando.C.de bon.vacan.
lib.x.c.quum dilecti. extra de do. Et ad.c.ſi plu
ribus.aliter quàm dixerit Alex.reſpondet Aret.
vt in illo.c.ſi pluribus.debeat ideo reſtrictio gra
tiæ fieri,quum illa gratia iuri ordinarij collatoris
deroget:non mirum ſi in ea ſtricta ſiat interpre-
tatio.c.non poteſt.&.c. cum in illis de præben.
in vj. Aliter ergo diſtinxit.aut enim gratia à prin
cipe proprio motu ſit, ſi imparia ſunt beneficia,
quod maius eſt debetur: ſi paria ſunt,creditori
45 ꝓdeſt.Nam prouiſi electio eſt. † Si verò ad par-
tis poſtulationem cōceſsio ſiat:& diſtinguit, aut
gratia odioſa eſt,& tertio damnoſa.& reſtringē-
da eſt,vt quod minimum eſt debeatur,dicto.c.ſi
pluribus.Si verò odioſa non eſt:& dicit, neque
maius neque quod minus eſt deberi, ſed medio-
cre.l.Lucio.ff.de lega.ij.& dicta.l. legato gene-
raliter.in prin.ff.de lega.j.Sed vt vidiſtis, hæc di
ſtinctio non placuit Alexā.per dictam.l.ij. C.de
caſtrenſi.& miniſter.lib.xij.vbi conceſsio erat al
ternatiua & ad poſtulationem partis facta, & ta-
men quod maius eſt vult deberi. Sed ad illū tex.
reſpondet Franciſ. Areti.& rectè, vt in illo text.
princeps electionem ei qui gratiam impetraue-
rat nominatim conceſsit:non mirum ſi elegit ex
eo quod verba ad eum diriguntur, vt ſuprà poſt
46 Bal.in. d.l.qui duos. diximus. † Ego verò plus
dico,electionem in illo text.prouiſo non tribui,
ſed quod maius eſt ex principis voluntate con-
ceſſum eſſe: quare in facultate eius cui gratia fa-
cta eſt non fuiſſet quod minus erat acceptare, ar
gumento.c.cui de non ſacerdotali.de preben. in
vj.§.huic autem.Inſti.de actio.diceretur enim re
plus petere.l.libertus.ff.de bo. liberto.l. mulie-
ris.§.ſi.ff.de verbo.ſignific. Non enim dicit illa
l.ij.C.de caſtrē.li.xij. vt is qui voluerat impetra
re inter ſtatutos primæ,ſecūdæ vel tertiæ formæ
gradus primum aut nouiſsimum gradum primæ
ſecundæ vel tertiæ formæ eligere poſsit, neque
etiam primum gradum tertiæ formæ, ſed nomi-
natim vult talem impetrantem vltimum gradum
tertiæ formæ habere.& id expreſſe verbum, vlti
mus.demonſtrat.ecce qualiter nouiſsimus locus
tertiæ formæ præciſe ordinatur, non autem pri-
mus.Similiter in.l.vnicuiq;.in princi.&.l. com-
perimus.C.de proxi.ſacro.ſcrini.li.xij. in.l.ſi qs
in archiatri.C.de profeſ.& medi.lib.x. Et ſi verū
eſſet, eum qui impetrauit alternatiuè locum ſeu
gradum primæ,ſecūdæ vel tertiæ formæ electio-
nem habere,non modo vltimum gradum obtine
re poſſet,ſed quem vellet gradum, primū aut ſe-
cundum,aut nouiſsimū eligere: quod prohibet
ille tex. Oportet enim eum nouiſsimum habere.
Quare quicquid dicant Io.de Pla. Alexā.Bal.&
Papi. Moder.in locis prædictis,& in.l.fina.ff.de
conſti.princip.illa.l.ij.C.de caſtren. & miniſter.
nullo pacto dictum eorum probat. Et ob id verū
dixit Franciſ.Aretin.Cui addo.l. vnicam. C. de
47 obla.voto.lib.xij. † vult enim ex melioribus au-
ri ſolidis obriziatis vota principum impleri: qm̄
quæ meliora ſunt, in votorum ſolutione nō mo-

dò à principe,ſed à quocūq; inferiore offerri de-
bent.c.fi.xlix.diſtinctio.c. in grauibus.iij. q.vij.
c.neq;.xc.diſtinct.reſpexit enim deus ad Abel et
munera eius,Geneſ.iiij.& Malachiæ.j. Maledi-
ctus,inquit,doloſus,q habet in grege ſuo maſcu
lum, & votum faciens immolat debilē domino.
Non ſic ergo electio cōceditur , ſed quod maius
eſt debetur,ſeu quod ex maioribus eſt.c. non co
gatur.xlj.diſtinct.l.ſeruis vrbanis. ff. de lega.iij.
l.ſed et ſi quid.verſicu.ſufficiēter. Et quod illhic
Bal.notat.ff.de vſufructu.vnde non videtur do-
ctrina Moder.vera in dicta.l.fi.ff.de conſti.prin
ci.dum reprehendunt Cin.in illa.l. fi. declarātes
dictam.l.ij.C.de caſtren.& miniſtr.lib.xij.& di-
cētes imperatorem in illa.l.ij. verba direxiſſe ad
impetrantem. Sed tu ſanè intellige vt certum gra
dum habeat & acceptet,non autem eligat.

Plus Franciſ.Areti.in dicta.l. qui duos refert
Bald.in.l.fi.C.de nupti.dicentem per illum tex.
48 ſi † princeps ex gratia bannitum pluribus bānis
vno ex eis eximit:in optiōe principis eſſe decla-
rare quo banno vult eum eximere.l.plerunq;.ff.
de iure dot. Addens Io.Andr.in.c. mandato. de
præben.in.vj.dicentem , ſi papa executori com-
mittit vt primum beneficiū in aliqua eccleſia va-
caturum alicui conferat,ſi plura eodem tempore
vacare contingat,non eſſe in electione executo-
ris gratificari, ſed ordinarij. Cui ſe ſubſcribit
Henri.Bohic in cap.accedens.argumento illius
tex.extra de conceſ.præbē. Alleg.Brixi.in quæ-
ſtione Domi.incipi.epūs.Et quod notāt Archi.
& Ioan.Andr.in dicto.c.ſi pluribus.§.ſi verò de
præben.in.vj.Nec poteſt gloſ.conſideratio in di
cta.l.ij.in verbo,vltimus. C.de caſtren.li.xij.plu
rimùm iuuare, dum dicit ,ob id tertiam formam
maiorem eſſe:quia in ea ꝗ plures in primis for-
mis potiores ſūt.l.ſcrinijs. C.de pala.ſacra.largi.
lib.xij.Primo in verſi.ij.epiſtolares numeri duo
formæ primæ numero tres , formæ ſecundæ nu-
mero vnus,formæ tertiæ numero duo. Ecce quo
modo pauciores ſunt in ſecunda & tertia forma,
ꝗ in prima. Et non multò pòſt in eadem.l. ver-
ſicu.epiſtolarius.numero vnus formæ primæ,nu
mero tres,formæ ſecundæ numero quinq;. Ecce
quomodo ſecunda forma numero primam ſupe
rat. Et ſtatim dicitur in verſi.ſeq. epiſtolares nu-
mero duo, formæ primæ numero quatuor , for-
mæ ſecūdæ numero quatuor:& ſic formæ æqua-
les ſunt numero. Et in pleriſq; alijs partibus eiuſ
dem legis idem dicitur de ſingulis ſcrinijs aurifi-
cum ſculptorum,& plurium id genus. Vnde nō
videtur rectè glo.ſenſiſſe.ſed ex aduerſo viden-
tur primæ formæ nobiliores neq; nouiſsimi aliū
ꝗ vltimum gradum habere non poſſunt.l. com-
perimus.et.l.ſi.circa fi. C.de proximis ſacro.ſcri
ni.lib.xij. vt ex hoc demonſtretur primum gra-
dum nobiliorē eſſe.l.vnicuiq;.verſi.ſui gradus.
eo.tit.de proxi.ſacro.ſcri.li.xii.l.potioris.C.de
offi.recto.prouinciæ.Quare neutra glo.conſide
49 ratio ſubſiſtere poteſt , per prædicta. † Sed ma-
net prima noſtræ diſtinctionis pars vera, vt in il-
lis ſit conferētis electio,& non eius cui gratia fa-
cta eſt. Et ſolutionem Alexā. ad.c.ſi pluribus.de
præben.in.vj.aſsignatam non puto alicuius ſapo
ris eſſe.Nā ſi in beneficialibus & in quibus odio
ſa eſt conceſsio,vti ea eſt quæ expectatiuam gra-
tiam confert,iuri & rationi contrariam & alienæ
mortis captatoriam.c.ij. extra de conceſ. præbē.
&.c.deteſtanda.& cap.nec captandæ.de conceſ.
præben.in. vj. Et tamen text.in dicto. c. ſi pluri-
bus , diſtinguat inter cōceſsiones proprio pōtifi
cis motu factas.& eas quæ ad partis poſtulatio-
nem impetratæ ſunt , & non minus prouiſo ele-
ctionem tribuat , vtrum beneficiorū duxerit ac-
ceptare vtens iure pontificis gratiam conceden-
tis. Videtur ergo in dubijs concedentis eſſe gra-
tificari : ꝗtomagis in his gratijs in quibus nulla
eſt cauſa odioſa.

Sed quæſo aduertatis : hæc non eſt diſputatio
50 noſtra,ſed iſta eſt, † ſi inter eum qui contulit , &
eum cui confertur de re quæſtio eſt,cuius ſit ele-
ctio,an principis vel eius cui princeps donatio-
nē fecit,ſit. Tolle exēplū, Princeps primū comi-
tatum vacaturum et ſibi per cōfiſcationē vel alio
iure obuenientē mihi cōceſsit:cōtigit aliquē qui
pluriū comitatuū dn̄s erat abſque legitimo hære
de decedere . Cuius erit electio, an principis, an
verò mea erit electio? Et dic principis, non autē
eius cui cōtulit. vel ſi duobus eundē fundū con-
ceſsit,neq; apparet vter eorū prior eſt in cōceſsio
ne vel poſterior,ſeu cui primò cōceſsio facta eſt,
neq; etiā inter vtrūq; dabilis eſt imparitas: locus
erit gratificationi.l.plerūq;.§.fi.ff.de iure doti.c.
quum autem.extra de iure patrona.l.fi.ff. de reli
gio.& ſumpti.funer. Et dicta.l.ſi quis ſeruū. §. ſi
inter duos.ff. de leg.ij. quē tex.ſingulariter in tri
bus notari debere exiſtimo. Primò,in hisverbis,
& duo eiuſdē nominis amici teſtatoris veniant.
Secundò,& hæres ſoluere paratus ſit. Tertiò,eli
gere debet hæres cui ſoluat. Cōſidera potiſsimè
51 dum dicitur, & hæres ſoluere paratus ſit. † quia
propter obſcuritatē legati ſeu incertitudinē po-
tuiſſet hæres vtriq; legatario negare legatum.l.ſi
fuerit.ff.de reb.dub. Sed quū paratus eſt ſoluere
eliget hæres:quia interpres eſt voluntatis defun
cti.quēadmodū eñ defunctus,ſi viueret,gratifi-
cari potuiſſet,ſic & hæres gratificari poterit cui
velit.l.ſi quis à filio.§.j.ff.de leg.j.facit.c.venera
bilem.§.quod aūt.vbi glo.idē notat in verbo, fa
uere.extra de electio.Non mirum ſi quum prin-
ceps vel ſummus pontifex ex gratia ſuo motu fa-
cta mandat vnum ex pluribus beneficijs donari,
quum abūdans eſſe debet gratia,& princeps ve-
riſimiliter conferre videtur quod ex maioribus
eſt , vt plenior gratia eius appareat, is cui facta
eſt gratia eligere debet. quēadmodū princeps eli
gere

gere debet: quẽadmodũ princeps eligere poſſet;
ſi ad partis poſtulationẽ facta eſt, quũ eã fortè ꝑ
importunitatẽ factã fuiſſe dici poſsit.l.j.C.de pe
ti.bono.ſubla.lib.x. Nõ mirũ ſi ab ea quæ motu
ꝓprio papæ vel principis facta eſt nõnihil detra-
hatur, & præſertim in odioſis.d.c.ſi pluribus.de
præben.in.vj. Et id verũ puto. Idẽ notat Archi.
in.c.nos cõſuetudinẽ.in glo.ſua vltima.xij. diſt.
gl.in.l.ciues.C.de incol.lib.x.dũ dicit,vt electus
eligat.quũ prius dixerit,gratificationi locũ eſſe.
Et ſic debitor eligit,nõ creditor,vt de quo parũ-
per vidẽdũ eſt,quũ variæ ſint ſentẽtiæ. De his co
pioſe Dinus Bar.Bal.Paul.Franciſ.Are.& Mo
der.oẽs in.d.l.qui duos. & in.l.legato gñi. & in
l.ſi quis filio.§.j.&.l.huiuſmodi.§.fi.ff.de lega.j.
Bar.Bald.& Angel.in.l.Lucio.& dicta.l.ſi quis
ſeruum.§.ſi inter duos.ff.de lega.ij.Flori.in.l.iti
nere.ff.de ſeruitu.ruſti.prædio.Din.in regula,in
alternatiuis.de regu.iuris.in.vj.Petr.de Ancha.
poſt Io.Andr.& Domi.in dicto.c.duobus.de re
ſcrip.in.vj.Moder.Papien.in.§.huic autem.inſt.
de actio.Glo.& Bartol.in.l.iij.§.ſi duobus.ff.de
adimen.lega.Bar.& Sozi.in.l.ſi fuerit.ff.de reb.
52 dub. † vbique per eos diſtinctio fit inter legatũ
ſeu debitum generis, & debitum alternatiuæ, de-
bitum certæ qualitatis, & debitum certæ ſpeciei:
vel ſi continet aliquid indiuiduum non habens
certos neq; determinatos fines. De quo etiã per
Bar.in.l.ita ſtipulatus.& Moder.poſt eum.ff.de
verbo.oblig. Item cõſtituunt differẽtiã inter cõ-
tractus & vltimas volũtates,vt per Din.& Bart.
in.d.l.Lucio.ff.de leg.ij.Cin.in.l.quũ quidã. C.
de verbo.ſig. In quibus omnibus ꝓpter diuerſas
multorũ ſentẽtias difficile eſt certas regulas de-
terminare. Pauca tñ de his ſinglr̃ariter videamus.
In primis de legato generis diſtinguit Pau. de
Caſt.poſt glo.in.d.l.q duos.inter genus gñaliſsi
mũ & genus ſubalternũ,à dialecticis nõ differen
legis eſt, de ſeruis vxoris, qui ſi potius eligant do
mino ſubuenire quàm dominæ, excuſantur, quã-
uis vxor antiquior ſit. At in verſi. & magis. iure-
conſultus vult ſeruos teneri tam dominæ quàm
domino opem ferre, ſi omnibus poſſunt, corpo-
re vni, alteri voce: vel vni corpore, alteri ex bo-
nis, aut alio modo ſuccurrere: alioquin non excu
ſantur. De vaſallo idem dici poteſt. Nec obſtabit
tex. in. c. fina. hic finitur lex. colla. x. & in. c. inſu-
per. §. illud. de prohibi. feud. aliena. per Frederi.
colla. x. Quorum caſus longè diuerſi ſunt à caſu
huius. §. nam. §. illud. de vaſallo vaſalli loquitur.
§. fina. hic finitur lex, dein inci. conſue. reg. Va-
ſallus à poſteriore domino requiſitus non erat,
quum antiquior dominus vaſallum vocauit, vt
91 auxilio illi eſſet. hic autem tex. loquitur † quan-

do ſeruus duorum dominorum requiritur ab
vtroque vt eos adiuuet & liberet ab his qui vim
inferre volunt. Et per hunc tex. ſeruus vtriq; ſuc
currere & opem ferre debet, ſi poteſt. Imò plus,
debet ſe vltro offerre opem præſtare & auxiliū:
alioquin reus erit huius Senatuſconſulti. Et ſi
vtrique opem ferre non poteſt: alteri gratificari
licet. Et præſtando vni auxilium, liberatur, etiam
alter grauiter offenſus ſeu vulneratus fuiſſet aut
occiſus. Durum enim eſſet, inquit iſte tex. ſi quū
duobus auxilium ferre non poteſt, elegit alteri
auxilio eſſe, electione crimen contraxiſſe. & ſi is
quem deſeruit antiquior eſſet dominus, vt hic de
ſeruo mulieris ſeu dominæ dicit̃, quæ antiquior
domina erat marito. Similiter dici poſſet in vaſal
lo, qui poteſt vtrique dominorum ſuccurrere, vt
tenetur vtrique ſuccurrere: alioquin feudo priua
ri poterit, ſecundum caſum. c. primi, quib. modis
feud. amit. colla. x. neq; liberabitur vaſallus, ſi di
xerit ſe circa alterū dñorum implicitū, qui vtriq;
faciliter ſuccurrere poteſt. Et hic eſt text. clarus.
92 Si † verò vtrique auxilium ferre non poteſt: lo-
cus eſt gratificationi, per iſtum tex. & .l. fin. ff. de
religio. & ſumpt. funer. cum pleriſque alijs illhic
per glo. notatis. & Specul. in titu. de feud. §. j. in
xij. xiij. & alijs ſequentibus quæſtionibus. Ego
verò, vltra quàm alius dixerit, ſentio nō eſſe con
ueniens de ſeruo ad vaſallum argumentum: ſed
vaſallum à ſeruo in aliquibus differre. Igitur ſic
diſtinguendum eſſe exiſtimaui. aut enim ambo
domini inuicem præliantur, ſeu vnus dominorū
aduerſus alterum bellum mouere vult: & vaſal-
lus potius antiquiori domino auxilium ferre te-
nebitur, quàm poſteriori: quia prius cū antiquio
re contracta eſt obligatio. Non potuit igitur va-
ſallus ſuo facto primæ obligationi derogare, ſeu
actum facere, per quem ab illa prima obligatiōe
liberare ſe poſſit. Et præſertim quum ſit iurata
ſeu iuramento firmata. c. j. de no. for. fideli. §. ve-
niens. & .c. ea tu. c. intellecto. c. breui. c. veniētes.
extra de iureiuran. Et facit trita iuris regula, qui
prior. de reg. iur. in. vj. l. qui prior. ff. de iudic. &
in his terminis loquitur tex. in dicto. §. fi. hic fini
tur lex. colla. x. & .c. inſuper. §. illud. de prohibi.
feud. alie. per Frederic. ea. colla. Hoc idem tenet
Iaco. de ſanc. Georg. in tractatu feudorū. in ver-
bo, & promiſerunt eidem domino ſuo. xij. colū.
93 verſic. vltra quæro. † In hoc igitur differt vaſal-
lus à ſeruo: quia vaſallus ex fide obligatus eſt, ſer
uus autem non. Et iſta fuit conſideratio And. de
Iſer. in. c. j. quib. mod. feud. amitta. colla. x. poſt
eum Cardi. Alex. in. §. ſi à morte. de aliena. feud.
pater. colla. x. Nullum enim, ſecundum eum, ma
ius eſt vinculum iuramento. hoc dicit poſt Diuū
Grego. in homilia de communi confeſſorum. &
ideo gratificari in hoc nō poteſt. vbi verò æqua-
liter domini eſſent, Tolle exemplum in vaſallo
plurium dominorum vnius rei, vt ſi plures ſunt
filij qui patri ſucceſſerunt, & illorum ſimul vaſal
lus effectus eſt: tunc verum puto vaſallum poſſe
gratificari cui ſubuenire malit, niſi ordo eſſet in-
ter filios in ſucceſſione, quia plus vni quàm alte-
ri debeatur, videlicet primogenito, cui iure pri-
mogenituræ plus deberetur: quia in plus eſſet illi
obligatus: ideo præferri debet, argumēto. l. ſi ſer
uus plurium. §. fi. ff. de lega. j. & .c. præterea duca
tus. de prohibi. feud. aliena. per Frederi. in ratio-
ne fui, in his verbis, ita tamen vt vaſallus &c. Et
94 ob id dicit Bal. in dicto. c. fi. hic finitur lex. † de-
bere vaſallum iurando ſecundo domino, excipe-
re primum, per. l. ſi quis locuples. ff. de manumiſ.
teſta. Si verò alius alium non impetit, ſed ambo
vim patiunt̃, quia alij comites aut duces vel prin
cipes eis bellum mouent: et dic vaſallum iuxta vi
res feudi teneri vtrique auxilium præſtare, vt hic
quoniam vtriq; pro quotitate rei infeudatæ obli
gatus eſt: alioquin feudo priuari poterit. Et ratio
eſt, quoniam ex forma fidelitatis & inueſtituræ
vaſallus medio iuramento eſt vtrique obligatus:
alioquin à re feudali cadet. c. vnico. de no. for. fi-
deli. c. j. & .c. item qui dominum. verſi. præterea.
quæ fuit prima cauſa beneſi. amitten. colla. x. c. j.
quib. mod. feud. amitta. c. ad hoc. hic finitur lex.
Et in hoc ceſſat ratio antiquitatis, prioritatis, vel
poſterioritatis: quia obligatio eſt perſonalis ra-
tione rei. c. vnico in fine. de vaſal. qui contra con
ſti. Lotha. feud. alie. & remanet feudum ad id ſpe
cialiter obligatum. Vnde ratione feudi excuſa-
ri non poteſt per prædicta. Mouere poteſt ratio
Clemē. paſtoralis. de re iudica. in verſi. denique.
in his verbis, niſi ex natura feudorū debitam ſu-
95 perioritatē habebat. † Papa enim quātuncunq;
Robertū Siciliæ regem ab imperio Henrici im-
peratoris eximere arbitratus eſt, non valuit tamē
papa obtinere propter feuda quæ iuris imperij
aſſerebat Henricus imperator à Roberto Siciliæ
rege occupari ſeu poſſideri, quorum occaſione
fidelis imperio et imperatori eſſe debebat. Dum
inquit ille tex. niſi ex natura feudorum debitā ſu
perioritatem habebat. Circa cuius Clemē. paſto-
ralis. & extrauagantium, ad reprimēdum. &, qui
ſint rebelles. veritatem, vide Bar. gloſſatorem ea
rum dicentem in extrauagan. qui ſunt rebelles.
in verbo, rebellando. iuſtè reuocatam eſſe à pon
tifice in dicta Clemen. paſtoralis. Henrici impe-
ratoris ſentētiam latam in præfatum Robertum
regem Siciliæ. Quod non placuit Bald. qui non
ineleganter de ea ſcripſit in. l. executorem. xj. &
xij. colum. C. de executio. rei iudi. & Iaco. de ſan
cto Geor. in ſum. feudo. in verbo, & promiſerūt
eidem domino. in. xvj. cauſa excuſationis vaſalli.
96 Dicit † enim non excuſari vaſallum, quin tenea
tur ſaltem per ſubſtitutum ſeruire. Motus per. l.
nullus qualibet. C. de decurio. libr. x. ſed melius
facit. l. nullus qui nexu. in fine. C. de decurio. lib.
x. quem tex. Luc. de Pen. ad vaſallum extendit,
qui propter dignitatem per ſubſtitutum ſeruire
poteſt. l. principes. C. de princ. agenti. in reb. lib.
xij. l. ad

xij.l.ad ſimilitudinem. C. de epiſco. & cleri. Me-
lius in.l.j.C.de præpo.agen.in re.lib.xij. &.l.fi.
C.de proxi.facr.ſcri.eo.lib.
His adde quod idem Luc. de Pen. notat in. l.
agros. C. de fund. limitr. libr.xj.Iaco. de ſancto
Geor.in.d.tracta.feud.in verbo,et promiſerunt
eidē domino.colum.x.verſi.vigeſimo quæro.&
quæſtio. ſeq. quamuis per.l. interdū.ff.de oper.
liber.videatur poſſe à ſeruitio vaſallum excuſari
ſi dignitatis talis eſſet vaſallus, vt dedecori eſſet
domino ſeruitium præſtare, ſiue per ſe, ſiue per
ſubſtitutum ad ſimilitudinem liberti, per illum
tex. Cui concor.dicta Clem.paſtoralis.§.deniq;.
& dicta.l.ad ſimilitudinem.in verbo,vetētur. &
97 dicta.l. nullus qui nexu. † Idem ergo in vaſallo
pluribus dominis obligato,& ab omnibus eodē
tempore rogato vt ſuppetias ferret, dici debet,
quibus per ſe ſimul & eodem tempore auxilium
ferre non poteſt, vt per ſe antiquiori dño ſubue-
nire teneatur,& alteri per ſubſtitutum ſi ſufficiūt
facultates,ſeu feudi qualitas ſuppetat,dicto.c.fi.
hic finitur lex.& dicto.c.inſuper.§.illud.de pro-
hibi. feud. aliena. per Frederi.colla.x. Et in hoc
vaſallum puto à ſeruo differre per rationem ſu-
prà relatam:quia qui prior eſt in tempore obliga
tionis & fidelitatis, potior erit iure,per ſuprà di-
cta. Et potiſſimè per rationem dicti.§. inſuper.in
his verbis,niſi ꝓ ſeruitio alterius domini ſui hoc
fecerit, quem ſine fraude antehabuerit. Et idem
firmat Roma.poſt Spec.in tit.de feud.§.j. verſi.
duodecimo quæro. Neq; poterit alius dominus
cōqueri ſecundū Ro. per.l.atqui natura.§.quū
me abſente.verſi.nec videris.ff.de neg geſt.quia
qui iure facit quod licet, in neceſſitatem trahi nō
debet.l.quis ſit fugitiuus.§. apud Labeonem.ff.
de ædili.ædicto.Cle. vnica.in princi.de rer. per-
muta.in his verbis,ne conceſſione iuris vtētibus
98 &c.† Iura nanq; admittunt aliquem poſſe duo-
rum dominorum vaſallum eſſe. argumēto etiam
eſt.l.j.§.deniq;.j.ff.de aqua pluuia arcen. Si autē
gratificari non vult: & tunc forte inter dominos
dirimēda erit quæſtio, per ſuprà dicta, videlicet
l.fin.§.j.C.cōmunia de lega.§.optionis.Inſtit.de
lega.l.ſed quum ambo.ff.de iudi.Si verò omnes
æquales in tempore & qualitate erunt: cōſentio
gratificationi locum eſſe,per hunc tex.& ea quæ
prius dicta ſunt. In confœderatis idem obſerua-
dum eſſe iudicarem,quum vtrique communis ſit
prædicta ratio,videlicet iuriſiurādi. Et quamuis
Roma.hic poſt Specu.in loco præalleg.de feud.
§.j.verſi.duodecimo quæro. longiorem faciat di
ſtinctionem, non videtur mihi multùm vaſallo
99 accōmodari de iure poſſe,dum quærunt † de va
ſallo duobus dominis obligato, neque ſciri po-
teſt cui primò obligatus eſt: quia non releuabit
hoc vaſallum, quo minus vtrique opem ferat ſe-
cundū vires feudi: ſed in hoc gratificabit cui per
ſe mauult ſeruire,an per ſubſtitutum,per ea quæ
ſuprà dicta ſunt. Nec mouere debet in hoc Ro-
ma. conſideratio, dum diſtinguit inter dominos
vter eorum melior eſt,ſecūdum.§.ſi quis autem.
in authent. de hæredi. & falci. colla.j.l. ſiquis. C.
de natura.liber.l.contra pupillū.§.qui ad maius.
ff.de re iudi.quæ nihil cōcludunt.Et contra Ro-
ma. eſt tex. cuius memini ſuprà in.l. generaliter.
§.proinde.verſ.quod ſi ordo.ff.de fideicommiſ.
liber.in ratione illius.l.ne aliquam(inquit)ambi
tionis vel gratiæ ſuſpicionem prætor iubeat, aut
meritis cuiuſque allegatis arbitrari eos oportet.
& facit ſuprà memorata ratio, quamuis nō æquè
vnus dominorum bonus ſit altero, ex eo tamen
diſſoluta obligatio non eſt, ſed remanet vaſallus
iure feudi domino obligatus, dicto.c. inſuper.§.
illud.circa fi.de prohibi. feud.alie.per Frederic.
in his verbis, & niſi vaſallus idemq; dominus à
domino ſuo requiſitus,eum qui maiorem domi-
num offenderit, requirat vt ſatisfaciat,ſuum feu-
dum amittit,dicto.c.vnico.de no. form.fideli.in
verſi. & ſi contigerit te rem aliquā. & in his ver-
bis, & nunquam ex perſona mea aliquid faciam
ſcienter quod pertineat ad tuam vel tuorū iniu-
riam vel contumeliam. Nec refert quādo conuo
catio à dominis facta erit.Quid eñ ſi vnus prior
altero ab hoſte adorſus eſt, & ob id citius altero
denunciauit: an ex hoc feudi obligatio extincta
100 erit? certè non. † Alioquin ſequeretur,ſi poſte-
rior creditor prius antiquo creditore agat condi
tionem ſuam faciat meliorem,& ob id extinguat
priorem hypothecam: quod falſum eſt.l. j. C. ſi
antiq.credi. Nam non niſi ſolutione aut obliga-
tione & depoſitione debiti,& quod in vſus ſuos
pecuniam depoſitam non conuertat, tollere po-
teſt ius prioris hypothecæ.l.j.&.l.prior. &.l.di-
uerſis. C. qui potio. in pigno. habe.l. potior. in
princi.ff.qui potio.in pigno.habean.l.fin. in ra-
tione legis.in fi.C. debito.vendi.pigno.impedi.
non poſſe.l.fin.in fine.C.de cōi ſeruo.manumiſ.
101 Vnum tamen circa iſtud non omiſerim. † Si po
ſterior creditor debitorem fugientem cum re pi-
gnorata apprehendit,et ex ea perſecutione ſuum
à debitore conſequatur: non poterit antiquior
creditor à poſteriore creditore pignus repetitū
auocare.l.ſumma cum ratione.in princi.ff. de pe
cul.l. pupillus.ff. quæ in fraudē credi.Sola enim
negligentia aut cupiditas prioris creditoris circa
pignoris perſecutionem impedit reuocationem
prius ſoluti poſteriori creditori. Alioquin ſi per
debitorem poſteriori creditori gratificando ſo-
lutio facta eſt, ſolutum repetetur,dicta.l. pupil-
lus.ff. quæ in fraud. credi.fi.l. ſi non expedierit.
§.pupillus.ff.de bonis auto.iudi.poſſ.
Cæterùm in perſecutiōe hypothecæ aliter eſt,
quia præuentio in cōueniendo nō inducit poſte-
rioritatem, ſed ad quencunq; perueniat res hy-
pothecata,dum tamen ius hypothecæ præſcriptū
non ſit,vel iudicis decreto alienatum,res cū cau-
ſa antiquioris creditoris trāſit.l.fi.§.& poſt præ-
fatam.in princip.ibi, & eis ſatisfaciant &c. C. de

iure deliberan.l.j.§.quæſitum.ff. de ſepara.bon.
l.inter eos.ff.de re iudi.& melius in dicta.l.fin.§.
ſin verò hæredes. C. de iure deliberan. dicta.l.j.
C.ſi antiq. credi. vbi plus ille text. ſtringit dum
102 loquitur de debitore † qui rem pignori obliga-
tam antiquiori creditori in ſolutũ dedit vel ven-
didit: ob id tamen non erit hypotheca poſterio-
ris extincta, quin eã poſterior creditor poſſit re-
uocare,& hypothecaria agere, atque ſi extraneo
vendita aut in ſolutum data fuiſſet. quãto minus
ſi ſolutio facta eſſet poſteriori, quum potior ſit
cauſa antiquioris creditoris. Nec poteſt mouere
illa.l. ſi non expedierit.§. pupillus.verſi.quod ſi
vtroque.ff.de bon.auto.iudi.poſſ.per quẽ illhic
glo. colligit locũ eſſe gratificationi debitori cui
malit ſoluere. In primis non ſit cauſa poſterioris
creditoris melior p̱ perſecutionẽ debiti aduerſus
debitorẽ in præiudicium antiquioris creditoris,
dicta.l.fin.§.ſin verò.ibi,liceat alijs creditoribus
&c.C.de iure deliber. niſi per eius negligentiam
aut cupiditatem, vt in eodem.§. dicitur. & in di-
cta.l.pupillus.ff.quæ in fraudem credito.fi. &.l.
ſumma.ff.de pecu.
103 Sed † vtroque proſequente ſi debitor gratifi-
cauerit,ſi vtroque ſatisfieri non poteſt,prius ean
dem portionem ſolutam priori creditori acqui-
ri.Si verò vtrique ſatisfieri poteſt, aut ſaltem nõ
tantũ debeatur priori creditori,quin ex eo quod
poſteriori creditori ſolutum eſt, aliquid remane
re poſſit: tunc ex re ſoluta cõmunicãdum erit pri
mo creditori quod debitum ſecundo creditori
erit:& quamuis glo. plurimum laborauerit in di
cta.l.j.C.ſi antiqu. credi. circa huius difficultatis
abſolutionẽ,quamuis de dicta.l. ſi non expedie-
rit.§.pupillus. mentionem non faciat. Non tamẽ
meo iudicio rectè accepit illam.l.j.C.ſi antiq.cre
di.quia illa.l.j. rationem non habuit antiquioris
creditoris,non magis quàm cuiuſuis alterius ex-
tranei poſſeſſoris,cui nullum ius pignoris vel hy
pothecæ competebat. Quod verum ſit, quæſo,
diligenter lege tex. illius.l.j.in his verbis,nõ ma-
gis tibi perſecutio adẽpta eſt, quàm ſi alijs eaſdẽ
res debitor vendidiſſet:indubium eſt poſteriorẽ
creditorem à priore rem pignoratã recuperare,
vt in toto titulo. C.de his qui in prior.credi.loco
ſucced.Sed hæc nõ ſolùm ex vi ſolius oblationis
104 ſed ſuæ hypothecæ, † vt quemadmodum res pi-
gnorata alteri vendita cum cauſa ſua tranſit. l. ſi
conuenerit.§.ſi fundus.ff.de pigno. actio.ſimili-
ter etiam ſi antiquiori creditori vẽdita, per dictã
l.j.C.ſi antiq.credi.intantum ſi plus valeat res in
ſolutum data, vel per debitorem primo creditori
vendita,per ſecundum creditorẽ iure ſuæ hypo-
thecæ reuocari poterit,quatenus precium conuẽ
tum excedit : quod facilimè diſcutietur ſi poſte-
rior creditor quod debitum erat priori creditori
offerat.Et ex hoc diſputatio glo.quæ illhic facta
eſt, non rectè abſoluta videtur, dum quærit, ſed
quomodo ſecundus auditur contra primum, vel
offerendo,vel vllo alio modo:quum primus ſibi
in pignore prouideat? et reſpõdet licere debitori
facere primi creditoris conditionem deteriorem
adijciendo ſecundo. Sed hæc reſponſio illi.l.j.
non ſatisfacit: quoniam debitor non intendebat
deteriorem primi crditoris conditionem facere,
ſed potius meliorem, dando ei rem pignoratam
pro credito in ſolutũ, vel eam pro credito ei ven
105 dendo,quæ tamen pluris valebat. † Secundò,ſi
liceat creditori poſteriori ſuam conditionem me
liorem facere in priorum creditorum præiudi-
cium, ſic vt antiquioribus rem ſua diligentia ſal-
uam factam & in ſuum debitum conuerſam auo-
care non liceat,dicta.l.pupillus.ff.quæ in fraudẽ
credito.fi.et.l.ſumma cum ratione.ff.de pecu.&
dicta. l. ſi non expedierit.§. pupillus. ff. de bon.
autor. iudi.poſſid.quanto magis hoc debet lice-
re priori,dummodo,inquit illa.l.pupillus.credi-
tor iuſte exegerit. & ſola ratione reſeruatur hæc
gratia creditori antiquo, ſi ſimul cum ſecundo
proſequutus eſt. Glo.illhic voluit licere debito-
ri cui velit gratificari, vt ſolutum remaneat ſo-
lutum. Sed hoc non concedo. ſed puto ſic illum
tex. debere intelligi vt ſuprà memini, data aliorũ
creditorum negligentia circa ſuæ hypothecæ vel
debiti exactionem ſeu proſecutionem. Sed vbi
omnes in proſequendo diligentes erunt, prior
creditor potior erit.vbi verò vtriq; ſatisfieri po-
teſt, communicandum eſſe ab eo cui à debitore
gratificatum eſt quod accepit. Et ſi glo. interpre
106 tatio recipienda eſſet, † vbi omnino ſolutũ eſſet
priori creditori per gratificationem,poſterior re
petere non poſſet.& tamen in dicta.l.fi.§.ſin ve-
rò hæredes. C. de iure deliberan. & in dicta.l.j.
C.ſi antiq.credi.dicitur contrarium.Tu ergo ſe-
quere qđ prius dixi. tu circa prædicta adde quæ
notat Dinus in regula,qui prior.de regul.iur. in
vj.ex Bart.& Ange. in dicta.l.pupillus.& dicta
l.ſi expedierit.§.pupillus.& Areti.in.§.introdu-
xit. Inſtitu. quod cum eo qui in alie. poteſta.eſt,
poſt Ioan. Fab. eoſdem & Moder. in.§. item ſi
quis in fraudem.Inſtit.de actio.Fulg. in.l.procu
ratoris.§.ſi plures.verſi.planè.&.§.fin.per illum
tex.ff. de tribut.actio. exiges alias diſtinctiones.
Quare diſtinctio Roma.de denunciatione prius
per alterum dominorum vaſallo facta conſidera
ri non debet per prædicta. Multominus attendi
debet Roma.diſputatio, quam de vxore & mari
rito inter ſe pugnantibus facit duplici ratione.
Quis enim tam ſupinus aſſertor, qui affirmare
audeat vxorem ab opinione mariti diſſentire?
Quis vxorem iurgioſam nouit? quis non mutam
loquente marito non perpẽdit? Quis tam audax
dicat cæca ſe magnaq; cupidine ductum petere
coniugium, quum cuique notum ſit, qui liberi
qualis've futura ſit vxor? abſit tantum ſcelus vxo
rem quæſtioni aut ferulæ mariti ſubdi,quod pro
tinus caſtas mulieres exaſperat. Nam Iuſtinia-
nus pijſſimus Theodoræ vxoris ſuæ amantiſſi-
mius

mus. §. hæc autem. in authent. vt iudi. ſine quoq.
ſuffra. colla. ij. dixit in. l. cōſenſu. §. j. C. de repud.
107 ingenuis † mulieribus alienum eſſe verberibus
ab marito affici. et ſi ſecus fecerit, quantum tertia
pars antenuptialis donationis erit pro tali iniu-
ria vxori illata, vxori etiam conſtante matrimo-
nio dare tenebitur. §. quia verò quædam. in fine.
in authent. vt lice. matri & auiæ. colla. viij. vnde
ſumpta eſt authent. nouo iure. C. de repud. Et ſi
nulla antenuptialis donatio facta eſt: quarta pars
ſubſtantiæ viri dabitur vxori. l. finali. in fine. C.
de repud. Hoc idem notat gloſſa in. c. placuit.
xxxiij. quæſt. ij. Et alia ratione non videtur poſ-
ſe maritus in vxorem ſæuire: quia in poteſtatem
viri non tranſit per matrimonium, ſed in poteſta
te patris manet. l. ſi vxor. & illhic glo. C. de con-
di. inſer. tam in legato quàm in fideicommiſſo. §.
j. vbi idem notat glo. Inſtitu. de ſenatuſconſulto
Tertulia. præterquam ad carnis debitum & ope-
rarum præſtationem. l. ſicut. ff. de oper. liber.
108 Clarum † eſt autem de iure nouo permiſſum
eſſe marito in caſibus, quibus libellus repudij
per maritum vxori mitti poteſt, flagellis vxorem
impunè caſtigare, dicto. §. quæ verò quædam, in
fine. in his verbis, ſine aliqua cauſarum quas con
tra vxores ad matrimonij ſolutionem ſufficere
iuſſimus. in authent. vt lice. matri & auiæ. colla.
viij. Meminimus quandoque quid Cæſar. vj. bel
li Gallici commentario ſcriptum reliquit de Gal
lis quibus in vxores ſicuti in liberos vitæ neciſq;
poteſtas erat, ſi res in ſuſpicionem veniebat. In
ſeruilem enim modum quæſtionem de eis habe-
bant, igni atque omnibus tormentis excruciatas
interficiebant. Simile de Lacedemonijs tradit Iu
ſtinus in Trogum. lib. tertio. Plura dicta ſunt in
§. ſi maritus. ſuprà eadem. l. & in. l. j. §. ſi vir. & §.
quod ſi quis puta veneno. Ius autem canonicum
verbera prohibuit in cauſa etiam quæ diuortium
109 admittit, in dicto. c. placuit. xxxiij. quæſt. ij. † Si
autem tale eſſet viri & vxoris diſſidium, vt mu-
tuò bellis ſe laceſſerent, eſſentq; tantæ potentiæ,
vt vaſallus ſubditos haberent: an vaſalli vxoris
potius marito vxorem adiuuare debeant, etiam
aduerſus ipſum maritum, vel econtra. Dic vxo-
ris vaſallum potius vxori quàm marito obligari
duplici ratione. Prima, quia antiquior domina
eſt, quæ antiquitas dominij in feudalibus conſi-
deratur, dicto. c. fin. hic ſin. lex. & c. inſuper. §. il-
lud. de prohi. feud. alie. per Frederic. Secunda ra
tio, propter iuramenti vinculum quod fortius
ſtringit ſola ratione quaſi dominij ſuperuenien-
tis marito medio mulieris: quia res vxoris quam-
uis in dotem datæ ſint, tamen mulieris eſſe non
deſinunt, ſed propriæ mulieris manent. l. j. §. ſi
vir. ſuprà eod. illhic dictum eſt. & hæc plurimùm
iuuant dictum Anton. de Butr. & Ioan. de Imola
in cap. fina. de conceſſio. præbendæ. Felin. in ca.
cum Bertoldus. circa ſin. extra de re iudica. & in
cap. cum olim. circa princip. extra de maiorita. &
obedien. Rot. & deciſio. No. deciſ. cccccxxij. dum
dicunt præſentatum ab vxore præferri præſen-
tato à marito cui in dote fundus datus erat, cui
ius patronatus annexum erat. de quo per Cardi-
na. in clement. plures. de iure patrona. Roch. in
tracta. in verbo, ipſe vel is à quo. xxviij. quæſtio.
Tertiò, quid enim ſi maritus rixoſus eſſet, vt in-
quit gloſ. in. l. ij. in verbo, ſuſpectum. in princip.
ff. ſoluto matrimo. neque mereretur ab vxore ho
norari. l. ſi quum dotem. §. eodem autem tempo-
re. ff. ſoluto matrimo. in his verbis, vel nimia cir-
ca maritum non merentem. & dicta. l. conſenſu.
110 in fin. princip. C. de repudi. † Indecens eſſet vi-
rum beneficio mulieris abuti, atque ob id mulie-
rem à marito offendi, à ſuiſq; qui eam tueri &
defendere debent, laceſſiri, quos prohibere de-
bet maritus ne vxor iniuria afficiatur. §. patitur.
inſtitu. de iniur. l. ij. ff. de iniur. quiq; res vxoris
veluti ſuas conſeruare debet. l. fina. C. de pact.
conuent. l. maritus. C. de procurat. Et Roma. hic
ab hac ſententia non declinat. Quartò alia ratio-
ne in conſideratione eſſe non poteſt, quod hic
Roma. de caſtigatione vxoris & filij & diſcipuli
tradidit: quia hic text. de caſtigatione non intel-
ligitur. Sed quum dominus & domina ſimul &
eodem tempore ſeu inſtanti ab aliquo inſultan-
tur quos ſerui tueri debent, ne ab extero aut do-
meſtico inſultati offendātur, ne've iniuria eis in-
feratur, ſi vtrunque tueri poſſint, puniuntur ſi eis
opem non præſtant. Sed ſi vtriq; ſubuenire ne-
queunt, alteri tamen ſiue domino ſeu dominæ
ſuccurrere tenentur: aliàs à pœna huius ſenatuſ-
conſulti non excuſabuntur. Quæ ratio in vaſal-
lo non concludit. Sed fortiori ratione diximus
antiquiori domino teneri potius ſubuenire, per
ſupra dicta.

Multò minus facit quæſtio de vaſallo regis &
baronis per Roma. hic examinata poſt Specu. in
111 titu. de feud. §. j. verſicu. xvij. quæritur. † vtri ba-
ro aduerſus regem bellum parauerit, cui potius
vaſallus obedire teneatur, regi, an verò baroni
regis ſubdito: quoniam de indubitabili eſt con-
tra caſum. l. Labeo. ff. de carbon. edicto. In inue-
ſtituris enim regis, vel imperatoris perſona ſem-
per excipitur. Et licet expreſſè non excipiantur,
tamen lex excipit in. c. j. de no. for. fideli. in his
verbis, excepto imperatore vel rege. colla. x. c. fi-
na. in fin. de prohib. feud. alie. per Frederic. col-
la. x. in his verbis, in omni ſacramento fidelitatis
imperator nominatim excipiatur. Et ſubditus ar-
ma ſumens in principem, maieſtatem eius offen-
dit: Et quantuncunq; princeps dyſcola ſit, offen-
dendus non eſt, ſed illi omnino parendum eſt,
j. Petr. ij. c. Et Paul. ad Roma. xiij. ca. qui reſiſtit.
xj. qō. iij. Et ſi dicas imperatorem ſeu regem non
recognoſcentem ſuperiorem, qualis eſt rex Fran
ciæ. c. per venerabilem. extra qui filij ſunt legiti.
& plenius in libello noſtro cui titulus eſt, An rex
Franciæ in temporalibus ſuperiorem recogno-

ſcat, tractauimus, iuſtitiam denegarit ſubdito,
quod abſit. c.imperatores.xj.quæſ.iij.recurren-
dum eſt tunc ad id quod legitur in.c.nouit.extra
de iudi. In præfato libello noſtro plenius expo-
ſuimus. facit.l.iij. C.de epiſc.audien. Adde Bal.
in.c.fin.colum.j.in princi. verſi.ſed quid ſi domi
nus.& colum.ij. verſi.quæro ſi pares ſunt ſuſpe-
cti, de prohib.feud.aliena.per Frederic.colla.x.

Ex his reſpondetur ad.§.fina. inſtit.de his qui
ſunt ſui vel alie.iur.&.l.ij.ff.eod.&.l.vnicam.C.
de emend.ſeruo. In quibus non concludet ratio
ca.fin.de mili.vaſal.qui contu.eſt. colla.x.in fin.
dum dicitur, Et ſi dominus ei iuſtitiam facere no
luerit:poterit eum deprædare multiplici ratione.
Prima, quia ille text. de inferiore à principe lo-
quitur, vt ſatis ex illo.§.fina.conſtat.

Cæterùm Franciſ.de Curt. in ſumma feudali.
ſeptima parte.titu.quis ſit iudex in materia feudi
iij.colum. quatuor remedia quæ vaſallo in domi
num dicit competere, commemorat. De quibus
dic vt illhic per eum. Secunda quam illhic gloſ.
aſsignat dum illum text. dicit debere de domino
qui propter contumaciam bannitus fuerat intel-
ligi, qui ratione banni deprædari poteſt. Sed hæc
gloſ.interpretatio abſque ſucco eſt, & obſtat illi
ſecundùm Bald.l.Papinianus exuli.ff.de minor.
l.ad cognitionem. ff.quibus ex cau.in poſſeſ.ea.
112 † Secundò, quia pares bãnire nõ poſſunt, quum
bannire meri ſit imperij. l.nulli. C.de ſenten. &
interlocu.omnium iudic.l.relegatorum.ff.de in-
terdic.& relega.gloſ.in.§.cum autem.inſtit.qui-
bus modis ius pat.poteſta.ſoluitur. Tertiò vltra
Bald.obſtat ille text.in dicto.§.fin. in verbo, ſal-
ua reuerentia.nec propter denegatam iuſtitiam à
curia domini ſeu à paribus curiæ banniri poteſt,
qui de feudo tantùm iudicant.c.fin. verſi.ſi verò
inter dominum. de prohibi.feud.alie.per Frede-
ric.colla.x.c.j.de conſue.recti feud. Sed poſſunt
ratione contumaciæ domini in poſſeſsionem mit
tere & in ea conſeruare, dicto.c.vnico.de mil.va
ſal.qui contu.eſt.in his verbis, vt vel poſſeſsionẽ
reſtituat, & acquieſcat, vel iudicio curiæ ſe com-
mittat circa rei reſtitutionem & damna. tex.cum
gloſ.fin.de contro.feudi apud par.ter.colla.x.c.
j.ſi de inueſti.contro.fuer.ea.colla. Ideo gloſ. in
dicto ca.fin. de mili.vaſal.qui contu.eſt.aliter il-
lum tex.interpretatur.alioquin, id eſt, ſecundùm
gloſ.dum copiam iudicis habet, timeo ſi ſibi ius
dicat. Igitur gloſ.ſentit dum copiam iudicis non
habet, poſſe eum deprædare. Pro gloſ.eſt text.in
l.miles.§.ſexaginta. ff.ad.l.Iuli.de adulter.in his
verbis, ſi modò facultatem præſidis adeundi ac-
cuſator habuerit, &.l.ij. ff. quis ordo in bonorũ
poſſeſſ.ſeruetur. ibi, cum præſes alijs rebus &c.
Et text.in dicto.c.fi. de mili.vaſal.qui contu.eſt.
113 Hoc ſatis velle videtur, dum inquit, † Quod ſi
ter monitus ſcilicet à paribus curiæ facere diſtu-
lerit:tunc licet vaſallo ad aliam maiorẽ poteſtatẽ
ire, & ſibi cõſulere, qui tenebitur militari auxilio
competentem vindictam tali exceſſui imponere
l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſc.& cleri. l.addi-
ctos.C.de epiſc.aud.l.ij. §.ſinautem propter mul
titudinem.C.de his qui latro.occulta.Et demum
addit ille tex.& ſi dominus ei iuſtitiam facere no
luerit, id eſt, dominus dñi ſui, qui maior eſt pote-
ſtas, iuſtitiam facere noluerit, poterit vaſallus eũ
deprædare. Et ſic vbi vaſallus de domino iuſtitiã
habere nõ poteſt ab eo, neq; à ſupremo magiſtra
tu domini ſuperiore, quum non habeat quid am
plius agat, poterit vaſallus dominum deprædari.
Et ſic hoc pacto quæſtio Spec.in tit.de feu.verſ.
xvij.quæritur.Et Rom.hic poſt eum, diſſoluitur
de barone qui aduerſus regẽ bellum mouit pro-
pter negatã à rege vel à maiore poteſtate iuſtitiã,
per implorationẽ eccleſiaſticæ poteſtatis obtine-
re debet, videlicet monitione apoſtolica primũ
regi facta, vt ſubdito quod ſibi iure cõpetit reſti-
114 tuat. † Et ſi in cauſa peccati eccleſiã rex aut alia
poteſtas audire nolet:eccleſiaſtica cẽſura cõpelli
debet, dicto.c.nouit.extra de iudi.l.fi. C.de epiſ.
audien.l.vt perfectius.C.de annal.excep.c.licet.
extra de foro compet. Et ſi eccleſiam non audie-
rit:ab eccleſia ratione peccati veluti ethnicus ha-
bendus erit. Et ſi hoc modo ſubditus à rege iuſti
tiam obtinere nõ poſſet, per illum tex. videretur
vaſallo licere dominũ deprædari. c.j.de iniur. &
dam.dato.lib.vj. Et dicit Iac.de bel.viſ. in dicto
ca.vnico.de mili.vaſal.qui contu.eſt. impune va
ſallum ius ſibi facere poſſe, etiam ſua autoritate,
ſicuti & alijs caſibus permittitᷣ notatis in.l.extat.
ff.quod met.cauſa. Cui adde melius tex.in.c.do-
minus.xxiij.q.ij. vbi aduerſus ciuitatem vel prin
cipem & eius ſubditos prælium ſeu bellum iuſtè
moueri dicitur, ſi quod ablatũ eſt reſtituere ne-
gligunt, quod nos repræſalias ſeu pignerationes
vocamus, dicto.c.j. de iniur.lib.vj. §.& hoc per-
uenit.verſi.quoniam verò contingit. in authent.
vt nul.iudi.colla.ix.& in toto titu.in authenti.vt
non fiant pignera.colla.v. Et Bart.in.l.generali.
C.de decurio.lib.x. Notat Hoſtiẽ.in tit.de feud.
§.quid ſi archiepiſcopos. quẽ notat And.de Iſer.
in dicto capi.vnico. de mili.vaſal. qui contu.eſt.
multò magis vbi princeps iuſtitiam de ſeipſo fa-
115 cere negligit per ſuprà dicta. † Sed id in Chriſtia
no principe obtinere nõ debet, quum veriſimile
non ſit, Chriſtianum principem iuſſa patris iuſta,
id eſt, ſummi põtificis vel monitiones nolle audi
re:vt in ſimili dicitur, in ca.ex parte tua.extra de
offic.deleg.melius in.c.ij.extra de priuileg. & di
cto ca.nouit.in princi. Dixi abundantius in præ-
dicto libello, An rex Franciæ &c. Poſt Imol.&
Abba.in dicto ca.nouit. extra de iudic. Conſul-
tius tamen eſt in tempus differre, ſicuti aliàs ec-
cleſia Iulianum apoſtatam pro tẽpore ſuſtinuit,
vt inquit glo.in ca.Iulianus.xj.q.iij. Et dicit tex.
in ca.j.in quibus cauſ.feud.amitta.colla.x. Quo-
modo enim vaſallus, quàm humiliter, quàm de-
uotè, quàm benignè, quàm fideliter erga ſuũ do-

minum

minum debeat ſe habere, potius ex naturalibus
& bonia curiarum conſuetudinibus poteſt per-
cipi, quàm lege & ſcripto aliquo comprehendi,
quum etiam dyſcolis principibus obediendum
ſit, vt ſuprà dictum eſt autoritate beati Petri in
dicto.c.ij. primæ epiſtolæ, Et diui Pauli ad Ro-
man.xiij.cap.

Adde quod notat gloſ.in.c.paſtoralis.in ver-
bo, executionem. extra de appella.dum glo.vult
hominem per meritum creſcere iniquæ ſentētiæ
parendo.c.ſciendum. viij.q.j. c.quid ergo. xj.q.
116 iij. † Principes autem plua æquo in ſubditos ſæ-
uientes plerunq; executores ſunt & miniſtri ver-
bi dei, vt inquit Paul.in dicta epiſtola ad Roma.
ca.xiij. primi regum.viij.ca. Dum iura regis Sa-
muel populo domini iuſſu prædixit, vt non exiē
dant iuſti ad iniquitatē manus ſuas, Pſal.cxxiiij.
dum modo quod iubet princeps contra verita-
tem, id eſt, domini præceptum non ſit, dicto cap.
qui reſiſtit &.c.imperatores.&.c.ſi dominus.xj.
qō.iij.c.iuratos.xv.qō.vj. Actuum.v.&.c.ſcien-
dum.vbi per Archid.viij.q.j.

Prædictis addo quantuncunq; libertus a pa-
tronō famoſa actione impetatur, ſine venia tamē
prætoris eum conuenire non poteſt.l.ſed ſi lege.
§ prætor ait. ff. de in ius vocand. Idem in princi-
pe dico, qui conueniri â ſubdito non poteſt, niſi
impetrata venia.l.bene à Zenone. §.ſed & aduer
ſus.C.de quadrien.præſcrip.in his verbis, noſtra
iuſsione cauſa moueatur.vbi glo.illum tex.ad id
notat & facit: c.fina.de mili.vaſal.qui contu.eſt.
colla.x.in his verbis, ſalua reuerentia competen-
ter cogeres.quamuis gloſ.in verbo, ſalua, ſecus
ſentiat.& ſequitur eam Bal.motus, quia vaſallus
non eſt de comprehēſis in edicto prætoris, de in
ius vocando. De quibus in.§.pœnales. inſtit.de
actio. Et melius in.l.ij. cum octo legibus ſeq. ff.
117 de in ius vocan. † Secundò, prohibitiones pœna
les caſus à lege expreſſos excedere non debent.
l.quæſitum.&.l.generaliter.ff.de in ius vocādo.
Extendo, & ſi verba edicti hoc non admittant.l.
quamuis. ff.eo.de in ius vocan.quamuis obſtare
videatur.l.hos accuſare.§.omnibus.circa fi.ff.de
accuſa.in his quæ contra officium naturæ aut pie
tatis fiunt: quum natura & pietas communis ſit,
per illum tex. Similiter in.l.venia.C.de in ius vo
can.l.ſed ſciendum.§.ſi. ff.ad.l.Pompe.de parri.
dum ille tex.ait, Sed & nouercæ & ſponſæ perſo
næ omiſſæ ſunt, ſentētia tamen legis continētur.
l.j.§.ſpectat.in verbo, affectui.ff.de iniur.

Ex quibus ſatisfactum eſt duobus Bal. argu-
mentis, quamuis perſona principis ſpecialiter in
edicto prætoris denominata non ſit: ſatis eſt præ
tor in edicto principem fortiori ratione compre
hendere videtur, dum dicit in.l.ij.ff.de in ius vo-
cando. Neq; cæteros magiſtratus qui imperium
habent, qui & coërcere aliquem poſſunt, & iube
re in carcerem duci. Et Iureconſultus in.l.j. in
118 princ. ff.à quib.appel.non lice.inquit, † ſtultum
eſt illud admonere, à principe appellare fas non
eſſe: quum ipſe ſit qui prouocatur. Nam & prin-
ceps verè patriæ pater eſt.§.fin.in authent.neque
vir quod ex dote.colla.viij. Sed vt ſupra dictum
eſt, apertè contradicit dicta.l. bene à Zenone. §.
ſed & aduerſus. C.de quadri.præſcrip. Secundò,
nónne & princeps carcerem habet, inquit.c.im-
peratores.xj.q.iij.nónne & regia manus eſt, quæ
magiſtratus creat.l.ij. in princi. ff.de origi.iur. l.
vnica. ff.de offic.præfec.prætor. l.Barbarius. ff.
de offic.prætor. c.vnico, quæ ſint regal. colla.x.
Si magiſtratui: quanto magis principi, à cuius lu
mine lumen accipiunt.l.quiſquis. C.ad.l.Iul.ma
ieſta.l.j.in princi.ff.ad.l.Iuliam maieſta. Adde.l.
j.C.de ſilentia.lib.xij. dum de adoratione princi
pis & veneratione à ſuis magiſtratibus facienda
loquitur. plenius illhic vide per Lucam de pen.
Ioan.de platea & cæteros Modern. poſt gloſ.&
Barto. & Nicol.ſpi. & non diſsimili argumento
vſus eſt Bald.in.c.j.quis dicatur dux.colla.x.di-
119 cit enim, † lex vult ad præſidem, ſi tamen præſi-
de omiſſo ad principem appelletur. ſatis ad præ-
ſidem dicitur appellaſſe, nam & princepa præſes
eſt.l.j.§.ij.ff.de appel.

Tu autem prædictis adde tex.in.l.ſi manumiſ-
ſori. C. de obſeq.patro.præſtan. ſi manumiſſori
tuo, inquit, vim & audaciam obiecisti, ei qui te
beneficio ſuo ex ſeruitute liberando, vt aduerſa-
rium te habeat, fecit præſes prouinciæ quatenus
coërcere eiuſmodi temerariam licentiam debeat
æſtimabit. Et proſequere totam legem, quæ pul-
chra eſt. Et illi diſsimilis non eſt.l.ij.C.de libert.
& eo.liber. in princip. in his verbis, & quadam
iactantia vel contumacia ceruicem aduerſus eum
erexerit. l.prætor. §.præterea. ff.de iniurijs.neq;
excuſari quis poteſt prætextu officij ſi conijcia-
tur principi aut his qui lateri ſuo aſtant. argumē-
to eſt.l.j.C.ſi tut. vel cura.geſſer.l.j.C.de obſeq.
patro.præſtan.l.quæſitum. &.l.ſed ſi lege. §.fin.
ff.de in ius vocan. Et ratio eſt in dicta.l.ſi manu-
miſſori. in fine.dum in ea dicitur, ſine atrocitate
certè verborum æquitatem petitionis tuæ com-
mendare iudici potuiſti, omni honore patrono
120 debito reſeruato. † Ex quo elici poteſt non ex-
cuſari ob id aduocatum qui inſtante parte con-
tumelioſa verba in principē aut eius lateri aſtan-
tes profert, quibus ſalua debet eſſe reuerentia, di
cto capit.fina.de milit.vaſal.qui contu.eſt. in his
verbis, ſalua reuerentia competenter cogere, vt
vel poſſeſsionem reſtituat, & acquieſcat, vel iu-
dicio curiæ ſe committat. Licet plerique aliter ſen-
tiant per.l.qui quum maior.§.ſi patroni.ff.de bo
nis liberto.&.l.poſt legatum. §.aduocatum fiſci.
iunctis his quæ Barto.illhic notat.ff.de his quib.
vt indign. præſertim ſi hoc poſcat litis vtilitas. l.
quiſquis.C.de poſtulan. in his verbis, aut palàm
pergat, aut ſubdolè; & non vltra quàm litium po
ſcit vtilitas, in licentiam conijciēdi & maledicēdi
temeritatē prorūpant.l.rē nō nouā.§.patroni.C.

de iudic. l. tutorem. ff. de his quibus vt indign. l.
inter officium. ff. de rei vendica. l. quum quædã.
C. de adminiſtratione tutorum. l. quæſitum. ff. de
in ius vocando. præſertim ſi ad cauſam conferũt,
per illas leges. c. licet. extra de accuſa. c. per ſcri-
pta. ij. quæſt. viij. l. j. §. j. in his verbis, iuſtum erro
rem reperit. ff. ad Turpilianum. l. ſi quis prouo-
catione. C. de appellatio. potiſſimè ſi is pro quo
patrocinatur, iniuriam propriam vel parentum
ſuorum proſequatur. l. prima, ſecunda, & tertia.
ff. de liber. cauſa. dicta. l. qui quum maior. §. ſi li-
bertus. & §. ſi patris. ff. de bonis libertorũ. dum
ait, & puto ſuccurrendum ſi affectione & pericu
lo paternæ ſubſtantiæ ducente neceſſe habuerit
accuſationem vel calumnioſam inſtituere. l. ma-
121 ter. & l. calumniæ. C. de calumnia. † Quibus
adde non teneri eum iniuriarum actione, qui cõ-
uitium non iniuriandi animo, ſed tuendæ cauſæ
tantùm dicit, dicta. l. quiſquis. C. de poſtulan. l.
eum qui nocentem. ff. de iniurijs. l. ſi non conui-
tij. C. de iniurijs. dicto. c. licet. extra de accuſa.
Nam & leges & canones, quæ ſimiles poſtula-
tiones prohibent, conſiderant, an perperam vel
ſubdolè ſiant, aut calumniandi animo, quæ for-
ſitan ad cauſam nihil conferunt, dicta. l. quiſ-
quis. in verbo, ſubdolè. in. l. j. §. ſi verò. in euiden
ti calumnia. & in. §. j. in his verbis, iuſtum erro-
rem reperit. ff. ad Turpilia. c. ſi quem pœnitue-
rit. ij. quæſt. iij. ſimiliter. l. ij. C. de liber. & eorum
liber. dum inquit, quadam iactantia & contuma-
cia ceruicem aduerſus eum erexerit: quod maxi-
mè contingere poſſet, ſi cliens iuſto dolore mo-
ueatur, vt non iactantia vel contumacia, vt dixi
ſuprà per. l. primam. ff. de liber. cauſa. §. j. in fine.
in verbo, indiſcuſſos calores. in authent. de ap-
pellatio. & intra quæ tempora. colla. quarta. vel
quia pater filium ad id monuit. l. Paulus. & dicta
l. qui quum maior. §. ſi libertus. & §. ſequenti.
ff. de bonis liber. argumento eſt. l. Gracchus. C.
ad legem Iuliam de adulteris. dixi in. §. ſi moriẽs.
ſuprà eadem. l. præſertim ſi pro innocentia rei pa
trocinetur. l. j. in princi. ff. ad legem Corneliam
de ſal. etiam ſi is qui patronum prouocat, falſo
122 teſte vtatur, per illum text. † licet non in totum
excuſaretur qui falſo teſte vteretur ad tegendum
ſeu occultandum crimen. Pœna enim Voluſiani
ſenatuſconſulti tantùm multabitur, quæ eſt ad-
emptionis tertiæ partis bonorũ. l. ex ſenatuſcon-
ſulto. ff. ad legem Iuliã de vi priua. Adde. l. Pau-
lus. & l. j. §. qui depoſitas. ff. ad. l. Corneliam de
falſ. vbi verò falſum non committeret, plecten-
dus nõ eſſet. l. locũ. §. ſi quis dolo. verſi. & poſſe.
ff. de tabul. exhib. maximè ſi aliqua neceſſitudi-
ne coniunctus eſt. l. ij. ff. de recepta. l. finali. ff. de
popul. actio. l. j. ff. de bo. eorum qui ante ſenten.
mortem ſibi conſciue. Plenè in. l. tranſigere. C.
de tranſactio. Melior text. in. l. j. §. ſi qui tamen
imbecillitate. ff. quod vi aut clàm. in his verbis,
vel etiam ne offenderet, vel te, vel eum, qui te ma
gnifaciebat. digito ſigna verbũ, magnifaciebat.
Neq; alienum putes, quum dico aduocatũ in cau
ſa criminali pro reo patrocinari poſſe: quia de iu
re aduocatus poſtulare poterit pro reo, etiam de
publico iudicio accuſato. do tibi tres tex. quibus
totus mundus reſpondere nõ poteſt. Primus eſt
in. l. j. in fi. ff. de præuari. Cæterũ, inquit, aduoca-
tus nõ propriè præuaricator dicitur. Quid ergo
de eo fiet, ſiue priuato iudicio ſiue publico præ-
uaricatus eſt, hoc eſt prodiderit, hic extra ordinẽ
punietur. Idẽ tex. in. l. iij. §. quod ſi aduocato. eo.
123 tit. † Ecce quomodo aduocatus ꝗ cauſam rei de
publico iudicio accuſati prodit, extra ordinẽ pu
nitur. Non poſſet prodere ſi cauſam & eius meri
ta noſcere nõ licuiſſet, & re vera nouiſſet. Secun
dus. l. deferre. §. item eos. verſi. & in eo. ff. de iure
fiſci. in his verbis, & in eo qui quaſi procurator
negotia geſſit. Tertius, in. l. ſi poſtulauerit. §. quæ
ſtioni. ff. ad. l. Iuliam de adulte. Quæſtioni inter-
eſſe iubetur reus rea've, & patroni eorum, & qui
crimen detulerit, interrogandiq; facultas patro-
nis datur, neque tenẽtur tales id fiſco deferre vel
denunciare, vbi cauſa capitalis agitur. l. ij. §. item
diui fratres. in princip. ff. de iure fiſci. Et diuus
Ambr. offici. lib. j. c. xxxiij. verſus finem, inquit,
quum amicitia ex beneuolentiæ fonte procedat:
non dubitat pro amico grauia vitæ ſubire pericu
la. Et ſi mala mihi, inquit, euenerint per illum, ſu-
124 ſtineo. quæ omnia ſanè intelligas. † Et ſi prin-
ceps pro tempore obaudiſſet partis ſupplicatio-
nem, vt rectè etiam queri poſſet, ſicuti & mulier
quædam à Philippo Macedone damnata ad eun
dem Philippum melius conſultum prouocauit,
inquit Valer. lib. vj. c. ij. honeſto tamen modo,
non autem contumelioſo dicere debet, dicta. l. j.
C. ſi tutor vel cura. geſ. Tu autem, inquit, & ſi cõ
tra patronum tuum famoſam actionem inſtitue-
re non potuiſti, prouidere tamen ne quid tutelæ
deeſſet neceſſarijs poſtulationibus apud eum, cu
ius de ea re iuriſdictio fuit, potuiſti. l. j. C. de ob-
ſequi. patro. præſtand. Et melius in dicta. l. ſi
manumiſſori. eodem titulo. & dicta. l. ij. C. de li-
bert. & eorum liber. & dicto. c. ſin. de mili. vaſal.
qui contu. eſt. colla. x. honeſtũ enim domino de-
betur. c. vnico. de ſor. fideli. Similiter & principi
vt ſuprà dictum eſt, debuit enim feruẽtem adhuc
clientuli ſui iram temperare, argumento. l. quis
ſit fugitiuus. §. j. & §. idem ait interrogatus. ff. de
ædil. edict. l. in delictis. §. j. ff. de noxa. actio. vide
quæ dixi in. §. tuliſſe. & §. potuiſſe. & §. ſi ſibi ma
nus. in verbo, in conſpectu. ſuprà. l. j. c. negligere
ij. q. j. c. ſi culpa. extra de iniur. ſed moderãda erit
pœna, ſi forſitan nequeunt temperare. c. ſi quis
iratus. c. ſi quem pœnituerit. ij. q. iij. dicta. l. j. §. ſi
verò in euidenti. ff. ad Turpil. Secundò. Si publi
ca nõ ſit facta contumelia facto ſuo, vel antequã
publica fiat, pœniteat. l. item apud Labeo. §. ſi cu
rauerit. & §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniur. d. c. li-
cet. extra de accuſa. dicto. c. ſi quẽ pœnituerit. l.

quamuis.ff. de in ius vocan.c. ſi pœnitet.ij.q.iij.
melior text. in.l. prætor edixit.§. tempore.ff. de
125 iniur.ibi, † Nam in conſpectu prætoris,an in ſo
litudine iniuria facta fuerit multum intereſſe ait.
nota verbum, an in ſolitudine. c.j. in his verbis,
multis coram aſtantibus.&.c.ij. in verbo, publi-
ce.extra de maledic.l. palàm. ff. de verborum ſi-
gnificatione.l.vnica. C. de famo. libel.c.primo,
ſecundo,& tertio.v.quæſt.j.

Prædictis adde.l.ſi inimicitiæ.ff.de his quib.vt
indig.in his verbis,ſed & ſi palàm & apertè teſta
tori maledixerit, & inſauſtas voces aduerſus eũ
iactauerit. Neque ob id publica dicuntur, etiam
ſi in inſtrumento ſint per tabelliones deſcripta,
ſecũdum Barto. in.l. non intelligitur.§.tacitè.ff.
de iure fiſci. & licet nihil allegat:tu illi adde tex.
cum glo.in.l.conſtitutionibus. in verbo, monu-
menta publica polita ſunt.iuncta glo.ff.de iniu-
rijs.Non obſtat dicta.l.non intelligitur. in prin-
cip. quæ de teſtamento loquitur, quod conſtare
non poteſt, niſi ſeptem teſtibus & tabulario.l.
hac cõſultiſſima.C.qui teſtamen.facere poſſunt.
ſecus in alio inſtrumento dicendum eſt. Et iuuat
ratio.c.primi, extra de maledic. in verbo,multis
coram aſtantibus, qui ſunt octo. §. j. in authent.
de referen.ſacri pala.colla.ij.dixi in.l.j.§.hoc re-
ſcriptum.ſuprà eodem.etiam ſi iniuriandi animo
libellus ſeu inſtrumentum factum fuiſſet, dicto
c.licet. extra de accuſa.c. per ſcripta.ij. quæſt.v.
l.libertus.iij.&.l.quamuis.ff. de in ius vocando.
l.j.§.j.ff. ad Turpilia. in his verbis, iuſtum erro-
rem reperit. Tertiò,Si forſitã natura cauſæ aliter
expediri non potuerat, dicta. l. ſi quis prouoca-
tione. C.de appellat. Per quam legem & dictum
§.ſina. in verbo, indiſcuſſos colores. in authent.
126 de appella.& intra quæ tempora. colla.iiij.† So
leo dicere ſuſtinendum eſſe, ſi pars quæ conde-
mnata eſt, contumelias de iudice dicat,dummo-
do non perſeueret poſt decendium,ſed vſque ad
decem dies tolerari debet.Prius autem dictis ad-
de.l.ſecũdam. C. de pœna iudicis qui male iudi.
l. vnicam. C. ſi quacun. prædi. poteſt. l. non eſt
enim veriſimile. ff. quod metus cauſa. De his in
l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de no.oper.
nuncia. Et idem voluit. dicta.l. quiſquis. C. de
poſtulan.l. rem nõ nouam.§.patroni.C. de iudi.
ſuprà allega.Sed non aliter, vt in illis legibus di-
citur, quàm cauſæ poſcit vtilitas & neceſſitas. &
inquit diuus Ambro. eodem primo libro offici.
c.xxx.Pulchrum eſt bene velle, & eo largiri con
ſilio, vt proſit, non vt noceas. officere enim eſt,
non prodeſſe alteri: ſi largiaris ei qui conſpiret
aduerſus patriam, qui congregare cupiat ſuo
ſumptu perditos qui impugnent eccleſiam. &
qui ſecus agit,in culpa eſt, vt non excuſet eum
inopinatus euentus,dicto.c.ſi culpa. extra de in-
iurijs.niſi talis ſit perſona, cui patronus ſeu cauſi
dicus verè credere debuit.l.ſi à bonæ ſidei poſſeſ
ſore.ff. de rei vendic.Ita Angelus illhic notat. ſi-
militer & Moder. poſt eum, & glo.in.l.ſi pecu-
niam §.fin.per illum tex.ff.de condictio. ob cau
ſam datam. vel ſi talis fuerit perſona cui deferre
debuit.l.quum verò.§.apparet.j.ff.de fideicom-
miſ. liber. quia tunc in partem deberet omne vi-
tium conijci.l.à procõſulibus.§.ſuperatus. C.de
apppellatio. dicta.l.quiſquis. in verbo,ſubdolè.
127 C. de poſtulan. † Oportet enim principem aut
dominum conſpicere, an aduocatus ſeu vaſallus
malo an bono ſine patrocinatus ſit,inquit Card.
Alexan.in.c.porro.in ſine. quæ fuit prima cauſa
beneficij amittendi.colla.x. Alleg. legem ſecun-
dam.ff.de aliena.iudic.mutan.cauſa.fact. ponde
rata ratione legis, quia potentioribus pares eſſe
non poſſumus. Tu verò melius dicas ſi obedire
debuit neceſſitudine quadam ſuperatus, vt di-
ctum eſt:quia tunc excuſandus eſt, dicta.l.j. §. ſi
quis tamen imbecillitate. ff. quod vi aut clàm.
quam legem precor te notare, quam ſanè intel-
lige,vt dixi, dummodo aliàs non doloſè,dicta.l.
quiſquis.in verbo,ſubdolè.C.de poſtulan.Qui-
bus adde gloſſam in dicto. c. porrò. in verbo,
perdet. quæ fuit prima cauſa beneficij amitten-
di. colla. x. quæ de aduocato diſtinguit,an coa-
ctus vel non coactus patrocinatus eſt. quam o-
mnino vide.Si autem propter metum domini va
ſallus patrocinium petere non audet: dic vt in.l.
ſecunda. C.de his qui propter metum iudic. non
appel.l.vnica. C. ſi quacun. præditus poteſ. ver-
ſiculo,confeſtim conteſtatione propoſita.l.ſina.
C.de epiſcop. audien.l. vt perfectus. C.de anna.
exceptione. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.
ff.de no.oper.nunc.ſalua domini reuerentia,ſeu
honore domini reſeruato, vt ſuprà dictum eſt,
quamuis Andreas de Iſer. Iacobus de bellouiſu,
& Marti. Laudenſis in.c.finali.de milite vaſallo
128 qui contumax eſt.colla.x.dicant, † in Hiſpania
& Cathalonia id non obſeruari. vaſalli enim bel
lum aduerſus dominum mouent, ſi iuſtitiam eis
denegat,& male,niſi ea quæ ſuprà dicta ſunt ob-
ſeruata fuerint. non enim etiam verbo dominus
offendendus eſt. Cui quod honeſtũ eſt, debetur.
dicto.c.porrò.quæ fuit prima cau. beneſi.amitt.
& dicto.c.vnico.de for.fideli. eadem colla.mul-
to magis principi maledicens pœna plectendus
eſt,ſecundũ diſtinctio.l.vnicæ.C.ſi quis impera.
maledixe.l.famoſi.ff.ad.l.Iu..maieſ. de qua dicã
plura in.l.pen.infrà eo.titu. & Luc. de Pen.in.l.
nihil.in princi.C.de pala.ſacra.largi.lib.xij.& in
l.j.circa ſinem.C.de coharta.eodem lib.poſt Ci-
num in dicta.l.ſi non conuicij.extendit ad magi-
ſtratus actu gerentes officium vice regia, per.l.
& ſi prætor. ff. de officio eius cui manda. eſt iu-
riſdic. Adde. l. iudici. ff. de iniurijs. l. illud.j.ff.
de appellatione. Et pœna à ſuperiore moderan-
da & taxanda erit, non ab eo qui iniuriam paſ-
ſus eſt.c.ſacro.extra de ſenten.excõmunica.c.di
lectus.extra de pœn. Accedat.l. prætor edixit.§.
tpe.in verbo,in conſpectu.ff. de iniur.l.vnica.ff.

ſi quis ius dicenti non obtempera. in princip.
conuenire poteſt.l.atrocem.C.de iniur. ſed intel
lige, vt dixi, ſanè poſt Lucam, de magiſtratibus
officium tunc actu exercentibus, & non aliàs.l.
quiſquis.in princi.& qui principis imaginem re-
præſentant,per leges prædictas,&.d.l.quiſquis.
in princ.C.ad.l.Iul.maieſt.dicam aliàs plura.

Quæ autem ſuprà dicta ſunt locum obtinẽt in
vaſallo duorum dominorum,& quibus fidelita-
129 tem debet. † Nunc autẽ vidẽdum eſt de eo, qui
à duobus dominis ratione eiuſdem feudi, & ab
vtroque inſolidum vẽdicatur, vt in ſimili dicitur
in.l.de iure.ſecundam lecturam Iaco.de Aret.ff.
ad municipal.& in.l.j.§.j. ff. de rei vendica.l.de-
inde.§.hoc interdictum.ff.de liber.exhibẽ. Quũ
impoſſibile ſit vaſallum eſſe duorum dominorũ
eiuſdem rei inſolidum:ſi certum non eſt cuius ſit
vaſallus, an vtriq; ſeruire teneatur, vel fidelitatẽ
præſtare.de qua per Bal.in.l.ij.in fin.C.de oper.
liberto.Secũdò,& hæc quæſtio frequẽs eſt in pa
latijs, de eo qui à duobus dominis directis vendi
catur,diuerſo tamẽ iure, veluti ſi feudi dominus
dicat me vaſallum, ſeu fidelem ſuum, alter verò
emphytheotam ſuum,vel melius vectigalem,vel
etiam cẽſualem. Et vterque manum in prædium
inijcit,vt in.l.generali.C.de decur.lib.x.l.ſi quis
curialis. C.de epiſco. & cleri. &.l.imperator.ff.
qui ſine manumiſ.ad liber.perue.et.l.ſi quis poſt
hac.in princi.C.de bon.præſcript. an is qui ven-
dicatur pẽdente dominij quæſtione alterũ illorũ
in dominum agnoſcere neceſſariò cogẽdus erit.

Pro vtriuſq; quæſtionis diſſolutione præmit-
130 tenda eſſe nõnulla exiſtimo. † In primis clarum
eſſe dominium directum vnius rei, vel vnius fun
di non poſſe inſolidum eſſe apud plures vno &
eodem tempore.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehicu-
lum.ff.commoda.& ideo pluribus iurare non te
neri,ne in plures dominos diſtringatur, vt ſuprà
dictum eſt. c. præterea. de prohibi. feud.aliena.
per Frederi.glo.in.c.omnes. in fi.glo.ſi de feud.
fuer.contentio.inter domi. & agnat. colla.x.Se-
cundò,vaſallum feudo priuandum ſi inueſtiturã
à domino infra annum petere, aut in fidem illius
iurare,ſeu fidelem ſe exhibere negligat. c.j.&.ij.
quæ fuit prima cauſa benefi.amitten.colla.x.c.j.
de mili.vaſal.qui contu.eſt.eadem colla.Iure au-
tem conſuetudinis dominus in poſſeſſionem feu
di mittitur, ſicuti de iure eſt, dicto. c. j. de milite
vaſal. qui contu.eſt. Sed iure conſuetudinis fru-
ctus feudi medio tempore perceptos, ſuos facit.
Si verò fidem præſtare domino, ſeu dominũ ſuũ
negauerit, ſeudum amittit, ſicuti de iure eſt in.c.
fin. de lege Corra. colla. x.c.vaſallus.&.c.ſi va-
minum diffinitũ erit fundo iure frui liceat , iuxta
l.litibus. C.de agri.& cenſi.lib.xj.l.j.§.ſuper pe-
culio.C.de aſſertio.tollen.l.fi. C.q.ad liber.pro-
cla.non licet.

Prior quæſtio de indubitabili eſt his qui in au
ditorijs ſupremis iura reddũt. Hæc verò me eos
conſulẽte dubia inuenta eſt. & poſt multam eo-
rum diſputationẽ exiſtimaui quæ in iure ſcripta
inuenio recenſere,donec eorum Senatuſcõſulto
deciſum inueniatur:quum nec hactenus iudica-
tũ eſſe intellexerim. Hanc igitur ſecundam quæ-
ſtionem aggrediamur.

In primis repeti poſſent quæ ſæpius in præce-
denti themate de antiquitate & nobilitate dñorũ
dicta ſunt,ſecũdũ qđ Spec. ſcripſit in tit. de feu.
§.qm̃ ſuper homagijs.xij.quæſtione. & tex.in. c.
illud.de prohi.feud.aliena.per Frederic.& in. c.
fi.in fi.hic finitur lex,dein.incip.conſue.reg.Sed
quũ is cui fidelitas debetur aut homagiũ , altero
ſit nobilior,quia fundus plebeius exiſtimatur,in
c.vnico,quis dica.dux,march. vel comes. colla.
x.illhic Bal.et Card.notãt pulchrè.Luc.de Pen.
in.l.quicũq; deſertum.ij.C.de omni agro deſer.
lib.xj.& in.l.j.col.ij.C.de peti.bono. ſubla. lib.
177 x.† dum diſtinguit feuda quaternata à burgẽſa
libus & à cenſualibus,poſt Andr.de Iſer.in.d.c.
illud.de prohi.feud.aliena.per Freder.& in.c.ſi.
de capi.qui cur.vendi. Primò ex eo quod fides
mutuò debetur tam à dño q̃ à vaſallo.c. vnico.
quali.dñs ꝓpr.feudi priue.colla.x.c.vnico.in fi.
de for.fideli.colla.x.Secundò,Facit quod ſuprà
dixi poſt And.de Iſer.in.c.j.quib.mo.feu. amit.
Plus debere vaſallũ dño,q̃ libertũ patrono pro
pter præſtitam fidem à vaſallo.ca.vnico. quid ſit
inueſti.quãuis Nicol.Spin.dicat in.l. coloni. C.
in quib.cauſ.colo.lib.xj.minus aſtrictũ eſſe dño
vaſallũ quã colonũ aſſcriptitium : igitur ratione
nobilitatis dñij tenet̃ potius vaſallus quærenti
ius feudi quã cenſus adhærere:quũ vaſallus plu-
ra alia dño feudi debeat,quorũ meminit Specu.
in titu. de feu.§. qm̃ ſuper homagijs. quæſtione
xvij.Tertiò,alia ratione quæ nõ plurimũ à prece
178 dente differt,† Qui cenſualem ſeu aliás vectiga
-lem fundum eſſe dicit,ius dominij non vendicat,
ſed ius cuiuſdam annuæ præſtationis tantùm.ca.
conſtitutus.extra, de relig. domi. & argumento
eſſe videtur.l.fundi patrimoniales. C.de fund.pa
trimo.li.xj.dicta.l.quicunq; deſertum.ij. vbi idẽ
notat Luc.de Pen. C.de omni agro deſer.lib. xj.
Quibus adde Feli.in.c. quũ Bertholdus. in. xij.
colum. & ſeq. extra de re iudica.l.quum ſatis. §.
caueant. & dictam.l.litibus. C.de agric.& cenſi.
lib.xj. In feudo ſecus eſt : nam remanet directus
dominus,vaſallus verò vtilis:ſeu verius remanet
quaſi dominus tãtùm,quod quaſi dominium ali
qui dicunt vtile eſſe dominium , eo quod vtilis
actio rei vendicationis illi competit. Quod non
puto verum. Nam vaſallus quaſi dominium tan-
tùm,dominus verò directũ habet dominiũ.text.
eſt in.c.vnico,de cõtrouerſ.inter do.& ali.de be
nefi.& in.c.j.de inueſti.de re alie. facta. vbique.
179 Bal. † Neq; ex hoc quod vaſallo vtilis actio rei
vendicatiõis cõpetit,cenſeri debet vtilis dñs , vt
illhic glo.notat.non em̃ omnis vtilẽ habẽs actio
nem,dñs eſſe dicit̃ etiã vtilis,qualis eſt ſuperficia
rius,qui dñs non eſt,ſed ius in re tantum habet.l.
eorum.in prin.ff.de dam.infecto.& tñ ei rei ven
dicatio cõpetit.l.ſuperficiario.&.l.ſeq. ff. de rei
vendi.&.l.in prouinciali.§.ſi ego.ff.de no.oper.
nũcia. Similiter q rem ad tẽpus cõducit,dñs non
eſt.l.j.ff.ſi ager vectiga.l.nõ ſolet.ff.locati & cõ
ducti.gl.in.l.codicillis.§.illa inſtitutio.ff.de leg.
ij.l.male agit̃.C.de præſcrip.xxx.annorũ.& tñ il
li vtilis rei vẽdicatio cõceditur.l.ſi.ff.ſi ag.vecti.
vel emph.et in vaſallo exiſtimo rectius dici qua-
ſi dñium quã vtile dñium:quicquid moder. ſen-
tiãt poſt Bal.in.d.c.j.de inueſti. de re alie. facta.
180 licet vtilis actio illis competat. † Nam ſi vtile do
minium ſic debere ab effectu vtilis actiõis deno-
minari:ſequeretur creditorem & fructuarium &
ſuperficiarium vtiles dños eſſe, quum illis vtilis
actio rei vendicationis & aliæ reales actiones cõ
petunt,ſecundum glo.fin.in.l.j.ff.ſi ager vectig.
alleg.l.& ſi ſine.§.reſtitutus.ff.de minor.& tamẽ
falſum eſt dicere,eos dominos eſſe. de ſuperficia
rio plane ſuprá dictum eſt.& fructuario, qui nec
dñi ſunt,neq; dici poſſunt,dicta.l.eorũ.in princ.
ff. de damno inſecto.l.in noxalibus. ff. de noxa-
li actione . Planè de creditore nullum dubium
fieri poteſt per illas leges. vſusfructuarius autem
vſusfructus dominus dici poteſt , ſed non ſim-
pliciter dominus , ſed cum adiectione qualita-
tis,videlicet dominus vſusfructus.l.qui vſumfru
ctum. ff. ſi vſusfruc.peta. quem textum,notat il-
lhic pulchrè Baldus & text . in.l.in venditione.
in principio. ff. de bon. auto. iudic. poſ. dixi
181 in . l. j. §. j.ſuprà eodem titulo, † & tamen cre-
ditor & vſusfructuarius vtili rei vendicatione
agunt.lege prima . §. vſusfructuarius. &. l. cre-
ditori. ff. de noui operis nunciatione .l. ſi ego.
in principio. ff. de publica. in rem actio. l. vni-
ca. §. item Iuliano. ff. de remiſsio. & tamen in

l.ij.§.j.ff.ſi ſerui.vendi.dicatur,in rem actio con
feſſoria nulli alij ꝙ dño fundi competit.Secũdò,
in eadem.l.dicitur,ſeruitutem nemo alius vendi
care poteſt,ꝙ is qui dñiũ in fundo vicino habet.
& in.d.l.j.§.vſuſfructuarius.ff.de no.oper.nun-
cia.dicitur,vſumfructuarium nõ ſuo nomine,ſed
procuratorio nouũ opus nunciare vel vendicare
poterit,vtilem tamen rei vendicationem intenta
re poteſt.Similiter & creditori non tantùm vtilis
actio pro vendicanda ſeruitute competit, ſed &
fundi pignorati vtilis petitio dat.l.ei qui pigno-
ri.ff.de ſeruitu.l.ſi ab eo.ff. de pignor. Præterea
minor cõſideratio dñij haberi poteſt in feudo ꝙ
182 in emphyteoſi vel cenſu,eo quod † feudum ſine
conſenſu dñi alienari nõ poteſt.c.j.de prohi.feu.
aliena.per Frederic.colla.x.in emphiteoſi ſecus.
præcedente em̃ conteſtatione dño facta ſine con
ſenſu dñi res emphyteotica alienari poterit,dicta
l.fi.C.de iure emph.vbi emphyteota facta prius
dño conteſtatione ſeu atteſtatione de precio qđ
alius pro emponematis ſeu emponematibus dare
vult,ſi poſt duos menſes dñs tm̃dem dare nolue
rit,licentia eſt emphyteotæ alteri ſua emponema
ta vendere, qnquageſima ꝑcij tm̃ à dño recepta.
non ſic eſt in feudo, quod ſcriptum inueniã. Nã
nullomodo permiſſum inuenio,vaſallũ feudum
poſſe vendere niſi interueniente dñi conſenſu.d.
ca.j. de prohi feud.aliena. per Frederic.niſi fortè
dicas per.c.primũ per quos fiat inueſti.ibi,niſi ti
bi vel alij proximiori.c.Titius. ſi de feudo fuer.
conten.inter dñm & agna.&.c.j.de aliena. feudi
paterni:niſi in inueſtitura expreſſe cõuentũ ſit.c.
vnico,de feud.non haben.ꝓpriã naturam feu. c.
vnico,de feudo fœmi.vel niſi ex conſuetudine à
lege approbata, vti eſt Mediolani.c.j.de aliena.
feudi.coll.x.ſed irrationabiliter,inquit,ille text.
Quare in vaſallo quædã ſeruitus magis exiſtimã
da eſt ꝙ dñiũ.Secũdò.Nõ quæſito aliquo circui
183 tu neꝗ mendicato ſuffragio dico † vaſallo vſum
fructum tm̃ in re,nõ rei dñiũ cõpetere.Probatur
in.ca.vnico.§.fina. in quibus cauſ.feud. amitta.
colla.x.in duabus partibus illius text. Prima eſt
in his verbis,vt proprietas rei immobilis bñficia
tæ penes dantẽ remaneat,vſusfructus verò illius
rei ita ad accipiẽtem tranſeat,vt ad eũ hæredeſꝗ
ſuos maſculos ſiue fœminas,ſi de his nominatim
dictũ ſit,in perpetuũ pertineat. Secũda eſt,vt ille
& ſui hæredes fideliter dño ſeruiant,ſiue ſeruitiũ
illud nominatim quale eẽ debeat, ſit expreſſum,
ſiue indeterminate ſit ꝓmiſſum: & ſic quomodo
feudũ nõ niſi ſeruitus eſt.&c. Idem notat Bal. in
l.ſi vxorem.in fin.C.de conditio. inſert. Tertiò.
Tex.in.d.c.j.de inueſti.de re alie.facta.vtitur his
verbis,vt tanꝗ dñs poſsit à quolibet poſſeſſore
quaſi vendicare.& in.d.c. vnico de controuerſ.
inter vaſ.& alium.colla.x.dicitur , cauſa per va-
ſallum etiam dño abſente quaſi proprie ad finẽ
perducatur.Ex illis apertè cõſtat vaſallo dñium
non competere,ſed quaſi dominiũ & quaſi ven-
dicationem,vel melius ſeruitutem. Quũ ſex de-
beat vaſallus dño,de quibus in.ca.vnico,de for.
184 fideli.&.c.vnico.de no.for.fideli. † licet talia ex
pacto ſeu ex ipſa inueſtitura adeò franca ſeu libe
ra fieri poſſunt,vt nihil pro eis debeatur,quæ al-
lodialia dici debent,ſecundum Bald.in.c.vnico.
per illum tex.de allodijs,vel etiam nullam fideli
tatem pro his præſtare debent.c.ij.in fi.quæ fuit
prima cauſa benefi.amittẽ.colla.x.c.fi. per quos
fi.inueſti.colla.x.quamuis inueniatur inter allo-
dia franca ſeu libera feuda differẽtia, vt per Bal.
in proœ. feud. Feudiſtæ omnes vbiꝗ tractant.
hic non aperio,quia nõ eſt locus. Oporteret me
paginam nimis dilatare.Neꝗ mouere debet qđ
Marti.Lauden.dicere voluit in.c.j.circa princi.
qui feud.dare poſ.colla.x. Feudũ magis gratiæ
ꝙ viciſsitudinis ſeruitiorũ eſſe.c.j.in fi. de feudo
dato in vicẽ leg.commiſ.colla.x.qm̃ ille tex.pro
bat oppoſitum, dum inquit,feudũ non ſub præ-
textu pecuniæ ſed amore & honore dñi acquirẽ-
dũ eſt.Nã gratia illa eſt,quã dñs facit bñficiũ cõ-
ferẽdo,ſed vaſallus vt dño ſeruiat,et ſeruitiũ dño
præſter,accipiẽdo.d.ca.vnico in fi.in quib.cauſ.
185 feudũ amitta.colla.x. † Nã quomodocunꝗ dñs
feudũ cõceſſerit,non eximitur vaſallus quin do-
minũ adiuuare debeat eũdo cũ ipſo ad prælium,
aut pro ꝗtitate feudi ſtipendia militiæ in expedi
tiõe regis ad ſuſcipiẽdã imperij coronam perſol
uẽdo,aut in expeditiõe dñi ſoldatã ſecũdũ feudi
quãtitatẽ ſoluẽdo.c.vnico,in fi.de allod.c. ſimili
ter.de cap.Corra.colla.x.etiã ſi inueſtitura ſit cõ
tra ꝓpriã feudi naturã facta,in reliquis extra cau
ſas in inueſtitura appoſitas,ſecũdũ alias feudorũ
reglas tractari debebit.c.vnico.de feu.nõ habẽ.
ꝓpriã naturã feudi.& rõ ponit in.l.iij.§. diuus.
verſi.quid tamen.ff.de ſepul.viola.Oportet, in-
quit,imperialia ſtatuta ſuam vim obtinere , & in
186 omni loco valere. l. Arriani. C. de hæreti. † ex
hoc non poteſt dici feudum gratuitum quod tan
tis ſeruitijs obnoxium eſt,licet aliàs beneficium
dici poſsit.l.iij.ff.de obſeq.patro.præſtan.dicto
cap.vnico.vbi idem Bald.notat de allodijs. Ne-
que ſimiliter obſtare poteſt,quod voluit gloſ.in
l.j.in verbo,vt perinde.ff.de eden.non compete
re actionem vtilem rei vendicationis,niſi quibus
vtile dominium competit.quam gloſ. ſequitur
Baldus in dicto capitulo.j.de inueſti. de re alie.
fact. collatione.x. qui nihil allegant. & contra-
ria gloſ.eſt in.l.vnica.C.de alie.iudi.mutan.cau
ſa facta. quæ vult habentem quaſi dominium
poſſe rei vendicatione agere, per.l. in rem.ff.de
rei vendicatio. Secundò, gloſ.in dicta. l. j. ff. ſi
ager vecti. cuius ſuprà meminimus dicit vtiles
actiones competere,etiam ei qui non eſt domi-
nus,per dictam.l.& ſi ſine.§.reſtitutus.ff. de mi-
nori.& Bartol.in,l.poſſeſſores.C.de fund. patri
mo.li.xj.inquit de iure antiquo nõ reperiri em-
phyteotas dominos dici ſeu nominari,ſed ſolùm
eos vtilem actionem in rem habere . Sed &
glo.

glo.prædictæ addo. l.tutor.§.finali. ff.de pigno.
actio.quæ de ſuperficiario loquitur. Cui dicit ho
die vtiles actiones dari, dicta. l. ſuperficiario. ff.
de rei vendica. d.l.iij.§.ſi ego.ff.de no.oper. nun
ciat. licet Modet.Papien.conentur hoc ſaluare
in ſuperficiario,per.l.j.§.quod autem.ff.de ſupſi
187 ci. † dum in illo probatum eſſe dicunt ſuperficia
rium ideo vtile dñium habere, quia vtiles actio-
nes illi competunt, per illum tex.Idem in. d.§.ſi
ego.ſed verum non dicunt,quia in eis verbũ nul
lum fit,an ſuperficiarius vtile an directũ habeat
dñium.& dicto Modernorũ obſtat. d.l. eorũ.in
princi.ff.de dam.infecto.quæ idem facit iudiciũ
de ſuperficiario fructuario & creditore, & neu-
trum eorum dñm eſſe dicit, ſed ius in re tantùm
habere.Secundò dictũ eſt ſuprà de creditore pe-
titiones in rem ſeu actiones vtiles in rem de iure
creditori concedi.l.ei qui.ff.de ſeruitu.in his ver
bis,ſicuti ipſius fundi vtilis petitio dabit̃.l. ſi ab
eo.ff.de pignori.& tamen non puto aliquem vel
le dicere creditorem dñm eſſe rei pignoratæ: ꝗa
non eſt lex neq; ratio hoc dicens: imò in contra-
rium eſt dicta.l.eorum.&.d.l.in noxalibus.ff.de
noxa.actio.imò fortius dico nõ eſſe rei poſſeſſo
rem.l.j.§.per ſeruum corporaliter pignori datũ.
ff.de acquir.poſ.l.per ſeruum.ff.de acqui.re.do-
mi.l.ſciendum eſt.§.poſſeſſor.verſi.cum verò.&
verſi.creditor.ff.qui ſatiſda.cogni. ꝗuis poſſeſ-
ſio penes eum ſit,per illos tex.quæ plurimũ inter
188 ſe differunt. † Longè enim aliud eſt quem eſſe
poſſeſſorem,& aliud eſſe in poſſeſsione.l.ſi quis
ante cõduxit.ff.de acquir. poſ.Similiter facit qđ
de conductore ſuprà dictum eſt per.l.male agit̃.
C.de præſcrip.xxx.anno.&.l.non ſolet.ff.de lo-
ca.& conduct.& tamen illi competit vtilis actio
rei vẽdicationis,dicta.l.ſi.ff.ſi ager vectig.Qua-
re in his vim non facio.et ſicut lex dicit creditorẽ
& fructuariũ iura & ſeruitutes rei in qua fructũ
ſeu pignus habent poſſe petere, & ea vendicare,
in dicta.l.ei qui.ff.de ſeruitu.Pariter eiſdem ter-
minis in vaſallo vſus eſt tex.in dicto.c.j.§.rei. de
inueſti.de re aliena ſacta.in his verbis, & tanquã
dñs poſsit à quolibet poſsidente quaſi vẽdicare.
& ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defen-
ſionem op ponere.Nam & ſeruitutem eidem rei
debitam petere poteſt, & retinere.tantundem di
xit iureconſultus de creditore, in dicta.l.credito
ri.ff.de no.oper.nunciatio.& alijs legibus ſuprà
relatis quæ de creditore pariter & vſufructuario
loquuntur.& in.l.iij.in princi.&.l. in ſumma.ff.
vti poſsi.in .l.ij.§.fi.ff.ſi ſeruit.vẽdice.l. vnica. §.
item Iuliano.ff.de remiſ.per quas idem notat gl.
in.l.j.& fi.per illum tex.ff.ſi vſufruct.peta. gl. in
dicta.l.ij.§.recte.in verbo,vtetur.ff.ſi ſerui.ven-
di.In vaſallo plus dicit tex.in dicto.ca.vnico. de
controuer.inter domi.& ali.Ipſe enim ſolus vti-
liter agendi & excipiendi habet poteſtatem . Et
prius dixerat tex.quaſi propria eſſet cauſa. & ſic
189 non verè propria. † Igitur ex illo tex.probatur
non habenti dominium ſed quaſi dominium vel
ius in re tantum vtiles actiones competere.Scio
autem Moder.dicere communem opin. docto-
rum contrariam eſſe,vt vaſallus vtile habeat do-
minium.inhærentes opi.Bald.in.ca.præterea.de
capi.Corra.& in dicto capitulo, de inueſti.de re
alie. ſacta. Poſt glo.in dicto capi.præterea. quæ
hoc non dicit. Neſcio ſi liber meus corruptus
eſt.& Bald. in vtroq; loco per eadem media in
ea.opin.perſiſtit. Cæterùm quicquid ipſi dicant
audacter quod in iure ſcriptum inuenio,refero
vt inquit Diuus Hierony.in.ca.audacter. viij.q.
j.audacter dicimus,quod autem ſcriptum eſt di-
cimus.Sed ſi opinioni Bald. adhæreas vt domi-
nium vtile vaſallus habeat ſeudi dominum reco
gnoſcens,non ſic dici poteſt,ſecundum aliquos,
in cenſuali ſeu aliàs vectigali fundo, dicto.c.con
ſtitutus.extra de religio.domi.ſecũdum commu
nem illius decretalis interpretationem de cuius
veritate dicam.infrà.Quare ius domini ſeudi po
tius eſſe videtur.Secundò, Plus poteſt intereſſe
vaſalli & grauius periculum expectari per nega
tionem feudalis domini quàm cenſualis, quum
in illo ſequi poſsit ſeudi priuatio : in iſto verò
non,dicto cap. conſtitutus.quare &c. Quæ duo
nouiſsima dicta , an de iure vera ſunt, videre
oportet.

In primis communis eſt, & ferè omnium ſen-
190 tentia poſt glo.in dicto.c. cõſtitutus. † cenſualẽ
dominum per dationem ad cenſum nullum reti-
nere dominium : ſed concedendo ad cenſum &
vtile & directum dominium transferre in acci-
pientem,per dictum.c.conſtitutus.& in ea opin.
fuit illhic glo.Innocen.Anto. de Butrio, Abb.
& ferè omnes.Inductio glo.in illo.ca. in verbo,
iuxta ratum eſt,in capite,inquit, illius decretalis
dicitur in his verbis , & quicquid iuris tam in
monaſterio veſtro quod in eis habebat in em-
phyteoſim ſub annua octo denariorum vſualiũ
penſione monaſterio veſtro conceſſa.Ecce quo-
modo per hæc verba, quicquid iuris in accipien
tem omne dominium directum & vtile transla-
tum eſt. Neque obſtat verbum,emphyteoſim.in
illo tex.poſitum:quoniam,vt glo.illhic commu
niter approbata voluit,impropriè ſumẽdum eſt
pro cenſu,vt conſtare poteſt in illo eodem.ca. §.
quum autem.in his verbis,gratis accipiamus cen
ſum gratis oblatum.

191 Secũdò,Sic ille tex.inducit̃. † Nã ſi in illo tex.
cõceſsio in emphyteoſim facta fuiſſet, nõ potuiſ
ſet emphyteota, qui per .xl.annos ceſſauerat ca
nonẽ ſoluere,excuſari,quũ in cõmiſſũ cecidiſſet:
ꝗneriã ꝑ bienniũ ceſſans priuat̃ re emphyteotica
c.boc ius porrectũ.x.q.ij.l.ij.C.de iure emph.c.
potuit.extra,de loca. & conducto.& tñ illhic pa
pa ſolum condẽnat abbatẽ & fratres monaſterij
Criptæ ferratæ ad pẽſionem ſoluendã, in qua.xl

annis ceſſatum erat. Infert ex hoc glo. illum text.
de cenſuali contractu debere intelligi, non autē
de emphyteotico. Qua interpretatione vera exi-
ſtēte dico in illo tex. duo neceſſariò probari. Pri
mò, per ceſſationem ſolutiōis cēſus cōmiſſo nō
eſſe locū. Secūdò, dñiū tam directū ꝙ vtile ꝑ da-
tionē ad cēſum in accipiētē trāſferri: quū quicqd
iuris cōcedens habet, transferat, per illū tex. Nec
obſtat ſecūdū Bernardū gloſſatorē illius decreta
lis, quod ad id in illo text. actū non erat: qm̄ ſatis
actum eſſe videbatur, quum ep̄alia iura poſtula-
192 ta eſſent. & dicūt glo. Inno. & alij poſt eū, † ſub
petitione iuris ep̄alis non ſolum ep̄ale ius cōpre
hendi, quod in iure conſiſtit, ſed omne aliud ius
quod pactis vel conſuetudine conſtitutum eſt. c.
auditis. extra de præſcrip. c. fin. extra de offi. Ar-
chid. c. conquerente. extra, de offi. ordina. Secun
dò, addit Inno. verbū, emphyteoſim. in capite il-
lius decretalis poſitū eſſe loco pēſionis cenſus in
ſignū deuotionis & memoriā acceptoriū bñficio
rū ab ep̄o reſeruatæ. vel melius, ſecūdū eūdū In-
no. ep̄us in illo caſu liberaliter iura ep̄alia remi-
ſit. Sic etiā monaſteriū liberaliter penſionē cōſti
tuit. Cuius interpretationi plurimū applaudet il
le tex. dū inquit, gratis accipiamus cēſum gratis
oblatum. Cui addo quod Feli. notat in. c. quum
Bertholdus. xj. colū. extra de re iudica. dum in-
quit poſt Inno. & Cardina. in. c. bonæ. in verbo,
procurationē. extra de appella. eccleſiā ꝗtūcūꝗ
pleno iure ad monaſterium ſpectet: ep̄o tn̄ cathe
draticū & antiquos cēſus teneri ſoluere. c. paſto
ralis. extra, de do. Cle. j. de cenſi. neq; ex ea cēſus
ſolutione præſumetur eccleſiam alteri eccleſiæ
ſubeſſe: quia ſignum eſt æquiuocum. aliquando
enim, ſecūdū eos, in ſignū receptæ libertatis ſol-
uitur, dicto. ca. conſtitutus. extra de relig. domi.
Idem notat Anto. & Abb, in. c. fi. extra de cauſa
poſ. & proprie. per. c. recepimus. extra, de priui-
leg. Idem Anto. de Butrio in dicto. c. cōſtitutus
poſt Hoſt. addit tex. in. c. Eleuterius. xviij. q. vij.
Comperio autem Io. Andr. verbum, emphyteo-
ſim poſt Hoſt. aliter interpretari. id eſt, ad exem-
193 plum emphyteoſis. † Nō em̄ eccleſiæ vel ius epi
ſcopale, ſed prædia eccleſiæ vel ep̄atus in emphy
theoſim dātur, dicto. c. hoc ius. x. q. ij. Plerūque
etiā & frequētius eccleſia ſeu res eccleſiæ vel ep̄a
tus ad firmā vel cenſum dantur. c. ij. extra de ca-
pel. monacho. c. querelā. extra, de iureiur. c. ij. &
quaſi per totū titulū. extra de cenſi. vſuſq; eſt pa-
pa ſecundū eos in illo tex. dictiōe, emphyteoſim.
ꝓpter pēſiōis retētionē, ſicut fit in emphyteoſi.
Hoſti. tn̄ alterius fuit opi. dixit em̄ ep̄um Albañ.
nulla iura ep̄alia in monaſterio Criptæ ferratæ
præter cenſum retinuiſſe, quem nec in ſignū do-
minij habere voluit, ſed potius in ſignum datæ li
bertatis, dicto. c. recepimus. §. inſpicienda. extra,
de priuileg. Et ideo quantumcunq; in ſolutione
penſionis ceſſetur, ſemel conceſſa libertas nō re-
uocatur. §. ſemel. inſti. qui & ex quib. cauſ. manu
mit. non lic. adeo vt neque. xl. annis præſcriba-
tur. l. comperit. C. de præſcrip. xxx. anno. Secus
ſi in ſignum dñij retinuiſſet: tunc res committere
tur, ſi per biennium ceſſaretur in ſolutione cen-
ſus. c. literæ. extra, de dilatio. c. fi. extra, de cauſa
poſ. & propri. c. potuit. extra, de loca. & condu-
cto. & idem notat gloſ. fi. in. l. fundi. C. de fund.
patrimo. lib. xj. Nec ſecundum eundem Hoſtiē.
194 obſtat, ſi dicat̃, † eccleſiā in caſu illius decretalis
in commiſſum incidiſſe: quia ad id actū nō erat,
ideo non poterat ſuper eo pronunciari, argumē-
to. l. quum putarem. ff. famil. erciſcundæ.

Ego verò non poſſum opi. tātorū patrū aſſen
tire, & impetrata eorū venia dixerim eos multis
ſuppletionibus ad illum tex. vſos fuiſſe, vt ex ſe-
quētibus liquidò cōſtare poterit, & propter au-
toritatē tātorū patrū viſum eſt mihi neceſſariū il
lum tex. c. conſtitutus textualiter declarare.

In primis dicitur in eo dominicum Lamitanū
Albanenſem ep̄m abbati & fratribus monaſterij
Criptæ ferratæ vniuerſas eccleſias ad ipſum mo-
naſterium ſpectātes, et in Albaneñ. diœceſi ſitas,
quicquid ve iuris tam in monaſterio quod in eis
habebat in emphyteoſim ſub annua octo dena-
riorum vſualium penſione illi monaſterio cōceſ
ſiſſe, ita vt liceret abbati & fratribus à quocunq;
vellet ep̄o tam clericorum ordinationem ꝙ alta-
rium in ipſo monaſterio conſecrationem & præ
dictis eccleſijs obtinere ſimul & tertiam mortua
riorū ſeu exequiarum funeralium percipere. Se-
cundò, conceſsionem dominici Lamitani ep̄i au
toritate Calixti ſummi pontificis confirmatā fuiſ
ſe. Iſta occaſione ep̄s Albanenſis, qui pro tempo
re erat, huiuſmodi conceſsionem veluti ſimonia-
cam irritam pronunciari poſtulabat confirmatio
ne Calixti Papæ non obſtante, quam per ſubre-
ptionem obtentam eſſe aſſerebat, quum in ea de
penſione mentio facta non eſſet. demum Innocē
tius tertius autor illius decretalis ex tribus ſilen-
195 tium epiſcopo Albano imponit. † Primò, quia
nouum non ſit epiſcopos, dum pijs locis aliquid
concedunt, in eis aliquid loco penſionis ſibi re-
ſeruare, Secundò, vbi aliquid gratis in memoriā
beneficij gratis collati offertur, indecens nō eſſe
gratis oblatum cenſum recipere, præſertim ſi lite
ris aut diplomatibus apoſtolicis nominatim con
ceſsio & reſeruatio cōfirmata erit, poſſeq; abſq;
ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis retineri. His rōni
bus motus pontifex ep̄o Albaneñ. ſeu eius pro-
curatori ſilētiū impoſuit. hoc ſolo excepto ꝙ mo
naſteriū Criptæ ferratæ pro rata pēſionis cenſus
gratis oblati ſolutionem facere tenebitur. xl. an-
norum præſcriptione non obſtante. Cui deciſio
ni pontificis conuenire plurimùm videtur, dicta
l. comperit. C. de præſcrip. xxx. annorum. ne for
ſitan per lapſum illius temporis eccleſia in hoc
læderetur, per capitulū, veniēs. extra de tranſac.
Eo quod forſitan præſcriptione elidi potuiſſet
ſicuti in illo textu dicitur. in verſiculo, verum.

in his

in hisverbis,nihiſlominus legitima ſe poterat præ
ſcriptione tueri, quum per quadraginta annos
ipſam pacificè poſſediſſet.
196 Ego vero † exiſtimo ſalua ſedis & pontifica-
lis dignitatis maieſtate,in caſu illius decretalis iu
ra ſpiritualia in pactum deducta fuiſſe,& per pa-
ctum ſeu in pacto cenſum vel emphyteoſim ſpe-
cialiter & nominatim reſeruatum eſſe. licet pa-
pa in eadem decretali.§.quum autem.velle vide-
atur non fuiſſe penſionē ſeu cenſum per pactum
impoſitam, ſed potius gratis oblatam in memo-
riam accepti beneficij: dum ille tex.ait,gratis ac-
cipiamus cenſum gratis oblatum. Et ita Innocē.
Hoſtienſ.Ioan.Andr.& cæteri, nemine excepto
ſentiunt epiſcopum liberaliter donauiſſe & mo-
naſterium liberaliter penſionem conſtituiſſe, vt
in ſimili dicitur in ca.Eleutherius.xviij.q.ij. Sed
non puto cōſiderationem papæ ex vi verborum
conceſsionis per Albaneñ. epiſcopū factæ poſſe
ſubſiſtere,dum dicitur in.§.verum.in eadem de-
cretali, in his verbis, in emphyteoſim ſub annua
octo denariorumvſualium penſione monaſterio
veſtro cōceſsit.Non dixit,monaſterium conceſ-
ſit annuam penſionem, ſed epiſcopus ipſe con-
ceſsit, & monaſterium recepit. Ecce quomodo
nominatim iura ſpiritualia cum onere penſionis
ab epiſcopo in ſua conceſsione impoſitæ in pa-
ctum deducta ſunt. Neq; puto illum text.euitari
poſſe in illis verbis,in emphyteoſim conceſsit.§.
adeò.inſti.de loca.& condu. Deinde dum in ea-
dem decretali dicitur, ſub annua octo denario-
rū &c.niſi dicamus quod autoritate Calixti ſum-
mi pontificis conceſsio confirmata ſit, quæ om-
nem maculam abſtergit propter autoritatē ſum-
mi pontificis.quàmuis idem Innoc. Hoſti. Ioan.
Andr.& alij,dixerūt ſic debere ſaluari ſicuti poſt
197 eos recenſuimus † quum non ſit veriſimile Ca-
lixtum papam voluiſſe tale pactū, ſi ſimoniacum
inuentum fuiſſet,cōfirmare. Et ob id dicant non
eſſe prohibitum aliquod ius ſpirituale concede-
re penſione retenta. Et hæc conſideratio ſumpta
eſſe videtur ex ea.decre.in.§.quum autem. Dum
ille tex.inquit,quum autem nec inſolitum ſit nec
nouum,vt quum epiſcopi eccleſias conceſſerunt
pijs locis, aliquid ſibi reſeruēt in eis nomine pen
ſionis.Idem in.c.vnico.extra vt eccleſia.benefic.
ca.querelam. extra de iureiuran.ca.auditis.extra
de præſcript. Sed exiſtimo eos non rectè in hoc
aduertiſſe ad illum text.dum in eo dicitur,quum
epiſcopi eccleſias conceſſerunt pijs locis aliquid
ſibi reſeruent. Nota verbum,reſeruent.quando
in ipſa conceſsione concedens ſibi non per pa-
ctum reſeruat.Secundò dum dicit,libertatis pri-
uilegium vel protectionis præſidium aliquibus
eccleſijs indulgemus. Et ſic nō per pactum. Ter-
tiò dum dicitur,gratis accipiamus cenſum gratis
oblatum. Et ſic non per pactum. Sed non ſic erat
in conceſsione per Albaneñ.epiſcopum facta,vt
conſtat ex verbis conceſsionis expreſsis in.§.ve-
rum.eodem.c.dum in eo dicitur, vniuerſas eccle
ſias,& quicquid iuris tam in monaſterio veſtro,
quod in eis habebat, in emphyteoſim ſub annua
penſione octo denariorumvſualium monaſterio
veſtro conceſsit. Quæ verba clarè pactum inter-
198 ueniſſe demonſtrant. † Et non dubito conceſsio
nes fieri poſſe ſpiritualium iurium, dum modo
ſine pacto aut conuentione ſiant, dicto.c.vnico.
§.fin. extra vt eccleſi.benefic. Sed vt dictum fuit
ſuprà, euitari non poteſt quin liquidò conſtet in
illo textu, pacto & conuentione reſeruatam eſſe
emphyteoſim,vel cenſum,ſeu penſionem.non re
fert quo nomine vocaueris, quoniam rei veritas
eſt,& ſatis illius text.verba demonſtrant,dum di
citur,ſub annua pēſione conceſsit: quoniam hæc
eſt forma contractus emphyteotici.l.j. C.de iure
emphyteo.ca.vnico.de feud.non haben.propri.
naturam feud.§.adeò. verſic.vt ecce.inſtit.de lo-
ca.& conducto.l.prima.ff.ſi ager vectiga.
Sed quum meum non ſit in pontificis iudicia
inſurgere,non declinabo ab interpretatione Ho
ſtien.veriſimile non eſſe Calixtum ſummum pō-
tificem voluiſſe ſimoniacam conuentionem con-
firmare: quum dominus papa debet, ſaltem decet
ipſum, ſimoniacas conuentiones, quum de iure
diuino prohibitæ ſint, cohibere.ca.qui ſtudet.&
per totam penè quæſtionem. j.qō.j.quamuis ſu-
pra legem ſit poſitus. ca.aliorum.ix.qō.iij.& ca.
priſcis.lv.diſtinct.ca.apoſtolicæ.xxxv.q.ix.quæ
non niſi ab ipſo pontifice poteſt immutari.c.ſen-
tentiam.ea.cauſa & quæſtio. Et in ſumma.xxxv.
quæſt.x.abſit autem à Chriſtiana religione dice-
199 re † ſpiritualia iura in cēſum annuum dari poſſe,
nō minus quàm in emphyteoſim,vel aliter in pa-
ctum deduci.ca.vnico.extra,vt eccleſia.benefic.
Neque puto dicere pontificem circa eas poſſe di
ſpenſare. Et ſi alioquin faceret, quod exiſtiman-
dum non eſt, vt inquit Hoſtien.& recte,in dicto
ca.conſtitutus.cuius ſuprà meminimus,dici poſ-
ſet maieſtate ſedis ſalua, correctioni cuius hæc
ſummiſſa eſſe intelligantur,clauem errare, quaſi
in templum introduceret quos dominus Ieſus de
templo eiecit: & animā Ananiæ ſuſcitare, quam
cum pecunia Petrus condemnauit, Actuum.v.c.
non autem poteſtatem clauis contemnere volo,
cuius ditioni hæc,ſi lubet,commiſſa ſunt. Quare
vt cum Hoſtien.conueniam,& rectius intelligen
dum eſſe ſentio nō exiſtimandum eſſe papam in
illa decretali epiſtola,conſtitutus.de emphyteoſi
aut cenſu intellexiſſe, ſed de quadam præſtatio-
ne per epiſcopum Albaneñ. autoritate ſedis apo
ſtolicæ reſeruata in ſignum conceſſæ libertatis
prædicto monaſterio.
Duo mouere poſſunt,quorum etiam meminit
200 Hoſtien.in eadem decretali. † Primò,quum in-
ferior à pontifice iura epiſcopalia vel alia eccle-
ſiæ competentia inconſulto ſuperiore remittere
non poteſt. ca.de cætero.& ca.veniens. extra de
tranſactio. Neque ſecundum Innoc.illhic poſſet

omnino abdicare à ſe epiſcopus ne eccleſia ſecū-
dum eum acephala eſſet.c.nulla.xciij.diſtinct.&
ca.paſtoralis.extra de donatio.ca.quum venera-
bilis.§.fina.extra de cenſi. Nec mouere poteſt in
contrarium quod à pleriſque dicitur epiſcopum
poſſe iura epiſcopalia per archidiaconos aut vi-
carios exercere.ca.j.extra de offic.Archidi. ca.j.
extra de offi.Archipræsby. Id enim non eſt alie-
nare, quoniam à canone dati & ordinati ſunt in
auxilium epiſcopi,ex eo quòd vbique epiſcopus
intereſſe non poteſt. capi.j.&.ij.& ca.ad hæc.ca.
vtrum. extra de offic.Archi. quaſi vicem epiſco-
pi agentes per illos tex. Magis enim quod nume
ri & officio epiſcopi incumbit implere dicuntur,
quàm alius ab epiſcopo facere dicatur imò ipſe-
met epiſcopus facere dicitur. Tolle ſimile exem-
plum in epiſcopo cui coadiutor datur,cū ea quæ
epiſcopo incumbunt ratione morbi ſeu ſenectu-
tis aut alio iuſto impedimento implere non po-
teſt,vt in ca.quamuis. & ca.petiſſe. & per totam
201 penè quæſtionem.vij.qō.j. † Et per coadiutoris
dationem non cenſentur epiſcopalia iura immu-
tata.Sic etiam in archidiacono et archipræsbyte-
ro dicendum eſt,per dictum capi.j.&.ij.extra de
offic.archipræsby.&.c.ad hæc.extra de offic.ar-
chid. Mirum igitur non eſt,ſi id quod epiſcopus
ex iuribus epiſcopalibus abbati et fratribus Cri-
ptæ ferratæ conſentiente ſummo pontifice remi-
ſit, præſcribi non potuit, ne videatur epiſcopus
omnino epiſcopalia iura remiſiſſe ſecundum In-
nocen. & maximè ſecundum eum,quum illa præ
ſtatio annua ab ipſo abbate in memoriam rece-
pti ab epiſcopo bñficij gratis oblata fuerit. Coe-
git igitur papa abbatem & monachos ad obſer-
uationem promiſsi cēſus,præſcriptione quacūq;
ceſſante, iuxta dictam.l.comperit. C.de præſcri.
xxx.ann. Adhæreamus igitur interpretationi pa-
pæ in illa decretali qui teſtatur præſtationem an-
nuam in pactum deductam non eſſe, potiſsime
quum exoſæ ſint eccleſiæ & pontifici ſimiles pa-
ctiones. Dic igitur ſimoniacam non fuiſſe conuē
tionem oblationē huiuſmodi penſionis ſeu præ-
ſtationis annuæ voluntariè & quadam gratuita
liberalitate factam fuiſſe.

Ego verò vt præſcindam omnem Canoniſta-
rum obiectionem & eorum qui illi adhærent,di-
co vnum quod hactenus memoratum non inue-
202 nio, † vbicunq; fundus patrimonialis principis
in perpetuam emphyteoſim aut ſub annuæ præ-
ſtationis titulo à principe in perpetuum concedi
tur,quantūcunq; à ſolutione emphyteoſis vel an
nuæ penſionis ceſſatum fuerit: ob id tamen acci-
piens in commiſſum non cadet.quod eſt mirabi-
le:quum in hoc principis conditio cuiuſcūq; pri-
uati conditione deterior eſſe videatur,propter.l.
ij.C.de iure emphy.Sed pro dicto noſtro tex.eſt
indubius in.l.fundi patrimoniales.C.de fund.pa
trimon.lib.xj. Et licet gloſ.in eadem.l.in verbo,
diſſoluant.cuius ſuprà meminimus. aliter inter-
pretari conetur.& ad illum tex.ſuppleat,aliàs po
teſt eſſe metus commiſsi. Certè glo.illi legi dire-
ctè contradicit in his verbis, vt metus commiſsi
eſſe non poſsit.Plus inquit ille tex.neq; enim ma
gis commodamus noſtra quàm tradimus ea iure
dominij.quæ lex videtur ordinata ad dictam de-
cretalē,conſtitutus.vel quòd ex ea papa deciſio-
nem illius decreta. ſumpſerit. Et Luc.de Pen. in
dicta.l.fundi. ſic præſentire videtur. Similiter &
Ioan.de Pla.dum ſic illum text.legunt,vt intelli-
gatur prædium emphyteoticum ad fiſcum ſeu ad
principem reuerſum, ſi ſub hoc pacto in emphy-
teoſim cōceſſum fuerit,vt non incideret accipiēs
in commiſſum, etiam ſi ceſſauerit penſionem ſeu
canonem ſoluere, non tamen in commiſſum ca-
det.Cuius ſententiæ fuerunt Barto.Nicol.ſpi.&
203 alij quotquot ſunt ſcribentes in eam legē. † Plus
voluit Luc.de pen.vt accipiens à principe ſub eo
pacto acquirat iure dominij directi,dum ille tex.
ait,Non enim magis commodamus noſtra quàm
tradimus ea iure dominij. Et dicit Luc. id eſt,di-
recti,per.c.conſtitutus.extra de relig.do. Et hoc
pacto Luc.illum text.inducit. Neque,inquit ille
tex.ſecundùm eundem Lucam,magis commoda
mus noſtra quàm tradimus ea iure dominij, non
commodamus,id eſt,non concedimus gratis qui
volumus penſionem. At is qui commodat domi
nium & poſſeſsionem retinet,nō diſsimili inter-
pretatione vſus eſt Bald.in.c.amplius. in verbo,
contradictione ſucceſſorum. de pace cōſtantiæ.
Secundò,dum dicitur in tex.nos verò dum con-
cedimus vtrunq; in accipientem ſcilicet dominiū
& poſſeſsionem transferre intēdimus. Ratio ſe-
cundum eum,quia principis beneficiū debet eſſe
manſurum. §.illud.in authent.conſti. quæ de di-
gnita.l.fin.ff.de conſti.princi. Sed Bart.Ioan.de
Pla. & alij contradicunt, quia non directum ſed
vtile tantùm.Pro quibus eſt.l.poſſeſſores.C.eo.
de fun.patrimo. lib.xj. Pro eis facit.l.omnes.eo.
tit.in his verbis,dominium vel emphyteoſim vel
conductionem. vbi hæc veluti diuerſa ponūtur,
videlicet dominium emphyteoſis & conductio.
ſimiliter in.l.j. ff.ſi ager vectig. &.l.non ſolet.ff.
locati & conducti. Et, vt ſuprà memorauimus,
Barto.in dicta.l.poſſeſſores.dicit illam.l.notan-
dam eſſe, quia antea non legebamus emphyteo-
tam dominum eſſe vel dominium habere,ſed tan
tum emphyteotæ vtilem in rem actionem com-
petere vt in.l.j.& fin.ff.ſi ager vectiga.

Ego verò non mendicato aliunde ſuffragio
quàm ex dicta.l.fundi. C.de fun.patrimo.lib.xj.
puto aliter illam.l.intelligendam eſſe, quàm ipſi
204 intelligant.Et puto ſic legi debere, † Fundi pa-
trimoniales, & qui ex emphyteotico iure, id eſt,
qui emphyteotici erant quoquo modo ſeu gene-
re ad principem deuoluti ſint,ſi per principem al
teri concedantur intellige in emphyteoſim ſicuti
antea poſſeſsi erāt & priuſquam deuoluti eſſent
ad principem, ſic cedunt, id eſt, ſic conceſsi eſſe
videntur,

videntur,etiam ſi in conceſsione nihil expreſſum
eſt, vt commiſsi metus eſſe non poſsit, id eſt, vt
quamuis à ſolutione canonis pro emphyteotico
fundo debiti ceſſauerint, non tamen in commiſ-
ſum cadant. Sed quæ eſt diuerſitatis ratio,quare
emphyteotæ principis in commiſſum non cadũt:
quum emphyteota priuati cadat, dicta.l.ij. C.de
iure emphyte. Reſpondet imperator, Neq; enim
magis commodamus, id eſt, non ſic damus fun-
dum in emphyteoſim vt cõmodare videamur,id
eſt,vt repetere velimus rem conceſſam quaſi cõ-
modatam ſolùm: ſed ſic tradimus ſeu cõcedimus
vt habeat iure dominij,id eſt,quia intendimus eũ
dominum perpetuò conſtituere,non autem com
modare ſolùm. Et ſic neq; dominiũ neq; poſſeſ-
ſionem transferre.l.hi quibus.eo.titu. Ita tamen
vt fundi ſic ad principem deuoluti,ea quæ ſolita
erãt præſtari pro fundo in poſterum per eum cui
conceduntur,ſoluantur: Et ſic ſolita penſio præ-
ſtetur abſq; metu commiſsi. Et ſicuti in commiſ-
ſum non cadunt, ita nunquàm præſcribunt: vt
quum grauetur in vno princeps, in alio releue-
tur,ne rebus ſuis patrimonialibus,quævſibus pu
blicis & ad ſolatium ſubditorum deſtinãtur,pri-
uetur. Et iſta eſt vera cõſideratio.l.comperit. C.
de præſcrip.xxx.anno. in verſicu.de poſſeſsione
quidem rei ſeu dominio nequaquam remoueri
non poteſt.ſed quod propter id recte dicatur do
minium directum transferri,ſicuti voluit Luc.de
Penna. non eſt verum, ſed vtile tantùm, dicta.l.
poſſeſſores. Ex qua lege ſic intellecta, & quæ di-
205 giti annotatione digna eſt,tria colligo. † Primũ
eſt,conceſsionem in emphyteoſim à principe fa-
ctam illius virtutis eſſe vt perpetuò penes accipi-
entem ſit, neq; ab eo quoquo pacto valeat reuo-
cari. l.iubemus magna. & melius in.l.hi quibus.
C. de fund.patrimo. lib.xj. in his verbis, à nobis
vel à diuinis parẽtibus noſtris ſacra largitate do-
natæ ſunt,inconcuſſè poſsideant,atq; ad ſuos po
ſteros tranſmittant. Demum quærit imperator
cum qua facultate tranſmittit. Reſpondet quod
quidem non ſolùm in hæredibus,ſed etiam in cõ
tractibus omni genere volumus cuſtodiri: & ſic
ad quoſcunq; ſingulares ſucceſſores tranſmitti,
quod eſt ſingulare dictum.

Ex illis duabus legibus ſimul coniunctis habes
vnum aliud,quod tu ſingulariter nota, videlicet
conceſsionem principis tantæ eſſe potentiæ,vt is
cui conceditur habeat pro ſe, & hæredibus, &
quibus dare voluerit, & quocunq; contractu li-
buerit in alium transferre, ſaluo tamen canone,
etiam ſi in conceſsione expreſſum non ſit, vt in
ca.j.in princi. de feud.non haben. propriam na-
tur.feu. Idem in quocunq; priuato dicendum eſt
l.quum patronus.§.quum libertus.ff.de oper.li-
berto.l.quum precario.ij.ff.de precar.

De donatione à principe facta dubium nullum
erat,vt in.l.j.eiuſdem tituli. C.de fund.patrimo.
ſed per illã.l.hi quibus.extenditur ad quoſcunq;
alios contractus abſq; ſpe deuolutionis, ſi ceſſa-
tum fuerit à ſolutione eius. Idem probatur in.l.ſi
quæ.eo.titu.in his verbis,perpetuò eundem atq;
206 inconcuſſo iure poſsideant. † Et iſtud eſt ſecun-
dum quod ex dicta.l. fundi. colligitur,videlicet
tantæ efficaciæ eſſe conceſsionẽ in emphyteoſim
à principe factam, vt is qui accipit perpetuò ha-
beat ſine metu commiſsi. Tertium eſt quod ho-
die emphyteota principis ſeu cenſualis iure dõ-
minij vtilis obtinet quod antea non obtinebat,
ſicut nec priuati emphyteota.l.j.ff.ſi ager vectig.
vel emphy. Et idem meminũ Bar.in dicta.l.poſ-
ſeſſores. C.de fund.patrimon.libro.xj.

Et ſicut princeps ſic immẽſam eſſe voluit ſuam
largitatem, vt nolit ſuum emphyteotam poſſe in
commiſſum cadere: ita etiam ſibi cauere voluit vt
quacunq; temporis vetuſtate, id eſt, triginta vel
quadraginta annorum emphyteota vel cenſualis
principis præſcribere non poſsit, quin poſt qua-
draginta annos peræquatori ſeu collectori cano
nis principis canonẽ etiam poſt quadraginta an-
nos colligere & exigere poſsit. Hoc dicit illa.l.j.
C.de fund.patrimo.in his verbis,dummodo iuis
quibuſcunq; temporibus ea quæ fiſco penitãda
repræſentare cogatur. & in dic.l.fundi.in his ver
bis,& in poſterum diſſoluãt. Melius in.l.ius em-
phyteotici.in his verbis,vetuſtate temporis nolu
mus adiuuari. C.de ſun.patrimo. lib.xj. Idem in
207 dicta.l.comperit. C.de præſcrip.xxx.ann. † Ex
quibus dicere ſoleo per.c.primum.de prohi.ſeu.
aliena.per Frederic.in his verbis,nullius tempo-
ris præſcriptione impediente.&.c.j.de cap.Cor-
radi. in his verbis, nulla obſtante præſcriptione
ceſſante illa verba præſcriptionẽ triginta vel qua
draginta annorum excludere vt quantocũq; tem
pore quis poſſederit contra prohibitionem legis
nõ iuuetur præſcriptione,etiam centum annorũ,
per.l.agros. C.de fund.limitro.in his verbis, cu-
iuslibet ſpatij temporis præſcriptione ceſſante.
Idem gloſ.velle videtur in.l.longa.ff.de mor.in-
feren.niſi fortè tanti tẽporis eſſet cuius initij non
extaret memoria: quemadmodum lex canonica
excepit in præſcriptione vectigalium ſine princi
pis autoritate exactorum,in.c.ſuper quibuſdam.
extra, de verbo.ſignif.c.j.de præſcriptio.in.vj.l.
hoc iure.§.ductus aquæ. ff.de aqua quoti.& æſti
208 ua. † Tamen adhuc putarem nullo tẽpore poſſe
præſcribi: quum fundus patrimonialis principis
propriè ſit reipublicæ,& de his ſicuti de publicis
iudicari debeat, quæ nullo vnquam tẽpore præ-
ſcribi poſſunt.l.via publica. Et quod illhic Bart.
notat poſt gloſ.ff.de via publica reficien.& præ-
allegatæ leges bene conueniunt. Alioquin dete-
rior eſſet principis quàm priuati conditio: cũ cen
ſualis priuati non præſcribat cẽſum,etiam ſi qua-
draginta annis ceſſauerit, dicto capi.conſtitutus.
extra de religio.domibus.

Plus dico, de iure præſcribentem cum reſcripto
principis rem patrimonialem principis ab omni

ſolutione canonis liberam non iuuari tali reſcri-
pto,etiam ſi viginti annis poſt impetratum reſcri
ptum poſſederit.l.ſi qua loca. C.de fund.& ſalti.
rei do. lib.xj. Si autem in vim reſcripti principis
ſeu pragmaticæ ſanctionis rem patrimonialem
principis,quadraginta annis poſſederit adempto
ſeu non ſoluto canone,non iuuatur,niſi expreſſe
à principe ſic facta ſit conceſsio, vt adempto ca-
none poſsideāt,& quadraginta annis poſt huiuſ-
modi reſcriptum impetratum poſſederit. l.iube-
mus.ij.§.hoc etiam. C.de fund.patrimoni.lib.xj.
tunc ſi in vim reſcripti principis ſiue ſaluo ſiue a-
dempto canone quadraginta annis poſſederit,
præſcribit: & ab omni innouatione liberabitur,
& non aliàs, dicta.l.iubemus. &.l.omnes. C.de
præſcrip.xxx.anno. Vnde quæ ſuprà dicta ſunt
in caſu dictæ.l.fundi. C.de ſund.patrimo. lib.xj.
recte poſſent repeti in dicto.c.conſtitutus.extra,
209 de religio.domi. † dato etiam quòd epiſcopalia
& eccleſiaſtica iura per pactum aut conuentionē
in emphyteoſim vel cenſum concedi poſſent,vel
alio contractu transferri: quod ſalſum eſt,dicto
ca.vnico.extra,vt eccleſia.beneſi. niſi cum ſupe-
rioris,id eſt,pontificis autoritate,quæ veriſimili-
ter expectanda non eſt: quum ſimiles contractus
apoſtolica ſedes non confirmet,ſeu conſirmare
non conſueuit,vt dicitur in dicto ca.conſtitutus.
§.quum autem.&.c.dudum.extra de electio. Re
ſtat vt ſolutio detur his quæ glo.iuris canonici et
qui eam ſequūtur,in dicto.c.conſtitutus. in con-
trariū adduxerunt. In primis,dum dicunt,epiſco
pum Albaneñ.quicquid iuris habebat in emphy
teoſim vel cenſum tradidiſſe. Vnde mirum non
eſt,ſi dicatur,per illam traditionem non ſolū vti-
le, verumetiam directum translatum fuiſſe. hoc
enim illa verba,quicquid iuris,ſignificant ſi epi-
ſcopus qui ſub illis terminis rem tradidit domi-
nium vtile & directum habebat: vtrunq; domi-
nium ſimul tranſtuliſſe videtur. Si verò nullū ius
illi in re competebat,nihil ex ea conceſsione trā-
ſtulit. l.quum hæreditatē. & quinq; legibus ſeq.
ff.de hæred.vel acti.vendi. Notat Ludo.Roma.
in.l.locus.ff.de acquir.poſ. Et quamuis ille text.
vtatur dictione, emphyteoſim.quam omnes pro
cenſu interpretantur, quæſo,dicatur mihi ſi in iu
ribus ſpiritualibus cadere poſsit dominium.ſi ve
rò talia eſſent iura in quibus dominium cauſari
poſſet,ſecundùm opin.Bald. & Iaco.de Aret.in
l.indicia. C.de rei vendica.probata tam diuturna
ſolutione cēſus,is cui ſolueretur proprietatis do
minus exiſtimabitur.l.litibus. vbi Bar.idem no-
tat. C.de agric.& cenſi. lib.xj.c.ij.extra de cenſi.
210 dicta.l.indicia. dixi in.l.j. §.j.ſuprà eod. † Sed ſi
res ſpiritualis eſt, non poteſt in pactum deduci,
dicto ca.pe.& fin. extra de pact.c.vnico.vt eccle
ſia.beneſi. neq; dominium transferri, per prædi-
cta. & præſertim abſq; ſedis apoſtolicæ cōſenſu.
Si verò ſpiritualis non eſt,& in ea dominium ca-
dere poſsit: & nulli dubium eſt apud epiſcopum
manere. Si epiſcopus dominus erat, mirandum
non eſt,ſi quum dicat ille text.epiſcopū Albanē.
in monaſterium quicquid iuris habebat tranſtu-
liſſe,dominium in accipiētem tranſtulerit nihilq;
apud eum reſeruauerit. Igitur non ex natura con
tractus cenſualis ſeu emphyteotici,ſed in vim ip-
ſius ceſsionis per illa verba factæ, quicquid iu-
ris &c. Et ſi in cognitionem conceſſæ libertatis
aliquid gratis cōcedatur, quamuis id gratuitum
propriè dici non poſſit, tamen liberalitas dici po
teſt ex parte Albaneñ.epiſcopi, dicta.l.iij. ff. de
obſeq.patro.præſtan.c.vnico.circa fin.vbi idem
notat Bal. de allod.quia epiſcopus ad conceden
dum ſeu tradendum vrgeri non poterat: ſed libe-
raliter conceſsio facta eſt,æquum non eſt libera-
litatem conceſſam reuocari, per dictum.c.conſti
tutus.niſi ex cauſa ingratitudinis.l.fina. C.de re-
uocā.dona.§.ſed non eſt alia. quæ fuit prima cau
ſa beneſi.amittē.viuo prælato tantùm,qui ingra-
titudinis cauſam commiſit.c.fin.de capit.Corra-
di. vel ſi id,quod recognitionis gratia reſeruatū
eſt,reuocari nō poteſt,in hoc releuetur, ſicuti de
principe ſuprà dictum eſt, vt aduerſus conceden
tem præſcribi non poſſit,ne accipiens de ingrati-
tudine accuſetur,dicto.§.ſed non eſt alia.dum il-
211 le text.inquit, † Sed non eſt alia iuſtior cauſa be-
neficij auferendi,quàm ſi id propter quod bene-
ficium datum fuerit,hoc ſeruitium facere recuſa-
uerit,quia beneficiū amittit. Sed quum princeps
ſeu prælatus ſic intendat rem concedere,vt reci-
piens beneficium ſeu gratiam in commiſſum nō
cadat,neque à concedente reuocari poſſit, dicta
l.hi quibus. & dicta.l.ſundi. C.de fund.patrim.
lib.xj.Non vult etiam poſſe eum qui tale benefi-
cium à principe ſeu à prælato accepit, quocunq;
tempore ceſſando poſſe præſcribere in memoriā
accepti beneficij ſeu acceptæ libertatis,vt inquit
dictum.c.conſtitutus.licet gloſ.in dicta.l.j.aliud
ſentiat,& directe contra illum text.in his verbis,
vt commiſsi metus eſſe non poſsit. Lex igitur re-
medium inuenit aduerſus negligentem ſoluere
canonem, qui in commiſſum cadere non poteſt,
vt poſsit quandocunque cogi canonem ſoluere
quacunq; temporis præſcriptione non obſtante,
dicta.l.j. C.de ſund.patrimo.lib.xj.in his verbis,
dummodo ſuis quibuſcunq; temporibus ea quæ
fiſco penſitanda ſunt repræſentare cogatur. No-
ta illa verba, ſuis quibuſcunq; temporibus. dicta
l.ius emphyteotici.eod.titu. Quare ex prædictis
elicio tres concluſiones indubias ſecundùm glo.
& Innocen.intellectum.

Prima eſt in caſu dicti ca.conſtitutus. nullum
ius epiſcopale fuiſſe in pactum deductum.

Secunda, Annuum cenſum vel emphyteoſim
ſeu præſtationem annuam in pactum non fuiſſe
deductam,ſed ſimpliciter reſeruatam. Igitur non
gratis à monaſterio conceſſum in memoriam ac-
212 ceptæ libertatis. † Alioquin conuentio ſimonia-
ca fuiſſet,quam non confirmaſſet Calixtus papa,
neque

nec Innocentius tertius autor illius decretalis, neque eam validam eſſe declaraſſet, vt ex ea colligi poteſt, in.§.quum autem. Et id notant Innocen. Hoſtien. Ioan. Andr. Anto. de Butr. & alij.

Tertia ſi nulla fuit conceſsio facta ad annuum cenſum nō poteſt ex illo text. recte elici per conceſsionem fundi ad annuum cenſum vel emphyteoſim factam in accipiētem directum & vtile dominium, trāslatum fuiſſe: imò conceſſio ipſa demonſtraret ius ſpirituale in pactum fuiſſe deductum, & vtile tantùm conceſſum eſſe, directo dominio penes concedētem remanente, dicta.l.fundi.&.l.poſſeſſores.vbiq; Bar. & Ioan.de pla.C. de fund.patrimo.lib.xj. Tu clarius cōceptum huius concluſionis declara. Aut enim in re per epiſcopum conceſſa in dominio eſſe nō poterat, aut eſſe poterat. ſi eſſe non poterat, nō poteſt dici ex ea conceſſione translatum eſſe dominium. ſi dominus erat is qui tranſtulit: & nō potuit niſi vtile in accipientem transferre, dicta.l.fundi.&.l.poſſeſſores. niſi dicas in illo tex. conceſsionem factā eſſe cum appoſitione illorum verborū, quicquid iuris &c. quæ non ſunt de natura contractus cenſualis ſeu emphyteotici: vnde ſequitur alia & ſequens concluſio.

Quarta igitur quæ plurimùm differt à præce-
213 dente, † transferens quicquid iuris habet in re ſi dominus eſt directus & vtilis vtrunque dominium concedere videtur. ſin minus, quod apud eum eſt tantum.l.ſi ſic.§.j.vbi plenius Bartol. & Alexan. poſt Din.ff.de leg.j.dicta.l.quum hæreditatem.vbi Bal.&.l.quod ſi in venditione.&.l. quod ſi ſit hæreditas.ff.de hæred.& actio.vendi. Et Specu.in titulo, de emphy.verſic.lviij. & ſeq. Vnde epiſcopus Albaneñ. quum dominus iuris epiſcopalis dici non poterat, quomodo dici poteſt ex illo tex. in monaſterium directum & vtile dominium tranſtuliſſe. Secundò, ſi dominus erat & de iure trāsferre potuerit, omnia trāſtulit propter illa verba, quicquid iuris habebat reſeruatio cenſus contraria eſt ceſsioni, dicta.l.j.&.l.fundi. &.l.poſſeſſores.vt dicam in ſequenti concluſione. Si autē vis glo.complacere, dic cenſum illum reſeruatum fuiſſe in ſignum conceſſæ libertatis, non recognitionē dominij. & ſic non poterit cōtractus cenſualis aut emphyteoticus nominari, alioquin ſimoniacus fuiſſet, ſicuti canoniſtæ omes non inficiantur. vnde cui mera ſit liberalitas, abſurdum eſſet accipientem eſſe beneficij immemorem. quare hac ratione pontifex ſtatuit accipientem non poſſe quocūq; tempore præſcribere, dicta.l.fina.C.de fund.limitrop.l.ſi qua loca. C.de fund.& ſalti.rei do. dicta.l.j.&.l.fundi. & l.ius emphyteotici.C.de fund.patrimo.lib.xj. Et dicta.l.comperit.C.de præſcrip.xxx.anno.gloſ. in dicta.l.longa.ff.de mor.infer. hoc idem notāt Innoc.Hoſti.Ioan.Andr.& Anto.de Butr.in dicto ca.cōſtitutus.vnde quoquomō interpreteris non poteſt de iure.glo.interpretatio ſubſiſtere.

214 Quinta, & † ſi is qui rem tributariā poſſederit collatione annuæ pēſionis facta, à poſſeſsione & dominio remoueri non poſſit, per ſupradicta: ob id tamen dominium rei non acquirit, dicta.l.cōperit. Et melius in.l.male agitur.C.de præſcript. xxx.anno.in his verbis, aut annis omnibus ſuper dominio ſuo publicè proteſtari, dicta.l.iubemus magna.C.de fun.patrimo.lib.xj. Neque illud eſt in emphyteota aut conductore vel cenſuali principis ſingulare, verumetiam in emphyteota priuati hoc obtinet, vt non præſcribat. dicta.l.male agitur.&.l.quum notiſsimi.§.primo.C.de præſcriptio.xxx.annorum.

215 Sexta, habēs † fundum in emphyteoſim aut ad cenſum à principe, abſque metu commiſsi poſsidet, quamuis à ſolutione canonis ceſſauerit, dicta l.fundi.C.de fund.patrimon.lib.xj. Idem dico ſi autoritate pontificis conceſsio fiat, quæ aliàs fieri non poteſt, vt in caſu.c.veniens.extra, de tranſactio. At in dicto.c.conſtitutus. de relig.domib. conceſsio iuris epiſcopalis fieri non poterat, ſiue per pactum aut tranſactionē per epiſcopum Albaneñ.niſi conſenſus pontificis acceſſiſſet, dicto ca.veniens.& dicto.c.vnico.extra, vt eccleſi.beneſic. Non mirum ſi pontifex dixit, non potuiſſe monaſterium Criptæferratæ illam penſionē aduerſus epiſcopum Albaneñ. præſcribere, quaſi conceſsio à pontifice facta eſſet. Et ob id Innocētius tertius monaſterium ad ſolutionē dictæ penſionis non obſtante lapſu temporis quadraginta annorum coegit, iuxta.l.comperit.C.de præſcriptio.xxx.anno. omni etiam temporis diffinitione ceſſante, per illum text.l.j.C.ne rei domin.vel templo.& dicto ca.conſtitutus.

Ex quibus liquidò conſtat dictum.c.conſtitutus.non plurimum iuuare eorum ſententiam, qui dicunt per conceſsionem ad cenſum annuum ſeu præſtationem annuam factam acquiri & vtile & directum dominium: quum hoc ille text. non dicat. Imò ſicuti pleno ore confitentur, vt ex prædictis videri poteſt, dicunt nullam factam eſſe conceſsionem per epiſcopum Albaneñ. ſeu dationē ad cenſum vel emphyteoſim, ſed ſimpliciter trāſlationem totius iuris ſui feciſſe in abbatē Criptæferratæ, nulla etiā penſione reſeruata, ſed per abbatem epiſcopo gratis oblatam. licet inter ſe pugnent verba conceſsionis epiſcopi & verba deciſionis pontificis: quoniā verba cōceſſionis velle videntur formam pacti & conſtitutionis penſionis obtinere, dū dicitur, in emphyteoſim ſub annua octo denariorū penſione monaſterio veſtro conceſſa. verba autem deciſionis papæ contrariū affirmare videntur, dum in ea dicitur, gratis accipiamus cenſum gratis oblatum. ſecundùm quæ verba clarè patet nō factam fuiſſe conceſsionem ſeu traditionē ad cenſum vel emphyteoſim quare vana erit canoniſtarum concluſio dicentium
216 † per conceſsionē ad annuū cēſum transferri dominium: quum omnes negant ſic factā fuiſſe con

ceſsionem, vt ſimoniacã labem excuſent. vel me-
lius euitent. Secundò, alia conſideratione, vt ille
text. debeat in caſu ſuo tantùm recipi, videlicet
quum concedens non ſimpliciter ad cenſum fun
dum tradit, ſed quando quicquid iuris in fundo
habet ſpecifice & nominatim transferre vult, &
non aliàs, per ſuprà dicta, & nunc nunc apertius
declarabimus. Nec obſtant, vt vides, illa verba,
quicqd iuris &c. duplici ratione. Prima eſt, quo-
niam per ea non poteſt dici directum neq; etiam
vtile dominium transferri, niſi is qui ſic trãſfert,
directum habeat & vtile, vt dixi per. l. ſi ſic. §. j. ff.
de lega. j. &. l. quod ſi ſit hæreditas. ff. de hæredi.
vel actio. vendi. l. j. vbi per Angel. C. de euictio.
217 & animum habeat concedens transferẽdi. † Sed
clarum eſt, epiſcopum non habere iuris epiſcopa
lis directum neque vtile dominium, dicto ca. ve-
niens. extra, de tranſactio. c. ij. extra, de capel. mo
nach. igitur &c. Secunda, quia concedens in em-
phyteoſim vel in cenſum annuum, directum do-
minium non transfert ſimpliciter ad annuum cẽ-
ſum concedendo, ſed vtile tantùm, dicta. l. oẽs.
&. l. poſſeſſores. & dicta. l. fundi. vbique Bar. C.
de fund. patrimo. lib. xj. dicta. l. male agitur. &. l.
comperit. in his verbis, de poſſeſsione quidẽ rem
ſeu dominium nequaquam remoueri. Et melius
in dicta. l. quum notiſsimi. §. fin. verſi. nulla. C. de
præſcript. xxx. anno. dum ait, nulla danda licẽtia
vel ei qui iure emphyteotico rem aliquã per qua
draginta vel per quoſcunq; alios annos detinue-
sit, dicendi ex tranſacto tempore dominium ſibi
in eiſdem rebus quæſitum eſſe: quum in eodem
ſtatu ſemper manere datas, iure emphyteotico
res oporteat. Et in verſi. ſeq. dum ait, ex quocũq;
temporum curriculo non debere ſe domino vo-
lenti recipere poſt completa conductionis tẽpo-
ra poſſeſſionem eandem reddere. Quare ex his
vera erit ſecunda cõſideratio ſuprà relata, vt per
conceſsionem ad annuum cẽſum vel perpetuam
emphyteoſim non transfertur vtile & directum
dominium, niſi concedens quicquid iuris habet
transferat, dicto. c. conſtitutus. & poteſtatem ha-
beat transferendi.

Si directum dominium non transfertur, rema-
nebit igitur eadem cauſa apud concedentem. Et
per illam. l. quum notiſsimi. §. fina. dicere ſoleo
218 † Cano. in cle. j. de reb. eccleſ. non alienan. mira-
biliter deceptos eſſe: dum dicunt per locationem
ad decennium transferri dominium, quum id ve-
rum non ſit, per illum text. & dictam. l. male agi-
tur. C. de præſcript. xxx. anno. dicitur enim in di-
cta. l. fina. vel conductori ſeu procuratori rerum
alienarum dicendi ex quocunq; temporum curri
culo &c. Et in dicta. l. male agitur. diu alienas res
retinendo ius ſibi proprietatis vſurpet. & dicta. l.
j. verſi. qui in perpetuum. & non verbum, perpe-
tuum. &. l. fin. ff. ſi ager vectiga. &. l. non ſolet. ff.
loca. & conduct. adde. l. j. C. de iure emphyt. ius,
inquit, emphyteoticarium, neque conductionis,
neq; alienationis eſſe titulis adijciendum, ſed hoc
ius tertium ſit conſtitutum ab vtriuſq; memora-
torum contractuum ſocietate &c. §. alienationis.
in verbo, non procul. in authent. de non alie. reb.
eccle. colla. ij. tranſeant hæc cum cæteris Canoni-
ſtarum erroribus, quos totus mundus obſeruat.
Debuit enim pontifex alijs rationibus moueri:
tamen quia placet legislatori, cui licuit in rebus
eccleſiaſticis legem quam voluit imponere, ideo
tene eam. Hæc ratio plurimùm vrgere videtur ꝑ
219 his † qui dicunt, debere eum, qui à duobus domi
nis inquietatur, quorum vnus feudi dominus eſt,
alter verò cenſualis, debere potius feudi domino
gratificari, & nõ modo gratificari, ſed eum in do
minum agnoſcere quàm cenſualem. Moti, quo-
niam vaſallus negando feudalem dominũ, feudo
ſe facit indignum. Qui verò canonis ſolutionem
facere negligit aut recuſat, re priuari non poteſt.
Quamobrem magis expedit feudi quàm cenſus
dominum recognoſcere. Hæc ratio ex inconue-
nienti arguit: ſed abſq; ratione iuris eſt. Imò non
eſſet concludens, ſi glo. innitamur. in dicta. l. fun-
di. C. de fund. patrimo. lib. xj. in verbo, diſſoluãt.
quæ vult eos propter ceſſationem ſolutionis cen
ſus cadere in cõmiſſum. Cuius opinionis eſt Ho-
ſtien. in dicto ca. conſtitutus. per ca. literæ. extra,
de dilatio. Et Accurſ. alleg. pulchrum text. in. l.
vectigalia. §. nondum ſolutis. ff. de publica. & ve
ctiga. & in. l. quæro. §. inter. ff. loca. & conducti.
vbi etiam in conductione, locus eſt commiſſo. ſi
conductor biẽnio ceſſauerit. Idem in. l. quum do
mini horreorum. ff. loca. & conduc. Imò plus do
minus propria autoritate colonum expellere po
terit. l. colonus. ff. eo. notat Cin. in. l. ij. C. de iure
emphy. Et ratio huius eſt, quoniam locatio ſic fie
ri ſolet, aut facta intelligi debet, etiã ſi perpetuò
facta fuerit, quãdiu penſio ſeu reditus præſtetur.
§. adeo. Inſtit. de loca. & conductio. &. l. j. in prin
ci. ff. ſi ager vectiga. & dicta. l. quum domini hor
reorum. quantomagis in re eccleſiæ dicẽdum eſ-
ſet, authent. qui res. C. de ſacroſanc. eccleſi. c. hoc
ius porrectum. §. qui rem. x. q. ij. notatur in cã. li-
teræ. extra, de dilatio. & in. c. fina. extra, de cauſa
poſ. & proprie. Sed in cõceſsione quæ perpetuò
fit à principe ſecus eſt, dicta. l. fundi. C. de fund.
220 patrimon. † Non enim ſine principis autoritate
curator reipublicæ vel fiſci rem cõductam aufer-
re poteſt. l. cotem ferro. §. agri. ff. de public. & ve
ctiga. De quo in. l. fin. in princi. ff. de iure fiſci. Et
licet Henric. bohic. in dicto. c. conſtitutus. extra,
de relig. domi. reiecta opi. Hoſtien. adhæreat In-
nocen. vt quantocunq; tempore ceſſet quis à ſo-
lutione cenſus, rem cenſuariam non amittat, per
illum text. Cui addit Henri. Bohic. etiam ſi cẽſus
præſtetur in recognitionem dominij: hoc falſum
eſt per prædicta. Nam per capillos, vt vidiſtis, tra-
hunt dictum cap. conſtitutus. quum intelligi non
poſsit de re in qua dominium cadat, ſed de re ſpi
rituali quæ inalienabilis eſt de iure, ſecundùm
Ioan. And.

Ioan.And.poſt Hoſti.in eod.c.per.c.non liceat.
xij.q.ij. Et Archi.in dicto.c. hoc ius porrectũ.§.
221 quod ſi res.x.qõ.ij: † Licet ſpiritualia iura veluti
decimæ & fructus beneficiorum ad firmam ſeu
cenſum annuum præſtari poſsint & ſolent, vt in
dicto.c.quærelam.extra, de iureiuran.c.ij.extra,
de capel.monacho. & toto titulo extra, de cenſi.
Non facio dubium quin aliqua in ſignum ſupe-
rioritatis per concedentem reſeruari poſsint, vt
voluit Hoſti.in dicto.c.cõſtitutus.& rectè. Simi-
liter in dicto.c.recepimus.extra de priuileg.c.cõ
querente. extra,de offi.ordina.c.quum venerabi-
lis.& ca.olim.extra,de cenſi. ca.magnæ.§.quum
agitur.extra,de voto & voti redẽptione. & con-
ceſsio ſic facta non ſit reuocabilis propter defe-
ctum ſolutionis, dicto.§.ſemel. Inſtitu.qui & ex
quib.cauſ.& præſertim ſi conceſſio illa autorita-
te papæ ſit confirmata, vt in dicto.c.conſtitutus.
& dicto ca.recepimus.vel à principe, vt dixi per
dictam.l.fundi.C.de fund.patrimo.lib.xj.& ſine
metu commiſsi poſsideant:ita tamen quod prin-
ceps ex aduerſo conſequetur quod ſibi reſerua-
uit,quamuis quadraginta annis à ſolutione ceſſa-
tum fuerit. Non enim canonem præſcribunt,di-
cta.l.comperit.&.l.male agitur. C.de præſcript.
xxx.anno. Si autem ſequi velis Accurſ.opin.ab
omnibus approbatam in dicta.l.fundi.in verbo,
diſſoluant.reiecta interpretatione noſtra, quam
ad illam legẽ ſuprà diximus, non ſolum vera eſt,
ſed neceſſaria,per ſuprà dicta.

Qua ſic vera exiſtente, ratio quæ in feudi do-
mino concludit,eadem in cenſuali neceſſariò re-
222 cipienda eſt. † ſicuti enim vaſallus negans domi-
no iura feudi,indignũ feudo ſe facit:ſimil'r & cen-
ſualis cadit à re cenſuali,ſi cẽſus dñm negauerit.

Ex hac concluſione alia iuris cõcluſio neceſſa-
riò ſequitur,& quidem ineuitabilis. Si fundi poſ-
ſeſſor ab vtroq; dominorum conuẽtus re priuari
debeat ꝓpter vtriuſq; negationẽ,durũ eſſet et ab
omni iure alienũ,vt is qui à duobus directis do-
minis diuerſo iure directũ rei dominiũ inſolidũ
cõtendẽtibus cõuenit, ſiue feudalis vterq; ſit,ſi-
ue vnus feudalis & alter cẽſualis,vtriq; teneri re-
ſpõdere,eumq́; illaqueari. Quod ꝓlibet Vlpia-
nus Iurecõſultus:& ob id dicat neutri dominorũ
teneri reſpondere.hoc dicit in.l.& quia.ff.de in-
terrog.actio.in qua diligẽter rationẽ illius legis,
mea opinione,iuſtitia & æquitate plenã conſide-
ra.Ne,inquit,aut negando ſe hæredẽ præiudicet
ſibi,aut dicendo ſe hæredẽ illiget,etiã ablata ſibi
hæreditate. Sic in ꝓpoſito themate ne à duobus
directis dominis conuẽtus vnũ in dñm recogno-
ſcẽdo ſibi præiudicet ablata ſibi re, ſi cõtingeret
alterũ obtinere.Iure igitur ad reſpondendũ cogi
non poteſt, alterum dominorum agnoſcẽdo per
rationem Iureconſulti Vlpiani ſuprà relatam.

Non diſsimilis ratio poſita eſt in.l.fi.C.ſi pen-
223 den.appel.mors interue. † Ne,inquit,ignorãtes
negotiũ vel etiã ſuper adeunda hæreditate dubi-
tantes priuſquã aliquod cõmodum ſentiãt dãnis
affici cõpellantur. Glo.eſt in.l.ſi à te.in princi.in
verbo,nihil poſsidebat. ff.de excep.rei iudi.quã
glo.Paulus de caſ.ſingulariter notauit,eo quod,
inquit Paul.poſt glo.captioſæ ſunt tales interro-
gationes:quoniã in quãcunq; partẽ reſpondeat,
in laqueum incidit. Non diſsimilis gloſ. in.l.qui
iuraſſe.§.ſi pater.in verbo,acquiſiſti. ff.de iureiu-
rando.vbi Bal.addit Archid. in.c.ex pœnitenti-
bus.l.diſtinc. Caueat igitur reus conuẽtus quan-
tum poterit, ne vnum aut alterum recognoſcat,
propter illud dubium, ſi poſt negationẽ alterius
dominorũ probatum fuerit aduerſus eum,res ab
eo auferatur.c.fin.de lege Corra. Et dicit Innoc.
in.c.prout.extra,de dolo & contu.Si is qui de iu-
re poſitioni non tenetur reſpõdere:ſi male reſpõ-
deat,ſibi præiudicat, per illum text.in verbo,re-
ſpondit.&.l.ſi ſine.&.l.de ætate.§.qui interroga-
tus.ff.de interrog.actio. l.ſi poſtulauerit.§.quæ-
ſtioni.ff.ad.l.Iuliã de adulter. Sublimitat Bal. in
dicta.l.ſi ſine. niſi cum proteſtatione reſpondeat
per.l.prætor.in princi.ff.de dam.infec.licet Bar.
in.l.fina.colum.pen.ff.de his quib.vt indig.con-
trarium dixerit,motus primò, per.l.Marcellus.
§.j.ff.rerum amota. l.lex Cornelia. §.hac lege.ff.
de iniur.l.iij.§.j. ff.de iureiurand.l.non intelligi-
tur.§.tacite. ff.de iure fiſci.iuncta gloſ. in verbo,
probationibus. Et dicit gloſ. per confeſsionem.
224 † Secundò,inquit Bartol. tenetur interrogatus
reſpondere an poſsideat,vel dolo deſijt poſside-
re.l.quoties.§.prætor.ff.de noxa.actio.l.qui pe-
titorio.ff.de rei vendicat. Non obſtat,ſecundùm
eundem Bartol. quod Canoniſtæ dicere ſolent,
neminem teneri ſeipſum prodere. quanquã nihil
allegent,eſt text.in:c.ſi peccauerit.ij.q.j.& in ca.
quis aliquando.§.his autoritatibus.de pœnitẽ.di-
ſtinc.j.dicam in.l.pen.infra eo.Quoniã Canoni-
ſtæ,ſecundũ eum, dicant vnumquenq; teneri ſe-
ipſum accuſare ſeu poſitioni de crimine factæ re-
tentionem beneficij impediente reſpondere.alle-
gans Ioan.And.in.c.dudum.ij.extra,de electio.
& in.c.inquiſitionis. extra,de accuſa. dicam ple-
nius in.l.pen.infra eo.& reſpondet Bar.l.qui iu-
raſſe.§.ſi pater.ff.de iureiurã.&.l.ſi à te.ff.de ex-
cep.rei iudica.quia in eis reus de re per ſententiã
aut iuramentum deciſa interrogabatur,quod in-
decens eſt.l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.in fi-
ne.ff.de iureiuran.aliter Barto.reſpondet diſtin-
guendo in dicta.l. Marcellus. §.primo. ff.rerum
amota. & in.l.ſecunda. §. quod obſeruari. C. de
iureiuran.propter calum.dando. Aut,inquit, ex
delicto ſuo vult aliquis cum aliena iactura locu-
pletari:& iurare tenebitur, dicta.l.Marcellus.&
l.quoties.§.prætor.ff.de noxa.actio.et.l.non in-
telligitur.§.tacitæ. ff.de iure fiſci.dum gloſ.illic
225 dicat,ſecundùm eundem, † per partis confeſsio-
nem tacita fideicõmiſſa detegi. Igitur reſpõdere
tenetur,niſi tractaretur de re per ſentẽtiam aut iu-
ramentum deciſa,dicta.l.qui iuraſſe.§.ſi pater.&

dicta.l.ſi à te.in princ.c.j.de litis conteſt.in.vj. Si
autē de lucro non certat,cui crimē imponitur ve
luti ſi excipiatur de periurio aut excōicatione:&
reſpōdere nō tenebitur. l.idemq́. §.generaliter.
ff.manda.l.trāſactionis. C.de tranſactio. huic di
ſtinctioni ſubſcribūt ſe Moder.in dicta.l.qui iu-
raſſe.§.ſi pater.Flori.de ſancto Petro. in dicta.l.
quoties.§.prætor.ff.de nox.act.poſt Archi.in di
cto.c.ex pœnitētibus.per illū text.l.diſtin.& In-
noc.in dicto.c.dudū.ij.extra, de electio.vbicūq;
enim,ſecundū eos,graue eſt delictū irregularita-
tem inducēs,interrogatus reſpondere tenet́. Cui
adde glo.Bal.& Moder.in dicta.l.ij.§.ſed quod
obſeruari. C.de iureiurā.propter calū.dando.c.
ſi.vbi per glo.& Archi.xxiiij.diſtin.Ioā.de Imo.
in.l.in tacitis.ff.de leg.j. Dicit autē Flori.in dicta
l.quoties.§.prætor.licet iudex partē interrogare
poſſit,non autem pars,niſi pars aliquid ponat.al
226 leg.glo.in.c.iudicantē.xxx.q.v. † Aduerte quæ
quid ipſi dicāt,licet pars nō interroget,tamen ad
partis inſtantiam iudex poteſt interrogare,ſecun
dum dictā.l.quoties.§.prætor. ff.de noxa.actio.
dum ille tex.ait,vtrū actor volet vel iurare iube-
bo.in poteſtate ſua nō eſſe ſeruū neq; ſe dolo fe-
ciſſe,quominus eſſet:vel iudiciū dabo ſine noxæ
deditiōe. Nota illū tex.in his verbis,vtrum actor
volet.de quo dic vt per glo.& Bar.in.l.j.per illū
tex.ff.de interrog.actio.Innoc.& Anto.in dicto
c.dudum.ij.extra,de electione.Specul.in titu.de
poſitio.§.vnus.verſi.xix.Pro Bar.videtur tex.in
l.ij.§.itē diui fratres.ff.de iure fiſci.dum ille text.
inter cauſas ciuiles & criminales diſtinguit, vt in
ciuili omnia fiſco edantur, nō in criminali.tex.in
l.lex Cornelia.§.lex Iulia. ff.de iniur. Cuius me-
minit Bar.in dicta.l.Marcellus.præſertim,ſecun
dùm eundē,quando de veritate interrogatur:nō
autem de credulitate, eo quòd credere non facit
delictum eſſe quod non eſt,& econtra. l.inter o-
mnes.§.recte.ff.de furtis.

Sed contra Bart. videtur obſtare tex. in.l.qui
ſeruum. ff.de inter.actio.melius.c.quoſdam.vbi
idem notat Feli. poſt glo.ſecundā.extra,de præ-
ſumptio.inquit tex.ille, Aphrica qualiter morta-
litate & languoribus vaſtetur,quanto viciniores
227 eſtis,credo qđ ſubtilius cognouiſtis. † Ex hoc
gloſ.infert, dū aliquis interrogatur an credat vel
non,ei tempus non datur ad reſpondēdum,quia
ex præſumptione credulitatē ſuam cōfirmat. De
quo aliquid per eundē Bar.in.l.genero. ff.de his
qui notā.infa.præſertim quādo ex proprio facto
interrogatio fit: quum vnuſquiſque de eo certus
eſſe debeat.l.quum falſum.ff.de acquir.hæredi.

Ego verò ſuccincte quid ſentio,aperiā. In pri-
mis dico interrogatorias actiones ſublatas eſſe,
vt nō niſi ex probatione quæ à parte fit, hodie iu
dicium reddi debeat.l.j.§.fi.ff.de interrog.actio.
excipiuntur illhic per glo.vndecim caſus. Sed in
eis interrogationes in præparatorijs actionū iam
quæſitarū ſolum admittūtur, vt qui agere volūt,
qualitatē actionis præparatæ exequi poſſint, ve-
luti in actione ad exhibendū.l.j.ij.&.iij.in princ.
&.§.eſt autem perſonalis. &.§.ſeq. ff.ad exhibē.
l.j.&.ij. ff.de liber.homi.exhiben l.j. ff.de liber.
exhiben.l.requirendi. C.de ſer.fugiti.l.j.§.j.ff.de
ſer.fugiti.l.j.§.j.ff.de ſer.fugiti.vel interdicto,de
tabulis exhibendis.& de exhibēdis reis.De qui-
bus in ſuis titulis.ff. C.& authenti. Omnes enim
illæ actiones demonſtrare ſolent qualiter ordina
ri debeat fundamentum actionis præparatæ intē
tatæ vel intentandæ.Intentatæ,vt in.l. qui petito
rio.ff.de rei vendic.l.ij.cum duabus ſeq.ff.de in-
terrog.actio. dicta.l.quoties.§.prætor. ff.de no-
228 xa.actio. † Nam quum hæredes pro hæreditarijs
portionibus tantùm conueniri poſſunt. l.j. C. ſi
certum peta.l.pro hæreditarijs. C.de hæred.acti.
expedit eos prius interrogare pro qua parte hæ-
redes ſint, vt debitum hæreditarium pro contin-
gente parte tantùm petatur & ſoluatur, neq; in-
certa ſit actio contra eos nata,dicto.c.cōſtitutus.
in verbo,ad ratam. de religio.domi.l.ij. &.iij.ff.
de interroga.actio.ob id gloſ.in.l.j.in verbo,ne-
ceſſaria.in fi.ff.ad exhiben.dixit illam actionē ad
exhibendū ſimul cum alia actione,cui agens vult
eam deſeruire,debere eodē libello ꝓponi: prius
tamē de exhibitione cognoſcendū erit.l.iij.§.ſciē
dum.&.§.ſi quis noxali.verſicu.quid enim.ff.ad
exhiben.Et in ea fiant interrogationes præambu
læ ſecundum eam,per.l.j.§.j.&.l.de ætate.§.ij.ff.
de interrog.actio. De hac tamē dic vt in.l.edita.
C.de edē.per Cinū in.l.ordinarij.in ſecūda quæ-
ſtione.C.de rei vendi.Ange.Areti.& Moder.in
§.præterea.Inſti.de actio.vbiq; Cin.Ang.& Mo
der.diſtinguūt inter actionē ad exhibendū reſti-
tutoriam,& exhibitoriam,vtilem & regularem.

Sentio cum glo.in dicta.l.j.ff.de interro.actio.
vt debeant ſimul proponi:ſed quantum ad proſe
cutionem erit de præambula diſcutiendum.

In primis mouet me,dicta.l.quoties.§.prætor.
ff.de noxa.act.dum tex.ait, vtrū actor volet &c.
Secundò.l.ij.ff.ad exhibē.dum Iurecōſultus diſ-
229 finit quid ſit exhibere. † Et dicit exhibere eſſe fa
cere in publico poteſtatē,vt ei qui agit experiēdi
ſit copia.Nota verbū,agit.&.l.locū.§.hoc inter-
dictū.ff.de tabu.exhibē.dum ait,vt ex autoritate
eius ſignatores ammoniti venirēt ad recognoſcē
da ſigna.& in.l.j.ff.eo.de tabu.exhi.Tertiò cum
difficultate poterit iudex cognoſcere, an agentis
ad exhibendū interſit rem exhiberi,niſi ex actio-
ne ꝓpoſita: quū hoc prius ſummatim cognoſce-
re debeat iudex,dicta.l.iij.§.ſciendū.verſ.iudex.
&.§.ſi quis noxali. verſ.qđ ex cauſa.ff.ad exhib.
nec obſtat ſi dixeris,in fi.dicti.§.ſciendū. proba-
ri agentē actione ad exhibēdum,vendicationem
nō habere,quia nō ad id ſolū, id eſt,ad vendican
dum detur,ſed etiā ad optandū vel vt alius opter,
dicta.l.iij.§.eſt autē perſonalis,de qua iudici con
ſtare debet,dicto.§.ſciēdū. aut quod aliàs ex alia
cauſa intereſſe poſsit,quod per libelli traditionē
declarari

declarari debet.§.ſi ad exhibēdū. Inſti.de offi.iu
di.Qui ſumptus eſt ex.l.iij.§.ſi mecū.verſ.elegā-
ter.ff.ad exhib. Et hoc dic quātū ad effectū actio
nis interrogatoriæ ſeu in factū q̄ loco eius ſucce-
deret,vt meminit gl. & Bar.poſt eā in.d.l.j.ff.de
interro.act.hoc vult.d.l.ordinarij. C.de rei vēd.
230 dū ait, † mācipiorū orta q̄ōne,ſcilicet rei vēdica-
tionis,prius exhibitis mācipijs de poſſeſſiōe iudi
cet̄. Et ſic de ordine tātū iudicij tractat in his ver-
bis,prius exhibitis.ſed q̄n orta q̄ōne,inquit,et ſic
cauſa exhibitiōis ſimul cū rei vēdicatione,in qua
exhibitio fieri debet,deſideraretur,vt illis exhibi
tis de poſſeſſorio iudicet̄. Demū ſup petitorio in
quo ſatis cōuenit,d.l.q petitorio.ff.de rei vēdic.
Ego idē dico in alijs vndecim caſibus per glo.
enumeratis.in dicta.l.j. ff.de interro.actio.pbat̄
in.l.ij.&.iiij. ff.de interro.actio. in.l.ij.dicit̄ diffi
cile eſſe ei qui hæredē bonorum've poſſeſſorem
conuenit probare aliquē eſſe hæredē vel bonorū
poſſeſſorē. Secundò in.l.iiij.dū prætor eum, qui
conuenitur, aſtringere voluit ex ſua in iudicio re
ſpōſione. Nota in.l.ij.verbū,cōuenit. & in.l.iiij.
verbū,cōuenitur.& verbū,in iudicio.Idem in di
cta.l.quoties.§.prætor.& in.l.qui ſeruū. §.in iu-
re.eo.tit.ff.de interrog.acti.dicitur,in poſſeſsio-
231 nem actor mittatur. Hæc forma erit, † aget enim
in tertiū detentorē rei vēdicatione,quia rem deti
net,& vt dominiū rei pbare poſſit, poſtulabit rē
exhiberi,vt ea exhibita à teſtibus recognoſci va-
leat.l.locū.§.hoc interdictū.ff.de tabul.exhib.&
d.l.iij.§.ſi quis noxali.ff.ad exhibē.in his verbis,
actor verò deſignare nō poſſit,niſi ex p̄ſentibus.
Ego nouiſsime pōdero dictā.l.j.§.interrogato-
rijs. ff.de interrog.actio. Interrogatorijs,inquit,
actionibus hodie nō vtimur: quia nemo cogitur
ante iudiciū de ſuo iure aliquid reſpō dere. Ecce
quomodo interrogatiōes ſeu poſitiones fieri nō
debēt,niſi poſt cœptū ſeu intētatū iudiciū princi
palis actionis.licet poſitiones ab interrogatorijs
differre oēs aſſerāt poſt Bar.in.d.l.ij.§.q̄d obſer
uari.C.de iureiur.prop.calū.dādo. Eundē in re-
petitione.l.vbicūq.ff.de interro.acti.poſt Spec.
in tit.de poſitio. Ioan.And.in.c.j.de cōfeſ.in.vj.
Glo.Cin.& Bald.in.l.ij.§.quod obſeruari. C.de
232 iureiur.prop.calū.dādo. † Et quāuis differētiam
inter poſitionē & interrogationē cōſtituāt, mihi
autē differre nō vident̄:licet fortè dicat ſuper po
ſitione interrogationē fieri, vnde reſtat obiectio
Bar.& aliorū reſpōdere.In primis dn̄ Bart.in.d.
§.q̄d obſeruari. per interrogationē dicat actorē
nihil affirmare aut negare, per poſitionem verò
quicquid ponit cōfitet̄ aut negat. Hæc nō videt̄
mihi vera differētia. Oportet em̄ interrogantē ad
effectū probationis faciēdæ neceſſariò affirmare
aut negare,dicta.l.j.§.fi.ff.de interro.actio.dicit̄
in ea,ſed tantūmodo ad pbationes litigatoribus
ſufficiūt ea quæ ab aduerſa parte expreſſa fuerint
apud iudices.& in.l.ij.eiuſdem tituli dicitur,edi-
ctum de interrogatorijs prætor propoſuit, quia
ſciebat difficile eſſe probare aliquē eſſe hæredē.
& in.l.iiij.dicitur,ex interrogatione certioretur.
233 † Nam qui quærit ab hærede p quota parte hæ-
res ſit,iam affirmat hæredē:alioquin fruſtra age-
ret ſeu eum cōueniret hæreditaria actione ſi cum
hæredem non diceret. Sed quum ignoraret pro
quota parte eum vt hæredem ſeu poſſeſſorē con
uenire debeat, quum nō niſi pro portione hære-
ditaria cōueniri poſsit, vt ſuprà dictum eſt per.l.
pro hæreditarijs.C.de hæred.actio.l.j. C.ſi certū
peta.actor rogat eum quē conuenit pro qua par
te hæres eſt. Idem in cæteris dicendū eſſe cenſeo.
addo.l.j.in princ. C.de iureiur.prop.calū.dādo.
in his verbis,niſi prius qui eas expoſcit, iuramen
tum de calūnia præſtauerit quòd non cauſa diffe
rēdi iudicij huiuſmodi allegationes pponſuit. idē
in dicta.l.ij.§.quod obſeruari.ibi,conuenit eū &
ipſos iureiurādo affici.& verſ.& licet tamē quod
quiſq; credit & exiſtimat hoc eſſe iurandum. Ex
quo text.Accurſ.inductā eſſe ait iudiciorū cōſue
tudinē quærēdi ſeu interrogādi,credis vel nō cre
dis quod petitur recte peti ſeu non per calumniā
peti.Et id,ſecundū eum,& recte,probatur in di-
cta.l.ij.in princ.& authēti.in iſto.& authēti.prin
cipales. C.de iureiur.pter calū.dando. in dicta
l.ij.dicitur,niſi poſt narrationē & reſponſionem.
Glo.ſequuntur Cin.Bar.Bal.& om̄es in locis ſu
prà memoratis.Nam & illhic Bar.confitetur for
mam poſitionum collectsm eſſe ex ratione dictæ
authēti.in iſto ſacramēto.& ex.c.j.de litis cōteſt.
in.vj.&.c.j.de confeſ.eo.lib. Et quāuis Iuſtinia-
nus:dicat hac iuramēti formā & poſitionū reſpō
ſionē pro reipublicæ beneficio inueniſſe,vt nō li
ceat eā remittere, dicta.l.ij.§.ſed quid veremur.
234 C.de iureiur.pp.calū.dādo. † Neſcio an malitia
tēporū vel hominū hæc poſitionū forma in peſtē
tam grauē cōuerſa ſit. Porrò nō exiſtimo Galliæ
ſubditos duriore flagello affligi potuiſſe. Ex ea
nāq; magnū iudicibus aucupium præparatū eſt,
quod pluribus exitio eſt. Expilātur enim ſubditi
iſtiuſmodi poſitionum formulis,animæ paſsim il
laqueantur periurijs,ſcatet veluti ſpurca maledi-
ctorum cloaca:neq; maior extorquēdi nūmi licē
tia conceſſa eſſe videtur. Ceſſet quæſo tam dira,
tamq; ſæua pecuniæ libido:deiurio via præcluda
tur,ne leges quæ periuria puniūt, viam periurijs
aperiāt.l.ij. C.de indi.vid.tollē.ne've etiam dein
ceps ſubſtātia ſubditorum, lucrum iudicibus aut
eorū officijs fiat,inquit tex. in.§.fi.in authenti.vt
nul.iudi.liceat habe.loci cōſerua.colla.ix. Cæte-
rùm difficile eſſe puto,prô dolor,tā ardentē auri
famē & rapidā inſaniē longiſſima præſcriptione
inueteratam & ambitam ex opi. hominum euelli
poſſe.Placeret vtiq; Calixtrati ſentētia ad proba
tiones debere litigatoribus ſufficere,quæ ab ipſa
parte inueniūtur iudicibus expreſſa. Nūc ad inſti
235 tutū reuertamur.In ea ſentētia reſideo, † cauſam
poſitionū ab interrogatorijs nō differre,per præ
dicta,neq; poſitiōis diffinitionē recte à Bar.factā

eſſe in dicta.l.ij.§.quod obſeruari. C.de iureiur.
propter calum.dãdo. Poſitio,inquit, eſt alicuius
particularis rei ad cauſam pertinentis aſſertio ad
differẽtiã libelli litis'ue cõteſtationis iuramẽtiq́
de calũnia. quaſi Bart.ex ea ſumere velit poſitio-
nes vniuerſaliter ſeu pro rebus vniuerſalibus ꝓ-
poni non poſſe,neque interrogatorias actiones,
pro particularibus cauſis fieri poſſe : quod verũ
eſſe non exiſtimo. In primis in iudicio vniuerſali
hæreditatis ponitur reum conuentum hæredem
eſſe vniuerſalem ſeu totius hæreditatis poſſeſſo-
rem, ſi reus conuẽtus petitione hæreditatis ſe hæ
redem eſſe negauerit, vel ſi quæſtio eſt,an conuẽ
tus noxali iudicio vel de peculio ſerui dominus
ſit vel non ſit:an etiam pater filiũ in poteſtate ha-
beat vel non habeat,vt in dicta.l.j.in princi.&.l.
ij.&.l.qui interrogatur.l.ſi defenſor.§.qui inter-
rogatus.§.illud.&.l.non alienum eſt. Et pleriſq́
alijs legibus tituli.ff.de interro.acti.Quare verũ
eſſe nõ poteſt quod iudex interrogationẽ faciat,
pars verò poſitionem:atq́ ob id interrogatio illa
ratione à poſitiõe differat.Quoniã eis plurimùm
obſtat dicta.l.quoties. §.prætor.ff.de noxa.acti.
in qua Bar.& alij qui ſuæ fuerunt ſentẽtiæ moue
236 bantur. † Dum in ea dicitur,ſi is in cuius poteſta
te eſſe dicetur,negauerit ſe in ſua poteſtate ſeruũ
habere:vtrũ victor volet vel iurare iubebo in po
teſtate ſua eſſe ſeruum , neq́ ſe dolo malo feciſſe
quominus eſſet, vel iudiciũ dabo ſine noxæ dedi
tione. Ecce quomodo interrogatio fit à iudice
non ad partis poſitionem. Idem in alijs dicẽdum
eſt.Nam licet poſitio à parte fieri poſsit,interro-
gatio ſeu iuramentũ quod ab aduerſa parte exigi
tur,non à parte ſed à iudice deſideratur,dicta.l.j.
§.fina.ff.de interroga.actio.in his verbis,quæ ab
aduerſa parte expreſſa fuerint apud iudices. &.l.
iiij.in princi.eo.titu. ibi,ex ſua in iudicio reſpon-
ſione.&.§.quod ait.in eadẽ.l.in his verbis,in iu-
re interrogatus reſpõdit.Quæ omia in poſitione
conueniũt.l.ij.in prin.& authenti.principalis.C.
de iureiur.prop.calũ.dando.Ex quibus,vti Bar.
& omnes illhic volunt,inuentionẽ & formã poſi
tionũ ortam eſſe. Quibus adde gloſ.in dicto.c.j.
de confeſ.in.vj. neq́ differre video iuramẽti for-
mam in poſitionũ aſſertiõe ab ea quæ de calũnia
poſtulatur vtrobi ſic iuratur. Primò ab actore ſe
credere verum eſſe quod ponit: à reo verò quod
reſpondebit credere ſe bona inſtãtia vti aduerſus
actorẽ.Sed quũ modicæ vtilitatis ſit hæc diſputa
tio,vlterius nõ protelabo.Placet autẽ mihi ordo
à Iurecõſultis traditus circa præparãdas dirimen
das've lites.Cui parũ diſſimilis eſt mos agẽdarũ li
tiũ quẽ olim Normania vſu cœpit iſtiuſmodi for
mulis nõ inuolutus.breuiore nãq́ ſtylo & longe
quàm Gallia obſeruat,compoſitus eſt:vt neutra
parte iudiciũ refugiente anno tota lis abſolui va-
237 leat, † reiecta canoniſtarũ miſera cõditione quæ
litigãtes pecunijs exhaurit:quãquã pleriſq́ iudi-
cibus plurimum placẽs ſit & cõmoda quibus eſt
auri ſacra fames. Hæc in ciuili iudicio dicta eſſe
ſufficiũt.In criminali nõ niſi in crimine deprehẽ-
ſus ſit reus vel teſtibus aut argumẽtis indubitatis
ſuperatus de crimine ſuſpectus inueniat̃.l.de mi-
nore.§.plurimùm.l.j.§.j.&.§.ad quæſtionẽ. &.l.
repeti. ff.de quæſtio.etiã ſi cauſa fiſcalis fuerit. l.
ij.§.item diui fratres.ff.de iure fiſci.in his verbis,
nõ ſi de cauſa criminali agat̃.Præterea trita eſt iu
ris regula, accuſatori probandi onus incũbere.l.
qui accuſare.C.de eden.Sed poſtquam aduerſus
reũ crimẽ probatũ erit,interrogabit eũ iudex.l.ſi
poſtulauerit.§.qõni.ff.ad.l.Iul.de adult.l.prius.
&.l.et ſi certus.infra eo.illhic dicetur,in crimini-
bus exceptis forſitã ſeuerius agereĩ.l.ex iudicio-
rũ.ff.de accuſ.l.ſi quis alicui.C.ad.l.Iuliã maieſt.
l.fallaciter.§.fi. C.de abolitio. Ceterùm nõ puto
Bar.diſtinctionẽ poſitã in.d.l.Marcellus. ff.rer.
amo.& in.d.l.ij.§.qđ obſeruari.col.ſi. C.de iure
iur.per calum.dando. Et in.l.fi.ff.de his quib.vt
indig.rectè cõcludere.Primò,dũ dixit per.l.quo
ties.§.prætor. ff.de noxa.acti.& dictã.l. Marcel-
lus. In delicto in quo quis locupletari deſiderat,
reũ poſſe interrogari & teneri reſpondere. Certe
in noxali iudicio dñs conuẽtus nõ locupletatur.
238 † Quid em̃ ſi dñs noxali iudicio cõueniat̃, quia
ſeruus aliquem vulnerauerit,aut aliter offenderit
ex eo vulnere nõ poteſt dñs ditari: quinimò ex il
lo noxali iudicio dñs ſerui culpa nõ ſua priuatur
ſeruo.l.j.ff.de noxa.act.&.d.l.iij.§.ſi quis noxa-
li.ff.ad exhibẽ. Itẽ dicta.l.quoties.§.prætor.non
diſtinguit cauſam ꝓpter quã dñs noxali iudicio
conuẽtus erat.Nõ potuit ergo Bar.ita illã legem
coarctare.vnde nec illa Bar.cõſideratio ad illum
text.conuenire poteſt in noxali iudicio.Tu adde
aliã rationẽ,quia dñs noxali iudicio conuẽtus,ſi
noxa à ſeruo ſciẽte dño cõmiſſa eſt,inſolidũ tene
retur. Si verò ignorãter,liberatur,aut ſoluendo
damnũ ſimpliciter aut ſeruũ pro noxa dedẽdo.l.
j.&.ij.& pleriſq́ alijs legibus.tit. ff.de noxa.act.
§.j.Inſti.de noxa.actio.Et ob id dñs noxale iudi-
cium pro ſeruo ſuſcipere tenebit̃. Et ſi recuſat ſu
ſcipere,cõdemnabitur,aut ſeruũ pro noxa dare,
aut abſq́ deditione noxæ ad reſarciendũ damnũ
à ſeruo datũ prout iuſtùm & æquũ iudici videbi-
tur. d.§.prætor.verſi.vel iurare iubebo. & verſi.
vel iudiciũ dabo ſine noxæ deditione ſuſcipere.
239 † Aduerte tamẽ æquũ non eſſe dñm noxali iudi
cio cõdemnari niſi ſeruũ in poteſtate habeat, aut
dolo malo deſierit habere.d.l.quoties.in prin.ff.
de noxa.acti.Secundò,æquũ non eſſe dñm vltra
corpora ſeruorũ aut eorũ æſtimationẽ condẽna-
ri.§.j.Inſti.de nox.act.&.d.l.quoties.in prin.Ne
aũt irritũ ſit noxale iudiciũ circa noxæ deditionẽ
prætor facultatẽ actori dabit,ſi dñs ſeruũ in pote
ſtate habere negauerit,aut ſi ꝓbauerit dñm habe
re in ptãte vel dolo deſijſſe habere deferre actori
iuramentũ, probato tamẽ per actorẽ delicto per
ſeruũ cõmiſſo. Et ſic iuramẽtũ circa ipſum crimẽ
probandũ non defert̃.Sed poſtquã probatum &
conuictum

conuictū erit ſuper dāni æſtimatione iuramētum
deferet̃,per illū tex.vt in.l.cū furti.ff.de in litē iu
ran.l.ſi qn̄.C.vnde vi.l.ſi.§.ſinautē hoc.in ſin.C.
de iure deliberā. Quia oportet in ſeruū executio
nem fieri poſtquā delictum ſerui claruit, ex quo
damnū dn̄s dare nō vult,qui ſeruū, quē detinet,
reſtituere tenet̃. Et ſic circa executionē ſentētiæ
tantùm, nō aūt circa noxalis iudicij inſtructionē
prætor iuramentū defert.l.ſi ſeruus depoſitus.§.
dominus.&.d.l.quoties.§.prætor.ff.de nox.act.
quēadmodū probato furto in litē iuratur quanti
res furata eſſet:nō autē quòd per iuramentū fur-
tum probetur.d.l.quū furti.Eodē modo dico ad
l.qui petitorio.ff.de rei vēdic. quia iudiciū aliter
240 irritū fieri poſſet, ſicut ſuprà dictū eſt † in actio-
ne ad exhibendū, quæ eſt iudicij realis præpara-
toria.d.l.q petitorio. Et præparatoria cuiuſcūq;
alterius iudicij.d.l.iij.§.ſciendū.ff.ad exhiben. ad
l.nō intelligit.§.tacite.ff.de iure fiſci.dic illā.l.ni
hil ꝓbare.Et glo.in verbo,ꝓbationibus.nō pro
bat id,ad quod Bar.& qui eū ſequuntur eā pon-
derāt. Et quāuis hoc diceret nō plurimùm Bart.
ſententiā iuuaret.Primò quia gl.ſine lege loquit̃
contrà.§.cōſideremus.in authēt.de triē.& ſemiſ.
l.ſi.in fi.C.de cōſul.lib.xij. non enim probat ille
tex.quod is qui accuſatur probet ſe tacitè fidē ac
cōmodaſſe,vt vides clarè ex illo.§.tacite.ſed vult
actorē ſeu accuſatorē,qui dicit reum tacitè fidem
accōmodaſſe, & ob id indignū fideicommiſſo fa
ctum fuiſſe,nō modò per inſtrumentū ſuper hoc
confectum probare fidē accōmodatā eſſe,ſed &
per alias quaſcūq; probationes. Et inquit glo.in
verbo,rogati.ſcilicet per confeſsionē. Non autē
dicit reum poſſe interrogari & interrogatū confi
241 teri debere. † Sed ſi poteſt aduerſus eū qui roga
tus erat ꝓbari ſe cōfeſſum aliàs fuiſſe,fidē accom
modaſſe:nulli dubiū eſt quin cōfeſsionis ꝓbatio
recipi debeat,etiā ſi prius ab accuſatione abſolu-
tus erat,vt ſi pœnituerit eū ſic rem tā iniquo iudi
cio tenere, confiteaturq; ob id fidē ſe accommo-
daſſe.cle.cōſtitutionē.in fi.de electio. Et idē no-
tant Alex.& cæteri Modern.in.l.ſi duo patroni.
§.idē Iulianus.ff.de iureiur. moti per.l.j.C.de do
lo.& per autoritatē glo.& Bart.in authēti.ſed iā
neceſſe.C.de dona.ante nupt.Quibus adde glo.
in.c.breui. in glo.fi.extra,de iureiurā.dum gloſ.
dicit,vel ſi remordet eū conſcientia quòd habeat
malā cauſam.xj.q.iij.c.veh qui dicitis. licet Bar-
to.contrariū ſentire videat̃ in dicto.§. idem Iulia
nus.Sed cōtra Bar. facit dicta cle.conſtitutionē.
in fi.& dictū gloſ.in dicto.c.breui.Bart.etiam in
hoc inuenitur varius.vnde.§.tacite.in dicta.l.nō
intelligitur.intentionem Bart.non probaret, ſed
melius ꝓ Bart.facit dicta.l.ij.§.itē diui fratres.ff.
242 de iure fiſ. † quæ cogit reū conuentū ciuiliter ꝓ
cauſis, quibus indignus re legata fit, & fiſco ob
id acquiritur,cogi inſtrumēta contra ſe ad inten-
tionē fiſci probandā edere nō ſi criminaliter aga
tur ſed ex hoc non video probatum quod fateri
teneatur.verū eſt aūt ſi nō ediderit fiſco & demū
cōuincatur puniri eū quia fiſco om̄ia non edidit
quū edi debent & eū vt leſi cōfeſſum puniri argu
mēto.l.in fiſci.& dicta.l.ij.§.j.ff.de iure fiſc.

Ad.l.Marcellus.facilis eſt reſpōſio quum dici-
tur in iudicio quod inter maritū & vxorē ob res
amotas eſt,non prohiberi virū aut vxorē iuramē
tū deferre,an ex cauſa diuortij res amouerit. hoc
ideo eſt,quia amotio poteſt & in bonā & in ma-
243 lam partē interpretari. † Nam ſi nō cauſa diuor-
tij amouerit, nō tenebitur rerū amotarū actione.
alioquin ſecus, quāuis manēte matrimonio cōdi
cantur.l.rerū amotarū.ff.rer.amot.Et legis inter
pretatione in meliorē partē in dubio trahi debet,
vt nō ſonet in delictū,per rationē.l.j.ff.rer.amo.
quia ſocietas,inquit, vitæ quodāmodo eā domi-
nam facere videt̃. Non mirū ſi id quod in animo
cōſiſtit præter interrogationem admiſit,maximè
quū inter illas perſonas famoſum iudiciū prætor
non admittat.d.l.j.&.ij.ff.rer.amo. Et iſtud non
tantùm peculiare eſt in illa actione,ſed in quibuſ
cūq; actiōibus,quæ in bonū aut reprobū ſenſum
trahi poſſunt.l.merito.ff.ꝓ ſocio. Et hoc alia ra-
244 tione,quia † iuramētum iſtud eſt fidei ſuſpectæ
purgatiuū.l.p̃ſenti.§.ſicubi.C.de his qui ad eccl.
confug.Et vide quod notat̃ illhic per glo.& oēs
poſt eā.& in.c.j. & per totū penè titulū.extra,de
purg.cano.Et in ſimilibus facilius in bonā quàm
in malā partē ſit interpretatio, dicta.l.merito.ff.
pro ſocio. præſertim in his quæ conſiſtunt in ani
mo,niſi quatenus factum de ſe de iure reprobatū
eſſet,vt in.l.j.C.ad.l.Corne.de ſica. præſertum in
illa actione quæ viro & vxori cōceditur, quibus
famoſæ actiones ꝓhibitæ ſunt. d.l.j.&.ij. ff.rerū
amota.l.ij.C.eo.per rationē dictæ.l.j.quia ſocie-
tas vitæ quodāmodo eā dominā facit.l.iij.§.j.eo.
titu.Præterea in dicta.l.Marcellus.§.j.non ad id
principaliter agebat̃,quia re vera maritus egerat
illa actione rerū amotarū. Probat ille tex.dū ait,
245 qui rerum amotarū inſtituit actionē. † ſed quia
agens videbat reum conuētum negare amouiſſe
cauſa diuortij, & ob id non teneri illa actione,di
cta.l.rerum.ff.rer.amota.permittit prætor vt lo-
co probationis iuramentum deferat, quo animo
amouit quum negaret eo animo amouiſſe. Fate-
retur autē ſe habere,præſtito tamē prius iuramē-
to per deferentē quod calūnioſe nō defert,ſed in
ꝓbationis ſupplemētum:neq;,vt dictum eſt,hoc
ſingulare eſt in illo iudicio:qm̄ in quocunq; alio
iudicio criminali tale iuramētum exigi pōt.d.l.ſi
duo patroni.§.idē Iulianus.&.l.iij. §.quacūq; au
tē actione.in his verbis,ſine pœnali actione.& il
lic glo.pulchrè notat in verbo,agatur.ff.de iure-
iur.Et illū tex.ſingulariter notāt Bart.Bal.Ang.
& oēs:quāuis Iaſon declaret illū text, debere in-
telligi de actione criminali ciuiliter intētata, non
criminaliter.Et prius eo notauit Pau.de ca.dū di
ſtinguit inter iuramentū voluntariū & neceſſariū
246 & iudiciale:quia dixi alibi,hic nō repeto. † Pon

M 3

derantes in illo tex. verbũ, actione. quod non po-
teſt de accuſatiõe intelligi, ſed nihil iuuat hæc in-
terpretatio. Nam & actio pro accuſatiõe plerũq;
in iure ſumitur, vt in rubro & nigro. C. quando
ciuil. actio. crimi. præiud. §. pœnales. & §. j. Inſti.
de perpet. & temp. actio. Præterea dicta. l. ſi duo
patroni. §. idem Iulianus. loquitur de actione fur
ti. l. eum qui. §. in popularibus. ff. eo. de iureiurã.
De populari actione tractat ſimiliter autbẽti. ſed
nouo iure. C. de pœ. iudi. qui male iudi. de famo-
ſo iudicio cõcuſsionis à iudice factæ. Et hoc pul-
chrè declarat gloſ. in dicta. l. fi. §. ſic vbi. C. de his
qui ad eccleſi. confugi. & tamen in actione furti
delatum eſt iuramentũ, & iuratũ fuit: quare &c.

247 Ex his concludo, vbi † dubium eſt ius contro-
uerſum, & reus poſitioni reſpondendo euitare
non poſſet quo minus in laqueum incidat, nõ te-
neri reſpõdere, per ſuprà dicta. Et idem ſemel in
eo ampliſsimo ſenatu Mediolani optimæ memo
riæ rege Ludouico huius nominis. xij. Gallias &
Mediolani ducatum moderante iudicatũ eſt, cla
riſsimo ſenatore Franciſco Marliano homine nõ
vulgari, cauſam comitatus Roſati referente Ioã.
Grangis Mediolani regis ſecretario comitatum
à phyſico & medico ſua ætate primo Ambroſio
de roſate auocare volẽte, quũ à Ludouico Sfor-
tia ſe donatũ eſſe eo phyſicus affirmabat propo-
nente ſecretario Ludo. Sfor. autorem ſtatus Me-
diolani occupatorẽ fuiſſe: Ob id donationẽ præ
fati comitatus nullo vnquã tẽpore valuiſſe. Cui
poſitioni deſiderabat ab ipſo phyſico reſpõderi.
Iudicatum eſt phyſicum tali poſitioni non teneri
reſpõdere, per rationẽ dictæ. l. et quia. ff. de inter
rog. act. quæ etiã iuuatur legibus ſuprà allegatis.

Prædicta enim à themate prius propoſito non
248 multùm aliena ſunt, dũ diſputauimus † de duo-
bus vnius rei dominiũ directum diuerſo iure cõ-
tendentibus, vt neutri reus reſpondere teneatur,
tum quòd neutri reſpondere poſsit quũ illaquea
tur. Secundò, quòd cõtrouerſia rem facit dubiã,
ob quam lex dubitãtem excuſat, & maximè eum
qui non poteſt niſi ex euentu cauſæ certus de do-
minio fieri. l. ordinata. §. videndum. ff. de libera.
cauſa. dicam in. l. ſi exhæredatus. infra eo. titulo.
Igitur donec dubium tollatur dubitanter reſpon
dere poteſt, dicto. c. fin. de lege Corradi. & c. va-
ſallus feudum. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter
domi. & agna. collati. x. quod ſi dubitet, inquit,
dubitanter reſpondeat.

Ego igitur quodam epilogo repetam pro hac
parte ſuccincte quæ in oppoſitum primæ partis
poſſunt mouere, & mea ſentẽtia plurimùm ſtrin-
249 gunt, & quibus non vidi plenè ſatisfactum. † In
primis quia eadem res duorum directorũ domi-
norum eſſe non poteſt inſolidũ eodem tempore,
per rationem dictæ. l. ſi vt certo. §. ſi duobus ve-
hiculum. ff. cõmoda. l. hæreditatc. §. prætor. ff. de
caſtr. pecul. Non enim, vt dictum eſt, duobus do
minis ſeruire decẽs eſt, aut duplici ſeruitute quẽ
aſtringi. c. præterea. de prohi. feu. aliena. per Fre-
deric. c. diuerſis fallacijs. extra, de cleri. coniuga.
hic alleg. per Ro. deficit ambobus qui vult ſerui
re duobus. gloſ. in. c. fina. xlix. diſtinc.

Secundò, nõ videtur in mala fide eſſe, qui rẽ ſic
à duobus cõtrouerſam videt, ſi dubitãter reſpon
det. l. non poteſt videri improbus. ff. de reg. iur.

Tertiò, non eſt arguẽdus quum quis dubitat,
ſi dubitanter reſpondeat, dicto ca. vaſallus. ſi de
feudo fuer. contro. inter domi. & agna. c. fina. de
lege Corra. coll. x. præſertim quãdo res deducta
eſt in iudiciũ, dicta. l. ordinata. ff. de liber. cauſa.

250 Quartò, vbi † propter iurium diuerſitatem po-
teſt interrogatus illaqueari, non tenetur reſpon-
dere, dicta. l. & quia. ff. de interrog. acti. glo. in di
cta. l. ſi à te. vbi Pau. de caſt. ff. de excep. rei iudic.
glo. in. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. per ra
tionẽ dictæ. l. & quia. Cui nõ video reſponſum,
neq; rationi. l. fi. C. ſi pẽd. appel. mors interuene.

Quintò, omnia quæ in conſiderationem oppo
ſitæ partis tradita ſunt, mea ſentẽtia hanc partem
plurimùm adiuuant. Primò, dum dictum eſt feu-
dũ nobilius eſſe: Ego puto in hoc vilius eſſe du-
plici ratione. Prima, quoniam vera exiſtente glo.
Innoc. & Canoniſtarum ſententia in dicto. c. con
ſtitutus. extra de religio. domi. vt is qui cẽſualem
habet fundum directum habeat et vtile dominiũ.
251 † Nobilius eſt ius cẽſualis quàm vaſalli, quoniã
vaſallus directũ non habet dominiũ, ſed vtile tan
tùm, ſecundũ cõmunẽ opi. de qua plenè per Car-
di. Alex. in. c. j. circa fi. prin. de inueſti. de re alie-
na facta. Dum quærit de inueſtitura regni Siciliæ
à papa facta. Similr̃ de inueſtitura regni Angliæ
quod rex recognoſcit à papa in feudũ. Imò plus,
vt dixi, non etiã vtile dominiũ habet, ſed ſolũ ius
vtendi perpetuæ ſeruituti obnoxiũ. d. c. vnico. in
fi. in qui. cau. feu. amit. c. j. de inueſti. de re alie. fa
cta. c. vnico. ſi de feu. fue. cõtrouer. inter dom. &
alium. collat. x. Et re vera ſeruitus eſt multiplex.
252 † Primò enim non poteſt vaſallus rem alienare,
neq; de ea quouiſmodo diſponere, etiam pro ani
ma. c. j. de prohibi. feud. aliena. per Freder. colla.
x. Quæ conſideratio tollit omnem libertatem, vt
dixi in repeti. l. dudum. C. de contrahen. emptio.
argumento illius text. & idem illic Bal. & omnes
ſentiunt. Iſta enim eſt propriè & Latina & dediti
tia ſeruitus ſimul iuncta, quoniam neq; viuentes
neq; morientes de iure diſponere poſſunt, ſicuti
nec Latini ſerui moriẽtes neq; dedititij dum viue
bant. de quibus in. l. iij. in princip. ff. de bo. liber.
in. l. vnica. C. de dediti. liber. tollen. & l. vnica. in
princ. & per totam penè legem. C. de Lati. liber.
toll. quam rectè debes legere totam, quia vnum-
quodq; imperatoris reſponſum huic rationi con
uenit. Idem in. §. libertinorum. Inſtitu. de liberti.
253 † Qui autem cenſualẽ fundum habet, vẽdere nõ
prohibetur ſeu quocunq; alio genere contractus
ad exterũ irrequiſito etiam domino transferre. l.
hi quibus. C. de fund. patrimo. lib. xj. §. per tradi-
tionem

tionem. verſic. itaq; ſtipendiaria. Inſtit. de rerum
diuiſio. §. adeo. Inſtitu. de loca. & conduct. Et li-
cet cõſuetudo admittat feudorum alienationem,
&, vt verbis noſtrorum cauſidicorum vtar, feu-
da moribus ad inſtar patrimoniorũ redacta ſint,
vt meminit Io. Fab. in authen. ingreſsi. col. pen.
C. de ſacroſanc. eccleſ. in. §. j. inſti. de emptio. de
venditi. Tamen quomodocũque redacta ſint, ſi
tamẽ vendentur etiam ei qui ſui generis eſt, tene
tur emens feudum redimere. ſicuti aliàs de feudo
fœminæ de iure dicitur, quando per pactum mu-
lier fit feudi capax, in. c. vnico, ꝗadmo. feud. ad
fili. pert. colla. x. in his verbis, niſi à domino rede
254 meret. † quamuis de iure ſi vaſallus feudum vẽ-
dat vni de genere: dominus reuocare nõ poteſt.
c. j. de aliena. feudi pater. colla. x. & tamẽ iure cõ
ſuetudinis emptores redimunt. Nam iure Laudi
mij ab emptore & venditore in pleriſq; regioni-
bus, vti Aureliæ eſt, quintus & ſubquintus dena
rius precij debetur, quæ precij pars redemptio
eſt feudi, dicto. ca. vnico, queadmo. feud ad fil.
perti. Simile eſt in emphyteota. l. fi. C. de iure em
phyteo. non ſic eſt in cenſualibus, quæ vili quo-
dam nummo tenentur. Cuius meminit in ſimili
tex. in. c. donare. qualiter olim feud. alie. poter. l.
ſi quis donationis. ff. de contrahenda emptio. l. ſi
quis ante cõduxit. ff. de aqui. poſ. §. præterea. in-
ſti. quibus modis ius patri. poteſ. ſolui. licet illud
quod iure conſuetudinis à domino debetur, in ſi
gnum dominij directi exigatur, vt ex ſingulis cõ
ſuetudinibus videri poteſt, & argumento eſt. l.
cẽſus. ff. de proba. melius in. l. male agitur. C. de
præſcrip. xxx. anno. Io. Fa. notat in dicto. §. j. in-
ſti. de emptio. & vendi. Luc. de Pen. in. l. quicũq;
deſertum. ij. C. de omni agro deſer. † recipiũtur
255 autem à domino in ſignum dominij nõnullæ pe-
cuniæ ſi cenſualis fundus vendatur, & id pro lau
datione contractus in exterum facti, & inde per
illam laudationem pars precij in ſignum do-
minij exigitur, vt in dicta. l. fin. C. de iure emphy.
& iſta ratione exiſtimo communi omniũ noſtra-
rum regionum ſermone vſurpatum fuiſſe hoc vo
cabulum, laudimium quaſi laudatiõis munium.
vnde nummus officioſus dicitur qui onera popu
lo ſoluit. l. nummus. ff. de verborum ſignificatio.
Sicuti in quibuſdã militijs pro introitu artis aut
militiæ magiſtris debetur, vt inquit text. in. l. his
verbis. §. alumno. ff. de lega. iij. † Secundò, vaſal
256 lus ſi domino ſeruire negligat, feudum amittit. c.
j. quibus modis feud. amitta. ca. j. quæ fuit prima
cauſa beneſi. amitten. multis & alijs varijs modis
feudum vaſallus amittit, qui in illis titulis diſper-
ſi ſunt. aliter non refero. Congerunt eos qui ſin-
gulares tractatus feudorum fecerunt, ſicuti eſt ex
recentioribus Iaco. de ſanc. Geor. & Franc. Cur.
quibus cenſualis fundus ſubiectus non eſt, dicto
c. conſtitutus. extra de relig. domi. ſecundum In-
nocen. ſententiam illam ab omnibus ferè lauda-
tam, & dicta. l. fundi. C. de fund. patrimo. lib. xj.
257 cuius meminimus ſuprà. † Tertiò, Fidelitatem
domino non debet cenſualis ſed vaſallus debet.
c. j. de no. for. fideli. & c. vnico, de for. fideli. quo.
medio ſtrictius obligatur, vt ſuprà dictũ eſt, non
repero. Quartò, iure conſuetudinis ſi contumax
eſt vaſallus fidem præſtare, dominus, qui contu-
maciam accuſauit, fructus feudi interim ſuos fa-
cit. Similiter de iure eſt in. c. vnico. de mili. vaſal.
qui cõtu. eſt. mittitur enim dominus in feudi poſ
ſeſsionem. non ſic eſt in cenſuali, quia dominus
fructus ſuos non facit. Cogitur enim tantum cen
ſualis ad ſolum cenſum ſoluendum ſecundum va
rietatem conuentionum, dicta. l. j. & dicta. l. fun-
di. C. de fund. patrimo. libro. xj. l. comperit. C. de
præſcrip. xxx. anno. dicto. c. conſtitutus. ſecundũ
glo. & Inno. intellectum. extra, de religio. domi.
258 Quintò, † ſucceſsio feudorũ cẽſualium iure mu
nicipali Aureliæ prouinciæ aliarumq; finitimarũ
prouinciarum æqualiter ad filios & filias deuol-
uitur, & ſic ad cauſam iuris naturalis & ciuilis re
ducitur, vt in. §. j. in authen. de hære. ab inteſ. ve-
nien. colla. ix. §. primum itaq;. in authen. de hære.
& falci. colla. j. Cauſa autem feudalis longè gra-
uior eſt. fœminas enim à ſucceſsione collateraliũ
in ſucceſsione aſcendentium ad partem admittit
in hoc excludit. Naturam arguens, inquit. l. maxi
mum vitium. C. de liber. præteri. vel exhære. Nõ
obſtat ratio. §. hoc autem notandum eſt. q feud.
dare poſ. quæ eſt quod fœmina faidam leuare nõ
poteſt, neque dominum in armis iuuare, vt dixi
in. l. j. §. iuxta. ſuprà eodem. quoniam per ſubſti-
tutum mulier dominũ adiuuare poſſet, vt ſuprà
dixi poſt Luc. de Pen. in. l. fin. §. adhoc. per illum
text. C. quando & quibus quarta pars debea. lib.
x. Per maritũ, inquit ille tex. ſeruire poterit. Hoc
idem notat Ioan. Faber in authen. ingreſsi. colũ.
penul. C. de ſacroſanc. eccleſ. allegat Specu. in ti-
tu. de emphy. §. xvij. & ſeq. Et Hoſtien. in ſum-
ma de immunita. eccleſ. §. inquantum. verſic. ex-
259 preſſum eſt. † Nec hodie iure conſuetudinis Au
reliæ prohibentur fœminæ ſuccedere ſi nõ in to-
tum, ſaltem in partem ad ſucceſsionem aſcenden
tium vocantur. Collateralibus autem nequaquã
fœmina ſuccedit exiſtentibus maſculis, id eſt, fra
tribus. Conſuetudine vero Normaniæ quæ inui
ſa eſt fœminis quas prorſus à ſucceſsione aſcen-
dentium & quorumcunque collateralium extan
tibus maſculis aut hæredibus maſculorum, etiã
ſi fœminæ ſorores ſunt, excluduntur. Quæ &
qualis ſit hæc ratio conſideret vnuſquiſque quã-
tis pro ea ſit quod ſcribitur numer. xxvij. homo
quum mortuus fuerit abſque filio ad filiam eius
tranſibit hæreditas, ſi filium non habuerit habe-
bit ſucceſſores fratres ſuos. in allodialibus & a-
lijs nõ feudalibus iure cõſuetudinis Aureliæ fœ
minæ cũ maſculis pro æq; portiõibus ſuccedũt.
vnde plurimũ intereſt, rem potius cenſualẽ eſſe
quàm feudalem, ſi pater vtriuſque ſexus filiorũ
rationem habere velit, ſicuti natura ſuadet dicta

l.maximũ vitiũ. C.de liber.præteri.Sextò, † Ni-
mis graue eſſet rei poſſeſſorem à pluribus conuẽ
tum propter dominium eiuſdem rei cogi cũ plu-
ribus litigare,& à pluribus vexari litibus et expẽ
ſis.l.iuſtiſsime.§.æquum.ff.de ædili.edic.l.j.§.fi.
&.l.ne in plures.ff.de exerci. actio. Quum neq;
verum eſſe poſsit duos dominos directos eiuſdẽ
rei eſſe, dicta.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.commo
dati.Septimò,Contra naturam feudi eſt vaſallũ
aliquid pro feudo cogi præſtare.c.vnico.de feu-
do non haben.propri.natur.feudi. colla. x. pro-
prie redemptum dicitur ca.vnico.quẽad.feu.ad
ſi.pertine.colla.x.licet quandoque ex partiũ cõ-
uentione in inueſtitura facta permittat.c. vnico.
de feud.fœmi.colla.x. tamen ſi aliquid quantun
cumque minimum dari debet,deſinit feudum no
bile eſſe,& fit plebeium.c.j. §. cæteri. quis dica.
dux,march.vel co.imò ruſticum feudum erit ſe-
cundum And.de Iſer.in.c.j.de capi.qui cur. ven
di.& Luc.de Pen.notat in dicta.l.quicunque.ij.
C.de omni agro deſer.lib.xj.& in.l.vnica. C. de
impo.lucrati.deſcrip.lib.x.Et Cardi. in dicto.c.
261 vnico,circa fi.quis dica.dux,vel marchio. † dicit
hoc feudum,vocari feudum de caneua quod nõ
nullis ſeruitijs aut præſtationibus cõtra propriã
feudi naturam addictum eſt. & id vocabulum à
vulgo in Normania vſurpatum eſt pro nihili ho
mine. Cæterũ Normania paſsim admittit in inue
ſtituris feudorum aliquid quotannis dari,quod,
vt dictum eſt,de iure feudorum quandoq; per-
miſſum eſt, dicto.c.vnico, de feudo non haben.
propriam naturam feudi. & dicto.c.j. quis dica.
dux vel marchio.imò & fidelitatem quandoque
pro feudo non fieri.c.eſt et alia.in fi.quæ fuit pri
ma cauſa benefi.amitten.colla.x. Aduerte tamen
quamuis pro feudo neque fides detur neque ſer-
uitium aliquod ex conuentione ſeu inueſtitura
debeatur:de iure tamen vaſallus tenetur domi-
num in prælium cum imperatore aut rege ad im-
perialem aut regalem coronam ſuſcipiendã eun-
tem,& ſi ab omni ſeruitij præſtatiõe exẽptus fue
rit,adiuuare. c.ad hoc.§.fi.de allod.colla.x. Sicu
ti ex conſuetudine pleræque prouinciæ corona-
rium aurum præſtant,quamuis executio prohibi
ta ſit.l.vnica. C. de auro coro.lib.x.l. iudeorum.
C.de iudæ. Cæterùm cenſualis fundus tali fideli-
tati neque cæteris præſtationibus aſtringitur, vt
dictũ eſt.c.vnico,in fi.qs dica.dux vel marchio.
262 Octauò, Nõ † poteſt vaſallus quoquo pacto aut
conuentione ſeruitutem aut aliam quamuis per-
ſonalem ſeu realem obligationem imponere per
quam dominus grauari poſsit in feudo. c.j.§. qd
ergo.de inueſti.de re alie.facta.colla.x. non em,
inquit ille tex.& in.c.econtrario.eo. titu. condi-
tionem feudi deteriorẽ vaſallus facere poteſt in
domini præiudicium.l. quẽadmodũ. C. de agri.
& cenſi.lib.xj.c.ad apoſtolicæ.de ſenten.& re iu
di.lib.vj.& ſi ſecus faciat,feudo priuatur.ca.j.de
prohi.feud.aliena.per Frederi.quamuis Rotho
magi ſecus in curia iudicatum eſt anno. m.cccc-
xxix. Iudicatum enim eſt aduerſus feudi dominũ
rem aliam à feudali per vaſallum alienatã teneri
retrahere,cum ea quæ iure feudi ſibi competit,ſe
cundum.c.Titius ſi de feudo fuer.conten.int.do
mi.& agna.cui conuenit Aurelia conſuetudo.&
hoc modo dominus indirecte facto vaſalli cõtra
feudi naturam grauatur à vaſallo.nec obſtat ra-
tio per quam moti ſunt,qui ita iudicauerunt, feu
da moribus ad inſtar patrimoniorũ redacta eſſe.
263 verum † eſt quantũ ad alienandi facultatem inui
to domino. Sed in reliquis iura feudi retinet ca.
vnico, de feudo non habente propriam naturam
feudi. Secundò, vnum pro eis vrgere poteſt, vbi
cunq; plures res vno precio deducuntur, nõ poſ
ſunt redhiberi,niſi ſimul omnes redhibeantur. l.
ædiles.ij.§.fin.ff.de ædili.edicto. & ſecuta diſſo-
lutione venditionis in parte debet in totum diſ-
ſolui.l.quum eiuſdem.ff.eodẽ.de ædili.edic.l. ſi
duos.&.l.fiſtulas.§.fi.ff.de contrahen.emptio.l.
qui cum vno.§.j.verſic.quod ſi prior.ff.de in diẽ
adiectio.quia hoc verum eſt, vbi eodem iure ſit
diſſolutio. Secus ſi diuerſo.§.hoc autem.verſicu.
ſi verò præmoriantur. in authen. de non eligen.
ſecundò nuben.colla.j.de quo in.l.ſi mihi & Ti
tio.in princi.ff.de verborum obliga. & maxime
in his quæ diuiſionem admittunt.dicta.l. ædiles.
ij.in vltimo reſpõſo.ff.de ædili.edicto.ibi, vnius
erit redhibitio,non omnium.& quatuor legibus
ſeq.& iſta eſt vera iuris concluſio, quam proſe-
quere vt per Andr.de Iſer.Iaco. de bel.viſ. Bal.
& Cardi.Alexan.in dicto.c.j.§.quid ergo.&. c.
ſeq.de inueſti.de re alie.facta.
264 Pro quibus addo quod ſuprà meminimus, †
non eſſe in facultate vaſalli domino vaſallũ aliũ
dare non fidelem domino.c.j.quibus modis feu.
dar. poſ. Si grauaretur in hoc dominus alias res
quàm feudales emere cum feudali, qui forſitan
feudalem ſolam redimere poteſt, ſed cum alia re
non poteſt.ex hoc ſequitur aliud conſecutiuum
vt dominus cogatur laribus ſepulchriſq; auitis
carere,ſi redimere vtrunque cogatur. quod pro-
hibet.l.in fundo.ff.de rei vendic.dixi in.l. dudũ.
C.de contrahen.emptio. Sicuti emptor prohibe
re poteſt dominum rem nõ feudalem emere,pari
ratione debet licere domino non emere rem non
feudalem:quum non debeat vni licere quod alte
ri nõ licet.l.j.C.de cupreſ.li.xj. & iſta ratiõe lex
feudalis facultatem domino conceſsit retrahẽdi
rem feudalem infrà annum à die vẽditionis.c.Ti
tius,ſi de feud.fuer.conten.inter domi. & agna.
colla.x.ne dominus cogatur carere re per eũ aut
ſuos prædeceſſores in feudum conceſſa. Quare
&c.Pro cenſuali nulla fides præſtanda eſt ſecun
dum contractus naturam,ſed ſolus cenſus debe-
tur,dicta.l.j.C.de fund.patrimo.li.xj.dixi ſuprà.
vnde quum hæc tam aduerſa non poſſunt in vnũ
concurrere,non videtur de iure vnum & eundẽ
poſſeſſorem poſſe aſtringi ad tam varia iura, di-
cto.c.

ctо.c.cōſtitutus.extra, de religio. domſbus. Nó
265 nò, iudicis officio incumbit non permittere ali-
quem ſuperuacuis litibus & expenſis vexari. l.
quidam exiſtimauerunt. ff. de reb. credi. c. finem
litibus. extra de dolo & contu. Non enim leges
permittunt quempiam à duobus eodem tempo-
re indebitè vexari, dicta. l. iuſtiſsimè. §. æquum.
ff. de ædili. edicto. quod ſecus fieret ſi à duobus
conuentus vtrique reſpondere deberet, ꝑ ſuprà
dicta. Decimò, Et vltimò pro hac nouiſsima par
te tex. eſt indubius in. l. litibus. C. de agri. & cen-
ſi. lib. xj. quem tu notabis in tribus ſuis partibus.
Prima eſt in prin. legis dum dicit, ſuper hoc ipſo
dubitātes vtrum is terræ dominus eſt necne: an
ipſi coloni dominium ſuæ terræ poſsident. Secū
da, in verſi. vt ſi tales coloni, quales prædiximus,
idoneum fideiuſſorem totius ſummæ, quæ ab his
depēdit, præſtiterunt quod omnes reditus ſine
procraſtinatiōe, ſi melior cauſa dominiorum iu-
dicetur, eis reſtituent: & talis fideiuſſor per trien
niū accipiatur, eoq; impleto renouetur. Tertia,
in verſi. ſi autem hoc coloni. ex qua lege reo con
uento & in hac neceſsitate conſtituto conſilio,
266 primò † vt caueat ne quempiam dominorū ab-
neget, ne contingat rem propter domini negatio
nē amittere, dicto. c. fin. de lege Corradi. colla. x.
Secundò iura ab vtroque requiſita pendente li-
te offerat conſignare, aut idoneum fideiuſſorem
de ſoluendis iuribus vtroque domino ſtatim lite
finita conſtituat, ſecūdum caſum dictæ. l. litibus.
Cui non puto faciliter poſſe reſponderi ſuper il-
lis verbis, ſuper hoc ipſo dubitantes vter is terræ
dominus ſit. ſigna, ſecūdum omnes, verbum, du-
bitātes. nec gratificet alteri dominorum, ne pro-
pter gratificationem contingat eum rei dominio
priuari, aut ad damna et intereſſe cōdemnari. Ex
hoc puto inter confœderatos non diſsimilem vr
gere rationem, vt ſi inter duos bellum cōtingat,
& in vtriuſque fidem iurauit tacto fœdere pro-
pter dubium belli euentum, quum plerique ſub
iuſto clypeo cadant. Forſitā cōſultius eſſe vt neu
tri opem ferat: ſed ſi fieri poteſt, ſtudere eū opor
367 tet, paci & eos componere. † Sed ſi compoſitio
ni locus eſſe nō poteſt, an vtrique ſubuenire de-
beat vel neutri. In qua dubitatione varij varia di
xerunt. Nonnulli, vt conſideretur antiquitas fœ
deris vt antiquiori ſubueniatur. dicto. c. fi. hic fi-
ni. lex. alij verò volunt vt vni in perſonam, alteri
verò per ſubſtitutū opem ferre debeat, argumen
to huius tex. qui conſiderat, an vtrique domino-
rum ſeruus ſuccurrere poteſt, in his verbis, ſi quū
duobus auxilium ferre non poſſet. Pleriq; vt ve
luti iudex ſeu medius inter vtrūque, & illius cau
ſam ſuſtineat qui iuſtiora arma induerit, inſtar
aduocati. l. rem nō nouam. §. patroni. C. de iudi.
hoc dicit gl. fi. in. c. breui. extra, de iureiur. alij ve
rò vt ei cui potius erit obligatus. c. fi. extra, de po
ſtulā. in verbo, pro extraneis, quem tex. ad id no
tat Hoſtien. vt pro ſuis quibus forſitan neceſsitu
dine coniunctus eſt, excuſetur Ratio eñ duplex
pro eo erit, ſanguinis & fœderis. §. j. in authē. de
cōſangui. & vteri. fratri. colla. vj. §. ſed hodie. in-
ſti. de adop. quamuis de iure non iuret hæc ratio
aduerſus dominum, cui iuramento aſtrictus eſt.
268 c. fi. hic finitur lex. colla. x. † Ego puto ſalubrio-
rem eam eſſe, vt neutrius partes amplectatur
propter dubium belli euentum: ſed agat media-
toris officium, ſi poteſt, vt voluit Hoſtien. in di-
cto. c. fi. extra de poſtulan. per. c. relatùm. ſecūdū
§. fi. extra, de teſta. quæ fuit glo. fi. in dicto. c. fin.
quæ alleg. c. denique. xiiij. q. v. qui text. plurimū
vrget. non enim debet alteri ſubueniri, ſi alter læ
datur. Commodius (inquit) eſt neutrum iuuare,
quàm grauare alterum. Et dicit hic Bald. poſt Ci
num maioritatem in ſimilibus conſiderandā non
eſſe. l. apud eum. vbi gloſſ. in verbo, poteſt. ff. de
manumiſ. quando eſt paritas obligationis. licet
hæc iura ſæpius violari contingit, itaq; vetus ada
gium verum, Nulla fides probitaſq; viris qui ca-
ſtra ſequuntur. & inquit Valerius lib. iiij. c. de ve
recūdia. Athenienſes quid rectum ſit, ſciunt: ſed
id facere negligunt. ſæpius etiam diſsipat domi-
nus cogitationes eorum. Caueant ergo in hoc
gratificari, ne felix belli euentus optorem ma-
læ electionis arguat, & contingat dicere quod
Pompeius dixit poſteaquā à Cæſare victus eſſet,
intraretq; Lariſſam, & illius oppidi populus ob-
uius eſſet. Ite & iſtud officium præſtate victori.
vel dicatur cum Demade, dū cœlum cuſtoditis,
terram amittatis, ſeu dum fidem cuſtodire cura-
tis, terram amittatis: ſicuti Athenienſibus Dema-
des ſapienter dixit nolentibus diuinos honores
Alexandro decernere. videte (inquit) ne dū cœ-
lum cuſtoditis terram amittatis. hæc Valerius li.
vij. c. ij. Cuius titulus eſt, ſapiēter dicta aut facta.
& lex Solonis vt Plutarc. placet, his rationibus
ineptiſsima ſemper viſa fuit, quæ eū honore pri-
uabat, qui in ſeditione nulli adhærebat parti hæc
ait in libello de ſera numinis vindicta, cuius ſu-
prà meminimus.
269 Quid autem in vaſallo † qui impetitur à domi-
no mediato & immediato. Cui potius ſubuenire
debeat. Feudiſtæ omnes poſt glo, tractant in di-
cto. c. illud. de prohi. feud. aliena. per Frederic.
colla. x. Ludo. Ro. hic poſt Spec. in titu. de feud.
§. quoniam. verſic. xvj. quæritur. Iaco. de ſancto
Geor. in ſumma feudo. in verbo, & promiſerūt.
verſic. nonò quæro. Sed omiſſa eorum diſputa-
tiōe deciſa eſſe videtur in dicto. c. illud, vt imme-
diato domino potius ſuccurrere debeat, id eſt, q
eius fidem aſſumpſit. verum eſt autem quod nul-
lam indignitatem aduerſus mediatum dominum
cōmittere debet: alioquin feudo immediatus do
minus priuari poſſet ſi domino mediato offenſo
vaſallum offerre denegaret aut iuſtitiam ei face-
re recuſaret, dicto. c. illud. Adduntur & alia mul
ta per Bal. Cardi. cæteroſve feudiſtas in dicto. c.
illud. non tranſcribo. vide eos diligenter. excipi

tur ab eis Rex aut Imperator, ſicuti ſuprà dixi-
mus, non repeto.
Aliam quæſtionem Bald. ex hoc tex. infert de
270 reo † coram diuerſis iudicibus accuſato, vel à
duobus ratione eiuſdem criminis inquiſito: cu-
ius erit cognitio? Non intendo hic tractare præ-
uentionis materiam. de ea enim in. l. finali, infrà
eo. diſcutiemus. ſed quatenus ad hunc text. quæ-
ſtio Bald. confert, videamus. In primis an iudicis
vel rei erit electio. ſimile dico in ſcholaſtico qui
in cauſa ciuili coram pluribus iudicibus conueni
ri poteſt: an eligere poſsit coram quo reſpon-
deat, in authen. habita. C. ne fili. pro patre. §. fi. in
proœ. Digeſtorum. Optio ſcholaſtico datur. gl.
autem illhic cõmuniter approbata dicit in ſcho-
laſtico ſpeciale eſſe per ronem dictæ authẽ. habi-
ta. ſed pone poſt Bald. in dicta authen. habita in
ſcholaſtico qui duos doctores audit: an in optio-
ne eius erit coram quo velit conueniri: dicit tene
ri coram principaliori cõparere. alioquin poſsit
gratificari coram quo velit conueniri, per hunc
tex. & l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de lega.
ij. Bal. autem hic poſt Cin. aliter ſentit. vult enim
minorem iudicem debere maiori deferre in eodẽ
territorio, non in diuerſo: quia non in hoc atten-
ditur maioritas. l. apud eum. §. j. ff. de manumiſ.
& argumento. l. ſancimus. C. de donatio. & l. ma
iorem. ff. de pact. Sed ſi contingeret eum coram
neutro comparere: ab vtroq; banniri poſſet. l. ſi
Titio. ff. de leg. ij. & argumẽto huius literæ. Ego
autem exiſtimo in his omnibus latius diſtinguen
dum eſſe vltra quàm Bar. dixerit in. l. j. C. de offi. præ
fec. vrb. per illum tex. & in. l. in ſacris. C. de pxi.
ſacro. ſcri. lib. xij. Bal. Aret. & alij in. l. Titiæ tex-
tores. in prin. & in. l. quod in rerum natura. §. pe.
ff. de leg. j. Bal. in dicta authen. habita. C. ne fili.
pro patre. Bald. Alexã. & Moder. in. l. ij. §. j. ff. ſi
quis cautio. Bart. in. l. ij. §. hoc interdictum. ff. de
271 libe. homi. exhibẽ. † aut enim maior iudex & mi
nor ſe compatiuntur, quũ vterq; de cauſa cogno-
ſcere poteſt: & minor dato concurſu cedet maio
ri. Nec in facultate rei accuſati erit eligere coram
quo velit conueniri, dicta. l. j. C. de offi. præfecti
vrb. facit quod notatur in. l. contra pupillum. ff.
de re iudica. l. per minorem. ff. de iudi. hoc intelli
ge vbi vterq; in ſuo territorio eſt. aliogn minor
nõ cedet maiori, quamuis generali dignitate ma
ior iudex præfulgeat. l. nihil. C. de pala. ſacra. lar-
gi. lib. xij. ex qua aliquando dixi, magiſtros libel
lorum regiorum aut principis conſiſtoriales nõ
poſſe pro quacunque cauſa quæ perſonam prin-
cipis nõ tangit ordinariorum iudicum cognitio-
nem prohibere: quamuis hoc noſtra ætate non
obtineat. quãto magis vbi prouinciales cum ma
ximo eorũ labore & graui diſpendio extra pro-
uinciam peregrinare coguntur poſtulaturi ius &
iuſtitiam ſibi adminiſtrari. §. illud. in auth. de ap-
pel. & intra quæ tempo. colla. iiij. in his verbis,
vt forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus iu-
diciales non ſufficeret. §. j. verſiculo, hæc enim
agentes. in authen. vt omnes obedi. iudi. pro-
uinci. collatio. v. Ex quo text. colliges quanta
populus propter huiuſmodi vexationes damna
patiatur, quantum've detrimentum reipublicæ
afferatur. & quæſo, illum text. diligentius conſi
dera, &. §. finali. in authen. vt differ. iudi. col-
latio. ix. vnde ſumpta eſt authen. ſi verò conti-
gerit. C. de iudi. l. vnica. ij. reſponſo. C. quando
impera. inter pupil. & vidu. hæc pauca recenſui
aliàs plura dicturus.
272 Priorem autem concluſionem limita, † niſi cõ
tingeret maiorem iudicem abeſſe & actionem
ſeu inſtantiam perire, ſi minor iudex non adi-
retur: licet tunc minorem iudicem adire vt actio
perpetua ſit. §. nulla. in authen. de defenſo. ci-
uita. colla. iij. l. ſenatuſconſulto. ff. de offi. præ-
ſi. argumento eſt. l. vt perfectius. C. de anna. ex-
cep. l. finali. C. de epiſco. audien. l. miles. §. ſexa-
ginta. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. & l. ſi fi-
liusfami. ff. de iudi. vel conteſtatione prius fa-
cta. l. vnica. C. ſi quacun. prædi. poteſt. l. de pu-
pillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. oper. nun-
cia. quinimò ſi iudex minor de cauſa iudicare
poteſt: non tenebitur maiorem expectare, di-
cta. l. j. C. de offi. præfec. vrb. Secundò, niſi ex
capite perſonæ cauſa ſit fauorabilis. Tolle exem
plum in quæſtione per Franciſ. Areti. diſputa-
ta in dicta. l. Titiæ textores. ff. de legatis. j. &
273 Roma. in. §. finali. infrà eadem. l. † Si ſtatutum
vni iudici cauſas pupillorum committit, alteri
verò cauſas quæ centum aureos excedunt: ſi pu-
pillus agat, aut eius nomine tutor agere velit, &
cauſa centum aureos excedat: vter horum iudi-
cum à tutore adiri debebit? Conſentiunt penè
omnes illhic cauſam pupilli adeò fauorabilem
eſſe vt quamuis vterque iudex competens ſit: il-
le autem qui cauſis pupillorũ præfectus eſt, ido-
neior & potior iudex erit, ſecundum Bald. in. l.
vnica. verſicu. tertiò quæro. ff. de officio conſul.
per. l. vnicam. C. quando impera. inter pupil. &
vidu. l. iuſtiſsimè. ff. de ædili. edic. Bald. tamen et
Aretin. poſt eum in dicta. l. Titiæ textores. dicũt
vtrunque poſſe agnoſcere, & ideo præuentioni
locum eſſe, ſecundum. l. ſi pluribus. ff. de lega. j.
Ego verò conſentio vtrunque iſtiuſmodi cogni
274 tionis capacem eſſe: † verum in optione tutoris
eſſe debere coram quo iudice cauſam pupilli tra
ctari velit cum minore pupilli diſpendio, aut eo
à quo expedit cauſam pupilli potius tractari exi-
ſtimabit, exemplo ſcholaſtici in dicta auth. habi-
ta. C. ne fili. pro patre. Mouet me etiã ratio dictæ
l. vnicæ. C. quãdo impera. inter pupil. & vidu. &
præſertim vbi pupilli & viduæ tribunal alicuius
iudicis perhorreſcunt. ca. ex parte. extra, de foro
competen. iuuat hoc plurimum ratio. l. denun-
ciaſſe. §. fi. ff. ad. l. Iul. de adulter. primò in his ver-
bis, vt fortaſsis & obtinere vel gr̃a vel iuſtitia. Itẽ
in fi. legis ibi, mulier verò iudicẽ religioſũ ſortita

Non

non obſtat.l.finali. C.de iuriſdi. omnium iudic.
quæ in hoc nõ differt à dicta.l.j.C.de officio præ
fec.vrb.Circa eas dixit Bald.in dicta.l.fi.& in.l.
receptitia.circa fi.verſic.ſed quid ſi aliquis matri
culatus.C.de conſti.pecu.dum de artifice loquit̃
ex cauſa ſuæ negotiationis ſeu artis conuento co
ram conſulibus aut iudicibus illi arti præfectis,
vt coram eis reſpondere teneatur , neque eorũm
iudicium effugere poſsit,per illos tex.&.l.ſeruis
legatis.§.ſi vnus.ff.de lega. iij. l. procuratoris.§.
ſi in plures.ff.de tribu.actio. Si verò de his agen
dum eſt,quæ artem non reſpiciunt:coram iudice
ordinario cõueniendus eſt.l.iij.§.eodem modo.
275 ff. nautæ , caupo. ſtabula. † quæ lex allegari ſo-
let in muliere à marito præfecta negotiatiõi,quæ
virum obligat.Cui concordat.l.debet.in princi.
ff.eo.nautæ,caup.ſtabul.l.obſeruare. §. profici-
ſci.& illhic Bal.ff.de offi.proconſul.& leg. Mo
der.Papien.notant in.l.age cum Geminiano. co
lũ.ij.C.de tranſactio.Sed non ſatisfacit hæc Bal.
ſententia dictæ.l.fi.C.de iuriſd.omnium iudi. &
l.j.C.de offi.præfec.vrb.neque.l.fi.C. de deſert.
& occulrato.li.xij.dic igitur cauſam ſimiliũ per-
ſonarum non eſſe ad id fauorabilem , vt priuati-
uè iuriſdictio iudicibus artis cõceſſa ſit.vnde nõ
mirum ſi iudicis ſuperioris autoritas à lege ſalua
facta eſt.non ſic eſt in cauſa ſtatuti, quod princi-
paliter in fauorem pupillorum iudicem ſtatuit,
vt cauſæ pupillorum faciliori ſtylo expediatur,
neque pupilli litium confractibus vexent̃.Alius
igitur iudex eo inuito non cognoſcet, per prædi
cta.argumento eſt.l.magiſteriæ.C. de iuridi. o-
mnium iudi.alioquin nullus fauor ex illo ſtatuto
pupillo fieret.l.fi.C.de vetera.lib.xij.&.l.ſi ma-
ritus.§.proinde. ff. ad legem Iuliam de adulter.
276 vbi † autem ex diſpoſitione legis vel ſtatuti cu-
mulatiuè alius iudex conceſſus eſt : tunc ordina-
rij iudicis poteſtas ſublata non eſt.Sed vtriq; iu-
dici facultas eſt cognoſcere, dicta.l.j. C. de offi.
præfec.vrb.in fi.in his verbis,ita vt inferior gra-
dus meritum ſuperioris agnoſcat,atque ita ſupe-
rioris poteſtas ſe exerat , vt ſciat ex ipſo nomine
quid præfecto debeatur annonæ.& ideo in facul
tate actoris erit,in talibus reum coram quo iudi-
ce voluit conuenire.ratio,quia nullius iudicium
reus euitare poteſt ſeu declinare , per illam. l. Si
verò ſingulariter ius alteri priuatiuè conceſſum
eſſet,ſecus dicendũ eſt,dicta.l.ſi maritus.§.proin
de.ff.ad legem Iuliam de adulter.Non igitur re-
ctè gloſ.in dicta authen.habita. C.ne fil.pro pa-
tre.dixit ſpeciale eſſe in ſcholaſticis.Sed ex dicta
authen.habita.aliter dici poteſt.aut enim iudices
in fauorem perſonæ conceduntur:& debet qua-
litas cauſæ & perſonæ conſiderari,in qua priuile
gium veriſimiliter conſeruari poteſt:vt rectè di-
xit Bald. in dicta.l. vnica.ff.de offi. conſul. poſt
Bart.in extrauagan.ad reprimend.& pro eis eſt
dicta authen.habita.&.l.fi. C. de vetera.l. curia-
les qui bonorariam. C.de decurio. lib. x. Adde
Roma.in.l.j.§.j. ad fi.ff.de no. oper. nunciatio.
Bartol.in.l.quoties.§.fin.per illum tex.ff.de ad-
miniſ.tutor.aliter autem ſi priuatiuè cõceſſa eſt:
& vnus ſolus cognoſcit,tex.cum gloſſ.in.l.quid
ſi forte.§.j.in verbo, adminiſtratio.quam ſingu-
lariter illhic Bald.notat.ff.de ſolutio.Pariter Ni
col.Spinel.in.l.Tiberianus.C. de fund. limitro.
li.xj.& ſi alius decretum interponat:nullum eſt.
l.non valet.C.ad.l.fa.de plagia.l.j.C. de iuriſdi.
277 omnium iudi. † vbi ergo non priuatiuè ſed cu-
mulatiuè iuriſdictio conceſſa eſt:ſi inferior præ-
uenerit,ille diffiniet,vt dictũ eſt ſuprà poſt Bal.
in dicta.l.vnica.verſic.tertiò quæro.ff.de conſu
li.dicam in.l.penulti.infrà eodem titulo.Niſi di-
ſtincta ſit iudicum cognitio:quia tũc nullus eo-
rum fines conſtitutos excedere poterit. Et ſi ſe-
cus actum erit:tam iudex , quàm pars plectendi
erunt.§.& iudicare. in authẽ . de defenſo. ciuita.
colla.iij.l.tam collatores.circa fi. C. de re milita.
li.xij. dicta.l.in ſacris.magna.C.de proxi.ſacro.
ſcrinio.co.lib.Idem notat Bartol. in.l. iuriſperi-
tos.§.quum oriundus.ff.de excuſa. tutor. Bald.
autem in dicta.l.ij.in princ.ff.ſi quis.cautio.poſt
278 Petr.addit prædictis alium articulum, † quãdo
non pro eadem cauſa,ſed diuerſis,vnus & idem
coram diuerſis iudicibus cõuenitur,coram quo
reus reſpõdere debebit.in quo dicit Baldus.aut
iudices omnes æquales ſunt : & conſiderandum
eſſe ait vtra cauſarum maior eſt, & voluit maio-
rem cauſam proſequẽdam eſſe. Quibus adde. l.
contumacia.§.finali.ff.de re iudica.dictam.l.per
minorem.ff.de iudic.altera pro tempore ſuſpen-
ſa,ſi reus vtrique vacare nõ poteſt: & ex vtriuſq;
iudicis edicto perſonaliter comparere debet,niſi
forte altera tempore eſſet peritura.vt in eadẽ.l.§.
ſimili modo.&.l.ij.ff.de cuſto.reo. & in dicta. l.
vt perfectius.C.de anna.excep.quæ damnum ſi-
bi forte allatura eſſet:vt quia præſcriberetur vel
heremodicium contraheretur,vt notatur in.l.cõ
tra.C.de inoffi.teſta.l.penul.C.ne de ſta. defun.
Idem notat Inno.in.c.interpoſita.in prin. extra.
279 de appel. † vbi verò cauſa vtriuſq; æqualis eſt :
gratiſicari ſeu optare poteſt corã quo velit perſo
naliter comparere,per hunc tex.& ſimiles ſuprà
relatos.Intellige ſi ab vtroque conuentus eſt vt
perſonaliter compareat:tunc ab altero excuſan-
dus erit,dummodo coram altero poſtea compa-
reat.alioqui nõ excuſabitur,dicta.l.ſi maritus.ij.
verſ.proinde.ff.ad legem Iuliam de adulter.niſi
forſitan ab inferiore iudice retineat̃,dicta.l.ij.§.
penulti.ff.ſi quis cautio.l.ſuccurritur.ff.ex quib.
cauſis maior. Et proſequere,vt per gloſ.in dicto
§.penul.Intellige niſi affectaſſet conueniri ab eo
coram quo comparuit,vt alterius iudicium refu-
geret,vt dicetur in.§.ſeq.poſt glo.in verbo , vo-
luerunt.

Sed prædicta non omnino ſatis primo thema-
ti faciunt, videlicet vbi reus à duobus iudicibus
æqualem iuriſdictionẽ habentibus cõuẽtus eſt:

neque de prioritate præuētionis apparet: an reus
coram quo compareat eligere poſsit. Tolle exē-
plum in poteſtate Mediolani & capitaneo iuſti-
tiæ inquirētibus de delicto alicuius quum ambo
æqualiter iuriſdictionem habeant, an reus opta-
re poterit coram quo velit ſe defendere. Clarum
280 eſt rationi † nō conuenire reum coram diuerſis
iudicibus pro eodem crimine accuſari, & teneri
coram vtroque comparere. l. qui de crimine. C.
de accuſa. l. ij. §. fin. ff. de cuſto. reor. l. ij. §. fi. ff. de
in ius vocan. dicta. l. tam collatores. §. quoniam
verò. C. de re milita. lib. xij. Si tamen re vera fue-
rit coram pluribus accuſatus: non tenetur ſe co-
ram omnibus defendere: ne ratione eiuſdem cri-
minis diuerſa ſequantur iudicia, dicta. l. tam col-
latores. in his verbis, diuerſis quoque ſuper hiiſ-
dem perſonis hiſdemq; cauſis & negotijs prola-
tas fuiſſe ſententias. l. ſi pariter. ff. de liber. cauſa.
Si tamen alter iudicum maior eſt, nō dicam ſupe
281 rior: & dic, aut † ille accuſatus habet ſpecialē iu
dicē rōne pſonæ, licet aliàs ab ordinario nō exi-
matur: & cognoſcet iudex ſpecialem habens iu-
riſdictionem. l. magiſteriæ. C. de iuriſdi. omnium
iudic. l. ex eod. C. de agen. in re. lib. xij. cum illhic
notatis per glo. in verbo, abſurdum. l. fina. C. de
deſerto. lib. xij. & qui coram altero traxerit, puni
tur: vt in dicta. l. tam collatores. Si verò nulla eſt
ſpecialis cognitio à lege vel principe vel ſtatuto
alicui iudici cōceſſa: & maior iudex adiri debet,
& coram eo comparere, dicta. l. cōtra pupillum.
verſi. is qui ad maius. ff. de re iudica. dicta. l. j. C.
de offi. præfec. vrb. l. fi. fin. C. de iuriſdi. omnium
iudi. l. j. C. de mulieri. & in quo loco. lib. x. Luc.
de Pen. in. l. ciues. C. de incol. lib. x. Exceptis tri-
bus caſibus commemoratis in. l. ij. §. j. & fi. & ibi
Bald. ff. ſi quis cautio. & per Alex. in dicta. l. con
282 tra pupillum. §. is qui ad maius. † Primus ſi deti-
neatur perſona ab inferiore. Secundus ſi pro cau
ſa teſtimonij. Tertius. Si pro maiore cauſa. Quar
tus ſi cauſa coram inferiore eſt tēpore peritura.
de his omnibus ſigillatim ſuprà diximus. Si verò
omnes æquales ſunt in iuriſdictiōe, vti eſt in exē
plo propoſito: & præuentioni locus eſt, dicta. l.
tam collatores. §. quoniam. C. de re milita. li. xij.
in his verbis, antequam negotiū ex priori actiōe
prioreq; conuentione legitimum finē ſortiatur.
dicam abundantius in. l. penul. infrà eo. in mate-
ria præuentionis. Si verò non conſtet vter eorū
præuenerit: omnes in hoc cōueniunt in optione
eſſe rei coram quo velit comparere: quia à duo-
bus ratione eiuſdem criminis moleſtari non de-
bet, dicta. l. qui de crimine. C. de accuſa. l. ij. §. fi.
ff. de cuſto. reo. Glo. autem in illis legibus, ſecun
dum aliquos, velle videtur teneri coram vtroq;
283 comparere. Non comperio glo. hoc dicere, † ni
ſi quum reus occaſione plurium criminū per eū
commiſſorum à diuerſis iudicibus impetitur, vel
in diuerſis tribunalibus accuſatur: tūc coram o-
mnibus cōparere debet. ſed ſi coram eorum al-
tero comparuerit: is qui notionem criminis ſum-
pſit, etiam ſi inferior iudex fuerit, non tenebitur
ad alterum remittere, donec crimē pro quo reus
factus eſt, diffiniuerit. l. iij. ff. de præuaricato. l. ij.
§. fi. ff. de cuſto. reo. ſed illo crimine diffinito re-
mittendus erit reus ad alterum iudicem. l. ſi cui.
§. ſi. ff. de accuſa. Quibus adde tex. in Cle. paſto-
ralis. §. denique. verſi. quid ſi punitio. de ſenten.
& re iudica. notat Bal. in. c. iniuria. iij. colū. de pa
ce tenenda & eius viola. interim iuuabit eum ex-
cuſatio, dicta. l. ij. §. fi. & l. quiq; litigandi. in prin
ci. ff. de in ius vocan. dicta. l. ij. §. j. & fi. & l. ſed et
ſi quis. in princi. ff. ſi quis cautio. Sed ad quæſtio
284 nem propoſitam reuertamur, videlicet † quum
ratione eiuſdem criminis coram diuerſis iudici-
bus eiuſdem autoritatis & eodem tempore ac-
cuſatur: et dic in optione eſſe rei conuenti coram
quo velit comparere, per hunc tex. omnes ita te-
nēt in dicta. l. ij. §. j. ff. ſi quis cautio. & in dicta. l.
Titiæ textores. in princi. & in. l. quod in rerū na-
tura. §. penul. ff. de leg. j. in dicta. l. ciues. C. de in-
col. lib. x. Et præcipue Bar. in. l. quoties. §. fin. ff.
de adminiſtra. tuto. Non etiam prohiberi debet
cognitio eius cui iuriſdictio ſpecialiter compe-
tit. §. iuſiurandum. in fi. in authen. de defenſor. ci
uita. in his verbis, & ſiue affuerit ciuitatibus iu-
dex, ſiue nō, nequaquam prohibeatur quiſpiam
agere apud defenſorem. l. vnica. in princ. vbi per
Bal. ff. de offi. conſul. Ego autem pro hac nouiſ-
ſima ſententia pondero tex. in. l. j. in ſi. C. ne lice.
poten. & ſic legas: nec metuas ne præiudices vi-
ris clariſsimis: quum diuus Claudius huiuſmodi
rei rectorem prouinciæ & diſceptatorē, & ſi res
poſtularet vltorē ſpecialiter fecerit, vt ſit ſenſus
voluit Claudius Imperator, vt hij qui in poteſtio
res iura & actiones transferūt aut potētis patro-
ciniū aſſumunt, & ob id duriorem aduerſarium
conſtituunt rectorem prouinciæ quaſi illius cu-
ſtodem huiuſmodi ceſsionis ſeu patrocinij vindi
285 cem habeant. † mouēs ex autoritate Claudij Im-
peratoris Iuſtinianus Imperator ꝓuinciæ recto-
res ne viros clariſsimos, quibus ceſsio facta eſt
vel huiuſmodi patrocinium præſtiterunt verean
tur, qui dicere ſolent non conueniri poſſe ſiue ci-
uiliter ſiue criminaliter agatur quàm coram ſuis
iudicibus, vt in. l. ij. & fi. C. vbi ſenato. vel clariſ.
Prohibet enim ne illis complaceant, ſed non ob-
ſtante eorum priuilegio diffiniant. hoc vult dum
dicitur in dicta. l. vnica, vltorem ſpecialiter fe-
cerit. & ratio eſt, quia iudicis ordinarij poteſtas
pro ſubditorū beneficio à principe ordinata eſt:
quāuis, vt dixi, hoc ætas noſtra nō ſemper admi-
286 ſit. & illam. l. primā ſingulariter nota, † non at-
tendendum eſſe cuiuſcūque perſonæ priuilegiū
vbi reipublicæ vtilitas lædi vel ſubditis vexatio
fieri poteſt. Conſentio autem vt reus accuſatus
teneatur alteri iudici ſignificare ſe pro eodem cri
mine ab altero iudice impeti, per rationē. l. ij. ff.
ſi quis in ius voca. non ier. & l. ſi quis ex aliena.

de iudi.

de iudi. ne iudicem contemnere videatur, dicta
l. ſi maritus.ij. §. proinde.ff. ad legem Iuliam de
adulter.amplia quæ circa huiuſmodi gratificatio
nes ſuprà ſcripſimus, quod notat Bald. per illum
tex.in.l.ſi quis ad declinandum.x.colum.verſic.
vlterius quæritur. C.de epiſco. & cleri. & Lucas
de Pen. in dicta.l.ciues.in fi. C.de incol.libro.x.
Floria.in.l.itinere.ff.de ſeruitu. ruſtico.prædio.
Do.in.c.gratia.iij.colum.de reſcrip.in.vj.Quid
autem ſi plures pœnæ pro eodem crimine inue-
niantur à lege impoſitæ: cuius erit electio, an iu-
dicis vel rei? & licet variatum ſit, vt plene per gl.
Cin. Bar. Bal. & Francif. Aret.in.j. C.de ſum. tri
nita. & fide catho.eoſdem in.l.ſi fugitiui. & in.l.
quicunque. C. de ſeruis fugiti.in hoc cum Barto.
cõuenio in.l.j.ff.de effractori.licet iudices id nõ
287 obſeruent. † vt rei, nõ autem iudicis ſit electio,
multiplici ductus ratiõe. Prima, ſecundum Bart.
quoniam in pœnis mitior de iure fieri debet in-
terp̄tatio.l.interpretatione.l.hodie.l.ſi præſes.l.
ſanctio.ff.de pœ.l.cũ quidam.ff.de liber. & poſt
hu.c.odio.de reg.iur.in.vj. Secunda, & id mul-
tùm mouet, quæ fuit etiam Bald. in dicta.l. qui-
cunque.iiij.colum. C.de ſeruis, fugi. quia vtraq;
pœna, quum à lege ſit impoſita, eſt certa: ideo
vtraq; purgat crimen, dicta.l.ſi fugitiui.l. qui ſe-
pulchra.ff.de ſepul.viola.nam vt aliquando di-
xi per. l. reſpiciendum.in princi.ff.de pœn.cum
aliquo benignitatis temperamento iudex debeat
pœnas moderari, etiam in grauioribus delictis:
288 ſic cum temperamẽto † optionem reo facere de-
bet, aut ſuo nomine minorem eligere. nulli ergo
dubium eſſe debet minorem pœnam imponen-
dam eſſe. Idem in pœnitentia iniungenda.c.fi.ix.
diſtinc.c.eod.l.diſtinc.hoc ipſum.xxxiij.q.ij. gl.
in ſumma.xxj.q.ij.vbique Archi.c.qui diuinita-
tis.de pœniten.diſtinc.j.de quo in.ca.de cauſis.
per Cano.extra de offi.delega. illhic plura repe-
ries quæ hic cõgerere potes. Cæterũ Frãcil. Are.
qui contrariæ fuit opi.in dicta.l.quicunq;. C. de
ſer.fugiti. in contrarium plura allegat, per quæ
probari ait, in corporalibus pœnis infligendis iu
dicis optionem eſſe, quibus reſponderi poteſt,
Nec obſtabit in primis.l.Pedius.§.fi. ff. de incẽ.
rui.naufrag.in his verbis, & omnino vt in cæte-
292 ris, ita in huiuſmodi cauſis † ex perſonarum con
ditione & rerum qualitate diligenter pœnæ ſunt
æſtimandæ, ne quid aut durius aut mitius lege ar
bitrẽtur. quia rectè loquitur vbi à lege pœnæ nõ
eſſent determinatæ, ſed in arbitrio iudicis conſi-
ſterent: quia tunc pro modo & qualitate delicti,
loci, & perſonæ arbitrari poſſet.l.aut facta.ff. de
pœ.l.j. C.de his qui latro. occulta. in his verbis,
& iudicis æſtimatione plectetur, prout iuris eſt.
& ſic illo caſu æſtimatio à iudice fieri debet cum
legis temperamento.l.hodie.ff.de pœn. Sed vbi
pro crimine à lege variæ pœnæ imponunt: & nõ
videt iudicem alteram poſſe imponere, niſi iuxta
legis temperamentum. vbi autem lex vnicã pœ-
nam veluti mortis imponit: nõ poteſt iudex reo
optionem dare quo genere mortis perire velit,
an veneno, an fuſtibus, an laqueo, vel telo, mori
deſideret: ſed genus mortis dicere debet.l.aut dã
num.in princi.ff.de pœ.dum inquit, diui fratres
reſcripſerunt contra p̄mittentes mortis facultatẽ
Non omitto vnum quod rectè cõſiderari debet
290 in.l.ſi præſes.in fi.ff.de pœ. † vbi iudicis ſenten
tia cauſam non diſtinguit ſed poteſt ad crimen et
non crimen eſſe, vt magis ad crimen debeat refer
ri quàm ad non crimen. Sed ſi ex crimine duæ le-
ges ſunt quæ pœnã imponant: minor pœna am-
plectenda eſt: & ſic minor eligi debet. non autẽ
aperit illa.l.à quo electio fieri debet, an à iudice,
an à reo quamuis legis verba iudici magis quàm
reo dirigi videantur. & idem velle videtur.l.j. §.
expilatores.ff.de effracto. Sed in ea ideo iudici-
bus facultatem arbitrandi pœnas concedit vbi à
lege ſpecialiter pœna impoſita non eſt, dum ille
text.inquit, q̄bus nulla ſpecialis pœna reſcriptis
principalibus impoſita eſt: idcirco cauſa cognita
is qui cognoſcit arbitrabitur. ſed.l. hodie ſupra
allegata, addit temperamẽtum, dummodo ratio
nem non excedat. vbi idem tenet Bart. per dictã
l.ſanctio.ff.de pœn.illhic plenius Bart.declarat:
quãuis idẽ Bar.diſtinguat in dicta.l.j.ff.de effra-
291 ctor. † an verba ad reũ referuntur: & eligit reus,
dicta.l.quicunq;.in verbo reddat. C.de ſer.fugi.
Si verò diriguntur ad iudicem: & iudex eligit, di
cta.l.ſi fugitiui. C.de ſer.fugiti. & dicta.l.j.ff. de
effracto. Si verò ſimpliciter à lege ſunt prolata:
& eligit reus. ſed, vt dictum eſt, iſta diſtinctio nõ
videtur multùm conuenire ne mortis ſuæ electi
eſſe videantur, ſicuti de Seneca legimus. & dicta
auth. dãnum.ff.de pœn. ſecũdò eo quod lex ſem
per in pœnis quod minus eſt in dubio ample-
ctitur.l.diem proferre.§.ſi plures. & l.non diſtin
guemus.ff.de arbi. Sufficere etiam debet iudici
legi ſatisfacere. licet plerique iudices à communi
bus legum traditionibus diuertentes aliter ſenti-
re vidimus, idq; nouiſſimis diebus nonullis no-
ſtri ordinis contigiſſe nouimus conſtantiſſimè
289 & cũ maxima vociferatione affirmãtibus † legẽ
dum de pœna capitis loquitur, indiſtinctè de vl-
timo ſupplicio, non autem de deportatione in-
terpretandam eſſe, dicentibus neque legem eſſe
in iure quæ ſecus intelligat: quaſi cum litera-
rum expertibus loquerentur. & licet plures le-
ges obijci poſſent: hæc tamen ſufficiant. l. reſpi-
ciendum, in fin.ff.de pœ.capitis, inquit ille text.
pœna eſt vel beſtijs ſubijci vel ſimiles pœnas
pati vel animaduerti. l. licet. ff. de verborum
ſignificationibus. l. eum patronum. §. Labeo.
ff. de iure patrona. l. edicto. ff. de bono. poſſeſ.
l. ij. ff. de publi. iudic. l. ij. in principio. ff. de
pœn. l. hos accuſare.§. omnibus.ff.de accuſa.l.
fin.ff.de capi. diminu.l.capitalium.ff.de pœn. l.

ſacrilegij pœnam. & l. ſacrilegij capite. ff. ad. l. Iuliam pecul. l. quicunq;. ff. ad. l. Corne. de fal. glo. in ca. quanto. extra. de iureiuran. l. ſed & ſi quis. in princ. verſic. rei capitalis condemnatum. ff. ſi quis cautio. dixi in. l. j. in prin. & l. vltimum. ſuprà eo. & ſi vis ſatiari autoritatibus & deciſionibus doctorum, vide Feli. in. c. ex literis. j. colum. extra de conſtitutio. Luc. de Pen. in. l. ſi quis per publicum. C. de curſu public. aliam & pulchrã diſtinctionem propoſitæ quæſtionis tradit, ſed ex præcedẽtibus ſatis eliſa eſſe videt̃, ideo aliter non repeto: quoniam illi adhæret. hæc de gratificatione dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 Serui quoties puniendi ſint non præſtantes opem & auxilium domino periclitanti.
2 Carcer an differat à vinculis.
3 Carcer quadruplex in iure reperitur.
4 Carcer quandoque de iure ciuili pro pœna ſtatuitur.
5 Excluſio ſimplex differt ab excluſione perpetua.
6 Suſpenſus à iudice donec ſatisfecerit, quãdo dicatur reſtitutus. & nu. 7.
8 Iudex pro crimine pœnam carceris ſimpliciter imponens, perpetuo carceri damnare videtur.
9 Pœna in iure qualis præſumatur in dubio, an temporalis an verò perpetua.
10 Interpretatio mitior in pœnalibus fieri debet.
11 Vincula quo in loco dari ſoleant.
12 Liber homo quare pro crimine nõ debeat carceri perpetuo mancipari.
13 Carcer in quo differat à vinculis.
14 Vinculis teneri qui dicantur.
15 Vincula dari non debent in carcere pro quamlibet graui crimine.
16 Carcer & vincula nemini debent perpetuò dari.
17 Corpus retineri poteſt ob crimen peculatus, vſque ad reſtitutionem rerum ablatarum.
18 Pœna edicti fraudatorij quæ ſit aduerſus fraudatorem conſtituta.
19 Cedens bonis nõ tenetur poſt ceſſionem, niſi quatenus facere poteſt.
20 Doloſus qualiter puniatur per priuationem bonorũ.
21 Carcer perpetuus in iure eſt prohibitus.
22 Debitor pro debito ciuili an poſsit per iudicem conijci in carcerem.
23 Creditores carceratum debitorem alere tenentur.
24 Iudices tãquam carnifices puniri debent qui perpetuo carceri mancipant debitores.
25 Iudex ſi ad tempus reum damnauerit, de quanto tempore intelligi debeat.
26 Sententia iudicis ad tempus condemnantis, quam recipere poſsit interpretationem.
27 Carcer quandoque pro vinculis, & vincula pro carcere pronuntur quandoque.
28 Attilius regulus qualiter per Carthaginenſes necatus.
29 Carcer perpetuus in quo differat a perpetua relegatione.
30 Carceri nemo tradi poteſt virtute pacti.
31 Carceris ſecunda ſpecies quæ ſit.
32 Cuſtodia diligens dicitur ea quæ fit cum vinculis.
Carcer cuſtodiæ quis dicatur,
33 Iudex ſecularis poteſt detinere clericum crimino ſum, donec ſuo iudici eundem offerat.
34 Iudex laicus quid poſsit in clericum abſque excommunicationis metu.
35 Pignori incumbere melius eſt & in tempore occurrere, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere.
36 Carcer domeſticus quis dicatur.
37 Pater poteſt filium relegare, dominus vaſallum, diues ſeruum.
38 Dominus ſeruum caſtigare poteſt cum fræni temperie.
39 Carcer priuatus quis ſit, & quare prohibitus de iure.
40 Carcere priuato vtens abſque principis autoritate, plecti debet capite.
41 Captus ab hoſtibus non rediens dum poteſt, pro tranſfuga eſt habendus.
42 Iudex ordinarius an & quando reſiſtere poſsit delegato a ſede apoſtolica.
43 Delegato a papa reſiſti põt & contradici, ſi in facto excedat.
44 Clerici poſſunt & debent defendere eum qui iniuſtè dãnatus ad mortem ducitur.
45 Reus mortis an peccet fugiendo, & vitam ſuam ſeruando.
46 Fur accuſatus ſi fugiens ſatisfecerit, liberatur: ſufficit enim hæc ſatisfactio, qua ſanguinem ſuum redimat.
47 Iudices & magiſtratus nimium ſæuientes in ſubditos qualiter plectendi.
48 Carcer propriè non dicitur niſi qui publicus eſt.
Effractor carceris capite plectendus eſt, ſicut & qui exiuit.
49 Effractor carceris pro confeſſo eſt habendus, ideoq; tanquam confeſſus de crimine puniendus: ſed hoc falſum eſt aliquando. nu 50. 51. & 61.
52 Carceratus tametſi conuictus, apud acta tamen eſt audiendus.
53 Eximens carceratum quando & qua feriendus ſit pœna. & nu. ſeq.
55 Capi qui poſſunt ab omnibus & detineri, donec præſententur iudici.
56 Eripiens ſeu eximens captum lege permittente, a vi publica non excuſatur.
57 Effringens carcerem vt ſe aut alium eximat, qualiter puniatur.
58 Condemnare innocentem de crimine, noxium eſt & legibus odioſum.
59 Incendiarij cuius nomine ciuitates Galliarum incendere quondam conati.
60 Effractores carceris Pariſienſis qualiter olim puniti.
62 Supplicium ſumendum eſt de his qui carcere effracto euaſerunt.
63 Expilator qua pœna olim plectebatur,
64 Effractor nocturnus qualiter puniri debeat, & qualiter diurnus.
65 Carcerati facta conſpiratione, vinculis ruptis & fracto carcere euadentes ſunt grauiore cuſtodia aſſeruandi, ſi denuo apprehendantur.
66 Effractor carceris ſi innocens repertus fuerit de crimine impacto, non eſt habendus pro confeſſo. & nu. 70.
67 Metus conſcientiæ an faciat quem pro cõfeſſo haberi, an verò facti ſæuitia.
Confeſsio ficta aduerſus innocentem non admittenda.

Veritas

68 Veritas plus à lege conſideratur quàm id quod ſimulate concipitur.
69 Accuſator innocentis puniri debet vt calumniator.
70 Occultans latronem tanquam latro confeſſus punietur.
71 Contumax intra annum per legem admittitur cauſam ſuam defenſurus.
73 Effractor carceris ſi denuo apprehenſus innocens criminis repertus fuerit non punietur niſi pro effracto carcere.
74 Emittens ſeu eximens reum in iudicio confeſſum, reus cenſetur criminis læſæ maieſtatis.
75 Confeſſus in iudicio, auditur adhuc quandoque in tribunali.
76 Effractor carceris qua ſit feriendus pœna.
77 Effractor nocturnus fuſtibus cæſus in metallum damnatur.
78 Princeps qualis eſſe debeat, vt Deo, cui placeat, adſimiletur.
79 Carcerati iubente lege audiri debent in conſiſtorio, vt iudices fræni temperie coerceantur à ſeueritate.
80 Milites deſertores quibus ſint pœnis plectendi.
81 Eximens vocatum in ius, quo minus in iudicio ſiſtat, qualiter puniri debeat.
82 Eximens eum qui pro crimine detentus eſt, in quo puniatur vltra partis intereſſe.
83 Pœna capitis plectitur qui abſque iure & poteſtate aliquem in cuſtodia detinuit.
84 Damnatus per eum qui ius damnandi non habet, pro damnato non eſt habendus.
85 Effractores nocturni ſunt diurnis grauius puniendi.
86 Effractores carcerum in multiplici differentia reperiuntur, atque multiphariam puniuntur.
87 Confeſſio rei nō ſufficit ad damnationem, niſi alijs etiã fuerit argumentis conuictus.
88 Innocens non venit damnandus ob reipublicæ intereſſe.
89 Damnari nemo debet niſi prius confeſſus & cōuictus.
90 Confeſſus contra ſe liberari debet, ſi de eius innocentia conſtet.
91 Effractor carceris inuentus innocens criminis impoſiti, non punitur niſi pro effractione.
92 Condemnatus vltimo ſupplicio à carcere per effractionem emiſſus, qua forma puniri debeat repertus.
93 Appellans haberi debet pro non condemnato pendente appellatione.
94 Eripiens ſeu eximens damnatũ ne de eo vindicta publica ſumatur, qualiter puniri debeat.
95 Subditi tenentur iudicum ſententias exequi, licet iniuſtæ ſint.
96 Eximens condemnatum punitur quandoque pœna legis Iuliæ de vi publ. & nu. 97.
98 Effractores carcerum nocentes reperti pro vtroque crimine ſunt puniendi.
99 Redimere ſanguinem ſuum ſecũdum legem licet ei qui de crimine impetitur.
100 Reus ſatagens animam ſuam ſeruare, non vt quenquã lædat, ſed vt ſe à pœna liberet, nōn peccat.
101 Accuſatus fugiens vel latitans, non debet ob id in grauiorem venire ſuſpicionem.
102 Effractor carceris an poſsit licite ab eccleſia extrahi.
103 Effractor carceris an poſsit impunè interfici.
104 Aedificia publica potioribus gaudent priuilegijs quã priuata.
105 Carceratus fugiens an præſumatur fugere vt reſipiſcat.
106 Iudices ſæuientes in eos qui ad eccleſias confugiũt, puniuntur per iura canonica.
107 Depopulator quis dicatur, & quid ſit populari.
108 Graſſator quis ſit, & an gaudeat immunitate eccleſiaſtica.
109 Effractor carceris quo præſumatur animo eſſe.
110 Rapiẽs virginem in Deum peccat, & in rempublicam.
111 Raptor virginis non gaudet priuilegio eccleſiaſticæ immunitatis.
112 Iuuentus quot & qualibus ſcateat vitijs.
113 Virtus quibus atteratur vitijs.
114 Stuprum meretricis non poteſt omnino excuſari.
115 Animus delinquendi quando interueniſſe dicatur.
116 Prodere ſeipſum nemo tenetur in cauſa capitali.
117 Effractores carcerum non poſſunt impunè extrahi ab eccleſia.
118 Latrones quando eccleſiaſtica immunitate permittantur gaudere.
119 Presbyter pro latrocinio deponi & degradari poteſt.
120 Homo præſumere debet nefas eſſe homini inſidiari.
121 Fraus aut dolus ab eo committi non dicitur, qui ſaluti propriæ duntaxat proſpicit.
122 Captiuus iuſtè puniendus an peccet ſi fugiat non reuerſurus.
123 Fugiens faciem iudicis ne morti tradatur, non peccat.
124 Aufugiens à carcere quũ poteſt, peccare non iudicatur.
125 Morti ſe offerre, quamuis iuſtiſsimæ nemo tenetur.
126 Offerre ſe ad mortem non debet, qui reſipiſcendo peccatum redimere poteſt.
127 Statuentes ne pro vſuris vltra duos nummos pro libra ſingulo menſe capiatur, an incidant in clementinã vſuras prohibentem.
Statutum prohibens maius, an per id cenſeatur permittere minus.
128 Reus mortis non tenetur ſe vltro ad mortem offerre.
129 Seruus an poſsit ſe ſubtrahere à ſeruitio domini cauſa religioſæ profeſsionis.
130 Seruus ex ancilla natus differt ab eo, qui captiuitate ſeruus eſt effectus.
131 Seruitus quo iure introducta fuerit.
132 Reus ob delictum ſeruus pœnæ efficitur, & in malorũ timorem & bonorum conſolationem Reipublicæ addicitur.
133 Ciuitates refugij quare à Deo Iudæis conſtitutæ.
134 Effractor carceris quare vno in loco capitale ſubijt iudicium, & in alio pœnam temporalem tantùm.
135 Exire è carcere nemo debet, niſi velut effractor puniri velit.
136 Detentus vinculis priuatis ſeu priuato carcere, cùm poteſt tenetur exire.
137 Effractor carceris non dicitur, qui vt patri aut domino ſubueniat carceres fregit.
138 Factum in delictis pro infecto haberi nequit.
139 Vſucapere poteſt exiſtens in vinculis, dummodo non ſit in ſeruitute.
140 Scriptor promittẽs librum ſcribere, an detineri poſsit, ſi veniat in ſuſpicionem fugæ.
141 Obligatus ad factum, an præciſe ad factum compelli poſsit.
142 Obligatus ad factum, liberatur ſi intereſſe ſoluerit.
143 Obligatus ad dandum, quare præciſe teneatur dare.

144 Operis ſuis aliquid facere ſpondens, non poteſt id per ſubſtitutum operari.

145 Libertus patrono operas ſtipulatas per ſeipſum præſtare tenetur.
Induſtria hominis ſi requiratur, per ſubſtitutum ſeruire nemo permittitur.

146 Filius qua de cauſa patris loco ſubſtitui nequeat.

147 Libri an veniant in iuris conſideratione.

148 Obligare ſe carceri ſpecialiter an poſsit homo liber.

149 Reipublicæ intereſt viros doctos & prudentes habere.

150 Allegare legem vnicam ſufficit, licet plures eandem ferant ſententiam.

151 Titulum lucratiuum quare is habere dicatur qui pecuniam offert pro officio vel præbenda conſequenda.

152 Dignitates & officia quo animo à plerisque ambiãtur.
Magiſtratus hac tempeſtate ouibus depilandis vacant, non lupis depellendis.

153 Officia diuerſa eodem tempore tenentes non excuſantur ab ambitione.

154 Ambitioſi cenſendi ſunt qui ſuffragio dato aut pecunijs mutuò principi datis dignitates recipiunt.

155 Acceptatio ſpontanea dignitatis an & quando præiudicés attrectanti.

156 Expenſæ factæ à patre pro filio in ſtudio exiſtente, an ſint illi in legitimam computandæ.

157 Venditio impoſsibilis iudicatur quæ fieri nequit non conſentiente ſummo pontifice.

158 Epiſcopus ab ordinato nil pro ordinatione recipere debet, ſicut nec miniſter, nec notarius.

159 Epiſcopo pro ordinatione aliquid dari poteſt honoris gratia.

160 Recipi non debet quod dari non licet.

161 Sacerdotes Romanorum ad quæ olim erant adſtricti.

162 Officia & dignitates quandoque in iure per ornamenta diſiniuntur.

163 Sacerdotes Romanorum qua de cauſa canem immolabant.

164 Sacerdotes Veſtales à Romulo inſtituti quales.

165 Pontifices vnde dicti ſecundum Varronem.
Sacerdotium olim petens centum aureorum multam ſubibat.

166 Inire magiſtratum, eſt inſignia magiſtratus ſuſcipere.

167 Pecunia an detur licitè pro ſacerdotio obtinendo.

168 Spectacula quæ olim permiſſa.

169 Sacerdos hodie effici non debet, qui, vnde vitam ſuſtentare poſsit, non habet.

170 Donatio facta à patre vni liberorum in titulum ſacerdotij, an poſsit reuocari ſi cæteros nimium grauet.

171 Conſuetudo circa ius patronatus laicum, qualiter obſeruetur contra ius commune.
Donatio patris in filium qua cæteri filij legitima priuãtur, eſt de iure inualida.

172 Inſtituere Deum hæredem nemo debet in præiudiciũ liberorum.

173 Iura locum ſibi vendicant in omnibus omniũ actibus.

174 Conſuetudo Calrtenſis exhæredans omnes ſecundo genitos, an ſit licita.

175 Donatio facta à teſtatore quæ ſemel vim habere cœpit, ab hæredibus impleri debet.

176 Promoueri in ſacerdotem ſine titulo quare nullus debeat.

177 Presbyter non tenetur conferre quod pater ei donauit in ſacerdotij titulum.

178 Obſeruari maxime debent quæ per conſuetudinẽ ſunt introducta.

179 Pater non præſumitur velle filios ſuccesſione priuare.
Presbyteri quidam hodie indecenter mendicant, vno eſuriente, altero verò vino ſepulto.

180 Eccleſia iuſtitiæ cultrix fraudem nullam admittit.

181 Onus à patre relictum pro aliquo filiorum honorando, commune inter hæredes eſſe debet.

182 Carcere priuato qui vſus fuit an poſsit excuſari, ne teneatur pœna legis vnicæ. C. de priua. carce.

183 Detentio in quo differat à carceratione.

184 Culpa non aufugientis à carcere priuato, nõ purgat delictum detinentis & carcere priuato vtentis.

185 Factum in dantibus operam rei illicitæ attenditur à lege, nedum animus ſolus.

186 Culpa vnius non tollit dolum alterius.

§. Subuenitur.

SERVI ſi quũ dominus offendebatur, auxilium ferre dño, ſeu occiſores apprehendere non potuerunt, à pœna Senatuſconſulti excuſandi ſunt. hoc dicit.

Duæ ſunt partes huius. §. Prima, thema ponit. Secunda declarat. quæ eſt in verſi. clauſos. & hic tex. ſignandus eſt in multis: vt ex ſequẽtibus liquebit. Huic tex. cõuenit. §. quod ſi quis puta veneno. in. l. j. ſuprà
1 eo. † totiens, inquit, puniẽdi ſunt ſerui qui auxilium non tulerunt, quoties potuerunt ei aduerſus vim opem ferre, & non tulerunt. hic autem dicit ſeruum excuſari ſi auxiliũ dño non tulit, quũ clauſus eſſet, aut in vinculis coniectus tenebatur, neque vincula erumpere potuit. Idem in eadem. l. j. §. tuliſſe. ſuprà eo. l. in delictis. in princi. ff. de noxa. actio. l. qui commeatus. in princ. ff. de re milita. in his verbis, vel à latronibus detentum ſimili ve caſu moram paſſum, dum tamen nõ tardius à loco ſe profectum probet, quàm vt occurrere poſſet intra cõmeatũ reſtituendus eſt. l. ſuccurrit. & l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. maior. l. miles. §. quidam accuſare. ff. ad legẽ Iuliam de adulter. l. ij. §. fin. & illhic glo. in verbo, retentus. ff. ſi quis cautio. Nõ enim in hoc refert an publico vel priuato carcere vel aliàs clauſus aut vinctus teneatur vel aliter prohibeatur auxilium domino ferre. l. qui neque. §. ſolutum. & l. vinculorum. ff. de verborum ſignificatio. Ex quibus & ma-
2 ximè ex hoc text. in verſiculo, clauſos. † conſtat inter carcerem & vincula differentiam eſſe, vt in. l. verum. ff. de verborum ſignifica. l. j. ff. de cuſto. reo. l. nullus. C. de priua. carce. Omnis enim cui libertas recedẽdi adempta eſt, largè clauſus dici poteſt, dicta. l. qui neque. §. ſolutum. & dixi in. l. j. in principio. ſupra eodem. Quibus adde l. Titio. §. Titio. ij. de conditio. & demonſtra. l. ij. ff. de liber. hominũ exhiben. Per quam idem idem notat Bartol. in. l. frater à fratre. colũ. pen. ff. de condictio. indebi. Imò plus dixit Barto. in

l.§.§.omnia igitur.ff.de acquir.rer.domi. ſi vi ab eccleſia extractus per ſententiam iudicis eccleſiæ reſtitutus fuerit, debet ei plena libertas dari, vt difficilis poſtea ſit eius proſecutio. hoc dicit per l. naturale. in princip. ff. de acquiren.rer.domi. & dictam. l. qui neque. §. ſolutum. de cuius veritate vide Ioan. de Pla. in. l. nemo. C. de exacto. tribu. libro.x.dixi in. l. j. princip.ſuprà eodem.illhic vide, & Archi. in cap. fina. vij.quæſtione.j. capitu. vbi periculum. de electio.in.vj. & Bald. in.l.imperium.in prima lectura.colum. iiij. ff. de iuriſdi. omnium iudic. Cuius dicta refert Iaco.de ſanc. Georg. in ſua ſumma feuda.in verbo, cum mero & mixto imperio. vbi dicit quadruplicem eſſe carcerem .adde eundem Bal dum in authen. ſi captiui. C. de epiſco. & cleri.

3 Primus † eſt perpetuæ pœnæ de iure canonico. capit.nouimus.extra, de verborum ſignificatio. cap.quum non ab homine.& cap.at ſi clerici.extra,de iudic. cap.excommunicamus.extra,de hæreti.c.quamuis.de pœn.in.vj.cap.fin. de hæreti. eodem libro. Qui de iure ciuili prohibitus eſt, præterquam in ſeruo.l. incredibile. &.l. ſeruus. C. de pœn. quum carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam tantùm inuentus ſit.l.aut damnum. §. ſolēt.ff.de pœn.l.j.C.de cuſto.reo.quamuis Io. de Platea in dicta.l.nemo carcerem. colum. iiij. C.de exacto. tribu.li.x. contrarium affirmet,vbi crimen pœnam vltimi ſupplicij nō exigit: quum iura canonica, quæ de iure ciuili ſpecialiter immutata non inueniuntur, in foro ſeculari ſeruari

4 debeant.c.j.extra,de no.oper.nuncia. † Plus illhic addit,de iure ciuili quandoq; carcerem pro pœna ſtatui.l.fin.§.ſi.iuncta glo.in verbo, dabitur.ff. quæ in fraud.credi.fiunt. vbi per fraudem bona diſsipans,in pœnam pro debito in carcerē conijcitur. ponderato illo tex.in verbo,pœnam. reus igitur ad pœnam carceris damnatus non facta temporis expreſsione:in perpetuum damnari videtur,dicta.l.ſeruus. C. de pœn. ſecundum gloſ.in.l.ſine præfinito.ff.de pœn.per quam Cinus illhic & Bartol.in.l.ſi quis adulterium.§.fin. ff.ad legem Iuliam de adulter. dicunt iudicē ſimpliciter damnando ad pœnam carceris, perinde perpetuò reum condemnaſſe videri, atque ſi expreſſe perpetuo carceri condemnaſſet, dicta.l. ſi ſeruus. C.de pœn. &.l.ſine præfinito. ff. de pœn. & dicit Canoniſtas huic opinioni ſe ſubſcribere in.c.ex literis.extra,de conſti.addit illis Ioan. de Plat.l.fina.ff.de legatio.Tu autem aduerte gloſ. in dicto.ca.ex literis.in verbo,perpetuum. aliter ſentire quàm dicat Io.de Pla. Cuius diſtinctionē illhic Inno. Hoſtien.& Io.Andr.ſequuntur,ſimi liter & Feli.cum modificatione Ioā. Andr.in eadem decreta.poſt Inno.in.c.quū bonæ.extra, de æta.& qualita.ordinan.dicit illhic glo.per illum

5 text.probari † aliud eſſe aliquem ſimpliciter excludere,aliud in perpetuū excludere.c.nō oportet.xxxiij.q.iiij.cum alijs multis per eā allegatis.

tandem diſtinguendum eſſe ceſſet propter illum tex.aut enim iudex reum pro contumacia condēnat:& purgatur comparendo vel ſatisfaciendo, per illum text.ſicuti eſt in iuramento in.c.ad noſtram.tertiò extra,de iureiur.dicit autem Innoc. in.c.cum bonæ.extra,de æta. & qualita. ordinā.

6 & poſt eum Io.Andr.vbi † ſuſpenſio facta eſt à iudice donec ſuſpenſus ſatisfaciat : non reſtituitur, niſi per iudicem pronunciatum fuerit ſatisfeciſſe,& ſpecialiter abſoluatur. ca. presbyter. ij.quæſtione.v.Sed cum diſtinctione Ioā.Andr. aut ſatisfactio extraiudicialis eſſe debet:et procedat dictum Innocen.aut iudicialis:& ſecurè miniſtrat, quia iudex ſatisfactus eſt ſuſpendendo. Quid enim, ſecundum eum, ſi iudex dixerit ſuſpenſum eſſe donec compareat ? comparendo iam ſuſpenſio ceſſat, per dictum.cap.presbyter. quare fruſtra declaratio fieret. Tu verò aliter declara mentem Ioan. Andr. vult enim dum quis condemnatur vt aliquid faciat & id extra iudicium fieri debet, videlicet vt parti aliquid tradat & donec iudici conſtet & ſuper eo pronunciet,

7 ſuſpenſio manet. † Si verò iudice ſedente ſatisfieri debet, videlicet ſi ſuſpenſus eſt donec reſpondeat poſitionibus : quam primùm iudici conſtat reſpondiſſe, ſtatim ſuſpenſio ceſſat,dicto.c.presbyter. Idem ſentit Anto.de Butrio in dicto.c. quum bonæ.& Innocen.ſibi cōtrarius in cap.ſicut. extra de cohabi.cleri.& mulier. dicit autem Ioan. Andre. in Cle.j. de decimis.in primo caſu ſufficere,ſi iudex expreſſe declaret ſuſpenſum ſatisfeciſſe nulla alia ſolennitate requiſita.dicam in.l. neceſſarios. §. non alias. infrà eodem. Ego autem puto aliter dicendum eſſe.aut enī dies adiectus eſt ſatiſfactioni:ſi poſt diem ſatisfaciat,licet per eam liberetur, quia tamen in tempore non ſatisfecit,puto in hoc ſentētiam abſolutoriam iudicis neceſſariam eſſe: quia verum eſt in pœnam incidiſſe,etiam ſi pòſt ſatisfaciat.l. quidam teſtamento.ff. de fideicommiſ. li berta.Idem notat Ioā.Fab.in.l.j.C.quando lice. ab emptio.diſcede.& in.§.j.inſtit. de emptio. & & vendi.Secus autem vbi tempus adiectum non eſt:quia tunc ſatis erit ſi iudici cōſtat paruiſſe, ꝑ prædicta.aliquid dicā.infrà poſt Alexā.in prima apoſtil.ad Bart.in.l.j.ff. de effracto. Contra quē

8 eſt.l.deſertorē.§.is q ad hoſtes.ff.de re milita. † aut pro crimine iudex carceris pœnam imponit ſimpliciter,ad pœnā carceris cōdēnādo ꝑpetuo condēnare videt:quū paria ſint, ꝑpetuò remouere,& ſimplr remouere.c.reperiunt.j.q.j.cū glo. tráſeūt Inno.Hoſti.Ioā. And.& plerię ali. dicit autem Io.Andr. Odofre.fuiſſe iſtius ſententiæ in dānato per cōtumaciā rōne delicti perpetuā pœnam deſiderantis:& tunc ſi iudex tempus non ar ctauerit,perpetuò videri condemnaſſe. alioquin tēporalis erit,& in dubio temporalis cenſeri debet.l.ſi præſes.ff.de pœ.l.hæ enim. ff. de ſuſpect. tutor.quam diſtinctionem amplia, vt per Feli.

in dicto.c.ex literis.vbi trãſſcripſit apoſt. Alex.
ad Barto.in dicta.l.ſine præfinito.ff.de pœ. An-
to.de Butrio aliter diſtinxit quàm alius ante eũ.
In primis ſentiẽs cum Odofre.vt cauſa criminis
conſiderari debeat ſi pœnam perpetuam exigit.
qui verò temporalẽ,ſicuti Io.Andr.dixit ſequẽs
Odefre.in omnibus,excepto tertio diſtinctionis
9 articulo, † quum in iure dubium ſit, an tempora
lis,an vero perpetua pœna eſſe debeat.In quo di
xit Anto. conſiderandum eſſe , aut pœna delicti
momentanea eſt, an verò ſucceſsiua. Primò ca-
ſu erit perpetua.Secundò caſu diſtinguit,aut ſen
tentia cum cauſæ cognitione à iudice prolata eſt:
& erit perpetua.ſin minus,erit temporalis.l. fin.
ff.de pœn.Ita dicit Inno.ſecundum eum in.ca.fi.
extra de offi.delega.& in dicto.c.cum bonæ.ex-
tra de ætate & qualita. ordinan. Secundò, ſi per
contumaciã:& tunc aut contumacia ſonat in de-
lictum:& erit perpetua.ca. ex tuæ. extra, de cle-
ri.non reſiden. in eccleſia.ratio ex.l. relegati. ff.
de pœ.eſt,quia contumacia pœnam auget.l. ca-
pitalium.§.in exulibus.ff.eod.de pœnis. Si verò
non tranſit in ſpecificum delictum:& erit tempo
ralis,dicto.capitu.ex literis.in dubio, ſecundum
10 eum, erit temporalis: † quum in pœnalibus mi-
tior interpretatio fiat.c.in pœnis.de regul.iur.in
vj.dicta.l.ſi præſes.ff.de pœ. & licet has diſtin-
ctiões Feli.plenè examinet in dicto.ca.ex literis.
extra,de conſtitu.& per duas iuris concluſiones
expediat:ego ſuccincte aperiam, quum etiã An-
to de Butrio & Io.Andr.poſt Inno. & Hoſtien.
diſtinguant, aut iudex aliquem condemnauit ad
tempus aliter tempore in ſentẽtia non expreſſo:
& intelligatur ad decennium,dicta.l.ſine præfini
to.ff.de pœ.vbi Bartol. dixit illum tex.alibi non
reperiri,& ob id ſignãdum eſſe ait:aut eſt in ſen-
tentia præfinitũ:& nõ eſt dubiũ,per ſupra dicta.

Prius autem quàm vlterius progrediar, recen
ſebo ſolutiones Io.de Pla.in dicta.l.nemo carce
rem.C.de exactori.tribu.li.xj.ad dictam.l.incre
dibile.C.de pœ.dicit enim in caſu dictæ.l. incre-
dibile.crimen in ea memoratum vltimum ſuppli
cium deſiderare,põderato verbo,vinculis.in ea-
dem.l.quæ pro graui crimine tantum imponun-
tur.l.j.&.l.diuus.ff.de cuſto.reo.l.j.C.eo.Secun
dò,in illa.l.nõ probibetur pœna perpetui carce-
ris,ſed perpetuorum vinculorũ tantùm,quæ plu
timùm differunt.l.verum.et.l.vinculorum.ff.de
11 verb.ſig. † nam,ſecundum eum vincula in tetro
loco fieri ſolent quæ lucis priuationem inducũt
pœna autem perpetui carceris damnationi in me
tallum æquipollet,ſecũdum eundem poſt Inno.
in.c.qualiter & quando.extra,de accuſa. Tertiò
inquit, mulier pro adulterio damnata , in mona-
ſterium perpetuo detruditur, authen. ſed hodie.
C.ad.l.Iuliam de adulter.ſed talis intruſio perpe
tuo carceri æquipollet.c.vt fame.extra,de ſentẽ.
excommunica.igitur &c.

In primis dic non eſſe verum ex dicta.l.incre-
dibile.probari delictum illius qualitatis in ea le-
ge fuiſſe,vt vltimum ſupplicium deſideraret:qm̃
in ea neq; delicti qualitas neq; cauſa maleficij ab
12 imperatore expreſſa eſt. † Sed imperator genera
liter prohibet liberum hominem pro quocunq;
crimine perpetuo carceri mãcipari. ratio, inquit
ille tex.eſt.hoc enim vix in ſola ſeruili conditio-
ne procedere poteſt. ſigna hanc dictionem,vix.
per quam conſtat plus æquo pœnam hanc ſeruis
tantùm conuenire,nõ autem liberis hominibus.
in ſimili eſt de dictione,vix.tex.in.l.vix certis.ff.
de iudi.& ſatis hæc dictio confirmatur ex.l. man
datis.ff.de pœ.dum ille tex.ait,mãdatis principa
libus cauet ne qs perpetuis vinculis dãnetur nõ
facta conditionis hominum differentia ſerui ſint
an liberi.Cui non differt.l.in ſeruorum. verſicu-
ex his ſeruis . &.l. ſeruus . ff. de pœnis. Non
abs re igitur imperator in dicta.l.incredibile.di-
dit,vix in ſola ſeruili conditione procedere põt.
13 Secundò,nulli dubium eſt, † carcerem à vincu-
lis differre:quum propriè carcer clauſura ſit qua
noxij ſeruantur, vel locus vndecunq; quis exire
non poſsit.hoc dicit Vlpianus in.l.verum. ff. de
verb.ſigni.verum eſt,inquit, eum qui in carcere
clauſus eſt, non videri neque vinctum neque in
vinculis eſſe,niſi corpori eius vincula ſint adhibi
ta.l.in eos.ff.de cuſto.reo.ibi. ruptis vinculis &
effracto carcere. vñ Varo in lingua Latina , car-
cerem dicit à coercendo , quod clauſi exire pro-
hibeãtur:vincula verò legamina eſſe quibus no-
xij vinciuntur,veluti catenæ, cõpedes,& manue
les ſeu manus ferreæ.l.j.C.de cuſto.reo.l.ſuccur
ritur.§.vinculorum.ff.ex quib.cauſ.maior. Etiã
ſi clauſi non ſint ſed alligati tãtùm,inquit Vlpia-
nus in.l. in eadem.eo.titu.hinc illud Pſal. Diru-
piſti vincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.
vel ſi latomijs incluſi ſint,dicta.l.ſuccurritur. §.
vinculorum.&.l.j.§.fi.ff.de aleæ luſu & aleato.
non laticinijs dici debet,ſecundum Varronem à
latomia translatum, quod in eo loco lapidicinæ
fuerint quod ſyracuſis de cauſa vincti cuſtodie-
bantur.& Caliſtratus in dicta.l.ſuccurritur.ait,
quia nihil interſit parietibus aut compedibus te-
neatur,quaſi vincula à carcere non differrent. &
14 Vlpianus inquit, † in vinculis eos accipimus , q
ita alligati ſunt vt ſine dedecore in publico appa
rere non poſſunt.Propriè autem loquendo à car
cere vincula differunt,dicta.l.verum.ff.de verb.
ſignificatio. Neque verum eſt ob id vincula dici
quod in obſcuro loco fiant. Hoc enim probibe
tur in dicta.l.j.C.de cuſto.reo.verſiculo,nec ve-
rò ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus.
& verſiculo, illud.& innocentes intra carcerum
ſepta leto dare. licet latomiæ obſcuræ ſint quæ
pro vinculis Caliſtratus voluerit dici poſſe.
Locus etiam Romæ erat , qui carcer dictus
eſt . Similiter & Syracuſanus carcer . Cæte-
rùm

rùm hi qui in perpetuo carcere clauduntur, da-
mnatis in metallum æquiparari poſſunt: quam-
quam Iureconſultus à pari iudicet damnatum in
perpetuum opus, & in inſulam deportatũ.l.qui-
dam.§.ſin.ff.de pœn. Item is qui in mala manſio-
ne extẽſus tenetur, in vinculis eſſe dicitur.l.ſi ho-
minem. in princip.ff.deposi. quæ pro quæſtione
quãdoq; recipitur, in.l.item apud Labeonem.§.
15 quæſtionis.ff.de iniur. † Ex prædictis cõſtat ve-
rum nõ eſſe pro crimine quantũcunq; graui vin-
cula in carcere dari poſſe, dicta.l.aut damnum.§.
ſolent.ff.de pœ. Solent, inquit, præſides in carce
rem continendos dãnare, vt in vinculis cõtinean
tur: ſed id eos facere non oportet. Carcer, inquit
Vlpi.ad continẽdos homines, non ad puniẽdos
inuentus eſt.l.ſuccurritur. ff.ex quib.cauſ.maio.
dum ille text.vincula exponit his verbis, qui pu-
blica cuſtodia coercentur & in ſi. ibi, parietibus
aut compedibus &c. Et hic tex.in.l.cũ eo.ff.ad.l.
Iul.pecul.dixit, corpus retinendo.&.l.nullus.C.
de exhiben.re. nullus in carcerem priuſquã con-
uincatur omnino vinciatur, non perpetuò, ſed tẽ
porariè. Et dicit.l.diuus.j. ff.de cuſtod.reo.hanc
ipſam carceris pœnam ante ſupplicium ſuſtinere
debet, ſi graue eſt ſcelus pro quo detinetur. Cæ-
terùm ſi vincula pro carcere aſſumentur, perpe-
tuus carcer æquè vt vincula ꝓhibetur: neq; opus
eſt alio argumẽto quàm dictæ.l. aut damnum.§.
ſolent.ff.de pœ. Nam ſi ad continẽdos homines
tantùm, non autẽ puniendos inuentus eſt carcer:
ſi perpetuo carceri aliquis manciparetur, iam nõ
ſolum ad cuſtodiam ſed ad pœnam.l. incredibi-
le.C.de pœ.quod prohibetur.l.j. C.de cuſt.reo.
Ne, inquit, pœnis carcerum perimatur, quod in-
nocentibus miſerum, noxijs non ſatis ſeuerũ eſſe
16 dignoſcitur. † Ecce quomodo nõ vincula ſolùm
perpetuò dari non poſſunt, ſed nec carcer. Et id
verũ eſt de iure ciuili in homine libero, per præ-
dicta. In ſeruo ſecus, dicta.l.incredibile. &.l.ſer-
uus.C.de pœ. Sed id intellige cum declaratione
dictæ.l.in ſeruorum.&.l.ſeruus.ff.de pœ. De iu-
re autem canonico, aliter eſt in dicto.c.quamuis.
de pœn.in.vj.c.nouimus. de verbo.ſignifica.ca.
penul.extra, de hæreticis.

Reſtat nunc ſolùm reſpondere legibus per Io.
de platea.allegatis. In primis.l.ſin.§.fi. ff.quæ in
fraud.quæ nullo pacto de carcere mentionem fa
cit: quicquid Accurſius & Ioã.de pla.dicant, in-
terpretantes verbum, pœnam.pro carcere. Moti
per.l.cum eo.ff.ad.l.Iul.pecul.in his verbis, cor-
17 pus retinendo.quæ hoc non dicit. † fateor in cri-
mine peculatus permiſſum eſſe peculatum arceri
retentione corporis vſq; ad rerum ablatarum re-
ſtitutionẽ: non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, do-
nec reſtituat: quoniã pro peculatu alia pœna lon
gè grauior carcere ſtatuitur in.l.iij. ff.eo.tit. Sed
illa.l.ſina.§.fin.ſic intelligenda eſt, vt is qui bona
animo fraudãdi creditores diſsipauit, in pœnam
teneri debeat illo prætoris edicto quo reuocãtur
ea quæ in fraudem creditorum fiunt. Licet Mela
non putauerit in eum ex antegeſto dandam eſſe
illius edicti actionem poſt bonorum ſuorum vẽ-
ditionem. Ex eo enim quo quis bonis exutus eſt,
ſatis afflictus eſt, vt Mela Iureconſultus ſentie-
bat, abſq; eo quod illo interdicto teneatur. Ve-
nelius autem Iureconſultus aliter cenſuit, vt poſt
venditionem bonorum fraudatoris, actio ex illo
18 edicto aduerſus fraudatorẽ perpetuò deť. † Sed
quæri poſſet quæ nã erit illius edicti ſeu interdi-
cti fraudatorij pœna alia quàm carceris, vt gloſ.
illhic voluit, & quam illhic Bart.ſequitur. Cui ſi-
milis eſt in.§.item ſi quis in fraudẽ.in verbo, eam
rem petere.Inſtitu.de actio. cõmuniter illhic ap-
probata, & quam etiam vſus obſeruat vt frauda-
tores coërceantur. Tamen ſi de iure tractandum
eſt, dici rectè poteſt, non eſſe legem quæ hãc car-
ceris pœnam aduerſus fraudatorẽ imponat: ſed
iſta eſt, videlicet, quia non iuuabit emptorẽ alie-
natio à fraudatore facta, quominus de quocunq;
poſſeſſore nullo etiam reſtituto precio reuocari
et peti perpetuò poſſit.l.ſi debitor.ff.quæ in frau
dem credi.§.j.Inſtitu.de perpe.& tempo.actio.l.
quum à te.§.ti.ff.de dolo. Et is qui ſic vendit bo-
næ fidei emptori: ſolidum rei precium reſtituit.l.
qui à debitore.in fin.eo.tit. Sed is qui fraudator
eſt, quomodo reſtituet, quum omnibus ſuis bo-
nis exutus eſt. Reſpondet Iureconſultus, non tã-
tum emolumentũ actionis intuetur prætor in eo,
quàm pœnã, quaſi actio illa pro pœna ſit vt per-
petuò ex integro aduerſus eum agi poſsit, dicta
l.quum à te.ff.de dolo. Et ex illo edicto alia pœ-
na non punitur. ſed quis fructus inde procedet?
Iſte eſt, quoniam eo ad pinguiorẽ fortunam per-
ueniente, vel ſi contingat reum poſtea rem vendi
tam quoquo pacto poſſidere, non releuabit eum
bonorum ſuorum diſtractio, quominus ad ſoli-
dam debiti ſolutionem compellatur, non conſi-
derando an egere poſſit. Quod dictũ nota tu di-
gito ad limitationẽ. l.is qui bonis ceſsit. &.l.qui
19 bonis.ff.de ceſ.bono. † De beneficio collato illi
qui bonis ceſsit, vt non teneatur poſt ceſsionem,
niſi quatenus facere poteſt. Verum eſt, niſi circa
bona fraudulenter verſatus ſit animo fraudandi
creditores. licet gloſ. in dicta.l. ſi quis dolo.hoc
reprobare videatur, ſed male, per illũ tex. & cla-
rius in dicta.l.fin.§.ſin. ff.quæ in fraudem credi.
dum tex.ait, hæc actio in ipſum fraudatorem cõ-
petit. licet Mela non putabat, quia nulla actio
ex antè geſto poſt bonorum venditionem dare-
tur: & iniquum eſſet &c.

Ecce quomodo lex vult fraudatorem cõueni-
ri ex antè geſto, etiam poſt vẽditionem bonorũ.
Et in fin.dicitur, & prætor non tantũ emolumen
tum actionis intueri videtur in eo qui exutus eſt
bonis, quàm pœnam. Et ſic non tantùm conſide
rat actionem, ſed & pœnam. & illum text. rectè
ponderauit Ange.in dicta.l.ſi quis dolo. Cui me
20 ſubſcribo per rationẽ illius.l.ſi quis dolo. † quæ

doloſum priuat beneficio quo iuuari poſſet ſi do
loſus non eſſet. & priuilegium iſtud eſt vt vbi nõ
deberet inſolidum condemnari ſi doloſus nõ eſ-
ſet, ſed quatenus facere poſſet: Eo autẽ quod do
loſus eſt ſi bona eius veneant, rurſus venũdari po
terunt. Si doloſus non eſt, bona eius iterum non
vendẽtur, niſi quatenus acquiſitæ facultates præ
torem mouere poſſunt vt ſolidum debitum ſol-
uat. l. ſi debitoris. ff. de ceſsio. bono. l. ſi quis do-
lo. ff. de re iudica.

Secundò vbi illa actio anno durat, vt in. l. j. ff.
de his quæ in fraudem credit. perpetua ſit tn pœ-
nam. l. fina. C. eo. de reuocan. his quæ in fraudem
credi. fi. neq; alia pœna inuenitur in iure expreſ-
ſa, quicquid ipſi dicãt. Scio autem communi vſu
Accurſij & Bart. ſententiam obſeruari: tamen de
iure probabilis nõ eſt, quum nulla lege cauetur.
& tn dicto. §. in fraudem. Inſtitu. de actio. Nulla
alia pœna ſtatuitur quàm memorauimus. ſimili-
ter & verba illius. l. fina. in fin. ff. quæ in fraudem
credi. ſatis apertè demõſtrant, dum in ea dicitur,
& prætor non tantùm emolumentum actionis in
tueri videt̃ in eo qui exutus eſt bonis, quàm pœ-
nam, vt duret aduerſus eum actio, quãuis inanis
ſit propter diſtracta eius bona. Et id verũ eſt de
iure, quicquid dicatur. Sed vſus hoc inuenit pro
beneficio fortè Reipub. vt fraudatores metu car
ceris à fraudando retrahantur ſeu reuocentur.

Tertiò dico, & ſi vera eſſet Accurſij et ſequaciũ
opinio vt de carceris pœna intelligi debeat, non
tamẽ ille dixit vt perpetuò vinctus fraudator ma
21 neat. † ſi enim pro crimine quantumcunq; graui
pœnam perpetui carceris lex prohibeat: multo-
magis in ciuili dicendum eſt per rationem. l. j. &
l. in ſeruorum. ff. de pœn. l. hæ operæ. ff. de oper.
liber. l. j. &. ij. ff. de libe. homi. exhiben. vſus autẽ
admittit eos temporariè ſeruare, maxime ſi fortè
contingat eos bona latitare, vt iudex & credito-
res ea interea explorent. l. Fulcinius. per totam
penè legem. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. Et licet in
caſibus in iure expreſsis, pro debito ciuili debi-
tor carcerari poſsit, vt in. l. nemo carcerem. C. de
exacto. tributo. l. j. in fi. C. qui bo. cede. poſ. in. l.
iij. §. tutores qui repertorium. ff. de ſuſpec. tutor.
Et alijs caſibus notatis per Ioan. Fab. in dicta. l.
ob æs. C. de actio. & obliga. non tamen voluit vt
perpetuò teneantur, ſed donec ſoluat, aut alius
eius nomine, inquit Bald. in dicta. l. ob æs. C. de
actio. & obliga. ſed intellige ſi ſoluendi modum
habeat: nõ aliàs, ſicuti ſuprà dictum eſt de eo qui
propter contumaciam condemnatur, in. c. ex lite
ris. extra, de conſtitu. dummodo non perpetuò
22 clauſus teneatur. † Imò plus, non puto omnino
verũ vt iudex paſsim pro debito ciuili poſsit de-
bitorem in carcerem conijcere. dicam infra. inte-
rim vide Feli. in. c. quod ad conſultationem. vij.
colum. extra, de re iudica. Luc. de pen. in dicta. l.
nemo carcerẽ. circa fin. C. de exacto. tribu. lib. x.
eundem Luc. in. l. j. in verbo, praua. C. de curio.
& ſtationa. lib. xij. Andr. de Iſer. in. c. vnico. quæ
ſunt rega. in verbo, condemnatorum & præſcri-
ptorum. Bart. in. l. ſtipulatio. §. fin. ff. de no. oper.
nuncia. dum allegat. l. Titio. ff. de cõditio. & de-
monſtratio. adde tex. in. c. lator. vbi per Innoc. et
Anto. de Butrio. extra, de pignori. Et volo te no
tare tex. in dicto. §. tutores. in his verbis, vinculis
publicis. vbi pro cuſtodia tantùm ponũtur, vt ſu
prà dictum. Ecce quomodo Iureconſulti promi-
ſcuè & carcere & vinculis vtuntur. Et recẽtiores
Papiẽ. dubitauerunt in dicto. §. itẽ ſi quis in frau
dem. Inſtit. de actio. quamuis Din. illhic & Bart.
in dicta. l. fin. §. fin. ff. quæ in fraudem cred. Bald.
in. l. j. C. qui bo. ced. poſ. cum gloſ. ſentiant, quos
Are. ſequitur in dicto. §. item ſi quis in fraudem.
ratio Modernorũ Papien. eſt. quum à debitore
bonis exuto creditores nihil prorſus cõſequi va-
23 leant: imò illis erit incommodo maximo. † Nam
vinctum aut carceratum debitorem alere tenebũ
tur ſecundùm glo. in. l. fin. in verbo, cognoſcere.
C. de eroga. mil. anno. lib. xij. moti per illum tex.
Quibus addo Bal. in. l. quicunq; v. colũ. in prin
ci. C. de ſer. fugiti. alleg. l. j. C. de ceſsio. bon. quæ
nihil probat. & obſtat. l. iudices. C. de epiſ. audi.
in verſic. decretis quorum ſumptibus proficiant
alimoniæ pauperũ. Sed, vt ſuprà dictum eſt, nul-
la eſt lex quæ dicat pœnam carceris venditori re-
rum ſuarum, etiam in fraudem alienatarum, infli-
gi debere, ſed reuocationem tantùm fieri permit
tit. Et ſi ſecus fiat quia in carcere contineri iubea
tur ex iudicato erit, per dictam. l. j. C. qui bo. ced.
poſſ. neq; aliàs video quomodo de iure fieri po-
teſt. Non inficiabor leges aliquando carcerẽ pro
pœna vſurpare, aut pœnam eſſe, vt in. l. diuus. j.
in fi. ff. de cuſto. reo. in. l. j. C. eo. dicta. l. aut dam-
num. §. ſolent. in his verbis, in carcerem continẽ-
24 dos vt in vinculis cõtineantur. † Sed iudices qui
ita cum debitoribus agunt, vt perpetuo carceri
eos mancipent, acerbis creditoribus indulgẽtes,
contra. l. ſi benè. ff. de vſur. l. nemo carcerem. C.
de exacto. tribu. lib. x. puniendos eſſe vult veluti
carnifices. §. & hoc peruenit. verſi. quoniam verò
contingit. in authent. vt nulli iud. lic. hab. loci cõ
ſeruato. collati. ix. dicta. l. aut damnum. §. ſolent.
ff. de pœnis.

Ex his ceſſabit illatio Ioan. de Plat. dum dixit
per. l. fin. ff. de legatio. Cuius gloſ. meminit prius
eo in dicta. l. ſine præfinito. vbi lex ſeu iudex ſine
temporis præfinitione carceris pœnam imponit,
perpetuò dicere videtur, per illum tex. cui conue
nire videtur dicta. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de
pœ. dum ille text. ait, ſolent præſides in carcerem
continendos damnare, vt in vinculis continean-
tur. Et ſic carcerem pro vinculis ſumebant, dum
poſt hæc inquit, carcer ad continendos, non ad
puniendos homines inuẽtus eſt. Ecce quomodo
iudex quũ ſimpliciter ad carcerẽ condẽnabat, de
perpetuo carcere intelligebatur, per illum text.

Sed vt ſuprà dixi hoc verũ non eſt, per dictam
l. ſine

l.ſine præfinito tempore. ff. de pœ. nec iuuare pō
teſt intellectus Bar. in illa. l. qui fuit. Innoc. & cæ
terorum Canoniſtarum quorum ſuprà meminiſ-
mus; quem non puto verum, vt illa. l. ſic legi de-
25 beat, † quum iudex reum ad tempus condemnat
aliter non expreſſo tempore vt decennium præſi
nitum eſſe videatur, dicta. l. ſine præfinito. Si ve-
rò in ſententia non dixerit reum ſe condemnare
ad tempus, ſed ſimpliciter in carcerem conijcien-
dum eſſe, aut in carcerem claudendum: perinde
eſſe atque ſi perpetuo carceri condemnaſſet: quo
niam hunc intellectum illa. l. non poteſt admitte-
re, & violat plurimum illum tex. mea opi. Primò
propter iuris reſiſtentiā, quum leges prohibeant
perpetuum carcerē. Non ergò debet iudicis ſen-
tentia regulari contra iuris diſpoſitionem, vt dif-
ferentia ſit ſimpliciter ad tempus condēnare, ali-
ter tempus non exprimendo, & ſimpliciter con-
demnare nullo tēpore expreſſo. Secundò vt dif-
ferentia ſit ſimpliciter condemnare & perpetuò
condemnare, ſicuti ſuprà dictum eſt poſt gloſ. in
c. ex literis. per illum text. extra, de conſtit. neque
verba neq; ſentētia illius. l. ſine præfinito. admit-
26 tere poſſunt. † Sed meo iudicio verus illius legis
ſenſus iſte eſt, aut reus à iudice in metallū ad cer-
tum aut præfinitum tempus condēnatur, aut ſim-
pliciter condemnatur, vel ad tempus nullo tēpo-
re in ſentētia per imperitiā præfinito. primò caſu
tempus præfinitum exequēdum erit, niſi prætor
aut præſes tempus ſuæ adminiſtrationis exceſſit.
l. fina. ff. de pœ. ſecundò caſu regulandū erit eius
iudicium, quia decennij tēpora præfinita eſſe vi-
dentur à lege, dicta. l. ſine præfinito. & l. ſi quum
fideicommiſſa. §. ne quis creditorum. ff. qui & à
quib. manumiſ. liber. accipi. ratio in promptu eſt
& clara, quoniam ſi lex prohibeat reum in perpe
tuum carcerem condemnari, iuris reſiſtentia im-
pedit quominus vltra tēpus à lege diffinitū pro-
trahatur, vt in dicta. l. ſine præfinito. & argumen
to eſt. l. relegatorum. ff. de interdic. & releg. & di
cta. l. fin. ff. de pœn. dum ille text. ait, patriæ præ-
ſes vltra adminiſtrationis ſuæ tempus interdice-
re alicui ſua arte non poteſt. Quibus adde. l. man
datis. ff. de pœn. mandatis, inquit, Caliſtratus Iu-
reconſultus principalibus quæ præſidibus dātur
cauetur ne quis perpetuis vinculis damnetur, vt
27 ſæpius ſuprà dictum eſt, † quum Iurecōſulti vin
cula pro carcere & carcerem pro vinculis ſæpius
ponant. Alioquin in facultate eſſet iudicis vltra
tempus ſuæ adminiſtrationis ſententiam ſuā pro
trahere contra dictam. l. fin. ff. de pœn.

Non obſtat vltra ea quæ ſuprà dicta ſunt quod
tertio loco Ioan. de Pla. in dicta. l. nemo carcerē.
C. de exactori. tribu. lib. x. allegabat. l. fin. §. fina.
ff. de leg. quæ nihil prorſus mouere poteſt. In pri
mis de carcerato non loquitur, ſed de eo qui ho-
ſti traditus erat quum legatos qui Romæ miſsi
erant contra ius gentiū offendiſſet, quos lex ſeue
riſsimè punit ne fidem hoſti frangere populus vi
deretur. Ob id lex iubet fidei effractorem in po-
teſtatem inimici tradi, exemplo Quinti Mutij, in-
quit ille tex. ne populus de fide violata arguatur:
quod maxime populus Romanus odio habuit,
ne fides ciuitatis Romanæ fruſtra petita exiſtima
retur, inquit Valerius lib. vj. ſuorum epithoma-
tum. titu. de fide publi. c. j. & iterum. c. iiij. eo. tit.
vt Romani imperatoris potius decepta fides quā
fruſtra implorata videretur. Quibus adde Bart.
in. l. in laqueum. ff. de acquiren. rer. domi. neque
enim grauior videtur eſſe pœna de iure impoſita
quàm hoſti arbitrium dare graſſandi vel ſæuiēdi
in liberum hominem. c. contingit. j. extra, de ſen-
ten. excommunica. notat Bart. in. l. j. §. vſq; adeo.
28 ff. de iniur. † Exemplo Atilij Reguli, cuius me-
minit Valerius lib. ix. epithomatū, titulo de cru-
delitate. ca. v. qui à Carthaginienſibus palpebris
reſectis machina in qua vndiq; præacuti ſtimuli
eminebant, incluſus vigilātia pariter & continuo
tractu doloris necatus eſt. Et Innocentius quar-
tus in concilio Lugdunenſi in clem. paſtoralis. §.
nunquid. de re iudic. planè teſtatur idum ait, quis
enim auderet vel qua ratiōe audere aliquis tene-
retur conſiſtorij talis ſubire iudicium, & ſe in ho
ſtium ſinu reponere ac ad mortem per violētam
iniuriam nō per iuſtitiam inferendam vltroneum
ſe offerre? Sed ob id quod quis obſes ob reipu-
blice fidem nō obſeruatam datur, vel hoſti com-
mittitur, qui publicè puniri poterat, non magis
perpetuo carceri damnari dicitur, quàm qui pro
crimine in inſulā perpetuò condemnatur, aut cui
aqua & igne interdicitur, vt inquit illa. l. ſi. ff. de
legatio. & tamen iura non exiſtimant eum perpe
tuo carceri damnatum eſſe, qui perpetuo depor-
tatus aut relegatus eſt. Sed differētiam conſtitu-
unt vt clarè ex prædictis legibus cōſtare poteſt.
29 † Nam perpetuū carcerem in homine libero pro
hibent: perpetuam verò deportationē ſecundum
criminis exigētiam permittunt. l. relegati. & l. ca
pitalium. ff. de pœ. & l. relegatorum. ff. de inter-
dic. & releg. Hactenus de primo carcere ſeu pri-
ma carceris ſpecie dicta eſſe intelligantur. Prædi
ctis tamē non prætermittam vnum pulchrum &
ſingulare dictum Ludo. Roma. in notabili. 196.
incipiēte, Tu ſcis quòd de iure ciuili carcer. dum
dicit poſt Oldra. in conſil. lxxxviij. & Ioā. Andr.
in apoſt. Specul. in titu. de officio ordina. licet de
iure canonico eccleſiaſticus iudex pœnam perpe
tui carceris imponere poſſit. c. quamuis. de pœn.
in. vj. intelligunt tamen verum eſſe de clerico, nō
autē laico, qui ratione criminis factus eſt fori ec-
cleſiaſtici, vt in. c. ſi duobus. extra, de appel. Bal.
in. l. conſentaneum. iiij. colū. C. quomodo & quā
do iud. vbi poſt glo. in. §. multis. Inſtitu. de liber.
30 dicit † non poſſe quem in carcerem mitti virtute
pacti. cum alijs illhic notatis per Alex. in apoſtil.
Bald. Felin. autem in. c. vt famæ. extra, de ſenten.
excommunica. dicit Petr. de Ancha. ſentire cum
Oldrad. & Ioan. Andr. per ca. quum epiſcopus.

extra, de offi. ordinarij. in. vj. Et hoc tenet Petrus
de ancha. ſecundùm eum, in regula, ea quæ. de re
gulis iur. in. vj. Clarius in dicto ca. quum epiſco-
pus. quum ille text. eccleſiaſticas perſonas tãtum
comprehendat. excipit ſecundùm eundem, cri-
men hæreſis, per. c. inquiſitionis. & . c. vt cõmiſſi.
extra, de hæretic. In cæteris autem criminibus ſe-
cus eſſe ait, per. l. placet. in fin. C. de ſacroſan. ec-
cleſ. Contra eos tamen Felin. tenet in dicto, c. vt
famæ per ca. contra idolorum. xxvj. q. v. Sed ille
text. mea ſententia nihil prorſus probat.

Nunc ad ſecundam carceris ſpeciem eundum
eſt poſt Bald. in dicta. l. imperium. ff. de iuriſdic.
omnium iudic. & cæteros, quorum ſuprà memi-
31 nimus. † Carcer, inquit, modicæ coertionis eſt,
vt quum baiulus ſecundùm eoſdem ſeu ſeruiens
iuſſum iudicis aut ſententiam exequi negligit, vt
in caſu. l. ij. C. de ſport. quæ de carcere nihil pror-
ſus tãgit: licet de multa executoris à iudice impo-
nenda loquatur. Sed adde tu. §. deinde. & . §. au-
dient. in authenti. de defenſo. ciuit. colla. iij. l. ma-
giſtratibus. ff. de iuriſdi. omnium iudi. l. fin. ff. de
offic. eius cui manda. eſt iuriſdi. l. capite quinto.
ff. ad. l. Iuli. de adulte. Nam ſi executores ordina-
ti ad ſubuẽtionem præſidis, mandata eorum exe-
qui negligunt, multis coerceri poſſunt, dicta. l. ij.
C. de ſport. & aliter caſtigari ſecũdùm cauſæ me-
rita, vt in. §. & iudicare. in authenti. de defenſo. ci-
uita. l. fin. C. de his qui latro. occulta. §. ad hoc. in
authenti. de collatori. collat. ix. §. deinde compe-
tens. verſic. feſtinabis. in authenti. de mand. prin-
ci. colla. iij. Non autem debet in carcere vinculis
ligare, niſi cauſa criminis hoc exigat. text. & glo.
32 eſt in. l. ij. in princ. C. de exhiben. reis. † Nam illa
cuſtodia quæ cum vinculis fit, dicitur diligens cu-
ſtodia. l. ij. ff. de ſer. fugi. quæ nõ adeo exacta deſi-
deratur in ſimilibus per dictã. l. ij. C. de exhib. re.

Tertius carcer eſt cuſtodiæ ſecundùm eoſdem
per. l. ij. ff. de in ius vocan. l. liminiarchæ. ff. de ſer
uis fugiti. Sed nec iſte differens eſt à præcedenti-
bus. nam omnis carcer ad cuſtodiam eſt, ſicuti in
primo dictum eſt. Sed recte dici poteſt hanc car-
ceris ſpeciẽ, cuſtodiam tãtùm dici debere: quum
non proprie carcer, ſed ſola cuſtodia ſit, videli-
cet donec fugitiui aut de fuga ſuſpecti præſidi of-
ferantur. de ea loquitur. l. generali. C. de decuri.
lib. x. §. neceſsitatem. in authẽti. vt iudi. ſine quo-
quo ſuffrag. colla. ij. l. nemo. in fin. C. de re milit.
lib. xij. dicta. l. capite quinto. ff. ad. l. Iuli. de adul-
ter. per quam Cano. in. c. quum non ab homine.
33 extra, de iudic. † dicunt ſecularem iudicem cleri-
cum criminoſum detinere poſſe, donec eccleſia-
ſtico iudici offerat. de quo dic vt per Bald. in. l. ſi
qua per calumniam. C. de epiſc. & cleri. l. nullus.
iuncta gloſ. in verbo, vltionem. C. de Iudæ. nam
& cuicunque priuato abſque iudicis licentia, dum
modo iudicis copia haberi non poſſit, tali cuſto-
dia vti licet. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in
fraudem cred. ſi. l. ſumma. ff. de pecul. etiam ſi ius

ſuum breui non eſt periturum, ſecundùm Alexã.
in. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica. per. l. ſi
alius. §. belliſsime. vbi per Barto. poſt glo. in ver
bo, ex magna. ff. quod vi aut clàm. Quod nõ pu-
to verum, per illum text. in his verbis, quod non
aliter procedere debet, niſi ex magna & iatis ne-
ceſſaria cauſa. Idem in dicta. l. nullus. C. de Iudæ.
in verſicu. quum alioquin. in his verbis, ne quiſ-
quam ſibi ipſi permittere valeat vltionem. l. pen.
§. quum Martianus. ff. ad. l. Iuliam de vi priua. l.
extat. ff. quod metus cauſa. Sed tunc quum iudi-
cis copiam obtinere non poteſt, & periculum in
mora eſt, ſecundùm gloſ. in dicto. §. belliſſimè.
per dictam. l. generali. C. de decurio. lib. x. vbi ca
ſus eſt clarus. & in. l. miles. §. ſexaginta. ff. ad. l. Iu
liam de adulter. vnde Innocẽ. in ca. ſi verò. extra,
34 de ſenten. excommunica. † vult laicum iudicem
poſſe clericum ad patrandum facinus præpara-
tum, ſi copiam ſui iudicis habere non poteſt, ap-
prehendere, ligare, & incarcerare abſque metu
excommunicationis. ca non eſt iniquitatis. xxiij.
quæſtio. v. notat Luc. de pen. in dicta. l. nemo car
cerem. addit Archi. in. c. præsbyter. lxxxj. diſtin.
Dicebat autem Nicol. ſpinel. in dicta. l. generali.
C. de decurio. lib. x. hominem ſub cuſtodia poſ-
ſe retineri, non autem res ab eo auferri, ſecũdùm
gloſ. in ca. j. in verbo, poteſtatẽ. de pace tenen. &
iura. firmã. colla. x. quæ mota eſt per. d. l. genera-
li. C. de decu. lib. x. & . d. l. extat. ff. qđ metus cau.
Certe non puto recte. glo. dicere, neque Spinel. Et
cõtra gl. & Nico. ſpin. eſt tex. in. d. §. neceſsitatẽ.
in authẽt. vt iud. ſine quoq. ſuffr. colla. ij. verba il
lius. §. ſunt, ſi tñ antequã cõpleanť quinquaginta
dies fugiẽs capiať, velut aliqđ inhoneſtiſſimorũ
mãcipiorũ, damus licentiã collatoribus detinere
eũ in ꝓuincia, & omne qđ dederit occaſione fur
ti hoc exigere, præſente tamẽ deo amabili epõ. §.
& hoc quoque. verſ. ſed ſi quædã. in authẽ. vt litig.
iur. colla. ix. Licentiã, inquit, habeãt & cõprehen
dere hũc, & includere, & quadruplũ exigere qđ
plus acceperit. & . l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff.
quæ in fraudẽ credi. ſi. ne forſitã dum cũctantur,
aliò bona auertat. l. ſumma. ff. de pecul. argumen
to. l. j. C. quando lic. vnicui. ſe vindi. & . l. fin. C. in
35 quib. cau. in inte. reſti. nõ eſt neceſ. † Melius enim
eſt in tẽpore occurrere ſeu pignori incumbere,
quã poſt cauſam vulneratã remediũ quærere. Et
hæc ratio poſita eſt per Iureconſultum in. l. ſi lon
gius. §. j. ff. de iudi. in his verbis, ne dum pater ex-
pectať, impunita ſint maleficia. l. ſi quis curialis.
C. de epiſ. & cler. Adde qđ notat Bal. in. l. cõſen
taneũ. iiij. colũ. C. quomodo & qñ iud. adde tex.
in. l. pupillus. ff. quæ in fraudem cred. in verbo, ſi
verò. dũ ille tex. cõſiderat paupertatẽ aut caſum
ſupuenientẽ in bonis debitoris ꝑ repetitũ debitũ
à debitore, veluti, inqt, mortalitate vel ſubductis
rebus mobilibus vel rebus ſoli ad irritũ ꝑductis.
nõ obſtat. l. extat. ff. qđ me. cã. quæ cõuenit. l. pe.
ff. ad. l. Iul. de vi pri. quia caſus lõge ſunt diuerſi,
loquũtur

loquuntur enim de his qui iudicis copiam habe-
re poſſunt, & ius ſibi dicere volunt. Et idem de-
clarat dicta.l.generali. C.de decuri.lib.x. inquit
ille text. ſi præſidis deſit copia manus iniectione
conceſſa. Addo tex.in.l.ſi quis poſthac.in princ.
C.de bo.proſcrip.dum ille text.ait, vxor eius res
proprias ex quocunq; titulo quæſitas, veluti ma-
nu iniecta vendicet.l. imperator. ff.qui ſine ma-
numiſ.ad liber.peruene. in his verbis, manus in-
iectionem vendiderunt. Nulli autem dubiū quin
honeſtius ſeu vrbanius et tutius fiat ſi cum iudice
fiat.l.ſi pupillorum.in prin. ff.de reb.eo.qui ſub
tutel.vel cur.ſunt.l.creditores. C.de pigno. Ad-
de Franciſ.Areti. in.l.ij.in princi. C.de ſer.fugi.
l.j.§.hoc autem.ff.de ſer.fugiti.
36 Quartus qui † recte dici poteſt præcedētis con
ſecutiuus, videlicet domeſticus, quum ſeruus do
minū offendit vel ſubditus. l.ſi quis aſſcriptitiæ.
§.fina. C.de agricol.& cenſi. lib.xj.in his verbis,
ſiue per ſe ſiue per præſidem prouinciæ. Bal.pon
derabat.l.diuus. ff.de offic.præſid.dum ille text.
de furioſo loquitur, qui cuſtodiri debet, ne quē-
piam offendat.l.penult.§.fina. ff.ad.l.Pompe.de
parric. Melius in.l.vnica.in princ. C.de emenda.
ſeruo.in his verbis, aut cuſtodiæ cauſa in vincula
coniecerit.l.ſi filius. &.l.congruentius. C.de pa-
tria poteſta. Adde tu tex.in.l.ex facto.§.proinde
ſi ſeruus. ff.de hæredi.inſtitu. per quam Ioan.de
Imola.illhic poſt Cin.in.l.vnica. C.de priua.car-
37 cer. † dicit patrem poſſe filium relegare, domi-
nus vaſallum, diues ſeruum. Adde tex.in ca.pla-
cuit. xxxiij.quæſtio.ij. vbi text. clericis vxoratis
permittit vxores ligare, & in vincula inijcere, ſeu
aliter cuſtodire, & ad ieiunia ſalutaria cogere, ſi
in peccato eas deprehenderunt. c.ſicut vis.vij.q.
j.ca.ſatis.xxxiij.quæſtio.v.iuncta gloſ.j.& in ca.
ſicut alterius.vij.q.j.gloſ.in ca.quemadmodum.
extra, de iureiuran.ca.duo iſta nomina.xxiij.q̃.
iiij.§.ſi quis propriam vxorem. in authenti.vt li-
ceat matri & auiæ.colla.vij. non autem ſæueriter
verberare.l.conſenſu. C.de repud.§.mitiores.in
38 authenti.de nupti. colla.iiij. † Idem in ſeruo ſci-
licet cum fræni temperie. §.ſed & maior aſperi-
tas. Inſtitu.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.j.&.ij.
ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.authent. ad hoc.
C.de Lati.liber.tollen.dicta.l.vnica. C.de emen-
da.ſeruo. &.l.vnica. C.de emenda.propinq. per
Barto.in.l.capite quinto. ff.ad.l.Iuliam de adul-
ter. In liberto, ſecus.l.libertos.vbi Bal. C.de ob-
ſeq.patro.præſtan. Similiter & de homine aſſeri-
putio dicitur in.l.ſi qui. C.de agrico.& cenſi.lib.
xj. Adde quod notat Areti.in.l.requirendi. C.de
ſer.fugit.adde.l.ſi hominem.ff.depoſiti. Idem in
ſcriptore aut quouis alio, qui ad opus per ſe faci-
endum ſe aſtrinxit.l.ſtipulatio.§.opus.ff.de noui
oper.nunccia.dum gloſ. exemplum tradit de ſcri-
ptore, qui librum ſcribendum ſcholaſtico ſuſce-
pit. Pro qua Bartol.allegat.l.ſed & hæ.§.præter.
ff.de procurat.licet gloſ.non aſſentiat, per.l.Ti-
tio.ff.de condi.& demonſtra. quamuis in obliga
to præciſe ad factum & propter artem induſtria
electa ſit.l.vnica.§.ne autem. C.de cadu.tollend.
dicam infra.& in reperi.§.Cato.ff.de verbo.obli
gatio. Adde Anto.de Butrio.in.c.ij.extra, de pi-
gnor.ca.ex reſcripto. extra, de iureiuran.vbi per
Henric.Bohic poſt Hoſtien. & in.c.Odoardus.
infra de ſolutio.
39 Quintus † eſt carcer priuatus, de quo in.l.vni-
ca. C.de priua.carcer. Et iſtius carceris meminit
iſte text.in verſicu.nec intereſt à quo clauſi tene-
bantur.& in verſicu. vt omnino erumpere vincu
la. Et hic prohibitus eſt de iure.de eo nunc nunc
videndum erit.
Ex his igitur duobus verſic. huius literæ nota
hic pulchrum text. vt clauſus in vinculis aut car-
cere ab eo qui carceris poteſtatem non habet, e-
rumpere poteſt in carcerem & vincula, & fugere
ſeu ſe liberare. Hoc probat iſte tex.dum ſeruo in
vinculis clauſo permittit ſe eripere: imò, ſi, quum
poteſt, negligit, & interim dominus offenditur,
reus eſt domini per hoc Senatuſconſultum Silla-
nianum. Nam ſi ſeruus ſub publica cuſtodia fuiſ-
ſet, non licuiſſet ei exire, ſecundùm gloſ.& bene
in.l.ſuccurritur. in verbo, putat. ff.ex quib.cauſ.
maior.alleg.ad id glo.& male.l.ſi captiuus.ff.de
capti.& poſtlimi.reuer. puto voluiſſe allegare.l.
milites agrum.§.eius fugam. ff.de capti.& poſtli
40 min.reuerſ. † Et qui carcere vtuntur, ſi eis à lege
aut à principe conceſſum non eſt, capite plectun
tur.l.j. C.cohartali.lib.xij. l.j. C.de curio.& ſta-
tio.eo.lib.dicta.l.vnica. C.de priua.carcer.quin-
imo in crimen læſæ maieſtatis incidunt, per illum
text.&.l.iij. ff.ad.l.Iuliam maieſta.in his verbis,
quíve priuatus pro poteſtate magiſtratus quid
ſciens dolo malo geſſerit. vnde Barto. in.l.vis e-
ius.argumento illius.l. C.de probatio.dicit eum
qui iniuſte incarceratus eſt, ſe poſſe eximere. Et
licet nihil alleget, eſt tex.in.l.j.ff.ne quis eum qui
in ius voca.eſt. Et ſanè, inquit ille text.ſi deliquit
qui vocat, non deliquit qui exemit. Addo gloſ.
in dicta.l.ſuccurritur.in verbo, putat.in fin.ff.ex
quib.cau.maior. Non enim, inquit, gloſ.reſtitui-
tur, qui quum poteſt exire, non exit, & ius ſuum
non exequitur.l.ſi cui. §.tandiu. ff.eo. ex quibus
cauſ.maior.melius in.l.item hi qui reipublicæ.ff.
eod.ex quibus cau.maior.&.l.non omnes.§.qui
41 captus.ff.de re milita. † qui captus, quum poteſt
redire, non redit, pro transfuga habetur. Et illis
adde quæ in hac quæſtione pulchrè Luc.de pen.
notat in.l.prohibitum. colum.iij. C.de iure fiſci.
lib.x. Idem Luc.in dicta.l.j. C.de curio.& ſtatio.
lib.xij. vbiq; vult licere tales detentores occide-
re, vt euadat quis è manibus iniuſtè detinentis.
nihil enim intereſt quomodo quis euadat.l.nihil
intereſt.ff.de cap.& poſtlimi.reuer. ſufficit enim
ſanguinem ſuum in talibus redimere, per illum
tex.etiam conducto milite ſeu homine.l.metum.
§.ſed licet vim.ff.quod metus cau. Plura alia non

ineleganter dicta vti ſoler Luc. de pen. congerit. Cui adde quod notat Bald. in.l. addictos. argumento illius.l. C. de episco. audien. post Innocē. in ca. ſi quando. de offic. delega. ſi amici ſeu conſanguinei in caſu permiſſo pro eo qui ad ſupplicium ducit̄, appellant: & nihilominus iudex exequi deſiderat, poſſūt iudici de facto reſiſtere. nō comperio Inno. in his terminis dicere ſicuti Bal.
41 recenſet. † Sed decretalem, ſi quando. interpretādo, dicit Innoc. iudici ordinario non licere delegato à ſede apoſtolica reſiſtere, niſi per appellationem, aut reſcribēdo papæ, ſecūdùm illum tex. vt ſi, inquit ille text. hi qui à delegato ſententiam obtinuerunt vel occaſione tranſactionis coram delegato factæ & ab eo confirmatæ rem controuerſam poſſidere contendant. Si autem autoritati delegati non innitentur, ſed proprie tantùm: licere tunc iudici ordinario ſeu inferiori à delegato talibus etiam ſine appellatione reſiſtere, quia tanquam priuati hoc agunt. l. iij. ff. de offi. præſi. Et iſtud nulli dubium eſt: ſed non videretur in iudice poſſe obtinere, per dictum ca. ſi quando. extra, de offi. delega. vbi vult ordinarios iudices non debere delegato à papa violenter reſiſtere, ſed apud ipſum inſtare vt differat, donec rei veritas papæ innoteſcat. Sed intellige vbi dubium
43 eſt an iure delegatus proceſſerit, † vbi enim de facto excedit, licitum eſt contradicere, vltra. l. de uotum. C. de mera. & epide. lib. xij. & dictam. l. prohibitum. C. de iure fiſc. Addo duos alios tex. videlicet. §. in alijs. in authenti. vt determi. ſit numer. cleri. colla. j. verſic. & licentia ſit beatiſsimo archiepiſcopo & patriarchæ huius regiæ ciuitatis ordinationi contradicere, licet iuſsio de palatio veniat. §. deinde competens. in authentic. de manda. princip. colla. iij. in his enim quicquid iudex agit, non vt iudex, ſed vt priuatus agit, vt ſuprà dictum eſt per. l. iij. ff. de offic. præſi. l. quum vnus. §. is qui. ff. de bo. auto. iudi. poſ. Et cuicūq; de populo poteſtas conceditur reſiſtendi, dicta l. deuotum. C. de meta. & epide. in his verbis, ipſiq; plebi ſerenitas noſtra commiſit. c. ſi quis epiſcopus. xj. quæſti. iij. iuxta illud Moiſis Exodi. ij. Qui quum Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem vidit, defendit, ita vt Aegyptum proſterneret atque in arena abſconderet. c. non inferenda. xxiij. quæſti. iij. vbi illud Salomonis Prouerbiorū. xxiiij. refertur, Eripe, inquit, eum qui ducitur ad mortem. per quem text. gloſ. in ca. hi
44 qui. xiiij. quæſtio. vj. † dixit licere clericis iniuſte condemnatum defendere. Et gloſ. in clemen. paſtoralis. §. nunquid. in verbo, per violentam. de ſenten. & re iudica. argumento illius literæ dixit captiuum iniuſte detentum, ſi relaxatur cum iuramento de redeundo ad carcerem certa die, nō teneri comparere: quum dicat text. qua ratiōe quis tenetur ſe in hoſtium ſinu reponere, ac ad mortē per violentam iniuriam non per iuſtitiam vltro, neum ſe offerre. Sed nō ſimiliter dominus noſter Ieſus Chriſtus obſeruauit. Ioan. xix. qui quum Iudæi cecidiſſent ſurgere permiſit, vt in eum manus iniicerent & morti traderent. Sed dic vt in. c. vnuſquiſq;. & cap. ſeq. & per totam penè cauſam xxiij. q. iiij. quando quod turpe eſt promittitur etiam cum iuramento, obſeruare nō licet. de quo in capi. non eſt obligatorium. de regul. iur. in. vj. Non ſic in Chriſto erat, qui venerat oblaturus ſe in damnationem crucis, vt damnatum hominem à morte liberaret, & iudicium trinitatis, quod in hominem probatum erat, aliter exequi nequibat quàm per filium dei. Vnde refugere noluit Chriſtus, vt iuſtitia & pax ſe inuicem oſcularentur, inquit pſal. lxxxiiij. quare Ioan. de Imo. in dicta clemen. paſtoralis. ſuper eadem gloſ. in verbo, vio-
45 lentam. dixit poſt Zenzel & Pau. † fugientem ne de eo iuſtitia fiat non redeundo, vel captū ſi euadat, peccare. c. ius gentium. j. diſtin. refert Anto. diſtinguentem circa cauſam mortis & volūtatem fugientis, ſi cauſa iuſta eſt, & is qui fugit non intēdit aliàs delinquere: aliter non, quoniam ſufficiat pœnitentialis confeſsio & actualis ſatisfactio.

De cuius dicti veritate dic vt per Felin. in. c. j. colum. xj. verſi. limitatur. extra, de conſtitut. Placuit autem mihi ſententia Anto. dicentis non peccare eum qui aufugit, & mortem vitat, ſi illius eſt propoſitivt pœniteat: quoniam ſcriptum eſt pſal mo. l. Cor cōtritum & humiliatum deus non deſpicies. & iterum, dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pſal. xxxj. de quibus in ca. ſacrificium. c. dixi. & ca. in actione. de pœniten. diſtinct. j. & ſatis videtur huic ſententiæ conſentire
46 Felin. in dicto ca. j. extra, de conſtitu. † quum de eo loquitur qui pro furto accuſatus eſt, ſi fugiat, & deinde ſatisfaciat, liberari: & ſufficere per hāc ſatisfactionem ſuum ſanguinem redimere, vt in l. j. ff. de bon. eo. qui ante ſenten. mor. ſibi conſci. Et adde Luc. de pen. in dicta. l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. x. & quod notat Innoc. in. c. nuper. extra, de ſenten. excōmunica. dum dicit, eum qui per vim rē propria autoritate recuperat, ſeu vim vi in caſibus à iure permiſſis repellit, non incidere in pœnam. c. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. q. iiij. qui autem per vim aut aliàs clericum detinet iniuſtē in publico aut priuato carcere, ſeu vinculis publicis aut priuatis, excommunicatus eſt, dicto. c. nuper. in princip. facit quod notatur in ca. contingit. j. extra, de ſenten. excommunic. Adde tex. in. l. ſi confidis. C. ad. l. Iuliam de vi publica. accedere poſſunt quæ ſuprà diximus, ex. l. penul. ff. ad. l. Iuli. de vi priua. & l. extat. ff. quod metus cauſa. & quod plenius recentiores ſcripſerunt in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omnium iud. Feli. & Moder. in ca. quum non ab homine. extra, de iudi. & in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. in. l. j. C. quādo lice. ſe ſine iudi. vindic. Floria. in. l. ſcientiam.
47 §. qui quum aliter. ff. ad. l. Aquiliam. † Et vltra eam facultatem à lege cōceſſam offenſo punitur iudex

iudex capite.l.j.& fin. C.de curio.& ſtatio.libro
xij.&.l.j. C.de coharta.eo.lib.l.nemo carcerem.
C.de exac.tribu.lib.x.l.j. C.de cuſto.reor. Et fa-
cit in hoc iudex litem ſuam. §.j. Inſtit.de obliga.
quæ ex quaſi delicto naſcun.Sed qualiter proce-
dendũ ſit aduerſus huiuſmodi iudices,magiſtra-
tus ſeu officiales, qui tales ſæuitias committunt,
qua've pœna plectendi erunt qui ita decoquunt,
vide Luc.de Pen.in dicta.l.j. C.de coharta.libro
xij.& dicta.l. nemo carcerem. C.de exactio. tri-
bu.& dicam copioſius.

Nunc de effractore publici carceris videndum
48 eſt, † quum nõ niſi qui publicus eſt,propriè car-
cer dicatur.l.vinculorum.ff.de verbo.ſignificat.
dicta.l.ſuccurritur.in fin.ff.ex quibus cau.maio.
ab omni vi & fractione illæſus eſſe deber.l.j.ff.
de effracto.Demum de eximente vinctum à fami
lia aut cuſtodia publica diſcutiemus.

In primis ergo,effractor carceris publici capi-
te plectendus eſt,per illum tex.&.l.milites agrũ.
§.eius fugam.ff.de re milita.eodem modo in exi-
mente dicitur in.l. cuiuſque. §. fina. ff. ad legem
Iuliam maieſtatis.

Sed quum variatum ſit circa pœnas,quæ ab ef-
fractoribus & eximentibus exigi debent in pu-
blicis Regijs conſeſſibus,quibus bis Pariſijs ad-
miſſus ſum,clemẽter actum eſt. Nouiſsime verò
in curia parlamenti Normaniæ ſtricto gladio in
plerosque ſeueriter animaduerſum eſt. Ea ratio-
ne viſum eſt mihi nonnulla recenſere,quæ lecto-
rem forſitan attentiorem reddant, & animoſio-
rem exquirendæ veritatis.

In primis Bart.in.l.in eos.ff.de cuſto.reo.dixit
49 per illum text. † effractorem carceris haberi pro
cõfeſſo,ideo debere de crimine puniri veluti con
feſſus. Et Alexan.illhic in apoſtil.Bart.poſt Bal.
in conſil. incipiente, In Chriſti nomine. punctus
& articulus quæſtionis talis eſt.Intelligit dictum
Bart. ſi contra effractorem ſpeciali inquiſitione
proceſſum erat:ſecus ſi generali tãtum. Secundò
ſi aufugerit cum præmeditata conſpiratione, per
dictam.l.in eos.Alioquin ſi abſque conſpiratio-
ne effractor aufugerit : pro motu ſeu arbitrio iu-
dicis plectendus erit, ſecundùm Guil.de Cu. Et
Bald.in dicta.l.ſuccurritur.ff.ex quibus cau.ma-
ior. Idem Bald.in.l.admonendi. vj.colum. ff.de
iureiuran.verſi.ſecũdo caſu diſtinguit.Aut enim
fugit de carcere: & habetur pro plena probatio-
ne,vt in.l.in eos.ff.de cuſto.reo. Hoc non video
bene probatum in illa.l.vt ſtatim dicetur. Et An
gel.conueniens cum Bal. in eadem.l.voluit glo.
interpretationem cum litera iungi. Et prius An-
gel.fuerunt illius ſententiæ Hoſtien. Ioan.And.
Anto.de Butrio & Henric.Bohic in.c. à nobis.
extra,de apoſta. Idem Hoſtien.in.c.vt famæ.ex-
tra,de ſenten. excommunica.Moti ſolum per di-
50 ctam.l.in eos. † ſed male mea opinione, & peius
dictum eſt per illos,eum qui pro crimine detine-
tur,non iuſte tamen,ſi aufugiat aut carcerẽ fran-
gat,ob id pro confeſſo crimine haberi. Et parcat
mihi tantorum patrum reuerentia,ille tex.omni-
no dicit oppoſitum. Inquit enim ille tex.& quã-
uis innocẽtes ex eo crimine inueniantur propter
quod impacti ſunt in carcerem : tamen puniendi
ſunt. Et nihil vlterius in ea.l.dicit de pœna quæ
effractori infligi debeat,neque etiam dicit quod
pro confeſſo habeantur.Imò plus text. ille ait,&
quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur.
quomodo vult, vt poſtquam effractor reuerſus
fuerit de nocẽtia delicti quo impactus erat inqui
ratur?ſanè verbum,inueniantur. demõſtrat qua-
liter exquiri debet de delicto poſtquã reuertun-
tur,aut aliàs apprehendantur. Et quamuis inno-
centes inueniantur, tamen pro effracto carcere
plectendi ſunt,quoniam effractura delictum eſt.
51 † Sed qualiter puniendi erunt? certe non parita-
te ſupplicij,quo ſi de crimine pro quo detineban
tur conuicti eſſent,ſicuti voluit glo.per.§.ad hoc
prohibemus.in authentic.vt nul.iudic.liceat ha-
be.loci conſerua.collatio.ix. Et male : quoniam
gloſſæ ſententiam non probat. Debet igitur pu-
niri ſecundùm.l.primam. ff.de effracto. de cuius
veritate paulò poſt tractabimus. Et illa.l.in eos.
in publico principis conſeſſu Pariſijs ab omni-
bus aut ad ſummum paucis huic veritati reſiſten-
tibus in quæſtione criminis læſæ maieſtatis, quæ
tunc in tribunali tractabatur, recepta eſt, & ian-
52 ctè. Cui addo.l.ſecundã. C.de cuſtod.reo. † vbi
carceratus quamuis conuictus ſit tamen apud a-
cta publica audiri debet, vt de admiſſo crimi-
ne publicum habeatur teſtimonium.nõ enim po
teſt plus fugiens plecti, quàm ſi carceratus man-
ſiſſet,videlicet de crimine ſibi impoſito : quod ſi
per eum admiſſum non eſt, quomodo poteſt in-
nocenti pœna imponi? certe neque ius neque ra-
tio dictant,de his infrà.

Vide Lucam de penna in.l.quoties.C.de exa-
ctio.tribu.lib.x.Qui in ea longiorem diſtinctio-
nem recenſuit. Diſtinguit enim, aut quis iudicis
mandato poteſtatem habentis perſonam capien-
di ſeu in carcerem conijciendi carceratus eſt, aut
certum eſt eum, qui carcerari fecit, non habere
poteſtatem carceris,aut eſt dubium. De ſecundo
ſuprà dictum eſt. Quibus adde quod notant Ho
ſtien.Ioan.Andre. & poſt eos Anton.de Butrio
in dicto capit.à nobis. extra,de apoſta. Hoſtien.
in ſumma de accuſat. §. reo exhibito. Et Petrus
de Anchara.in dicto capitu.quum epiſcopus.de
officio ordinarij.in ſexto. plenius in capit.quum
non ab homine.extra,de iudicijs.Luc.in dicta.l.
prohibitum. C.de iure fiſci. libro decimo. Et in
dicta.l.nemo carcerem. poſt Bart. C.de exacto.
tribu.libro decimo.

Ad primum igitur & vltimum articulos eun-
53 dum eſt.dixit enim Luc.de penna. † aut eximens
carceratum,in diminutionẽ ſeu læſionem publi-
ci imperij extrahit ſeu eximit,aut vt publicum im
periũ ſibi vẽdicet : & his duobus caſibus tenetur

crimine læſæ maieſtatis.l.cuiuſq; dolo. §.fina. ff.
ad.l.Iuli.maieſt. Et hoc ſi reus emiſſus de crimi-
ne condemnatus erat aut cõuictus.ſi autem con-
uictus non erat neq; confeſſus, ſed tantùm inter
reos poſitus: & tenetur lege Iulia de vi publica,
vt in.l.lege Iulia.ij. ff.ad.l.Iul.de vi publ. Et hoc
ſi ſine armis, ſecundùm glo.illhic ſi cum armis le
ge Iulia de vi priuata.l.legis Iuliæ.ff.ad.l.Iuli.de
vi priua. Aliàs non tenetur aliquo crimine.alleg.
l.eum qui.§.quum aliquis.ff.de iniur.l.quis ſit fu
gitiuus.§.j. &.§.idem ait interrogatus Proculus.
&.§.illud.ff.de ædil.edicto. Trahit etiam in árgu
mentum.l.iij.§.ſi.verſi.qui've priuatus.ff.ad.l.Iu
liam maieſt. Ratio, ſecundum eundem, eſt, quum
non poſsit pœna vltra propoſitum inferẽtis iniu
riam extendi, dicta.l.eum qui.§.ſi iniuria.ff.de in
iur.l.qui iniuriæ.ff.de furt.c.ſi quis.& ca.ſi inimi
54 cus.xciiij.diſtin. † Si verò non in diminutionem
ſeu læſionem imperij hoc facit: & ſubdiſtinguit,
aut cum armis, vel abſque armis eripit. Et quum
omnis vis quæ ſpeciali lege non coercetur, ſicuti
in.l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſc.& cler.
ſub edicto legis Iuliæ de vi publica ſeu priuata
concluditur, & punitur.l.hoc iure. ff.de reg.iur.
l.qui cum vno.§.qui filium.ff.de re milita. Aut is
qui cuſtodit vel in carcerem conijcit poteſtatem
habet carceris publica autoritate quales ſũt, Ire-
narchæ, vt in.l.diuus.ff.de cuſtod.reo. vel ſi non
carceris poteſtatẽ habet, poteſtatẽ tamẽ habet cu
ſtodiæ donec iudici repreſentet, quales ſunt limi
niarchæ, vt in.l.liminiarchæ. ff.de ſer.fugit.dicta
l.j.C.de cohartali.lib.xij.l.j.& fin.C.de curio.&
ſtatio.c.circũcelliones.xxiij.q.v. vel ius apprehẽ
ſiõis poteſtate ſeu præſide vel præfecto vrbis im
perante.l.j.§.& ſanè.ff.de offi.præfecti vrb.dum
de ſtationario præfecti vrbis loquitur. Et ſecun-
dum eundẽ, eripiens ea pœna punietur qua ere-
ptus punitus fuiſſet.l.quoties. C.de exacto. trib.
lib.x. Et ita intelligit.l.in eos.ff.de cuſtod.reo.l.
cuiuſq;.§.fin. ff.ad.l.Iul.maieſt. l.fin.§.j.verſic.ſi
eius criminis. ff.de bo.eo.qui ante ſenten.mortẽ
ſibi conſci.l.vnicam.C.de famo.libel.

Si verò poteſtatem non habet publicam capiẽ
55 di & cuſtodiendi, † ſed qui capitur à quocũq; ca
pi poteſt & cuſtodiri donec iudici offeratur lege
id permittẽte, vt in.l.capite quinto. ff.ad.l.Iul.de
adulte.l.nullus.C.de Iudæ.l.generali.C.de decu
rio.lib.x.c.vt famæ.extra, de ſentẽ.excõi.c.à no-
bis.extra, de apoſta.c.quum non ab homine. ex-
tra, de iudi.vt in latrone.l.j.& ij. C.de his qui la-
tro.occulta. Deſertore militiæ.l.j. C.de deſerto.
& occulta.lib.xij. Malefico.l.fin. C.de malefi.&
mathemati. Transfuga.l.ſi quis aliquid. §.j.ff.de
pœ. Depopulatore agrorum.l.j. C.quando lice.
vnicui.ſe ſine iudi.vindi. dicto.c.quum idolorũ.
xxvj.quæſtio.v. Hoſte publico.l.iij. §.fina.ff.ad
l.Cornel.de ſicar. Fabricatore falſæ monetæ.l.j.
C.de fal.mone. Fure nocturno.l.itaq;.&.l.ſequ.
ff.ad.l.Aquiliam.c.interfeciſti. extra, de homici.
Et pleriſq; alijs, quos longum eſſet enarrare. ali-
quos recenſet Hoſtien.in dicto.c.vt famæ.extra,
de ſentẽ.excommu. Et ſi notorium eſt, eos iſtius
56 qualitatis eſſe, & accepti nõ debent eripi. † Nam
quum lege faciant permittente, à publica vi, qui
eos vi eripiũt, non excuſantur, per dictam.l.lege
Iulia.ij. ff.ad.l.Iuli.de vi publica. adde tex.in di-
cto ca.vt famæ.extra, de ſenten.excommu.dum-
modo non pluſquam horis viginti detineat, di-
cta.l.capite quinto.ff.ad.l.Iul.de adulter.niſi for
tè infra illud tempus copia iudicis haberi nõ poſ
ſet, vt ſuprà dictum eſt per.l.generali. C.de decu
rio.lib.x. Omnino enim prohiberi debet, quomi
nus tales, qui impunè occidi poſſunt, auferantur
& impediantur iudici offerri, veluti Reipublicæ
hoſtes & inimici.l.minime. ff.de religio.& ſum-
pti.funer.l.j. C.quando lice.vnicui.ſe ſine iudic.
vindic.l.amiſſione.§.qui deficiunt. ff.de capi.di-
minu. Et melior eſt text.in dicta.l.j. C.de cohar-
ta.lib.xij.vbi tex.prohibet ſtationarijs & cohar-
talibus & ſimilibus facinoroſos homines etiam
in manifeſto crimine deprehenſos in carcerẽ mit
tere, vel ſub cuſtodia habere. Intellige ſecundùm
caſum dictæ.l.capite quinto. donec iudicis copiã
habere poſsint, per illum text. & dictam.l.gene-
rali.C.de decurio.lib.x.l.miles.§.ſexaginta.ff.ad
l.Iul.de adulter.argumẽto eſt.l.ea quidem.C.de
accuſa. Si verò notorium non eſt, & regulariter
prohibetur, argumento.l.ſi fratrem.C.ad.l.fa.de
plagi.l.ij. &.iij. ff.de liber.homi.exhiben.l. pen.
ff.ad.l.fam.de plagi. quaſi committentes plagiũ:
Ideo reſiſti eis poteſt, niſi de mãdato iudicis con-
ſtet.l.ij.C.de exhiben.re. §.quadrupli.Inſtitu.de
actio.c.non inferenda.& ca.ſeq.xxiij.q.iij.argu-
mento.l.diuus.ij. ff.de cuſto.& exhib.reo.l.nul-
lus.C.de Iudæ. Hoſtiẽ.notat in dicto.c.à nobis.
extra, de apoſt.poſt eum Ioan.Andr.Anto.verò
57 & Henric. Bohic aliter diſtinguunt, † aut enim
de iure ciuili quærimus: & ſecundùm eos capita-
lis erit pœna.l.j.ff.de effracto. Etiam ſi innocens
ſit qui effregerit, dicta.l.in eos. ff.de cuſtod.reo.
dummodo effractor ſit carceris publici, non autẽ
priuati.l.ſuccurritur. ff.ex quibus cauſ.maior. Si
de iure canonico quærimus: & tunc ſi is qui effre
git maiora commiſſurus erat: aduerſus eum pro-
cedendum erit ſecundùm traditionem.ca.quum
nõ ab homine.extra, de iudi. Cui plus applaudet
dictum.c. vt famæ.extra, de ſenten.excommuni.
dum ille text.ait, & prioribus ſe ſceleribus ſcele-
ſtius immiſcent à te vel alijs prælatis ſuis arctæ
poſsint cuſtodiæ mancipari. & in verſic.ſequen.
in his verbis, ſub arcta cuſtodia detineri, qui quũ
ſint incorrigibiles &c.

Sed vt ex præcedentibus colligere potes, non
eſt verus primus articulus diſtinctionis, dum de
58 iure ciuili loquũtur, vt innocens puniatur, † quũ
omnia iura clament noxium eſſe & legibus exo-
ſum innocentem de crimine condẽnare. l.abſen-
tem.ff.de pœn. Melius (inquit) eſt nocẽtem non
punire,

punire, quàm innocentem condemnare. Innocēs
(inquit Pilatus) ſum à ſanguine iuſti huius, Mat
thæi. xxviij. capi. Alij dicunt de iure canonico
effractori carcerum nō inueniri ſtaturam pœnā,
& ob id ad traditiones communes recurrendum
eſſe, ſicuti & Hoſtiē. in loco ſuprà relato refugit,
videlicet ad. c. quum non ab homine. extra, de iu
di. Quid in hac re ſentio, dicam. Cæterùm angūt
me duo non modò diuerſa, ſed prorſus contraria
iudicia, quorum ſuprà meminimus. Primum eſt
quod Parriſijs in conſeſſu principis redditū eſt,
dum plures rei detinerētur impacti crimine læſæ
maieſtatis, qui effracto carcere cuſtode manibus
ac pedibus ligato faciei larua adiecta oriq; pila
addicta cuiuſmodi bucellarios imperator vocat
in. l. fin. C. ad. l. Iuli. de vi publi. cōſpiratione iam
diebus quindecim & pluribus præmeditata cu-
ſtoditos ſeu carceratos vi eripuerunt, demum cu
ſtos qui finibus recenter factis ligatus fuerat con
tinua fricatione funes ſeu vincula diſſoluit, diſſo-
lutus carceratos & effractores perſecutus eſt,
eosq; in nauicula ſupra Sequanam populi auxi-
59 lio apprehendit, † qui tunc ciuitatem Parriſiam
propter incendiarios qui Caroli electi imperato
ris nomine vt fama erat, ciuitates & oppida hu-
ius regni incendere decreuerāt die nocteq; aſſer-
uabat. Suſpicio enim ob Trecenſem ciuitatē pro
maiore parte illorum opera ſuccēſam inuaſerat.
Acclamauit enim tunc cōmentarienſis populum
vt aduerſus incēdiarios opem ferret, non neſciēs
futurum populū illi non tam facilè auxilio eſſe, ſi
vt accurreret ad carceratos fugitiuos apprehen-
dendos poſtulaſſet. Cui ſic acclamāti populus iu
giter fauit, primoq; cōgreſſu & impetu vnum ex
carcerati ſeu effractorū familia commentarienſis
dolabro trucidauit, vinctosq; tandem omnes in
cuſtodiam reduxit. Mox in incarceratum & effra
60 ctores ſuper effractione ius redditum eſt: † qui
tametſi rei læſæ maieſtatis conſtituti eſſent, neq;
qui vi ereptus erat, neq; etiam qui vi à cōmenta-
rienſe vinctum eripuerāt tractati ob id ſeuerius,
ſeu caſtigati ſunt, non etiam propter ipſum impa
ctum crimen, neq; propter carceris effracturam.
Atqui effractores pecunia tantummodo multati
ſunt. Huic iudicio aſtiterūt duodequinquaginta
viri percelebres, & ex eo numero quadraginta
aut eo circa, literis et doctrina lōgo vſu atq; expe
rimēto præſtabāt, vt cuiq; alij peritiſsimo nō ceſ-
ſiſſent, id nemo nō nouit. Rothomagi verò anno
1529. longe ſeuerius actū eſt in quendā qui de hò
micidio nō præcogitato impactus erat, quiq; ca-
ſualis magis quàm volūtarius homicida plurimo
rum ſentētia ex multis argumētis iudicabat. Hic
tametſi ad eccleſiam cōfugiſſet, ab ea tamē extra-
ctus nulla immunitatis ratione habita vltimo ſup
plicio condēnatus eſt. qui verò carcerem effrege
rāt, virgis cæſi proſcripti ſeu bāniti ſunt, bonaq;
eorū publicata. In hac re igitur arbitrū me con-
ſtituere non audeo, non etiam taceo in conſeſſu
illo Parriſijs in comitatu principis habito admiſ-
ſum fuiſſe. aberam à Rothomago, quum iudicio
curiæ homicida ille morte damnatus eſt, ob id fu
61 git me quid in hac re dictum ſit. † Cæterùm quid
ſcriptum inueniam non prætermittā. In conſeſſo
nanq; eſt pleroſq; magiſtros ſeu iurium profeſſo
res in hanc ſentētiam pedibus ire, reum licet non
conuictum de crimine quo impactus erat, ſi effra
cto per vim carcere præuia cōſpiratiōe vel abſq;
conſpiratione euadat, ſua fuga et effractione pro
confeſſo crimine habendum eſſe, ob idq; vltimo
ſupplicio plectendum. Moti potiſsimè per dictā
l. j. §. j. ff. de effracto. l. in eos. ff. de cuſto. reo. l. mi
lites agrum. §. eius fugam. ff. de re milita. l. ſi quis
aliquid. §. miles. ff. de pœn. l. addictos. C. de epiſ-
audien. l. quoties. C. de exacto. tributo. lib. x. l. j.
ij. iij. & iiij. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi
exi. quaſi reus criminis læſæ maieſtatis propter
effracturam effectus ſit, per. l. cuiuſq;. §. fina. ff. ad
legem Iuliam maieſta.

Tota vis ergo huius diſputationis in his legi-
bus conſiſtit. Quamuis plerique maxima arte ex-
quiſito've ſtudio nixi ſunt fugæ materiam huic
diſputationi non plurimùm conuenientem inſi-
nuare, Bal. aſſentientes in. l. admonendi. ff. de iu-
reiuran. verum hanc ab illa in multis differre exi-
ſtimo, easq; varijs tractatibus ac ſub diuerſis le-
gibus expediā. Hic enim effractoris tantùm ma-
teriam explicabimus. Fuge verò tractatum in le-
gem lege Cornelia. infra reijcimus.

De effractore igitur carceris & his qui carce-
rem euadunt fracto carcere vinculis etiā per con
ſpirationem diſſolutis videamus. In primis ſin-
gulas leges quæ vniuerſum orbē peregrinari fa-
ciunt, in variasq; ſententias iudices trahunt. Eam
primò videamus quæ poſita eſt in. l. j. ff. de effra-
cto. Et quæſo, ſedulus lector ad illam aduertat.
Iureconſultus enim in ea primo Imperatorum re
ſcriptum ad Aemilium tyronem commemorat,
62 quo reſcripſerunt † de his ſumēdum ſupplicium
qui effracto carcere euaſerunt, aliter pœna non
expoſita. Secundò Saturnij reſpōſum refert, quo
voluit eos, qui è carcere eruperant, capite puniri
ſi fractis foribus vel habita conſpiratione euale-
rant. Non ſic ſi per cuſtodis negligētiam aufuge-
rant, quos mitius puniendos eſſe voluit. Teruò
Priſcorum iuris autorum de expilatore tractan-
tium ſententiam ponit, & pœnam qua eos plecte
re ſolebant: ſimiliter & ſaccularios ſeu detracta-
ris, aut diætarios & effractores cuiuſcunq; quali-
tatis eſſent. Nouiſsimo loco Iureconſultus poſt-
quàm tam varias de effractoribus carcerum & fu
ribus expilatoribus've ac ſaccularijs detractarijs
ſententias recenſuit: demum omnium æqualem
eſſe conditionem Vlpianus dixit. Oportebit, in-
quit, æquè & in effractores & in cæteros ſuprà
ſcriptos cauſa cognita ſtatui, prout admiſſum ſug-
gerit. Poſtremò vt clarius ſupplicium quo plecti
debeāt, explicat Vlpianus dūmodo ait, ne quis in

plebeio operis publici pœnam vel in honeſtiore
relegationis excedat.
Ecce quomodo Iureconſultus verbum, ſuppli-
cium. in reſcripto imperatorum poſitum, ſimili-
ter & verbum, capite. in Saturnij reſponſo decla-
63 rare voluit. † Item & quod antiqui expilatorem
temporario & perpetuo exilio, ſi viles erant, con
demnabant, honeſtiores verò ad tempus ordine
priuabant aut extra patriæ fines ſtatuebant, vbi
imperialibus reſcriptis nulla pœna inuenta fuiſ-
ſet impoſita. Furem autem effractorem, ſi Roma
nus æques eſſet, Diuus Marcus imperator quin-
quennio abſtinere iuſsit prouincia. Quæ pœnæ,
quum variæ eſſent, eas recto ordine Vlpianus re
ducere curauit. Effractorum enim & expilatorū,
qui plebei ſunt, æqualem eſſe conditionem dixit,
neque voluit grauiore pœna quàm publici ope-
ris, honeſtiores relegatione damnari. Hoc decla-
rant verba illius legis in verſic. oporrebit. in quo
volo te notare dictionem, æquè. Item illa verba,
& in cæteros ſupraſcriptos.. Et iterum dictionē,
dummodo. quæ æqualiter ad omnes refertur. Et
ſic verbum, capite. in relegatione & in operis pu
blici condēnatione verificatur, ſicuti in fi. §. præ-
cedentis retulimus. Cæterùm Paulus Iureconſul
tus. in. l. fi. eiuſdem tituli quantum eſt de furibus
64 effractoribus ab Vlpiano diſſentit. † Diſtinxit
enim effractorē nocturnū à diurno. nāq; noctur-
num ſuſtibus cæſum in metallū dānari voluit. de
diurno nihil ſcriptū reliquit: quare Vlpiano con
ſentire videtur. Vbi igitur volueris duriore ſen-
tentia carceris effractorē punire, ſecundùm Pau-
li Iurecōſulti autoritatē, non niſi ſuſtibus cæſum
in metallū condēnare potes. Sed vbi diſtinguere
volueris effractores nocturnos à diurnis, dic di-
urnos puniēdos eſſe ſecundùm Vlpiani reſpon-
ſum in. l. j. in fin. Nocturnos verò cæſos ſuſtibus
in metallū dānandos ſecundùm Pauli Iurecōſul-
ti ſententiam. Sed in pœnalibus vbi lex expreſſe
pœnā certis caſibus ſtatuit, & in alijs variat: non
quæ ſeuerior, ſed quæ mitior eſt, amplecti debet.
l. ſi præſes. ff. de pœ. dū ait, ſed ſi vtriuſq; crimina
obiecta ſūt, mitior lex. i. priuatorū erit ſequēda.
Nunc de. l. in eos. ff. de cuſto. reo. videndū eſt,
quæ quāuis ex præcedētibus intelligi poſsit, bre
uiter repetam, quum Iudaizare videā circa illius
interpretationē: nec in verba magiſtrorū iurare
poſſum: quippe quum neq; illius legis verba tam
duram tamq; ſeueram interpretationē admittere
queant. Et vt illius veritas luce clarius habeatur,
65 dic eam tribus reſponſis conſtare. † Primū eſt de
his qui carcere publico clauſi tenebātur, qui con
ſpiratione facta ruptis vinculis fractoq; carcere
euaſerūt: quos vult Iurecōſultus grauiore cuſto-
dia aſſeruari, quàm cauſa pro qua impacti erant,
expoſcit. Secundū eſt in verſi. & quāuis innocen
tes. vult enim vt ſic in ſeueriore cuſtodia cōſerua
ti propter carceris fracturā ſi diligētiore inquiſi-
tione criminis quo impacti erant facta innocētes
nihilominus inueniatur. Et hac ratione p crimi-
ne impacto plecti nō debeant, pro effracto tamē
carcere puniēdos eſſe ait. Et ſic non, pro crimine
pro quo detinebātur, vult eos puniri, quia inno-
centes inuenti ſunt: ſed quum publicam cuſtodiā
violauerint, impunes nō euadāt. Qua igitur pœ-
na plectēdi erunt? pœna effractoris tantū. Alio-
quin quomodo ratio admittere poſſet, vt pro cri
mine puniantur quo innocētes inuēti ſunt. Certè
neq; lex, neq; ſenatuſconſultū neq; ratio dictant,
vt in ſimili inquit. l. iij. in fi. ff. de præuaricato. Et
ideo dicta. l. j. in fi. ff. de effractor. dicit, cauſa co-
gnita pœnā ſtatim prout admiſſum ſuggerit. Sed
quomodo admiſſum dici poteſt, in quo innocēs
inuētus eſt, & pœna à lege non ſtatuatur, niſi ad-
uerſus eos qui deliquiſſe inuēti ſunt. l. pœna. ff.
de pœ. Sed quū in effractione tantùm [illegible]
eo igit ſolū puniri debet, per illū tex. & verū eſt.
Sed quæſo, dicat mihi aliquis quomodo potuit
66 Accurſius neq; quiuis alius per hæc verba, † Ta
men puniēdi ſunt, in. d. l. in eos. poſita ſomniare,
vt afferāt nobis eū pro confeſſo haberi qui inno
cens de impacto crimine inuētus eſt? certè non vi
deo. Nam & ſi lex fictionē admitteret, quod ab-
horret illa. l. quomodo poſſet fictio veritati præ-
ualere: quū rei veritas ſit, effractorem carceris cri
minis pro quo detinebatur innocentē eſſe, & ni-
hilominus fingamus eū criminis nocētē eſſe, qui
re vera innocēs eſt. An propter fractionē fiet de
non crimine crimen? Non puto hoc ratione neq;
autoritate poſſe ſubſiſtere. Scio autē reum effra-
cti carceris factū eſſe. Sed quum pœnæ delictis
ſint cōmenſurandæ. l. ſancimus. & l. ſi vindicari.
C. de pœn. Iam pœna delictum excederet, ſi pro
crimine puniatur cuius innocens inuentus eſt.
Ego huic interpretationi addo tex. omnino ſi-
milē in. l. ſi. ff. de bo. eo. qui ante ſenten. mor. ſibi
conſci. cuius meminimus in. l. j. §. ſi ſibi manus. ſu
67 prà eo. titu. in dicta. l. ſin. in princ. † dicitur, non
enim facti ſceleritatē eſſe obnoxiam, ſed cōſcien
tiæ metum in reo veluti cōfeſſo teneri placuit, &
ſic metus conſciētiæ illius qui in ſeipſum ſæuit ea
eſt quæ pro cōfeſſo habere facit qui pro crimine
accuſatus erat. Sed vbi innocens eſt, nō iuuat illa
interpretata confeſſio. Clarè probat. §. ſina. illius
l. ſin. in his verbis, & innocentem defunctū oſten
dere audiendi ſunt: nec prius bona in fiſcum co-
genda ſunt, quàm ſi de crimine fuerit probatum.
Ecce quomodo fictio aduerſus innocentem re-
cipi non debet. Altera illi ſimilis traditio eſt in
eadem. l. ſina. §. ſic autem. verſicu. ſicuti. dum ait,
ſicuti quum quæritur, an is qui ſibi manus intu-
lit, & non perpetrauit, debeat puniri, quaſi de ſe
ſententiam tuliſſet. Nam omnino puniendus, ni-
68 ſi tædio vitæ &c. † Ecce quomodo lex rei veri-
tatem inquirit, vt plus conſiderari debeat, quod
in veritate eſt, quàm quod ſimulate imaginari po
teſt: neque in eum ſæuit, niſi quatenus alterius
criminis conſcius inueniatur, quamquam quod
in ſeipſum

in ſeipſum ſæuit ſic violentas manus inijciendo,
ſatis deliquit, & verū ſit dicere homicidam eſſe,
& propter homicidium puniri debere, per ratio-
nem illius. l. dum ait, qui enim ſibi non pepercit,
multò minus alij parceret, quod in natura nefas
eſt. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. ex eo quod in ſe-
ipſum ſæuit, homicida eſt, & ex illo puniri pote-
rit, non autem ex crimine quo detinebatur ſeu ac
cuſatus erat: quum. l. illa fin. §. fin. admittat hære-
des ad probandam innocētiam eius qui mortem
ſibi conſciuit non obſtante eo quod ſuæ mortis
conſcius eſt. Addo. l. fina. §. fina. C. de his qui la-
69 tro. occulta. ille text. ait, † ſi verò poſt exhibitio-
nem eorum qui accuſantur, innocentes eos eſſe,
& nihil criminis admiſiſſe patuerit: accuſatores
pœnam, quæ in calumniatoribus exercenda eſt,
ſubire cogantur. Exemplo, inquit, eſt graue ſic
latronem requirere vt innocentibus periculum
fiat. & in. §. ſinautem. verſicu. non ignaro iudice.
quod ſi aduerſus innocentem ob aliam cauſam
præter latronum vel aliorum nocentum inueſti-
gationem militare auxilium poſtulauerit: com-
motione ſeueriſsima punietur. Ecce quomodo
lex non admittit aduerſus innocentes pro crimi-
ne illis impoſito, vbi innocentia iudici conſtat,
propter aliam cauſam extrinſecam in eos ſæuire,
quæ huic diſsimilis nō eſt, qui latronem celat ſeu
occultat, vel aliter prohibet quominus iudici of-
feratur: & ideo tenetur pari pœna per dictam. l. j.
&. ij. C. de his qui latro. occulta. l. qui vas. in prin
70 cip. ff. de furtis. † Et quamuis Accurſius in dicta
l. in eos. dixerit eos haberi pro confeſſo crimine
qui carcerem effregerunt vt euaderent, per. §. ad
hoc prohibemus. in authent. de collato. colla. ix.
ille text. probat oppoſitum, quamuis et pleroſq;
audiui illum. §. poſt Accurſium allegare vnà cum
l. conſiliarios. C. de aſſeſſ. Sed cum bona eorum
venia dixerim, non eſt vera illa inductio. Vt igi-
tur cōſtet, volo te notare in dicto. §. ad hoc pro-
hibemus. verba ſequentia, vnumquenq; tangen-
tem ſancta dei euangelia palàm facere illata di-
ſpendia. Ecce quomodo probare debent illatum
fuiſſe à iudice ſeu collatore damnum, & ſuper da
mni æſtimatione damno probato per iuramen-
tum damnum paſsi æſtimatio probabitur, inquit
ille text. tangentem ſancta euangelia. Clarius in
dicta. l. conſiliarios. in his verbis, eaq; in quadru-
plum reſtitui iubemus quæ docebuntur ablata.
Et ſic probari debet ablatum vt duplum ſpolia-
tus habeat, & duplum fiſcus acquirat. & quod in
71 eadem. l. dicitur, † pro confeſſo autem tenebitur
qui accuſatus huiuſmodi perſonam ſubtexerit.
Ille text. de receptatore loquitur qui iudicem ce-
lauit ſicuti lex vult de eo qui furem celat, in di-
cta. l. qui vas. §. qui furem. ff. de furt. Ex eo enim
quòd iudicem celat, in odium celantis eo quòd
iudex ſua culpa non apparet, & à fugitiuo iudice
veritas erui non poteſt, pro confeſſo crimine, qui
celat aut doloſe iudicem occultat, habebitur: &
nihilominus lex vult eos, qui aſſerunt damnum
à iudice recepiſſe, teneri illatum damnum à iudi-
ce probare: Et ſic ficta illa interpretatio non plu
rimum releuat, quum damnum paſſus damnum
probare teneatur: Et ſic probato damno præſu-
metur contra iudicem in odium celantis ſeu oc-
cultantis, videlicet per concuſsionem extorſiſſe
ſed ſi iudex comparet & de innocentia ſua doce-
at, iam ficta. l. confeſsio ſeu à lege præſumpta ceſ
ſabit, dicta. l. fina. §. fin. C. de his qui latro. occul-
72 tauer. † Et lex admittit reum infra annum, non
obſtante priore contumacia, cauſam ſuam defen
dere. l. j. ij. & fin. ff. de requiren. re. l. j. C. eod. titu.
Quare mirandū eſt quomodo tam venerandi pa
tres in eam cæcitatem deciderint vt innocentem
pro confeſſo crimine propter carceris effractio-
nem haberi voluerint.

Tertium reſponſum illius. l. eſt, de eo qui con-
ſpirationem reuelat, vt à pœna quā propter eam
ſuſtinere mereretur excuſari debeat. Clarè igitur
conſtat non eſſe verum in dicta. l. in eos. proba-
ri, innocentem haberi pro confeſſo propter effra
ctum carcerem: ſed ex aduerſo inquirendum eſſe
ait de crimine, pro quo impactus erat qui in car-
cere detinebatur, dum ait, & quamuis innocen-
tes ex eo crimine inueniantur propter quod im-
pacti ſunt in carcerem. in quo ponderandum eſt
verbum, inueniantur. & dum ſubiungit, tamē pu
niendi ſunt. Intelligendum eſt, vt ſi innocens in-
ueniatur, de effracto tamen carcere quem viola-
re non debebat, quum publicus ſit, puniatur: nō
autem de crimine, quo accuſatus erat, quia inno-
cens inuentus eſt. ſi vero nocens ſit, de vtroq; pu
niatur, ſcilicet tam pro crimine quo accuſatus e-
rat, quàm pro effracto carcere. & iſta eſt veritas.
Hoc demonſtrat dictio, tamen. quæ eſt aduerſa-
73 tiua, † vt non puniatur pœna quam exigebat cri
men quo impactus erat, ſed alia pœna plecten-
dus ſit, ſcilicet effractionis carceris. Alioqui fru-
ſtra dixiſſet Iureconſultus in. l. j. ff. de effractor.
de his qui effracto carcere euaſerunt ſumendum
ſupplicium. Item eos qui de carcere eruperunt
ſiue effractis carceribus, ſiue conſpiratione, cum
cæteris qui in eadem cuſtodia erunt capite puni-
endos. Hi enim omnes pro crimine detineban-
tur, & tamen non propter crimen quo impacti
erant, ſed propter carceris fractionem capite ple
ctendos ait. quam capitis pœnam Vlpianus Iu-
reconſultus ſic interpretatur, dummodo ne quis
in plebeio operis publici pœnam vel in honeſtio
re relegationis excedat. Et Paulus Iureconſultus
in. l. ſecūda. eiuſdem titu. aduerſus nocturnos ef-
fractores pœnam addit, vt fuſtibus cæſi in metal-
lum damnantur, nec alia pœna à lege impoſita
inuenitur. Et ideo dùm illa lex. in eos, inquit,
tamen puniendi ſunt intelligendum eſt pœna in
dictis. ll. j. &. ij. ff. de effracto. expreſſa, & non de

alia pœna: quam tamẽ pœnam iudices prout ad-
miſſum ſuggeret, minuere poſſunt: nõ autem au-
gere, dicta. l. j. in fin. ff. de effracto.
Alia eſt lex quæ dubium huic noſtræ diſputa-
tioni affert. l. cuiuſcq;. §. fin. ff. ad. l. Iul. maieſt. quæ
planè probat quod in prædicta. l. in eos diximus.
74 inquit ille text. † Item qui confeſſum in iudicio
reum, & propter hoc in vincula coniectũ emiſe-
rit, reus erit criminis læſæ maieſtatis. volo te duo
cõſiderare. vnum cuius glo. illhic meminit in ver
bo, reum. in vltima glo. interpretatione, vt ille. §.
de crimine læſæ maieſtatis intelligi debeat. Non
autem de reo cuiuſcunq; alterius criminis. cui ſe
ſubſcribit Luc. de Pen. in dicta. l. quoties. C. de
exact. tribu. lib. x. & in. l. j. C. de cohartali. lib. xij.
adde illis rationem, quia leges ſecundùm titulos,
in quibus poſitæ ſunt, interpretari ſolent. l. impe
ratores. ff. de in diem adiectio. neq; in illa lege de
alio crimine quàm læſæ maieſtatis tractabatur.
Secundò & id proximũ eſt quod diximus in de-
claratione dictæ. l. in eos. vt text. intelligatur de
reo non à ſe ſed ab alio à carcere erepto & tã con
feſſo in iudicio in quem nullæ partes iudicis ex-
tant; quàm in condemnando. l. qui ſentẽtiam. C.
de pœ. l. j. ff. de cõfeſ. quia quodammodo ſeruus
pœnæ per confeſsionem effectus, argumento. l.
quod ad ſtatum. ff. de pœ. iuncta. l. ij. C. de cuſto.
75 reor. qui † quamuis in iudicio confeſſus ſit, tamẽ
in tribunali adhuc audiri debet, per illum text. vt
cuſtodiatur donec de eo pronuncietur, in. l. ſi cõ
feſſus. ff. de cuſto. reo. Sed ad quid cuſtodietur?
Reſpondet tex. illius. l. ij. quaſi ſub publico teſti-
monio cõmemoratio admiſsi criminis fiat. Non
ergo loquitur ille. §. fi. dictæ. l. cuiuſq;. de eo qui
vinctus ſeu carceratus erat qui fregit carceres, vt
iudicium euitaret vt pro confeſſo habeatur quo-
niam crimen in iudicio iam confeſſus erat: ſed de
eo qui confeſſum illo crimine eripit, vt puniatur
lege Iulia maieſtatis. Nec abs re eſt. non enim ta-
lis erumpens permittit pœnam tam ſcelerati faci-
noris à confeſſo exigi, cõtra. l. obſeruare. C. quo.
appel. non recipi. non ergo illa. l. huic diſputatio
ni recte conuenit, imò per illam legem ſi reus cri
men confeſſus non eſſet aut conuictus, non vide-
tur à ſenſu contrario poſſe effractorem illo crimi
ne cõdemnari, quum adhuc crimẽ detectum non
ſit, ſed aliter puniri debere, videlicet pœna eximẽ
tis dolo vinctũ à familia, vt in. l. j. & tribus ſeq. ff.
ne quis eũ qui in ius voca. eſt vi exi. & . l. quoties.
C. de exacto. tribu. lib. x. l. j. ff. de effractoribus.
Ad. l. ſi quis aliquid. §. miles. ff. de pœ. & . l. mi-
lites agrũ. §. eius fugã. ff. de re milit. quas puto ſi-
mul iungẽdas eſſe, facilè concedi poteſt, carceris
effractorẽ capite plecti debere, & maximè eũ qui
ſtricto gladio erupit, vt in. d. l. ſi quis aliquid. §.
76 miles. ff. de pœ. † Quæſtio igitur erit, quænã illa
erit capitis pœna? certe non alia eſt quàm quæ in
dicta. l. j. ff. de effract. cõmemoratur, videlicet in
plebeio publici operis pœna, in honeſtiore rele-
gatio, nõ autẽ mortis naturalis vel ciuitatis amiſ-
ſio. l. licet. ff. de verb. ſigni. l. hos accuſare. §. omi-
bus. ff. de accuſa. neq; vlla maior aut melior inter
pretatio expectari debet, ea quæ à Iureconſulto
tradita eſt in. d. l. j. ff. de effracto. vbi verbũ, capi-
te. intellexit de pœna publici operis & relegatio-
ne, non autẽ grauiore alia pœna mulctari effracto
res & expilatores voluit, dũ ait, oportebit autem
æquè et in effractores et in cæteros ſupraſcriptos
cauſa cognita ſtatui, ꝓut admiſſum ſuggerit: dũ
modo ne quis in plebeio operis publici pœnam,
vel in honeſtiore, relegatiõis excedat. Ecce quo-
modo Iurecõſultus omnibus terminis negatiuis
vſus eſt. Et Pau. Iurecõſultus in. l. fi. illius titu. ff.
77 de effracto. † nocturnos tantũ effractores exce-
pit, quos fuſtibus cæſos in metallum tantùm vult
condẽnari. Agãt igit͛ iudices, ſi velint, ſeuerius le
ge: qui ſi cõtra legis ꝓhibitionẽ aliquid facient,
litẽ ſuã faciũt. l. quũ ꝓlatis. ff. de re iudi. §. j. Inſti.
de oblig. quæ ex quaſi delic. naſcũ. l. ſi filiusfami-
lias. ff. de iudi. præſertim in criminibus, in quibus
leges ſeueritatẽ prohibẽt, clementiã vbiq; cõmẽ-
dant. l. reſpiciendã. in prin. ff. de pœ. nãq; in leuio
ribus cauſis proniores ad lenitatẽ iudices eſſe de
bẽt, in grauioribus pœnis ſeueritatẽ legum cũ ali
quo tẽperamento benignitatis amplecti. & dicit
tex. in. c. põderet. in fi. l. diſ. ſentẽtiã quæ vetat mi
ſericordiã non ſolũ tenere fratres, ſed etiã audire
78 fugite. Et Plutarc. de doctrina principũ. † Talis
eſt in republica imago ac lumẽ princeps, qui dei,
reuerẽs iuſtitiã tuetur, hoc eſt, dei rationẽ geſtat.
Nẽpe intellectũ, non ſceptrũ, aut fulmẽ, aut tridẽ
tem fingit, qm̃ illis deus offendit͛, delectatur autẽ
his qui ſuã æmulãtes iuſtitiam ſemet in honeſtate
& humanitate reddũt adſimiles. & illud diui Gre
gorij in lib. moral. xx. parte. iiij. c. xij. cuius aliqñ
meminimus, iuuabit autẽ repetitio. Om̃is (inqt)
qui iuſtè iudicat, ſtaterã in manu geſtat, in vtroq;
pẽſo iuſtitiã & miſericordiã portat: per iuſtitiam
reddit peccati ſententiã: per miſericordiã peccati
tẽperat pœnã. Plura aliqñ ſuprà ſcripſimus. Sed
nõ dixerim hic miſericordiã tantũ, ſed legis ſeue-
ritatẽ hanc eſſe: quũ nulla alia in lege pœna inuẽ
ta ſit. Igitur qui ſecus agunt: inſolẽter & perperã
faciunt. l. nemo carcerẽ. C. de exacto. tribu. lib. x.
79 & . l. ij. in fin. C. de cuſto. reo. † vbi lex ob id vult
carceratos in conſiſtorio audiri, vt iudicibus fræ
ni temperies adhibeatur, non autem inſolenter
agant. l. nihil. C. de quæſtioni. adde. l. hodie. ff. de
pœnis. Alia plura hic non recenſebo.
Et ſi ſingulariter vtriq; legi deſideras ſatisface-
re dic propter vim carceri illatã teneri, quaſi vim
publicam intulerit. Exemplo enim legis Iuliæ de
vi publica capite plectendus erit, vt in. l. penulti.
ff. ad legem Iuliam de vi publi. non autem erit il-
li interdicendum aqua & igni: ſed loco aquæ &
ignis interdictionis relegatio illis erit pœna, di-
cta. l. j. §. fina. ff. de effracto. Idem dico ad. l. mili-
tes agrum. §. eius fugam. ff. de re milit. quæ inter-
pretari

pretari debet in his verbis, etiam ſi antè non de
ſeruerit, capite puniendum. ſecundum. l. deſerto
rem. §. pœna militum. ff. eod. de re mili. in quo. §.
capitis illa damnatio à Modeſtino iureconſulto
80 interpretatur. † Pœna inquit, militum eſt caſtiga
tio pecuniaria multa, munerum interdictio, mili
tiæ mutatio, gradus deiectio, ignominioſa miſ
ſio. & tandem ſubiungit vnum quod volo te no
tare. Nam & in metallum aut in opus metalli nõ
dabuntur nec torquentur. Quæ omnes pœnæ
per ſingulas leges ſubſequentes vſque in dictam
l. milites agrum. declarantur.
Ad. l. addictos. C. de epiſco. audien. patet eadem
ſolutio, quam ad. l. cuiuſque. §. fi. ff. ad legem Iu
liam maieſ. commemorauimus. Namque de his
loquitur qui addictum ſupplicio. §. ſupplicio de
ſtinatum vi eximunt, vt illi puniri debeant. Non
autem de carcerato loquitur qui effracto carcere
aut aliâs, vi ſe eximit. in quo cõſiſtit vis noſtræ di
ſputationis. Sed qua pœna puniẽdi erũt qui ad
dictum ſupplicio, effracto carcere aut aliàs vi exi
munt, illa. l. nõ aperit, ſicuti nec. l. in eos. ff. de cu
ſto. reo. ad leges igitur recurrẽdum eſt, quæ pœ
nas ſimilibus delictis ſtatuerunt, vt dicitur in di
cta. l. hodie. ff. de pœn. gloſ. eſt in. l. ſi fugiti. C. de
ſer. fugiti. quam Bald. illbic extendit. melior tex.
in. l. ij. ff. de bo. eo. qui ante ſenten. mortem ſibi
conſci. in verſic. argumento eſt ſenatuſconſultũ.
ſic tamen vt leges locum habeant. l. iij. §. diuus.
verſic. quid tamen ſi lex. ff. de ſepul. viola.
Ad. l. primam, ſecundam, tertiam, & quartam.
ff. ne quis eũ qui in ius voca. eſt vi exi. Per quas
probatur iuncta. l. pen. §. in eum. &. §. ſin. &. l. fi.
81 ff. eo. tit. † vi eximentem in ius vocatum quomi
nus in iudicio ſiſtat ſeu compareat, puniri: non
quanti res quæ petebatᷣ in veritate eſſet, ſed quã
ti actor eam per actionem ſuam æſtimabit. Neq̃
ob id ſi ſoluerit debitor, exemptus liberatur. hoc
dicunt illæ leges, quoniam pœnam ſuam tantum
ſoluit. at. l. quoties. C. de exacto. tributo. li. x. exi
mentem ad ſolutionem vniuerſi debiti ſolum co
ercet. Sed hoc in ciuili eſt, quoniam non poteſt
in minus condemnari iuſtè, quàm quod in debi
to erat exempti ſeu erepti. in hoc enim intereſſe
partis verſatᷣ ſeu ſe extendit, neq̃ etiam in actio
ne vi bonorum raptorũ, interdicto vnde vi, ſeu
de vi & vi armata, non minus ſtatuitur quã quan
ti vim paſſi intereſt, in quo iuramentum in litem
defertur probata violentia & damno, vt ſuprà di
ctum eſt. Quibus addo. l. autoritate. &. l. ſi quan
do. C. vnde vi. l. j. C. ſi per vim vel alio modo. l.
82 videamus. ff. de in litem iuran. † quum autem in
eximente pro crimine detentum vltra intereſſe
partis publicum intereſſe verſatur: ideo rectè at
tendi debeat, ſed non plus arbitrari aut plectere
licet. quàm lex quæ pro crimine pœnam pro pu
blica vindicta ſtatuit. Seruari igitᷣ debet lex, ne
que vlterius extendi. Non enim debet iudex le
ge ſeuerior eſſe, dicta. l. hodie. ff. de pœ. l. relega
torum. §. ad tempus. verſic. reprehenſæ. ff. de in
terdic. & relega. reprehenſæ, inquit, ſunt ſententiæ
eorum qui ad tempus relegatis ademerunt partẽ
bonorum, vel bona. l. moris. §. ſed enim ſciendũ
eſt. verſic. & ſi fortè. ff. de pœn. l. placet. C. de ex
cuſa. munerum. lib. x. c. diſciplina. &. ca. ſeq. xlv.
diſtinc. ſatis iudici eſſe debet ſi ſecundũ legis ſen
tentiam pœnam arbitretur.
Ex his exiſtimaui diſtinctionem aliquam face
re. Quippe qui diſtinctioni Luc. de Pen. ſuperius re
citatæ in multis me ſubſcribere intendo. & potiſ
83 ſimè ſecundo articulo, dum dixit † de eo qui ne
que ius, neque poteſtatẽ carceris habebat, vt ca
pite plectatur ſi aliquem in cuſtodia habeat. l. j.
C. de cohartali. lib. xij. l. j. & fi. C. de curio. & ſta
tio. eodem lib. Etiam ſi manifeſto crimine facino
roſum deprehendat. Quod mirum eſt, per dictã
l. j. C. de coharta. lib. xij. quam volo te ſingulari
ter notare. eam enim aliquando in ſtationarium
capitaneum induxi: & placuit audientibus. licet
cuſtodiam habere poſsit donec iudicis copiam
habeat, ſicuti dictum eſt, per. l. generali. C. de de
curio. lib. x. & alias leges quarum ſuprà memini
mus. Secundò, vbi magiſtratus poteſtatem ſibi
conceſſam excedit, vt in. l. prohibitum. C. de iure
fiſci. lib. x. vel quum is qui vocatur notoriè, iuriſ
dictionis non eſt iudicis qui in carcerem aliquẽ
detinuit, vt in. l. j. ij. iij. ff. ne quis eũ qui in ius vo
ca. eſt vi exi. impunè enim talibus non paretur ꝑ
illas leges, &. l. ſin. ff. de iuriſd. omnium iudi. Nõ
enim talium valet iudicium. l. non valet. C. ad. l.
84 fa. de plagia. † & qui ab eo damnatus eſt qui ius
damnandi non habuit, pro non iudicato haben
dus eſt. l. iij. §. ſina. in fi. ff. de pœ. l. j. §. fi. ff. ad Ter
tulia. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. Succe
dit quod legitur de toto penè titu. C. ſi à non cõ
peten. iudi. hic plura alia cõgeri poſſent, quæ, vt
breuitati inſeruiam, prætermitto: quum à dictis
per me. ſuprà poſt Luc. de Pen. in. l. nemo carce
rẽ. C. de exacto. tribu. in. l. j. C. de decurio. & ſta
tiona. lib. xij. in. l. j. C. de coharta. in. l. deuotum.
C. de meta. & epi. co. lib. in. l. prohibitum. C. de
iure fiſci & pleriſque alijs ſuprà relatis diſcede
re non intendo. Conuertam me ad reliquos arti
culos diſtinctiõis Luc. de Pen. vt ſigillatim illos
expediam. In primis dic
Effractorum duas eſſe ſpecies. Quidam enim
domorum ſunt effractores & fures, quorum ali
85 qui nocturni aliqui diurni vocantur. † Noctur
ni atrociores ſunt: quippe illi fuſtibus cæſi in me
tallum damnari debent. l. fi. ff. de effracto. diurni
verò ſi plebei ſunt in opus publicum condemna
ri debent. Si honeſtiores, relegatione multandi
ſunt, neque in duriorem pœnam dãnari poſſunt,
dicta. l. j. in fi. ff. de effracto. niſi effractioni aliud
delictum addiderint, veluti ſi turbulẽter aliquid
& ſediciosè in republica egerint. l. capitalium. §.
ſolent. ff. de pœ. vel niſi cum armis impetum fece
rint. l. denunciamus. C. de his qui ad eccleſ. con

fug. Quibus caſibus pœna legis Iuliæ de vi pu-
blica coercendi ſunt.l.iij. ff. ad legem Iuliam de
vi publi.l.j.in princ.verſic.quo've cœtus conuẽ-
tus've fiat.ff.ad .l. Iuliam maieſta.iūcta gl.in ver-
bo cœtus , niſi ex ea vi ſecutum ſit homicidiū, vt
in.l.quoniam multa facinora. &.l.fina. C.ad legẽ
Iuliam de vi publica.illhic copioſius per Cin. &
Bald.poſt eum.

Quidam verò ſunt carcerum effractores . Et
iſtorum quatuor ſunt ſpecies. Nonnulli enim no
cturni ſunt,quidam verò diurni. Secundò,aliqui
cum gladio aut aliàs per vim. alij verò abſque
gladio erumpunt. Tertiò, plerique conſpiratione
præhabita:quidam non conſultò,ſed quodā im-
petu non præcogitato.Quartò,alij foribus effra
ctis & vinculis per vim diſſolutis , aliqui abſque
fractione erumpunt.

86 Et iſtorum omnium diuerſæ ſunt qualitates. †
Nonnulli enim ſunt confeſsi aut conuicti: quidā
verò vltimo ſupplicio condemnati.alij verò mi-
nori pœna ſunt addicti.aliqui ſunt qui neque cō
uicti ſunt neque confeſsi neque condemnati,ſed
in reatu ſunt tantùm , quia plurimùm de crimi-
ne quo accuſantur ſuſpecti ſunt. Plerique etiam
ſunt quorum fama non læditur, imò de crimine,
quo accuſantur,innocentes inueniuntur. Hi oēs
ſi carcerem effregerunt,debent(ſi Vlpiano iure
conſulto credamus) ſimplici pœna effractoris
tantùm puniri,vt clarius infrà explicabimus.Sin
gulas ſpecies declaremus. Aut enim reus ꝗ effra-
cto carcere ereptus eſt, iā crimen confeſſus erat:
& inter crimina diſtinguẽdū eſſe puto. aut ille ꝗ
ereptus eſt,in reatu criminis læſæ maieſtatis erat:
& in primo capite læſæ maieſtatis, quia ſecurita-
tem reipublicæ ſeu imperium turbauerat,aut per
ſonam principis læſerat,aut alio inferiore crimi-
ne pœnam ſanguinis deſiderante impactus erat.
Primo caſu quum hoc crimen omni iure tam
diuino quàm humano exoſum ſit, & eximens in
crimen læſæ maieſtatis in primo capite incidit,
etiam ſi per vim non eximerit. Ratio in hoc cri-
mine erit,quum ſufficiat aut conuictione aut cō
feſsione aliquem ſuperari.intellige de vera con-
feſsione.l.fallaciter.in fi. C. de abolitio.l. ſi quis
alicui. C.ad legem Iuliam maieſ. Huic opi. Bart.
conſentit in.l.conſtitutiones. ff. de appellat. per
rationem illius.l.quia reipublicæ intereſt ſtatim
ſimiles reos puniri.Dixi in eo tractatu qui inſcri
ptus eſt,an rex Frāciæ ſuperiorem cognoſcat in
temporalibus.in.xviij.ſpeciali criminis læſæ ma
87 ieſtatis. † Ego autem puto verū, ſufficere rei ac-
cuſati confeſsionem niſi alijs argumentis conuin
catur , vt in dicta. l.ſi quis alicui. C.ad legem Iu-
liam maieſ.Oportet enim in omni crimine de cri
mine conſtare,vt dictum eſt in. l.j .§.illud. ſuprà
eo.l.inde Neratius.§.fi.ff.ad.l. Aquil.l.eius qui
delatorem.ff.de iure fiſci. Neque ſufficit reum
confeſſum eſſe crimen ſed oportet veriſimi-
lem eſſe eius confeſsionem, & multis argumen-
tis cōfirmatam,dicta.l.ſi quis alicui. & hac ratio-
ne Iureconſultus in.l.ſi cōfeſſus.ff.de cuſto. reo.
vult confeſſum in iudicio ſeu in auditorio iterū
adduci & audiri.ſimiliter imperator in.l.ij. C. de
cuſto.reo.Non obſtat ratio dictæ.l. conſtitutio-
nes.per quam Barto.mouebatur,quæ de damna
tis,non autem de confeſsis loquitur, & ſicuti in
illo.xviij.ſpeciali annotauimus.plurimùm opin.
Barto.obſtat.l.Paentonius.§. rei perduellionis.
ff.de acquirend.hærdi. quem tu omnino vide in
his verbis,filius emancipatus,cui de patris inno-
centia liquet,poteſt quærere. Addo quod notat
glo.in.c.illi qui.in verbo,religioſus.in.ij.glo.v.
88 q.v. † Neꝗ enim tam grande eſt reipublicæ in-
tereſſe vt liceat innocentem condēnare vt ſuprà
dictum eſt de Chriſto qui reus criminis læſæ ma
ieſtatis imperialis à pontificibus & legis ſacerdo
tibus accuſatus fuerat , quia regem , vti affirma-
bant , ſe dixerat , quòd populum ſubuerte-
bat, quòd tributum dari Cæſari prohibebat, ple
raque alia falſa et falſo falſiora aduerſus dominū
noſtrum ieſum Chriſtum proponerentur. Nam
& Pilatus nihil dignum morte in eo eſſe teſtatus
eſt, & innocētē ſe eſſe ſanguinis Chriſti iuſti di-
xit. & ideo.l.cuiuſque.§.fi.ff.ad legem Iuliā ma-
ieſt.non abs re dixit de eo qui in iudicio confeſ-
ſus erat.ſimiliter.l.ij. C.de cuſt.reo. vt ſuprà me-
moratum eſt. & licet gloſſa in dicta.l. cuiuſque.
in verbo,reum.hoc ſpeciale eſſe dicit in crimine
læſæ maieſtatis. Ego non puto hoc verum ꝑ præ
dicta.multo minus in reliquis delictis puto ſolā
confeſsionem ſufficere.l.ij. C.quo.appel. non re
89 cipi. † Oportet enim, inquit illa.l. reum confeſ-
ſum eſſe & conuictum. & licet in effractore non
loquatur:tamen ad prohibendam appellationẽ
vtrunque deſideratur,confeſsio,conuictio,et cō
demnatio.nam,vt ſuprà diximus,illa.l.ſi confeſ-
ſus.vult cōfeſſum adhuc audiri.Idem in.l.j. §. fi.
ff.de quæſtio. & idem pro maiori parte cenſue-
runt patres,qui in ſeſsione illa principis ſedebāt.
& ob id tex.in.c.presbyterum.l.diſt.inquit, ſpō
te confitenti,crimine poſtea detecto facilius mi-
ſericordiam impendendam eſſe. quem tex. notat
Hoſtien. in titu. de homici.ſub reſpōcella. de in-
quiſitionibus.§.& qualiter procedatur. colum.
ij.Ex his vides recti iudicis officio incumbere cū
confeſsione partis alia argumenta in confeſſum
exigere.Quibus adde Archi.in.c.quicunque.ij.
q.vj. Mouere plurimum debet ratio dictæ.l.j. §.
fin.ff.de quæſtio.ex epiſtola duorum imperato-
90 rum ad Vocinium ſaxum, † dum ſuo reſcripto
voluerunt liberandum eſſe eum , qui in ſe fuerat
confeſſus,de cuius innocentia poſt condemna-
tionem conſtitiſſet. Cui adde.l.qui ſeruum.verſ.
at is qui confitetur.ff.de interro. actio. & quod
per illum tex.notat Bald.in.c.iniuria.vj.colū.de
pace tenen. & iura.firman.colla.x.vnde, vt vide
re poteſtis,dicta.l.conſtitutiones.ff.de appel.de
damnatis loquitur.Quare dico crimen læſæ ma-
ieſtatis

ſeſtatis in hoc à cæteris criminibus non differre.
&.l.cuiuſque.intellige de eo qui in iudicio con-
feſſus eſt, vt inquit illa.l.cuiuſque.§.ſt.non ſi ex-
tra iudicium, vel poſtquam coram iudice confeſ-
ſus eſt publico teſtimonio auditus non perſeue-
rauit, niſi alia ſint argumenta, quæ iuuent confeſ-
ſionem, vt tex.ait in dicta.l.ij.C. de cuſto.reorũ.
& dicta.l.ſi quis alicui. C. ad legem Iuliã maieſ.
l.inde Neratius.§.fina.&.l.proinde.ff. ad legem
Aquil.contra quam filius aut alia perſona con-
iuncta audiri poteſt volens de innocentia proba-
re, dicta.l.Pantonius.§.rei perduellionis.ff. de ac-
quiren.hæred.in alijs criminibus ſecus, per præ-
dicta: quia in eis adhuc de crimine inquiri debet
vltra quàm confeſſus eſt, an innocens ſit, per ra-
tionem dictæ.l.j.§.fin.ff.de quæſtio.l.fin.§.fi.ff.
de bo.eo.qui ante ſenten. mortem ſibi conſci. l.
fi.in fi.C.de his qui latro.occulta.& dicta.l.ij.C.
quor.appella.non recipi.dicta.l.in eos.ff.de cu-
91 ſto. reo. † effractorem non punit de crimine de
quo impactus erat, ſi innocẽs poſt effractum car
cerem inueniatur. Quæ verba clarè demonſtrãt
de crimine aliter conſtare debere, quàm per eam
fictam confeſſionem & præſumptiã propter car-
ceris effractionem. Quibus adde.l. eius qui dela
torem.& quod illhic Bart. notat.ff.de iure fiſci.
Nam & illa.l.in eos.de effracto. tantum carcere
effractorem punit, ſimul & eos qui reum per car
ceris effractionem liberauerũt. Idem in.l. milites
agrum.§.eius fugam.ff.de re milita. dum inquit,
quia cuſtodiæ refuga non militiæ deſertor eſt: &
ſic de deſerta militia non punietur: ſed quia refu
ga eſt carceris, de effracto carcere capite plectit,
etiam ſi antè nõ deſeruerit. Quamuis ille tex.du-
pliciter intelligi poſsit. Primò ſi antè non deſe-
ruerat quàm detineretur. Secũdò, ſi antequã de-
tineretur, deſeruerat. Sed iſtud nouiſsimum non
cõuenit illi legi. Sed ſic legi debet, de eo qui pro
deſerta militia detinebatur, qui demum effracto
carcere aufugit: ob id tamen deſertor cenſendus
non erit, neque pro deſerta militia plectẽdus, ſed
pro effracto carcere tantùm capite punietur. idẽ
in.l.ſi quis aliquid.§.fin.ff.de pœ.dixi ſuprà. Nõ
ergo propter effracturam carceris reus etiã effra
ctor pro confeſſo crimine haberi debet, vt ſuprà
dictum eſt, non repeto.
92 Secundò, Si verò † de condemnato vltimo ſup-
plicio quæramus à carcere emiſſo per carceris
effractionem. & puto in hoc diſtinguẽdum eſſe,
aut reus iam condemnatus erat de crimine, ſed à
ſententia prouocauerat. aut condemnatus omni-
no ſupplicio addictus eſt, quia non prouocauit,
vel ſententia ab eo iudice lata eſt à quo appella-
re non licet, vel à ſuperiore, à quo reclamare nõ
licet, cõfirmata eſt. Quorum meminit.l.j.in prin
ci.ff.à quib.appel.non lic.vel ſi appellare permiſ
ſum eſt, iudex tamen executionem de iure differ
re non debet, vt in dicta. l. ij. C. quo appella.
non recipi.dicta.l.conſtitutiones.ff.de appel.l.ſi
quis à filio.§.hi autem. ff. de iniuſto rup. & irri.
reſta. Quibus caſibus reus cẽſetur ſeruus pœnæ
93 factus. † Primo caſu ſi prouocauit, pro non con-
demnato habendus eſt.l.rei capitalis.§. fin.ff. de
pœ.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pactis.
l.j.§.fi.ff.ad Turpil. & perinde cẽſendum eſſe de
eo ſicuti ſi condemnatus non eſſet. & ideo ſicut
is qui reum de crimine non confeſſum neq; con-
uictum neq; cõdemnatum è carcere per vim ſeu
cum armis eximitur, ratione vis illatæ pœna le-
gis Iuliæ de vi publica tantùm puniri debet, di-
cta.l.lege Iulia.ff.ad legem Iuliam de vi publi. Si
ſine vi et abſque armis, lege Iulia de vi priuata.l.
legis Iuliæ.ff.ad legem Iuliam de vi priua. Simili
ter dicendum eſt de eo qui reum eximit condem
natum, qui tamen à condemnatione prouocauit.
Non tamen ob id ſeuerius plectendum eſſe exi-
ſtimo, quàm dicat.l.j.ff.de effracto. videlicet, Si
plebeius eſt, in opus publicum, ſi honeſtior eſt,
relegatione, que etiam militibus conuenit, vt ſu-
prà dictum eſt per.l.deſertorem.§.j.ff.de re mili-
ta.per quam concordamus.l.ſi quis aliquid.§.mi
les.ff.de pœ.l.milites agrum.§.eius fugam.ff. de
re milita. Secundò caſu, Si reus condemnatus ad
dictus eſt omnino ſupplicio per iudicis ſentẽtiã,
quæ omnino executioni demandanda eſt: & pu-
to ſeruandam eſſe deciſionem.l. addictos. C. de
epiſ.audien. Sed quum in ea non inueniã expreſ
94 ſe deciſum qua pœna eripiens teneatur, † puta-
rem in hoc ſic dicendum eſſe, quòd quum omni-
no reus vltimo ſupplicio propter crimen addi-
ctus eſt, & erumpens prohibet quo minus vindi
cta publica de crimine in ſolatium reipublicæ &
amicorum aſſumatur, vt inquit.l.capitalium.§.fi
na.ff.de pœn. & reipublicæ intereſt crimina non
remanere inulta.l.ita vulneratus.ff.ad.l.Aquiliã
l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publica. & vecti-
ga.dicto.c.vt famæ.extra, de ſenten.excommuni
ca. Et puniendum eſſe capite. & ad id induci po-
teſt.l.fi.C.de malefi.& mathemati. Sed quæ erit
illa capitis pœna? dic ſi reus condemnatus, & de
carcere extractus pro criminæ læſæ maieſtatis cõ
demnatus erat: & punietur pœna legis Iuliæ ma-
ieſtatis.dicta.l.cuiuſque.§.fi.ff.ad.l. Iuliam ma-
ieſ.tanquam illius criminis fautor, vt dicam in.l.
pen. infrà eodem. Si pro crimine inferiore licet
mortis pœnam inferente, & puniẽdum eſſe lege
Iulia de vi publica, ſi per vim. Et ſi ſine vi extra-
xerit: lege Iulia de vi priuata, ſicuti dictum eſt ſu
prà. Quæ pœnæ ab eis non differunt, quæ in di-
cta.l.j.ff.de effractor. expreſſæ ſunt. Nec obſtãt
ea quæ Luc. de Pen.in dicta.l.quoties.C.de exa-
95 ctio.tribu.lib.x.dixit † ſubditos teneri ſentẽtias
iudicum etiam iniuſtas exequi. c.paſtoralis.§. pe
nult.extra, de offi. delega. ſecundum glo.in.ca.j.
extra, de offi.ordinarij quia ſubditorum non eſt
inquirere, an iuſta ſit vel iniuſta ſententia, ſecun-
dum Inno. illhic quia dico verum eſſe, ſi ſentẽtia
lata eſt, à iudice, à quo non licet prouocare, alio

quin ſecus.l.ſi quis prouocatione. C. de appella.
vbi lex.hanc differentiam facit:quam vide omni
nó,& diligenter conſidera.ratio in promptu eſt,
quia à iudicibus à quibus appellari ſolet, pro in-
ulto appellare licet.l.non tantum. ff. de appella.
ab aliȷs ſectis,& pro eis præſumptio eſt quod re-
cte iudicauerint,ſicuti ſi princeps ipſe iudicaſſet.
l. vnica.§.fina.ff.de offi.præfecti præto. Non mi
nus tamen exiſtimo paulo grauiore pœna plectē
dum eum eſſe qui condemnatum extraxit quàm
non condemnatum,per ea quæ poſita ſunt in di-
cta.l.j.ff.de effrac.quia per illam ſentētiam cōdē
natus , factus erat quodāmō ſeruus pœnæ.l.qđ
ad ſtatū.ff.de pœ. & remanet aliquis primæ ſen-
tētiæ effectus,quamuis appellatum ab ea fuerit.
argumento eſt.l.j. C.ſi penden.appel.mors inter
ue.l.ſi.C.ſi reus vel accuſ.mor.fuer.& quaſi ami
cis ſuis amiſſus eſt,vt in ſimili dicit tex.in.l.poſt-
liminium.§.filius. ff. de capti. & poſtli. reuer.&
96 l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de capi.diminu. †
Et exiſtimarem eum teneri pœna legis Iuliæ de
vi publica,qui talem condemnatum eximit, per
dictā.l.lege Iulia.argumēto eſt etiam dictum.ca.
vt famæ. extra, de ſenten. excommunica. poteſt
& dici crimen eſſe læſæ maieſtatis,non per.l.cu
iuſque.ſuprà alleg.ſed per.l.j.in princip. ff.ad le
gē Iuliā maieſ. ibi , quo've cœtus,conuentus've
fiat.Nam tales effractores etiam clericos abſque
iuſſu epi aut eccleſiaſtici iudicis ꝑmiſſum eſt lai-
co iudici per vim clericum apprehendere abſq;
metu canonis,ſi quis ſuadēte diabolo.xvij.q.iiij.
& præſertim ſi nocturnus ſit effractor,per ratio-
nem.l.ſi.ff.de effracto.Quum durior ſit noctur-
norū effractorū diurnorū quā conditio. Non au
tem quod morte naturali damnari debeant, per
illum tex.igitur ſi non ſunt confeſsi neq; cōuicti
neq; cōdēnati,nō puto effractorē teneri alia pœ-
na quàm ea quæ in dicta.l.j.ff. de effracto. p Vl-
pianum commemorata eſt in plebeio operis pu-
blici pœna, in honeſtiore,relegatione:ſic vt non
97 liceat eam excedere,per illū tex. † niſi quatenus
per vim cum armis & de nocte effregerit: qa tūc
lege Iulia de vi publica capite tantum puniēdus
erit effractor, vt ſi vis ſit cum armis:deportatio-
ne ſeu aquæ & ignis interdictione.Si ſine armis,
relegatione & tertiæ partis bonorum publicatio
ne.l.j.ff.ad legem Iuliā de vi priua.l.ij.C.ad legē
Iuliam de vi publi.§.item lex Iulia.inſti.de publ.
iudi.non autem morte naturali,niſi in caſu.l.qm̄
multa facinora. C. ad legem Iuliam de vi publi.
& aliorum caſuum quorum ſuprà commemora-
uimus.hic non repeto.ratio, quæ me mouet, eſt
duplex, Prima, quia in lege Iulia de vi publica
alia pœna non imponitur. l. qui dolo.&.l.pen.
ff.eo. ad.l.Iul. de vi publica.d.l.qm̄ multa.&. §.
itē lex Iulia.inſt.de publi.iudi.Secūdò,qa tex.in
d. l.j. ff.de effracto.ex reſponſo Saturnij Iurecō
ſulti eum qui in carcerem erupit, ſiue effractis
foribus, ſiue conſpiratione cum cæteris qui in
eadem cuſtodia erant, capite tantum voluit cō-
demnari. quæ poſtmodum per Vlpianum de-
clarata eſt ,videlicet dummodo in plebeio ope
ris publici, in honeſtiore relegationis pœnam
non excedat. Ex eo tamen non purgatur pœ-
na criminis pro qua impacti erant hi qui deti-
nebantur,dicta.l. in eos.ff. de cuſto.reo.quæ in-
nocentes pro effracto carcere punit. Similiter
& dicta.l. milites agrum. §. eius.ff.de re milita.
98 Sed † ſi nocentes reperti erunt,vltra carceris ef-
fracturam vtroque crimine puniri debent, per
illam.l. in eos.quam ſic inducere intendo.Nam
ſi reus pro crimine quo accuſatus erit innocens
inuentus eſt, puniri non debet pro crimine, ſed
pro carceris effractura tantùm. Qui ergo nocēs
compertus erit de crimine , ex eo quod crimini
crimen addidit , pro vtroque plectēdus eſt. Ad-
do non diſſimilem rationem iureconſulti in.l.pe
nul.§.fi.&.l.fin.ff.ne quis eum qui in ius voca.
eſt vi exi.dum ille tex.ait,is qui debitorē vi exi-
mit,ſi ſoluerit,reum non liberat,quia pœnā ſuā
ſoluit.& in dicta.l.pen.§.fi.dicit,& nihilominus
manet,qui exemptus eſt,obligatus.& ſic ſolutio
pœnæ pro emiſsione ſeu effractiōe pœnam præ-
cedentis delicti non eximit in delictis ſimilibus
per ſolutionem ab altero eorū factam cæteri nō
liberantur.l.j.§.plane.ff.de tutel.& ratio.diſtra-
hē.notat Aret.in.l.mācipia. C.de ſer.fugiti.Nec
enim conueniens eſt aut iuri conſonum tam ſeue
rè in eum qui cauſa libertatis conſequendæ ſeu
conſeruandæ ſuæ vitæ ſtudet, quoquo modo po
teſt,ſe liberare.Quemadmodum & in eum,q ex
propoſito & ex animo inferendæ iniuriæ, vel dā
ni dandi alterius domum rumpit ſeu demolit̃ vt
furetur,aut aliter delinquat.ratio differentiæ in
99 promptu eſt, † Quoniā lex accuſato de crimine
permittit ſanguinem ſuum qualitercūq; ſeu per
fas aut nefas redimere,dicta.l.j.ff.de bo.eo.q añ
ſentē.mor.ſibi cōſci.l.ſi.ff.de popula.actio.Ple-
nè in.l.tranſigere. C.de tranſactio.Non autē alte
ri iniuriam inferre aut dānum.Nonne ſatis redi-
mit qui ſe à iudicis poteſtate liberat ? Dicam ple
nius in.l.lege Cornelia.infrà eo.titu. Non pige-
bit Alcibiadis egregium reſponſum recenſere
quum ad capitale iudiciū ab Atheniēſibus è Ce-
cilia vocaretur ſeipſum abſcondit dicebatq; eū
ſtultum eſſe qui accuſatus quū liceat fugere quæ
rit abſolui & liberari.& quū quidam dixiſſet nō
credis patriæ de teipſo iudicium.ego quidē, ait,
ne matri quidem,ne fortè ignorās pro calculo al
bo nigrū ferat.ille idē quū audiſſet ſe cum ſociȷs
morti adiudicatū eſſe.at,inqt,declarabimus ipis
nos viuere. & inde ad Lacedæmonios ꝓfectus
in Athenienſes bellum excitauit. Hæc plutar.in
apophthegmatis Secundò,Si delictum debet ſe-
cundum animum & opinionē delinquēti iudica-
ri,vt in.l.eū q.§.ſi iniuria.ff.de iniur.l.q iniuriæ.
100 ff.de furt. † is qui ſatagit animā ſuam ſaluam fa-
cere,non eo animo vt alteri iniuriam faciat, ſed
vt ſe

vt ſe tantùm à futura pœna liberet:niſi, vt ſuprà dictum eſt, iudici conſtaret ſe eo animo exemiſſe vt iterum peccaret & prioribus ſceleribus ſceleſtius ſe immiſceret, vt in dicto.c.vt famæ.extra de ſenten.excommunica. & delinquere non videtur, dicta.l.j.ff.de bo.eo.qui ante ſenten.mor.ſibi conſci. & in argumentum traho. l. denunciaſſe.§.fin.ff.ad legem Iuliam de adulter. quæ vult, ſententiam aduerſus adulterum latam non nocere mulieri adulteræ.ratio forſitan,inquit ille tex. mulier gratia vel fauore vel iuſtitia vel legis auxilio obtinere poterit. Demum in vltimo regis reſponſo,additur, quid ſi adulter inimicis oppreſſus vel falſis argumentis vel teſtibus ſubornatis apud præſidem grauatus eſt,mulier forſitan religioſius virum ſortita pudicitiam ſuam defendat, vel ſi dum ira iudicis ferueſceret adulter damnatus eſt,vt dictū eſt per.l.quis ſit fugitiuus. §. j. ff. de ædili.edicto.vel ſi reus fortè populi acclamatione eō demnatus eſt,vt in ſimilibus faciliter occurrit.argumento eſt.l.decurionum.C. de pœn. l.iuſtiſsimos.C.de offi.recto.prouinc. & iudiciū Suſannæ exemplo eſſe poteſt, cuius aliquando ſuprà meminimus.tunc plebs cōcitata iam tepuerit.certe non eſt quod imputari poteſt.& iſta eō ſideratione Barto.in dicta.l.j.ff.de bo.eo.qui ante ſenten.mortem ſibi conſci.

101 † dixit,ſi poſt accuſationem reus aufugit,vel ſtat cautus,non eundo per ciuitatem:id ſuſpicionem aduerſus eū augere non debet,per rationem illius legis. multo maiori ratione dicendum eſt in eo qui animam ſuā ſaluam facere quærit,quum legis permiſsione hoc faciat: quod eſſe non poteſt in eo qui ex propoſito alienam domum cū effractura aggreditur vt furetur,aut vt in habitatores domus aliquid doloſè aut perperam agat:qui excuſari nullo modo poteſt.c.turbatur.j.q.iiij.l.venia. C. de in ius vocan. Dicam in.§.aperire.infrà ea.l.etiam ſi aliud delictum committat quàm propoſuerit, dicta.l.eum qui.§.j. & per totam penè.l.ff.de iniur.Notat Ang.in.l.verum.ff.de furt. & Cin. in l.ſi non conuicij.C.de iniur.

Vnde ex his nō puto eos rectè ſentire qui pœnam nocturni furis ſeu depopulatoris ad carceris effractorem extendunt, quum longè vtriuſq; differens ſit conditio,per prædicta. & iſtud conſiderauit Luc.de Pen.et rectè,in dicta.l.quoties. eolum.ij.C.de exacto.tribu. dum dicit inſpiciendum eſſe quo animo quid fiat.l.ſi ſeruum quis.§. admouere.ff.de acquir.hæred.& pleraq; alia nō ſpernenda dicta recenſet, quæ tu diligens lector videre poteris.

Nūc alius articulus diſputationi noſtræ ſe offert,

102 † an carceris effractor ab ecclia extrahi poſſit,& ſi vi aut aliàs extractus eſt, debeat eccleſiæ reſtitui,an verò beneficio eccleſiaſticæ immunitatis priuari poterit.& videtur eum priuandum eſſe,argumento.c.inter alia.extra de immuni.eccle.dum de latrone & agrorum depopulatore loquitur,quum carceris effractor inſtar depopulatoris eſſe videatur. Nam non tantum domus priuatæ effractor eſt,ſed & domus publicæ:præſertim ſi per vim vel cum armis ſeu præmeditata cōſpiratione effregerit,potiſsimè ſi de nocte fractura fiat. Nam effractura vis publicæ appellatione venit & atrocis,dicta.l.fi.ff.de effractor.dicta. l. Iulia.ij. ff. ad legem Iuliam de vi publi.quod ſic ſit vides.quemadmodū enim fur & effractor nocturnus impunè occidi poteſt,in.l.furem.ff.ad legem Corneliam de ſica.maximè ſi ſe telo defendat.l.itaq;.&.l.ſeq.ff.ad legem Aquiliam. dicto

103 dicto.c.interfeciſti.extra,de homicidio. † multo magis carceris effractor occidi pōt impune: quū p.l.j.& fi.ff.de effracto.pari iudicio condēnātur nocturni fures & effractores,maxime qui per inſidias carceres effregerunt. Secundò, ratio decretalis,inter alia.extra de immuni.eccleſi.qua latrones & agrorū depopulatores immunitate eccleſiæ eximuntur,eſt:quia inſidias in hominum exitium parare ſolent. Quæ fuit etiam imperatoris in dicta.l.j.&.ij.C.quando lic.ſe ſine iudi.vindica. Similiter qui ſtudet pœnam euitare per carceris effractionem,inſidias in rempublicam parare ſtudet in exitium hominum,argumento à contrario ſenſu in dicto.c.vt famæ.extra,de ſenten.excommunica. Hoſtien.verò poſt Inno.in dicto.c. inter alia.excuſat eum,qui in ſtratis non inſidioſè,ſed impetu quodam vel fortuito caſu hominē aggreſſus eſt, adeò vt eccleſiaſtica immunitate priuari iure non poſsit,per argumentum à contrario ſenſu ſumptū ex illa decretali. Si, inquit, propter frequentata itinera vel publicas ſtratas inſidijs aggreſsionis obſeſſas immunitate priuatur:igitur ſi non inſidioſe hominem latro adoriatur,immunitate dignus erit,per illum text. quod eſt mirādū. Addit aliud,& ſecūdū, illa decretalis,inter alia. in depopulatore cōſiderandū eſſe voluit,an diurnus,an verò nocturnus ſit, per illum text. Idem vult Imperator in dicta.l.j. &.ij. C.quādo lice. vnicuiq; ſe ſine iudi.vindica. & dicta.l.ſin.ff.de effracto.l.quæro.ff.de bo.liberto. Quare legis & canonis ratio in vtroq; æqualiter diſponere videtur. Tertiò, Si hæc interpretatio

104 non reciperetur, † ſequeretur domum publicā minoris eſſe priuilegij qualibet alia priuata:& tamen fortior ratio eſſe debet carceris publici quā cuiuſuis alterius priuatæ domus: quia ædificia publica, quum ſancta ſunt, violare non licet. §. ſanctæ quoq; res.inſtit.de rerum diuiſio. & hoc alludit huius vocabuli ſanctum,etymologia: de qua in.l.ſanctum.ff.de rer.diuiſio. Sanctum,inquit dictum eſt à ſagminibus. Sunt autem ſagmina quædam herbæ quas legati populi Romani ferre ſolebant,ne quis eos violaret,ſicuti Græcorum legati ferebant ea quæ vocantur ceritya,vel quaſi ſanctimina,quoniam è loco ſancto capiebantur legatis ad bellum aut feriendum fœdus proficiſcentibus. Si igitur ſanctum ideo ſit dictū

à ſagminibus, ne quis ea violet: qui igitur vim
facit carceri publico, ſanctum violat, & ſanctum
violans immunitate eccleſiæ gaudere nõ debet,
argumẽto. c. ſi. extra, de immunita. eccleſi. & for
tè hæc opi. attentari poſſet ſi ſimul conueniret de
claratio dicti. c. vt famæ. extra, de ſenten. excom-
105 munic. † ſi non vt pœnitcãt de commiſsis oppor
tunitate fugiendi captata carcerem fregerũt clau
ſtri, ſed vt prioribus ſe ſceleribus ſceleſtius im-
miſceant, id eſt, ſi poſt effractum carcerẽ in prio-
ribus criminibus ſceleſtius perſeuerarent, quaſi
corde indurati, & in profundum malorum lapſi.
quos quum pœnitentes eccleſia non recipit, abij
cit: ſicuti de eo dicitur qui dum deo & ſacerdoti
confitetur, dicit ſe velle hominem occidere, neq;
pœnitet, ſed tenacius indurato animo perſeue-
rat, eccleſia non vt pœnitentem recipit, & ſacer-
dos, ſi reuelat, non peccat, imò reuelare tenetur
vt ab homicida caueatur, qui re vera animo ho-
micida eſt, licet opere adhuc non impleuerit. ca.
periculoſe. de pœni. diſtinc. j. l. j. §. diuus. ff. ad. l.
Corneliã de ſica. ita notat Archi. in. ca. ſacerdos.
de pœniten. diſtinc. vj. motus Archi. argumento
c. quemadmodum. extra, de iureiuran. ca. quãtæ.
extra, de ſenten. excommunica. Cui adde Henri.
Bohic. in. c. omnis. extra, de pœn. & remiſ. dicam
abundantius in. l. pen. infrà eodem. Sed hanc ex-
tenſionem firmare non audeo, quum Canoniſtæ
non admittant. c. inter alia. extra caſus in eo ex-
preſſos extendi, quamuis plura alia ſint crimina
nõ inferiora, imò longè grauiora expreſsis in di-
cto. c. inter alia. &. c. ſi. extra, de immunita. eccle.
&. c. j. de homici. in. vj. &. c. j. extra de homici. in
quibus æquitas Canonica priuationem non ad-
mittit, quamuis de iure ciuili ſecus ſit. §. neque. in
106 authen. de manda. princi. colla. iij. † imò plus iu
ra canonica animaduertunt in eos, qui ſpreta
eccleſiaſtica libertate ſæuiunt in eos qui ad eccle
ſias confugiunt. c. ſicut antiquitus. §. frater. c. mi-
ror. ca. reum. & per totã penè cauſam. xvij. q. iiij.
& de iure ciuili pœna eſt criminis læſæ maieſta-
tis. l. ij. C. de his qui ad eccleſi. cõfugi. Quare vbi
iura canonica extenſionem prohibẽt, conueniẽs
non eſt neque licitum iudici extendere, præſer-
tim in fauorabilibus & his caſibus qui pro reli-
gione ſunt. l. ſunt pſonæ. ff. de religio. & ſumpti.
funer. & huic ſententiæ ſubſcribit ſe Ioã. Fab. in
l. j. C. de his qui ad eccle. confugi. reſtat tantùm
his reſpõdere, quæ primò loco dicta ſunt de de-
populatore agrorum, potiſsimè dũ diximus ean-
dem effractoris carceris conditionem eſſe, quæ
& depopulatoris agrorum. Certè neque ex voca
bulorum alluſione, neque ex ratiõe canonis aut
legis, neq; quauis alia ratione extenſio rectè fieri
poteſt. In primis vis vocabuli non patitur, in di-
cta. l. j. C. quando lice. vnicui. ſe ſine iudi. vindi.
107 dum ille tex. † depopulatorẽ eum eſſe diffinit, q
cauſa predæ alienos agros intrar vt vaſtet, de-
ſtruat, aut perdat. Vergilius. xij. Aeneidos,

Corripite ò Rutuli q̃s improbus aduena bello
Territat, inualidas vt aues & littora noſtra
vi populat. Et iterum,
Quiſq; ſuum populatus iter.

Populari proprie prædari eſt paſsim & popula-
tim diripere inſidijs aggreſsionis: & inquit impe
rator, itinera frequentata obſederit. Cuius inter-
pretationem Canon recipit in dicto. c. inter alia.
extra, de immunita. eccleſia. & ob id Inno. Hoſt.
Io. Andr. & tota Canoniſtarum caterua voluit,
vt ſuprà meminimus in latrone & depopulato-
re priuſquam immunitate eccleſiæ indigni fiant,
oportere eos in ſtrata publica & frequentata pa
ratis inſidijs obſediſſe vt homines offenderent,
108 aut agros popularentur: & non aliter. † Et per
per hæc attentari poſſet vt graſſator, qui etiã cau
ſa prædæ in itinere aliquẽ ferro adorius eſt, gau-
dere debeat: quum graſſator latro non ſit, licet la
troni proximus ſit, per rationem, l. capitalium. §.
graſſatores. ff. de pœ. vbi lex nõ vult in graſſato
rem adeò ſæuire vt latronem puniri, quum latro
dici non debeat, licet latroni proximus ſit, niſi
duobus cõcurrentibus in illo. §. graſſatores. ex-
preſsis, videlicet quòd cum ferro aggredi & ſpo
liare cauſa prædæ inſtituerit. Secundò. Quòd ſæ
pius in itineribus admiſerit. et fortiori ratiõe per
dictum. ca. inter alia. extra, de immunita. eccleſ.
quod de latrone loquitur qui frequentata itine-
ra obſidet. Sed dura mihi videtur hæc extenſio.
Si tamen ita iudicaretur, arguendum in iure non
eſſet illud iudicium, præſertim quum Inno. in di
cto. c. inter alia. dicat in caſu ſimili conſuetudinẽ,
in his quæ pia ſunt ſeruandam, vt ſi ita conſuetu-
do obſeruaret, non eſſe reprehendendam. Sed
quum diffinitio graſſatoris non longe ſit à latro-
nis diffinitione, dubitarem plurimùm. verum ple
roſq; noui nõ mediocris opiniõis viros occurrẽ
tibus caſibus huic opi. adhærere vt immunitate
gauderent, per rationem dicti. §. graſſatores.

Cæterùm hæc in carceris effractore obtinere
109 non poſſunt. † Non enim vt furetur aut vt præ-
detur fores effrangit, ſed vt animam ſuam à mor
te ſaluam faciat ſecundum legis permiſsionem,
dicta. l. j. ff. de bo. eo. qui ante ſenten. mor. ſibi cõ
ſci. ceſſare igitur debet legis & canõis ratio, qua-
re deſinitio, quæ in depopulatore recepta eſt, ad
carceris effractorem extendi non debet. Secun-
dò mouere non poteſt in contrarium. l. fin. ff. de
effractori. Quoniam planè fateor atrociorẽ eſſe
nocturnum effractorem diurno. Sed ob id non
tam dura eſt nocturni furis & effractoris condi-
tio, vt ſeuerius puniri poſsit, quàm lex aut canõ
permittunt: potiſsimè dicta. l. fin. ff. de effractori.
&. l. j. eodem titulo. dum ait, dummodo ne quis
in plebeio operis publici pœnam, vel in hone-
ſtiore relegationis excedat. ſimilis elocutio in
Deutero. c. xxv. pro menſura peccati erat & pla-
garum modus, ita duntaxat vt quadragenarium
numerũ non excedat ad ſimilitudinem raptoris
virginis

virginis. Sicuti enim raptor virginis, qui quãquã
rapiendo vim virgini inferat, præſertim ſi cũ fo-
rium effractione in virginem erumpat, & ob id
110 grauiſsime delinquat, in † primis in deum & præ
ceptum decalogi, non mœchaberis. &.l. rapto-
res. C. de epiſ. et cleri.l. vnica. C. de rap. virgi. per
rationem illius. l. quia virgo reſtitui non poteſt
c. ſi Paulus. xxxij. q. v. Secũdò, in rẽpublicã vim
publicam cõmittẽdo, & ob id lege Iulia de vi pu
blica tenetur. l. qui cœtu. §. qui vacantem. ff. ad le
gem Iuliam de vi publi. poſsitq; virginem rapiẽs
etiam ancillam actione iniuriarum conueniri. l. ſi
ſtuprum. ff. de iniur. & eam ſubtrahens actione
furti: vel ſi ſuppreſſerit, lege fauia de plagiarijs. l.
verum. &.l. fullo. j. §. qui ancillam. ff. de furt. imò
plus ſi iura ciuilia raptũ meretricis puniunt, quia
in meretrice ſtuprum committi voluerunt. l. ſtu-
prum. ff. de ritu nuptia. dũmodo non palàm quæ
ſtum faciat, per illum tex. alioquin per vim rapta
cenſenda non erit, dicta. l. verum. §. fi. ff. de furt.
tenetur etiam virginem rapiens lege Aquilia ſe-
cundum glo. & omnes in. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi
oliuam. argumento illius tex. ff. ad. l. Aquiliam.
111 His rationibus † iura ciuilia huiuſmodi rapto-
res priuant immunitate, dicto. §. neque. in authẽ.
de manda. princi. colla. iij. De iure autem Cano-
nico non priuantur ſed immunitate gaudent, di-
cto. c. de raptoribus. in fi. xxxvj. q. j. licet inquit
ille canon, raptores frequentius telis armati per
vim raptum committant, vt in dicta. l. verum. ij.
reſponſo. ff. de furt. Neq; refert quoquo modo
vim committant. c. lex illa. §. raptus. xxxvj. q. j. l.
ſi confidis. C. ad. l. Iuliã de vi public. q̃uis gl. vo-
luerit eum qui ſic raptam detinet, de priuato car-
cere argui poſſe, argumẽto. l. vnicæ. C. de priua.
carce. Sed dictum gl. intellige ſanè, niſi meretrix
eſſet quã quis explendæ libidinis cauſa retineret
incluſam, dicta. l. verum. ſicuti plerique inſolen-
tes ſcholaſtici facere ſolent quos veri ſcholaſtici
abijcere ab ſe debent, argumento eſt. l. eum qui.
C. de epiſ. & cleri. l. non aliter. iuncta illhic gloſ.
ff. de vſu & habita. ratio eſt poſt Plutar. de bona
valetudine. Permulti enim ſunt quibus aduerſa
valetudo nequaquam eſt impedimento, quo mi-
nus philoſophiæ dent operam, aut rem etiã exer
ceant militarem aut imperium adminiſtrent &
corporis voluptates: aut huiuſmodi ſunt vt his in
morbo frui nullo modo poſsis, apud eundem de
112 liberis educandis. † iuuenum, inquit, peccata im
menſa plerunque ſunt & miſeriarum plena, ven-
tris immodeſtia, paternorum bonorum expila-
tio, alea, ſaltandi proteruia, ebrietates, amores
virginum, mulierum corruptiones, adulteria, ho
rum igitur, inquit, impetus omni cura & diligen
tia coercendi reprimendiq; ſunt. & Sapiẽs Pro-
uerbio. xxix. Qui nutrit ſcortum, perdet ſubſtan
tiam. & imperator hac ratione coercendos eſſe
ait in. l. fina. §. ipſum in fi. C. de bo. que liber. ne
cupidini dediti triſtem exitium ſentiant. & Va-
lerius libro epitho. ix. c. j. de hannibale loquens,
quem Campana luxuria vincendum Romano
113 militi tribuit. † illa, inquam, vigilantiſsimum du
cem, illa exercitum acerrimum dapibus largiter
abundanti, vino, vnguentorum fragrantia, ve-
neris vſu laſciuiore, ad ſomnum & delicias euo-
cauit. Quid ergo, inquit, his vitijs fœdius? q̃d
etiam damnoſius quibus virtus atteritur, victo-
riæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam con-
uertitur, animiq; pariter & corporis vires expu-
gnantur. & Liuius lib. belli Punici. x. Non eſt
tantum ab hoſtibus armatis noſtræ ætatis peri-
culum quantum à circunfuſis vndiq; volupta-
tibus qui eas temperãtia ſua frenauit & domuit.
vnde Lactan. lib. j. Inſtitutionum contra gentes
capi. ix. nulla eſt tanta vis quæ non ferro ac vi-
ribus debilitari frangiq; poſsit: at animum vince
re, iracundiam cohibere, fortiſsimi eſt, quem ne-
que Hercules, inquit, qui inter deos habitus eſt,
vincere potuit, vellem, inquit Lactantius, adie-
ciſſet de libidine, luxuria, cupiditate, inſolen-
tia, vt virtutẽ eius impleret. alia ex Luca de Pen.
colliges in. l. j. in verbo, hoſtes. C. de re milita.
114 lib. xij. Nunc ad inſtitutum redeamus. † Si tamẽ
ſtupretur meretrix, ſtuprum omnino excuſari
non poteſt, dicta. l. ſtuprum. ff. de ri. nuptia. præ-
ſertim, ſecũdum glo. illhic, ſi nupta eſt. l. ſi vxor.
§. j. ff. ad legem Iuliam de adulte. l. qui adulterũ.
C. ad legem Iuliam de adulter. niſi maritus adul-
terij conſcius eſſet. l. ij. §. ſi in publico. verſi. vnde
quæri poteſt. ff. ad. l. Iul. de adulte. l. viro. ff. ſolu.
matri. & quantumcunque raptus graue crimen
ſit, iura canonica raptorem eccleſiæ immunita-
te non priuant: & tamen is qui rapit, proximum
offendit, & eo animo rapit, vt offendat: alioquin
raptus non eſſet. capi. quum cauſa. extra, de ra-
ptori. argumento eſt. l. j. §. filij. ff. de iniur. licet
iura ciuilia hoc non admittant in. l. vnica. §. fin.
in his verbis, ſiue volentibus, ſiue nolentibus
virginibus, ſiue alijs mulieribus tale facinus fue
rit perpetratum. C. de rapto. virgi. Qui verò
carcerem frangit, aut foribus vi effractis eua-
dit, non vt alium offendat, ſed vt ſe liberet car
cere effracto aufugit, vim propriè facere non
dicitur. intelligo punibilem cum ſeueritate, vt
inquit text. in. l. j. ij. &. iij. ff. ne quis eum qui
115 in ius voca. vi exi. † Nam adhoc vt aliquid ex
animo delinquendi factũ eſſe dicatur, debet non
euentus ſed affectus iudicari. l. iij. §. j. verſi. quum
eñ iniuriã. ff. de iniur. l. ſi non conuicij. C. de in-
iur. & pulchrè in. l. fugitiuus. ff. de verbo. ſigni. l.
quis ſit fugitiuus. §. j. verſic. item apud Iulianum.
ff. de ædili. edic. ab affectu, inquit, animi intelli-
gẽda eſt, nõ à fuga. Nec in cõſideratiõe eſſe põt
q̃d prius dictũ eſt de effractore, q̃ ex ꝓpoſito &

p

paratis inſidijs vt euadat,carceres frangit dicta.l.
j.ff.de effracto.ibi,ſiue effractis foribus ſiue con
ſpiratione:quum lex vnicuiq; permittat ſe, quali
tercunq; poteſt,liberare,in dicta.l.j.ff.de bo.eo.q
ante ſenten.mortem ſibi conſci.&.l.fi.ff.de præ-
uarica.Nā ille leges in cauſa ſanguinis trāſactio-
nem & aduerſarij corruptionem admittūt, ſic vt
ob eam pro confeſſo haberi non poſsit,& mul-
to minus pro victo.licet cauſa in qua ſanguinis
pœna non ſtatuitur,ſi accuſatorem corrumperet
pro victo haberetur,dicta.l.fi.ff.de præuarica. l.
eius qui delatorem.in princi.&.l.in fiſci. ff.de iu
re fiſci.Iuuat etiam hāc opi.l.ij.§.itē diui fratres.
116 in princi.ff.de iure fiſci.in his verbis, † non ſi de
capitali cauſa agatur,in qua non tenetur quis ſe
prodere.dicam infrà eodem. l.pen. & præſertim
dico ex ratione dicti.c.vt famæ.extra, de ſenten.
excommunica.in eo qui ſe liberare procurat, nō
vt deinceps peccet,ſed vt pœniteat.quem tex. re
torqueo aduerſus ea quæ prius dicta ſunt:quum
ille tex.potiſsimè in effractore carceris conſide-
rare velit,an is,qui carceris effractor eſt,ea inten
tione effregerit,vt ſe prioribus ſceleribus ſcele-
ſtius immiſceret.vbi ergo non ea intentione au-
fugit effractis foribus clauſtri carceris , ab eccle-
ſia extrahendus non erit.argumento eſt.c.domi
no ſancto.verſi.ergo ita.l.diſtinc. Ergo, inquit,
ita eſt determinanda ſentētia,vt intereſſe ſu illos
reſtaurari in loco honoris, qui per pœnitentiam
reconciliationē recepiſſe merentur diuinæ pieta
tis.Idq; illhic multis exēplis cōprobatur.& vt in
quit dictus canon,de raptoribus:in fi.xxxvj.q.j.
priuilegio eccleſiæ mortis impunitatē promere-
tur.Adde Luc.de Pen.in.l.j.C.de pala.& domi.
domi.lib.xij.Quum igitur in iure ſcriptum non
117 inuenio † carcerum effractores ab eccleſia impu
nè extrahi poſſe,neq; aliquem audiui ex his q ſe-
cus ſentiāt aliqua lege aut autoritate canonis aut
decretalis moueri,contra.c.ego ſolis.ix. diſtinc.
c.relatum.xxxvij. diſtin.dictum.c.dño ſancto. §.
id autem ne forte.& illhic Archi.omnino vide.l.
diſtinc.c.ne innitaris.extra de conſtitu.l.fi. in fi.
C.de conſuli.lib.xij.§.optimum.in auth. de non
eligen.ſecundò nuben.colla.j.l.iij.§.fi.ff.de præ
uarica.Ideo illis adhærere tutum eſſe nō putarē :
quia illis planè aduerſatur communis omniū ca-
noniſtarum opinio,quæ vult ſolùm agrorū de-
populatores & latrones , qui in ſtratis inſidioſe
verſati ſunt,de iure excipi:reliquos verò , cuiuſ-
cunq; grauiſsimi criminis rei inueniantur, eccle-
ſiæ immunitate priuare non ſinit,dicto cap.inter
alia.Non tamē mihi omnino placet ratio decidē
di aſsignata per Inno.Hoſti.Io.Andr. Anto. de
Butrio & reliquos ad dictam decretalem , inter
alia. dum dicunt, ideo latrones & agrorum de-
populatores ſingulariter exceptos eſſe , quia de
eis ſemper præſumitur quod inſidioſè fecerint.
Certe hæc ratio ex eorum dictis confunderetur.
118 dicunt † enim latrones qui non inſidioſe,ſed im-
petu aut fortuito caſu homicidium commiſerūt,
immunitate gaudere. Igitur ſi conſtare poteſt in-
ſidioſe non feciſſe,audiendos eſſe neque priuan-
dos, donec in probatione defecerint,quāuis præ
ſumptio aduerſus eos ſit.l.j.C.ad legem Corne-
liam de ſica.l.non eſt veriſimile.ff.quod met.cau
ſa.Secundò.Si vera eſſet eorum ratio , ſequeret̃
qđ committens quodcunq; aliud delictum inſi-
dioſe non expreſſum in. c.inter alia.probatis in-
ſidijs immunitate priuādus eſſet,eo quod canon
inſidias tātùm conſideraret: quod inficiant̃ etiā
ipſi & cæteri canoniſtæ quotquot ſunt . Nolunt
enim conſtitutionem dicti.c.inter alia. extra , de
immunita.eccleſ.extra caſus in eo expreſſos ex-
tēdi poſſe. & qui ſecus ſentiret,male, ſecundum
eos,ſentiret, & dictæ decretali contradiceret , in
verſic.ſi libet.in his verbis,quantumcunque gra
uia maleficia perpetrauerit.& paulò pòſt ſequi-
tur,Nec inde damnari debet ad mortem vel ad
pœnam:ſed rectores eccleſiarū ſibi obtinere de-
bent mēbra & vitam.nota verba prædicta,quan
tumcunque grauia maleficia. & ſic nulla exclu-
dit quæ plurimùm ſtringunt pro his quæ ſuprà
dicta ſunt de graſſatore per.l.capitalium.§.graſ-
ſatores.ff.de pœnis.neque licita eſt illa extenſio
per illam decretalem ad ſimiles vel diſsimiles ca-
ſus,quantumcunque grauiſsimi ſint:quia non o-
mne ſimile eſt idem , vt nuncnunc dicemus. &
mirum eſt quod tam venerati patres , qui in iure
nihil ignorauerunt,aliam rationem à conſtitutio
ne mendicauerunt , quæ communis non eſt alijs
criminibus:quia,inquit ille tex.plurimorum exi
tio ſunt:& ob id pro quiete communi exercēdæ
publicæ vltionis cauſa conceſſum eſt in eos pro-
pria autoritate abſque iùdice ſæuire.l.j. &. ij. C.
quando lice.vnicui.ſe ſi:iudi.vindi.l.prouincia-
rum præſides.C.de ſer.& illius meminit Hoſtiē.
in.c.fin.extra,de immunita.eccle. Quæ ratio, vt
dictum eſt,non omnibus criminibus cōuenit. c.
119 ſicut antiquitus.xvij.q.iiij. † & hac ratione pro
latrocinio presbyter deponitur & degradatur,et
in monaſterium detruditur.c.tuæ. extra, de pœ.
Pro alijs autem criminibus communibus nequa
quam.c.presbyter.vbi Archi.lxxxj. diſtinc. per
Archi.in.c.irreligioſum.lxxxvij.diſtin.et Hoſt.
in dicto.c.fi.extra,de immuni.eccle.huic rationi
adhæret.alleg.l.diuus.in fin.ff.de offi.præſid. &
dictum.c.eſt iniuſta.xxiij.q.iiij.qui tex.eſt ad id
ſingularis in verſicu.itaq; ſi quis latronē.in quo
volo te notare ſequentia verba, quæ iuuare vidē
tur Innoc.& cæterorum rationē.Nonne,inquit,
innocentes tradet exitio , qui liberat multorum
exitia cogitantem?Secundò.iuuatur dicto.c. in-
ter alia.quod principaliter in latrone & agrorū
depopulatore inſidias, quibus vti ſolent , conſi-
derauit,vt inſidiæ finalis ratio ſint conſtitutiōis.
Tertio.c.j.extra,de homicid.præcipuè volunta-
rium homicidam per inſidias occidētem,hac cō-
ſideratione immunitate priuat,videlicet propter
paratas

paratas in patrãdo homicidio inſidias. Sed id re-
ſponderi poteſt. Primò, quia quum homicidium
horret natura. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Potiſsi
me quum per inſidias committitur, vt conſiderat
ratio dictæ. l. vt vim. dum in ea dicitur, & quũ in-
ter nos cognationem quandam natura cõſtituit:
120 conſequens eſt, † hominem homini inſidiari ne-
fas eſſe: ideo lex immunitate priuat. & ſic non
men id de latrone, ſed & de quocunque alio bo-
mine, qui paratis inſidijs homicidium cõmittit.
& hac ſola ratione lex diuina iubet homicidam,
qui paratis inſidijs hominem interimit, ab altari
euelli. Exo. xxj. c. neq; aliter diuina cõſtitutio ab
altari homicidam euelli permittit, quàm quũ per
induſtriam & inſidias in proximũ aliquis ſæuit,
ad hoc vt eum offendat & occidat. Sed non po-
teſt hæc conſtitutionis ratio ad carceris effracto-
rem extendi, quum non vt proximum offendat,
ſed vt ſe liberet, carcerem frãgit. Alioquin ſi car
ceres frangeret, vt in alios iterum erumperet, fa-
ciſlime conſentirem, eos immunitate priuandos
eſſe, per tex. in dicto. c. vt famæ. in princi. extra,
de ſenten. excommunica. & clarè etiam conſide-
rat. tex. in dicto. c. eſt iniuſta. in verſi. itaq;. xxiij.
q. iiij. in his verbis, Cui adhuc latrocinandi aſpi-
ret affectus. & nota in illis verbis, dictionem, ad
huc. vbi nulla emendationis ſpes exprctatur. Eo
maximè quia in naturam peccat qui ſimilem ſibi
quærit interficere, qui nõ poteſt pilum hominis
conficere, vt ſcribitur Matthæi. v. & in. cap. & ſi
Chriſtus. extra, de iureiuran. Quæ carceris effra
ctori non conueniunt, qui ſolum ſeipſum ſalua-
re ſtudet, non autem proximum offendere quæ-
121 rit. † Præterea non ob hoc vim aut dolũ aut frau
dem committere cenſendus eſt, qui id agit vt ſo-
lum ſibi proſpiciat. l. ſi pupillus. in prin. ff. de ac-
quiren. hæredi. l. quum pater. §. Titio. ff. de lega.
ij. Neque ex dolo argui debet, qui ad bonum do
lo vtitur. l. j. §. dolũ. ff. de dolo. & præſertim vbi
lex dolum & fraudem admittit, ſicuti in caſu no-
ſtro, in eo qui per fraudem aut aliam artem ani-
mam ſuam ſaluam facere deſiderat, dicta. l. j. ff. de
bo. eo. qui ante ſenten. mortem ſibi cõſci. Qua-
re quum ceſſet ratio priuationis à lege ſeu cano-
ne introducta, ceſſare debet & conſtitutionis ſeu
canonis effectus & pœna. l. cura. §. deficientium.
ff. de muneri. & honori. c. quum ceſſante. extra,
de appella. Secundò, text. in dicto. ca. eſt iniuſta.
verſi. itaq;. xxiij. q. iiij. Non omnino latronẽ con
demnat, ſed eum ſolum qui adhuc latrocinandi
animo homines ad exitium affectat. in quo vide-
tur confirmari quod ſuprà de graſſatore dixi-
mus. Similiter & dictum. capi. vt famæ. extra, de
ſenten. excommunica. quãtomagis in eo, qui car
cerem effregit, dicendum, qui vt pœnam euadat
ſolùm ſatagit.

Nec obſtare poteſt vnum, cuius ſuprà memi-
nimus poſt gloſſ. in Clemen. paſtoralis. §. noto-
rium. in verbo, per violentiam. de ſenten. & re
iudi. quæ à pleriſque approbatur, vt illhic per
Ioan. de Imola, & Cardi. dum illhic gloſſ. ex illo
122 tex. infert, † argumentum eſſe in eum, qui quũ
iuſtè detinebatur, & ex delicto pœnam expecta
bat, euadit. Nam ſi iuſtè & non iniurioſè detine-
batur, ſi euaſerit peccat non redeundo vt ſe pœ-
næ dedat. Additur illi glo. non multum diſsimi-
lis in. c. ius gentium. in verbo, ſeruitutes. j. diſtin.
dum dicit glo. eum qui in iuſto bello captus eſt,
ſi aufugiat, peccare, argumẽto. c. ſi quis ſeruum.
xvij. q. iiij. Addebat Cardi. duo. Primum qui fu-
git, dei poteſtati reſiſtit. & hoc modo iniuſtũ bel
lum mouere dicitur. c. qui reſiſtit. xj. quæſtio. iij.
Secundò, inducebat. c. non putes. & c. innocen-
tiæ. xxiiij. quæſtio. v. Non putes amare vicinum,
quando eum non corrigis: non eſt iſta charitas,
ſed languor. pertinet enim ad innocentiæ offi-
cium non ſolùm nemini malum inferre, verum-
etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum:
Tertiò, Non admittitur peccatum niſi reſti-
tuatur ablatum. c. peccatum. de regulis iuris in
vj. aufugiens autem, à republica auſert quod ſi-
bi debetur. Nam vt alij terreantur exemplo,
pœnam in reipublicæ beneficium debet, dicto
123 capitulo, non eſt innocentiæ igitur &c. † in pri-
mis non eſſe verum, eum qui iudicis faciem au-
fugit ne pœnam mortis ab eo exigat, peccare,
vt inquit Bartolus in. l. j. ff. de bonis eor. qui an-
te ſententiam mortem ſibi conſci. Intrllige verũ,
niſi eo animo fugeret vt ſaluus factus iterum in
homines erumprret, et vt prioribus ſe ſceleribus
ſceleſtius immiſceret, vt in dicto. cap. vt famæ. in
princip. extra, de ſenten. excommunica. & dicto
c. eſt iniuſta. xxiij. q. iiij. qm̃, vt inquit Io. de Imo-
la poſt Ant. in dicta Clementina paſtoralis, alio
modo poteſt pœnitere. & clare probat tex. in di
cto. c. vt famæ. in his verbis, quum non pœniteãt
de commiſsis opportunitate fugiẽdi captata car-
cerem fugerent clauſtri ex prioribus ſe ſceleri-
124 bus ſceleſtius immiſcent. † Ecce quomodo non
dicitur peccare, qui à carcere, quum poteſt, aufu
git ſi vt pœniteat de commiſsis, aufugiat. Secun-
dò, Si eo animo fugit vt ſceleribus amplius ſe nõ
immiſceat, peccare cenſendus non eſt, dicto cap.
eſt iniuſta. &, vt inquit Ioannes de Imola, du-
rum eſſet vt quis ſe vltro cruci offerret, qui ali-
ter ſaluari poteſt, exemplo Alcibiadis cuius ſu-
prà meminimus. Cui ego conſentio per capi.
quis aliquem. §. item illud. de pœniten. diſtinc.
j. & dicam infrà. Non obſtat dicta Clementina
paſtoralis. §. nunquid. verſicu. quis enim aude-
ret. de re iudi. dum ille text. ait, quis auderet,
vel qua ratione audere aliquis teneretur con-
ſiſtorij talis ſubire iudicium, & ſe in hoſtium
ſinu reponere ac ad mortem per violentam in-
iuriam, non per iuſtitiam inferendam vltro-
neum ſe offerre. infert ex his gloſſ. & qui eam

ſequitur, Si mors igitur non per iniuſtitiam ſed
per iuſtitiam inferēda eſt, vltro ſe debet offerre.
125 Ego † non puto hanc conſequentiam ex qua ex-
orbitat prauus intellectus iure aut ratione iuſti-
neri poſſe. Ad quid enim iuuaret quod ſcribitur
Pſal. xxxj. quod transſcribitur. in. c. dixi. de pœ-
nitentia diſtin. j. Delictum meum cognitum tibi
feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, cō
fitebor aduerſum me iniuſtitiam meā dño, & tu
remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit
ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. De
quibus plenè in. c. quis aliquādo. per totum illū
canonem de pœniten. diſtin. j. & Matthæi. xviij.
Domine quoties peccabit in me frater meus, &
dimittam ei vſq; ſepties: dixit illi ieſus, non dico
tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuageſies ſepties. &
c. importuna. de pœniten. diſtinc. j. Niniue ciui-
tas quæ peccato periijt, fletibus ſtetit. & inqt gl.
& recte periijt, id eſt, perire meruit. cap. fidelior.
&. c. quum exaudiero. &. c. ſeq. et pleriſq; aliijs. c.
ſeq. l. diſtinc. c. miror. de pœniten. diſtinc. c. j. ille
rex: c. illud. &. c. Achab. & aliijs capi. ſeq. de pœ-
niten. diſtin. iij. c. Nabuchodonoſor. xxiij. q. iiij.
126 & id de his ſcribitur. iij. Reg. xxj. c. † Qui igitur
pœnitendo peccatum redimere poteſt: qd opus
eſt vltro ſe ad mortem offerat, qui à morte pœni
tentia liber fieri poteſt, per prædicta. Quibus ob
ſtat tex. in dicto. c. quis aliquando. §. item illud.
de pœniten. diſtin. j. verſ. & illud aliud quod ſcri
bitur ad Hebræos, non tibi dico vt te prodas in
publicum, neq; apud alios te accuſes. Nónne &
ſeruus, q à domino in vinculis detinebatur, exau
diri & liberari meruit, dicto. c. xviij. Matthæi. Et
patientiā in eo habuit, donec omnia domino red
deret. Nec enim iureconſultus improbauit in ſi-
milibus ſi modum liberationis inueniat, corru-
pto etiam iudice, in. l. denunciaſſe. §. fina. ff. ad le-
gem Iuliam de adulter. vel accuſatore, dicta. l. fi.
ff. de præuarica. et. l. j. ff. de bo. eo. qui ante ſentē.
mor. ſibi conſci. & plurimum ad ſolutionē dictæ
cle. paſtoralis. de re iudi. confert deciſio gloſſ. in
127 cle. j. in verbo, facere. de vſur. † dū quærit, ſi fiat
ſtatutum q nullus recipiat pro vſuris vltra duos
denarios pro libra in menſe: an ſtatuentes in pœ
nam illius clementinæ incidant, quaſi vſuras per-
mittentes. & videtur, inquit glo. eos in pœnam
incidere, quaſi de pluri negando, de toto cōcede
re videatur, argumento. c. nónne extra, de præ-
ſumptio. Contrarium autem gl, ſentit per. c. quā-
to. extra, de vſur. c. primum. extra, de treuga &
pace. & illam glo. dixit illhic Cardi. eſſe ſingula-
rem, per quam poſt Laurentium ait, quod ſtatu-
tum prohibens de maiori, non per hoc permittit
de minori. c. hac ratione. xxxj. q. j. c. j. &. c. verū.
xiij. diſtinc. Addebat Io. de Imola tex. cum gloſ.
in. c. quoniā multi. xiij. q. iij. & p hoc infert non
debere ſtatutum à cōtrario ſenſu trahi ad caſum
non deciſum. c. quum dilectus. extra de conſue-
tu. & Moder. Papien. in. l. j. §. huius rei. verſicu.
tertiò conſidera. ff. de offi. eius cui manda. eſt iu-
riſdi. vbi ad glo. in dicta Cle. j. in verbo, non face
re addunt. c. quod dicitur. iuncta gloſſ. extra, de
verborum ſignifica. Bal. in authen. ad hæc. iij. co
lum. C. de vſur. Alexan. in. l. ſi eum. §. qui iniuria
rum. ff. ſi quis cautio. Similiter in caſu dictæ cle-
men. paſtoralis. de re iudi. dicendum eſſe puto.
128 Non † enim ex hoc quod in caſu quo iniuſtitia
fieret, vltro ſe offerre non debet: vt à contrario
ſenſu inferēdum ſit, vbi recte iuſtitia fieret, quia
reus eſſet mortis, quòd vltro reus ſe morti offer-
re debeat. ille tex. hoc non ſtatuit. vnde obſtant
ea quæ ſuprà dicta ſunt. & minus obſtat quod vo
luit gloſſ. in dicto. c. ius gentium. in verbo, ſerui-
tutes. j. diſtinctio. Nam neque ius gentium neq;
lex ciuilis neque etiam canonica prohibent ſa-
cto captiuo etiam in iuſto bello quo minus ca-
ptata fugiendi occaſione à manu hoſtis liberare
ſe poſſit. Imò de iure recte poſtliminio reuerſus
eſſe dicitur quoquo modo reuerſus ſit, vtrum
dimiſſus, an vi vel fallacia poteſtatem hoſtium
euaſerit. l. nihil intereſt. &. l. poſtliminium. §. fin.
ff. de capti. & poſtli. reuerſ. l. j. §. non fuit. ff. de do
lo. & ad. ca. ſi quis ſeruum. xvij. q. iiij. dico in pri-
mis non poſſe huic propoſito conuenire, quum
de ſeruo fugitiuo captiuo non loquatur, ſed de.
eo qui captiuus non eſt, & qui cauſa religionis
ſubtrahere ſe vult à domini poteſtate: quod non
poteſt. c. qui verè. §. & neminem. xvj. q. j. capitu.
generalis. &. c. ſi ſeruus ſcienter. liiij. diſtinc. no-
tatur in. c. ij. extra, de ſer. ordi. etiam ſi occaſione
religionis hoc faciat, per illos tex. &. c. id conſti-
tuimus. & dictum. c. ſi quis ſeruum primum & ſe
cundum. xvij. q. iiij. & Archi. in dicto. c. ſi qs ſer-
uū. ij. multipliciter illos duos canones, ſi quis ſer
129 uum. interpretatur. † Primò vt intelligant quū
ſeruus cauſa religioſæ profeſsiōis ſe à miniſterio
dñi ſubtrahit. quod non licet. Quæ interpretatio
non placet, per. ca. fraternitatem. liiij. diſtinctio.
Ob id aliter interpretatur hæc verba occaſione
religionis, id eſt, inquit, conuerſionis ad religio-
nem, quod non licet inuito dño, dicto. c. qui ve-
rè, & aliijs prææallegatis canōibus & hæc vera eſt.
Cæterùm vbi cauſa ſuæ ſalutis ſeruus propter
ſæuitiam aufugit à dño de iure non recipiet eum
dñs donec iuret, & cautionē præſtet de nō offen
dendo ſeruo, dicto. c. id conſtituimus. & pleriſq;
aliijs. c. eiuſdem cauſæ. xvij. quæſt. iiij. Similiter ſi
pro crimine carcerem aufugit, reſtitui nō debet,
niſi præſtito iuramento quod à morte aut mem-
brorum debilitatione omniſve pœnarum gene-
re ſecuri erunt. & qui ſecus attentauerit, ab omni
Chriſtianorū cōmunione ſeparādus erit. d. c. in-
ter. extra, de immunita. eccle. & aliijs pœnis ple-
ctentur inſertis in dicta. l. præſenti. &. l. ij. C. de
his qui ad eccleſ. confug. l. quis ſit fugitiuus. §.
apud Labeonem. ff. de ædilitio. edict. Tertiò, il-
130 li duo canones, ſi quis ſeruū, intelligunt de † ſer
uo qui natus eſt ex ancilla, nō autē qui captiuita-

te ſer

te ſeruus effectus eſt. quorũ meminit.§. ſerui au-
tem.inſti.de iure perſo. Qui in caſu ꝓpoſito plu
rimum differunt,ſecundum notata per Bart. in.l.
hoſtes.circa fi.ff.de capti.& poſtli.reuer. Quem
ſequuntur Ang. Aret.& Chriſtopho.Por.in di-
cto.§.ſerui licet.in.§.fi.eiuſdem titu.dicatur, in-
ter ſeruos nullam eſſe differentiam.verum eſt iu-
re ciuili,ſecundum eos,non autem obſeruatione
et conſuetudine Chriſtianitatis,quæ in ſimilibus
obſeruãda eſt.l.poſtliminij.in princi.ff.de capti.
& poſtli.reuerſ. ſecundum quam debent ambo
illi canones interpretari. Et hanc tertiam cõiũge
cum ſecunda quæ veræ ſunt ſimul iunctæ. & ad
id mouere poteſt ratio.c.quum homo.xxiij.q.v.
Quum homo,inquit,ab homine occiditur, mul-
tùm diſtat,vtrum fiat nocendi cupiditate vel in-
iuſtè aliquid inferendi.Sicut fit ab inimico, ſicut
à latrone,an vlciſcendi,vel obediendi ordine,ſi-
cut à iudice,vel euadẽdi,vel ſubueniẽdi neceſſi-
tate ſicut interimitur latro à viatore, hoſtis à mi-
lite.& dicit tex.in.l.nõ oẽs.§.qui captus.ff.de re
milita.Qui captus,quum poterat redire non re-
dit,pro trãsfuga habetur.l.item qui. ff. ex quib.
cauſ.maiores.
131 Præterea ſi † dicamus iure gentium captiuitatẽ
introductam fuiſſe,ſimiliter & ab hoſtium pote-
ſtate liberationẽ quoquo modo fieri poteſt ius
gentium introduxiſſe,ſed non tãtùm permiſiſſe,
verumetiam neceſſitatem impoſuiſſe ſe liberan-
di,dicta.l.nihil intereſt.l.poſtliminij.§.fina.ff.de
capti.& poſtlimi.reuerſ.& ſi ſe nõ liberauit quũ
poteſt,pro transfuga eum iudicat,dicta.l.non o-
mnes.§.qui captus.ff.de re milita.Facit quod no
tatur in.l.manumiſsiones.ff.de iuſti.& iure.Præ
terea non deliquit qui poteſtate à lege conceſſa
vtitur,dicta.l.quis ſit fugitiuus. §. apud Labeo-
nem.ff.de ædili. edic. Non eſt fugitiuus, inquit,
qui id facit quod publicè licet,vel qui ad ſuos re
uertitur.l.bouem.§.j.ff.eo.de ædili.edicto. & in
hoc lex ſuperuacua eſſet,vt dicit text. in dicta.l.
poſtliminij.§.fi.ff.de capti.& poſtli.reuerſ.
Ex his planè ſatisfactum erit conſecutiuè illa-
132 tis ex priore argumento, † videlicet propter de-
lictum, reum fieri ſeruum pœnæ, & reipublicæ
addictum in metum malorum,in conſolationem
bonorum.Nam ſi id argumentum tam generali-
ter recipiendum eſſet,æque concluderet in quo-
cunque reo accuſato de crimine, pro quo pœna
mortis de iure imponit̃.Sicuti eſt in crimine ho-
micidij & alijs criminibus quorum meminit or-
dinatius quouis alio Bal.in.l.data opera. C. qui
accuſa.poſ.adde eundem Bal. in.l. quid ergo. §.
pœna grauior.ff.de his qui notan.infa.Floria.in
l.is cum quo.ff.communi diuidun.quod præſup
poſitum falſum eſt,dicto.c.inter cætera.extra,de
immuni.eccle.in illis verbis, ꝗtũcũq; grauia ma
leficia ꝑpetrauerit.& Augu.in.c.multi.ij.q.j.in-
quit,multi corrigunt̃ vt Petrus, multi tolerant̃,
vt Iudas,multi neſciunt̃ donec veniat Deus q il-
luminabit abſcondita tenebrarũ.igit̃ deus,cui ni
hil eſt abſconditũ,vt inquit Paul.ad Hebræ. iiij.
in.c.deus omnipotens.ij.q.j.non recte permittit
vltionem non aſſumi:abſit.& vide quod ſcribit̃
133 in Exod.c.xxvj. † Qui autẽ nõ eſt inſidiatus,ſed
deus illum tradidit in manus eius,conſtituam ti-
bi locum,in quem fugere debeat. Cuius memini
mus in.l.j.§.fi.ſuprà eo.& in dicto.c. multi.ij.q.
j.& Numer.xxxv. Decernite quæ vrbes eſſe de-
beant in præſidia fugitiuorum,qui nolentes ſan-
guinẽ fuderũt.& Deut.ix.c.illa.&.c.fi.xv.q.j.c.
vnus.ij.q.j.c.non poteſt.§.præcepta.xxiij. q.iiij.
deus enim eſt miſerationũ & multarũ miſericor-
diarũ,cuius iudicia recta ſunt,iuſtificata in ſemet
ipſa.Pſal.xviij.& iterum.Pſal.vij.Deus iudex iu
ſtus,fortis & patiẽs,nũquid iraſcit̃ per ſingulos
dies.Quæſo dicat mihi aliquis,an non Adã poſt
peccatũ in deũ cõmiſſum ſtatim aufugit,Geñ.iij.
ca.nonne fuga eius & cõfeſsio peccati dño facta
ſibi ad ſalutẽ ꝓfuit,in.c.ſerpens.&.c.voluiſſent.
§.deniq;.primo.de pœniten.diſtinc.j.Quare cir
ca huius articuli diffinitionẽ iubẽs receñſeo quod
ſcribitur in.d.ca.Nabuchodonoſor.xxiij.q.iiij.
dum de Rege Nabuchodonoſor loquit̃ & Pha-
raone.Vni,inquit,ad interitũ valuit, alteri verò
134 ad ſalutẽ. † Sic ex pariſienſi iudicio ꝓfuit ad ſa-
lutẽ,Rothomagi verò ad interitũ. igitur ſoluat
Apollo,vel qui diuinũ conſiliũ,inquit,tex.in.d.
c.Nabuchodonoſor.nimiũ altè ſapientiq; corde
dijudicat.Cur medicamentũ vnius medici manu
cõfectũ alij ad interitũ alij valuerit ad ſalutẽ niſi
quia Chriſti bonus odor alijs eſt odor vitæ in vi
tã,alijs eſt odor mortis in mortem.
In tex.Succurrẽdi cauſa aut cõprehẽdẽdi &c.
Nota hic pulchrum tex.vt is qui tenetur opẽ fer
re, tenetur omnino præſtare.aut ſi non potuit in
tempore accurrere & occurrere, comprehendat
occiſores,ſi vult à iuris præſumptione excuſari.
alioquin iuris præſumptio aduerſus eum erit, ꝙ
ſceleris conſcius aut particeps eſt.l.fina. per totã
penè legem.C.de his qui latron. occulta.l. addi-
ctos.C.de epiſco.audien.l.j. & fi. C.de fal. mo-
ne.l.vnica.C.de priua.carce.l.ij.C. de cõmer. &
merca. gloſſ. illhic plures huic ſimiles recenſet.
& ſi tales, qui iure apprehendi poſſunt, telo ſe
defendũt,occidere licet.l.fin.C.de maleſi. & ma
thema.l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad
legem Aquiliam.l.ſi ſeruus. C. de his qui ad ec-
cleſi.confugi.l.ij.C.de deſer.& occulta.lib.x.de
his autem qui ſuccurrere debent,plerunq; ſuprà
l.j.diximus.Copioſius dicemus in.l.penul. intrà
eo.titu.Sed hæc nolui prætermittere, quum hic
tex.clarus ſit.
In tex.nec intereſt à ꝗ clauſi tenebant̃ eõ cor.§.
itẽ ſi delator. quæ fuit prima cã bñfi.amit. colla.
x.Ego volo te notare hũc tex.qui rectè conſide-
ratus põt indici ad limitationẽ eorũ quæ ſuprà di
ximus poſt gloſſ. in.l.ſuccuritur.§. vinculorum.
135 ff.ex quibus cauſis maior. † vt nullus à carcere

publico exire debeat etiam ſi faciliter exire pōt:
alioquin veluti carceris effractor puniēdus erit.
Tamen ex hoc tex. ſuboritur ſingularis & com-
mendatione digna declaratio, niſi qui vinctus
eſſet ex vinculis videret dominum ſuum aut pa-
trem inſultari: quia liceret ex vinculis erumpere,
& patri ſeu domino opem ferre: neq; vt carceris
effractor plectendus erit, qui aliàs vt mortis dñi
conſcius & particeps accuſari & iudicari poſſet.
hoc iſte tex. vult, dum inquit, nec intereſt à quo
clauſi tenebantur, an à iudice vel priuato. Nec in
conſideratione ſit quod dicitur in. l. ſuccurritur.
§. ſi. cum duabus. ll. ſeq. ff. ex quibus cauſ. maior.
quæ tamen, ſi recte inſpiciantur, iuuare poſſent,
quod ex hoc tex. annotauimus. tamen plus dico,
ſi de priuatis vinculis hic noſter text. legeretur,
136 non pateretur dubium: † quia quiſquis ſit, q̃ pri-
uatis vinculis detinetur, debet exire quã poteſt:
aliàs excuſari non poteſt. l. itē hi qui. l. & l. ſi cui.
§. ſi. ff. ex quib. cauſ. maior. dixi ſuprà poſt Bart.
Luc. de Pen. & alios in. l. prohibitum. C. de iure
fiſci. Eũdem Luc. in. l. nemo carcerem per illum
tex. in verbo, carcer. C. de exacto. tributo. li. x.
& in. l. j. C. de curio. & ſtatio. li. xij. l. vnica. C. de
priua. carce. Bald. in dicta. l. addictos. argumen-
to illius tex. C. de epiſco. audien. l. j. et. iij. ff. ne q̃s
eũ qui in ius voca. eſt vi exi. vnde quum id abſq;
ſcrupulo ſit, imò pro trāsfuga eſſet: quem in hoc
pro cōſcio aſſumo, ad ſimilitudinem eius qui ab
hoſtibus captus redire nō vult, in. l. non omnes.
§. vt qui captus. ff. de re milita. argumēto eſt. l. in
delictis. in prin. ff. de noxa. actio. vt ergo hæc lex
aliquid addat ſpeciale in domini fauorem, aut pa
tris, aut huiuſmodi perſonarum, quibus ſubueni
re de iure tenemur, dicamus ſic hunc text. debere
intelligi, vt aliquid ſpecialitatis Sillanianũ ſena-
137 conſultum afferat, † vt excuſari debeant à pœna
effracti carceris qui vt patri aut dño aut principi
ſuccurrēt carceres fregerũt. Simile aliud me mo-
uet in. l. ſeruos. C. ad. l. Iuliã. de vi publica. de ſer
uo qui imperio & iuſſu dñi vim intulit: q̃ mitius
punitur, q̃ ſi ſolus ſine dñi imperio vim intule-
rit. Iuuat etiam ratio dicti. ca. quum homo. xxiij.
q. v. in his verbis, an vlciſcendi vel obediēdi or-
dine vel euadendi vel ſubueniendi neceſsitate.
Addo etiam tex. in. l. qui cum vno. §. ſina. ff. de re
milita. in his verbis, & dat̃ venia valetudini, affe
ctioni parentum, & affinium, vt is deſertoris pœ
nam nō ſuſtineat, qui deſerta militia abſuit vt pa
rentibus ſubueniret. Intellige tamen dummodo
cauſa illa affectata non eſſet ſeu ſimulata, vt di-
ctum eſt in. l. j. §. tuliſſe. ſuprà eo. aliquid repetẽ
in verſi. ſeq. Nam fuga ab affectu iudicanda eſt,
vt ſuprà diximus per. l. quis ſi fugitiuus. §. j. verſ.
item apud Iulian. ff. de ædili. edicto. Ex qua le-
ge dico poſſe addi vnum quod plurimũ huic no
tabili conuenit, videlicet eum qui fugit q̃uis re-
uertatur, ſi animo fugiendi à carcere vel à domi-
no aufugit fugitiuũ nihilominus dici, vt ſæpius
ſuprà annotauimus dicta. l. quis ſit fugitiuus. in
princi. ff. de ædili. edicto. nemo, inquit, tali pacto
138 pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit: † quum in de
lictis factum pro infecto haberi nō poſsit, vt ple
ne probatur in. l. non dubium. C. de legi. l. quidã
teſtamento. in princi. ff. de fideicommiſ. liber. ca.
vnico, quid iur. ſi poſt alie. vaſ. recupe. colla. x. ta
men in hac cauſaria fuga excuſandum eſſe puto.
argumētum eſt. l. Mæuia. §. ſi. ff. de annu. lega. &
dicta. l. quis ſit fugitiuus. §. j. in his verbis, nam
qui hoſtem aut latronem incendium, ruinam've
fugeret, quamuis fugiſſe verum eſt, non tamē fu-
gitiuum eſſe. & dicta. l. j. §. ſina. & l. iij. ff. ne quis
eum qui in ius voca. eſt vi exi. De his vide Bald.
in. l. j. colum. ij. &. iij. C. de ædili. actio. eundem
Bald. in. l. j. colum. iiij. C. de ſer. fugiti. & in auth.
ſi captiui. C. de epiſ. & cleri. Alexã. in apoſtil. ad
Bar. in. l. j. ff. de effracto. intellige niſi diu emãſiſ-
ſet. argumento. l. non omnes. §. à barbaris in his
verbis, ſi poſt multum tempus rediit. l. deſerto-
rem. in princ. & l. qui cum vno. §. edictum. in his
verbis. diu abſuiſſet. ff. de re milita. dicta. l. quis
ſit fugitiuus. §. Cælius quoq;. ff. ædili. edic. in his
verbis, neque occaſionem ad te redeundi nactus
prætermiſit. argumento eſt. l. iij. ff. de diuor. &
Alexan. notat in apoſtil. Bartol. in argumentum
pro his quæ in palatio detinentur: qui ſi abeant,
& demum reuertantur, vt non teneantur. quod
proſequere, vt per Bal. in dicta. l. j. colum. iij. C.
de ædili. actio. Ego verò puto eos non proprie
captiuos eſſe, quia nec in ſeruitute carceris ſunt,
& ideo non iuuantur reſtitutione ſi aduerſus eos
præſcriptum ſit. l. ait prætor. in princ. ff. ex quib.
139 cauſ. maior. dum ait, † nam & eum qui in vincu-
lis eſt, ſi modò non ſit in ſeruitute carceris ſunt.
& ideo non iuuãtur reſtitutione ſi aduerſus eos
præſcriptum ſit. l. ait prætor. in princ. ff. ex quib.
cauſ. maior. dum ait, nam & eum qui in vinculis
eſt, ſi modo non ſit in ſeruitute poſſe vſu capere
conſtat. nota verbum ſeruitute. vt in. l. iij. ff. de li
ber. homi. exhiben. neq; vera eſt glo. interpreta-
tio in illa. l. quæ verbum, ſeruitute. ſic interpre-
tatur, vt lex loquatur de eo qui ſeruitutem in fun
do non obtinebat, ſeu poſſeſsionem ſeruitutis,
quæ interpretatio in nullo conuenire poteſt illi
l. quæ de vincto tantùm loquitur. & ſatis decla-
rat. verſicu. ſeq. illius. l. dum inquit, ſed & is qui
in vinculis eſt, ſi deprædatur, ceſſat reſtitutio.
& ſic illa. l. duos caſus refert, in quibus vin-
ctus non iuuatur reſtitutione. Primus, ſi vinctus
in ſeruitute non eſt vinculorum, quia vbique
ire poteſt, ſicuti eſt in eo qui ciuitatem habet
loco carceris ordinatam. Nam & hic proprie in
ſeruitute carceris non eſt: quum vbiq; ire poteſt,
ſi vult. de quo dic vt per Bald. in. d. l. j. iij. colum.
C. de ædili. actio. Secundò, Si dũ in vinculis de-
fenditur: & idē dicit. l. ab hoſtibus. in prin. co. ti-
tu. ff. ex quib. cauſ. maior. Quid autē ſi legitime
in compedibus aut priuato carcere teneat̃, ſicuti
eſt

eſt in caſu relato per gloſ.in.l.ſtipulatio. §.opus.
in verbo,ſiue iudicetur.ff.de noui operis nuncia.
140 † Si ſcriptor ꝓmiſerit librũ ſcribere alicui ſcho-
laſtico : an recte detineri poteſt,& ſi aufugiat,an
iterum apprehendi poſsit, & in compedibus ite-
rum detineri? Nam hic text.recte loquitur de ſer
uo,qui in priuatis carceribus iniuſtè detinebatur
vt ſeruo fugere liceat, imò plus ſecũdùm ea quæ
ſuprà dicta ſunt,non intereſt à quo clauſi tenebã
tur,vt etiã ſi legitime detinebatur,poſsit erumpe
re vt domino opem ferat. Et fortiori ratione hoc
dici poteſt vltra hunc text.per ea quæ Din.notat
in dicta.l.ſtipulatio.§.opus. & eũ ſequuntur Bar
tol.& Ange. Idem Barto.in.l.ſtipulationes non
diuiduntur.in.viij.quæſtione.ff.de verbo.obli-
ga.quem illhic ſequuntur Ange.& Alexan.dum
dicit Din. Si gloſ. ratio & ſententia obtineret vt
ſcriptor in compedibus teneri poſſet, donec li-
brum ſcripſerit, ſequeretur in facultate eſſe con-
trahentium aliquem ſe poſſe ſeruituti addicere,
contra.l.ij.ff.de liber.homi.exhiben. &.l.ob æs.
C.de actio.& oblig. Et illi gloſ.ſecundùm Din.
obſtat.l.Titio.§.Titio.ff.de conditio.& demon-
141 ſtra. † Secundò obligatus ad factum, non poteſt
præciſe ad factum compelli.l.ſi quis ab alio. ff.
de re iudic.l.ſtipulationes non diuiduntur. ff.de
verbo. obliga. præſertim in obligatione opera-
rum per.l. in ſtipulationibus. §.operarum. ff.de
verbo.obliga.dum ille tex.ait,ſolutio autem hu-
ius obligationis expeditiſſima eſt, ſi æſtimationẽ
operæ malit libertus offerre. Et per hoc non ob-
ſtat dicta.l.ſtipulatio.§.opus.ff.de noui ope.nun
cia. quia intelligitur de actione ſubrogata in lo-
cum actionis in factum,quæ ex illo edicto conce
ditur ad demoliendum.l.prætor.§.ait prætor. ff.
eod.de noui oper.nuncia. Non mirum ſi præciſe
ad demoliendum datur, ſatiſdederit vel nõ ſatiſ-
dederit qui opus nouum iniuſte ædificauit,ſecũ-
dùm Angel.illhic prætera,ſecundùm Din. ſuffi-
cit ſi is qui ædificauit, præſtet patientiam. Dixit
autem nõnullos ſaluare gloſ. quum in facto per-
ſonæ induſtria deſideratur, per.l.inter artifices.
ff.de ſolutio. l.fideicommiſſa. §.fina.de legat.iij.
aliàs liberatur ſoluendo intereſſe, dicta.l. ſi quis
ab alio. ff.de re iudica. & dicta.l.in ſtipulationi-
bus.§.operarum.ff.de verbo.obliga. Et Din.ni-
hil vlterius tangit in ea, tamen Bartol. illhic & in
dicta.l.ſtipulationes non diuiduntur. dicit nõ re-
ferre, an in facto deſiderata eſſet perſonæ indu-
ſtria,vel non:quia vtroq; caſu idem eſt iudicium,
142 † vt obligatus ad factum liberetur ſoluendo in-
tereſſe:neque expreſsè compelli poteſt ad factũ.
Licet,ſecundùm eum, Petrus de bel.perti. fuerit
in contraria opinione in ſuis brocardis. Cuius o-
pin.adhæſit Cinus in.l.antiquitas. C.de vſufruc.
& in.l.j.C.qui bo.cede.poſ. Et idem ſenſit Guil.
de Cun.contra quos, ſecundùm Bartol.eſt dicta
l.in ſtipulationibus.§.operarum.ff.de verborum
obligat.l.ſi procuratorem.§.mandati. ff.manda.
niſi,inquit Barto.dicas ſpeciale eſſe fauore ſtudij
& publicæ vtilitatis. quod non eſt de mẽte iuris.
hoc dixit Bartol. Cui ſimpliciter adhæret Alexã.
de Imola in dicta.l. ſtipulationes non diuidũtur.
ſuper.viij.quæſtione.Barto.Ange.verò in dicta
l.ſtipulatio.§.opus. ff.de noui oper.nunci.adde-
bat dictis Bart.quia in ſcholaſtico non principa-
liter vtilitas reipublicæ veriatur, ſed ſecundariò
tantùm:ſicuti dicitur in ſimili in.l.j.ff.ſolu.matri
mo. hanc tamen Bartol. ſententiam limitabat in
duobus. Primò niſi factum in quo perſonæ indu
ſtria electa eſſet,momento expediri poſſet.Secus
ſi ſucceſsiuum tractum deſideraret : ſicuti in eo,
qui promiſit librum ſcribere, qui momento ſcri-
bi non poteſt. §.itaq;. in procemio digeſtorum.
nihil ad id allegat Angel. Tamẽ iuuat eum ratio,
143 qua omnes mouentur, † quare is qui obligatur
ad dandum,præciſe dare tenetur:quia quod dari
debet faciliter expediri poteſt. Cuius meminit
Bartol. in dicta.l. ſtipulationes non diuiduntur.
v.colum.verſicu.ſed iuxta prædicta.ff.de verbo.
obliga. Secundò limitat,niſi in ſtipulatione facti
ſeruitus appoſita non eſſet. Et ratio ex dictis ſuis
huius limitationis eſſe poteſt, quia ceſſaret ratio,
propter quam impugnatur à Dino dictum Pe-
tri. Et eadem ratione vſus eſt Barto.in dicta.l.ſti
pulationes non diuiduntur. quinta colum.verſi-
cu.ſed iuxta prædicta &c.

Sed cum bona venia tantorum patrum dixerim
mea opin.verior eſt Petr.Guiller.& Cin. ſenten
tia vt vbi ad implementum facti contrahẽtes,ſin-
gulariter perſonæ induſtriam conſiderauerũt, vt
præciſe obligatus ad factum, ad facti implemen-
tum compelli poſsit per ſeipſum, non etiam per
ſubſtitutum. l.nullus qui nexu. C.de decurio.li-
bro.x. &.l.inter artifices. ff.de ſolutio. eſt clara,
144 † vt etiam ſi nauis conſtructa ſit per fideiuſſorẽ,
aut alium:non liberatur reus,ſi ſpecialiter actum
eſt, vt ſuis operis id perficiat. Et per verba illius
l.ſatis eſt factum dictæ.l.ſi procuratorem. §.man
datis. ff.mandati. Dum ille text. negat actionem
mandati ad intereſſe, ſi quod mandatum erat fa-
ctum fuit. Neq; refert à quo ſit factum: quia ceſ-
ſat intereſſe mandantis. verum eſt,niſi in contra-
rium ſpecialiter actum ſit, vt ſuis operis id perfi-
ciat. Cui addo.l.& hæredi.§.fina. &.l.niſi hoc a-
ctum ſit.ff.de pactis. Similis ratio eſt in dicta.l.fi
deicommiſſa.§.fina.ff.de lega.iij. in.l.vnica.§.ne
autem. C.de cadu.tollen. Quorum omniũ memi
nerunt Bart.& alij. Ego verò addo illis tex. pun
ctualiter in operis loquentem in.l.vt iuriſiuran-
di.§.dabitur.ff.de oper.liber. in qua volo conſi-
derari verba illius tex.in ratione decidendi,dum
inquit,nam huius quoq; eſt miniſterium,ſi fortè
vel librarius, vel nummiculator, vel calculator
ſit,vel hiſtrio,vel alterius voluptatis artifex.&.l.
hæ operæ. in princip. l.operæ. &.l.patronus qui
145 operas.&.l.ſi libertus autem.eod.titu. † vbique
enim operas ſtipulatas cogitur libertus præſtare:

præſertim ſi in artificio conſtant, & cui voluerit
dominus ex amicis, & gratuitam operam, ſi mi-
mus ludos, ſi medicus medicinam gratis amicis
domini præbere debet. adde quod notat Bartol.
in.l.j.C.de præpo.agē. in reb.lib.xij. vbi, inquit,
ad officium exercendum induſtria hominis deſi-
deratur, per ſubſtitutum ſeruire nō licet.l.ſi quis
ad declinandam.in fin.&.l.quiſquis. &.l.ad ſimi
litudinem. C.de epiſcop.& cleric.l.decreto.ff.de
adminiſt.tutor.l.quid ergo.ff.ad municipal. Sed
illis fortius addo, vbi per certos homines expedi
ri debet, vt pote primates vel viros doctos actus
Reipublicæ expediri debēt: licet fortè contingat
in ſortem inferiorū ex ordine ſuo debere actum
impleri, tamen admitti non debent, ſed in locum
eorum doctiores & prudentiores ad eum expli-
candum præfici debent. l.ſciendum.§.ordine. ff.
de legatio.§.j.verſicu.& ſi quidem.&.§.interim.
in verbo, nobiliores. in authenti.de defenſo.ciui
tatis.colla.iij.l.ad ſubeunda.C.de decurio.lib.x.
adde.l.mandatum diſtrahendorū. in fin.ibi, neq;
enim oportet eū, qui certi hominis fidem. ff.man
da.l.Labeo.j.verſic.quoniam.ff.de verbo.ſigni-
fica. Anto.de Butr.in.c.lator. extra, de pignori.
Felin.in ca.afferte.ij.colum.extra, de præſumpt.
146 † Limitabat in filio, qui poterat ſubſtitui. quod
non eſt verum, per rationem.l. ſed & ſi vnus. §.
interdum. ff.de iniur. quid enim ſi filius nihili ſit
vir, quum plerunq; non ſolent filij ſimiles paren
tibus eſſe.et in.l.ſi ita fuerit.ff.de manumiſ.teſta.
in verſicu. ſolummodo illam habebit dubitatio-
nem, an altero faciente ſatisfactum voluntati vi-
deatur. & in verſic.niſi aliud expreſſerit teſtator,
faciendo tantùm ſibi conditionem impleuit alte-
ri non. Et in verſic.idem quæri poteſt, & ſi fabris
duobus vel pictoribus &c. vnde reſtat deductis
per Barto.& Ange. poſt Din.reſpondere, in pri
mis non eſſe verum, eandem eſſe rationē, vbi ſpe
cialiter & nominatim cautum eſt inter partes cō-
templatione artificij vt aliquod opus fieret: quū,
vt inquit dicta.l.inter artifices ſit longa differen-
tia ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & inſtitutio-
nis. Et iuuat ratio.§.literæ quoque.&.§.ſi quis in
aliena tabula pinxerit. Inſtitu. de rerum diuiſio.
147 † Et licet Barto.dixerit cauſam librorum in con
ſideratione iuris non eſſe: adde tu in contrarium
l.penul.ff.ad exhiben.cuius meminimus in repe-
ti.l.quatenus.ff.de regu.iur. Et facit ratio authen
ti.habita.C.ne filius pro patre. &.§.fin.in proœ.
digeſtorū. non obſtat.l.in ſtipulationibus.§.ope
rarum. ff.de verbo.oblig.& ſimiles, quoniam in
eis perſonæ induſtria ſingulariter non eſt deſide
rata, neque ſpecialiter inter partes id actum erat:
in quo eſt lata differētia, vt inquit illa.l.ſi ita ſcri-
ptum fuerit.ff.de manumiſ.teſtam.quæ voluit in
eo caſu quo ſpecialiter & nominatim perſona ex
cepta eſt, poſſe implementum operæ prodeſſe ei
qui nihil egit: ſed vbi ſpecialiter actum eſt vt ab
omnibus, non ſufficit ab altero impletā eſſe con-
ditionem, ad hoc vt omnibus proſit: quia ſolum
implenti proderit, per illam.l.quæ omnino ſatiſ-
facit dictis per Bartol.neque illa.l.conſiderat, an
momento factum impleri poſsit, an verò tractum
ſucceſsiuum deſideret. Non obſtat quod de ſer-
uitute dixit Ange.poſt Din. quoniam in contra-
148 rium eſt communis opinio, † quod poteſt quis
ſe ſpecialiter carceri obligare, vt per eos in.l.ob
æs. C.de actio.& obliga.dixi ſuprà.non repeto.
Sed dic, vbi ſeruitus eſſet perpetua, fortè conclu-
deret ratio Dini, Bart.& Ange.de qua per Luc.
de pen.in.l.j.colum.iij.& ſeq. C.de curio.& ſta-
tio.li.xij. Sed ſi donec liber ſcribatur, ſecus. Pro
quo eſt text.in.l.hæ operæ. verſicu.durum. ff.de
oper.liber. Durius, inquit, eſt æſtimationem ope
ræ dare, quàm decem diebus operando ſe libera-
re. De quo per Bartol.in.l.j.§.fin.ff.de pœ. Ego
verò prædictis addo caſum non vulgarem, vt is
qui præciſe opus facere promiſit, ſi non impleto
adhuc operæ per iudicis ſententiam pro crimine
banniatur ſeu in exilium mittatur, non debebit
iubere ſtatim proficiſci, ſed iudex ſententiæ exe-
cutionem differre debet donec opus impleuerit
tex.in.l.de pollicitationibus. in fin.ff.de pollici-
ta. Iudex autē debet ad id eſſe ſolicitus, vt quum
primùm potuerit opus implere faciat. In ſimili
149 eſt tex.in.l.j. C.de bon.proſcrip. † vel dic inter-
eſſe etiam principaliter Reipublicæ viros ſapien
tes & doctos habere, vt dicitur in Leuitico, Eli-
ges tibi viros prudentes, & qui oderunt auari-
tiam. Et in.§.j.in authenti.de iudi.colla.vj. Et ra-
tio.l.vnicæ.C.de ſtud.liber.vrb.Ro.lib.xj.§.fin.
in proœ. Inſtit. Et conueniens eſt glo.conſidera-
tio in dicta.l.ſtipulatio.§.opus. ff.de noui operis
nuncia. Ex illo tex.ne prætoris autoritas contem
netur. Et id conſentio.dicam plura in.l.iiij.§.Ca-
to.in repeti.ff.de verbo.obliga.

In text. Sic tamen ſi non data opera. gloſ. pro
concord.alleg.l.ſi mulier.in princi. ff.quod me-
tus cauſa. quæ in ſe ſingularis eſt, & quam tene
menti.in verſi.quum de ſuo ſtatu periclitabatur,
aliquid patrono dederit, vel promiſerit, ne in ſer
uitutem redigatur: ceſſat edictum. Et pro concor
dan.eſt.l.j. hic alleg.in gloſ. ff.quod vi aut clàm.
Et licet pōderet in illa.l.§.ſed & Ariſto. Ego ve-
rò puto quantum ad illum verſic. melius conue-
nire.§.fin.eiuſdem.l. glo.autem in dicto.§.in ver
bo, poſsit.addit plures concord.quas poteris vi-
dere. Cui adde.l.j.§.fina.ibi, euitandorum maio-
rum onerum gratia.ff.de muneri.& honori.&.l.
iij.§.erant & alij. ff.de iure immunit. Tamen non
puto rectè huic.§.conuenire. ſed melius facit q d'
dictum eſt in.l.j.§.tuliſſe.per totum penè.§.ſuprà
eod. Ludo.Roma.addit.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi
quis ante.& eſt verſic.ſed ſi ſubiecit. ff.de lega.j.
ſimiliter.§.ſi hæreditatis.in fin. verſicu.nec enim
tam improbè. eadem.l. de quarum veritate dice-
tur in.l.propter veneni.§.fin. infra eo.titu. addit
&.l.ij.§.ſi quis tamen. melius in.§.fina. vbi gloſ.
plures

plures affert concordan. ff. ſi quis cautio. l. & qui
data. cum. l. ſeq. ff. ex quib. cau. maior. l. ſi ab ho-
ſtibus. §. fin. ff. ſolu. matrimo. §. item tria. Inſtitu.
de excuſa. tutor. l. ait prætor. §. ſi quum in diem.
ff. quæ in fraudem credito. l. j. in princip. ff. de eo
per quem factum. Plura poſſent hic cumulari,
quod laborioſum magis quàm vtile eſſet referre.
Et Barto. in. l. ſcire oportet. §. fin. ff. de excuſ. tu-
150 tor. ſumit argumentum ex illo text. † vbi plures
leges ad vnam conueniunt, ſufficit vnam allega-
re. Et dicit probari in illo text. dum ait, vt oſten-
ditur in ſubiectis conſtitutionibus quas exempli
gratia ſubieci. adaptantur autem vtiq; omnibus.
Et hunc text. Roman. inducit in argumentum in
eos, qui officia & dignitates affectant: vt nō gau-
deant immunitatibus & priuilegijs, quæ recte ad
illa officia vocatis concedi ſolēt. alleg. tex. quem
Bart. ſecundùm eum, dixit non eſſe alibi, in. l. vni
uerſi. C. de lega. lib. x. Addit hic Roman. ſi debi-
tor ciuitatis, qui non poteſt ad munera publica
vocari. l. reſcripto. §. debitores. ff. de munerib. &
honori. Si tamen data opera ſtatim ſoluat vt ho-
norem conſequatur: recipi ad officium non de-
bet. de vtroque videamus.

In primis dum Roma. de his qui dignitates aut
officia ſuffragio dato conſecuti ſunt, loquitur, in
telligi debet de his quæ iure emi prohibētur. De
quibus in. l. ſancimus. C. ad. l. Iul. repetundarum.
quæ canonizata eſt in. c. ſancimus. j. q. ō. vij. §. j. in
authenti. vt iudi. ſine quoq. ſuffrag. colla. ij. Non
autem de his quæ de iure venalia ſunt. l. his ver-
bis. §. alumno. ff. de lega. iij. l. omnimodo. §. fina.
C. de inoffic. teſta. §. optimum. in authenti. de ex-
hib. & introducen. reis. colla. v. quoniam pro pe-
cunia promiſſa, quæ dari cœpit, poterit cogi ad
ſolutionem reſidui. l. æſtimationem. §. j. ff. de mu-
neri. & honori. quæ eadem repetitur in. l. toties.
§. j. &. l. fin. ff. de pollicita. Ego autem addo pul
chrum & memoratu dignum Barto. dictum in. l.
licet. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. Dum per illū tex.
151 dicit † eum qui dat pecuniam vt officium vel præ
bendam cōſequatur, quia malo animo dat, lucra
tiuum titulū habere dicitur. Ego idē dico, etiam
ſi non data pecunia, ſed nimia gratia collata acce
perit. argumento. l. ſi quis pecuniam. in princi. ff.
ſi quis omiſ. cauſa teſta. Et ad id pondero. l. vni-
cam. in princi. ff. ad. l. Iuliam de ambi. in his ver-
bis, non ad populi fauorem. argumēto etiam eſt
l. iuſtiſsimos. C. de offic. recto. prouinciæ. &. c. ſi
ergo. viij. q. j. l. j. §. item ſolent. ff. de offi. præfecti
vrbis. Et quod notat gloſ. argumento illius text.
in. l. non omnes. §. à barbaris. in gloſ. fina. ff. de re
milita. in. §. ſed ſi quis præſentis. verſic. ſicut ille.
Inſtitu. de ſuſpect. tutori. facit. l. vnica. C. de præ-
fec. dignit. lib. xij. &. l. ad ſplendidioris. C. de di-
152 uerſ. offic. lib. xij. † Plerique, inquit illhic impera-
tor, ſtudio exercendæ cupiditatis ambiunt, vt ve
lut in meliori fortuna poſiti, aut ea ſcelera quæ
prius commiſiſſe doceantur, occultent, aut alia
deinceps poſsint impunè committere. vel, vt ali-
bi inquit imperator, vt inania lucra vano militiæ
nomine ſectentur. l. per Illyricum. C. de coharta.
lib. xij. Per quam, inquit Luc. de pen. hodie no-
ſtri magiſtratus non lupis depellendis vacant, ſed
ouibus depilandis, quinimo velleribus euellen-
dis, non quantum quiſque meretur, ſed quantum
quiſque dare ſufficiat, exiſtimetur: contra id quod
legitur in. l. ſi quemquam. C. de epiſco. & cler. &
l. baphij. C. de murileg. lib. xj. Dum ait, Inquina-
tæ alluuionis ſuffragijs abſtineant. &. l. æſtimatio
nem. in princi. ff. de muneri. & honori. æſtimatio
nem honoris aut muneris in pecunia pro admini
ſtratione offerentes, audiendi non ſunt. & tex. in
l. ſi quos. C. de decurio. lib. x. in his verbis, iube-
mus non expectandum eſſe conſenſum pro tem-
pore viri anguſtalis qui ſit plerumque venalis. Qui-
bus adde quæ ſcribit Luc. de pen. in. l. ij. C. de pa
la. ſacra. largi. lib. xij. & in. l. j. C. de diuerſ. offic.
eo. lib. Imò plus Ange. in. l. ſi quis decurio. C. ad
153 l. Corn. de fal. † Non excuſat ab ambitu eos qui
eodem tempore diuerſa tenent officia, aut tenere
procurant, argumento. l. fin. C. de aſſeſ. in pluri-
bus ſuis partibus. Primo dum illa lex inquit, ne
quum vtrunque feſtinet, neutrum bene peragat.
Secundò in verſi. neque enim credendum eſt dua-
bus etiam neceſſarijs rebus vnam ſufficere. Nam
quum vni iudicio affuerit, alteri abſtrahi neceſſe
eſt: Sicque nulli eorum idoneum in totum inueni-
ri. Tertiò in verſic. nec callidis machinationibus.
& in verſic. ſeq. ob id inquit text. in. l. j. C. de pri-
miceri. libro. xij. compendium ſequētis honoris
aſſumant. Et hac ratione officio priuantur, & vlti
mum tantum conſequuntur, ſicuti de iure cano-
nico eſt in. c. de multa. extra, de præben. in extra-
uagan. execrabilis. & in. c. ordinarij. de offic. or-
dinarij. in. vj. Et hac ratione prohibentur vtroque
vti, in. l. hac parte. C. de proxi. ſacro. ſcrin. lib. xij.
adde huic plures concordan. relatas per Luc. de
pen. in dicta. l. j. in verbo, ſequentis honoris. C.
de primiceri. lib. xij. Et quod notatur à recentio-
ribus. in. l. penulti. ff. de aſſeſ. &. l. j. C. de præpo.
agen. in reb. lib. xij. Et illhic gloſ. in verbo, duo-
154 bus officijs. † Nec hi qui dato ſuffragio dignita-
tes recipiunt, vel etiam principi mutuas pecunias
tradunt, ab ambitu & vſura & ſimonia excuſari
poſſunt, ſecundùm Angel. in dicta. l. j. §. item ſo-
lent. ff. de offic. præfec. vrb. & eundem Angel. in
l. ij. ſuper glo. in verbo, vtenda data. ff. de calum.
alleg. ca. nauiganti. extra, de vſur. adde Abba. in
capi. j. extra, depoſi. & in rubrica. extra, de vſur.
Domi. in. c. j. §. quum igitur. de homici. in. vj. hic
non dicam plura. Sed quantum ad hunc tex. dico
de eo qui affectauit officium, vt nihil eum iuuet
exercitium talis affectati officij. l. vicarius. ff. de le
gatio. aliquid dixi in. l. j. §. domini. iij. ſuprà eod.
declarando. l. j. &. ij. C. de his qui ſponte muner.
ſube. lib. x. Moder. Papien. plura huic ſimilia re-
ferunt in. l. ſi verò. in princi. ff. qui ſatiſda. cogun.

Et Alex.in dicta.l.ij.§.fin. & in.l.iij.§.illud.eo.ti
tul.dum Alex. quærit de eo qui procurauit teſtē
ſibi inimicum fieri,ne in cauſa deponeret. Cuius
etiā meminit Bal.in.l.ita vulneratus.ff.ad.l.Aqui
liam.Sed in debitore ego dubitarem, per tex.di-
ctæ.l.reſcripto.§.debitores.hic alleg.per Roma.
ff.de muneri.& honori.eo quod in eo.text.ſum-
pta eſt limitatio,niſi ſatisfecit ſolutione facta pri-
uſquàm adminiſtret vel datis pignoribus, ſeu fi-
deiuſſoribus cautū erit reipublicæ. Sufficit enim
dum onus ſeu officium recipit, Reipublicè ſatis
cautum eſſe.l.ergo quandiu.§.ſi ſub conditione.
verſi.addici.ff.de fideicōmiſ.liber. l.item libera-
tur.§.qui paratus.ff.quib.mo.pig.vel hypo.ſol.
Secundo,comperio primā Roma.concluſionē
155 declaratam eſſe in.l.ij.ff.de iure immunit. † Niſi
is,qui ſponte accipit,ꝓteſtetur aut ſub certis con
ditionibus onus ſponte ſuſcipiat:quo caſu ſpon-
tanea illa acceptatio nō præiudicabit acceptanti.
Et Bartol.in.l.j.C.de his qui ſpon.munera ſube.
lib.x.ſic pro ſeipſo obtinuiſſe dicit.Sed prædicta
intellige ſicuti dictum eſt in militia ſeu dignitate
quæ vendi & emi poteſt. l.omnimodo. §.fina.C.
de inoffic.teſta.excipitur in eadem. l.ſilentiario-
rum militia.& in.l.fina.C.de ſilentia.lib.xij. Per
quem tex.dicit Paul.de caſt. in dicta.l.omnimo-
do. ſi pater acquirit filio beneficium eccleſiaſti-
cum, & in eo acquirendo magnam facit impen-
ſam,quum illud vendi non poſsit, neq; ad hære-
dem tranſmitti: pecunia quam pro illo obtinēdo
expendit,filio in legitimam neq; in ſuam portio-
nem computabitur quāuis Moder. Papiē. aliter
referant dictum Pauli de ca.& male. ſic enim di-
cunt Paul.dixiſſe, ſi pater acquiſiuit filio officiū
ſcriptoriæ in Romana curia ꝓ aureis mille quin-
gentis: licet illud officium non tranſmittatur ad
hæredes,quia tamen conſueuit vendi, cōputatur
filio in legitimā,per dictam.l.omnimodo.§.fina.
ſed male refert Paul.vt videre poteris. Alioquin
liber meus corruptus eſt.Et pro Paulo de caſtro
156 adde caſum ſimilem † quemadmodum expenſæ
quas pater filio fecit exiſtēti in ſtudio,vel pro do
ctoratu obtinendo, in legitimam non computa-
buntur,per.l.qui pater.ff.fami.erciſcun.ſic idem
in illo beneficio obtinendo dicendum eſt.Sed di
cta Pauli de ca.loquentis de beneficio eccleſiaſti
cu intellige non quòd pro eo obtinendo epiſco-
po aut pontifici aliquid datum fuerit,quum id ſi-
moniacum eſſet.c.vnico.extra,vt eccleſi.benefi.
c.fin.extra,de pactis.de quo in.c.j.&.c.& ſi quæ
ſtiones.extra,de ſimonia.Et Moder.Papiē.in di
cta.l.oīmimodo.§.fi.referētes Nicol.de Vbaldis
de peru.in tractatu ſucceſsionū ab inteſtato. col.
xvij.& ſeq.tenentem contra Paulū de ca. duplici
ratione. Prima quū beneficiū ad hæredes nō trāſ
eat.Secunda quia vēdi nō poteſt. Et hoc probet
duabus rationibus. Prima quū in manibus papæ
reſignatio fit.prout & alia eccleſiaſtica beneficia
c.quod in dubijs.& ca.quod attinet.extra,de re-
157 nuncia. † Secundo quia quū talis venditio abſq;
papæ cōſenſu fieri non poſsit:igitur impoſsibilis
iudicatur.l.apud Iulianū.§.cōſtat.ff.de leg.j. Cui
adde.c.conſtitutus.extra,de relig.domi.& demū
ſubdit, ex quo papa facilē ſe reddit circa ſimilia,
aliud poſſet dici. Certè indigna eſt hæc reprehen
ſio Pauli de caſt.quia male relatus eſt Pau.de ca.
Sed vt redeamus ad Nico.de Vbald. nō præter-
mitto quod diuus Paulus in ep'la ad Rom̄.c.xiij.
inquit de pōtifice et ſuperioribus magiſtratibus,
miniſter dei eſt.Ideo obediendū eſt illi,non autē
de eo obloquendū. Clarū eſt enim,eos qui ſic be
neficijs abuterētur, peccatū idololatriæ cōmitte-
re:quū ſimonia,vt ſcribit.iij.Reg.xiij.c. de Hie-
roboam dum illhic dicitur, quicūq; volebat im-
plebat manum ſuā, & fiebat ſacerdos excelſorū.
Et propter hanc cauſam peccauit domus Hiero-
boam,& euerſa eſt & deleta de facie terræ. Facit
quod ſcribitur quarti Reg.v.capit.de Giezi, &
Actuum.c.v.&.c.viij. & in.c.eos.&.c.ſeq.c.qui
ſtudet.& per totam penè quæſtionē.j.q.j. ca.j.&
ij.& ca.non ſatis.c.querelam. & pleriſq; alijs ex-
tra,de ſimonia.l.ſi quenquam. C.de epiſc.& cle-
ri.§.j.in authenti.de ſanctiſ.epiſco.colla.ix.§.j.in
authenti.quomodo opor.epiſ.colla.j. c.ſicut epi
158 ſcopum.j.q.ij. † vbi non ſolum prohibet epiſco-
pum pro ordinatione ab ordinato accipere,verū
etiam miniſtro & notario.c.j.extra,de ſimon.Si-
cut in ſimili in.l.j.ff.ad.l.Iuliam repetund.&.l.j.
C.ad.l.Iuli.repetun. Dicit autem ille tex.qui or-
dinatus fuerit, ſi non ex pacto neque exactus ac
petitus, poſt acceptas chartas & pallium offerre
aliquid cuilibet ex clero gratiæ tātummodo cau-
ſa voluerit, hic accipi nullo modo prohibemus.
Iſta occaſione Archidi.hunc articulum in diſpu-
tationem deduxit in dicto.c.eos.j.quæſt.j.quum
ille text.non ſolum antè, verumetiam poſt prohi
beat omnino accipere.c.ſaluator.j.q.iij.c.ſi quis
præbendas.j.quæſtio.j.l.j.§.hoc autem. ff.de ca-
lum. Exemplo Giezi & Hieroboam. Et ſi dans
peccat dando,accipiens peccat accipiendo.Nam
dominus ementes & vendentes eiecit, Matthæi
xxj.dicto ca.qui ſtudet.& ca.placuit.j.q.j. Et his
rationibus Archid.putat Tancre.& Goffre.opi.
veriorem eſſe, cui conuenire dicebat.c.emenda-
159 ri.j.q.j.c.quàm pio.j.q.ij. † Non inſiciantur au-
tem Tancre.& Goffr.ſecundùm eos,aliquid ho-
noris cauſa dari poſſe.c.de eulogijs.xviij.diſ. l.ſi
remunerādi.ff.māda. vel xenia dari.l.ſolēt.§.fin.
ff.de offic.proconſul. dūmodo ſine pacto fiat,&
in neceſſitatē non trahatur.c.quū dilectus.extra,
de ſuc.ab inte.c.vt noſtrū. extra,vt eccleſ.beneſ.
c.ex trāſmiſſa.extra,de renūcia.c.mādato. extra,
de ſimonia.dūmodo non moueant ſuperiorē.ca.
tuam.extra,de æta.& qualita.ordinan. Imò neq;
pro introitu aliquid à nolente exigendum. l.fin.
in fin.de offic.præto.§.fin. in authenti.de cōſuli.
collatio.iiij. licet forte in alijs militijs forte tole-
rari poſſet.l.his verbis. §.alumno. ff.de legat.iij.

Accipientes igitur caueant, inquit Goffre. ne ſub
ſpecie talium munerum fraus committatur. ca. ſi
quis neq. j. q. j. Iuſtinianus verò in. §. præ omni-
bus. verſic. pro conſuetudinibus autem. in authẽ
ti. de ſanctiſſ. epiſc. colla. ix. conſuetudines eccle-
ſiarum admittit, quatenus vnaqueq; eccleſia ad-
miſit, & vſq; ad viginti libras accipere non prohi
bet. Gloſ. verò in dicto. c. ſicut epiſcopum. j. q. ij.
dicit. §. præ omnibus. verſ. pro conſuetudinibus.
in authenti. de ſanctiſ. epiſco. receptum non eſſe:
160 quia neq; licet recipere. † vbi enim lex prohibet
aliquid dari, prohibet recipi etiam à ſpõte offe-
rente, in. l. deuotum. C. de meta. & epide. lib. xij.
l. vnica. C. de ſalga. mili. non præſtan. lib. xij. ca. j.
§. procurationes. de cenſi. in. vj. plures concordã
tes referuntur per gloſ. in dicta. l. vnica. C. de ſal-
ga. lib. xij. non prætermitto quod in lege duode-
cim tabularum ſcriptũ meminit Cicero, libro de
legi. iij. Illosq; quos cenſores in partibus populi
locaſsint, ne ferunto, donum ne capiunto, ne've
danto, ne've petenda, ne've gerenda, ne've geſta
poteſtate quiſquis earum rerum migraſſit noxiæ
pœna par eſto, ſed quicquid leges & ſacri cano-
nes dicant, aliter vſus obſeruat: Et putauerũt con
ſuetudinem laudabilem ſeruandam eſſe. an apud
deum neſcio, ſolus deus ſcit. Ego verò remitto te
ad ea quæ ſcribit Luc. de Pen. in. l. vnica. colum.
ij. C. de pericu. ſucceſ. vbi plura tradit quæ ab op
timo ſacerdote & quouis alio eccleſiaſtico pro-
mouendo deſiderantur. Et quamuis hoc ſacerdo
tium venale nõ ſit, de iure autem ciuili digeſtorũ
comperio ſacerdotiũ, quãdoq; pecunia obtẽtum
eſſe, et licite pro eo pecuniam dari, in. l. ſi quis ob
honorem. ff. de pollicita. Cui aduerſari videtur. l.
vnica. ff. ad. l. Iuli. de ambitu. Et gloſ. dubia eſt in
l. Barbarius Philippus. ff. de offi. prætor. quomo
do hoc fieri poſſet, vt dato ſuffragio ſacerdotium
161 aliquis conſequatur. † Nolo autẽ vnum præter-
mittere quod ex verſibus & tabulis pontificum
Romanorũ ſcriptum eſſe legimus, duo eſſe, qui-
bus ſacerdotes & pontifices Romani argueban-
tur, ſacricommiſſo quod nunquàm expiari pote-
rat, vt Ciceroni placet, quoniam, inquit, nulla
aquæ aſperſione, vel dierum numero tollebatur.
Alterum impiè cõmiſſum erat, quod tamen pur-
gari poterat. Primùm quod ad religionẽ & deos
pertinebat, alterum verò ad vitæ tantum mode-
ſtiam pariter ex. xij. tabulis nullũ Romani ſacer-
dotem aut flaminem bigamum ſeu bimaritũ ad-
mittebãt, quod eorũ præcipua cura erat, ne quid
contra mores & religionis obſeruantiam fieret,
ex patrijs ritibus colunto optima. publicè ſacer-
dotes expianto. inceſtum põtifices ſupremo ſup-
plicio ſanciunto, hæc Cicero lib. de legib. ij.

Ego autem priuſquàm glo. illam expediam &
illi ſimiles, duo videnda eſſe exiſtimaui. Primò
quid ſit illud ſacerdotium, & quo tempore dura-
turum erat. Secundò an datũ pro ſacerdotio re
cte datum ſit.

Ad primum dic gloſ. Accurſium non aperire,
ſed Luc. de pen. in dicta. l. vnica. C. de pericu. ſuc
ceſ. lib. x. dicit fuiſſe œconomos templorum, qui
bus eccleſiaſticæ res conſeruandæ & erogandæ
mandabantur. l. iubemus. ij. in princ. C. de ſacro-
ſanc. eccle. §. interdicimus. & §. citra autem. in au
thenti. de ſanctiſ. epiſ. colla. ix. Sed illæ leges hoc
non probant. Recte autem œconomi definitio-
nem tradunt, quamuis conuenire poſſet huic diſ-
finitioni. l. annua. §. Attilia. ff. de annu. leg. in his
verbis, ſacerdoti & gazophylaco ſeu gerophyla-
co. Et item dum dicitur, & in eo officio fuerunt.
& in verſic. reſpondi miniſterium quidem nomi-
natorum deſignatum, cæterùm datum tẽplo. per
quæ perpendi poteſt quale ſacerdotis ſit officiũ.
Similiter in. l. j. in princ. C. de natura. liber. quam
Luc. de pen. allegauit in illa. l. vnica. & prius eo
gloſ. in. l. ſponte. ff. de muner. & hono. in his ver-
bis, vel ſacerdotij, id eſt, phenicarchiæ vel ſirar-
162 chiæ ornamenta condecorant. † vbi imperator
ab ornamentis munerum & officiorum ſeu magi
ſtratuum ſacerdotium demonſtrat & quaſi diffi-
nit, ſicuti & polemarchia vel hipparchia, nauar-
chia, gymnaſiarchia, & huiuſmodi, quæ munera
& magiſtratus vocantur. Et id ſacerdotium per-
petuum non erat, ſed temporale, dicta. l. ſponte.
ff. de muneri. & honori. dum inquit, ſponte pro-
uinciæ ſacerdotiũ iterare nemo prohibetur. Mar
cus Varro in lingua Latina ſacerdotes vniuerſos
à ſacris dictos ait: vt conueniat ratio Iſidori poſi-
ta in. c. cleros. xxj. diſtinc. quaſi ſacrũ dans. Quo-
rum autẽ munus eſſet, Feneſtella meminit, & Põ
ponius Letus cum eo ſentit de ſacerdotijs Roma
norum & eorum inſtitutione. Nam & primi erãt
ſacerdotes, qui fano & Lupercalibus ludis in Fe
163 bruario ſacrificabant & canẽ immolabãt. † Qua
re autem cane vterentur, vltra feneſtellam et Põ-
pon. Lætum Plutharcus in problematis. capi. 68.
docet: quia λύκος lupus Latine dicitur. Lycalia ve
rò lupercalia: & quod lupis canis eſt hoſtis: ideo
lupercalibus cædit vel quod lupercis canes mo-
leſti ſunt, vel quia Pani ſacrificium facit. Pani au
tem propter greges canis amicus eſt. alij ab Euã-
dro Herculi dicati ſunt vt ſacrificarent qui poli-
tij dicti ſunt. Et id apud Plutarchum eſt in pro-
blematis. 60. &. 61. capitibus. Fuerunt alij à Ro-
mulo duodecim aruales ſacerdotes inſtituti, qui
vt fruges arua ferrent ſacrificia publica faciebãt,
qui & fratres dicebantur in honorem Accæ Lau
rentiæ, quæ quum duodecim liberos ſuſcepiſſet,
& dum vnus mortem obijſſet, Romulus ſe duo-
decimum in demortui locũ ſuffecit: vt apud Pli-
nium lib. xviij. naturalis hiſtoriæ legimus. Inde
fratriam à fratribus arualibus dictam, ſecundùm
Varronem in lingua Latina, & fratria ſecundùm
eundem Varronem Græcum vocabulum eſt pa-
tris hominum, vt Apollini etiam nunc ſodales,
inde ſodalitia dicta ſunt ſeu ſodalitates à Cybele
deorum matre. teſtis eſt Gel. c. xxiiij. ſecundi lib.

noct. atrica. Inde ſacerdotes ſodales nuncupati
ſunt, quos Romani imperatores multis pòſt an-
nis habere cœperunt, & ab eis ſinguli denomina
ti, vt Tranquillus ſcribit in vita. C. Claudij, &
Marc. Anto. Alia eſt ſodalitas in. l. ſodales. ff. de
colleg. illici. quamuis ille text. non incongruè de
164 huiuſmodi ſacerdotibus interpretari poſſit. † Sa
cerdotes etiam Veſtales ſexaginta Romulus in-
ſtituit, vt Varroni placet. Pauperes autem & ali-
qua ſui corporis parte debiles eſſe vetuit, ſed no-
biles virtute & generis nobilitate eſſe voluit. Sũt
& flamines, diales, furniales, falaces, & ſtilij ab
eo deo, cui ſacrificabant, nuncupati, dicti flami-
nes quòd in Latio velato capite ſemper erant, &
caput ſilo cinctum habebant, vt voluit Varro.
Iſtorum etiam meminit Iſido. in dicto ca. cleros.
xxj. diſtin. Fuerũt & Titij, ſecundùm Varronem
ab Titijs arcubus, quas in certis augurijs obſer-
uare ſolebant. Erant & feciales, quòd fidei publi
cæ inter populos præerant. Per hos, inquit Var-
ro, fiebat vt iuſtum bellum cõciperetur. Et fecia-
lium ſacerdotum qui fœderibus faciendis præ-
erant, pater patratus maximus habebatur. Dice-
batur autem pater patratus ſecundùm Plutharc.
in problematis, capite. lxij. cui pater erat, & cui fi
lij erant. Erat & Rex ſacrificulus, cui neq; magi-
ſtratum gerere neq; concionem habere licebat:
ſed ſacrorum & religionum Rex dicebatur: quia
antiquis temporibus plurima & maxima ſacra fa
cere conſueuerant, & ſacerdotibus ea faciẽtibus
aderãt. At Romani exactis regibus regem rebus
diuinis præfecerunt, vt in templis ſolùm conſul-
tare viderentur. Græci verò regibus licentiã ade
merunt & ſacrificandi poteſtatem tantũmodo re
liquerunt. Hæc Pluthar. in problema. capi. lxiij.
Romani hunc regem pontifici ſacrorum ſubiece
runt, ne nouæ libertati additus nomini honos of-
ficeret, ſeu ne exacti reges reducti eſſe viderẽtur
ſeu crederentur. Neque omnes hi ſacerdotes ge-
rere neq; petere permittebantur, inquit Plutarc.
165 in problem. † Pontifices autem ſecundùm Var-
ronem à ponte dicti, quum ab his pons ſublicius
factus eſt primùm & reſtitutus. Et idẽ Valerius
de cultu deorum ca. x. de Lucio Furio Bibaculo
voluit. Scæuola autem, vt inquit Varro, pontifi-
cem dicebat à poſſe & facere. Hæc de ſacerdoti-
bus dixiſſe iuuat, pergamus. Qui ſacerdotiũ pe-
tebat per Senatuſconſultum, in centũ aureos pu-
niebatur, inquit Modeſtinus in. l. vnica. ff. ad. l.
Iuli. de ambi. Cui videtur plurimùm obſtare di-
ctum Pap. in. l. æſtimationem. §. qui pro honore.
ff. de muneri. & honori. Qui pro honore, inquit,
pecuniam promiſit, ſi ſoluere eam cœperit, totã
præſtare operis inchoati exẽplo coactus eſt. cum
quo conuenit Vlpianus in. l. toties. §. ſi quis pe-
cuniam. ff. de pollicit. Cæterùm Modeſtinus ad-
uerſus Papi. & Vlpia. fortioribus terminis vtitur
in. l. ſi quis ob honorem. ff. de pollicita. ſi quis,
inquit, ob honorẽ vel ſacerdotũ pecuniam pro-
miſerit, & antequam honorem vel magiſtratum
ineat, decedat, non oportet hæredes eius cõueni-
ri in pecuniã &c. coæui noſtri non minus diligen
ter quàm doctè verborum origines inueſtigãtes
verbum, ineat. interpretantur & recte, vt demon
ſtrent inſigniorũ magiſtratus ſuſceptionẽ ſignifi-
166 care, † magiſtratus inire eſt magiſtratus inſignia
aſſumere. & erit ſenſus in illa. l. ſi quis ob hono-
rem. ſi quis cũ ei ſacerdotium à municipio vltro
delatum eſſet, vltro pecuniam pollicitus eſt, ſpon
taneam magi liberalitatem quàm largitionem
ad ſpectaculum ſcilicet edẽdum ob magiſtratum
vltro delatum, quod ambitus crimine vacat. Eſt
autẽ magiſtratus editio ſeu exhibitio cũ ludi cau
ſa ad oblectandum populũ exhibetur. Citant, &
rectè. l. Publius. in princ. ff. de condi. & demõſtr.
Ego verò non mẽdicato ſuffragio, addo quid
imperator cẽſuerit in dicta. l. vnica. C. de pericu.
167 ſucceſ. lib. x. inquit imperator, † Si de ꝓprio ſuo
patrimonio muneris editionẽ tuo nomine pater
tuus repromiſit, ideoq; etiam ſacerdotẽ te creari
impetrauit: onus erogationis cõmune omniũ hæ
redum eius eſſe præſes non ignorabit. quæ litera
nõ plurimùm ab Accurſij interpretatione differ-
re videtur, vt dictio, ideoq;. videatur vim verbi,
repromiſit. repetere, & eam cum verbo, impetra-
uit. coniungere: quaſi repromiſſio nominatim à
petẽtibus facta fuerit, atq; ſi vltronea ſpõſio non
eſſet, ſed neceſſaria. Non diſſentio quin illa mu-
neris exhibitio ſeu editio ſpectaculũ ſit quod po
pulo exhibeť in ſacerdotio obtinendo, ſed quod
vltronea ſit præſtatio, qualis erat illa auri ſeu ar-
genti ſparſio, cuius meminit imperator in. §. hæc
itaq;. in authẽti. de conſuli. colla. iiij. quaſi priſcũ
illud ſpargendi auri & argenti ſpectaculum dica
tur illa vltronea editio, cuius meminit imperator
in princ. dicti tituli de cõſuli. quum nulli alij per-
168 mittebatur aurum ſpargere, † neq; alia ſpectacu-
la permittãtur, præter ſex, quæ Iuſtinianus illhic
commemorauit. Non puto de eo poſſe intelligi,
præſertim quũ in dicta. l. vnica. C. de pericu. ſuc-
ceſ. lib. x. verbum, repromiſit. ſatis quandã neceſ
ſitatem donandi ſeu dandi importet. Puto aliter
interpretandam ſacerdotij editionem, pro ea pe-
cunia, quæ ex conſuetudine pro introitu erogari
ſolebat, vt voluit Scæuola notare in. l. his verbis.
§. alumno. ff. de lega. iij. Et Imperator in dicta. l.
fina. ad fin. C. de offic. præto. ibi, vt nec ipſi ſum-
ptus quoſdam inferre cogantur inuiti ſed ſponta
neè habeant liberalitatis arbitrium. & in dicto. §.
præ omnibus. verſi. ſi quis autẽ epiſcoporum. &
verſi. pro conſuetudinibus. in authẽti. de ſanctiſ.
epiſ. colla. ix. cuius ſuprà meminimus, quæ cõſue
tudo in omnibus ferè eccleſijs cathedralibus &
collegiatis in vſu eſt, quoniam à quolibet canoni
co in poſſeſſione apprehendenda canonicatus &
præbendæ aliquas pecunias accipiunt, quas ad
vſum eccleſiæ ſicuti publicè effertur, cõuertũtur:
vt inde ornamẽta reſtaurentur aut noua emãtur

vt id in

vt id in crimen ambitus non cadat, dicto ca. ſicut
epiſcopū.j.q.ij. quia ambitus petitionem deſide-
rat. Et hoc colore quæſito tam praua cõſuetudo
inualuit, prout ſuprà dictum eſt, vt qui hodie epi
ſcopatū deſiderant, nõ niſi bonum poſtulant: an
opus rectum, & ſuis humeris dignum, deus ſcit.
in ca. qui epiſcopatum. viij.q.j. tunc epiſcopatus
operis erat, nunc verò honoris. Igitur an recte
datum erit quod pro epiſcopatu aut ſacerdotio
datur, ſatis ex prædictis conſtare poteſt.
Sed vt prædicta inutilia non videãtur, recẽſebo
vnū, quod prohibitū non inuenio, ℘pter rationẽ
c. diaconi. xciij. diſt. vbi text. eſt diui Hieronymi.
169 Mendicat infelix in plateis clericus &c. † Opor-
tet enim vnūquenq; ſacerdotẽ ſic promoueri, vt
habeat vnde ſe alat. Et cõmunis vſus hodie titulū
ſacerdotij appellat, iuxta ca. accepimus. extra, de
æta. & quali. ordinā. &. c. quū ſecūdum. extra, de
præbẽ. c. clericos. &. c. paſtor. j.q.ij. Sic ſe obtulit
caſus in parlamẽto Normaniæ, de quodam ſacer
dote, quẽ pater donauit viginti libris annui redi-
tus quoad viueret, vt facilius ad ſacerdotiū pro-
moueret̃: mortuo patre cõperitur ſubſtantiā pa-
tris viginti libras annui reditus nõ excedere. que
rebat̃ maior natu filius, cæteri've filij de immẽſa
patris donatione, quū per eā exhæredes fierẽt: an
illa donatio quæ ℘ titulo ſacerdotij facta eſt à pa
tre reuocari poſſet, an verò firma eſſe deberet.
Lis Senatuſcõſulto deciſa non eſt, ſed ſub iudici-
bus eſt, & ad frequentẽ ſenatū remiſſa, ne conſue
tudo Normaniæ violet̃, quæ nõ admittit patrem
vnum filiorū plus alijs honorare, præſertim eos,
qui futuri ſunt patris ſucceſſores. Neq; etiam iuri
cõueniat tā immẽſam à patre poſſe fieri donatio-
nem, vt cæteri filij quarta legitima priuentur. Ex
aduerſo fauor religionis plurimùm pro donatio-
ne eſt. Secundò quæ ſuprà dicta ſunt multùm iu-
uāt, vt quod in cauſam honoris aut ſacerdotij pa-
ter ℘miſit, præſertim vbi donatio viuo adhuc pa
tre perfecta eſt, hæredes om̃es ex integro ſuſtine
re debeāt. d.l.j. C. de pericu. ſucceſ. lib. x. In hanc
& alteram partẽ quæ conferaut, pauca referam.
170 In primis † vt nõ valeat donatio, ſaltẽ ſit reduci
bilis, ſuadet cõſuetudo prohibẽs patrẽ vnū plus
altero ex filijs quoquo modo donare: quæ iuri
cõmuni cõſentanea eſt. l.ij. C. de inoffi. dona. l. fi
liæ. l. vt liberis. & authẽt. quod locū. C. de collat.
quæ legis municipalis prohibitio ad ius cõmune
nõ parū addit, vt plerūq; diximus poſt Bart. in. l.
iij. ff. de vſucapi. Et Roma. in. l. prætoris officiū.
in prin. ff. de dam. infe. gloſ. eſt in. l. ſed & ſi quis.
§. quæſitū. ff. ſi quis cauti. in. c. j. de capi. Corradi.
colla. x. Per quas dicit Bald. illhic quāuis de iure
℘hibita ſit feudi alienatio. c. j. de ℘hi. feu. aliena.
per Freder. Tamẽ ſi cõſuetudo idẽ diſponat, ℘hi
bitio illa aliquid iuri communi addit, quia maior
& efficacior erit ℘hibitio. l. j. in fi. ff. ad municip.
l. neq; Dorotheū. & l. doctitij. C. de decur. lib. x.
l. ſi domus. ff. de ſerui. vrb. prædi. Per quẽ tex. ita
notat illhic Flori. de ſancto Petro, poſt Bar. in. l.
ij. ff. ad. l. falc. Et Ioā. de Lign. in. c. j. de præſcrip.
Si vis ſatiari remiſſionibus, vide Feli. in. c. j. colū.
iiij. verſ. priuilegiū continẽs. j. facie. Idẽ quod ius
cõmune. extra, de reſcrip. Eundẽ Feli. in rubrica
extra, de præſcrip. colū. ij. & quod idẽ Feli. notat
in tracta. ſuo, quādo liter. apoſ. in. vij. ampliatio-
171 ne. vbi pulchrè notat, † ſi cõſuetudo circa ius pa
tronatus laicū aliquid diſponat cõtra ius commu
ne, vel idẽ quod ius cõmune, ſi in ℘uiſione à pon
tifice impetrata in qua derogat̃ iuri patronatus
laico ſpecialiter de conſuetudine mẽtio non fiat,
quantuncunq; in ea ſint clauſulæ derogatoriæ cū
ampliore forma quæ cogitari poſſent gratia ſeu
prouiſio nihilominus ſubreptitia erit. hoc dicit,
poſt Guil. de mõte Laud. in extrauagā. Ioā. xxij.
execrabilis. & Ioan. Andr. in. c. & cui. de præbẽ.
in. vj. Sic pari ratione in hac prohibitione conſue
tudinis iuri cõmuni conſentanea dicẽdum eſt, vt
multo plus inualidam reddat donationẽ immen-
ſam in filium factam, quàm ſi à conſuetudine nõ
prohiberetur. De iure enim nõ valet donatio pa
tris in filium, per quā cæteri quarta legitima pri-
uantur. l. j. ij. iij. & l. ſi mater. & l. ſi liqueat. C. de
inoffic. donatio. Imò ſi ſuperueniant filij, reuoca
tur vſque ad debitum bonorum ſubſidium: licet
pater donationis tempore non cogitauerit. l. ſi to
tas. C. eod. de inoffic. donatio. argumento eſt. l. ſi
vnquam. C. de reuocan. dona. Notant Modern.
in. l. fin. C. de pac. Neque iuuare poteſt ſacerdo-
tium filij per rationem. ca. fina. xvij. quæſtio. iiij.
172 † qui deum vult hæredem inſtituere, filium au-
tem exhæredare, alterum pro conſilio quærat,
quàm Auguſtinum. etiam per illum text. ſi pater
non cogitauerit filium exhæredare. l. ſi quis ad
declinandam. vbi Accurſ. & alij notant. C. de epi
ſco. & cleri. l. j. §. ad municipum. ff. ad. l. falcidi. l.
Papinianus. §. ſi imperator. ff. de inofficio. teſta.
Magna enim eſt ratio quæ pro filiatione facit. l.
maximum vitium. C. de liber. præteri. præſertim
in quarta iure naturæ debita. l. ſi quando. §. illud.
& l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſta.
§. cæterùm. in authenti. vt quum de appellat. co-
gnoſc. colla. viij. §. primum itaque. in authent. de
hæred. & falci. collat. j. & dicta. l. ſi quis ad decli-
nandam. §. penulti. C. de epiſco. & cleri. §. non li-
cebit. in authenti. de trien. & ſemiſ. colla. iij. ibi, ſi
vult filiorum non repente fame morientium, ſed
viuere valentium vocari pater.
Secundò ſi tales donationes admitterentur, fa-
cilime legi fraus fieri poſſet, contra. l. non du-
bium. C. de legibus. l. fraus. ff. de legibus. Nam
per indirectum ſimilibus donationibus, etiam
ad pias cauſas factis, patrimonium exhaurire-
tur, priuarenturq; per obliquum filij ſua legiti-
ma hæreditate, contra. l. quum hi. §. tranſactio-
nes. verſiculo. ſi quum lis. ff. de tranſactionibus.

regula,quumquid.de reg.iur.in.vj.l.ſcire opor-
tet.§.ſi mater. ff.de tuto.& curato.dat.ab his.iu-
uat etiam hanc partem. l.ſi pater in adoptionem.
ff.de bon.poſ.contra tabu. in ratione ſui.ibi,ini-
quum ſibi videri excludi eoa à bonorũ poſſeſsio
ne,quũ pater ſe dederit in adoptionẽ:& ſic facto
patris abſq; filij culpa filius priuetur iure hæredi
tario,& portione iure ſibi debita.
173 Tertiò nemo poteſt facere † quin iura locũ ha-
beant in quibuſcunq; actibus , ſiue in teſtamẽto,
ſiue ab inteſtato,ſiue inter viuos fiant.l.nemo.ff.
de lega.j.l.j.C.de ſacroſan.eccle. l.non dubium.
C.de legi.l.iij.§.diuus.ff.de ſepul.viola. Iura au-
tem prohibent donationes fieri quæ filios,veluti
exhæredes faciant,adeo vt & cõſuetudo ſeu mu-
nicipalis lex contraria non valeat tanquã iniqua
& naturam arguẽs,dicta.l.maximum vitium. C.
de liber.præteri.§.primum itaque. in authent.de
hæred.& falci.colla.j.§.aliud quoq;. &.§.hæc au
tem diſpoſuimus.in authenti. vt quum de appel.
cog.colla.viij.§.cõſideremus.in authẽt.de trien.
& ſemiſ.colla.iij.l.fin.in prin.ff.de bonis damna
to. quod nota contra Aurelianẽſem conſuetudi-
nem quæ ſecus admittit , quæ iuri contraria eſſe
videtur. Quia non intẽdo iſtum articulum nunc
plenè diffinire.Interim videbis concluſionẽ Ro-
tæ.xviij.in nouis,quæ propter id ſolumfacta eſt.
Et quod à canoniſtis copioſius diſputatur in ca.
Raynutius.& ca.Raynaldus.extra,de teſta. in.l.
j.per Bal.& Moder.C.de ſum.trini.& fide cath.
Io.fab.in.§.fi.Inſti.de iure natura.genti.& ciuil.
Din.in regula,indultum.de regu.iur. in.vj.Mo-
der.in.l.ius agnationis.ff.de pact.& in.l.iura ſan
guinia.ff.de regul.iuris. & in dicta.l.quoniam in
prioribus.C.de inoffic.teſta.
Sed quantum erit ad occurrentem diſputatio-
174 nem, † an valeat vel non valeat talis cõſuetudo:
aduerte in viridi eſſe obſeruantia in comitatu ſeu
bailliuia Caletẽſi, vnde lis ad curiam Normaniæ
deuoluta eſt , quæ filios & filias omnes dempto
primogenito exhæredes facit & inteſtabiles paſ-
ſiuè præter alimenta:& ob id recepta eſt donatio
patris in tertiam partem bonorum filijs ſecundo
genitis facta quaſi extraneis , ſeu indigenis mul-
tiſq; Senatuſconſultis confirmata . Quare opin.
Dini in dicta regula,indultum. de reg.iur. in.vj.
inualuit. Ceſſabit igitur hæc diſputatio.Similiter
in Britannia,Burdegala, & tota pene Vaſconia.
In oppoſitum mouere poteſt, dicta.l. æſtima-
tionem.§.qui pro honore.ff.de muneri.& hono-
ri. dicta.l. toties. §.ſi quis pecuniam. &.l. ſi quis
175 ob honorem. ff.de pollicit. † vbi ſemel donatio
cœpit vim habere, omnino impleri debet ab hæ-
redibus.dicta.l.vnica.C.de pericul.ſucceſ.lib.x.
quæ lex plurimùm ſtringit. Similiter.l.iubemus.
C.de ſilentia. libr.xij. quam ſingulariter volo te
notare,dum inquit,ne alienarum rerum admini-
ſtrationem ſubire compellatur , qui propter no-
ſtra miniſteria, nec ſuis curam ſeu prouiſionem
diligenter differre poſſunt . Quæ ratio conuenit
cum deciſione diui Hieronymi in dicto ca.diaco
ni.xciij.diſtinct. Alioquin mendicare continget
ſacerdotem. quoniam epiſcopus qui iure potuit
exiſtimare iuſtum eſſe titulum ſacerdotis per cõ-
ceſsionem à patre factam, non tenebitur alium ti
tulum dare ſacerdoti: vt plenè notatur poſt gloſ.
fin.in dicto capi.quum ſecundum.extra,de præ-
bend. & in ca.j.& ca.accepimua. extra,de æta.&
quali.ordinan. vbi per Hoſtien. referuntur plu-
res rationea propter quas non debet ſacerdoa
mendicare : quas omnino vide,ſicuti per eum ſi-
gnatæ ſunt.eas enim canoniſtæ omẽs approbãt.
Secundò rationes Hoſtien. propriè honorem
Dei & eccleſiæ fauorem concernunt, dicto capi.
diaconi.& ca.ad ſupplicationem.extra,de renun
ciatio.& in dicto capi.quum ſecundum.extra,de
præbend.
176 Tertiò ne † eccleſia,inquit,videatur fraudulen
ter hominem illaqueare. c.conſtituit. xx.quæſti.
iij.ca.per tuas. §.fina.extra, de donatio. Cæteras
vide per teipſum.
Et communis omnium Canoniſtarum ſenten-
tia in hoc conuenit in ca.at ſi clerici. extra,de iu-
dic.vbicunque priuilegium clerico ſeu ſacerdoti
confertur,non in fauorem clerici tantum, ſed ma
gis in decua & honorem totius eccleſiæ & cleri
conceſſum eſſe videtur. Illi ergo renunciare non
poteſt : & ſi renunciauerit aut actum fecerit per
quem contrauenire tentet,ſeu ipſum elidat, nihil
agit,vt notatur plene in dicto ca.at ſi clerici. ex-
tra,de iudic. ſicut in ſimili de beneficio Senatuſ-
conſulti Macedoniani dicitur in.l.tametſi. ff.ad
Macedon.
Quattò,ab expreſſo hoc tenet Ioan.fab. in.l.
177 ſi emancipati. C.de collatio. † Dicit enim,præſ-
byterum non teneri conferre quod pater dedit,
aut aſaignauit pro titulo in ſuſceptione ordinũ,
per rationem.l.j. §.nec caſtrenſe. verſic.ſed an id
quod dignitatis nomine . ff. de colla. bono. vbi
idem tenet Barto. Dicit enim quôd quicquid pa
ter expendit vt filius haberet præbendam eccle-
ſiaſticam vel epiſcopatum,filiua conferre nõ de-
bet,per illum text.& rationes per eum adductas.
Et idem tenet Paul.de caſt.& Moder.in dicta.l.
omnimodo. C.de inoffi.teſta. Pro eis eſt dicta.l.
vnica.C.de pericu.ſucceſ.l.fi.C.de ſilẽtia. Cuius
ratio eſt multùm pregnana , & dicta.l. ſi quia ob
honorẽ. verſi.niſi fortè. ff.de pollicita.& fortius
vult tex.in dicta.l.his verbis.§.alumno.ff.de leg.
iij.vt non ſolùm quod promiſſum eſt pro militia,
ſed & quod pro introitu erogari ſolet , dari de-
bet.l.vnicuique.§.illum quoq;.in hia verbia,pro
conſuetudine vniuſcuiuſq; ſcrinij. C.de proxi.ſa
cro.ſcrin.lib.xij.& dicto. §.ſi quis autem epiſco-
porum.verſic.pro conſuetudinibus.in authenti.
178 de ſanctiſ.epiſc.colla.ix. † quæ ex conſuetudine
introducta ſunt , obſeruari debent . In quo vide
quod ſcribit Luc.de pen. in.l.miſſi opinatores.
in verbo

in verbo,conſuetudine. C.de exacto.tribu.lib.x.
Et præſertim vbi tali ſacerdoti ſufficiẽtes faculta
tes,non reliquit pater.l.& ſi filium.ff.de muneri.
& hono.& quod notatur in.l.ſi vni. §.Neratius.
ff.fami.erciſcun. adde.§.optimum.in authent.de
exhi.reis.colla.v.ibi, & ſecundum iuſsionem no
ſtram hoc habeăt,non tanquă paternam hæredi-
tatem,ſi in alijs inops ſit, ſed tanquă imperialem
munificentiă,vt & ſubſtantiam relinquẽtibus,&
non habẽtibus meritò ſolatiũ præbeamus &c.

Ad ea,quæ in contrarium allegata ſunt,poſſet
reſpõderi, vt procedant quum pro volũtate hoc
facere vellet pater vt filios ſucceſsione priuaret:
quia tunc voluntas eius vt inofficioſa reuocanda
erit,per dictam.l.j.ij.iij.et alias memoratas.C.de
inofficio.donatio. niſi quatenus ingrati eſſent.§.
aliud quoq;.in authenti. vt quum de appel. cog.
colla.viij.adde rationem.l.Sulpitius. ff.de dona.
inter vir.& vxo. verſi.reſpõdi &c. quæ lex ad id
propoſitũ facta eſſe videtur, & ideo eam aſsidue
legas.Secus autẽ vbi pro dignitate conſequenda
aliquid expendit, quod de iure licet, ſicuti dici-
mus in filio decurione facto patris voluntate, in
l.j. C.de decurio.lib.x. l.quoties. &.l. Lucius.§.
idem reſpondit hæredes.ff.ad municipa. l.iij.§.ſi
na.ff.de muner.& hono. Notat Luc.in.l.j.in ver
bo,ſtudijs. C.qui æta.ſe excuſ.libro.x.& dicta.l.
vnica.C.de pericu.ſucceſ. quia in beneficiũ Rei-
publicæ eccleſiaſticæ cedit.Nam aliàs filius ad ſa
cerdotium promotus non fuiſſet,niſi ex patrimo
nio patris titulum habuiſſet, dicto.c.accepimus.
extra,de æta.& qualita.ordinan.&.c.quum ſecũ
179 dum.de præben. † Neq; præſumitur patrẽ tunc
agere vt filios ſucceſsione fraudet:quoniă nemo
vnquam carnem ſuam odio habuit.c.nõ æſtime-
mus.xiij.q.ij.Si tamen contra pietatis officiũ ali-
ter pater faceret,vt inquit.l.ij.ff.de inoffici.teſta.
fortè ſecus dicendum eſſet,& iuuaret ratio huius
legis, ſi cauſa affectata eſſet. Idem in.l.Iulianus.
ff.ſi quis omiſ.cauſa teſta. Econuerſo illaqueare
tur filius fraudulenter, contra id quod ſcribitur
in.c.deviduis.xxvij.q.ij.&.c.conſtituit.xx.q.iij.
vt ſuprà dictum eſt poſt Hoſti. in dicto.c. quum
ſecundum. Nam filius oneri aſtrictus eſſet abſq;
mercede ſi titulo ſuo priuaretur, nõ debet igitur
mercede ſibi cõceſſa fraudari. Secundò,quia cõ-
tingeret ſacerdotem egere, & ſic mendicare,ſicu
ti,prô dolor, noſtra ætas plures nouit in oppro-
brium cleri & totius Chriſtianæ religionis: vnus
eſurit,alius ebrius eſt, contra id quod diuus Pau
lus ſcribit,primæ ad Corint.xj.Et pſalmo.cxliij.
Promptuaria aliquorum plena eructătia ex hoc
in illud,Oues eorũ fœtoſæ abundantes in egreſ-
ſibus ſuis,boues eorum craſſæ. Ex aduerſo durũ
videtur propter vnum & fortè non æquè vt cæte
ros de patre bene meritum vt cum illo abundan-
ter pater ageret, cæteros autem filios de patre be
ne meritos,legitima ſucceſsione fraudaret. §.cæ-
terum.in authenti.vt quum de appella.cognoſc.

180 collat.viij.Secundò conueniens † eſſe non vide-
tur neque rationi congruum, vt eccleſia,quæ cul
trix eſt iuſtitiæ. ca.j.de aliena.feu.pater. colla.x.
hanc fraudem cum iniuria aliorum filiorum ad-
mitteret, ne inde iniuria naſcatur vnde iura pro-
ueniunt.l.meminerint.C.vnde vi.Et quemadmo
dum conſuetudo quæ aduerſus ius commune di-
ſponit,ſecundum ius commune regulanda eſt.l.
ij.C.de noxa.actio.l.fin.C.de teſta.milita. Sic &
clericale priuilegium,dummodo ſtatus ſeu ordo
clericalis non dehoneſtetur. Quare interim do-
nec iudicio curiæ negotium abſoluatur.

Inter vtrãq; cogitaui aliquam mediam eſſe opi-
nionem,vt commune ſit omnium filiorum onus,
vbi facultates patris ad legitimam vniuſcuiuſque
filij non ſuppeterẽt,per rationem dictæ.l.j.§.nec
caſtrenſe.ff.de colla.bono.ibi,ſed ſi adhuc debe-
181 tur. † hoc ſic interpretandũ eſt, vt non ſolus one
retur is qui dignitatem meruit, ſed commune ſit
omnium hæredum onus debitum. & in dicta.l.
vnica.C:de peric.ſucceſ.in fi.lib.x.dum ait,onus
erogationis cõmune patrum hæredum eius eſſe
præſes prouinciæ non ignorabit. & in dicta.l.ſi
vni.§.Neratius. ff.famil.erciſcund.in his verbis,
debet itaque in familiæ erciſcundæ iudicio veni-
re.Mouet etiam ratio.l.& ſi filium. ff.de muner.
& honori. in illis verbis, quum eidem decurioni
ſufficientes facultates pater reliquerit, quæ ſumẽ
da eſt pro reliquis filijs,ne egeſtate omnino labo
rent,vbi pater facultates non relinquit omnibus
ſufficiẽtes. Hæc ſatis eſſe dicta arbitramur, quũ,
vt diximus,lis adhuc indeciſa ſit.

Nouiſsimè Ludo.Roma.hic inducit hunc tex.
ſi villa tenetur malefactores apprehendere, alio-
quin de damno dato teneatur: excuſabitur villa
ſi propter multitudinem non potuit apprehende
re.quia dixi de ea aliquando plura,non repetam.
Sed vltra ea quæ diximus, vide ca.quoties.j.qõ.
vij. Luc.in.l.placet. C.de excuſa.muner. lib.x.l.
aut facta.§.fina. ff.de pœn. l.addictos. C.de epi-
ſcop.audien. Bald.& Angel. in.l.fina. per illum
text.C.de his qui latro.occulta.cuius legis mate-
riam plenius expediuimus.

Angelus hic inducit hunc.§. pro excuſatione
182 † eius qui priuato carcere vſus eſt, vt is non te-
neatur pœna legis vnicæ.C. de priua.carcer. ſi is
qui clauſus erat, tam arctè clauſus non erat quin
potuiſſet diſcedere.ſic Ange.inducere vult hunc
textum.Nam ſi ſeruus non excuſatur, qui in pri-
uato carcere detinebatur, ſi opem domino non
tulit, quum potuerit rumpere vincula & ea ſol-
uere: igitur pro vincto cenſendus non eſt, qui
ſic cuſtoditus eſt. Poſſet iuuare autoritatem An-
gel.l.prima. & quod illhic Lucas de Penna. no-
tat. C. de curioſ. & ſtationa. libro duodecimo.
183 † vt aliud ſit detinere, & aliud in carcerem im-
mittere:vt ille magis detentus eſſe dicatur,quàm
cuſtoditus,qui poteſt faciliter euadere. Certè mi
hi non placet hoc dictum Ange.quoniam fateor

in culpa eſſe, qui poteſt euadere & non euadit, vt
ſuprà dictum eſt, per. l. item hi qui. ff. ex quibus
cauſis maior. Excipitur caſus. l. in eadem cauſa.
in fin. ff. ex quibus cauſis maiores. qui ita alligati
ſunt, vt ſine dedecore in publico apparere non
poſsint. & . l. iij. §. fina. ff. de vſur. argumento no-
bis eſt. l. veſtis. §. veſtimenta. ibi, quibus vir non
facilè vti poteſt ſine vituperatione. ff. de auro &
argen. lega. De quibus per Felin. in ca. ſi quæ te-
ſtium. in princip. extra; de teſti. Cui adde. l. inter-
184 dum. in fin. ff. de oper. liberto. † Non tamen cul
pa eius purgat dolum & delictum eius qui carce
re priuato vſus eſt, etiam ſi pœnitentia ductus ſta
tim illum emiſerit, per rationem. l. quidam teſta-
mento. ff. de fideicom. liberta. Et caſus eſt clarus
in. l. quis ſit fugitiuus. in princi. ff. de ædilitio edi
cto. Nemo, inquit, tali peccato pœnitētia ſua no-
cens eſſe deſinit vbi gloſ. addit plures concordā-
tes. Cui adde. l. doli. §. fin. ff. de ſer. corrup. c. vni-
cum. quid iur. ſi poſt alie. collat. x. Intellige ſi do-
loſe ſeu malitioſe & illicitè egerit, per illos text:
ſecus ſi luſus gratia tantùm fecerit. l. dolo. ff. de
ſer. corrupt. Sed, quæſo, quis ludos appellat qui
obnoxij ſunt, in. l. item ſi obſtetrix. §. fin. & . l. ſeq:
ff. ad. l. Aquil. l. in furti. in fin. ff. de furtis. ibi, non
debet impunitus eſſe luſus tam pernicioſus. cap.
continebatur. & ca. ſeq. extra, de homicid. dabāt
185 † enim operam rei illicitæ. vnde lex in talibus fa-
ctum & non ſolum animum conſiderat. l. qua a-
ctione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad. l. Aquili.
Et ideo incidit in pœnam priuati carceris, & ma-
xime quum res mali ſit exempli. l. iij. ff. ad. l. Cor-
nel. de ſicar. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff.
de pœn. l. diuus. ff. de re iudica. hoc etiam dicit. l.
j. C. de curio. & ſtatio. lib. xij. Excipitur vt ſuprà
dixi, is qui apprehendit et detinet vt iudici ſtatim
offerat quum iudicis copiam habere poterit. l. ca
pite quinto. ff. ad. l. Iuli. de adulter. ca. quum non
ab homine. extra, de iudic. l. ait prætor. §. ſi debi-
torem. ff. quæ in fraudem credito. l. generali. C.
186 de decurio. libro. x. † Neque ratio culpæ dolum
alterius tollit, inquit in ſimili text. in. l. j. in princ.
ff. de eo per quem factum eſt.

Et dum iſte tex. in verſi. clauſos. dicit, & auxi-
lio eſſe non potuerunt. volo te notare, ſufficere
ad excuſationem, ſi in eo loco ſit, etiam ſi nō vin-
ctus neq; clauſus ſit, ſi auxilio tamen eſſe non po
teſt. Cui adde tex. l. in noxalibus. in princip. ff. de
noxa. actio. in his verbis, an etiam ſi viderit tan-
tum, quamuis prohibere non potuerit: vt pote ſi
in alta turri eſſet, vt inquit. l. quod meo. §. ſi per
venditorem. ff. de acquiren. poſſeſsi. & per feneſtram
videret dominum offendere vel occidere,
qui non poterat tam citò ſuppetias & auxilium
domino ferre. dixi in. §. tuliſſe. in. l. j. ſuprà eodē.
vide quæ illhic dicta ſunt.

SVMMARIVM.

1 Senes mitius puniendi ſunt quàm iuuenes.
Senectutis ratio in quo & quibus haberi debeat.
2 Peregrinatio ſeni potius remittitur, aut commutatur quàm iuueni.
3 Permutatio facta cum ægrotante quare fraudulenta iudicetur, ſicut cum ſene ſuſpecta.
4 Permutatio beneficij facta à ſene, fraudulenta cenſetur.
5 Senium & ægrotatio à pari procedunt.
Senectus ob quatuor miſera eſſe dicitur.
6 Incommoda quæ ſenes circumuenire ſoleant.
7 Officiales ſenio cōfecti per ſubſtitutum ſeruire poſſunt.
8 Senes coram iudice teſtimonium dicturi non comparentes, excuſantur.
9 Senes conſilio ſunt iunioribus præſtantiores.
10 Senes, amicos, iuuentutem & Rempublicam conſilio iuuare debent.
11 Reſpublica facilè labefactatur ſi iuuenum conſilio gubernetur.
12 Senes non omnes ſagaces, ſed quidam deliri ſunt.
13 Senex quando quis dicatur.
14 Nuptiæ cum quinquagenaria aut ſexagenaria nō ſunt contrahendæ.
15 Senes qui ſint dicendi.
16 Vita hominis octoginta annos vix poteſt hodie ſuperare.
17 Seruus ob ſenectutem dominum non valens defendere, excuſatur.
18 Probitas maior in ſene quàm in iuuene præſumitur.
19 Senes an poſsint cogi ad ferendum teſtimonium.
20 Teſtis veritatem tacens æquè peccat, atque falſum deponens.
21 Senes inuiti non coguntur teſtificari.
22 Teſtis an in ciuilibus cogi poſsit ad teſtimonium perhibendum.
23 Surdus an poſsit ferre teſtimonium, & quare dicatur imbecillis.
24 Surdaſter quis ſit, & an excuſetur ſi dominum non iuuerit.
25 Dictum generale legis reſtringitur per rationem eiuſdē.
Mutus & ſurdus in eo ſenſu quo valēt ſūt teſtes idonei.
26 Voluntas ſola in hæreditatis editione per factum declarari deſideratur.
27 Mutus & ſurdus manumittere poſſunt, item & contrahere & ſe obligare.
28 Surdus & mutus à natura, ſi intellectum habeant, teſtimonium dicere poſſunt.
29 Mutus & ſurdus an poſsint condere validū teſtamentū.
30 Surdus & mutus quos actus facere poſsint.
31 Veritas vndecunque clareſcat recipienda.
Poſſeſsio bonorū abſenti & non petenti poteſt cōferri.
32 Teſtificari poteſt qui & teſtari.
Surdus non poteſt de auditu teſtificari.
33 Teſtis idoneus eſt qui audire & audiri poteſt.
34 Mutus & ſurdus à natura tribus caſibus teſtari poteſt.
35 Surdus à natura vt plurimum mutus etiā eſt, & contrà
36 Teſtamentū & depoſitio teſtium verbis exprimi debēt.
Teſtamentum quando dicatur legitimum.
37 Teſtis teſtimonium ſuum in ſcriptis iudici tradere poteſt ex cauſa.
38 Teſtimoniū in ſcriptis iudici traditū quando ſit validū.
39 Examinatio teſtium an poſsit per iudices inquiſitoribus committi.
40 Probatio omni iure prodita ad inquiſitionem veri admitti debet.
41 Teſtes iudicibus præſentari debent, ſi cauſa grauis ſit, & in qua periculum immineat.

Surdi

42 Surdi & muti quando pro teſtimonio ferendo ſint admittendi.
43 Teſti non iurato non creditur.
44 Teſtimonium ſurdi & muti per ſcripturam latum quando recipiatur.
45 Princeps habilem reddere poteſt, quandoq; qui aliàs inhabilis erat.
46 Eccleſijs præficere eos qui ſeſe regere neſciunt indecorum eſt.
47 Conſenſus in matrimonio contrahendo verbis exprimi debet neceſſariò.
48 Operarum liberti obligatio per quid tollatur.
Actio bifariàm in iure definitur.
49 Obligatio contracta iuramento, acceptilatione tolli poteſt.
50 Verba ſi deſiderentur pro forma obligationis, abſque eorundem expreſsione nulla erit.
51 Acceptilatio conſenſu fit, ſicut & emptio & venditio et ſimiles contractus.
52 Obligari põt efficaciter taciturnitate, is qui loqui põt.
53 Canis quidam in Gallia homicidam domini ſui indicauit, & eundem in duello deuicit.
54 Teſtis non neceſſariò tenetur intelligentiam habere ſermonis quo partes vſæ fuerunt.
55 Stipulatio verba requirit neceſſario, & ideo interuenire nequit inter eos qui fari non poſſunt.
56 Papyrius quare prætextati cognomentum meruerit.
57 Mutus per ſcripturam teſtificari poteſt.
58 Teſtificari põt cui permiſſum eſt poſſe teſtari, & contrã.
59 Teſtamẽta quare facilius corrũpi poſsint quã alij actus.
60 Teſtes teſtamẽti non neceſſariò vidẽt aut audiunt quod teſtator moriens diſponit.
61 Teſtis teſtamentarius mẽtem teſtatoris percipere debet ſaltem aliquo ſenſu.
62 Mutus qualiter ſcriptis poteſt deponere ſeu aliũ actum legitimum facere.
63 Notarius qua forma muti depoſitio nõ recipe debeat.
64 Mutus in omni genere contractuum cõtrahere poteſt, ſtipulatione dempta.
65 Veritatis reuelatio dicitur cauſa fauorabilis.
66 Confeſsio rei facta in ſcriptis an valeat ad condemnationem.
67 Surdus abſenti eſt adſimilãdus, & vt abſens excuſandus.
68 Cæcus excuſatur à pœna Senatuſconſulti Sillaniani. & nume.72.
69 Cæcus poteſt fungi officio iudicandi.
70 Iudex oculos abſtinentes habere debet.
71 Mutus, cæcus, ſurdus et furioſus in quibus conueniant, & in quibus differant.
72 Cæcus an excuſetur ſi acclamauerit. & nume.73.
74 Furioſus quando poſsit eſſe iudex.
75 Furioſus loco abſentis eſt habendus, & ideo damnari non poteſt.
76 Iudicari nemo debet inauditus.
77 Tempus delicti commiſsi in quibus criminibus debeat attendi.
78 Animal irrationale peccans puniri poteſt & comburi.
79 Furioſus an poſsit puniri pro peccato ante furorẽ commiſſo. & nume. ſeq.
Filius ante patris ſacerdotium natus, non eſt filius ſacerdotis.
80 Furioſus an debeat in bonis puniri, an etiam in corpore puniri poſsit.
Annotatio bonorũ aduerſus abſentẽ nõ poteſt decerni.
81 Demens quando puniri poſsit. & nume. ſeq.

§. Ignoſcitur.

AETAS ET morbus excuſans à pœna Senatuſcõſulti. hoc
dicit, Iurecõſultus in. l. j. §. impuberes. ſuprà eod. dixit de his qui
propter minorẽ ætatem excuſantur: nunc de his qui propter ſeniũ, id eſt, qui ætate defecti ſunt,
1 † & ſic ſenili ætati in criminalibus defertur vt mitius iunioribus puniantur. l. ij. ff. de termi. amo. l.
ſacrilegij pœnam. ff. ad. l. Iul. pecul. gloſ. in. l. ferè
in omnibus. ff. de regu. iur. l. ſemper. ff. de iure immunita. in verbo, corporis vexationem. c. tanta. j.
j. q. vij. & c. tanta. lxxxvj. diſtin. vbi Archi. plura
refert in quibus ratio ſenectutis haberi debet.
Primò in pœnæ impoſitione, in prædicto. c. tãta.
Secundò in veritatis inquiſitione. ca. de quibus.
xx. diſtin. Tertiò in prælationis ceſsione. c. ſtatuimus. lxj. diſtin. Quartò in aſcẽſionis diſcretione.
c. ſi quid. xxxvij. diſ. Quintò in eleemoſynæ elargitione. c. nõ ſatis. lxxxj. diſt. nõ rectè alleg. c. nõ
ſatis. ſed eſt tex. in. c. cõſideranda eſt. lxxxvj. diſt.
Sextò in teſtimonij puritate. c. j. xxxv. q. j. Septimò in excuſationis admiſſione. ca. placuit. xviij.
diſtin. Octauò in pœnitẽtiæ impoſitione. c. tẽpora. & c. hoc ſit. xxvj. q. vij. Nonò in depoſitionis
approbatione. l. ſi de tabulis. ff. de fide inſtr. Decimò in morũ inſtitutione. xij. q. j. c. j. Om̃es hos
caſus cõperi à pluribus notatos: licet de Archid.
2 mentionẽ nõ faciãt. Addo alios caſus. † Primus
in voto peregrinationis abſoluẽdo vel cõuertendo. c. magnæ. extra, de voto. c. quamuis. extra, de
ſentẽ. excõ. Secundus in tollẽda incõtinentiæ ſuſpicione. c. quum in iuuẽtute. extra, de præſump.
adde ca. diffiniuimus. xviij. q. ij. in verbo, vetula.
vbi Archi. addit. c. fraternitatis. xxxiiij. diſt. ſimiliter ad præteritiõis collationẽ eius cõſert. c. iuuẽculas. xx. q. j. ad morũ informationẽ. c. j. xij. qõ. j.
ad iuris diffinitionẽ. c. de quibus. xx. diſtin. Plura
etiã alia refert Luc. de pen. in. l. decurio. C. de decurio. lib. x. & in. l. j. C. de cõſuli. lib. xij. & in. l. ij.
C. de primicer. lib. xij. poſt Archid. in. c. dño ſancto. l. diſtin. & in. c. Paulus. j. ij. q. vij. Archid. refert dictũ Pauli. j. ad Timotheũ. ij. c. ſenem ne increpaueris. Et Leuiti. xix. Coram cano capite cõ
ſurge, & honora perſonam ſenis, & time dominum deum tuũ. Senectus enim morbus eſt incurabilis, & ſicuti de incurabili morbo iudicatur in
3 ca. vnico. de cler. ægro. lib. vj. † quemadmodum
enim permutatio cũ ægrotante facta ſuſpecta iudicatur ſeu fraudulẽta, ſic & cũ ſene facta, ſecundùm Ioan. And. in. c. quoniã frequẽter. §. in alijs.
argumẽto illius tex. extra, vt lite non conteſta. &
in dicto. c. magnæ. extra, de voto & voti redẽpti.
Idem ſentit Archid. in. c. nihil. vij. q. j. per dictum
c. vnicum. de cleri. ægro. lib. vj. dicam infrà. vnde

Archidi.in dicto ca.nihil.vij.q.j.dixit,fortè faci-
lius admittenda eſt ægri renunciatio quàm ſenis.
Nam ſenio fractus parũ præſumitur viuere & ci-
tò liberare eccleſiã . antiquatio enim & ſenectus
prænuncia ſunt mortis. c.illud.xiij.qõ.ij. ægroti
verò diutius ſolẽt viuere. de quo in dicto.c. vni-
co.de cleri.ægrot.lib.vj. notat Abb. in dicto ca.
quoniã frequẽter.§.in alijs.extra,vt lite nõ conte
ſta. Quibus addo Feli.in.c.qa veriſimile.in prin
ci.extra,de præſump.tex.& illhic Nico.Spi.in.l.
certè.C.de proxi.ſacro.ſcri.lib.xij. Per quẽ dicit
4 Spi. † Si cui cõceſſa eſt expectatiua gratia benefi
ciorũ per mortẽ vacanniũ in aliqua eccleſia,& cõ
tingat ſenem aliquẽ pingue beneficiũ permutare
cum modico,etiã de ſuperioris cõſenſu,quum ta
lis permutatio fraudulenta ſit,reuocabitur, & ea
non obſtãte ſuccedente morte ſenis beneficium
per eius obitũ vacare cẽſebitur,non autẽ permu-
tatione. c.ij.de renũcia.in.vj.cle.vnica.de ꝓcura.
l.ſi dolo.ff.de dolo.& argumento eſt.l.dolus. ff.
mãda. Addit Feli.in dicto.c.quia veriſimile. Ioã.
de Ana.idem ſentientem in.c.audiuimus.ij.colũ.
extra,de colluſ.detegẽ. Et Ioan.de Ligna.in.c.j.
de cleri.non reſidẽ. Cui addo Io. Andr.in.c.vni-
co.in fin.de rer.permut.in.vj. & in.c.quæſitum.
extra,eo.ritu. Deciſ.Rot.cxxix.in antiq.& deci.
ccclxj. Etiam in antiquis deciſionibus.

Tu illis adde tex.in.l.ſeniũ.in prin.C.qui teſta.
5 facere poſ. † vbi ſenium et ægrotationẽ corporis
à pari iudicat. Addit etiã glo.in.d.c.ij.de renũci.
in.vj.in verbo,renũciet.de eo qui in fraudẽ eſſet
occiſus,qui tenue habebat beneficiũ,per rationẽ
illius tex. Prædictis addere non pudet quæ dixit
de ſenectute Cicero in Catone maiore. Quatuor
inquit,eſſe cur ſenectus miſera videatur. Vnum
quod à rebus gerẽdis auocet. Alterum quòd cor
pus infirmũ faciat. Tertiũ quòd priuet omnibus
ferè voluptatibus. Quartũ quòd haud ꝓcul abſit
à morte. Er Plautus in Menechmis. Cõſitus ſum
ſenectute,onuſtũ gero corpus,vires reliquere vt
ætas mala eſt. et Actius in Epmauſimache, Mors
inquit, amici ſubigit quod mihi eſt ſeniũ, multo
acerrimum. Et Horatius in arte poëtica:

6 † Multa ſenẽ circũueniunt incõmoda,vel quòd
Quærit,& inuentis miſer abſtinet,ac timet vti:
Vel quòd res omnes timidè,gelideq; miniſtrat,
Dilator,ſpe longus,iners,auiduſq; futuri,
Difficilis,querulus,laudator temporis acti
Se puero,cenſor,caſtigatorq; minorum.

Vnde & diuus Ambro.j.officiorum lib.ca.xxx.
Conſiderãda,inquit,eſt in largiẽdo ætas atq; de-
bilitas,nonnunquã etiã verecũdia quæ ingenuos
prodit natales, vt ſenibus plus largiaris qui ſibi
labore iam nõ queunt victũ quærere. Et canoni-
ſatur in.c.cõſideranda.lxxxvj.diſtin.cuius ſuprà
meminimus. Et idẽ vult diuus Hierony.cõtra Io
uinianũ,cuius dictũ tranſſcribit in c.quomodo.
xxxj.q.j. Et in ſumma.& in.c.j.xxxij.diſtin.& in
l.ciuitatibus.in prin.ver.hoc amplius.ff.de leg.j.
l.vnica.in verbo,robur annorũ.C.de mendican.
valid.lib.xj. Et propter ſeniũ ſicuti propter mor
bum coadiutor epõ datur.ca.ſicut vir.in fi.& ca.
ſeq.vij.q.j. Et illhic exẽplum datur diui Auguſt.
qui venerato patri Valerio Hipponẽſis eccleſiæ
epiſcopo ratione ſenectutis datus eſt coadiutor.

7 Vnde Imperator † propter ſeniũ ſicuti propter
morbũ permittit officialibus ſuis poſſe per ſubſti
tutũ ſeruire,in.l.certe. C.de proxi.ſacro.ſcri.lib.
xij.&.l.j. C.de præpo.agen. in re.eod.lib. &.l.ſi
quis ex corpore.C.de murileg.lib.xij. per quam
Bald.in.c.mutus epm,abba.vel abbatiſ. colla.x.
dicit eũ,qui principi ſeruitiũ debet, nõ poſſe per
ſubſtitutũ ſeruire. Sed illa.l.mihi hoc nõ probat.
Et plerũq; excuſantur, & nihilominus cõſequen
tur id ꝓpter quod ex opera conſequi debebãt.l.
arboribus.§.de illo.ff.de vſufruct. In his verbis,
vel defectu ſenectutis hominis. &.l. liberta ma-
ior quinquagenaria.ff.de ope.liber. Et quũ opta
tam quietẽ acceperũt propter ſeniũ et inter viros
illuſtres ſenatores cœperũt munerari honore cu-
riæ ſine aliqua functione lætabũtur.l.decurioni-
bus.C.de ſilẽtia.lib.xij.in memoriã prioris digni
tatis.l.hac noſtra. C.de præpo.ſacri cubi.lib.xij.
8 l.maximarũ.C.de excuſ.muner. † Senes etiam ſi
corã iudice non compareant teſtimoniũ dicturi,
excuſanť.c.ſi quis teſtiũ.extra,de teſti. Nam etiã
inuiti teſtimoniũ non dicũt,in.l.inuiti.ff.de teſti.
§.inuiti.iiij.q.iij. De quo etiã in.l.in lege Aquilia
ſi deletũ.vbi per Floria. ff.ad.l.Aquiliã.c.quum
olim.extra,de teſtib. A muneribus etiã excuſan-
tur,in quibus corpore ſeruiendũ eſt.d.l.ſemper.
ff.de iure immu.l.ſi. C.qui æta.vel ꝓfeſ.ſe excuſ.
lib.x.&.l.vnica. C.qui æta.ſe excuſ.lib.v.l.ij. C.
de his qui nõ imp.ſtipẽ.lib.x. Intellige de his mu
neribus quæ perſonaliter implẽda ſunt:non autẽ
de his quæ conſilio prudẽtis viri vel patrimonio
ſufficiẽter in homines obiri poſſunt,inquit.l.ij.§.
corporis debilitas. ff. de vaca.muner. Et Cicero
Officiorũ lib.j.titulo de officio ſenũ,inquit,ſeni-
bus labores corporis ſunt minuẽdi,exercitatiões
animi etiã augendæ vidẽtur. Et iterũ,nihil magis
cauendũ eſt ſenectuti quàm ne lãguori deſidiæq;
ſe dedat. Et in Catone maiore rebus agẽdis ſene-
ctus abſtrahit. & legit interrogatiue. Et ſtatim re
ſpõdit, Nullæ'ne igiť res ſeniles ſunt quæ vel in-
firmis corporibus animo tantũ adminiſtranť? Ite
rũ vacat ætas noſtra muneribus his quæ poſſunt
ſine viribus ſuſtineri. Et Imperator in.§. ſi verò
vitæ.verſ.& ſi quædã.et.§.ſi vero aliqui.in authẽ
ti.de quæſtor. colla.vj.verſi.læſos autẽ aut læſas
corpore aut canicie graues hos ſine moleſtia eſſe
iubemus in hac bõa ciuitate.d.c.Paulus.x.q.vij.
De quibus per Luc.de pẽ.in.l.j.col.ij.C.de con-
9 ſuli.lib.xij. † Vnde etiã ſenes cõſilio lõge iunio-
ribus præſtãtiores exiſtimãtur. Canicies enim ſe-
nũ ſapientia eſt.c.porrò.lxxxiiij.diſtin.& Sapiẽ.
iiij.ca.ſcribitur, Dignitas ſenum canicies. Quare
Moyſi iuſſum eſt ſeptuaginta viros ex ſenioribus
Iſraël,

Iſrael, quos nouerat, cōgregare, qui ſenes populi
eſſent ac magiſtri. in. c. ſi ergo. viij. q. j. c. de qui-
bus. xx. diſtinc. & Prouerbi. xvj. c. dicitur, coro-
na dignitatis ſenectus. & Valerius li. ij. titulo de
nupti. quum de honore impenſo ſenibus à iuue-
nibus, inquit, ſenectuti iuuentus ita cumulatum
& circunſpectum honorem reddebat tanquam
maiores natu adoleſcentium communes patres
eſſent. & diuus Petrus prius ſeties ſalutare do-
cuit, Prima Petri. c. vltimo. Similiter, inquit, ado
leſcentes ſubditi eſtote ſenioribus. omnes enim
inuicem humilitatem inſituate. & ob id Cicero
10 officiorū lib. j. † danda eſt, ait, opera, vt & ami-
cos & iuuentutem, & maximè rempublicam cō-
ſilio & prudentia ſenes quàmplurimū adiuuent,
Exemplo Appij Claudij Cæci, quum ſentētia ſe
natus inclinaret ad pacē & fœdus faciēdum cum
Pyrrho, non dubitauit dicere illa quæ Ennius à
ſuis verſibus perſecutus eſt, vt Cicero meminit.
Quo vobis mentes rectæ quæ ſtare ſolebant,
Antehac demēti ſeſe flexere ruina? cæteraq; gra-
uiſsime, vt Plutar. in vita Pirrhi voluit. & Liuius
lib. xiij. ſua id obtinuit ſentētia, vt Pirrhus Italia
excederet. Iſtius Appij Claudij Cæci meminit iu
reconſultus in. l. j. §. caſum. verſi. Appius Clau-
dius. ff. de poſtulan. Appius denique Claudius
Cæcus, inquit ille text. cōſilijs publicis intererat
& in ſenatu ſeueriſsimam dixit ſententiā de Pyr-
rhi captiuis non recipiendis. vnde & Romulus
ſenatores inſtituit centum numero, quos ob ho-
norem patres, ob ætatem ſenatores appellauit, vt
Feneſtella de magiſtratibus Romanis voluit. &
apud Lacedæmonios ſenes appellari eos, q ſum-
mum quendam magiſtratum gerunt. Liuius au-
tem lib. j. dixit centum ſenatores, quos Romulus
creari voluit, ab honore patres vocari. Plutarch.
aūt in vita Pyrrhi fert Cyneā legatum à Pyrrho
miſſum Romam pro captiuis redimendis paceq;
cum Romanis poſt Lucaniam victoriam tractā-
da, Cyneam dum hæc agerentur, moribus ac
inſtitutis Romanis ſtudium impartiſſe Pyrrho:
poſtea retuliſſe ſenatum Romanum multorum
11 regum ſibi conſeſſum videri. † Et Cicero conſi-
lijs iuuenum & gubernatione reſpublicas labefa
ctari ait. Ecōuerſo à ſenectute, ait in Catone ma
iore, non viribus nec velocitate res magnæ gerū
tur, ſed conſilio antiquorum & ſcientia, qui non
orbari ſed augeri ſolēt. c. ſi quum pridem. §. alia.
extra. de renūcia. Alia multa quæ antiquitati de-
feruntur. trahit Archi. in dicto. c. domino ſancto
l. diſtinc. & alijs locis ſuprà alleg. & plura eo Di
uus Hierony. in epiſtola ad Nepotianum de in-
ſtitutione clericorum, quæ mihi ſufficiant. Pleri-
que ante & poſt Ciceronem de ſenectute diſſe-
ruerunt. Exemplo eſt quod de Roboan ſcribi-
bitur. iij. regum. xij. cap. & ij. Paralipo. x. ca. qui
quum iuuenum cōſilio vteretur, duarum tribuū
tantùm rex conſtituitur. & Quintilia. lib. inſtitu.
orato. xij. c. iiij. vnde, inq̄t, ſenibus autoritas ma-
ior eſt quod plura noſſe & vidiſſe creduntur: ſed
non eſt expectanda vltima ætas, quū ſtudia præ-
ſtent vt quantum ad cognitionem pertinet rerū
etiam præteritis ſeculis vixiſſe videantur. huius
meminit Iuſti. in. l. vnicuique. §. hāc quoque ob-
ſeruationem. in his verbis, licet parum obſeruaſ-
ſe militiam cognoſcatur. C. de proxi. ſacro. ſcri.
lib. xij. Ex ea poſt glo. Nicol. Spinel. notat in eū
qui parum ſtuduit. Parum, inquit, nouit pro ami
12 co noſtro. † Sed nō omnis ſenex maturus eſt cō-
ſilio. Plerunque enim deliri ſunt, vt ſcribitur Da
nielis. xiij. c. & refertur in. c. non omnes. ij. q. vij.
dicto. c. tanto. lxxxvj. diſtinc. vnde diuus Hiero-
nimus ad Paulinum, noli fidem penſare tempori
bus nec me idcirco putes quod prior in Chriſti
exercitu cœperim militare. de iuuētute Panegeri
cum ſcribere non abſumpſi. Conuertam igitur
calamum ad inſtitutum noſtrum quod de ſeni-
bus excuſandis eſt. Senium autem quadruplex
eſt, vt inquit Luc. de Pen. in. l. decurio. C. de de-
curio. lib. x. poſt Archi. in dicto. c. tanta. lxxxvj.
diſtinc. dic vt per eos.
13 Sed quando quis ſenex eſſe dicatur? aliquando
enim ſenex dicitur qui quinquaginta quinq; an-
nos natus eſt. l. nō tantum. §. j. ff. de decurio. l. fi.
C. qui æta. ſe excuſ. lib. x. & talis à perſonalibus
muneribus excuſatur. l. excuſantur. in princip. ff.
de excuſa. tutor. §. item maior. inſti. de excuſa. tu-
tor. l. vnica. C. qui æta. ſe excuſ. lib. v. Non autem
à patrimonialibus. l. neque tempore. & l. etiam.
C. de muner. patrimo. lib. x. l. in honoribus. & l.
ij. §. numerus. ff. de vaca. muner. Aliquādo ſenex
quis dicitur q ſexagenarius eſt. l. ſi pater. §. in ar-
rogationibus. ff. de adoptio. de quo per glo. in. l.
non aliter. §. fi. in verbo, ſeniores. ff. de leg. iij. ali
quādo ſenex eſt quæ quinquagenaria eſt. l. liber
ta. maior quinquaginta annis. ff. de oper. liber.
Liberta enim quinquagenaria à præſtatione ope
rarum excuſanda eſt, per illū tex. Nam & à libe-
rorum procreatione natura regulariter arcetur.
14 l. ſi maior. C. de legi. hæredi. † vnde lege Papia
nuptiæ cum quinquagenaria & ſexagenaria pro
hibebātur, per illum tex. eo quòd matrimonium
cauſa procreandorum liberorum ordinatum ſit.
l. adigere. §. quamuis. & §. fin. ff. de iure patro. &
principalior cauſa & affectio contrahendi matri
monij iſta eſſe debet, procreandorum filiorum.
hodie vero humanitatis ſolatio ſecundæ nuptiæ
permiſſæ ſunt. c. omnino. xxxj. diſtinc. & Primæ
ad Corinthios. vij. & c. hac ratione. & c. quomo
do de virginibus. xxxj. q. j. vnde & ſenes ſeptua-
genarij etiam quibus non fortè non multa pro-
creandæ ſobolis ſpes eſſe poteſt, rectè nuptias cō
trahunt. c. nuptiarum. in princi. & illhic gloſ. in
verbo, in quibuſdā. & poſt eam Archi. xxvij. q.
j. gl. in. c. ij. per illum tex. extra, de frig. & malefi.
Nam nemo tam ſenex eſt quin aliquando natu-
ræ beneficio vti poſsit. c. ſolet. xxxij. q. ij. Legi-
mus enim apud Plutarchū in vita Catonis, quū

iam Cato annis grauis eſſet, Saloniꝫ ſcribæ filiam
deſpondiſſe, ex eaq; filium ſuſcepiſſe, & ex ma-
15 tris cognomento Salonium nuncupaſſe † Gel.
noctí. attica. tit. x. c. xxviij. & Valerius titu. de ſe
nectute refert Maſiniſſam numidie Regem poſt
ſextum & octogeſimum annum filium generaſſe
cui Methymato nomē dedit. dicit Seruium Tul-
lum regem populi Romani ſenes eos appellaſſe,
qui ſupra annum quadrageſimum ſextum erant.
Plutarch. de Placi. philoſophorum capite vltimo
ait Aſclepiadem ſolitum dicere Aethiopas cele-
riter ſenéſcere, annoq; trigeſimo ſenes eſſe. Britā
nos verò centum & viginti quinque annis ſene-
ſcere: quandoquidem ob rigeſacta loca intror-
ſus calorem arceant. Similiter qui & Aquilonē
incolunt quod denſa eorum corpora ſunt, ob id
longæui ſunt, quamquam Valerius titu. de ſene-
ctute, dicat poſt Hærodotum Aethiopes & In-
dos centeſimum & trigeſimum tranſigere. ſcribi
tur autem Geneſis. vj. Non permanebit ſpiritus
meus in homine ineternum quia caro eſt, erūtq;
dies illius centum viginti annorum. aliter diuus
Auguſtinus interpretatur libro de ciuitate dei
xv. c. xxv. Quamuis aliter ſentiat libro. ij. diuina
rum inſti. c. xiiij. Cæterùm Ioſephus lib. antiqui-
tatum primo in hanc partem inclinat. iuuabit Io-
ſephi verba referre. recidebatur eñ Iani vita ho-
minum fiebatq; paulatim breuior vſque ad gene
rationem Moiſi: poſtquam terminus vitæ centū
& viginti poſitus eſt annorum, hos annos ſtatuē
te deo quantos & Moyſen prouenit vixiſſe. hæc
c. xiiij. primi libri antiquitatum. quare fabulæ po
tius aſcribo quàm hiſtoriæ quod Valerius ſcri-
bit in titu. de ſenectute de Arganthoneo Gadita
no, Epimenide Cnoſio & Dādone. & quibuſdā
Epiis qui ſunt pars Aetoliæ quos poſt Hellani-
cum dicit annos ducentos explere. & Deutero.
xxxj. de Moyſe dicitur centum viginti annurum
ſum hodie: et non poſſum vltra egredi. de quo in
c. prædixerat de pœniten. diſtinc. j. Legimus etiā
in. §. ſi verò intra. in authen. de monach. colla. j.
de zoſimo tunc centeſimum propè & vigeſimū
agente annū. Similiter in annalibus fraucis Ro-
berti gaguini in vita Ludouici cognominati
groſsi memoratum eſt de Ioanne de temporibus
vt plerique affirmant Caroli magni armigero
ccclx. annos attigiſſe, qd' vti recte ſentit Gagui-
nus fabulæ potius quàm hiſtoriæ tribuēdum eſt
16 quum † hodie vita hominis ſint octoginta anni
quod ſupra eſt non amplius niſi labor & dolor
Pſalmo. lxxxix. anni noſtri, inquit Pſalmiſta, ſi-
cut aranea meditabuntur, dies annorum noſtro-
rum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in poten-
tatibus octoginta anni, & amplius eorum labor
& dolor.

Cæterùm quantum ad caſum huius ſenatuſcon-
ſulti ſenex is eſt qui canicie grauis eſt, neque va-
let corpore reſiſtere. hoc ſonat verbum, defecti
ſunt. vt in. §. ſi vero vitæ. &. §. ſeq. in authen. de
quæſtori. colla. vj. dicto. c. niſi quum pridem. §.
alia verò extra, de renuncia. l. ij. §. fin. ff. de vaca.
muner. & aliis ſuprà relatis.

Sed prædictis obſtare videt̃ ratio. l. j. §. potuiſſe
in his verbis, ſi nō corpore ſuo, at certe voce plo
rando. &. §. excuſantur. verſi. veluti. eadem. l. ve-
luti, inquit, ſi quis exclamauit vt ad auxilium cō-
ueniretur. & quod ſequitur in eodē. §. ſimiliter.
in. l. excipiuntur. infrà eo. Quibus plurimū con-
uenit. l. poſtliminium. §. fin. ff. de capti. & poſtli-
mi. reuerſ. in his verbis, Sed & omnes homines
qui eius naturæ ſunt, vt vſui eſſe vel conſilio vel
aliis modis eſſe poſsint. & ideo niſi deliri ſint ſe-
nes, quia mente carcant propter ſenium, vt in di-
cta. l. ſenium. C. qui teſta. facere poſ. excuſari nō
17 debeant, † Ego puto ſic hūc. §. legi debere cum
ea moderatione vt ſenex excuſetur ſi propter ſe-
nectutem tueri dominum non potuit ſe opponē
do. Sed ſi voce iuuare potuit, non excuſatur. &
ſic leges ſenes excuſant in his in quibus corporis
debilitas prohibet quo minus corpore ſe oppo-
nere poſſunt. l. ij. §. corporis debilitas. ff. de vaca.
muner. l. ij. C. de his qui imple. ſtipen. li. xij. Ex-
cuſantur enim qui ꝓpter prouectæ ætatis ſeniū
amplius militare non poſſunt. Quam Flori. de
ſancto Petro in dicta. l. inuiti. ff. de teſti. dicit ſe
cuidam vicino annoſo nimis allegaſſe qui puel-
lam iuuenem vxorem duxerat vt à temporali bel
lo excuſaretur. Nulla autem eſt quæ parcat amā
ti. Iuuen. Saty. vj. Sed ſi aliter ſenex dño ſubueni
re poterat, puto eum excuſandum non eſſe, per
dictam. l. poſtliminium. in ſi. ff. de capti. & poſtli.
reuerſ. & dictam. l. j. §. potuiſſe. & dicto. §. excu-
ſantur. verſicu. veluti. ſuprà eo. & Ioā. Fab. in. §.
item maior. inſti. de excuſa. tuto. per illum tex. &
ſimiles, infert quum munus iudicandi perſonale
ſit. l. fi. §. iudicādi. ff. de muneri. & honorib. l. ſan
cimus. j. C. de aduoca. diuerſ. iudi. facilius ſeptua
genarium ab illo munere excuſandus eſſe, quum
graue onus ſit iudicantis. non ſic eſt in teſte, ſecū
dum Ang. Areti. in dicto. §. item maior. quia in-
18 uitus dicit teſtimonium. † quum maior in ſene
quàm iuuene probitas exiſtimetur Cui adde. c. ſi
officia. lix. diſtinc. & ſermo veracior. ca. conſan-
guineos. xxxv. quæſt. vj. c. porro. lxxxiiij. diſt. de
quo in. ca. quum in iuuentute. extra, de præſum-
ptio. Et ob id facilius eis creditur. c. quoties. ex-
tra, de teſti. notat Bald. in dicto. c. niſi quum pri-
dem. extra, de renuncia. Sed in ſeptuagenario id
non admittunt Hoſtien. & Io. Andr. in dicto ca.
quoniam frequenter. §. in aliis. extra, vt lite con-
teſ. & in dicto. c. quia veriſimile. Abb. & Feli. ex
tra, de præſumptio. & in. c. quum tu. & ca. quum
olim. extra, de teſti. quamuis vario modo Flori.
legerit. l. inuiti. ff. de teſti. dicunt enim non cogē
dum eſſe per illum tex. ſi tamen teſtimonium di-
cere velit, dummodo aliàs ſanæ mentis ſit, vt ſu-
prà dictum eſt per. l. ſeniū. C. qui teſta. face. poſ.
audiendum eſſe & recipiendum eius teſtimoniū.
Sed

Sed non debẽt ſenes compulſionem expectare,
maxime quum appropinquant morti,timere de-
bent peccatum veritatis tacẽdæ.c.j.extra, de cri.
19 falſ. † Tamen in ea opin.vt præciſe propter pec-
catum ſenes cogi poſsint teſtimonium dicere, eſt
glo.in. c.ſi quis teſtium.extra,de teſti.& ille tex.
non videtur applaudere opi.Flori. de ſancto Pe
tro in dicta.l.inuiti. vt intelligatur inuitum non
compelli ad iudicemvenire et dicere teſtimoniũ.
Sed iudex ad eum mittere debet, ſi corpore de-
bilitatus eſt, & ad iudicem venire non poteſt: &
tex.in dicto.c.ſi qui teſtium.ſatis hoc velle vide-
tur,dum inquit,ad ipſos recipiẽdos mittatis per-
ſonas idoneas & diſcretas.Prius autem dixerat il
le tex.ſenes.vel debilitate confecti aut pauperta
te depreſsi,ita quod non poſsint venire. & gloſ.
ad id allegat.c.quiſquis.xj.q.iij.e.nouit.extra de
iudi.& dictam.l.ij.§.corporis debilitas.ff.de va-
ca.muner.& Inno.in dicto.e.quoniam frequen-
ter.colum.ij.velle videtur cogendos eſſe,& præ
ſertim quum ad futuram rei memoriam examinã
tur,ne veritas depereat. & hac ratione concedi-
tur ante conteſtatam litem poſſe eos examinare.
l.iij.§.duæ cauſæ.ff.de Carbo.edicto.quæ lex ad
id ſingularis eſt.Cui adde.l.in lege Aqlia ſi dele
tum.ff.ad legem Aquiliam.dictum.c.olim.extra
de teſti.& ideo illa Flori.interpretatio in dicta.l.
inuiti.& Inno.in dicto.c. quoniam frequenter.
& glo.in dicto.c.ſi qui.violat plurimum dictam
l.inuiti.& reſponderi poteſt.c.j.extra, de crimi.
20 falſi.quum † de eo teſte intelligi debeat non ſe-
nio confracto,qui ad iudicium vocatus dicturus
teſtimonium iurauit veritatẽ deponere & renuit
qui non minus peccat veritatem tacendo quàm
falſum teſtificando.&.c.quiſquis.xj.q.iij. de eo
loquitur qui propter metum potentis veritatem
occultat.Quanquam pleræque ſunt cauſæ quas
prodere nemo compellendus eſt,de quibus in.c.
ne qs arbitretur.xxij.q.ij.l.qui vas.§.j.ff.de furt.
ſed illi tex.in teſte non loquuntur. Præterea non
ſemper id malum eſt quod eſt occaſio mali.c.cer
te.xij.q.j.quem ad id notat Archi.addens.c.ſi.§.
quem verò de pœniten.diſtinc.vij.&.c. de occi-
dendis.xxiij.q.v.dicam in.l.penult. infrà eodem
titulo.Sed ſi vis illa iura canonica in teſte inter-
pretari:non erit interpretatio aliena,dum dicunt
eum æquè reum eſſe falſitatis qui veritatem oc-
cultat,eo qui mendacium dicit:quum iurare de-
beant teſtes verum proferre teſtimonium,ne ve-
ritas occultetur , & patiatur ſciens aliquem cum
alterius iactura locupletari.Sed,vt dixi,hæc ra-
tio non recipitur in dicta.l.qui vas.Sed in accuſa
tore aut delatore intelligẽda eſt.Sed difficile eſt
21 dictæ.l.inuiti.reſpondere,dum illa.l.ait, † inuiti
teſtimonium dicere non coguntur ſenes.Scio au
tem æquitatem eſſe potius mouere eos ꝙ coge-
re ad veritatem teſtificandã per rationem Inno.
ex dicta. l.in lege Aquiliã ſi deletũ.ff. ad legem
Aquiliam.&.c.quum olim.extra,de teſti.Cuius
ſententiam Archi.amplectitur in dicto. §. inuiti.
iiij.q.iij.verum eſt autem Inno.dicere in dicto.c.
quoniam frequenter.quem communiter omnes
ſequũtur,in arbitrio iudicantis eſſe arbitrari qui
ſenes dici mereãtur:quum plerique plus in. lxx.
anno valeant alijs in quinquageſimo.Tu innite-
re æquitati.Poſſes autem crimina ab actionibus
ciuilibus diſtinguere,vt crimina detegere nõ te-
neantur ſenes,niſi ea eſſent,quæ damnum irrepa
rabile in perſonam alicuius allatura forẽt ſi con-
tingeret ea occultari,per dictam.l.qui vas. ff. de
fur.&.c.pen.vbi per Archi.de pœniten.diſtinc.
vj.dicam in.l.penul.infrà eodem, vt non peccet
ſi non reuelet:quia grauamen non affert irrepa-
rabile illud crimen,dicto.c.de occidendis.xxiij.
22 q.v. † in ciuilibus autem quamuis teſtis officium
neceſſarium ſit,& in eis cogi teſtes poſſint.c.præ
terea.extra,de teſti.cogen.tamen dubitarẽ pro-
pter dictam.l.inuiti.ff.de teſti.niſi eum argueret
conſcientia rei alienæ,tunc ſatis putarem eũ tene
ri reuelare,argumento.l.fin.C.vnde vi. quia nõ
remittitur peccatum,niſi ablatum reſtituatur,ſe-
cundum diuum Auguſti.& regula,peccatum.de
reg.iur.in.vj.vel propter occultationem verita-
tis ſecundum quod voluit Innocẽ.& puto recte
ſentire Hoſtien.& Ioan.And.in dicto.c.quoniã
frequẽter.vt vnuſquiſque cauſam ſuam indicet,
ne eum peccatum arguat, quia veritatis occul-
tator ſit:& verum eſt,nec multum à veritate alie
na eſt ratio Richardi Malumbræ,cuius meminit
Bald.in lectura antiqua dictæ.l.inuiti.quia ſene-
ctus mater eſt obliuionis.l.iij.§.duæ cauſæ.ff. de
Carbo.edicto & ob id verentur ſæpiſsime pro-
pter labilitatem memoriæ teſtimonium dicere,
potiſsime ſeptuagenarij,vt inquit illhic gloſſ. &
videre poteſtis ex præcedentibus. & ob id dicit
illhic Bald.priuilegium eſſe ſenectutis, non autẽ
teſtimonij prohibitio,per illum tex.in verbo,in-
uiti.niſi paterentur mentis exilium,dicto.c.j.ex-
tra,de renuncia.iunge quæ ſuprà dicta ſunt de ſe
nio,quia hic recte conueniunt.

In tex.Surdus quoque.quæ ad huius.verſicu.
interpretationem neceſſaria ſunt,in.l. j. §. iuxtà.
verſicu.potuiſſe.&.§.tuliſſe.ſuprà eodem plenè
expoſuimus . quæ tamen omiſſa erant explica-
bimus .

23 Surdus † inter imbecilles annumeratur. imbe-
cillis ſeu imbecillus quaſi baculo indigens & ſic
debilis aut debilitatus.l.ij.in verbo,debilitatum
C.qui morbo ſe excuſ.lib.x.&.l.vnica.C.q mor
bo ſe excuſ.li.v.l.diſcretis.C.qui teſta.face.poſ.
l.j.§.propter caſum.ff.de poſtulan.§.itẽ ſurdus.
inſti.quibus non eſt permiſ.facere teſta.l.j.§.fin.
ff.de tutel.l.agnato.in fin.ff.de legi.tutori.l. j. in
princ.ff.de verborum obligatio.§.mutum.inſti.
de inutil.ſtipula.poſſent hic multa cumulari quæ
referuntur per Alexand. & Moder.in dicta. l. j.
ff.de verborum obliga. in dicta.l.diſcretis. quæ
autem huic.§.neceſſaria erunt , non prætermittã

De ſurdaſtro, ſeu eo qui minus audit, ſecus, vt
in. l. ij. §. minus audiens. ff. de vaca. muner. & l. fi.
ff. de legi. tutor. §. item ſurdus. inſti. quib. non eſt
permiſ. facere teſta. & dicto. §. mutũ. inſti. de inu-
ul. ſtipul. l. j. §. finali. ff. de actio. & obligatio. Po-
teſt recte induci dicta. l. diſcretis. §. ſi autem infor
tunium. in ratione ſui, ſi quis ſupra cerebrum il-
lius loquatur. C. qui teſta. face. poſ. & ſic quam-
uis auriculari morbo quis debilitatus eſſet, quia
minus audiret: non iuuaret eum morbus, per
hunc text. in ſecunda parte huius verſicu. dum
ait, aut inter eos qui ſub eodem tecto non ſunt:
quia vt ille per ſpacium, hic per morbum nihil
24 audit. † & ſic ſurdaſter qui aliquid audit & audi-
re veriſimiliter potuit non excuſaretur, ſicuti nec
is qui in eo loco eſt ex quo audire potuerit, li-
cet non audiuerit, vt declaratum eſt. l. j. §. hoc
autem ſenatuſconſultum. ſuprà eodem. Eadem
ratione vtitur iureconſultus in verſiculo, mu-
tum. infrà noſtro. §. dum inquit, ſed ibi vbi vo
cis tantum auxilium ſuperfuit. Nec facio vim
in hoc an natura vel ex accidenti ſurdus quis
ſit aut mutus. Sufficit enim quod nihil pror-
ſus audiat, dicta. l. j. §. propter caſum. ff. de po-
ſtulan. vel loqui non poſsit, vbi auditus ſeu
vox deſideratur. l. vbi non voce. ff. de regulis
iuris. l. in quibuſcunque. ff. de actioni. & obli-
gationibus. l. ſurdi & muti. ff. de manumiſ. vin-
dicta. & l. j. iuncta glo. interpretatione. ff. qui
& à quibus manumiſ. liber. accipi. & hunc tex.
25 induco ad duo. † Primum generale dictum le-
gis per rationem reſtringi. Nam hic text. ge-
neraliter in modum regulæ dixit ſurdum excu-
ſari. Demum in ratione quo ad quid limitat &
reſtringit. De hoc dic vt in. l. generali. §. vxo-
ri. ff. de vſu & vſufruc. lega. l. doli clauſula. ff.
de verborum obligationibus. l. qui liberis. §.
hæc verba. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. Se-
cundum quod hic recte probatur eſt, mutum
& ſurdum in eo ſenſu quo valent, idoneos te-
ſtes eſſe. Nam ſi hic ſurdus non excuſatur ſi
peccat in eo ſenſu in quo valet, ſimiliter mu-
tus. igitur vbi in teſtes producti erunt, recipien
di ſunt ſi teſtimonij ſui rationem reddant in ſen
ſu quem callent. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo.
verſiculo. nam ſi auditus capaces ſunt. ff. ad Tre
bel. dum ait, nam ſi auditus capaces ſunt, vel
interrogari nutu poſſunt, ſignificare velle ſe pe
riculo ſuo hæreditatem adire, quomodo abſen
tes per nuncium. l. mutum. in princip. ff. de ac-
26 quirenda hæredi. Dum glo. ait, † in aditione hæ
reditatis non deſiderari niſi voluntatem decla-
rari per factum. Ego intelligo in teſtimonio ſur
di, vt factum ſit illi notum, vt quia vidit, licet
non audierit: tamen voluntatem ſuam eius quod
vidit verbis declarat: vel ſi mutus eſt, ſcriptis
tradit, ſi ſcribere poteſt, aut aliàs nutu intelligi-
bili declarare. l. pater. §. mutus. ff. de acquiren.
hæredi. ibi, magis eſt vt ſi intellectu non careat,
nutu iubere poſsit adire hæreditatem. quod fa-
cilè explicare poſsit ſcientia literarum. & in. l.
diſcretis. C. qui teſta. facere poſ. & Mod. poſt
Paul. de Caſ. hunc articulum plenius proſequi-
tur. & Bald. illhic formam quam notarius aut
ſcriba in conficiendo inſtrumento vel eius depo
ſitione ſcribenda obſeruare debet, recenſet. Di-
cit enim Bald. notarium debere verba interro-
gantis ſcribere, & nutus muti vel ſurdi verba ple
nè deſcribere & declarare. l. Labeo. ff. ſupel. leg.
& melius in dicta. l. ſeruo inuito. §. pupillo. ff. ad
Trebel. Similiter hoc dicit iſte tex. primò, in ſur
do, dum inquit, vt illi per ſpatium. quia ſi modi-
cum ſit ſpatium & videre potuit, non excuſatur:
igitur & de his quæ in illo ſpatio vidit, teſtificari
poterit. Secundò, in muto, dum dicit, ſed ibi
vbi vocis tantum auxilium ſuperfuit. Nam ſi nu-
tu votum ſuum exprimere poteſt, recte agit: vel
ſi ſcriptura manifeſtat, vt in dicto. §. ſi pupillo. &
27 dicto. §. mutus. † Sicuti enim mutus aut ſurdus
à natura iuſſum domini manumittendi ſerui reci
pere poſſunt & manumittere, vt in dicta. l. ſurdi.
ff. de manumiſ. vindicta. & l. j. ff. qui & à quibus
manumiſ. liber. accipi. Similiter & contrahere, et
ſe obligare. l. in quibuſdam. ff. de actio. & oblig.
& l. obligamur. §. fi. eo. titu. l. item quia. in princ.
ff. de pact. l. quid id quod. §. mutus. ff. de dona. &
iuſſu domini hæreditatem adire, dicta. l. pater. §.
mutus. ff. de acquir. hæred. Cui dubium quin te-
ſtificari poſsint de his quæ gerunt, dummodo vo
lũtas eorum intelligi poſsit. Nã legere etiam is di
citur qui oculis tantùm proſpicit. l. nõ figura. ff.
de actio. & obliga. l. j. §. j. verſi. legi. ff. de his quæ
in teſta. delen. quas notat Bar. in. l. qui Romæ. §.
duo fratres. in. iiij. quæſtione. ff. de verbo. oblig.
& Io. de Platea in dicta. l. ij. C. q morbo ſe excuſ.
lib. x. & ob id Ang. in. l. iure militari. ff. de teſta.
28 milita. dicit, † ſurdum aut mutum à natura, dum
modo intellectum habeant poſſe teſtimoniũ di-
cere, argumento dictæ. l. vbi non voce. ff. de reg.
iur. idem Ang. in dicta. l. mutum. ff. de acquir. hæ
redi. alleg. Io. Andr. idem tenentẽ in apoſtil. Spe
cu. in titulo de ſyndico. §. vbi. verſ. quod ſi inſtru
mento. Similiter & Moder. in dicta. l. j. ff. de ver
bo. oblig. & in dicta. l. diſcretis. poſt Pau. de caſ.
C. q teſta. face. poſ. Sed melior eſt tex. in. d. l. ſer-
uo inuito. §. ſi pupillo. ff. ad Treb. & d. l. pater. §.
mutus. ff. de acquir. hære. Quæ ſolum conſide-
rãt, an mutus vel ſurdus intellectum habeant.
vbi ergo intellectum habent exprimendæ vo-
luntatis, non debet eſſe dubium quin eorum te-
ſtimonium recte recipi debeat, per ſupradicta. &
l. cum lege. ff. de teſta. per quam is qui teſtimo-
nium dicere poteſt, teſtari etiam poteſt, & econ
29 tra. † Sed mutus qui omnino intellectu non
caret, teſtari poteſt, dicta. l. diſcretis. C. qui te-
ſtamen. facere. l. nutu. ff. de legatis. iij. l. iube-
mus. C. de teſtamen. igitur & teſtificari. Quam-
uis fortiter obſtet. l. qui in poteſtate. §. fina. ff. de
teſta.

teſta. quæ prohibet muto & ſurdo teſtari. §. item
ſurdus. inſtitu. quib. non eſt permiſ. face. teſta.
ſed ego puto intelligi debere illã. l. q in poteſta-
te. ſecundum. l. diſcretis. C. qui teſta. facer. poſ. &
plane hoc probat dictus. §. itẽ ſurdus. in fine. Cu
ius. §. verba dictæ. l. qui in poteſtate. §. fina. &. l.
ſeq. tranſſcribuntur.

Vnde ex hoc ſuperflua videtur mihi moderno
rũ diſputatio in dicta. l. diſcretis. de. §. qnimo. in-
ſti. de teſta. milita. et. l. iure militari. ff. de teſta. mi
litar. quum Iuſtinianus in dicto. §. itẽ ſurdus. vo-
luit illam. l. qui in poteſtate. §. fina. debere ſecun
dum anteriorem ſuam cõſtitutionem, quæ eſt di-
ctæ. l. diſcretis. intelligi: teſtimonium igitur ferre
poterit. Nam vbi mutus aut ſurdus intellectu nõ
carent: actus qui alijs hominibus integris conue-
30 niunt, eis permittũtur. † Poſſunt enim matrimo-
nium contrahere. l. ex facto. in princ. ff. de vulga.
ſubſti. c. quum apud. extra, de ſponſa. l. mutus. in
princi. ff. de iure dot. procuratorẽ conſtituere &
conſtitui procuratores poſſunt. l. mutus. in prin.
ff. de procura. teſtari poſſunt. dictũ eſt ſuprà do-
nare poſſunt dicta. l. qui id quod. §. mutus. ff. de
donatio. & quoſcunque alios contractus facere,
dicta. l. in quibuſcunque. ff. de actio. & obliga. l.
vbi non voce. ff. de reg. iur. dicta. l. item quia. §.
mutus. ff. de pact. adire hæreditatem poſſunt, di-
cta. l. mutum. ff. de acquiren. hæredi. & iubere eã
ſuo nomine adire. l. pater. §. fi. ff. de acquir. hære
di. &. §. fi. inſti. de hære. quali. & differẽtia. & bo
norum poſſeſsionem petere. l. ij. ff. de bono. poſ.
pupil. infanti furio. in adoptionem dare poteſt. l.
ſi pater. ij. ff. de adoptio. manumittere ſeruum po
teſt, & iubere manumittere, dicta. l. j. ff. qui & à
quib. manumiſ. liber. accipi. et dicta. l. ſurdi. ff. de
manumiſ. vindicta. & quæcunque alia, exceptis
his in quibus pro forma verba deſiderantur, vt
in ſtipulatione. l. j. in princi. ff. de verborum obli
gatio. §. mutum. inſti. de inutil. ſtipul. Similiter &
teſtificari, per prædicta. ita notat glo. in. c. teſtes.
iij. q. ix. Bar. in dicta. l. mutum. & ſequuntur Mo
der. ff. de acquir. hæredi. in. l. j. & illhic per Alex.
ff. de verborum oblig. Ioan. Fab. in. §. quinimo.
& Ange. poſt eum inſti. de teſta. milita. Moder.
omnes poſt Bal. & Paul. de Caſ. in dicta. l. diſcre
31 tis. C. qui teſta. facere poſ. † non enim refert vn-
decunque veritas clareat. c. hoc videtur. xxij. q.
v. c. ego. ix. diſtinc. c. ſecundum eccleſiæ. §. adeo.
xxj. diſtinc. Nam & per ſignũ res manifeſtari po
teſt. l. ſacrilegij pœnam. §. is autem. ff. ad legẽ Iu-
liam repetunda. §. j. in authen. de teſta. imperfec.
colla. viij. l. ſed cum patrono. §. finali. ff. de bo.
poſ. l. ij. §. penult. verſic. eandem. C. de veteri iu-
re enucle. tex. cum glo. in. l. vnica. in verbo, legi.
ff. ſi tabulæ teſta. nul. exta. Ego autem vltra hæc
volo te notare pulchrum tex. meliorem quocun
que altero in. l. nec omiſſa. C. de libera. cauſa. iun
cta etiam. l. ſeruus bonorum. ff. de bonorũ poſ.
dum ille tex. ait, ſi prætor de conditione eius cer-
tus ſit. Nam & abſenti & non petenti dari bono
rum poſſeſsio põt, ſi hoc ipſum prætor non igno
ret. & ſic quomodocunque iudex ad interponẽ-
dum decretum ſuum certus fieri poteſt, ſufficit.
per quem tex. &. l. bonorum. C. qui admit. ad bo
no. poſ. dicit Lance. in dicta. l. bonorũ. poſt Bal.
in. l. fin. C. ſententiam reſcin. non poſ. quod ſcien
tia cauſæ quomodocunque iudici cõſtet, & ſi de
creto non inſeratur, ſatis probatur. & ſicut. l. di-
ſcretis. C. qui teſta. facere poſ. &. §. item ſurdus.
32 inſti. quib. non eſt permiſ. facere teſta. † admit-
tunt eos teſtantes, ſic & teſtificantes, quum, vt ſu
pra dictum eſt, is teſtificari poſsit cui teſtari licet
§. teſtes. inſti. de teſta. & dicta. l. cum lege. ff. de te
ſta. Neq; vim facio an à natura ſurdi & muti ſunt
vt inquit. §. ſina. inſtitu. de hære. quali. & differ.
&. l. j. ff. qui & à qui. manumiſ. liber. accip. et aliæ
leges ſuprà relatæ, dummodo intellectu non ca-
reant, dicta. l. pater. §. mutus. ff. de acquir. hæred.
& dicto. §. fin. inſti. de hære. quali. & differentia.
& alijs ſuprà relatis. quamuis Io. Fab. aliter ſen-
ſerit in dicto. §. teſtes. inſti. de teſta. Primò per il-
lum tex. qui prohibet eos teſtes eſſe in teſtamen-
to, quum inteſtabiles ſint. Secũdò, Teſtis verbo
deponere debet: quod mutus facere non poteſt
l. quum ab initio. ff. quẽadmo. teſta. aperian. in-
tellige illum tex. iuncta glo. interpretatione. alio
quin tex. hoc recte non probaret. Facit quod ſu-
pra dictum eſt de ſtipulatione, in qua verba deſi
derãtur, vt mutus ſtipulari non poſsit. l. j. in prin
cip. &. §. fi. ff. de verborum obliga. Tertiò dicit
Ioan. Fab. teſtis de auditu teſtificari debet, quod
non poteſt ſurdus. alle. l. hæredes palàm. §. j. ff. de
teſta. In penitus ſurdo. intellige, vt ſuprà dictum
eſt, per. l. pen. & fi. ff. de legiti. tutor. l. ij. §. minus
audiens. ff. de vaca. muner. Quartò, Dicit Io. Fa.
ſi teſtamentum in ſcriptis redigatur, ſicuti ſolet,
vt in dicta. l. hæredes palam fieri nõ poterit ſi cũ
muto agatur. alleg. Specu. in titu. de teſta. §. nunc
33 tractandum verſi. quid de muto. † Quintò, Ex-
pedit in voce teſtem audire. l. de minore. §. tormẽ
ta. ff. de quæſtio. l. iij. §. j. ff. de teſti. Alex. in. l. j. ij.
colum. princi. ff. de verborum obligationi. Dicit
Guliel. de Cun. & Bald. in. l. qui iuraſſe. in prin.
cip. ff. de iureiuran. eſſe eiuſdem opinionis cuius
eſt Ioan. Fab. & addunt iuramentum verba deſi
derare, neque fieri poſſe niſi mediantibus ver-
bis. §. ſed neq; in princi. in auth. de manda. prin-
ci. colla. iij. glo. & illhic Barto. in. l. & per iuſiurã
dum, in princi. in verbo, verius. ff. de accepti. ar-
gumento illius legis. ſed iurare debet teſtis. ca. in
nomine domini. extra, de teſti. l. iuriſiurãdi. C. de
teſti. igitur. &c. Quibus ſe ſubſcribit Roma. in
dicta. l. j. in princi. ff. de verborum oblig. & licet
Iaſon in dicta. l. qui iuraſſe. in fi. principij. de iure
iur. videatur ab hac opi. recedere: tamen in dicta
l. diſcretis. C. qui teſta. facere poſ. licet non expli
citè, tamen implicitè conuenire videtur cum do-
ctri. Ioã. Fab. quamuis in fi. ſuæ lecturæ dictæ. l.

diſcretis. de ea remittat ſe ad Barto. & alios in di
cta. l. j. ff. de verborum obliga. & alios de quibus
illhic per eum, dum in capite legis dicit mutũ &
ſurdum ſimul à natura non poſſe teſtari, per di-
ctam. l. qui in poteſtate. §. fina. ff. de teſta. & alias
34 leges per eum ſignatas. Excipit tres caſus. † Pri-
mus eſt in milite. §. quinimo. inſti. de teſta. milita.
l. iure militari. ff. de teſta. milita. Secundò niſi à
principe obtineat. dicta. l. qui in poteſtate. §. fin.
& l. ſeq. ff. de teſta. §. itẽ ſurdus. inſti. quibus non
eſt permiſ. facere teſta. Tertiò, in cauſa pia ſecun
dum Bald. in. c. quum tibi. extra, de teſta. tamen
in hoc vltimo caſu diſcedit à Bald. & Alex. in di-
cta. l. diſcretis. in reliquis non, ſi teſtari nõ poteſt
ſimiliter nec teſtificari, dicta. l. cum lege. ff. de te-
ſta. & dictum eſt ſuprà, non repeto.

Ego vtique ſubſcribo mc communi opin. per
ſuprà dicta vbi mutus & ſurdus ſimul & à natu-
ra intellectum aliquem habent conceptum men-
tis explicantem, dicta. l. diſcretis. C. qui teſta. face
re poſ. §. fin. inſti. de hære. quali. & differen. & l.
pater. §. fin. ff. de acquir. hæredi. iũctis his quæ ſu
pra diximus. Non obſtant. §. teſtes. inſti. de teſta.
& dicta. l. qui in poteſtate. §. fina. ff. de teſta. quia
intelligo illos tex. in eo qui penitus nihil audit et
35 intellectu caret. † Nam, vt is inquit illa. l. diſcre-
tis. §. ſi autem infortunium. raro contingit vt mu
tus à natura non ſit ſurdus & contra tamen ſi na-
tura hoc facere poteſt, quamuis vtroq; ſenſu nõ
tamen intellectu careat, non puto prohiberi poſ
ſe. Nam & plures noſtra ætate iſtiuſmodi noſcũ-
tur intellectu non carentes: ſignis enim & nuti-
bus mentem declarant, & ab his, qui eorum ope-
ra vtuntur, planè intelliguntur. Sicuti Bartol. de
vno meminit in dicta. l. j. in princi. ff. de verborũ
obliga. & in dicta. l. mutum. ff. de acquiren. hære
di. & Bald. in. ca. mutus. in princi. epm, abba. vel
abba. colla. x. Poſſunt enim ſurdi ſcriptura pari-
ter et muti ſignis etiam vel nutu votum ſuum ma
niſeſtare. ita glo. notat in dicta. l. item quia. ff. de
pact. Facit. l. obligamur. in fi. ff. de actio. & obli-
ga. & dicta. l. vbi non voce. ff. de regu. iur. & Io.
Fab. in. §. quinimò. inſt. de teſta. milita. In hoc igi
tur conſiſtit tota vis noſtræ diſputationis, vt nũc
nunc dicemus. Sed prius expedit reſpondere his
quæ in contrarium adducta ſunt per Io. Fab. dũ
dicit, teſtem verbo, debere teſtificari. l. quum ab
initio. ff. quemadmo. teſta. aperiã. Sed melius cõ
ueniret. l. j. eodem titulo. quam Moder. ad id no
tant in fin. dum dicit, inſpectis cognitiſq; verbis
36 teſtamẽti: † & ſic teſtamentũ verbis exprimi de-
bet: ſimiliter & depoſitio: quum iſta ſynonyma
ſunt, vt dictum eſt per dicta in. l. cũ lege. ff. de te-
ſta. Plura autem notauimus in. l. j. §. hoc autem ſe
natuſconſultum. ſuprà eo. & iſtud argumentum
idem concludit cum eo quod ſuprà memoraui-
mus poſt Alexan. de imola in dicta. l. j. ij. colum.
princi. ff. de verborum oblig. dum alleg. Guliel.
de Cun. Bal. & Sali. in dicta. l. qui iuraſſe. in prin
ci. ff. de iureiur. quamuis Bald. in ea nihil horum
meminerit. dicunt enim iuramentum verbis præ
ſtari debere. §. ſed neque. in authen. de manda.
princi. quod non poteſt mutus. igitur &c. Vtrũ-
que argumentum vnica ſolutione diſſoluemus.
& reſpondent in locis ſupra relatis de ſubſtantia
teſtamenti ſeu teſtimonij vel etiam iuramẽti ver-
ba non deſiderari.

In primis clarum eſt teſtamentum vim habere
teſtamenti & legitimum eſſe ſi teſtator confece-
rit, & ſolus ſcripſerit, nõ lecto eo coram teſtibus
teſtamentarijs, dummodo per teſtatorem in præ
ſentia teſtium ſubſcriptorũ ſignauerit & appro-
bauerit, vel ſcripſerit, vel ſcripturam ſuam conſi
gnatam vel ligatam vel incluſam inuolutamq;
protulerit teſtibuſq; ſignandam tantùm vel ſub-
ſcribendam obtulerit. l. hac cõſultiſsima. in prin
cip. C. de teſta. l. hæredes palàm. in princi. in ver-
bo, nuncupare vel ſcribere. & §. ſi quod. in ver-
bo, nuncupat vel ſcribit, & §. ſed & ſi notum. ff.
de teſtamen.

37 In teſtimonio idem dicas. † Poteſt enim teſtis
ſuum teſtimonium ex cauſa in ſcriptis iudici in-
terrogãti tradere ne varietur: Sicuti anno milleſi
mo qngenteſimo. xxviij. obſeruatum eſt in gra-
ui iudicio alicuius inſignis viri peculatus accuſa
ti & interrogati quod Pariſijs agitatum eſt per
quendam nouæ quæſturæ præſidem curiæ parla
menti Pariſienſis. & ita etiam tenet Bartol. in. l.
Theopompus in fi. ff. de dote prælega. Motus p
dictã. l. diſcretis. C. qui teſta. facer. poſ. licet Bal.
variauerit in. l. iuriſiurandi, C. de teſti. & contra-
rium tenuerit in. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi.
vbi motus eſt primò in dicta. l. in bonæ fidei per
l. iij. §. idem diuus. & §. quæ crimina. ff. de teſtib.
Cui concordat. l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæ
ſtio. Secundò, in dicta. l. iuriſiurandi. quia in te-
ſte requiritur viuæ vocis actus, ſecundum Ioan.
And. in nouel. c. de teſtibus. extra, de teſti. quod
idem eſt cum præcedente memorato poſt Ioan.
Fab. Bene autem admitiit doctri. Barto. ſi poſt-
quam teſtis in ſcriptis teſtimonium ſuum iudici
tradiderit, legat: alioquin non. Sed non obſtant
Bald. rationes. In primis non eſſe verũ quod Io.
38 Andr. in nouel. in. c. de teſtibus. extra, de teſti. †
dicat teſtimonium per teſtem in ſcriptis traditũ
nõ valere, per rationes à Bal. vbique relatas. imò
ſpretis rationibus Bald. poſt Specul. in titulo de
teſte. §. nunc tractandum. verſic. quid de muto,
ſentit mutum poſſe in ſcriptis teſtimonium ſuum
tradere: licet forſan in non muto locum non ob-
tineret, vt iudex videat eũ qui ſcit loqui, qua tre-
pidatione, qua voce, & conſtantia teſtificetur, di
cta. l. iij. §. idem diuus. ff. de teſti. & dicta. l. de mi
nore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Non inficiabor
quin iudex debeat per illos tex. teſtem coràm ha
bere & videre conſtantiam teſtis, quo vultu, qua
trepidatione teſtimonium dicat. quamuis hoc lo
cum habeat maxime in cauſis criminalibus, non
autem

autẽ ſemper in ciuilibus.§.& q̃m.in authẽ.de te-
ſti.colla.vij.& idem notatur in dicta.l.iij.§.idem
diuus.ff.de teſti.& ratio in criminalibus eſt,quia
in eis grauius eſt periculum,vt inquit tex.& glo.
in dicto.§.& q̃m.addit.l.j.§.ſed & ſi quis.ff.de
Car.edicto.vel niſi cauſa ciuilis ſit multum gra-
uis.c.relatum.v.q.ij.§.illud.in authen.de defen-
ſo.ciuita.colla.iij.alioquin iudex poteſt teſtium
examinationem committere.l.iudices.& authẽ.
apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtru.dicto.§.
& q̃m.in authẽ.de teſti.colla.vij.& quotidie fit.
39 Nam † iudices teſtium examinationem inquiſi-
toribus committunt:tamen in criminalibus iudi
ces vt plurimum audiunt & audire debent, vt in
dicta.l.iij.§.item diuus.ff.de teſtib.& dicto.§.&
q̃m.in fi.licet plerię ex cõſuetudine cõmittant,
vt inquit Io.Andr.in.c.cõſtitutus.extra,de fide-
iuſ.Sed leges non dicunt teſtem non poſſe neq;
debere teſtimonium in ſcriptis redigere. Neque
etiam prohibitum inuenio, quin teſtis reſponſio
nes ſuas in ſcriptis redigat, pſertim ſi verbo eas
explicuit,& id ne varientur.Neq; obſtat text. in
l.iij.§.idem diuus.ff.de teſti.dũ de teſtimonijs lo
quitur:quia verũ eſt in teſtimonijs nõ ſolẽnibus
fidẽ adhibendã nõ eſſe.c.à nobis.extra, qui ma-
trimo.accuſa.poſ.quẽ tex.ſic legit Hoſtiẽ.& re-
cte:nõ aũt vbi teſtes ſolẽniter iurati deponũt, vt
ſtatim dicã. Secũdò, alienũ eſſet vt vbi facti veri
tas haberi nõ poſſet q̃ per muti teſtimoniũ q ſi-
gnis indubitatis vel ſcriptura veritatẽ manifeſta-
re põt,vt in.d.l.pater.§.mutus.ff.de acquir. hæ-
red.& alijs ſuprà notatis muti teſtimoniũ nõ de-
40 ſideraretur: † quum,vt inquit.d.l.nec omiſſa.C.
de liber.cauſa.ad examinationem veri omni iure
prodita debet admitti probatio.&.d.l.ſeruus.ff.
de de bo.poſ.titulo generali. & idẽ velle videnẽ
Hoſt.& Io.And.in.c.j.extra,de teſti.cogen.per
rõnem.l.q̃m.C.de hæreti. Ro. in notabil.cccxc.
& quod ſuprà dictũ eſt de muto, facilius ſtringit
in ſurdo,qui vidit forſitã homicidium aut ſimile
maleficiũ committerre:ſi per hũc tex. & ſimiles,
quorũ ſuprà meminimus in ea pte in qua huma-
na natura nõ deficit,non excuſatẽ.& qd prohibe
re poteſt,ſurdum,quo minus de his quæ vidit &
ſuo ſenſu teſtificari poteſt,quare examinari non
poſsit,& valeat eius teſtimoniũ:non video rõnẽ
quæ in cõtrariũ mouere poſsit,dummodo,vt di-
xi,intellectu non careat.Quare vtrãq; opinionẽ
exiſtimaui aliqua diſtinctione moderãdam eſſe.

In primis diſtinguẽdas eſſe cauſas ciuiles à cri
minalibus,ſicuti in ſimili lex diſtinguit in. d.l. iu
dices.C.de fide inſtru.&.§.& q̃m.in auth. de te-
ſti.colla.vij.rõ in criminalibus ſecũdũ illũ tex.in
41 fi.§.eſt,qa in his,in quibus graue periculũ immi
net apud iudices teſtes præſentari debẽt, & quæ
ſunt eis cognita edocere,vbi & tormẽtorũ quæ-
ſtione forſan opus erit,& de his loquiẽ.d.l.iij.§.
idẽ diuus.ff.de teſti.dictus.§.& q̃m.in ſin. in au-
then.de teſti.colla.vij.&.d.l.de minore.§.tormẽ
ta.ff.de quæſtio.c.teſtes.iij.q.ix. Similiter in gra
uibus cauſis ciuilibus idem dici poteſt per rõnẽ
illius.§.& q̃m.in fi.verſic. in criminalibus ẽm. l.
j.§.ſed & ſi quis.ff.de Carbo.edic.c. vbi pericu-
lum.de electio.li.vj. Alioquin non p ſupradicta.

Ego autẽ nõ puto hoc ſimpliciter verum : ſed
tũc quũ aliter veritas facti non põt quã per muti
teſtimoniũ:quia tunc non eſt opus muti teſtimo
nio ſed veritas ab his exquirenda ſeu excutien-
da eſt qui viua voce teſtimoniũ dicere poſſunt.l.
teſtiũ.C.de teſti.&.d.l.iij.§.idẽ diuus.ff. de teſti.
dicto.c.à nobis.in verbo,voce ppria.extra, qui
matri.accuſa.poſ.alleg.ab omnibus.c.tua.extra,
de cohita.cleri.et mulie.notaui plures leges in.l.
j.§.hoc autem ſenatuſconſultum.ſupra eo. forſi-
42 tan alibi non reperies plures cumulatas. † Sed
vbi veritas aliter haberi non poteſt quã per ſur-
di aut muti teſtimonium vel etiam ſurdi & muti
ſimul,ſiue à natura ſiue ex accidenti muti & ſur-
di facti ſunt:ſi tamen intellectum habent & veri-
tatem manifeſtare poſſunt,ſaltẽ ſcripturarũ ſciẽ-
tia explicare,vt inquit.d.l.pater.§. mutus. ff. de
acquir.hæredi.& dicta.l.diſcretis.C.qui teſta. fa
cere poſ.§.fi.inſti.de hære.quali.& differ.et alijs
ſuprà memoratis vel etiam ſignis indubitatis ve-
ritatẽ manifeſtare,per quæ iudex faciliter moue-
ri põt,vt in.l.nutu.ff.de lega.iij.d.l.ſi pater.ij. ff.
de adoptio.Nõ puto phiberi poſſe.& ita exiſti-
mo caſum indubitabilẽ eſſe dicti.ca.à nobis.ext.
q ma.accuſ.poſ.& retorqueo cõtra Ab.illhic &
cæteros qui cõtrariæ fuerũt opinionis, tenentes
gl. interp̃tationẽ in.d.c.à nobis.& in.d.c.tua.ex
tra,de cohabi.cleri.& mulie. in verbo, teſtimo-
43 nio. † quod verũ eſt,inquit, ſolo teſtimonio te-
ſtis nõ iurato fidem adhiberi nõ debere,vt ſecũ-
dũ illud iudex ſententiã ferat,per illũ text.eo qd
nõ facit probationem ſed præſumptionem tãtũ,
per dictum.c.à nobis.Sed vbi teſtimoniũ in ſcri
ptis redactùm iuratum erit,non tantum præſum
ptionem faciet,ſed & probationẽ,per illũ tex. ar
gumento à contrario ſumpto & glo.& Hoſt.in-
terpretatione, quam veram eſſe puto. & ſecũdũ
hanc interpretationem dico.l.Theopompus. ff.
de dote prælega.debere intelligi dũ ille text. ait,
Pollianus autem à marito puellæ iuratus ſcripſit
voluiſſe patrem eandem quantitatem in dotẽ ac-
cipere.& in fi.dicitur,reſpondi eum,cuius notio
eſt,æſtimaturum vt eadem quantitas ex commu-
ni pecunia minori filiæ dotis nomine detur.& ſic
teſti iurato in ſcriptis ſuum teſtimoniũ ſcribenti
ſtari debet.vult enim illa lex vt iudex ſecundum
ea,quæ teſtis iuratus in ſcriptis tradidit, iudicet
44 Vñ † etiã in muto & ſurdo intellectu nõ carenti
bus ſed literas ſciẽtibus et potẽtibus eorũ depoſi
tionẽ ſcribere & iuramẽtũ p ſcripturã manifeſta-
re,dũmõ in conſpectu iudicis ſcriba, vt iudex ex
ea certiorari poſſit,teſtimoniũ recipi debet, ſicu
ti & eius q loq p̃t q depoſitionẽ in ſcriptis tradit
& fortiori ratione,quia lõge maior ſuſpicio cau-

ſari poteſt in eo qui viua voce poteſt teſtimoniū dicere & non patiť ſe examinari,ſed eligit in ſcriptis tradere ꝙ mutus qui prohibente natura loqui non poteſt vel ſurdus exaudire.& in dicta.l. j.§.propter caſum.ff.de poſtulan.quia non eſt in eo affectata excuſatio,vt in.§. præcedente dictū eſt.Quare eſt quod teſtimonium ſuum recipi nō debeat,non video prohibitum eſſe.

Prædictis addo ſi mutus aut ſurdus de iure Digeſtorum impetrata à principe venia teſtari poſſunt, an ob id quod princeps cōceſsit doctiores ſurdi & muti ſiant.Secundò,an militia aptiorem natura facit,hoc verbis diſputare eſt,& nō ratio-
45 ne.† Non inficiabor principem habilem qñque facere poſſe qui aliàs inhabilis eſt.l. quidam con ſulebant.ff.de re iudi.et in toto titu.C.de his qui veniam æta.impetr. Sed verum eſt in his quæ iuris ſunt ciuilis,non aūt naturalis. Deſiderarē eñ vnum ſcire,ſi principis reſcriptū ſpiritū effundat naturalem & aptiorem ad actiones agendas in rebus,ꝙ natura omnibus communis.l.hos accuſare.§.fin.ff.de accuſa.prohibuit:certe non.l.iij.in fi.C.de his qui veni.æta.impet.in his verbis,vt ſimilis ſit in ea parte conditio minorum omnium, ſiue petita ſit ſiue nō ætatis venia.l.ſi.C.de milit. teſta. ſicuti & noſtra ætas paſsim ex pontificum diſpenſatione ſeptennes aut paulò maiores ad obtinenda beneficia curam animarum habentia occupare videmus. quorum etia meminit tex. in.c.ij.extra.de æta.& quali.ordinan.in his ver-
46 bis,pueris qui ſunt intra decennium cōſtituti.† quod ꝙ indecorum ſit,declarat.c. indecorū. eo. titu.præponere eccleſijs eos qui non nouerunt ſeipſos gubernare. Et,inqt tex.in.§.minores. in ſi.inſti.de excuſa.tutor.inciuile eſt eos, qui alieno auxilio in ſuis rebus adminiſtrandis agere noſcuntur,& ſub alijs reguntur,aliorum tutelā vel curam ſubire. Sic quod principis reſcriptum eū contra naturam & genium ſuum prudentiorem in rebus agēdis faciat,eo qui principis reſcriptū non impetrauit,neꝗ iuri neꝗ rationi, & multò minus æquitati conuenit.ideo quærat alium, qſquis velit,qui ſecus ſentiat: qm̄ hoc mihi diſſuadeo,per ſupra dicta.Neꝗ pro ſolēnitate neceſſaria comperio iure cautum verba deſiderari,ſic vt aliter depoſitio non ſubſiſtat.Scio autē iure probari debere iudicem ex propria teſtis voce, ſi poteſt,teſtimonium exigere,vt ex auditione teſtem teſtificatū eſſe dicat,intellige ſi fieri pōt.ſicuti in ſimili reſpondet gloſ.in.c.quum apud.extra, de
47 ſponſa.† iura enim volunt conſenſum in contrahendo matrimonio verbis exprimi,& id pro neceſsitate contractus.c.tuæ.extra,de ſponſa.dum inquit,matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris conſenſum.Sed neceſſaria ſunt ꝗtum ad eccleſiam verba conſenſum exprimentia de præſenti.& tamē in dicto.c. quū apud.mutū contrahere poſſe dicit, vt quod verbis non poteſt,ſignis declarare valeat. & ita tex. in dicto.c.tuæ.in ſi.reſpondet & declarat illā neceſsitatem in ſurdis & mutis nō obtinere.Sic idē dico in teſtimonio.& idem ſentit Alex.in. d.l.j. colum.ij. prin.ff.de verbo.obliga.Nō obſtat. §. ſed neꝗ.in auth.de manda.princi.colla.iij. &. l. & per iuſiurandum in princ.ff.de acceptila. qm̄, vt inqt Cin.poſt Pet.in auth.ſacramēta puberū. C.ſi aduerſ.vēdi.illi tex.nō dicunt verba neceſſaria eſſe ad iuſiurandū præſtandū,nulliter pſtitū ſit,ſic vt ſi aliter ꝙ verbo iuſiurandū præſtitū ſit, neꝗ ligare iurantem poſsit.Simpliciter eñ in.d. §.ſed neque dicitur,ſed neque hæc quæ dicūtur verba,id eſt,iuſiurandum promptum dare feſtines.Et Accurſius nō de iuſiurando intelligit, niſi quatenus verba hominis ita ſolida eſſe debeat abſque iureiurando,ſicuti & ſi iuramēto vallata ſunt,dū inquit Accurſius ſuper dictione, verba. mirabiliter,inquit, gloſſat & concordat canon, ſit ſermo tuus eſt eſt,nō non: quod amplius eſt, à malo eſt,id eſt,ab hominum malitia inuentum. ij.q.iiij.c.ſi quis presbyter.& in.c.ita ergo. xxij. q.j.&.c.iuramenti.xxij.q.v.&.c. & ſi Chriſtus. in prin.extra,de iureiuran. Nam & id probatur in dicta.l.& per iuſiurandum.in prin.ff. de acce-
48 ptil. † operæ ꝑ iuſiurandū liberti ꝓmiſſæ acceptilatiōe obligatio tolliť,etiā ſi abſꝗ iuramēto acceptilatio interpoſita ſit,& ex conſequente obligatio remiſſa. vnde Petr.& Cin.in dicta auth.ſacramenta puberū.C.ſi aduerſ.vendi.in diffinitione ſacramenti communiter ab omnibus laudata dicunt ſacramētū,iuramētū,& iuſiurādū ſynonima eſſe.iuſiurādū aūt ex duobus cōponiť, ius & iurādum.ius aūt plures habet ſignificatiōes. vna eſt ius,id eſt, verborum expreſſio. d.l.ſi pater.ij. in verbo,iure.vbi Accurſius ad id illū tex.notat. ff.de adop.Similiter actio & bifariàm diffinitur. actio eſt ius. §.j. Inſtitu. de actio. Secundò actio eſt cōceptio verborū à magiſtratibus formata ſecūdū gl.in.d.§.actio.in verbo,nihil aliud.p. l.ij. §.deinde ex his.&.§.omniū.& melius in.§.nouiſſime.ff.de origi.iur.ibi, aut ſunt actiōes quæ formā agēdi cōtinēt.alleg.etiā.l.ſi ſeruus nauem.ff. de fur. Petrus aūt dicit impoſsibile eſſe eiuſdem rei duas inueniri diffinitiōes.vñ ſecūdū eūdē Petrū iſtæ duæ diffinitiones eædē ſunt.ius in diffinitiōe actiōis ꝓ verborū expreſſiōe ſumi debet,ſicuti & Accurſius voluit in dicta. l. ſi pater. ij. in verbo,iure.ff.de adopt. Addebat & Cin.pro illius opiniōis cōfirmatiōe nō poſſe qcꝗ accepto
49 ferri,niſi qḋ verbis actū eſt: † & tñ obligatio ex iuramēto cōtracta acceptilatiōe tolli pōt. Igitur verbis cōtrahiť.d.l.& ꝑ iuſiurādū.in princi.ff.de acceptila. Sed ad id reſpōdent Petr.& Cin. non eſſe verū,verba ex ſubſtātia iuramēti deſiderari: qm̄ mutus iurare pōt,ſicuti & paciſci,vt ſuprà dictum eſt.& iuramentū eſt veluti factū,quod non verbis,ſed cōſenſu ſolo fit.Deus eñ cor,nō aūt labiorū motum reſpicit, Mar.ix.Populus hic labijs me honorat,cor autē eorum longe eſt à me,

Matthæi

Matthæi.xv.& Iſaiæ.xxix.& primæ Petri.iij.ca. dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris.in.c.quando.de conſecra.diſtinc.j.c. diaconi.xciij.diſtinc. Nec obſtat.l.ſi pater.in verbo,iure.ff.de adoptio. Nam non recte verbū, iure.interpretata eſt illhic glo.id eſt,verbis expreſſis. ſed iure intellige, id eſt,iuris ſolennitatibus obſeruatis adoptio facta eſt.de quibus in.l. ij.ff. de adoptio.& ſi dicas, formam verborum adoptioni traditā eſſe,quia ſit interrogatio & reſpōſio neceſſaria,dicta.l.ij. vnde ergo ad inſtar eſt ſtipulationis vt in.l.j.in princ.&.§.fi.ff. de verb. oblig.&.l.j.§.fi.ff.de actio.& obliga.Sed dic ſi, ue ſic velis inducere plurimū gloſ.interpretationi obſtare.& do ad id inſtantiā:quia ſi vera eſſet glo.concluſio & interpretatio,nō eſſet vera alia

50 legis regula,quæ eſt, † vbi pro forma contrahendæ obligationis verba deſiderantur, ſi abſq; verborum expreſsiōe fiat:nulla eſt,dicta.l.j.in prin. &.§.fi.ff.de verbo.obliga.& ob id à verbis denominatur.& ſequeretur neceſſario idem cōcludendum eſſe in adoptione, vt niſi verbis fieret, nulla ſit ipſo iure:ſicuti de muto dicimus,q inutiliter ſtipulatur.§.mutus.inſti.de inutil. ſtipul. & tamen mutus recte adoptat vel arrogat, dummodo ſignis,nutu, aut aliàs manifeſtet ſe velle filiū in adoptionē dare,dicta.l.ſi pater.ff.de adoptio. igitur vera exiſtente glo.interpretatione ſeu cōcluſione:pro explorato erit mutum poſſe omnē actum facere,etiam qui verba requirat: & conſequenter ſtipulari. quod falſum eſt, dicta. l. j.in prin.ff.de verbo.obliga. Quare &c. & eodē argumento ſeu inſtantia vitur tex.in.c.tuæ. extra, de ſponſali.vt ſuprà memorauimus. Idem de acceptilatione dicendum eſſe Cin. ait, vlterius ad-

51 dens: † quemadmodū.inquit,emptio, venditio, locatio, & ſimiles conſenſu fiūt & diſſoluuntur ſimiliter & acceptilatio.l.fi.ff. de accepti.la.et idē ſentit.l.& per iuſiurandū.ff. de acceptila. Addo ad Petr.& Cin.actionem non ex forma verborū diffiniendam eſſe:quia aliàs mutus nullius cōtractus capax eſſet:quoniam verbis obligatio cōcepta non eſſet,igitur obligatio & inde actio ſequi non poſſet.quod falſum eſt, vt ſæpe dictum eſt. Nam mutus capax eſt omnis contractus præter ſtipulationem,dicta.l.j.§.fi.&.l.in quibuſcunq;. ff.de actio.& oblig.l.vbi non voce.ff.de reg. iu. & ſingulas leges ſuprà recenſuimus.imò plus generalius loquitur Iureconſultus de quacūq; pſona vt nutu contrahere poſsit & quencunq; aliū actum,in quo ſolus hominis conſenſus deſideratur complere ſeu perficere etiā effectualiter. hoc dicit.l.obligamur.§.fi.&.l.nō figura.ff.de actio.

52 & oblig.nā † & is qui loqui poteſt, ſola taciturnitate efficaciter obligari poteſt.l.quum oſtendimus.§.fi.ff.de fideiuſ.tutor.l.ij.ff. ad municipal. l. j. C. de decurio.plenè in.l.Caius.ff.de pigno. actio.& plenius vt ſuprà dictum eſt.l.item quia.

in princi.iuncta glo.in verbo,mutus.ff. de pact. & ſic futilis eſt ea ratio quæ de actione facta eſt: ſimiliter de acceptilatione.& idem ſenſiūt Alex. & Moder.in.l.j.in princ.ff.de verborum oblig. Quare ego idem dico, ſi mutus ſignis indubitatis homicidium manifeſtaret & homicidam, veluti ſi digito homicidam demonſtraret & ſignis formam patrati homicidij manifeſtaret : cui dubium quin iudex moueri debeat, per prædicta?

53 legimus enim in Frācis Annalibus de † cane indice homicidæ domini,quem canis cōtinuè inſequebatur latratibus:tandem inſtantibus conſanguineis domini mortui à Carolo quinto indultū eſt in homicidam duellum, ſic vt homicida baculo tantum armaretur:cani autem pro refugiovas ex neutra parte clauſum ſtatueretur,tandem canis homicidam ſuperauit, & demum homicida formam homicidij cōfeſſus eſt, & regis imperio vltimo ſupplicio cōdemnatus. Viſitur duelli forma apud Montemargum in ſuperiore aula arcis illius oppidi actum eſt duellum hoc tempore felicis recordationis.

Addo ſigna in conſideratione eſſe in.l.ſacrilegij pœnam.§.finali.ff.ad legem Iuliam pecul. in his verbis,qui furanti ſignum præbuerit.& in.l. §.§.fina.in his verbis,ſignum've dederit.ff.ad legem Iuliam maieſt.l.hac conſultiſsima. in princ. in verbo,indicia. C.qui teſta.facere.poſ.authen. quod ſum.C.de teſta.in verbo, ſeu ſigna rerum ſpecialium.& Matthæi.xxvj.de Iuda Iſariote, q Scribis et Phariſæis ſignum dederat vt Ieſum do lo tenerent & apprehenderent.facit ratio. l. Labeo.in fin.ff.de ſupellec.lega.lega.niſi, inqt, forte & eos qui loqui nō poſſunt,conatu ipſo & ſono quodam & inarticulata voce dicere exiſtimamus.&.l.quum proponebatur.in fi.ff. de leg. ij. vbicunque,inquit, precaria voluntas quæreretur,coniectura potuit admitti. Ego vltra prædicta pondero tex.in.l.qui teſtamento.§.fina.ff.de teſta. Quam licet Alexand. & Moder. allegent in dicta.l.mutum. ff. de acquirenda hæreditate. Non ad id quod nunc induco,dum ille text. ait, non tamen intelligentiam ſermonis exigimus in teſte qui Latine loqui non nouerat. Nam ſi vel ſenſu percipiat quis cui rei adhibitus ſit, ſuffice-

54 re. † Ex quo tex.infero clarè probari in teſte neceſſe non eſſe intelligentiam habere ſermonis quo partes loquebantur, dummodo id, ſuper quo adhibitus, & interrogandus eſt teſtis.quod percepit manifeſtare & declarare poſsit, & ille tex.eſt ad id annotatione dignus. Cuius ratio in muto & ſurdo recte concludit. Nam quamuis ſurdus non audierit, ſi tamen actus, de quo ſurdus interrogandus eſt, potuit à ſurdo percipi:qd ꝓhibet quare de eo, qđ ſuo ſenſu pcepit, deponere nō pōt?Similiter in muto q actū vidit & cognouit:quem licet verbis declarare non valeat,literis aūt aut alijs ſignis manifeſtare poteſt:

nónne in hoc deponit, in quo valet. Clarum eſt
quod ſic. Quid igitur obſtat quare eius teſtimo-
nium recipi non debeat? argumento etiam eſt. l.
ſed & ſi pupillus. §. de quo palàm. verſi. proſcri-
bere. ff. de inſti. actio. proſcribere palàm ſic acci-
pimus claris literis, vt de plano recte legi poſsit.
§. facientis. in authen. ſcriptum eſt exemplar. col-
latione. ij. ſi in teſte ſufficiat quod percipiat ſen-
ſu vel ex ſignis euidentibus, vt ſuprà dictum eſt,
facti veritatem aperiat, & manifeſtet, vt inquit
gloſſ. in. l. item quia. ff. de pact. quare igitur non
recipitur muti aut ſurdi teſtimonium in eo ſenſu
in quo facti veritatẽ perceperũt. Ego ad id indu
co & retorqueo. l. j. §. fina. ff. de verborum obli-
55 gatio. & §. j. inſtit. de verborum obliga. † in ſti-
pulatione, quamuis ad eſſe eius verba neceſſaria
ſunt, ſic vt inter eos, qui fari nequeunt, fieri non
poſsit, dicta. l. j. in princi. ff. de verborum oblig.
& dicto. §. mutum. inſtitu. de inutil. ſtipul. tamen
inter eos, qui ſe non intelligunt, per interpretem
ſtipulatio fieri poteſt: quãtomagis in his, in qui-
bus de neceſsitate verba neceſſaria non ſunt. Nã
facilius mentis declaratio per literas aut interpre
tem fieri poteſt. l. Labeo. ff. de pactis. l. non fi-
gura. & l. obligamur. §. ſi. et. l. in quibuſcunq;. ff.
de actio. & obliga. & ratio eſſe poteſt: quoniam
is qui literas ſcribit, recte reſpõdere dicitur in. l.
ſolent. §. legatos. ff. de offi. proconſul. l. ij. ibi, vel
recitauerit in tabulis publicis. ff. ad legem Iuliam
maieſt. vnde iudicium tabulatum pro tempore
Romani non medioeriter laudauerunt, quod in
tabellis iudices ſuam ſententiam ſcribẽtes in vr-
nam mittebant, vt alter alterius ſententiam igno
raret. Nam & Areopagitæ taciti iudicabant. Vti
nam hæc noſtra ætas id admitteret. inde taciti iu
dices apud Græcos Areopagitæ nuncupabant,
veluti ſubticentiores. inde ſenatuſconſulto Ro-
mani ſtatuerũt, rem ſuper quam tractauiſſent ne
quis enunciaret priuſquam decreta eſſet. Cuius
ſenatuſconſulti meminit Gellius libro. noct. at-
56 tica. j. ca. xxiij. † vnde Papyrius qui cũ patre ſuo
iuxta morem in curia fuerat, dum quærenti ma-
tri quid nam in ſenatu actum eſſet, tacendum in-
quit eſſe, neq; dicendum quod in ſenatu actum
eſt. Ob eam tacendi loquendiq; in ætate prætex-
tata prudentiam cognomentum prætextati habe
re meruit. Aetas autem prætexta illa eſt quæ pu-
berem ætatem attingit, inquit iureconſultus Vl-
pianus in. l. deinde. §. ſi. ff. de liber. exhiben. vnde
eſt quod hi qui lateri principis aſsiſtunt, ſilentia-
rij nuncupantur in. l. j. C. de ſilentia. lib. xij. l. vni
ca. C. de magiſ. ſacro. ſcrinio. eo. lib. et diuus Am
bro. li. offi. j. c. xviij. inquit ſilentiũ quoq; ipſum,
in quo eſt reliquarum virtutum otium. maximus
actus verecundiæ eſt. ſiſtamus & ad inſtitutum
reuertamur.

Moder. Papi. in dicta. l. diſcretis. C. qui teſta.
facere poſ. & in. l. qui iuraſſe. in fin. ff. de iureiur.
non facientes mentionem de Franciſ. Areti. in. l.
mutum. ff. de acquir. hæredi. Cuius dicta vſurpa
57 runt tranſcribendo, † dicunt muti teſtimonium
recipi, ſi ſciat ſcribere, & dictum ſuum in ſcriptis
redigere, per dictam. l. diſcretis. Neq; conſidera
ri debeat ratio. §. ſed neq;. in authen. de manda.
princi. colla. iij. Quia procedat, ſecundum eos in
eo qui articulatè loqui poteſt. Non autem in mu
to & ſurdo, argumento dicti. c. quum apud. & c.
tuæ. extra, de ſponſali. Non diſsimilis ratio poni
tur in. l. nutu. ff. de lega. iij. qui loqui poteſt nutu
legatum facere poteſt, non ſi mutus ſit niſi ex ac-
cidenti. Addit Aret. in dicta. l. mutum. legem nõ
tam in muto intellectum eius conſiderare, q̃ falſi
tatem quæ in conficiendis teſtamentis committi
poteſt, argumento. l. hac conſultiſsima. in fi. C. q
teſta. facere poſ. Dum de cæco loquitur ille text.
Tu autem adde illi meliorem tex. in. §. j. verſicu.
quia verò. in authen. de teſti. colla. vij. & l. iube-
58 mus. §. j. C. de teſta. † Pro eis eſt quod ſuprà dixi
mus à pari procedere, teſtari, & teſtificari. l. quũ
lege. ff. de teſta. §. teſtes. inſti. de teſta. Sed mutus
literas ignorãs teſtari prohibetur, dicta. l. diſcre
tis. C. qui teſta. facere poſ. & expreſsius in dicta
l. iubemus. C. de teſta. dum mutum, qui articula-
tè loq; vel ſcribere neſcit, mortuo æquiparat. igi
tur mutus literarum expers, ſeu qui ſcribere ne-
ſcit, teſtificari non poteſt. et ita pleriq; tenẽt poſt
Paul. de caſ. in dicta. l. diſcretis. Sed iſta. l. confir-
mat quod in teſte ſuprà diximus, vt muti teſtimo
nium recipi debeat, qui volũtatem in ſcriptis ſi-
gnificare poteſt. Cui opinioni, ſi velis adhærere,
ad argumentum illius. l. iubemus. dupliciter re-
ſponderi poteſt. Primò quod in teſtamentis te-
ſtis recipi nõ debeat, niſi qui teſtabilis eſt, id eſt,
teſtamentum facere poteſt. & quum edictum de
teſtibus ſit prohibitorium, & teſtamenta tam exa
ctam ſolennitatem deſiderent, vt teſtes videant,
audiant, & intelligant teſtatorem, dicta. l. iube-
mus. & l. hac cõſultiſsima. per totam penè legẽ.
C. de teſta. l. hac cõſultiſsima. C. qui teſta. facere
poſ. l. hæredes palã. et. l. ſeq. ff. de teſta. in cæteris
actibus, in q̃bus tãta ſolẽnitas expectãda nõ eſt,
ſecus fortè dicendum eſt per rationẽ. §. primi. in
59 authen. de teſti. colla. vij. † Quia facilius in teſta
mẽtis falſitas committi poteſt, quã in alijs. §. j. in
authen. de inſtru. cautel. & fide. quoniã ſæpe mo
riẽtes aut ſemineces bleſè & vix articulatè loqui
poſſunt. l. q̃m indignum. C. de teſta. Secundò, ad
ad tollendam huius argumenti conſequentiã cla
rum eſt, ſurdum non poſſe teſtatoris vocẽ exau-
dire, quod in teſte teſtamentario neceſſe eſt, præ
ſertim in teſtamẽto nuncupatiuo, dicta. l. hac cõ-
ſultiſsima. §. per nũcupationem. C. de teſta. & ta-
mẽ ſurdus, qui literas ſcit, teſtari poteſt. vnde ſur
dus qui quamuis teſtis eſſe non poſsit, teſtari ta-
men poteſt, dicta. l. diſcretis. quam volo te nota-
re in. §. ſi. in his verbis, nihil prohibet eum ſcribẽ
tẽ hæc omnia facere ſiue naturaliter ſiue per in-
teruentum huiuſmodi infortuniũ. & in. §. vbi au-
tem

tem.verſi.ſi ponamus huiuſmodi perſonam lite-
ras ſciētem.&.§.ſeq.in his verbis, & ſurdis. licet
naturaliter huiuſmodi ſenſus variatus eſt. Igitur
& ſurdus teſtis eſſe poterit qui tamen teſtatoris
vocem exaudire non poteſt: quod prohibēt præ
dictæ leges. Alia inſtantia ex.l.hæredes palàm.in
60 princi.ff.de teſta. † Nō enim neceſſe eſt teſtes vi
dere neq; audire quod teſtator moriēs diſpoſuit:
ſed ſufficit teſtarorem ſcribere ſe velle teſtamen-
tum quod clauſum & ſigillatum tradidit obſer-
uari,idq; à teſtibus videatur, vt inquit illa.l.hære
des.in princi.in verbo, nuncupare vel ſcribere.
iuncta.l.j.in prin.in verſic.legi. ff. de his quæ in
teſta.deben.& dicta.l.qui teſtamento.in fi.ff. de
teſta.Nam qui idioma non intelligit, abſennis lo
co eſt,dicta.l.j.§.fi.ff.de verbo.oblig.Primò,dū
in eodem.§.dicitur,dummodo ei congruēter re-
ſpondeatur.Secundò,ita tamē vt vterq; alterius
linguam intelligat,& hoc q̄tum ad contractum
ſtipulationis,qui verba deſiderat,vt dixi, per di-
ctam.l.j.in prin.ff.de verbo.obliga.l.j.§.fi.ff. de
actio.& oblig.Sed non q̄tum ad alios actus.Nā
& in teſtamento ſermonis differentia non impe-
dit teſtem,dummodo ſenſum teſtatoris capiat, li
cet teſtatoris ſermonem non intelligat. &, vt ſu-
prà dixi,tex.eſt clarus & indubiııs in dicta.l. qui
teſtamēto.§.fi.ff.de teſta.dum inquit diuus Mar
cus diuo Iul.de teſte qui Latinè loqui non noue
rat,reſcripſit. Nam & ſi vel ſenſu percipiat quis
cui rei adhibitus ſit,ſufficere &.l.Labeo.§.fin.ff.
61 de ſupellec.lega. † Si ergo in teſtamentario teſte
ſufficit quod aliquo ſenſu teſtatoris mentem ca-
piat.Quare eſt quod ſurdus de his quæ vidit,vel
mutus de his que vidit vel audiuit non teſtabun-
tur:Certe non poteſt eſſe dubium,per dictam. l.
qui teſtamento.§.fi.fortiori ratione in alijs acti-
bus eorum teſtimonium recipietur, vbi de ſenſu,
in quo valent,deponunt.Neq; video quare pro-
hiberi debeant.Ex his puto quæ à Franciſ.Aret.
dicta ſunt in.l.mutum.ff.de acquir.hæred.quem
Moder.ſecuti ſunt in dicta.l.qui iuraſſe.ff. de iu
reiurā.debere conſiderari ad ſolutionē argumēti
ſuprà facti de dicta.l.cū lege.ff.de teſta.q̄uis em̄
inquit,verba in teſte deſiderētur,& auditus,præ
ſertim in faciendis teſtamentis.Sed vbi ad perfe-
ctionē teſtamēti alij teſtes reperiri & rogari non
poſſūt q̄ mutus aut ſurdus,quod ob id muti aut
ſurdi teſtimonium recipi nō debeat, vbi aliàs ſui
ſenſus rationē reddūt,nō puto rationi cōgruere,
per ſupradicta.Quibus adde.l.mutus.in prin.ff.
de procura.& ita ego ſentio. Tota igiť vis huius
diſputationis erit in cōficiēdo inſtrumēto ſeu in
redigēda in ſcriptis eorū depoſitione. Placet aūt
mihi forma quā tradidit Bart.in. d.l.mutū.ff.de
acquir.hæred.& Bald.in.l.diſcretis.C.q teſta.fa
cere poſ.vbiq; à Moder.& recentioribus appro
bata & in.l.j.vbi per Alex.in princ.ff. de verbo.
oblig.& in.l.itē quia.ff.de pact.In primis ſi mu-
tus literas nouit,ſcientia ſcripturarū ſeu literarū
volūtatem manifeſtabit.tex.eſt clarus in.l.pater.
§.fi.ff.de acquirē.hæredi.& in.d.l.diſcretis.in fi.
C.qui teſta.facere poſ. & in.l. Theopompus. ff.
62 de dote prælega. in his verbis, † iuratus ſcripſit
voluiſſe patrē & de ſcriptura à muto tradita no-
tarius ſeu iudex conficiet inſtrumentū vel aliter,
in ſcriptis depoſitionē rediget: & valebit depoſi
tio,vt ſupra dictū eſt,præſertim dicta.l.non ſigu
ra.&.l.Theopompus.& dicta.l.pater.§.fi.&. d.
l.diſcretis.&.c.à nobis.extra , qui matri. accuſa.
poſ.inducto vt ſupra meminimus,ſi priuſq; ſcri-
bere iurauit,& in ſcriptis iuramentū redigat. Ex
hoc tollitur argumentū quod de teſtimonijs ſu-
prà recitatū eſt, quū nō ſolū teſtimonia ſicut iu-
recōſultus ait in.l.iij.§.idē diuus.ff.de teſti.erūt,
ſed veræ teſtificationes,quia iuratæ & in ſcriptis
redactæ,quæ nō tm̄ præſumptionem faciant,ſed
probationē verā.d.l.Theopompus.&.d.c.à no
bis.Nā ideo teſtimonia in criminali iudicio præ-
ſumptionē ſolā facere dicit.qa iurata nō ſunt, vt
illhic Hoſt.inquit,cuius interpretationē appro-
bār oēs.& fuit gl.an̄ eos in eodē.c.vbi ergo iura
63 ta erūt,ꝓbāt. † Si aūt literarū expers erit mutus,
vel etiā ſi ſcribere non valet,qa manus amiſit, vt
ingt.l.q manus.ff.de teſta.Sed alioqn intellectu
nō carēs,ſed potēs volūtatē declarandi:& debet
notarius ſigna deſcribere,qbus mutus annuit,&
teſtimonium eorū recipere qui nutū muti perci-
piūt,veluti conſanguineorū aut domeſticorū ad
ſimilitudinē interpretis. Et ſufficit quia ſatis eſt
vt muti aliquo ſenſu percipi poſsit vel cuiuſuis
alterius perſonæ,cuius ſermo non intelligiť : vt
ſi Hebræus cū Latino , vel ſi Brito vel Vaſco,q
Gallicè loqui neſcit,cū Gallo ſeu Frāco, q illud
idioma nō intelligit, loquatur: de quibus veluti
abſentibus iudicatur in.l.j.in prin.&.§.fin.ff. de
verbo.oblig.& quæ depoſitio ex interpretatio-
ne vocis nō intellectu recipiť in.l. q teſtamento.
§.fi.ff.de teſta.quæ in teſte loquiť,vt ſuprà anno
tauimus.& ita iurecōſultus de muto ſicuti de ab
ſente iſta ratione ſtatuit.l.ſeruo inuito.§. ſi pupil
lo.ff.ad Trebel.vnum tamen recēſere nō dubita
bo, ſi non eſſet muti recipienda interrogatio ab
64 his qui cum eo verſantur: † ad quid lex permiſiſ
ſet muto contrahere in omni genere contractuū,
excepta ſtipulatione,in.d.l.in quibuſcunq;.&.l.
obligamur.§.fi.ff.de actio.& oblig.l.vbi nō vo-
ce.ff.de reg.iur.l.item quia.iuncta gl.ff.de pact.
Præterea abſonū eſſet in hoc tex.quod dicit,mu
tū nō excuſari ſi dñm nō adiuuerit in his,in qbus
vocis auxiliū dño neceſſarium nō fuit,ſed expoſi
tiōe ſui corporis ſubuenire dño potuit. Igiť ſi in
eius odiū:q̄to magis in eius fauorē recipiendum
eſt.Si em̄ nutus ſufficiat vt mutus obligeť cōtra-
hēdo vel delinquēdo,vt ſtatim dicam, neq; cogi
qs poſsit ſe ꝓdere.l.iij.§.fi.ff.de iure fiſci. Et di-
cā plenius in.l.pen.infrà eo . Quare ex nutu eius
recipiēdū nō erit teſtimoniū , vt in. l. nutu. ff.de
lega.j. & ſi in odium eius nutus ſufficiat : quare

non in fauorabilibus. Et ſi dixeris hoc non eſſe
muto fauorabile, certe dici poteſt eſſe fauora-
bile, quum illi concedantur ea quæ ſunt aliorum
hominum perfectorum, de quibus in. capitulo,
mutus. epiſcopum, abb. vel abba. colla. x. c. vni-
co. an mutus vel aliàs imperfec. dicam in. §. verũ.
65 infrà eodem. † Secũdò, nunquid fauor eſt vt rei
veritas detegatur, quæ non niſi nutu muti detegi
poteſt, debeatq́ iudex quoquo modo poteſt ve-
ritatem exquirere: neque conſiderari debet quo
pacto iudici detecta eſt vt ſuprà dictum eſt per. l.
nec omiſſa. C. de liber. cauſa. Nõ etiam lex diſtin
guit inter mutum literas ignorantem & ſcientẽ:
quare idem de vtroque ſentiendum eſt, dummo-
do veritas pateat. & ita ferè omnes conueniũt in
dicta. l. j. in princi. ff. de verborum oblig. in dicta
l. mutum. ff. de acquirenda hæreditate. in dicta. l.
& quia. ff. de pact. in. l. diſcretis. C. qui teſta. fa-
cere poſ. in. l. qui iuraſſe. ff. de iureiuran. Ioan. de
Platea in. l. ij. C. qui morbo ſe excuſ. libro. x. vbi
plus addit Ioannes de Platea in muto qui homi-
cidium aut facinus aliud graue commiſit: an im-
punis erit? Nam ſi in alios: multo minus in ſeipſũ
recipi debet. & refert poſt Taneredum de quo-
dam patrito, qui pupillum in vineam duxit, il-
lhicq́ ſuffocauit vt illi ſuccederet: & quam-
primùm inualuiſſe rumorem intellexit ſe homi-
cidam pupilli ſui & nepotis eſſe, linguam ſibi
præſcidit ne homicidium confiteretur & ſua cõ-
feſsione damnaretur. Ioan. de Platea ad eruen-
dam homicidij veritatem hoc remedium neceſ-
66 ſarium eſſe: † compellere homicidam confeſ-
ſionem ſuam in ſcriptis dare ſi literas ſciat:
quoniam æquè ſcriptura ſicuti & verba obli-
gat, authen. contra qui propriam. C. de non
numer. pecu. & authen. vnde ſumpta eſt illa
authentica. melius in dicta. l. non figura. ff. de
actio. & obliga. ſin minus. nutu vel ſigno decla-
rabit, per dictam. l. nutu. ff. de lega. iij. l. vbi vo-
ce. ff. de regulis iur. & alias leges, quarum ſuprà
meminimus.

Sed vltra eas addit gloſſ. in capitulo, epiſco-
pus. lxxiiij. diſtinctione. capitu. nec ſolo. xxxij.
quæſtione. v. capitu. nunquid Cain de pœni-
ten. diſtinctione. j. voluntas, inquit ille tex. ope-
ribus & ſignis æquè vt voce manifeſtatur. &
Cæſar in rebus in quibus nonnulla occultius
perferenda erant per notas ſcribebat ſic ſtructo
literarum ordine vt nullum verbum effici poſ-
ſet quæ ſi quis inueſtigare & perſequi vellet
quartã elementorum literam, id eſt de pro à &
perinde reliquas commutaret. hæc Tranquil. de
Cæſare ait. capit. lvj. adde prædictis. c. æſtimant.
xj. quæſtio. iij. Nam aduerſus illum patruum mi
litabat abſciſsio linguæ. argumento etiam eſt. ca
pitulo afferte. extra, de præſumptio. & per hæc
ſit expeditus hic articulus.

In text. Quia vt illi per ſpatium, ita hic per
67 morbum. † Nota ſurdum abſenti æquiparari
quemadmodum abſens excuſatur, dicta. l. j. §.
hoc autem ſenatuſconſultum. ſuprà eodem. ſic
& ſurdus. & hunc text. volo te ſecundò nota-
re aduerſus iudices & inquiſitores teſtium exa
mini commiſſos negligentes de loco & loci di-
ſtantia interrogare. l. teſtium. in verbo, præſto.
C. de teſti. §. & licet. in authen. de teſti. colla.
iij. & in. l. iij. ff. de oper. liberto. & Bartol. hic
dicit hoc iuuare, ſi duo ſunt qui contiguas do-
mos habeant, ſed acceſſus ad eas in duabus ſtra
tis eſt, vt ob id vicini exiſtimari non debeant:
quia aliud eſt impedimentum quàm longinqui-
tatis impedimentum, vt in. l. ſi tertius. vbi Bar
tol. Roma. & Ioan. de Imola idem dicunt. ff. de
aqua pluuia arcen. & ſi ſtatutum punit eum qui
aliquem offendit in ſua domo ſeu per quinque
pedes iuxta domum, non debeant quinque pe-
des à poſteriore parte, ſed ab anteriore quaſi
digniore dinumerari, argumento. l. quum in di
uerſis. ff. de religio. & ſumpti. funer. & hæc in
pœnalibus, non autem in ciuilibus obtinent,
in quibus nulla pœna inuenitur impoſita. l. mil-
le paſſus. ff. de verborum obligatio. c. ſtatutum.
de reſcrip. in. vj. quamuis obſtare videat. l. quod
conclaue. ff. de dam. infec. l. lex Cornelia. ff.
de iniur. l. ſed & loci. §. finali. ff. fin. regun. dixi
plenius in dicta. l. j. §. hoc autem ſenatuſconſul-
tum. ſuprà. l. j. Quibus adde Feli. in. ca. omnes.
extra, de maiori. & obedientia.
68 In verſic. Cæcus quoque. † Cæcitas à pœna hu
ius ſenatuſconſulti excuſat. Cæcus enim, quam-
uis audiat, & intelligat, & corpore forſitã valeat.
excuſatur: qui ſi cæcus non eſſet, veniam ſperare
non deberet, vt in. l. j. §. potuiſſe. ſuprà dictũ eſt,
quamuis & Lameth qui luminibus orbatus erat
exiſtimãs feram occidere, Cain ſagitta interemit,
ſeptuplum inde punitus, Geneſ. iiij. c. quomodo
de virginibus. xxxj. q. j. c. an non. xxiiij. q. iij. quẽ
articulum copioſe aliter diuus Hiero. interpreta
tus eſt parte. ij. tracta. j. quæſtione prima ſuarum
epiſto. Cæcitas enim à muneribus perſonalibus
excuſat. l. j. C. qui morbo ſe excuſ. lib. x. l. vnica.
C. qui morbo ſe excuſ. lib. v. de quo Bartol. in. l.
j. §. fi. ff. de tutel. c. licet. extra, de cenſi. Sed obſta
re videtur. l. cæcus. ff. de iudi. l. j. §. caſum. ff. de
69 poſtulan. † Cæcus enim iudicandi officio fun-
gitur. igitur ſi fungi poteſt, à perſonali munere
excuſare non licet. iudicandi enim neceſsitas in-
ter perſonalia munera habetur. l. munerum. §. iu
dicandi. ff. de muneri. & honori. Sed dic vt per
Barto. in dicta. l. cæcus. an iudex eſſe poſſit, di-
ctum eſt in dicta. l. j. §. hoc autem ſenatuſcon-
ſultum ſuprà eodem & pronunciabit per alium
in caſibus de quibus in. l. ij. C. de ſenten. ex pe-
ri. recitan. Adde cæcum feudum obtinere non
poſſe, quia imperfectus capitu. vnico, an mut.
vel ali. imperfec. collatione decima. Similiter ad
ſacerd

ſacerdotium promoueri non poteſt, vt ſcribitur
Leuiti.xxj.quod tranſſcribitur in.c.j.xlix.diſtin.
vbi plenius vide quæ illhic ſcribit Archid. adde
tex.in.c.j.xxxvj.diſtinc.c.ſacerdotes.j.q.j.c.vſq;
adeo.xxxiij.diſtin. notatur in.c.quum in tua.ex-
tra, de corpo. vitia. Monoculus non excuſatur,
argumento.l.frater.C.de excuſa.tuto. De his vi-
de quod notauit Bartol. & alij in.l.infamia.C.de
decurio.lib.x.& in.l.poſt ſuſceptam. ff.de excu-
ſa.tuto.& in dicto.c.quum in tua.& in dicto.c.j.
xlix.diſtinc. & in.c.nec ſolo. xxxij.q.v.vbi ocu-
lorum ſpecies quatuor deſcribit. Archidia.vide
70 eum † maxime iudicibus oculus continentiæ &
abſtinentiæ neceſſarius eſt, inquit Cicero lib.of-
ficio.j.in titu. ordo actionum cum decoro, dum
Periclis ad Sophoclem dictum refert, qui quum
in prætura Sophoclem collegam haberet, conue
nirẽtq; de cõmuni officio, caſuq; formoſus puer
pertranſiret, Sophocles dixiſſet, O' puerum pul-
chrum Pericle. At Pericles, Prætorem Sophoclẽ
decet non ſolum manus, ſed & oculos abſtinen-
tes habere. Id etiam Plutarchus meminit in vita
Periclis. Valerius ſimiliter lib.epithoiiij. titulo
de abſtinentia & continentia, dum ait, prætoris
non ſolum manus ȧ pecuniæ lucro ſed etiam ocu
los à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.
Plura alia memorat Luc. de pen. in dicta.l.j. C.
qui morbo ſe excuſ. lib.x.& in dicta.l.infamia.
Sed, quæſo, aduerte circa hunc text. in verſi.ſeq.
in verbo, ſimili modo. quod conuenire poteſt
quatuor reſpõſis huius.§.in quibus æqualiter de
ſurdo, muto, cæco, & furioſo diſponitur: quare
videbatur idem iudicium fieri debere, dum dicit
in verſi.ſeq.mutum ſimili modo excipimus. non
diſsimili argumẽto vtitur.l.quia dicitur.ff.de eui
ctio.l.fin.§.ſimiliq; modo. C.de iure deliber. Et
71 tamen iſte text. in concluſione ipſius † differen-
tiam ſtatuere videtur inter ſurdum, mutum, cæcũ
& furioſum. Nam cæcum et furioſum ſimpliciter
abſoluit nulla moderatione data: ſurdum & mu-
tum non æquè. ſurdum ſicuti abſentem tantum
vel per ſpacium diſtantẽ excuſat. mutum vbi pro
domini auxilio vocis miniſterio ſolum opus eſt.
In ſurdo probat iſte text. in verſic. quia vt illi per
ſpacium. In muto in verſic.ſed.ibi, vbi vocis tan-
tum auxilium ſuperfuit. In cæco ſimpliciter di-
cit, veniam mereri debet. furioſos excipi iubet.
Ex his probari videtur non eſſe faciendam exten
ſionem de vno caſu ad alium, ſeu perſona ad aliã,
vbi cadere poteſt ratio diſsimilitudinis, quãquã
in aliquibus lex ſimilitudinem quãdam introdu-
cat, vt.l.ob æs. C.de prædi.mino.ſine decre.non
alienan. De hoc vide Moder.Papien.in.l.ſi mo-
ra.colum.ij. ff.ſolu.matri. & in.l.poſthumo. vij.
colum. C.de bono.poſſ.contra tabul. in.l.fin. C.
vnde legiti.l.liberto.ff.de ritu nuptia. Sed attẽ-
72 tari poteſt, † vt cæcus nõ magis quàm ſurdus aut
mutus excuſari debeat, per rationem huius legis,
ponderata dictione, ſimili modo. quæ eſt in ver-
ſicu.mutum. qui omnibus conuenit: & ideo de-
bere ad omnes pariter extẽdi, argumẽto.l.quum
pater.§.quum imperfecta.ff.de lega.ij. & per ra-
tionẽ. §.dulciſsimis. in eadẽ.l.quum pater. Nam
ratio quæ in muto et ſurdo hic poſita eſt, æquè in
cæco concludit. Quid enim ſi cæcus qui vocẽ do
mini clamantis audit, quemadmodum & hi qui
abſentes ſunt, & oculo corporali dominum vide
re non poſſunt, qui tamen non excuſantur, vt in
dicta.l.j.§.iuxta. verſic.potuiſſe. ſuprà eo.quare
cæcus excuſari debet. Et ſi dixeris non conclude
re in eo qui abſens eſt, & venire poteſt, & dum
venit, auxilium corpore præſtare poteſt, quia nõ
ſic cæcus facere poteſt. Dic quòd lex nõ tantum
auxilium exiſtimauit corpore ſe opponendo, ve-
rumetiam voce exclamando, aut voce plorãdo:
ſicut de fœmina dicitur in dicto verſicu.potuiſſe.
72 † Et ſi dicas non eſſe conſultum cæco ſi acclama
uerit. tollitur enim hæc ratio per dictum verſicu.
ſerui quoties.in eodem.§.iuxta.ſuprà.l.j. quoniã
ſeruus ſalutem ſuã domini ſaluti anteponere non
debet. Nam & impubes non excuſatur hac ratio
ne, quia non acclamauit, in.l.excipiuntur. infrà
eo.l.j.§.impubes. ſuprà eo.titulo. Sic nec mutus
excuſandus eſt, niſi vbi vocis auxilium ſuperfuit.
tamen ſi tu in criminalibus in quibus mitior ſen-
tentia ſequenda eſt. l.ſi præſes. &.l.ſanctio legũ.
ff.de pœn.vis in eam ſentẽtiam inclinare cæcum
excuſando, & verbis adhærere, nõ rationi huius
l. dicere potes pro cæco aliquando vocẽ acclamã
do maiore incommodo quàm domini beneficio
eſſe futuram, vt dictum eſt in.l.j. §.tuliſſe. ſuprà
eod. Secundò cæcus circũduci poteſt in voce do
mini, vt notant omnes poſt Cin.& Bal.in.l.ſi ſpe
ciali.C.de teſta. Ob id cæcum aſſerunt idoneum
teſtem non eſſe. De quo dic vt in dicta.l.j.§.hoc
autem ſenatuſconſultum. Sed illis fortiter obſtat
dicta.l.j.§.iuxta.verſicu.potuiſſe. &.§.tuliſſe. in
quo text. ſingulariter vocis miniſterium conſide
73 rat ad terrendos hoſtes ſeu inimicos dñi. † Qua-
re audiens dominum offendere ſi voce clamãdo
aut plorando vicinos excitare potuit, & ſic domi
ni inimicos terreri: excuſari non poteſt, per ratio
nem dicti.§.tuliſſe.&.§.potuiſſe. Cogita tu bone
iudex ſecundum facti occurrentiam, vt in.l.j. C.
de edend.l.iij.§.tu magis ſcire potes. ff.de teſtib.
At in furioſo quandiu furore agitur, nulli poteſt
dubium eſſe.l.tam dementis. C.de epiſco.audiẽ.
l.diuus.ff.de offic.præſi. infelicitas fati excuſat.l.
infans.ff.ad.l.Corne.de ſica.l.pen.§.fina.ff.ad.l.
Pompei.de parrici.

Idem de mente capto qui omnino intellectu ca
ret. l.in ea. ff.de teſta. niſi dilucida habuerint in-
terualla.l.furioſum.C.qui teſta.facere poſ. Nam
furioſus abſentis & quieſcẽtis loco habetur. l.ij.
§.furioſus. infra titu. proxi.l.j. §.adipiſcimur. ff.
de acquir.poſſ. Sed ſurdus ſicuti & hi qui per ſpa
tium excuſantur, ſimiliter & furioſus excuſandus
eſt, clemen.vnica.de homicid. Sed vt de muto &

ſurdo ſuprà dictum eſt, qui in ſenſu in quo pec-
cant non excuſantur, ſi potuerũt auxilio eſſe do-
mino. Similiter et furioſus qui dilucida habet in-
terualla, quia in eo interuallo potuit dño opem
74 ferre. † Nam & furioſus iudex eſſe poteſt, ſi per-
petuo furioſus non eſt. l. quum prætor. §. fi. & l.
quum furioſus. in princ. ff. de iudi. Non mirum ſi
puniatur, ſi eo tẽpore quo furore non agitur, au-
xilium domino non tulit. Imò plus ſi poſtquàm
peccauit, furor illi superueniat: nõ differetur pœ-
næ executio, ſecundùm Ludo. Roma. in dicta. l.
furioſum. C. qui teſta. facere poſ. Quem Moder.
Papiẽ. ſequũtur. At cõmunis doctorũ opi. cõtra-
dicit Roma. ſecũdùm Alex. in dicta. l. furioſum.
de quo per Io. de Imo. in. l. ex facto. ff. de vulg. &
pupil. ſubſtitu. & in. c. Raynutius. extra, de teſta.
Bal. in dicta. l. ſurioſum. fuit in ea ſententia vt fu-
rioſus, quãuis delictũ cõmiſerit ante furorẽ, cor-
poraliter puniri nõ poteſt dũ in furore eſt, ſed in
bonis dãnari debet per bonorũ annotationẽ. Et
licet Bal. nihil alleget, Ludo. Roma. addit. l. fi. ff.
de ſepul. vio. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de ac-
cuſa. quæ mihi hoc nõ probãt. vnde Ioã. de Imo.
pro doctrina Bal. addit. l. diuus. ff. de offi. præſi.
75 Furioſus enim ſatis ſuo furore punit̃. † Secũdò,
Furioſus abſentis loco eſt, vt diximus. l. ij. §. furi-
oſus. infra titu. j. Abſens autẽ non dãnatur. l. ab-
ſentẽ. ff. de pœ. l. j. ff. de requirẽ. re. Pœna intelli-
ge capitali, per illũ tex. ſed ſolũ vſq; ad relegatio-
nem & bonorũ annotationẽ. Et per eã poſſet ſu-
ſtineri dictum Ludo. Roma. & Bal. in dicta. l. ſu-
rioſum. vt quũ delictũ furioſi patefactũ eſt, ſicuti
abſentis bona annotantur, ſic & furioſi annotari
poſſunt. Tertiò, ex doctrina Cini in. l. ij. C. qui te-
ſta. facere poſ. mortuus corporaliter nõ punitur.
l. defuncto. ff. de publ. iudi. l. ij. C. ſi reus vel accu-
ſa. mor. fue. in bonis aũt puniri poteſt. l. ij. C. vbi
cau. fiſca. l. ſi. ff. de bo. eo. qui ante ſentẽ. mor. ſibi
cõſci. dixi in. l. j. §. ſi ſibi manus. ſuprà eo. Sed fu-
rioſus ſimilis eſt mortuo. l. bonorũ. verſ. an autẽ.
ff. rem ratã haberi. Igitur nec furioſus corporali-
ter puniri poteſt, licet in bonis ſecus, ſecundùm
Bal. ſententiam. Quartò, quomodo poteſt vinci
furioſus confeſsione? nequaquã, quicquid enim
agit ignorat, dicta. l. diuus. ff. de offic. præſid. l. in
76 negotijs. ff. de regu. iur. † teſtibus ſuperari eo in-
audito nõ poteſt: quoniã filium inauditũ non iu-
dicat pater, neq; prætor. l. inauditum. ff. ad. l. Cor-
ne. de ſicar. Et legitime defenſum, dicta. l. abſen-
tem. vnde proceſſus aduerſus eum fieri non po-
teſt. Vnde Ioã. & Alex. de Imola. conſulendum
eſſe principẽ dicebãt, per dictam. l. diuus. Et ma-
xime quum illa lex dicat, furioſum ſatis ſuo furo-
re puniri. & l. pen. §. fi. ff. ad. l. Pompeiã de parri.
Quintò, in dubijs vbi dubitatio eſſe poteſt in cri-
minalibus faciendũ eſt magis illi parti quæ abſol-
uit, per regulã. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. ſi
præſes. ff. de pœ. l. Arriani. ff. de actio. & obliga.
l. quum quidã. ff. de lib. & poſthu. Et Moder. di-
ſcedẽtes ab opi. Lud. Roma. in dicta. l. furioſum.
C. qui teſta. face. poſſ. & in. l. j. ff. ſi ex noxa. cauſa
aga. dicũt hanc eſſe cõmunem opinionẽ, à qua in
iudicãdo recedere non licet. Et reſpondent argu-
mẽtis Ludo. Roma. In primis dum dicit Roma.
pœnã non immutari propter ſuperuenĩẽtem no-
77 uam qualitatẽ. l. j. ff. de pœ. † Secũdò, in publicis
delictis, in quibus pœna à iure determinata eſt,
conſiderari tẽpus delicti cõmiſsi, per dictã. l. j. ff.
de pœ. Dicã plenius in. §. de his. infra ea. l. vtriq;
argumẽto reſpõdent, quum ex eodẽ fonte proce-
dant, nõ immutabit̃ pœna, ſed proceſſus & con-
dẽnatio impediãtur. Eodẽ modo reſpondent ar-
gumẽto Franciſ. Are. dicẽtis, furorẽ ſuperueniẽ-
tem nõ tollere præcedentẽ obligationẽ. verũ eſt,
non tollere, ſed impedire poſſe executionẽ eius
aduerſus ſurioſum: quũ loco abſentis habeat̃, vt
ſuprà dictũ eſt. Non obſtat etiã vnum, cuius me-
minit Cin. & Roma. poſt eum in dicta. l. ij. C. qui
teſta. face. poſ. Cuius mẽtionem fecimus in. l. j. §.
78 ſi ſibi manus. ſuprà eod. † Animal irrationale ſi
peccauerit, puniri & cõburi poſſe. c. mulier. xv.
q. j. ſimiliter mortuum in aliquibus caſibus poſt
mortẽ puniri, vt illhic annotauimus, per. c. quum
ad monaſteriũ. extra, de ſta. monach. c. ad abolen-
dã. & ca. excõmunicamus. extra, de hære. & alijs
caſibus, de quibus in dicto. §. ſi ſibi manus. Re-
ſpondẽt, ſi hoc verum eſſet, æquè in furioſo deli-
ctum cõmittente cõcluderet: quod lex prohibet,
dicta. l. diuus. ff. de offi. præſ. l. infans. ff. ad. l. Cor-
nel. de ſicar. Sextò, ad dictam. l. diuus. ff. de offic.
præſi. in verſi. nec morti eius danda eſt venia. re-
ſpondent intelligendam eſſe ſecundùm caſum in
ea poſitum propter criminis immanitatem: & ta-
men adhuc princeps noluit pœnam à furioſo exi-
gi eo inconſulto, qui diſcutit de cauſa, & tempo-
re furoris, & modo cõmiſsi delicti. Septimò, re-
ſpondent doctrinæ Bart. in. l. nunquã. §. ſi vi aut
clàm. ff. de vſucapio. quæ fuit gloſ. in. l. ſi quis rẽ.
79 §. voto. ff. de pollici. † Non excuſari ſurioſum à
pœna gehennæ, ſi poſt cõmiſſum mortale pecca-
tum ſurioſus effectus eſt propter præceptum do-
mini, quo iuſſum eſt omnibus vigilare, ne fortè
quum dominus Deus venerit inueniat nos dor-
mientes. Octauo, dum dicitur per Bar. in dicta. l.
ex facto. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. filium non
excuſari ab exhæredatione, ſi dum ſanæ mentis
eſſet, patrẽ verberauerit, licet poſtea furor ſuper-
ueniat. l. ſi. §. ſed quũ antiquitas. C. de cura. furio.
l. de creationibus. C. de epiſco. audiẽ. Quia Bal.
& hi qui eum ſequuntur, fatentur furioſum in bo-
nis, non in corpore ſeu pœna corporis afflictiua
puniri poſſe. Ex his concludunt cum Bald. in di-
cta. l. furioſum. & l. humanitatis. ix. colum. verſi.
tertiò quæritur. C. de impuber. & alijs ſubſtit. &
in. l. vnica. colum. vj. C. de confeſ. Vnde nec iſta
obſtant.

Si tamen vis adhærere opinio. Ludouic. Ro-
mani. quæ de iure vera eſt, dic. l. diuus. intelligi
de eo qui

de eo qui dum fureret, delictum cõmiſit: non au-
tem ſi ſanæ mentis erat. Et clarius ſole diſtinguit
illa. l. diuus. in verſicu. ſi verò. in his verbis, vnde
forte eo momento ſcelus admiſerit, nec morbo
eius danda eſt venia. Et quum ille text. vult prin-
cipem conſuli: intelligetur de eo qui modica ha-
bebat interualla, vt propter temporis breuitatem
difficile ſit iudicare an eo tẽpore, quo morbo agi
tabatur, delictum commiſerit, an verò tempore
quo ſanæ mentis eſſet: ob id voluit in his conſuli.
Sed vbi nõ poteſt eſſe dubiũ quin tẽpore cõmiſ-
ſi criminis fuerit ſanæ mentis: ceſſat ratio illius. l.

Præterea reſponſiones Modern. Papien. non
80 concluderent generaliter. † Quid enim ſi proceſ-
ſus factus eſt cum eo qui ſanæ mẽtis erat, ſed pri-
uſquam ſententia ſeu condemnatio fieret furere
cœperit: ceſſabit ratio eorum. Tertiò, nonne po-
teſt ex facti euidentia ſuperari, vt in. l. obſeruare.
C. quor. appella. non recipi. in his verbis, itemq́
eorum qui manifeſtam violentiam commiſerũt.
&. l. qui ſententiam. C. de pœ. dicat conuicti aut
confeſsi: & idem notat Bald. in. l. vnica. verſicu.
quæro nunquid ſurdus. in ſin. quæſtionis. C. de
confeſſ. Secundò, in argumentum facit. l. ij. C. de
epiſco. & cleri. Filius, inquit, natus ante ſacerdo-
tium, filius ſacerdotis non eſt: ſic is qui quum ſa-
næ mentis eſſet, homicidium commiſit, nõ poteſt
ſe excuſare quod furore agitatus hoc fecerit. vn-
de ceſſante cauſa beneficij, ceſſat legis diſpoſitio.
l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. Et in hac
ratione Theologi præcipue mouentur, dum di-
cunt, non excuſari eum, qui in furorem poſt mor
tale commiſſum incidit. Nec videtur plurimum
81 ſaporis habere Bald. opin. † vt furioſus in bonis
puniatur, & ſi in corpus ſuum attentari non lice-
ret duplici ratione: quia res, quæ non peccaue-
runt, punirentur: corpus autem ipſum quod pec-
cauit, impune eſſet: quod à iure alienum eſt, vt in
§. oportet. in authenti. de manda. princi. colla. iij.
Secundò, in abſentem non poteſt etiam annota-
tionis bonorum ſentẽtia ferri, niſi contumacem,
& qui ſui præſentiam contumaciter iudici facere
recuſat edictis prætoris ſpretis. l. abſentem. ff. de
pœn. l. locorum. verſic. ſin verò. C. de omni agro
deſer. lib. xj. quæ in furioſo cadere non poſſunt.
l. tam dementis. C. de epiſco. audien.

Quare quicquid Bald. & Moder. ſentiant, ſo-
lida manent fundamẽta Ludo. Roma. & ea quæ
pro eo ſuprà annotauimus. Et vltra quam ab ali-
quo ſit ponderatum dico apertè probari in dicta
l. diuus. ff. de offic. præſid. ibi, ſi verò, vt plerunq́
aſſolet, interuallis quibuſdã ſenſu ſenior eſt, vn-
de forte eo momẽto ſcelus admiſerit: nec morbo
eius danda eſt venia. Et ibi, ſi quum poſsit videri
ſentire, commiſerit: ſupplicio afficiendus ſit.

Neq; ex his poteſt dici hic articulus ambiguus,
ſed ſole clarior: & argumenta Alexan. & Ioã. de
Imola loquẽtia de abſente & mortuo quibus fu-
rioſi æquiparantur ab eis, concludunt. vbi à fu-
rioſo delictum commiſſum eſt: non ſi ab eo qui
ſanæ mentis erat dum deliquit, dicta. l. diuus. ff.
de offic. præſid. quæ euitari non poteſt. ſimiliter
iſte text. & aliæ leges quæ de furioſis loquuntur
dilucida interualla habentibus: & id verum eſt.
82 † Idem in demente dico ſeu mente capto per ra-
tionem dictæ. l. tam dementis. C. de epiſ. audien.
&. l. ij. ff. de teſta. §. item furioſi. iuncta glo. Inſtit.
quib. non eſt permiſ. facere teſta. Intellige in ve-
ro demente, non autem in eo qui demẽtiam ſimu
lauit. l. obſeruare. ff. de curato. furio. & dicta. l. di
uus. in primo reſponſo. ff. de offic. præſi. Et idem
Parriſijs iudicatum extitit de quodam mente ca-
pto qui famulum legati regis Vngariæ Parriſijs
occiderat commendatæ memoriæ Ludouico hu-
ius nominis Franciæ Regum. xij. Parriſijs degen
te. Vngarus enim dementem ſecus viam diui An
tonij alapa percuſsit, poſtridie verò Vngarus ob
uius repertus eſt à demente in aula regalis palatij
in qua friuola vendũtur: ille viſo & cognito Vn-
garo qui eum offenderat, gladio, qui tunc vena-
lis erat, Vngarum ſtricto gladio percuſsit & oc-
cidit, diſcreto Vngaro ab alijs qui cum legato e-
83 rant: † ea ſola ratione quia intellectum habuiſſe
viſus eſt in electione viri qui nudiuſtertius homi
cidij eum offenderat iudicio curiæ laqueo ſuſpen
ſus eſt, conſulto tamen prius rege, ſicuti. l. diuus.
commemorat: quia de demente quæſtio erat qui
dementia agitatur. Non ſic eſt in eo qui furore
continuo ſic coërcetur, vt quid faciat ignoret. l.
§. ff. de curat. furio. ſeu qui penitus intellectu ca-
ret, dicta. l. penul. §. fin. ff. ad. l. Pompei. de parri.
Per quam dico non eſſe in conſideratione quod
Modern. Papien. dicere voluerunt in dicta. l. di-
uus. habitam eſſe conſiderationem immanitatis
criminis commiſsi in matrem. In primis ratio il-
lius. l. diuus. hoc apertè diſſuadet: præſertim ra-
tio quæ legem abſoluit. Nam etiam illa. l. penul.
§. fina. immanitatem criminis non conſiderat, ſed
furorem tantùm, quodq́ furioſus furore agite-
84 tur dum facinus perpetrauit. † Alioquin ſi tem-
pore commiſsi delicti mente ſanus eſſet, non ad-
mittit. Ob id quæſo nota in dicta. l. fi. verba quæ
ſequuntur, per furorem aliquis parentem occide
rit, impunitus eſt. Secundò, rationem legis, quia,
inquit, ſatis ipſo furore punitur, qui per furorem
crimen commiſit. Neque alia ratione ductus eſt
Iureconſultus in dicta. l. diuus. vt ſuprà dixi. Et
id verum eſt.

SVMMARIVM.

1 Fautor & criminis conſcius iudicatur qui homicidã occultat, aut cuiuſuis facinoris autorem.
2 Conſcius & fautor criminis punitur lege Pompeia de parricidijs.
3 Receptator lege Cornelia de ſicarijs tenetur tanquam fa cinoris particeps & conſcius.
4 Fautor criminis ſeu auxilium præbens, non ſemper ea- dem pœna punitur, qua reus ipſe.
5 Receptatores criminis in multiplici differẽtia reperiun-

tur,& ideo variè puniuntur.
6 Receptator in quo differat à celatore.
7 Furem ſeu aliàs criminoſum non ſemper prodere tenemur,
8 Ignorans non debet puniri, perinde ac conſcius.
9 Occultans aut recipiens latronem eo animo vt eum iudici offerat, non punitur.
10 Eripiens aliquem vi, ſiue dolo, incidit in legem Iuliam de vi publica.
11 Receptator facinoroſi quibus concurrentibus puniri poſsit.
12 Dolus quidam bonus eſt,& quidam malus.
13 Extenſio in criminalibus non admittitur.
14 Hæres depoſitarij interfecti quo caſu teneatur de ornamentis depoſitis, quæ penes interfectum perierunt latronum incurſu.
15 Depoſitarius quãdo de interitu rei depoſitæ teneatur. Depoſitarius quando fideicommiſſario æquiparetur, & in quibus.
16 Tutor de culpa lata circa res pupilli commiſſa tenetur. Culpa lata in quibus actionibus & contractibus dolo adſimiletur.
17 Depoſitum quando precario comparetur.
18 Culpa dolo proxima dolum repræſentare dicitur.
19 Negligentia magna, quæ dolu æquiparatur, in depoſitum cadere poteſt.
20 Opinionem communem improbare & ſingularem viam tenere, aſſcribitur temeritati.
21 Dolus ſolus & non culpa lata ex natiua contractus depoſiti origine in depoſitum venit.
22 Hæres depoſitarij an poſsit de caſu fortuito circa rem depoſitam contingente conueniri.
23 Depoſitarius tenetur de interitu rei depoſitæ.
24 Dolus & culpa in quibus præſtari debeant.
25 Depoſitarius an teneatur de lata & leui culpa.
26 Culpa & diligentia præſtari debet in re depoſita.
27 Commodatam rem æſtimatã recipiens, quid circa eandem præſtare debeat.
28 Depoſitarius qui nullam pro ſeruandis veſtimentis recipit mercedẽ: tenetur depoſiti actione,& dolum præſtare debet.
29 Venditio ſi facta ſit gratia duorum, venditor dulum tãtùm præſtare tenetur,& culpam dolo proximam.
30 Commodatarius quid circa rem commodatam præſtare teneatur, dolum ſcilicet, an etiam culpam.
31 Culpa in depoſitum cadere poteſt tribus caſibus.
32 Accurſij hallucinatio accipiẽtis dolum pro lata culpa.
33 Culpa lata non venit in depoſito,& quid ſit lata culpa.
34 Culpa quæ ſit quam commodatarius contrahere poſſit in re commodata.
35 Diligentia quæ & qualis ſit à depoſitario debita.
36 Negligentia magna pro dolo reputatur.
37 Depoſitarius quo caſu de leuiſsima culpa teneatur.
38 Deponens rem cuſtodiendam penes eum quem ſcit minus diligentem: non poteſt contra eundem agere actione depoſiti.
39 Diligentia qualis in depoſitario requiratur,& nu.41.
40 Depoſitarium negligentem ſcienter eligens ſibi imputet, ſi ſua res pereat.
42 Dolus verus quando cadat in depoſitum, quando præſumptus,& quando omne periculum.
43 Fideicommiſſarius an ſit depoſitario comparandus.
44 Negligentia conſueta in ſuis rebus non excuſat fideicommiſſarium ab interitu rei fidei ſuæ commiſſæ.
45 Hæres quando & circa quæ teneatur de dolo, lata, leui & leuiſsima culpa.
46 Ignorantia quæ dicatur dolo proxima.
47 Bona fides abeſſe præſumitur, cùm quis res depoſitas perdit, ſuis ſaluis exiſtentibus.
48 Culpa lata & dolo proxima, eſt dolo aſsimilanda.
49 Taxatiuæ dictiones qualis ſint virtutis & efficaciæ.
50 Imperitia leuis aut negligentia an excuſet à dolo.
51 Aſſeſſor malè conſulens, de imperitia & imprudentia tenetur, iudex verò de dolo tantùm.
52 Menſor fallens in menſura, tenetur actione doli.
53 Culpa quando æquiparetur dolo.
54 Depoſitarius an teneatur habere circa depoſitum eam diligentiam, qua bonus paterfamiliàs vti ſolet in rebus ſuis.
55 Commodatarius qualem circa rem commodatam adhibere debeat diligentiam.
56 Tutor propter quæ à tutela deponi poſsit.
57 Creditor qualem teneatur in pignore cuſtodiendo diligentiam præſtare.
58 Maritus non perinde in ſeruos dotales ſæuire poteſt, atque in proprios.
59 Fideicommiſſarius qualiter in re fideicommiſſu relicta verſari debeat.
Mandatarius qualem adhibere teneatur diligentiam circa mandatum.
Socius qualem in re communi fidem & ſolertiam præſtare debeat.
60 Diligentia quæ requiratur in depoſitario.
61 Culpa latior dolus eſt ſecundùm Neruam,& nu.ſeq.
62 Dictio, tamen, aduerſatur orationi præcedenti.
64 Depoſitarius quando dicatur bona fide carere.
65 Depoſitarius quando teneatur de caſibus fortuitis in re depoſita contingentibus.
66 Deponens, quandocunque depoſitum à depoſitario repetere poteſt, non obſtante quauis exceptione,
67 Precario conceſſum quando repeti poſsit.
68 Commodatarius quãdo de dolo & culpa teneatur pro negligencia circa commodatum habita.
69 Dolus tantùm in precario præſtari ſolet.
70 Poſsidens precario quando teneatur de culpa & dolo.
71 Impropriatio facta à lege quando admittenda.
72 Extenſio fieri non debet à iudice, vbi facta non inuenitur a lege.
73 Præſtans auxilium malefactori qualiter puniatur vel excuſetur.
74 Vxor debet eſſe particeps infortunij mariti: quare & illi fauere & eundem celare poteſt poſt delictum.

§. Si quiſquam.

INTENDO pleniore ſtylo fautorum & receptatorum materiam examinare in. l. pen. infra eod. Igitur quæ huic. §. conueniant, aperiam, & plura non dicam. Scienter & dolo malo recipiens ſeruum domini occiſorẽ, vel criminis conſcium, lege Cornelia de ſicarijs plectendus eſt. hoc dicit.

In capite. §. nota dictionem, quiſquam. vt æquè dominum comprehendat, qui ſeruum vxoris occultat

cultat vxoris homicidam, vel filium qui matrem occidit, ſicuti & quencunque exterum. quãuis glo. §. hic ſecus ſentiat, et intelligat hunc tex. de extraneo tantum. Sed contra gloſ. mouet me ratio. l. j. §. ſi vir. ſuprà. & §. ſi maritus. ſuprà. hac noſtra lege. Suadetur alia ratione, † quia & fautores & conſcij criminis iudicãtur qui homicidam aut alterius facinoris autorem ſcienter & doloſe occultant. c. ſicut dignum. extra, de homicid. l. crimen. C. ad. l. Iuli. de vi publi. l. j. C. de his qui latro. occulta. ſæpius in ſuperioribus legibus annotauimus, non repeto, ne fortè cicada raucitet. Alioquin ſi is qui vindictam vxoris proſequi debet, prohiberet pœnam ab homicidis exigere: non careret vicio ſocietatis occultæ, quaſi criminis fautor, vt plenius diximus in. l. j. §. quod ſi quis puta veneno. verſic. quid ergo. & §. ſi quis in villa. ſuprà eo. & dicam in. l. penul. infrà eo. & nunc aliquid declarabimus. l. & ſi certus. §. ſi vnus. infrà eod. illhic copioſius tractabitur. Suadetur etiam autoritate. l. vtrum. ff. ad. l. Pompeiam de parrici. † Nam conſcius aut fautor, quiſquis ſit, etiam extraneus, lege Pompeia de parricidijs æquè punitur, per illũ tex. & §. alia deinde lex. Inſtit. de publi. iudic. Diſsimile nõ eſt in hoc Senatuſconſulto, vt ſæpius dictũ eſt in præcedẽtibus legibus.

Ego idem de muliere ſeu vxore dico, quũ maſculinum fœmininũ concipiat. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. omniũ iudi. Illhic Moder. Papien. copioſe diſputant tritam iuris regulam cum limitationibus plurimis prædictis. Accedit in ſimili ratio. l. ij. §. j. verſi. cæterùm. ff. ad. l. Iuli. de adulter. in his verbis, quique contaminatione non indignatur: pœna adulterij configitur. Nam maritus & vxor, licet forſitan aliter criminis participes aut conſcij non ſunt, quàm hac occultatione: non excuſantur, licet propter familiæ diſpendium contigerer ſi accuſaretur, moueri potuiſſent. §. quid ad cauſam. verſi. nõ tantum. infrà ea. l. Et id propter intereſſe Reipublicæ. l. j. in princi. ſuprà eo. illhic dictum eſt in filio criminis conſcio fortè mitius cum patre aut matre agendum eſſe, per rationem l. nec in ea. ff. ad. l. Iuli. de adulter. l. ſi filius. C. de patria poteſta. ibi, dicturo ſententiam, quam tu quoque dici volueris. Præſertim ſi cauſa poſſet vrgere, quare ad eam occultationem moti ſunt, vt infrà dicam. Interim commemorabo exemplum Gellij in noctibus atticis, de muliere quæ virum eiuſdemque viri alterius tamen mulieris filium veneficio occidit, eo quod maritus ac filius eiuſdẽ mulieris filium alterius tamen viri occiderant. Cuius pœna iudicio Areopagitarum in annum centeſimum dilata eſt. Hæc Gell. lib. xij. capi. vij. Cuius aliquando ſuprà meminimus.

In text. Qui huius facinoris noxius erit, † nota receptatorem veluti conſcium ſeu participem noxij criminis teneri lege Cornelia de ſicarijs atque ſi criminis noxius eſſet: quàmuis aliàs non ſoleãt in criminibus fieri extẽſiones de vna perſona ad aliam, vt dictum eſt in præcedente. §. Tamen vbi qualitates non ſunt diſſimiles, & lex paritatẽ ſupplicij in vtroque ſtatuit: idem de vtroque cẽſendum eſt, vt hic, in his verbis, in ea cauſa eſt. dicam plenius in. §. de his. infrà ea. l. ſuper verbo, perinde. Adde tu interim. l. j. & Bart. illhic in verbo, perinde. ff. de recepta. l. ij. §. ſi is. verſi. argumẽto eſt. ff. de bo. eo. qui ante ſentẽ. mortẽ ſibi conſci. l. ſacrilegij. §. his autem. ff. ad. l. Iuliã pecul. Aduerte tamen ad hunc tex. qui receptatores ſeu fautores ſeruorum & familiæ quæ in dominũ ſæuit vel dominũ occidit, lege Cornelia de ſicarijs, nõ autem pœna huius Senatuſconſulti punit. In ea (inquit iſte text.) cauſa eſt, acſi lege, quæ de ſicarijs lata eſt, facinoris noxius fuerit: quæ de iure digeſtorũ in homine in dignitate conſtituto eſt deportatio. In eo verò qui ſecundo gradu eſt, capitis diminutio. Nanque beſtijs ſubijciuntur. l. iij. §. ſi. & l. pen. ff. ad. l. Corne. de ſica. Et vera exiſtente hac interpretatiõe, quæ amica eſt literæ, hic tex. plurimùm
4 iuuat ad probandum † fautorem criminis ſeu auxilium præbentem poſt commiſſum crimen non puniri ea pœna, qua ipſe reus punitur, etiã in hoc crimine ſpeciali, quod à Senatuſcõſulto Sillaniano & Claudiano fauorabiliter introductum eſt: quia hic reus punitur pœna huius Senatuſcõſulti: Fautor ſeu receptator pœna legis Corneliæ de ſicarijs, quæ mitior eſt iſto iure digeſtorũ. Quod verum ſit, patet ſole clarius. Nam huius Senatuſconſulti pœna in ſeruos eſt vltimum ſupplicium. l. j. §. vltimum. ſuprà eod. Sed pœna legis Corneliæ de ſicarijs, eſt deportatio ſeu capitis diminutio, per quam quis beſtijs ſubijcitur, vt vidiſtis dicta. l. iij. §. ſin. & l. pen. ff. ad. l. Corn. de ſicar. quũ ergo hic text. pœnam legis Corneliæ de ſicarijs tantùm in receptatores ſtatuat: receptans paritate ſupplicij cum reo non plectitur: niſi velis dicere pœnam huius Senatuſconſulti pœnam eſſe. l. Corn. de ſicar. vel hic additam eſſe in receptatores vltra pœnam huius Senatuſconſulti. Sed varietas pœnarum quæ in vtroque ſtatuitur, recte oppoſitum probat, vt vidiſtis. Nec obſtabit. l. j. §. in
5 pari. ff. de receptato. † quæ differentiam inter receptatores ſtatuere videtur, videlicet eum qui pecunia accepta vel parte furti furem recipit & dimittit, & eum qui gratis recipit et dimittit. Id etiã iuuaret quod Bart. illhic extendit ad eum qui tenetur territorium defendere, per. l. ne quid. §. j. ff. de incend. rui. naufrag. Hic plura non dicam, ſed copioſius proſequemur in. l. penul. infrà eod. vltra ea quæ in præcedentibus legibus dicta ſunt. Illhic enim materiam fautorum & receptatorum ampliſsimo cornu expediemus.

In tex. receperit. Concord. dicta. l. j. ff. de recepta. l. j. C. de deſerto. & occul. lib. xij. l. j. C. de his qui latro. occulta. l. j. C. de falſ. moner. l. ij. & l. ſi quis ſeruum. C. ad. l. Fauiam de plagia. l. qui aliquem. & l. qui textrinis. C. de murileg. lib. xj. l. quum ſatis. C. de agri. & cenſi. l. Methrodorum.

ff.de pœ.Plures aliæ repetuntur in.l.pe.infrà eo.
6 In tex.In verbo,celauerit. † Hic vides differen
tiam eſſe inter receptatorē & celatorem. quãuis
hic text. vtrūq; pari pœna condemnet. diuerſitas
vtriuſq; vocabuli cõiecturari poteſt per alterna-
tiuam, vel quæ ſolet inter diuerſa poni, licet ſen-
ſum coniungat.l.ſi ex toto.in princi. ff.de lega.j.
Et iſta eſſe poteſt,quia qui apud ſe recipit,ꝓprie
receptator eſt,vt in dicta.l.j. ff.de receptato. Li-
cet etiam is recipere dicitur,qui cauſa refugij alie
num locum fugitiuo tradit.l.j. §.quod autem. ff.
de ſer.corrupto. Celator autem non tantùm qui
apud ſe recipit,vt in.l.j.ff.de ſer.fug.&.l.j.in ver
bo,ſecum. C.de his qui latro.occulta.l.ſi quis ſer
uum.§.ſed ſi celanti.ff.de ſer.corrup.ſed receptũ
ab alio non manifeſtat,vt in dicta.l.j.§.fina.ff.de
receptato.&.l.ij.C.qui latro.occulta.&.l.Fulci-
nius.§.latitare.ff.quib.ex cauſ.in poſ.ea. Melius
7 in.c.hoc videtur.xxij.q.v. † Quamuis nõ omnē
criminoſum ab alio occultatum teneantur mani-
feſtare neq; prodere: quoniã pro iudicandis furi-
bus aut iſtiuſmodi criminoſis præmium recipere
licet.l.ſolent.ff.de præſcrip.verb.l.qui vas.§.qui
furem.ff.de furtis.quos alioquin ſi prodere tene
remur, præmium accipere aut petere permiſſum
non eſſet.l.metũ.§.ſed licet.vbi idem notat Bar-
tol. ff.quod met.cauſa. vide vltra prædicta. l.lex
Cornelia.§.fin.verſi.& ei qui iudicaſſet. ff.de in-
iur.l.falſus.§.qui alienam. verſi.plerique etiam pu
tant.ff.de furt. Ioan.Andr.in.c.dudum. ix.colũ.
extra,de electio. Et hæc occultatio ſeu concela-
tio diſſimulatio rectè dici poteſt.l.ſi quis ſeruus.
C.quib.ex cauſ.ſer. pro præ. liber.accipi. l.Me-
throdorum.ff.de pœn.l.edicto.§.extat.ff.de iure
fiſci.l.ij. C.de commer. & merca. l.j.in ſin. C.de
deſer.& occulta.lib.xij.&.l.placet.in his verbis,
vel ignobili diſſimulatione. C.de excuſa.artific.
lib.x.l.j.C.de paga.& ſacrifi.l.ſin. C.ne ſanctum
baptiſ.reiteretur.l.penult.in his verbis,ſcientem
delictum ſeruare.l.ſeruos. §.ſina. dum de iudice
loquitur.C.ad.l.Iuliam de vi publica. Plura alia
annotabuntur in.l.penul.infrà eodem.
In text.ſciens.Concord.l.j.C.de his qui latro.
occultaue.l.j. C.de deſerto.l.j. C.de fal.moneta.
8 † Alioquin ignorãs non punitur,per illas leges,
&.l.j. ff.de recepta. l.j. ff.de ſer.fugiti. Sed volo
aduertas ad hunc text.& quidem ſingularem, vt
non ſufficiat ſcienter domini homicidã aut iſtiuſ
modi criminoſos recipere et occultare:ſed requi
ritur quod dolo malo et ſcienter occultent,dicta
l.j.ff.de ſer.fugi.&.l.j.C.de his qui latro.occult.
l.j.in princ.&.l.doli. ff.de ſer.corrup.l.j.§.dolũ.
ff.de eo per quem factum eſt. Adde ad hunc tex.
& ſimiles non eſſe locum edicto, niſi recipientes
ſeu celantes diu occultare conati ſunt, vel iudici
offerre occultatores diu ſuperſederint. Ad id mo
uet me.l.ij.§.ſin. ff.ad.l.Iul.de adulte.l.j.&.l.edi
cto.§.extat.ff.de iure fiſci. & dicta.l.j.in prin. C.
de deſerto. & occulta. lib.xij. l. Methrodorum.

ff.de pœ.dicta.l.j.verſic.& eos.&.l.ij.§.domini.
verſicu.vel admoniti. C.de his qui latro.occulta.
9 † Vbi ergo non dolo malo occultant aut reci-
piunt,ſed ea intentione vt iudici offerãt dum co-
piam habere poterũt: non tenētur.l.capite quin-
to.ff.ad.l.Iuliam de adulter.l.vnica. C.de priua.
carce.l.generali.C.de decurio.lib.x.l.j.§.fin.ver
ſic.vnuſquiſq;.&.l.ij.ff.de ſer.fugi.In ſeruo fugi
tiuo ſtatuuntur viginti dies in dicta.l.j. in princi.
ff.de ſer.fugi.In cæteris autem puto ſtatim teneri
iudici offerre, id eſt, quàmprimũ iudicis copiam
habere poteſt,vt in dictis.ll.præſertim in dicta.l.
j.&.ij.C.de his qui latro.occult.l.milites.§.ſexa-
ginta.ff.ad.l.Iul.de adulte.l.ij. §.confeſtim. ff.ad
Senatuſcon.Tertulia. Melius in.l.j.C.de cohar-
ta.lib.xij.l.j. C.de curio. & ſtationa.eo.lib.dicta
autem.l.capite quinto.ſtatuit horas viginti. Vide
quod notatur in.c.quum non ab homine.extra,
10 de iudi. † Aliquãdo enim aliter quàm dolo quis
recipit,vt pote qui vi eripit, non tamē cum dolo
eripit,vt inquit.l.iij.§.fina. ff.ne quis eum qui in
ius voca.eſt vi eximat.De vtroq; eſt tex.in.l.ij.§.
doli.&.§.ſi publicanus.ff.vi bono.rapto.Quare
non videretur in hoc edictum incidere,ſed in pœ
nam legis Iuliæ de vi publica.l.lege Iulia.ij. &.l.
qui dolo. ff.ad.l.Iuli. de vi publica. Adde quod
Roma.hic dicit, eum qui ſcienter recipit, puniri
quòd ſponte recipit.l.j. C.de his qui latro.occul
ta.l.eos. C.de furt. l.qui vas.ff.de furt. Niſi coa-
ctus à delinquente per vim eum recipit.l.in deli-
ctis.in princi.ff.de noxa.actio.quia in tales cuſto
dia parum proficit. l.ſi ea res. ff.de actio.empti.
Sed non eſt bona concluſio Roma. Aliud enim
eſt ſponte ſuſcipere rem furtiuam, & aliud ſcien-
ter.Non omnis qui ſcienter recipit,ſpõte recipit:
vt in eo qui per vim cogitur ſuſcipere, ſcienter
eum recipit,ſed non ſponte.Idem ecõtra ſuſcipit
quidem ſponte ſed non ſcienter. vnde.l.fin.circa
princ.C.de his qui latro.occulta.dicit,aut ſi ſciē-
11 tes non ſecerunt. † Vtrũq; ergo ſimul concurre-
re neceſſe eſt,quod ſponte et ſcienter receperint.
Sed tu illi adde hæc duo nõ ſufficere,ſed & aliud
deſideratur, videlicet quod receptum prohibere
potuerit. Quid enim ſi tanta fuit vis vel multitu-
do delinquentium cui reſiſti non poterat? Reci-
piens excuſatur, dicta.l.ſina. §.ſinautem propter
multitudinem.&.§.ſin.C.de his qui latro.occul-
ta.Et idem dicit dicta.l.in delictis. in princ.verſ.
rectius.ff.de noxa.acti. Hoc verum intellige niſi
faciliter iudici nunciare poſſet vim, quæ ibi in-
fertur,vel crimen commiſſum,vt in dicta.l.fin.§.
ſinautem propter multitudinē.&.§.fin.&.l.addi
ctos.&.l.fin.C.de epiſcop.audien.Idem notauit
Roma.in.§.ſubuenitur. in fin.ſuprà ea.l.illhic di
ximus.melius facit.l.ſi quis quum ſciret.verſicu.
nam ſi quis. ff.de fur. dixi etiam in.l.j.§.excuſan-
tur.ſuper verſic.tuliſſe.ſuprà eodem.
12 Secundò,notari † poſſet dolum malum dictum
eſſe ad differētiam boni doli,vt in ſimili Moder,
Papien.

Papien.notant in.l.ſi mora. ff.ſoluto matrimon.
Quum aliquis ſit bonus dolus,in.l.prima. §.do-
lum.ff.de dolo.accedit.l.tertia.ff.ad.l.Corne.de
ſicar. dum de malo veneno loquitur ad differen-
tiam boni. Adde illis quod notat Ioan.de Imola
in.l.is qui reus.colum.fina.ff.de public.iudi.Per
hæc autem dicunt Modern. Papien. in dicta. l.ſi
mora.ff.ſoluto matrim.latam culpam non exclu-
di:quum lata culpa dolo æquiparet̃.l.quod Ner
ua.ff.depoſi.etiam ſi lex vſa ſit dictione taxatiua:
quia dictio taxatiua ſimiles caſus non excludat,
ſecundum gloſ.in.l.ob æs. C.de prædi.minor.ſi-
ne decre.non alienan. quod intelligunt in re ciui
13 li locum habere, † non autem in criminali,in qua
non eſt licita extenſio.l.lege Cornelia. ff.ad legẽ
Cornel.de ſicar. l.ij.cum gloſ. C.de patr.qui fil.
diſtraxer.Alleg.etiam Bartol.in.l.ſerui nomine.
ff.de vſucapio. Ego verò in publica diſputatione
& repeti.l.contractus.ff.de regu.iur.non adhæſi
huic opini.vnde nonnulli noſtrates Galli & Itali
inſurrexerunt,miraq; ſtruxerũt. Ego autem non
ea leuitate in eos inſurgam, ſed quàm benignè
potero ſatis eorum obiectis faciam. Dixi ex ea.l.
contractus, dolum duntaxat in depoſitum veni-
re. coegit me illa lex in hanc ſententiam declina-
re,& plures illi ſimiles quarum autoritate exiſti-
maui hanc iuris concluſionem recte confirmari:
quibus nonnullas addere non pigebit. In primis
l. j. §. ſi quis veſtimenta. in his verbis, & dolum
duntaxat præſtare debere puto. &. §. ſi quis ſer-
uum.in his verbis,dolum tamen eos præſtaturos
qui receperunt,qui ſolus in depoſitum venit.§.fi
na.in princip.ibi,quod autem dolus duntaxat in
hanc actionem venit. ff.depoſi. l.& quia. §.ſed ſi
tota.in his verbis, in depoſito dũtaxat dolus præ
ſtatur.ff.nautæ,caupo.ſtabu.l.prima.§.is quoq;.
ff.de actio.& obliga. l.ſi vt certo. §.nunc viden-
dum.primo.ff.commoda. Reliquæ videantur in
dicta.l.contractus.

Reſtat obiectis reſpondere, quæ recenſere ex-
pedit.In primis.l.j. C.depoſi.verba legis repete-
14 re conducet. † Si incurſu latronum vel alio for-
tuito caſu ornamenta depoſita apud interfectum
perierunt:detrimentum ad hæredem eius qui de-
poſitum accepit, qui dolum ſolum & latam cul-
pam, ſi non aliud ſpecialiter conuenit, præſtare
debuit, non pertinet. Et ea lege quum Itali tum
noſtrates Galli veluti præcipuo argumento vtun
tur. Addunt & gloſ.in.§.præterea. Inſtit.quibus
modis re contrahi. obliga.in verbo,dolo.gloſ.in
cap.fina.in verbo,de culpa.extra,de depoſi. Ac-
curſ.& Bernard.iuris ciuilis & Canon. gloſſato-
res,ducti ſunt in hanc ſentẽtiam autoritate dictæ
l.quod Nerua. ff.depoſiti.& cum ea ſola in hanc
ſententiam pedibus ambulauerunt.

Secundò non mediocriter animaduerſa eſt.l.j.
§.is quoque.ff.de actio.& oblig. ibi,ſed is etiam
ſi negligenter rem cuſtoditam amiſerit, ſecurus
15 eſt. † quia enim non ſui gratia acceperit, ſed eius
à quo acceperit: in eo ſolo tenetur, ſi quid dolo
perierit.negligentiæ verò nomine ideo non tene
tur: quia qui negligenti amico rem cuſtodiẽdam
committit,de ſe queri debet. Magnam tamen ne
gligentiam placuit in doli crimine cadere. Iungi-
tur ab eis.l.magna.ff.de verbo.ſignifica. Dicunt
illi,quis magnam culpam:latam eſſe negabit,niſi
omnia peruertat aut corrumpat?

Tertiò inducitur.l.mulier. ff.ad Trebelli.Sed
enim,inquit illhic Vlpia. Si quis rogetur hæredi
tatem reſtituere, & vel ſerui deceſſerint, vel aliæ
res perierint:placet non cogi eum reddere quod
nõ habet culpæ plane rationem reddere, ſed eius
quæ dolo proxima eſt. Sed ſi quũ diſtrahere de-
beret,non fecit:lata culpa,non leui, & rebus ſuis
conſueta negligentia,huiuſmodi rei rationẽ red-
det. Inſtar eſt,ſecundum eoſdem, depoſitarius fi-
deicommiſſario,cuius fidei commiſſa eſt hæredi-
tas reſtituenda:& tamẽ teneri eum de lata culpa,
quæ dolus non eſt,ſed dolo comparatur.
16 Quartò, tutor † de lata culpa tenetur.l.impu-
beribus.ff.de ſuſpe.tuto.illhic,ſed ſi fraus admiſ-
ſa non ſit,ſed lata negligẽtia:quia ita prope frau-
dem accedit,remoueri vt ſuſpectum placet.

Quintò.§.præterea.Inſti.quib.mo.re cõtrahi.
oblig.non excludit latã culpã,quæ in iure ſimpl'r
negligẽtia nõ dicit̃,ſed lata negligẽtia,vel craſſa,
ac ſupina ignorãtia,q̃ ꝓxima dolo p̃ſumpta eſt.

Sextò, In actionibus rei perſecutorijs ex con-
tractu vel quaſi cõtractu deſcendentibus lata cul
pa indiſtincte dolo comparatur, præſertim in bo
næ fidei contractibus.l.ſi fideiuſſor.ff.manda. Et
ob id omnis æquitatis cõtrariæ ratio ceſſat, quia
craſſa ignorantia neminẽ excuſat.& hanc eſſe ve-
riorẽ & plus noſtra opiniõe vſitatã eſſe affirmãt.
17 Septimò.l.contractus.ff.de regu.iur. † depoſi
tum precario comparat:ſed in precario Iurecon-
ſultus Venuleius dicit culpam latã venire.Id ipſi
dicunt probari indubie in.l.quæſitum. §.ex hoc
interdicto.ff.de preca.inquit ille tex. Et generali
ter erit dicendum in reſtitutionem venire dolum
& culpam latam,dũtaxat cætera nõ venire.Ergo
idem in depoſito,neq; ſecundũ eos abſq; euerſio
ne illius legis aliter dici poteſt. Ex ea enim ſatis
conſtat,veram eſſe eam interpretationem, cuius
ſuprà meminimus,ad ea quæ in eadem.l.& cæte-
ris illi ſimilibus quæ de culpa dolo proxima lo-
quuntur,debere,non de latiore,ſed de lata culpa
intelligi. Et quamuis in depoſito in dicta.l.quod
Nerua.Iureconſultus de latiore loquatur:tamen
in argumentum trahi debet. l.j. ff.ſi menſor falſ.
mod. dixer.quæ vult latam culpam dolo compa-
rari, licet alio caſu loquatur.

Octauò,dictio,duntaxat.& iſtiuſmodi taxati-
uæ dictiones non ſunt tantæ potentiæ vt caſus ſi-
miles excludant.& id argumentum plurimùm iu
uare affirmant dictam.l.j. ff.ſi menſor falſ.mod.
dixer. gloſ. in.l.iij. §.interdum. ff.de nego. geſt.
gloſ.in dicta.l.cõtractus. Et id ſcribentes notant

in.l.j.§.per ſeruum corporaliter. ff.de acquiren.
poſſeſ. Et potiſsime Papien. in dicta.l.ſi mora.ff.
ſoluto matrimo. dictum eſt ſuprà.
Nonò. Quamquam Iureconſultus In dicta.l.
18 quæſitum.circa principi.ff.de precar. † in preca-
rio taxatiua dictione vtatur : nihilominus ad latã
culpam ob doli ſimilitudinem extendit. Nam in
l.j.§.is quoque.ff.de actio.& obliga.&.l.j.§.cul-
pa.ff.ſi quis teſta.lib.eſ.iuſ.fuer. dicitur, culpam
dolo proximam dolum repreſentare.neq; ſecun-
dum eoſdem, concludens eſt argumentum de cõ
modato ad depoſitum:quum in commodato ve-
niat leuis & leuiſsima culpa. l.ſi vt certo. §.nunc
videndum.ff.commoda.Non ſic in depoſito.
Decimò, Non obſtare rationem. §. præterea.
Inſtit.quibus modis re contrahi.obliga.dum ille
tex.imputandum eſſe dicit illi qui negligenti ami
co rem cuſtodiendam tradidit,quam quum ſciue
rit Iureconſultus & eam poſuerit in dicta.l.j.§.is
19 quoque. ff.de actio.& oblig. † Magnam tamen
negligentiam quæ dolo comparatur in depoſitũ
venire dixit tametſi dolus non ſit. hæc concluſio
plurimum adiuuatur ex.l.is cui.§.ſi hæres.verſic.
dolum.ff.vt in poſſ.lega. dolum(inquit ille tex.)
accipere debemus etiam culpam latam, ſed non
omnem dolum, ſed qui in necem legatariorũ &
fideicommiſſariorum factus eſt. Iſtarũ omnium
legum meminit Accurſ.in dicta.l.j.ff.ſi menſ.fal.
mod.dixer.in verbo,comparabitur.& Bernard.
in dicto ca.ſina.extra, de depoſi. Et Moder.Pa-
pien.in dicta.l.ſi mora.per illum tex. ff.ſolu.ma-
trimo. plura de dictione taxatiua referunt, quæ
hic nõ intẽdo referre.ſufficiet huic noſtræ diſpu-
tationi addere quæ in dicta.l.contractus.ff.de re
gul.iur. omiſſa ſunt non taceo.l.ſi fortuito. ff.de
incend.rui.naufrag.ibi,niſi tam lata culpa fuit,vt
luxuriæ vel dolo ſit proxima. Verè ſcio cõmunẽ
aciem Legiſtarum, Canoniſtarum, & eorum qui
in foris verſantur, in hanc ſentẽtiam pedibus ire:
20 † quare quum hæc opinio ſit vſu cõprobata,exi-
ſtimandum eſt veritatem illi aſsiſtere. temeritati
igitur iure tribuetur ſi communem illam ſenten-
tiam veram eſſe non fateamur: quum non debeat
pudere errata in melius reformare, potiſsimè tũc
quum primos noſtros errores cudimus, vix pue-
reſcebamus. tandiu igitur cæcutire cum eis maxi
me quum & Iurecõſulti & Imperatores errores
ſuos recognoſcere non erubuerunt delirantes.
Nos igitur vnuſquiſque iudicabit quaſi cum pri-
ſcis noſtris erroribus ſepeliri deſideremus. Cæte
rum impetrata eorum venia exiſtimo ab his obie
ctis facilime hanc Iureconſulti concluſionem de-
fendi poſſe, quam diſputationis gratia tantùm re
cenſebimus: demum quantum ingenij vires ſup-
peiant argutijs eorum reſpondeamus. Conclu-
21 ſio igitur eſt & vera, † dolum ſolũ ex natiua con-
tractus depoſiti origine in depoſitum venire, nõ
etiam latam culpam. In primis leges omnes qua
rum ſuprà meminimus hoc atteſtantur & confir-
mant, neque vlla eſt ex legibus aduerſus illam iu
ris concluſionem, quas viderim, ab his qui aliter
ſentiunt allegatis, quæ dicat depoſitarium de do
lo & lata culpa teneri: neq; etiam dici poteſt pro-
bari in eis latam culpam in depoſito dolum eſſe,
neque etiam æquiparari. Neque etiam hoc dicit
l.j. C.depoſiti. quam vnicam multis argumentis
ſtipatam & ordinatam ſcribentes omnes Galli
& Itali pro præcipuo & forti ſigno & clypeo ad
confutationem noſtræ ſententiæ oppoſuerunt.
quæ, ſi recte ſentio, cum ſuis ſtipatis argumentis
euitari & erui facile poteſt.
Videamus igitur ſi illa.l.j.C.depoſi.recte pro-
bet, quod ſane de indubitabili quæſtio fieri vide
tur, dum ille text. ait qui dolum ſolum & latam
culpam, ſi non aliud ſpecialiter conuenit, præſta-
re debuit: non pertinet. Quæſo pro ſolutione ad
eam legem ad duo in illa lege poſita aduertatur,
quæ, mea opin. plurimùm tollunt concluſionem
contrariam noſtræ, ad quæ nullus eorum eſt qui
22 accurate vti decet aduertit. † In ea enim conſul-
tus Imperator tantum erat, an hæres depoſitarij
de caſu fortuito conueniri poſſet, quia latronum
incurſu ornamenta depoſita perierant. Non au-
tem conſulebatur, an dolus & lata culpa veniant
in depoſitum, vel dolus tãtum. Et ad propoſitam
quæſtionem Imperator reſpõdet, quomodo hæ-
res de interitu, qui fortuito caſu contingit, con-
ueniri poteſt, qui dolum ſolum & latam culpam
præſtare debuit. Igitur generaliter verum eſt, in
depoſitum, dolum & latam culpam venire. non
puto veram eſſe hanc concluſionem. Quid igi-
tur ad illum text. dicendum eſt? Reſpondeo, Im-
peratoris mentem fuiſſe ſic velle in depoſito de-
finire, ſicut & Iureconſultus definiuit in.l. ſi vt
certo. §.nunc videndum. in princip.verſic.inter-
dum.ff.commoda.& in.l.j.§.ſæpe. ff.depoſiti. Et
alijs legibus de quibus infrà. non autem indiffe-
renter dicere dolum & latam culpam in depoſi-
to venire: vt ex ſequentibus videre clarè poteris.
Et legas quæſo omnia quæ infra ſcripta ſunt, an-
tequam me reum condemnes.
In primis Iureconſultus in.l.prima. §.ſæpe. ff.
23 depoſi.ſic ait, † ſed ſi quis depoſito obtulit: idem
Iulianus ſcribit periculo ſe depoſiti illigaſſe: ita
tamen vt non ſolum dolum, ſed etiam culpam &
cuſtodiam præſtet, non tamen fortuitos caſus:
qui videtur eſſe caſus dictæ.l.primæ. C.depoſiti.
vbi illa lex fortuitos caſus excipit, etiam ab eo
qui ſe depoſito obtulit. Licitè igitur de dolo &
culpa depoſitarium teneri voluit: quia idem ſen-
ſit Vlpianus poſt Iulianum in his verbis, culpam
& cuſtodiam. Secundò, in dicta. l. ſi vt certo. §.
nunc videndum. ff.commodati. Vlpianus ſic ait,
Et quidem in contractibus interdum ſolum do-
lum, interdum & culpam præſtamus dolũ in de-
poſito. Nam quia nulla vtilitas eius verſatᷣ apud
quẽ deponitur, merito ſolus dolus præſtatur, niſi
fortè & merces acceſſit, tũc enim vt eſt cõſtitutũ
etiam

etiam culpa exhibetur. Et paulòpoſt in verſicu.
24 † Sed vbi vtriuſq; vtilitas vertitur, vt in empto,
vt in locato, vt in dote, vt in pignore, vt in ſocie-
tate: & dolus & culpa præſtatur. Conſultò tex. il
lius. §. nunc videndū. recēſui, eo quod imperator
in dicta. l. j. C. depoſi. magis quadā admiratione
ductus quæſtione ſibi facta, an in depoſitū caſus
fortuiti venirent. reſpondit quàm quod generali
ter ſtatuere voluerit ex natiua depoſiti obligatio
ne dolum & culpā latā in depoſitū venire: quaſi
imperator dicere voluerit, quomodo de caſu ſor
tuito depoſitarius cōueniri poteſt, quū in depoſi
tum nō veniat niſi dolus & lata culpa, nō autē le-
uis neq; leuiſsima, niſi in caſu quādo ſolius depo
ſitarij contēplatione factū, vt nūc dicā, multomi-
nus caſus ſortuitus. Sed an indiſtinctè dicere vo-
luit: hoc nō puto voluiſſe imperatorem, ſed cū ea
diſtinctione à Iureconſulto tradita in dicta. l. ſi vt
certo. §. nunc videndū. ff. cōmod. Et alijs legibus
quas infrà memorabimus. Secūdò, an ille text. in
25 eo caſu, quo vtilitas vtriuſq; verſatur, † dicat de-
poſitariū teneri de lata & leui culpa, quēadmodū
recentiores Galli & Itali aſſerere voluerunt, cer-
te non: ſed de dolo & culpa, ſcilicet dolo proxi-
ma, quæ eſt lata culpa. Mouet me. l. in rebus. §.
hoc ita. ff. cōmod. ille text. ait, at ſi vtriuſq;, veluti
ſi communē amicū ad cœnā inuitauerimus, tuq;
eius rei curā ſuſcepiſſes, & ego tibi argentū com-
modauerim: ſcriptū quidē apud quoſdā inuenio
quaſi dolū tantū præſtare debeas. Sed videndum
eſt ne & culpa præſtanda ſit, vt ita culpæ ſiat æſti
matio, ſicut in rebus pignori datis & dotalibus
æſtimari ſolet, vt in dicta. l. ſi vt certo. §. nūc vidē-
dum. verſ. ſed vbi vtriuſq; vtilitas, vt in empto, vt
in locato, vt in dote, vt in pignore, vt in ſocieta-
te, & dolus & culpa præſtatur: nō dicit, leuis cul-
pa, neq; etiam diligentiam in hoc caſu præſtandā
eſſe ait, etiam in commodato, niſi quum commo-
datum ſit ſolius commodantis conſideratione, &
ad ſolam eius vtilitatem. hoc dicit text. in dicta. l.
ſi vt certo. §. nūc videndum. verſi. commodatum.
26 ibi, Et ideo verior eſt Quinti Mutij ſentētia † exi
ſtimantis & culpam præſtandam & diligentiam.
Et ſi forte res æſtimata data ſit: omne periculum
ab eo præſtandum qui æſtimationem ſe præſtatu
rum recipit. & tamen in verſi. quod verò, qui ſta
tim ſequitur adhuc cōmodatariū à caſu fortuito
excuſat, quantūcūq; res cōmodata ſit ad vtilitatē
ſolam cōmodantis, & æſtimatā receperit: multò
magis in depoſito dici debet. Volo te cōſiderare
in illo tex. quomodo tex. dolū, latā culpā, leuē &
leuiſsimā diſtinguit. primo in verſi. ſed vbi vtri-
uſq;. quando depoſitū eſt factū gratia vtriuſq;, tā
deponētis quàm depoſitarij, ſicut in alijs contra-
ctibus reciprocis, vti eſt in emptione, locatione,
dote, pignore, & ſocietate dolū voluit venire &
latam culpā. Si verò ſolius depoſitarij, vt ſtatim
dicam, voluit cum dolo et lata culpa venire leuē,
ſicut in cōmodato ſolius commodantis gratia fa-
cto, dum dicit in dicto verſic. commodatum cul-
pam præſtare commodatarium & diligentiam.
27 Tertiò dum dicit, & omne periculū. † q̄m rem
cōmodatā æſtimatā recepit: quū loco rei æſtima-
tionē ſe dare promiſit: & ea intētione dicitur reci
pere, quū æſtimatā recipit rem commodatā: et ſic
leuiſsimā culpā præſtare, ſed nō caſum ſortuitū,
ſicut dictū eſt per verſi. quod verò. in eadē. l. ſi vt
certo. Et ita debet illa. l. j. C. depoſi. intelligi. Nō
pudebit me ſingulas leges, quas Neoterici Galli
aduerſus nos opponūt, repetere, earum've textū
iſtis ſcriptis inſerere. Quibus exiſtimaui prædi-
ctis addere. l. & quia. §. ſed ſi tota. ff. nautæ, caup.
ſtabu. cuius ſuprà meminimus. Eā ego in duabus
ſuis partibus ſignare curaui. Primò in verſ. ſi ve-
rò res perſerēdas nauta cōduxerit: ex locato con
ueniet. Sed ſi gratis res ſuſceptæ ſint: ait Pompo
nius depoſiti agi poſſe. Secūdò, in verſ. & quia in
locato et cōducto culpa, in depoſito dūtaxat do-
lus præſtat̄. An quæſo in cōducto leuē culpā ve-
nire dicat? nónne ille text. declarat apertè ſi lata
culpa in depoſito ſicut in locato veniet? Secūdò
an etiā ille tex. dicat expreſsis verbis. Simile in. l.
j. §. ſi veſtimenta. &. §. ſeq. ff. depoſi. vbi Pōponij
autoritas ab Vlpiano recitat̄ in. §. veſtimenta. ait,
28 † ſi quidē nullam mercedē ſeruādorū veſtimēto
rum accepit: depoſiti eum teneri & dolū dūtaxat
præſtare debere puto quod ſi accepit ex condu-
cto. ſimile eſt in. §. ſeq. eiuſdē. l. in verſi. in condu-
cto. vbi tex. rectè diſtinguit vbi depoſitū cum lo-
cato & cōducto cōuenit: depoſitarius dolum &
culpā præſtat. ſi autem ſimplex ſit depoſitū: quia,
inquit, cibaria tātùm tradit, dolū tamē præſtabit
qui ſolus in depoſitū venit, etiā ſi per cōuentionē
dolus remiſſus ſit. Ecce quomodo dolus tantùm
ex natura contractus depoſiti venit. & id etiā ſa-
tis declarat. l. contractus. ff. de regul. iur.

Nunc reuoluamus gloſ. Accurſ. & commenta-
rios Neotericorum. In primis dum mouentur ex
dicta. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. quæ omni-
no probat oppoſitū. ſimiliter dicta. l. j. §. ſæpe. ff.
depoſ. vt clarè ex prædictis palpare poteſtis. Ter
tiò, citatur ab eis. l. ſi gratuitā. §. ſi margaritas. ff.
de præſcriptis verbis. Audite quæſo Vlpianum
in illa lege inquit, ſi neuter noſtrum, ſed dūtaxat
conſenſimus teneri te hactenus, vt dolum & cul-
29 pam mihi præſtes. † ecce vbi vtriuſq; gratia vēdi
tio facta eſt venditorē dolum tantùm & culpam
præſtare culpam dolo proximam. Eodem modo
dicitur in dicta. l. ſi vt certo. §. nunc videndū. ver-
ſic. commodatum autem plerunq; ſolam vtilitatē
continet eius cui cōmodatur. Et ideo verior eſt
Quinti Mutij ſentētia exiſtimantis & culpam &
diligentiā. ſed quæ diligentia in cōmodato exigi
tur? Dic eam quam diligens quiſq; paterfamilias
præſtare debet. Non autē de alia loquitur. l. in re
bus. in princ. ff. cōmoda. Et ſigna quod ſequitur
in illo tex. Et ſi fortè res æſtimata data ſit: omne
periculum ab eo præſtandum qui æſtimationem

ſe præſtaturum recepit.ſimiliter in dicto.§.ſi mar
garitas.dicit illhic gloſ.in verbo,periculū. id eſt,
omnē culpam. vel id eſt, periculū per oēm culpā
proueniens, eo quòd res æſtimata data erat:quæ
æſtimatio facit omne periculū in accipientē trāſi-
re.vbi verò æſtimata non eſt,& vtriuſq; cauſa fa-
ctus eſt cōtractus, dolus tantū & culpa ſcilicet la
ta.Idē in.l.in rebus.in princ.&.l.plerūq;.ff.de iu
re dotiū. Addo etiam in cōmodato dictā.l.ſi vt
30 certo.§.interdū.ff.cōmoda. † Vbi dolum ſolū in
cōmodato venire dixit non etiā culpam, ſi cōmo
dantis cauſa dūtaxat cōmodatum factū fuerit, vt
pote ſi cōmodans ea cauſa cōmodauerit vt à cō-
modatario ſpōſæ vel vxori cōmodantis ornamē
ta darētur vt cultior ad cōmodantē deduceretur.
Ecce quomodo cōparat̃ cōmodatū depoſito in
eo in quo res cōmodat̃ gratia cōmodantis & nō
cōmodatarij. Quartò me plurimùm mouet. c.ij.
extra,de depoſi.per eos allegatū.tex.illhic ait,de
culpa quoque teneris ſi teipſum depoſito obtuli-
ſti,vel ſi aliquid ꝓcuſtodia recepiſſes.Et in capi-
te decretalis dixit, in depoſito bonā ſidē abeſſe,
Ideoq; de dolo teneri. Sed,obſecro,conſidera ra
tionē illius decretalis in verſic.ſanè depoſitori li-
cuit ꝓvolūtate ſua depoſitū reuocare,contra qđ
cōpenſationi vel deductioni locus non fuit. quæ
ratio diligēter eſt attēdēda quare in depoſito do
lus tantùm veniat vltra eā quā memorauimus in
dicta.l.cōtractus.ff.de reg.iur.quia alia eſt & ſe-
cūda culpa in deponēte. Ratio prima eſt,quia mi
nus diligēti rem cōmittit.Secūda eſt,ſi deponens
quū negligere videat depoſitariū rē depoſitam,
quare reuocare depoſitū non feſtinat,quū poteſt
quandocūq; vult,ſicuti in precario dicit̃ in.l.j.ff.
31 de precar. † Ecce quomodo ille tex.in tribus ca-
ſibus culpā venire in depoſitū dixit. Primus ſi ſe
depoſito obtulit depoſitarius. Secūdus ſi merce-
dē accepit. Tertius ſi vtriuſq; vtilitatis gratia de-
poſitū factū eſt,vt ſuprà memorauimus pondera
tis verbis dictæ.l.j.C.depoſi.in verbo,ornamēta
depoſita.Et in iſtis caſibus tantum dico.l.j. C.de
poſi.debere intelligi iuxta dictam.l.ſi vt certo.§.
nūc vidēdū.ff.cōmod.& alias ſuprà memoratas.

Progrediamur ad reliquas leges Neotericorū,
videlicet ad.l.j.§.ſi veſtimenta. ff.depoſi.quæ,vt
ſuprà videre potuiſti,planè illis aduerſat̃.Si veſti
mēta(inquit ille text.)ſeruanda balneatori data,
perierint,ſi quidē nullā mercedē ſeruādorū veſti
mētorū acceperit: depoſiti eū teneri,& dolū dun
taxat præſtare debere puto,qđ ſi accepit ex con-
ducto & idē in.§.nō repetit̃. Audite ꝑcor,Accur
ſij interpretationem ſeu magis hallucinationē in
eadē.l.in verbo,dolū.id eſt, (inquit Accurſius.)
32 latā culpā. † Ecce quomodo Accurſius dolū ꝓla
ta culpa accepit quaſi Iurecōſultus neſciuerit di-
ſtinguere vel ſecernere dolū à lata culpa:quia ille
tex.dicat depoſitarium dolum dūtaxat præſtare,
exiſtimo aliter intellexiſſe & ſupplere voluiſſe
ad illū tex.vti ſolet, dolū dūtaxat & latam culpā.

ſinite,videamus quomodo ille tex. hoc ſuſtinere
poteſt,qui propter acceptam à balneatore merce
dem pro culpa neq; pro dolo circa cuſtodiā com
miſſo cōcedit depoſiti actionē,ſed conducti tan-
tum.Simile in dicta.l.ſi vt certo.§.nuncvidendū.
ff.cōmoda.& in dicta.l.j.§.ſi quis ſeruū.ff.depo-
ſi.& in dicta.l.& ita.§.ſed ſi tota. ff.nau.caup.ſta
bul.Igit̃ mercede ꝓcuſtodia accepta iam nō am-
plius erit depoſitū,ſed locatio , neq; pro interitu
tenet̃ de leui culpa, ſed tantū de dolo & lata cul-
pa. Et ſi diceremus dolū & latā culpā æquè in de
poſito , in quo nulla merces ꝓcuſtodia cōſtituta
eſt,venire : nō eſſet inter vtrūq; caſum differētia,
& tamen vbiq; ſit per Iureconſultum.

Ego vltra ea quæ in.l.contractus.ff.de reg.iur.
dixi.nō prætermittā.§.præterea.Inſtit.quib.mo.
33 re cōtrahi.oblig. in duabus ſuis partibus. † Pri-
ma eſt in verſi. culpæ autē nomine,id eſt,deſidiæ
ac negligētiæ non tenet̃. Ecce quomodo lata cul
pa nō venit in depoſito.Iuuabit me ad id diffini-
tio latæ culpæ per Pau. Iurecōſultū poſita in.l.la
tæ culpæ.ff.de verb.ſigni. Latæ culpæ,inquit,fi-
nis eſt nō intelligere id quod oēs intelligūt. Et
in.l.cedere diem.§.ſi.ff.eo.de verb.ſignifi. Lata,
inquit,culpa eſt nimia negligētia,id eſt,nō intel-
ligere quod oēs intelligūt eiuſdē artis aut qua-
litatis.l.imperitia.ff.de reg.iur. dixi in diffinitio-
ne latæ culpæ in dicta.l.cōtractus.ff.de regu.iur.
Secūdò,ſigno tex.dicti.§.præterea. in verſi.itaq;
ſecurus eſt qui parū diligenter cuſtoditā rem fur
to amiſit.volo notare duo . Primū dum dicit,pa-
rum diligēter.Secūdò verbū,furto amiſit. Quæ-
ſo videamus quid per hæc verba, parū diligēter.
vult dicere ille tex.vide Pau.Iurecōſultū in.l.j.§.
is quoq;.ff.de acti.& oblig.dixerit in verſ. ſed is
etiā ſi negligēter rē cuſtoditā amiſerit. Et hoc ſa-
tis illa duo verba,furto amiſit. ab imperatore ꝓ-
lata in dicto.§.præterea.demōſtrant, qm̄ ſine cul
pa regulariter non fit.l.cū duobus.§.dāna.ff.pro
ſocio.Per quē tex.ita Moder.Papien.in apoſtil.
Chriſtoſo.Porci poſt gloſ.illhic notat in.§.itē is.
&.§.præterea.Inſti.quib.mod.re cōtrahi.oblig.
34 † Ego autē declarationē iſtius culpæ comperio
poſitā in.l.ſi vēdita. ff.de peric.& cōmo.rei vēd.
dicit ille tex.quāobrē ſi diligentiā vēditor eā ad-
hibuiſſet in inſula cuſtodiēda, quam debēt homi
nes frugi & diligentes præſtare,ſi quid accidiſſet
nihil ad eū pertinebit. Cōiunge illi legi dictā.l.ſi
vt certo.§.ſed vbi.ff.cōmod.dū depoſitū vtriuſq;
vtilitate factū cōtractui emptionis,& vēditionis,
& locationis,dotis,pignoris,& ſocietatis equipa
rat:et indubie illa culpa eſt quā ille tex.exigit,dū
dicit,& dolus & culpa præſtat̃ . culpa quā debēt
oēs frugi & diligētes homines.&,vt dixi in diffi-
nitione latæ culpæ in.d.l.cōtractus.ff.de reg.iur.
cōmemorādo.d.l.latæ culpæ. ff.de verb.ſig. oēs
frugi homines & diligētes,vel,vt dictū eſt ſuprà,
eiuſdē artis vel qualitatis.d.l.imperitia.ff.de reg.
iur.Dicā fuſius infrà in diſtinctione.l.j. ff.ſi mēſ.
fal.mod.

35 ſal.mo.dixe. † Et hæc diligẽtia nõ debetur à de-
poſitario qui nulla cauſa rem habet depoſitã,niſi
deponentis gratia & vtilitate,per prædicta. Et vt
Celſus in.l. quod Nerua. ff.depoſi. manifeſtaret
aliã eſſe latioris culpæ cauſam, & aliam ſimplicis
culpæ. De latiore culpa exẽplũ dat, vt quũ minus
in depoſitis rebus quàm in ſuis diligẽtiã præſtat:
tũc ſine fraude nõ eſt,id eſt, dolo. Adde aliã cõſi
derationẽ ex illa ratione procedentem quũ depo
nẽs,inquit,viderit & nouerit depoſitariũ ex ſoli-
tis ſuis actionibus hominẽ frugi & diligẽtem, ea
ratione motus rẽ ſuã depoſuit,ſi cõtra ſolitã ver-
ſationẽ,quam in ſuis præſtabat nõ obſeruauerit:
non ſine dolo eſt & mala fide depoſitarius. Et ita
etiã diffinit.c.ij.extra,de depoſ.inquit ille tex.bo
na fides abeſſe pſumit̃,ſi,rebus ſuis ſaluis exiſtẽ-
tibus,depoſitas amiſiſti. Idẽ dicitur in.d.l. quod
Nerua. Nec eñ ſalua fide minorẽ his quã ſuis re-
bus diligentiã præſtabit.d.l.ſi vt certo.§.nunc vi
dendũ.verſ.pinde. Et in hoc lex malũ animũ ſeu
dolũ præſumit:imò dolũ eſſe dicit,per illũ tex. &
l.dolus.ff.mãda. Et id ſignificat Iureconſultus,dũ
inquit in dicta.l.j.§.is quoq;.ff.de actio. et oblig.
36 ibi, † magnã tamẽ negligentiã placuit in doli cri-
mine cadere. Hoc etiam diffinit.d.l.magna. ff.de
verb.ſignif. Magna,ait,negligẽtia culpa eſt,ma-
gna culpa dolus eſt, nõ ſolũ dixit dolo cõparari,
ſed dolũ eſſe:qa nõ ex fide,ſed fraude egit. Adde
illi text.in.l.ſi quis vel pecunias. C.depoſi.ibi,&
cõtractus qui ex bona fide orit̃ ad perfidiã retra-
hatur. & l.quũ autẽ redhibitio. §.excipitur. ff.de
ædil.edic.l.ſi fideiuſſor. in princ.verſic. diſſoluta
enim negligẽtia ppe dolũ eſt. & §.quædã.ff.mã-
da. Nota verbũ,diſſoluta. quod eſt interp̃tatiuũ
illius verbi magna. Imo dolus eſt, vt dixi.d.l.ma-
gna.dolus quidã præſumptus, vt inquit dictum
ca.ij.extra,de depoſi.in verbo,præſumitur.

Additur à coæuis ſeu æqualibus, vt Ciceronis
verbo vtar in Catone maiore.l.in rebus.ff.cõmo
da.quæ,vt ſuprà perpendiſti, plurimũ eis obſtat,
in verſi.hoc ita. ſimiliter &.§.interdũ. &.d.l.ſi vt
certo.ff.cõmoda. quas leges Phil. Decius in.d.l.
37 cõtractus.indueit, † vt depoſitarius de leuiſsima
culpa teneatur, ſi depoſitã rem per loca deuia &
inuſitata vel ſuſpecta portauerit. nulli poteſt eſſe
dubiũ. Nã & in illo caſu depoſitarius & cõmoda
tarius de fortuito caſu tenentur. d.l.ſi vt certo.§.
nũc vidẽdũ.verſ.quod verò.ibi,niſi aliqua culpa
interuenerit. Itẽ ibi,niſi fortè quũ poſſit res cõmo
datas ſaluas facere,ſuas prætulit. &.d.l.in rebus.
&.l.nõ ſolũ.§.animis.ij. & illhic Bal. poſt Bar.ff.
de excuſ.tut.vide Feli.in.c.olim.extra,de excep.

Vnde pro abſolutione actionis depoſiti, dic in
actione depoſiti ex ſua natura & prima cauſa &
natiua dolũ tantùm,non etiã culpam latã venire.
dolũ quidẽ verũ vel præſumptũ qui à Celſo per
latiorem culpã ſignificatur in.l. quod Nerua. ff.
depoſi. Non autẽ per latã culpã. Ex duobus texti
bus volo iterũ hoc clarius manifeſtare. In primis
ex dicto.§.præterea. Inſti.quib.mod. re cõtrahi.
obliga.in verbo,qui parũ diligẽter. & ex dicta.l.
j.§.is quoq;.ff.de acti. & oblig.in verbo,negligẽ
ter.negligenter dixi. & vtrũq; verũ eſt:ſed opor-
38 tet ſic intelligere vt rectũ ſenſum habeas. † Si de-
ponẽs parũ diligẽti homini imò negligenti rẽ cu
ſtodiendã cõmiſit,non agit in depoſitariũ, quem
parum diligentẽ nouit,actione depoſiti, ſi res pe
reat,ſed periculo deponentis perit,niſi depoſita-
rius vltra ſolitã eius malã verſationẽ vel negligẽ
tiam circa res depoſitas in re depoſita ſegnius &
negligẽtius verſatus ſit. talis nãq; negligẽtia non
excuſabit̃, quaſi ſit doloſa : quia nimis deſidioſe
circa cuſtodiã rei depoſitæ, & vltra quàm ſoleret
in ſuis rebus ſe habuit. Et iſtud eſt quod voluit
text.dicere in dicto.§.is quoq;.in his verbis, ma-
gnam tamen negligẽtiam placuit in doli crimine
cadere, quæ magna negligẽtia dolus eſt præſum-
ptus,per rationẽ dictæ.l.quod Nerua. ff.depoſi.
quã in tribus volo te notare, vt intelligas, Primò
dum dicit,nam & ſi quis nõ ad eum modũ, quem
hominũ natura deſiderat,diligẽs eſt. per quæ ver
39 ba & ſequẽtia in illa.l. † probatur,non cõſidera-
ri in depoſito ſi depoſitarius nõ eſt adeo diligẽs,
ſicut ſolent homines frugi eſſe. Et ad id induco
tex.non inelegantẽ in.l.etiã.§.licet.ff.ſolu.matri.
ibi,dolus dũtaxat reprehenditur : quia in rerum
ipſius adminiſtratione nõ erat culpa ab eo exigẽ
da. Quid eſt igitur quod dixit, aliud.in ſecunda
parte dum dicit,niſi tamen ad ſuum modũ curam
in depoſito præſtet,fraude non caret. Dic ex illis
verbis conſtare, deſiderari in depoſito ſolùm qđ
depoſitarius eo modo quo in rebus ſuis verſari
ſolet,ſimiliter in depoſitis verſetur:nõ autem re-
quiratur ab eo vt circa rẽ depoſitam ſic verſetur,
eius've cuſtodiã,ſicuti quilibet alius diligens pa-
terfamiliàs faceret: quia deponens talem ſcienter
non elegit. exigere ergo ab eo pluſquã deponens
cogitauit,neq; ius neq; ratio hoc poſtulãt,ſed ſuf
ficit vt ſic ſe habeat circa rem depoſitam, ſicut in
ſuis ſolet. Et ſi ſic nõ fecerit,quia minus diligẽter
in depoſitis quã in ſuis ſe habet, aut ſolitus eſt ſe
habere:tũc circa rẽ depoſitã ex fide agere nõ dici
tur : ideo in latiore culpa eſt, quæ eſt dolus præ-
ſumptus.d.l.quod Nerua. & dicto.c.ij. extra,de
40 depoſi. † Sed ſi parũ diligẽs eſt in ſuis æquè non
culpabit̃ in alienis:ſed qui eũ eligit,ſuæ facilitati
imputare debet, vt inquit.d.l.j.§.is quoque.ff.de
actio. & obliga. & dictus.§.præterea.Inſti.quib.
mod.re cõtrahi.oblig. Vbi verò ille negligẽs in
ſuis,in alienis multò negligẽtior inuẽtus eſt:frau
de non caret : ideo in culpa erit. ſed quæ erit illa
culpa? Latior, & nõ lata tantùm. Ratio in dicta.l.
quod Nerua. Nec enim ſalua fide minorẽ his quã
ſuis diligentiam præſtabit. Et ſi minorem præſti-
terit,in magna culpa eſt,dicta.l.j.§.is quoque. ff.
de actio. & obligati. quæ magna culpa dolus eſt,
dicta.l.magna.ff.de verborum ſignificatio. Simi
liter ſi depoſitarius erat diligens circa cuſtodiam

ſuarum rerum, & minorem cuſtodiam ſeu diligē
tiam præſtet circa res depoſitas quàm circa ſuas:
ſimiliter fraude nō caret, dicta.l.quod Nerua.&
illa ſua negligentia magna dicetur quod non ita
ſolitus eſt circa ſuas verſari. Et ideo in præſum-
pto dolo eſt, qui eſt latior culpa, & ſic plus eſt il-
la latior quàm lata, quando lata, vt dictū eſt, quæ
eſt ignorare quod omnes ſciunt quod nō deſide
rat depoſitū, per illā.l.quod Nerua.et.c.ij.extra,
de depoſi. ſed ſpectat' quod ſcit aut facit ſeu face
re ſolet in ſuis rebus, ꝗ ſi in re depoſita nō æquè
diligēter ſe habuerit ſeu negligentius quā in ſuis
rebus verſatus eſt: tunc latiore culpa tenet', per il
los tex. & iſta eſt veritas, quicquid Neoterici di-
xerint. adde.l.ſi fortuito. ff.de incē.rui.naufra.in
his verbis, niſi tā lata culpa fuit vt luxuriæ aut do
lo ſit ꝓxima.l.mulier. §.ſed etenī. ff.ad Trebel.
ibi, ſed eius quæ doli ꝓxima eſt. & ibi, nō leui &
rebus ſuis cōſueta negligētia.l.hæredes.§.nō tan
tum.ff.fam.erciſ.ibi, talē igit' diligentiā præſtare
debet, qualē in ſuis rebus. ſecundū illū tex. Igitur
ex illo tantùm dolo præſumpto tenebit', nō autē
de lata culpa. Et ratio eſt in dicta.l.quod Nerua.
in.j.verſi.dictæ legis. ibi, nam & ſi quis nō ad eū
modū, quē hominū natura deſiderat, diligēs eſt,
niſi tamē ad ſuum modū curam in depoſito præ-
ſtet, fraude non caret. Et ſequitur ratio decidēdæ
41 legis. † nec enim ſalua fide minorē his quàm ſuis
rebus diligentiam præſtabit. Et ſic à depoſitario
non eā diligentiā exigit, quā quiſq; diligēs rebus
ſuis adhibet, ſed ſolū eam diligentiā quam ſuis re
bus adhibere ſolet: vt ſi diligēter, & tūc diligēter
vti ſolet. Licet alij longè eo diligētiores ſint. ſi ne
gligēter, & nō ſit vſus maiore negligētia in depo
ſitis quàm in ſuis: excuſat', neq; tenetur. Et ideo
nō poteſt cōuenire latæ culpæ diffinitio: quia, vt
dictū eſt per.l.cedere diē.§.ſi. &.l.latæ culpæ.ff.
de verb.ſignifi. Lata culpa eſt nimia negligentia,
id eſt, nō intelligere quod omnes intelligūt, om-
nes homines frugi & diligētes intelligūt, dicta.l.
ſi vēdita.ff.de pericu.& cōmo.rei vendi. diligen
tiā, inquit, quā debēt homines frugi & diligētes
præſtare. quid aliud eſt, quàm quod dixit in.l.
quod Nerua.in his verbis, nō ad eum modū, quē
hominū natura deſiderat. ſi illū modū non exigat
lex à depoſitario: igit' latæ culpæ diffinitio illi nō
cōuenit. Ecce quomodo clare conſtat latā culpā
42 in depoſitū non venire. † Depoſitū igitur ex ſua
natiua origine dolū tantum verū aut præſumptū
admittit, non etiā culpam latā, ſed vbi natura ꝓ-
pria depoſiti alteratur: fateor tn depoſitū non ſo
lum dolū & latiorē culpā venire, ſed & omne pe
riculū præter caſum fortuitū, dicta.l.ſi vt certo.
§.nunc videndū.verſi.cōmodatū. Caſus nāq; for
tuiti in depoſitū regulariter non veniūt, vt dicam
infrà. niſi expreſſe conuentū ſit, vt caſus fortuitus
veniat, dicta.l.cōtractus. ff.de regu.iur. dicto.§.
nūc videndū.& dicta.l.j.C.depoſi. Sed quibus
caſibus veniet lata culpa & omne aliud periculū?
Dic ſi depoſitum ſit factū gratia depoſitarij tan-
tùm, dicta.l.ſi quis nec cauſam.ff.de reb.credito.
Et gloſ.notat in dicta.l.j.§.ſæpe.ff.depoſi.in ver
bo, euenit. vbi gloſ. quatuor alios caſus refert, in
quibus caſus fortuiti depoſitario imputantur. Et
præter cæteros refert caſum dictæ.l.ſi quis nec
cauſam.ff.de reb.credi. quāuis eadem gloſ.in di-
cta.l.ſi quis nec cauſam.in verbo, periculo. con-
trarium dicat, freta Azo.autoritate, vt depoſita-
rius omne periculum ſeu omnem culpam, nō au-
tem fortuitos caſus præſtet. De cuius veritate di-
xi in dicta.l.contractus. ff.de regul.iur. Cæteros
caſus proſequere vt per me in repeti.dictæ.l.con
tractus.ff.de regulis iuris.

Ad reliqua eundum eſt, præſertim ad.l.mulier.
43 §.ſed etenim. ff.ad Trebel. † dum à conciue no-
ſtro fideicōmiſſarius depoſitario cōparatur: cer-
te quāuis ille vir recti eſſet ingenij, tamē non pu-
to eum diligēter ad illū tex. aduertiſſe. Fatebatur
etiam ipſe, text. illius legis ſubobſcurū eſſe ex ea
enim conſtat latā eſſe differentiā inter fideicom-
miſſariū & depoſitariū. Nam vt intellexiſtis ex.l.
quod Nerua.ff.depoſ.&.l.j.§.is quoq;.ff.de act.
& obliga.&.§.præterea.Inſti.quib.mo.re cōtra.
oblig. Depoſitarius nō tenetur ex natura contra
ctus ordinaria maiorē in rebus depoſitis diligen
tiā præſtare, quā in rebus ſuis ſolet. At in fideicō
miſſario ſecus eſt, per dictā.l.mulier.§.ſed etē.
verſ.ſed ſi quum diſtrahere deberet, nō fecit, lata
culpa, nō leui & rebus ſuis cōſueta negligētia hu
44 iuſmodi rei rationē reddet. † Ecce quō conſueta
negligētia in ſuis rebus fideicōmiſſariū nō excu-
ſat ab interitu. Alia & ſecūda ratio in prōptu eſſe
poteſt, quia fideicōmiſſum vniuerſale æquè vtile
eſt hæredi, cui quarta debetur trebellianica, ſicut
& ei cui hæreditas per fideicōmiſſum reſtitui de-
bet. Vnde quum vtriuſq; vtilitas ſpectetur, in fi-
deicōmiſſo eadē ratio eſſe debet quæ & in depo-
ſito, quod vtriuſq; vtilitatē continet, deponentis
& depoſitarij, vt ſuprà dictum. Tertiò ex illa.l.in
his verbis, ſed eius, quæ dolo ꝓxima eſt, conſtat
latam culpam dolum nō eſſe, ſed proximā dolo.
Et eodē modo reſpōdeo ad.l.ſi is cui.§.ſi hæres.
verſi.dolū.ff.vt in poſ.lega. quod iſta ratione lex
dicit venire aduerſus hæredē aut bonorū poſſeſ-
ſorē, vel hæredē hæredis ſeu bonorū poſſeſſoris,
ſi quid in necē legatariorū aut fideicōmiſſariorū
admiſerint. Nō eīm illa rōne ſolū ꝙ legatarios &
fideicōmiſſarios fraudare voluit hæres, tenet' de
interitu: verūetiā quia teſtatoris volūtatē circun-
ducere voluit. Quod ſentire videt' ille tex. in ver
ſi.imperator.in his verbis, quoad volūtati defun
ctorū ſatisfiat.§.ſi quis autē nō implēs. &.§.huic
nobis.in authē.de hære.& falci.colla.j.l.quia po
terat.ff.ad Trebel. Et ideo lex ab hærede ſatiſda-
tionē exigit, cuiuſcūq; dignitatis vel facultatis ſit
hæres.l.j.ff.vt in poſſ.lega. Tu illis adde pulchrū
text.in.l.quū res.§.culpa. ff.de lega.j.ibi, an non
ſolum dolo proxima, verumetiam quæ leuis eſt,
an nunquid

An nũquid & diligentia quoque exigẽda ab hæ
45 rede? qđ verius eſt, qui tex. eſt ſingularis. † Pri-
mò quia probat hæredem teneri de dolo lata le-
ui & leuiſsima culpa. licet glo. aliter ſentiat. Secũ
do, Qui debet diligentiam, plus debet quàm le-
uem culpam. hoc probat dicta. l. mulier. §. ſed et
enim. in his verbis, lata culpa, non leui, & rebus
ſuis conſueta negligentia, huiuſmodi rei rationẽ
reddet. ratio quia in ſuis rebus negligentia tole-
ratur, in alienis verò culpatur. l. ſi conſtante. §. ſi
maritus. ff. ſolu. matri. & ſic ſua cõſueta negligẽ-
tia nõ excuſatur in rebus per fideicommiſſum re
lictis. ſecus autem in rebus depoſitis, dicta. l. qđ
Nerua. Ecce vides quanta ſit inter depoſitarium
& fideicommiſſarium differentia.

Non obſtat quod quarto loco de tutore di-
cũt, per. l. impuberibus. ff. de ſuſpect. tutor. quã
non prætermiſi in dicta. l. contractus. Sed mirũ
eſt quod de tutore ad depoſitarium ſimilitudinẽ
quandam conſtituant, quum non ignorant tuto-
rẽ de leui culpa teneri. l. quicquid. C. arbi. tutel.
ait illa lex, quicquid tutoris dolo vel lata culpa
vel leui ſiue curatoris minores amiſerint vel quũ
poſsint non acquiſierunt. hoc etiam in tutelæ ſi-
ue negotiorũ geſtorum vtile iudicium venire nõ
eſt incerti iuris. quæ lex pariter his quæ de nego
tiorum actione illi referunt, ſatisfacit. Non infi-
ciabor diffinitionẽ iureconſulti in. l. cedere diẽ.
in fi. & . l. late. ff. de verbo. ſignifi. quam recte de-
46 fendi in dicta. l. contractus. † eam eſſe ignoran-
tiam quam homines frugi & diligentes non ad-
mitterent, & ob id dolo proximam eſſe, per. l. j.
§. non autem. ff. ſi quis teſta. liber. eſ. iuſ. fuer. nõ
autem dolum eſſe, ſicut inquit dicta. l. quod Ner
ua. nec eam eſſe quæ depoſitarium obliget: quia
vt ſuprà dictum eſt, non requirit ex ſuapte natu-
ra depoſitum illam diligentiam, quam frugi ho-
mines & diligentes ſuis rebus adhibere ſolent.
ſed ſolùm quam ſuis rebus adhibere ſolet, ſi ne-
gligens erat, de conſueta negligentia non argui-
tur: ſi diligens ſit in rebus ſuis, & minus in depo-
ſitis quàm in ſuis inueniatur: in culpa eſt. non di-
xerim, lata tantùm ſeu dolo proxima, ſed latiore
quæ dolus eſt, dicta. l. quod Nerua. & . c. ij. extra,
de depoſi. in hoc enim deponentis ſpem fraudat:
quia non exiſtimauit depoſitarium negligentio-
rem fore in depoſitis rebus quàm in ſuis depoſi-
tarius eſſe conſueuit. ideo illi tex. dicunt depoſi-
tarium ob id fraude nõ carere. & tex. in dicto. c.
ij. extra, de depoſi. vtitur his verbis, vt cõtractus
qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minimè re-
47 feratur. † bona autem fides abeſſe præſumitur,
ſi rebus tuis ſaluis exiſtentibus, depoſitas amiſi-
ſti. Idem in dicta. l. ſi vt certo. §. nunc videndum.
verſic. proinde. ff. commoda. ibi, niſi fortè quum
poſsit res commodatas ſaluas facere, ſuas prætu-
lit: ideo culpam illam dolum eſſe præſumit. Neq;
mouere poteſt aliud quod ſexto loco relatũ eſt,
in actionibus rei perſecutorijs ex contractu vel
quaſi deſcendentibus latam culpam dolo com-
parari: præſertim in bonæ fidei cõtractibus. mo-
uentur ex. l. ſi fideiuſſor. iuncta glo. in verbo, diſ
ſoluta. ff. manda. quæ ſi eam pro fundamento hu
ius argumenti vis inducere, generalius locuta eſt
illhic glo. quàm dixerũt æquales noſtri. dixit ẽm
latam culpam adeo prope dolum eſſe, vt vbi ve-
nit vnũ, venit & aliud. mouetur per. l. quod Ner
ua. ff. depoſi. & . l. magna. ff. de verborum ſignifi.
Sed, vti videre poteſtis ex ſuprà dictis, ſine lege
loquuntur. Et ideo neq; verum dicit, neq; etiam
eſt tex. hoc dicẽs, quod ſatis eſt dicere. §. optimũ.
in authen. de non eligen. ſecundò nuben. l. iij. in
fi. ff. de præuaricatori. Ex hoc tamen nõ inficior,
48 latã † culpam, ſeu eam quæ dolo proxima eſt, do
lo comparari. & in his in quibus comparatur nõ
dolo vero, ſed præſumpto comparari, dicta. l. is
cui. §. ſi hæres. verſic. dolum. ff. vt in poſ. legat. &
habere vim doli ſcilicet præſumpti, vt in. l. j. ff. ſi
menſ. falſ. mod dixer. quam legem pro præcipua
notauerunt neotherici, neq; abs re: quum text. in
illa. l. j. §. hæc actio. dixerat, hæc actio dolum ma-
lum duntaxat exigit. & tamen in verſicu. ſed & ſi
negligenter. dixit, lata culpa planè dolo compa-
rabitur. vnde dictio illa taxatiua poſita in præto
ris edicto recepit extenſionem ad latam culpam,
non autem ad leuem, vt dicit ille tex. in verſiculo
ſeq. ibi, non omnem culpam eũ præſtare, ꝓpter
verba edicti. vtiq; enim ſcit prætor & mercede
eos interuenire. Pari ratione in depoſito dictio,
duntaxat, extenſionem recipere debet ad latam
49 culpam. Quare vera eſt eorum concluſio, † di-
ctiones taxatiuas non eſſe tantæ virtutis & potẽ-
tiæ vt caſus ſimiles excludant, ſecundum gloſ. in
l. iij. §. interdũ. ff. de nego. geſ. & in. l. contractus.
ff. de reg. iur. in. l. ob æs. C. de prædi. minor. ſine
decre. non alienan. quæ à neothericis Italicis ſa-
tis euitatur: ſed defendere non poſſent ſua ſolu-
tione dictam. l. j. ff. ſi menſ. fal. mod. dixer. ſic vt
ſuprà inductum.

Sed ad dictã. l. j. ff. ſi menſ. fal. mod. dixer. Di-
co illam legem non poſſe eos plurimum iuuare.
Nam alia eſt ratio magiſtratus ſeu officialis cu-
ius fides à publico approbata eſt, & cui pro exe-
cutione officij merces ſtatuitur, & cuiuſq; alte-
rius priuati, cui res depoſita cuſtodienda datur
nulla mercede pro cuſtodia recepta vel etiã pro-
50 miſſa. † Fateor enim leuem imperitiã aut negli-
gentiam excuſare à dolo, per illum tex. in verſic.
proinde. in verbo, imperite. & in verſic. ſed & ſi
negligenter. magnam verò negligentiam vel im
peritiam non excuſare eum à dolo neq; etiã à cul
pa lata quæ dolo proxima eſt. l. j. §. ſi præſes. ff.
de magiſtra. conuen. in his verbis, quaſi dolo vel
lata culpa verſati ſunt. quia in magiſtratu, ne ſub
fide publica contingat homines circunduci, lex
latam culpam dolo comparauit, & quod verum
ſit, eſt tex. in. l. magiſtratus. ff. de adminiſ. rer. ad
ciuita. pertinen. inquit ille tex. magiſtratus reipu

plicæ non dolum ſolummodo,ſed & latam negli
gentiã hoc amplius etiam diligentiã debent. ſed
quæ eſt aut erit illa diligentia:dic eam eſſe quam
alij eiuſdem artis ſeu qualitatis ſolent adhibere,
quæ in boc diffinitioni latæ culpæ cõuenit, dicta
l.cedere diem. &.l.latæ.ff.de verbo.ſignific.l. ij.
& ſi.C.de magiſtra.conueni.in.l.ij.dicit̃ in hære
des magiſtratus cuius non lata culpa &c.in.l.fin.
dicitur,ſed ſuper negligẽtia & dolo Scribæ, qui
veram ſubſtantiæ taxationem paſſus eſt occulta-
ri,legibus erit agendum.l.imperator.in fin.ff.ad
municipal.ſed diligentiam intellige ſecũdum ea
quæ ſuprà diximus in cõmodato,per.l.in rebus.
in princi.ff.cõmoda.quam quiſq; diligẽtiſsimus
eiuſdẽ artis præſtare debet,dicta.l.ſi vendita. ff.
de pericul.& cõmod.rei vendi.& iſtud eſt quod
dicitur in.l.imperitia.ff.de reg.iur. ratio autẽ hu
ius dicti poſita eſt per gl.in.l.ij.ff.quod quiſ.iur.
51 dum quæſtionẽ facit † de aſſeſſore quare de im-
peritia & imprudentia teneatur ſi male conſulue
rit,iudex verò de dolo tantũ tenebitur,dicit glo.
quia aſſeſſor non conſueuit eligi niſi propter pe
ritiam.l.j.C.de aſſeſſo.quum ergo cõſenſerit ele
ctioni de ſe factæ vt ſit aſſeſſor, videtur affirma-
re ſe eſſe ſapientem.Adde.l.vel cuius.ff.ſi menſ.
fal.mod.dixer.quem tex.Bar.ad id inducit.Inde
eſt qđ ſua tacita aſſeueratio ſibi præiudicat pro-
pter imperitiam.l.Iulianus.§.quid tantum. ff. de
actio.empti.& ſic lata culpa officiali imputatur,
ſed leuis non eò quòd plerunq; bonis dormitat
Homerus.& iſtud eſt quod glo.dicere voluit in
l.j.in verbo,iniquitatem.ff.de appella.ſed appro
bato in aliqua arte,ſi ignoret artem,& ea que ar-
ti incumbunt, & quæ quiſq; alius eiuſdem artis
ſcit aut ſcire debet:talis negligentia non excuſa-
tur.& idem notat Franciſ.Are.in.l.mancipia.C.
de ſer.fugi.& Alex.in.l.ſi quis id quod colũ. ij.
ff.de iuriſ.omnium iudi.Notatur per Moder. in
l.argentarius.§.quum autem.ff.de eden. & bene
facit dicta.l.fi.in ſi.C.de magiſtra.conueni.Indu
ci poteſt.l.fin.C.de ponder.& auri illa.lib.x.ibi,
per ſingulas ciuitates cõſtitutum ygoſtatem qui
pro ſua fide atq; induſtria neq; fallat neque falla
tur.Et in menſore facit.l.fin.ff.ſi menſ.falſ.mod.
52 dixer. † vbi non tantum aduerſus menſorem,ſed
& quemuis alium qui in modo menſuræ ſefelle-
rit prætor doli actionem pollicetur. & iſta eſt ne
gligentia quam lex diſſolutam appellat in.l. ſi fi-
deiuſſor.in princi.ff.manda. Cuius ſuprà memi-
nimus.& eam ad id notat Ange.in dicta.l. man-
cipia.C.de ſer.ſugiti.quæ in depoſito ceſſat.Ad-
do aliam præcedẽtis conſecutiuam ſolutionem,
non eſſe mirum ſi in dicta.l.j.ff.ſi mẽſ.falſ.mod.
dixer.voluit latam culpam dolo cõparari, quã-
uis dolus non ſit & menſorem æquè de culpa la-
ta teneri ſicut de dolo: quia menſori ſolet mer-
ces pro menſuratione conſtitui, dicta. l. j. in ſi.
ſimiliter in depoſito,vbi pro cuſtodia rei depoſt
tæ merces conceditur venit dolus & lata culpa,
dicta.l.j.§.ſi veſtimenta.&.§.ſeq. ff. depoſi. l. &
53 ita.§. j. ff.nautæ, caupo. ſtabu. † Non mirum ſi
culpa in hoc dolo comparabitur: quia æquè vt
dolus venit in depoſito, in quo vtriuſque pen-
det vtilitas propter mercedem depoſitario con-
ceſſam ſeu promiſſam: ſed non ſic vbi ex depo-
ſitione nulla vtilitas depoſitarto prouenire po-
teſt: quia tunc in depoſito ſolus dolus venit &
non lata culpa, neque dolo poterit comparari,
quia non promiſit depoſitarius eam diligentiam
circa rei depoſitæ cuſtodiam adhibere, qualem
quiſque diligens paterfamiliàs adhibere ſolet,
ſed eam ſolum quam ſuis rebus adhibere conſue
uit. in quo non conuenit latæ culpæ diffinitio,
quare non poſſet cum diffinito conuerti: ſed in
menſore cui merces ſtatuitur aliud eſt,quoniam
& diligentiam præſtare debet qualem quiſque
diligens alter ſuæ artis. aut profeſſionis adhibe-
re debet,per ſupràdicta: quare illi conuenit latæ
culpæ diffinitio:igitur diffinitum conuertetur cũ
diffinitione,& econtra.l.j.§.dolum. ff. de dolo.
& hæc ſolutio à iurecconſulto aſſignari videtur
in.l.j.§.j.verſic.hæc autem.ff.depoſi.ibi, quippe
cùm quis fidem eligit, nec depoſitum redditur:
contentus eſſe debet ſimplo: cum vero exigen-
te neceſſitate deponat creſcit perfidiæ crimen &
publica vtilitate coercẽdum eſt vindicandæ rei-
publicæ cauſa. & vt clarius iſtud tibi pateat, di-
54 co non inueniri expreſſe deciſum, in † depoſito
deſiderari à depoſitario eam diligentiam quam
quiſque diligentiſsimus paterſamil. in ſuis rebus
adhibere ſolet. dixi ſupra per.c.ſecundum. extra
depoſi. &.l.quod Nerua.ff.depoſi.l.j. §. is quo-
que.ff.de actio.& obli.imo cõtrariũ dicit caput
l.j.ff. depoſi. ibi, præpoſitio enim, de. auget vt
oſtẽdat totũ fidei eius cõmiſſum quod ad cuſto-
diã rei pertinet: ecce quõ deponẽs ſolã depoſita-
rij ſidẽ qualẽ habere ſolet, eligit & ea contenta-
tur.intellige,vt dixi in actione depoſiti ſecundũ
ſuam propriam & natiuam originẽ, quæ eſt quũ
depoſitum ſolius deponẽtis vtilitate factum eſt,
nihilq; ad depoſitarium peruenire poteſt, neque
alia ſpecialiter ſuprà deſcripta per me,& in.l. cõ
tractus. ff. de reg.iur. Dum deſcripſi caſus,in qui
bus venit in depoſito dolus et culpa,et qñ ſortui
tus caſus.in cæteris autem contractibus dabo ti-
bi leges, quæ ab expreſſo hoc volũt,vt pateat ti-
bi dñia cõtractus depoſiti à cæteris cõtractibus.
55 In primis † in contractu commodati commo-
datatius tenet̃ eam diligentiã circa rem cõmoda
tam præſtare, quam quiſque diligens paterfami.
ſuis rebus adhibet.l.in rebus.in princip.ff.com-
moda.ibi,qualem quiſque diligentiſſimus pater
famil.ſuis rebus adhibet.Niſi vbi gratia commo
datarij non fit,ſed commodantis tantum fit com
modatum,illo caſu commodatarius de dolo tan
tũ,non etiã de culpa etiam lata tenetur.l.ſi vt cer
to.§.interdũ.ff.cõmoda.& ſic in illo caſu in ac-
tione commodati fit idem iudicium quod & in
actione

actiõe depoſiti ſuprà diximus. Similiter in actio
ne negotiorum geſtorum dico: quoniam nego-
tiorum geſtor & tutor & curator omnem culpã
præſtat. tex. eſt in dicta.l.quicquid.C.arbi.tutel.
56 Nam † & tutor non ſolùm propter dolum & la-
tam culpam vt ſuſpectus deponitur, verumetiam
propter ignauiam vel negligentiam. l. hæ enim.
§.fi.ff. de iuſpec.tutori.dixi in dicta.l. cõtractus.
Venditor etiam eam diligentiam præſtat quam
quiſque diligentiſsimus præſtaret in rebus ſuis
exemplo commodati.l.cuſtodiam. ff. de pericu.
& commod.rei vendi.l. quod ſæpe. §. ſi res ven-
dita.ff. de contrahen.emptio.ibi, qualem bonus
paterfamil.ſuis rebus adhiberet: & ſic in actione
empti & venditi, & dicta. l. ſi vendita inſula. ff.
de pericul.et commod.rei vendi.fit idem iudiciũ
ſicut in commodato.
57 Creditor † circa pignoris cuſtodiam ſimiliter
tenetur eam diligentiam præſtare, qualem & dili
gentiſsimus quiſque paterfamil. l. ſi quum ven-
deret.§.fi.&.l.ſeq. quæ incipit, ea igitur.ff. de pi-
gnor.actio.ibi, quæ diligens paterfamil. in ſuis
rebus præſtare ſolet à creditore exiguntur. & ſic
in pignoraticia actione ſicut in commodato.
Locator pariter in.l.ſi merces.§. qui columnã.
ff. locati & conducti. ibi, culpa autem abeſt ſi
omnia ſacta ſunt quæ diligentiſsimus quiſq; ob-
ſeruaturus fuiſſet.§.qui pro vſu.inſtit.de loca.&
conducto.
Maritus vero quamuis non teneatur ex ordi-
nata legis conceſsione plus in rebus dotalibus
præſtare quàm in ſuis, vt in.l.in rebus.ff. de iure
doti.lex tamen vnum à marito plus exigit quàm
58 à depoſitario † quia culpã in dotalibus non excu
ſat. ſæuiendo enim in ſeruos dotales, non excuſa
bitur, licet in ſuos ſæuire ſolitus ſit: quia culpa
quæ in ſuis toleratur, in dotalibus culpatur. l. ſi
conſtante. §. ſi maritus.ff.ſolu.matri.Non ſic eſt
in depoſito, vt ſuprà dictũ eſt. & hoc modo de-
claratur quod dicitur in dicta.l.contractus.ff.de
reg.iur.& dicta.l.ſi vt certo. §. nunc videndum.
verſicu.ſed vbi vtriuſque.ff.commoda.ibi, vt in
dote dum dicitur, dolum & culpam in dote veni
re in.l.etiam.§.fin.ff.ſolu.matrimo.Sed deponẽs
ſuæ facilitati imputet, dicto.§.præterea.inſti.qui
bus modis.re contrahi.obliga. d. l.j.§.is quoq;.
ff.de actio.& oblig.& dicta.l.quod Nerua.ff.de
poſi.inquit, nec enim ſalua fide minorem his, q̃
ſuis rebus diligentiam præſtabit, non ergo maio
rem quàm in ſuis.c.ij.extra, de depoſi. non autẽ
dicit, quiſquam diligentiſsimus paterfamiliàs ad
hibere ſolet, ſed nõ minorem depoſitis q̃ ſuis di
ligẽtiam præſtabit.quæ longe ſunt diuerſa, vt di
ctum eſt.
59 In fideicommiſſario † dic non tantum dolum
& culpam præſtare, neq; ſufficere eum adhibere
diligentiam circa res fideicommiſſo relictas, qua
lem ſuis rebus adhibere conſueuit: ſed oportet
eum adhibere diligentiam qualem quiſque dili-
gens paterfamiliàs adhibere debet, dicta.l. mu-
lier.§.ſed etenim.ff.ad Trebel. &.l. ſi is cui. §. ſi
hæres.ff.vt in poſ.lega.
Mãdatarius tenetur ſicuti & commodatarius
exactam præſtare diligentiam, neque in admini-
ſtratione quicquam negligere. alioquin de cul-
pa tenetur.l.in re mandata.C.manda. ibi aliena
negotia exacto officio geruntur & hoc eſt quod
dixit text.in dicta.l.cõtractus.ff.de reg.iur.& in
l.à procuren. C.mandat. In mandato dolum &
& culpam venire. Socius autem tametſi nõ tenea
tur exactiſsimam diligẽtiam rebus communibus
adhibere, ſed ſufficiat eam præſtare, qualem re-
bus ſuis adhibere ſolet.l.ſocius ſocio. ff. pro ſo-
cio.§.fi.inſti.de ſocieta.tamen deſidia eius ſeu ne
gligentia accuſabitur, per illum text. ſicuti & de
marito vt ſuprà dictum eſt. & ſic plus eſt in con-
tractu ſocietatis quã in contractu depoſiti: quia,
60 vt dixi, † in depoſitario non requiritur quòd ad
eum modum ſit diligens, quem hominum natura
deſiderat, ſed ſufficit quod eam diligentiam præ
ſtet qualem ſuis rebus adhibere ſolet, dicta.l.qđ
Nerua.ff.depoſi.licet Accurſ. in. d. contractus.
ff.de reg.iur. aliter ſentiat dum ait, item ſi in ſuis
eſt negligentiſsimus, non erit impunita eius ne-
gligẽtia. diligens enim eſſe debet ad eum modũ,
quem hominum natura deſiderat, vt ſuprà depo
ſi.l.quod Nerua. Per quæ verba conciuis noſter
dixit in repetitione dicte.l.contractus. de vtraq;
culpa, lata & latiore tractare iurecõſultũ in dicta
l.quod Nerua.& per illa verba, de culpa lata de-
poſitarium teneri. & hac ratione ſæpius pertina-
cem me arguit: & in extremum vſque ſuum elo-
gium perſeuerauit: exiſtimat tandem in hac con
cluſione hæreticum aut phanaticum me tandem
reputandum: quoniã dico Accurſium neq; quẽ-
uis alium recte illam legem intellexiſſe. & quum
nullam aliam legem ab eis comperio ob id aſſi-
gnatam, lubet tex. illius.l. quod Nerua. recenſe-
61 re, † Quod Nerua dicit latiorem culpam dolum
eſſe, Proculo diſplicebat. Hæc erit prima pars le
gis. Nunc ſecũda pars legis eſt, mihi veraciſsimũ
videtur, tertia pars in qua Iureconſultus Celſus
rationem ſuæ opinionis tradit, quare à Proculo
diſſentit, inquit Celſus, in ea. Nam & ſi quis, id
eſt, quamuis quis non ad cum modum quem bo-
minum natura deſiderat, diligens eſt, niſi tamen
ad ſuum modum curam in depoſito præſtet, frau
de non caret: id eſt q̃uis depoſitarius non æquè
vt alij quoq; diligentiſsimi in rebus ſuis diligen-
tes ſunt, eſſe non debeat, quoniam ſuæ fragilitati
imputare debet qui minus idoneũ elegit, dicto
§.præterea.inſti. quib.mod.re contra.oblig. Ta-
men ſi in depoſitis non ita diligens eſt, aut fuit ſi-
cuti in ſuis ſolet, fraude non caret.
Nunc quarta pars legis ſequitur, quæ præce-
dentem declarat, & in qua illius rationis ratio à
Celſo aſsignatur, inquit, nec enim ſalua fide mi-
norem his q̃ ſuis rebus diligentiam præſtabit. &

iſta eſt ratio quare Celſus diſceſſit à Proculo, & dixit latiorem culpam dolum eſſe. Non enim inter Celſum & Proculum de lata culpa quæſtio
62 erat: † ſed tantum, an latior culpa dolus eſſet. & Proculus dubitabat, an in depoſito latior culpa pro dolo eſſet. licet Nerua latiorem culpam dolum eſſe dixiſſet. Cui adhæſit Celſus. alioquin ſi verum eſſet Celſum in dicta. l. quod Nerua. in verſic. nam & ſi quis voluiſſe comprehendere latam culpam: quid neceſſe habuiſſet dicere, niſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito præſtet? & multominus dicere. nec eñ ſalua fide minorem his quàm ſuis rebus diligentiam præſtabit. Nam ſi voluiſſet latam culpam æque vt latiorem comprehendere, dixiſſet niſi depoſitarius ad eum modum curam præſtitiſſet, qualem quilibet diligens paterfamilias adhibere ſolet. non autem dixiſſet, niſi tamẽ ad ſuum modum &c. Præterea ſi prius de lata dixiſſet, cui dubiũ eſſe poſſet, non tamen latiorem culpam dolum eſſe, ſed etiam latam culpam dolum eſſe, & non ſolum dolo comparari. ſed hoc non dicit ille text. neque hũc peruerſum ſenſum admittere poteſt &c. Obſtat eis dictio, niſi. cum illa aduerſatiua, tamen. poſtpoſita orationi negatiuæ, quæ dicitur actum ponere. l. Titia. §. fin. ff. de manumiſ. teſta. l. actione. C. de tranſactio. l. extraneo. ff. de venire in poſ. mittẽ. De quo per Alex. in. l. j. colũ. iij. ff. de offic. eius
63 cui manda. eſt iuriſdi. † Præterea, dictio tamen. aduerſatiua eſt prioris reſponſi. l. quid tamen. ff. de arbitr. l. ita tamen. ff. ad Trebel. & aduerſatur clauſulæ præcedenti, in verſic. nam & ſi quis. In quo Celſus refert rõnẽ quæ Proculum mouerat dicere latiorem culpam dolum nõ eſſe quæ erat, ſecundum eos, quum nec depoſitarius ad eũ modum quem hominum natura deſiderat diligens eſſe debet. Sed ea non obſta nte dixit Celſus veriſſimum eſſe quod Nerua voluit latiorem culpã dolum eſſe. ratio, ſecũdum Celſum, quia quãuis depoſitarius non ad eum modum, quem natura hominum deſiderat, diligens ſit: tamen ſi non ad ſuum modum, id eſt, ſi non eo modo quo ſolet in ſuis rebus eſſe diligens in depoſitis ſit æquè diligens, fraude non caret. ratio, ſecũdum eum eſt, quia ſalua fide minorem in his quàm ſuis rebus diligentiam non præſtabit. & iſte eſt verus intellectus dictæ. l. quod Nerua. dicant neoterici Galli & Itali quicquid velint, ac iudicent pro libito pertinacem aut phanaticum ſenſum meum quantum voluerint. Et huic noſtræ interpretationi aſſiſtit, vt dixi ſuprà. c. ſecundum. extra, de depoſi. quod planè in eos retorqueo, & quod intẽdo per ſingulas partes declarare. Tria enim dicta illa decretalis epiſtola cõtinet, per quæ planè quæ
64 in depoſitum venire debent, explicantur. † Nam in capite eius dixit papa, bonam fidem præſumi abeſſe à depoſitario, ſi rebus ſuis ſaluis exiſtentibus, depoſitas amiſit. in qua nota verbum, præſumitur. vt ſuprà dixi, vide, nõnne hoc idem Celſus Iureconſultus dixit in dicta. l. quod Nerua. in fi. verſi. niſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito præſtet, fraude non caret. & in verſic. ſeq. dũ ait, nec enim ſalua fide minorem his ꝙ̃ ſuis rebus diligentiam præſtabit. Secundò, in verſic. de culpa. in eadem decretali caſus refert, in quibus dolus & culpa in depoſito veniunt, per quos pontifex thema ſuum declarat, dum ait, de culpa quoque teneris ſi teipſum depoſito obtuliſti, vel ſi aliquid pro cuſtodia recepiſſes. Nõnne idem dixit Vlpianus in. l. j. §. ſæpe. verſic. ſed ſi ſe quis depoſito obtulit. & in. §. ſi veſtimenta. ff. depoſi. Ter-
65 tiò, in eadem decretali in verſi. pacto verò † tres caſus refert, quibus non tantum depoſitarius de culpa tenetur, ſed etiam de fortuitis caſibus Primus ſi ſic inter partes conuenit. Idem dixit Iurecõſultus in. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſi. l. j. C. depoſi. l. quæ fortuitis. C. de pignora. actio. Secundus. Si culpa caſum præceſſit, multomagis ſi dolus, dicta. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. verſicu. proinde, & dicta. l. in rebus in princi. ibi, quæ ſine dolo et culpa eius. ff. commoda. l. j. §. ſi rem. ff. depoſi. Copioſius dixi in dicta. l. cõtractus. Tertius caſus quãdo mora præceſſit caſum. Idem voluit Iureconſultus in. l. ſi in Aſia. §. fin. ff. depoſi. Quartus in verſic. ſanè. papa rationem primi dicti illius decretalis reddit, quare depoſitarius de negligentia non tenetur, niſi quatenus minus diligenter circa depoſitas quàm ſuas verſatus eſt.
66 Quoniam, inquit, † potuit deponens rem depoſitam quãdocunque à depoſitario reuocare, exceptione compenſationis vel deductiõis & quacunꝗ alia non obſtante, licet in alijs cõtractibus reciperentur. Nonne idem dixit Imperator in. l. penult. C. depoſiti. & in. l. fina. in fi. C. de compẽſa. & quum in precario vſus eſſem hac ratione in dicta. l. contractus. ff. de regu. iur. momordit me conciuis noſter, inquit ille, hæc ratio præſupponit accidens quod precario poſſidens abutatur, & concedens ſciat eum abuti: quare rationẽ primã ꝑ me aſſignatam, inquit in dicta. l. cõtractus. quam ſibi vſurpat conciuis noſter cum pleriſque alijs, tametſi taceat me autorem: quæ eſt quia precarium quandocũꝗ reuocari põt. l. j. & pleriſꝗ alijs legibus. ff. de precar. amplectitur prima dimiſſa. Sed ueſcio quid præſagire ex hoc voluerit, ſeu quam vtilitatem hæc ratio non afferret, an nun concedenti precario non licebit rem ſuã reuocare, ſi forte contingat precario poſſidentem re conceſſa abuti. quæſo audiat vnuſquiſꝗ quid
67 Vlpia. dicat in. l. j. ff. de precar. † qui precario cõcedit, ſic dat quaſi recepturus quum ſibi libuerit precarium ſoluere. & Iulianus in. l. ij. eiuſdem tituli dicit, eſt enim natura æquum tandiu te liberalitate mea vti, quãdiu ego velim, & vt poſſum reuocare, quum mutauero voluntatem. ſi igitur quãdocunꝗ voluerit dominus, liceat reuocare: multomagis ſi abutentem reuideat non reuocat, in culpa eſt, dicto. c. ſi. extra, de depoſi. Secũdò,

Fruſtra

Fruſtra diceret precarium de dolo teneri, & ple-
runq; de culpa, niſi quòd re precaria nõ ſit recte
vſus, vt ergo manibus palpetur, indignam eſſe
hanc reprehenſionem, lubet tex. dictæ decretalis
his ſcriptis addere. Inquit ſanè depoſitori licuit
pro voluntate ſua depoſitum reuocare. & in ver
ſicu. vt cõtractus qui ex bona fide oritur, ad per-
fidiam minimè referatur. Simile in dicta. l. penul.
C. depoſi. l. bona fides. ff. depoſi. Nonne ex hoc
papa conſiderauit depoſitarium re depoſita poſ-
ſe abuti? & ſic accidens præſupponat. & repeto
quod ſuprà dixi, conuenire huic interpretationi
dictam. l. j. §. is quoque. in his verbis, ſed is etiam
ſi negligenter rem cuſtoditam amiſerit &c. ff. de
actio. & obliga. dictum. §. præterea. verſicu. itaq;
ſecurus eſt, qui parum diligẽter cuſtoditam rem
furto amiſerit. et in verſ. culpæ nomine. i. deſidiæ
ac negligentiæ non tenetur. inſtit. quibus modis
re contrahi. obliga. in deductione ſuprà relata, li
cet glo. illhic illa verba, deſidiæ & negligẽtiæ ad
ſolam leuem culpam referat. Cui contradicit di-
68 cta. l. j. §. is quoque. ff. de actio. & obiga. † Secũ-
dò, addo in commodato idem eſſe vbi commo-
datum ſolius commodantis vtilitate ſit, nihilq;
commoditatis ad commodatariũ prouenire de-
bet, dicta. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commoda.
quem tex. vlterius quàm diximus induco. Nam
in. §. nunc videndum. eadem. l. Iureconſultus ca-
ſus declarauit in quibus venit in commodatũ do
lus & culpa, & omne periculum, etiam caſuũ for
tuitorum. Poſtremò refert caſum, in quo dolus
ſolus venit, quia depoſito potius q̃ commodato
accedit cum ſua gratia, inquit, tantum commo-
dans faciat neq; commodatarius vtilitatem ali-
quam quantumcunq; minimam ex commodato
recepturus eſt. illhic glo. in verbo, conuenit. præ
cedentium ſuarum opi. non recordata hoc tenet.
Tertiò, Iureconſulti, quotquot ſunt, dum de de-
poſito in ſua regulari natura tractant, ſemper di-
ctionem taxatiuam addunt vt ex legibus prealle
gatis & alijs notatis per me in dicta. l. cõtractus.
ff. de reg. iur. videri poteſt. vbi autem extra regu
larem ſuam naturã de depoſito aliquid referunt.
cum dolo culpam addunt, vt ex prædictis perpẽ
ditur. Idq; vltraq; ſuprà dictum ſit, recte proba-
tur in. l. j. §. ſi conueniat. &. §. ſequentibus. ff. de-
poſiti. in. §. ſi conueniat. dicitur, ſi conueniat vt in
depoſito & culpa præſtet, rata eſt cõtractus cõ-
uentio. contractus enim legem ex conuentione
accipiunt. ſi ergo in depoſito nihil de culpa con
uenit, ſolus dolus venit, vt clare duo. §. ſequen-
tes manifeſtant. j. §. ſi veſtimenta. ibi, & dolum
duntaxat præſtare. §. ſi quis ſeruum. ibi. dolum tã
tum eos præſtaturos qui receperunt qui ſolus in
depoſitum venit. Reſtat ſolum vt argumentum
quod per eos ſit de precario diſſoluamus, quum
Accurſius in dicta. l. contractus. nobiſcum ſit.
dicit enim, datur ſine certi vſus præfinitione: &
ideo paſſim reuocatur, etiam ſi precario conceſ-
ſio facta ſit vſq; ad certum tempus, vt. ff. de pre-
69 car. l. cum precario. j. † & inde hoc euenire cre-
do quod in precario dolus tãtum præſtatur. hæc
dicit Accurſius cuius opi. me ſubſcripſi, & iterũ
pertinax me ſubſcribo.

Reſpondendum eſt igitur. l. quæſitum. ff. de
preca. Nam in capite legis Iureconſultus vſus eſt
taxatiua dictione, & tamen ad latam culpam ob
doli ſimilitudinem extendit. & in. §. ſi ſeruitute.
verſic. & generaliter inquit ille text. & generali-
ter erit dicendum in reſtitutionem venire dolum
& culpam latam duntaxat, cætera non venire. &
in. §. cum quoq;. ibi, culpam tamen dolo proxi-
mam contineri quis merito dixerit. Ego verò ad
tollendam conſequentiã generalitatis illius. ver-
ſic. dabo inſtantiam, vt inquit. c. ſicut vrgeri. j. q.
j. Nam in eadem. l. verſicu. planè, qui mox ſequi-
tur. verſic. & generaliter. dixit tex. planè poſt in-
terdictum edictum oportebit dolum & culpam
& omnem cauſam venire. Nam vbi mora quis fa
cit precario, omnem cauſam debebit præſtare. &
tamen in verſic. & generaliter. dicitur, & genera
liter in reſtitutionem venire dolum & culpam la
tam, cætera non venire, videlicet leuem ſeu leuiſ-
ſimam culpam, et multominus caſum fortuitum.
Secundò, in verſic. ſi ſeruitute, dixit Iureconſul-
tus, ego arbitror non aliàs quàm ſi dolo fecerit.
Alia datur inſtantia in. l. cum precario. j. ff. eo. de
precar. in fi. legis dicitur, Quippe ipſi duntaxat,
non etiam hæredi eius cõceſſa poſſeſsio eſt. at in
l. cum precario. ij. ff. eo. dicitur, ſuperuacuum eſt
adijci ipſi ſuiſq;. Nã per ipſum ſuis quoque per-
miſſum vti videtur. Ideo illos text. dico intelligi
70 debere † quando culpa vel mora amiſsionem
rei precariæ præcedit, vt vbi dolus & culpa ſeu
mora præcedunt, nulli poteſt dubium eſſe, ſicuti
nec in depoſito & commodato, quin & de dolo
& lata culpa qui precaria poſſidet, reſpõdeat. in
quibus caſibus dictio taxatiua intelligi non põt,
dicta. l. contractus. in fi. ff. de reg. iur. & iſtud de-
clarat illa. l. quæſitum. verſic. ex hoc interdicto.
qui immediatè ſequitur. §. eum quoque. dum ait,
in illo interdicto rem precario conceſſam debe-
re in priſtinam cauſam reſtitui. & tamen clarum
eſt, rem vtendo minui. l. plerũque. in verbo, attri
uit. ff. de iure dotium. l. quemadmodum. §. magi-
ſtratus. ff. ad legem Aquiliam. l. lex quæ tutores.
in principio. C. de adminiſtra. tutor. & quomo-
do poteſt in priſtinam cauſam reſtitui quæ attri-
ta eſt, cùm precario cõcedens non ignoraret rem
attritione conteri & minui poſſe. & ad id facit
conſideratio Iureconſulti in. l. j. §. fi. in verſic. ſed
& ſi mercedem. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. dum
ait, vtique enim ſcit prætor & mercede eos inter
uenire. vnde ſane intelligi debet illa. l. quæſitũ. et
ſi iterum dixeris, igitur taxatiua dictio caſus ſimi
les nõ excludit, dupliciter reſponſum eſt in. l. cõ
tractus. Primò, Intellige quatenus à lege expreſ-
ſe fiet: aliàs nõ licet impropriare. l. non aliter. ff.

71 de lega.iij.& ratio ab omnibus approbata † vbi enim lex extra proprium caſum verbum impropriati in caſu quo impropriatur propter legis autoritatem recipienda eſt. hoc dicit illa. l.j.§.ſi. dicto verſi.ſed & ſi mercedem. in his verbis,propter verba edicti. concor. l. vellera. C. de veſti. olober. lib.xj.iuncta doctrina Bart.in.l.vnica.§. hoc interdictũ.ff.de fonte. dum quæſtionem facit de ſtatuto prohibente vſum præclarum:an ad fictas extendatur.dic vt per eum & Io.de Pla. in dicta.l.vellera.& glo.hanc ſolutionem præſentire videtur in.l.j.in verbo,ſimile.ff. eo. de preca. dum dicit,tertio differt quæſtio.hic de dolo & lata culpa tantùm tenetur,niſi lite conteſtata, vt in dicta.l.quæſitum.§.cum quoque.&.§.ſi ſeruitute.quaſi dicere voluerit in illo.§.cum qui.&.§. ſi ſeruitute.precario poſſidentẽ in mora fuiſſe propter litis conteſtationẽ.Sed non inuenio in actione depoſiti in propria & regulari natura contractus,ita extenſum eſſe ꝑ ea quæ ſuprà dicta ſunt.

72 Ideo † vbi lex nõ extẽdit,ſed nominatim reſtringit, noſtrum non eſt extendere.l.præcipimus. in fi.C.de appella.l.iij.§.fina.ff.de præuarica.l. fin. C.de cõſuli.lib.xij.& dictum.§.optimum.in authen. de non eligen.ſecũdò nuben.colla.j.Quãuis precarium in pluribus commodato conueniret,& eius naturam aſſumit, & in aliquibus cum depoſito.in commodato probatur.in.l.j.ad ſi.ff. de precar.in depoſito.in.l.ij.eo.tit. dum dicitur, eſt enim natura æquũ tandiu te liberalitate mea vti,quandiu ego volui.Idem in depoſito, vt dixi ſuprà per.l.pen.C.depoſiti.l.bona ſides.ff.depoſi.ca.ij.extra de depoſi.alia dixi in.l. contractus. ff. de regu. iur. glo.alias differentias tradit inter precarium & commodatum,in dicta.l.ij. in verbo,ſimile.hæc obiter dicta ſunt.

Nunc ad materiam huius.§.redeundũ eſt. Alber.de Gandiuo,ſecundum Bart. hic, hunc tex.

73 inducebat in verbo, † celauit.ad præſtantem auxilium malefactori poſt delictum per concelationem maleſactoris, vt participem criminis condẽnandum eſſe.quod Barto.non placet. dicit enim hoc non probari in hoc tex. ſed tantum probari celantem poſt delictum teneri hoc crimine quia celauit,ac ſi reus criminis eſſet. Neque ob id puniatur tanquam auxiliator, quum regulariter mitius puniatur.l.vnica.C.de rap.virgi. & remittit ſe ad ea quæ ſcripſit in.l.in furti.§.ope.ff.de furt. Ad hũc text.reſpondet,& dicit eſſe ſpeciale.Cui ſe ſubſcribunt Bald.Ange.& Roma.hic addens Bald.hunc celatorem fautorẽ dici.Cle.j. de pœ. & per eorum interpretationem iſte tex. eſt plurimum ſingularis in præſtantem fauorem poſt delictum cõtemplatione patris vel domini ſeu principis,qui pater & dominus eſt.§.fina.in auth.neque vir quod ex dote.colla.vij.vt puniri debeat tanquam criminis particeps. dicam plenius in. l. penult.infra eodẽ hic Roma.limitauit in viro & vxore,qui hac pœna plecti non debeant.& argumentum facit de bannito ad excommunicatum, per.ca.inter alia.extra,de ſenten.excommunica. per rationem.l.ſi quum dotem.§.ſinautem in ſæ-

74 uiſſimo.ff.ſolu. matrimo. † Oportet em̃, inquit ille tex.vxorem inſortunij mariti eſſe participem l.j.C.de repudi.Cui adde Alex.in apoſtil.ad Bartol.in.l.fi.ff.de recepta.dixi in.l.j.§.ſin.&.l.iij.§. ſi maritus.ſuprà eod.& fortè aliquid repetam in dicta.l.penult.infrà eodẽ.alias concordantes ad hanc legem addit Alex.in apoſtil.ad Bart.in.l.j. in verbo,in pari.ff.de receptato . Aduerte quod contra Bartol.& alios facere videtur tex.in.l.iij. §. non tantùm. verſicu.quia receptoris. ff. de incen.rui.naufrag.quia,inquit, receptores non minus delinquunt quàm aggreſſores. dicam plura in.l.pen.infrà eod.titu.illam videas.

SVMMARIVM.

1 Seruus qui non præſtitit auxilium domino ſed occiſores tandem conuicit,pœnam euitat & præmium meretur.

2 Seruus in dominum ſiue committendo ſiue omittẽdo delinquens,plecti debet vltimo ſupplicio.

3 Seruus mortem domini detegens,libertatem conſequitur.

4 Seruus libertatem conſequutus an pereat hæredi an verò creditori.& nu.5.

6 Particeps criminis pœnam euitat,& pœnam meretur, ſi ſocios criminis de crimine conuicerit.

7 Cauſa patris eſt fauorabilior cauſa principis & dñi.

8 Pœna vnius correorum præmium adfert correo.

9 Seruus pro præmio iuſte libertatem conſequutus perit hæredi,ſicut qui pro delicto affectus ſupplicio creditori perit & nu.11.

10 Fiſcus an tradat precium quando ſeruus libertatem cõſequitur pro accuſatione interfectorum domini.

12 Sententia per imprudentiam lata emptori præiudicat, & non venditori aut eius hæredi.

13 Legatum quando pereat hæredi, & quando legatarijs aut creditoribus.

14 Hæres quando ad æſtimationem rei teneatur.

15 Caſus fortuiti in ſeruis aut rebus legatis ſeu debitis, cedunt periculo hæredis.

16 Hæres liberatur.ſi ſeruus pro præmio libertatem conſequatur,ſicut ſi iuſtè pro crimine vltimo ſupplicio damnetur.

17 Seruus iniquitate iudicis damnatus non perit creditori,ſed hæredi.

18 Debitum defuncti non extinguitur,etiam ſi non appareat quod culpa hæredis res à defuncto debita perierit.

19 Intereſſe quando venire dicatur in obligatione dandi.

20 Hæres an teneatur creditori ad æſtimationem ſerui ex ſtipulatu debiti,cuius æſtimationem à fiſco recepit.

21 Hæres non poteſt conſtitui in mora ſoluendi ſeruum debitum ex ſtipulatu,niſi iudicio de nece domini prius reddito.

22 Debitum ex ſtipulatu interiens,regulariter periculo perit creditoris,& non debitoris.

23 Iudex non præſumitur reum ad rei æſtimationem condemnare,qui condemnare debet ad rem ipſam.

24 Superioris factum,cui reſiſti nequit, nõ operatur vt ad intereſſe,non ad rem agatur.

25 Magiſtratus ſuperiores præſumuntur rectius iudicare quàm

quàm inferiores.
26 Socius criminis pœnam euitat ſi conſocios accuſauerit, & nu.ſequen.
28 Præſens delicto poteſt quis eſſe, qui tamen delicti non erit particeps.
29 Particeps criminis quibus caſibus conſocios reuelãdo pœnam euitet.
30 Bannitus bannitum occidens, an conſequetur præmiũ à lege vel ſtatuto aſsignatum ei qui bãnitum occiderit.
31 Statutum permittens conſanguineis & affinibus vt licite poſsint ſuorum conſanguineorum aut affinium homicidas interficere, an ſit licitum.
32 Pœnæ à reis in amicorum & conſanguineorum ſolatiũ exiguuntur.
33 Iudices ad ſubiectos deduci indignum eſt.
34 Crimina quædam ſcire expedit, & quædam non.
35 Seruus, qui dominæ ſe immiſcuit, poteſt à conſeruo accuſari.
36 Præmium quando à lege concedatur & pœna remittatur.
37 Crimina manifeſtari reipublicæ quare interſit. & nume.ſeq.
39 Crimina quæ ſint quæ nõ neceſſariò reipublicæ intereſt reuelari.
Impunitas quando promittenda & concedenda ſit cõſcio criminis reuelanti ipſum crimen.
40 Impunitas pro crimine conſummato nemini debet concedi.
41 Accuſatores quando & quibus concurrentibus præmia pro accuſatione conſequantur.
42 Impunitas ſeu ſecuritas promiſſa reo homicidij aut alius cuiuſuis criminis, an ſit ſeruanda.
43 Fallere fidem graue eſt, ſed grauius quem decipi ſub fide publica.
44 Deportatus pro ſe tantùm poſtulare poteſt, non autem pro alio.
45 Princeps ſolus relegato ſeu deportato meatum aut remeatum concedere poteſt.
46 Simulatio non ſemper iuncta eſt peccato.
47 Romani fidem ſuam nunquam fruſtra præſtari permiſerunt.
48 Bannitum occidens cui ſecuritatem præſtiterat, an poſſit vt homicida puniri.
49 Inimico reconciliato nemo ſe committere debet.
Securitas bannito præſtari non poteſt à priuato.
50 Princeps ſolus ſecuritatem præſtare poteſt.
Proditor eſt qui agit aduerſus eam quã præſtitit fidẽ.
51 Maleficus & mathematicus religionis Chriſtianæ eſt inimicus.
Statuta permittentia bannitum impunè occidi ſecundum iuris communis diſpoſitionem ſunt regulanda.
52 Occidens maleficum ſeu mathematicum duplici ſuſpicioni reddit ſe obnoxium.
53 Odium diſsimulare quare difficile.
54 Conſpirator à teſtimonio repellitur, licet conſpiratio laudabilis ſit.
55 Maritus adulterum vilem cum vxore repertum iure ciuili poteſt interficere.
56 Statutum recto intuitu & bona occaſione factum eſſe ſufficit, licet triſtior ſequatur euentus.
57 Altarum ludus quando licitus.
58 Statuta eatenus ſunt intelligenda, quatenus ius naturale, diuinum & commune minus offendant.
59 Homicidium caſu abſque odio & inimicitijs committens, non eſt interficiendus, ſed vt innocens liberandus.
60 Iuſtitiæ prima forma eſt vt nemini noceatur.
61 Fides ſecundum iura humana an ſit hoſti ſeruanda.
62 Iudex an poſsit exuli ſecuritatem & commeatum præſtare.
63 Exuli non licet egredi fines ſtatutos.
64 Iudex quo caſu exulem ab exilio reuocare poſsit.
65 Fides publica exuli præſtari aut nõ debet, aut certe ſeruari debet.
66 Eccleſia hos tuetur quibus immunitatem præſtat, ſed non omnes recipit ad ſe confugientes.
67 Papa fidem non ſeruauit epiſcopo confitenti ſimoniã, cui tamen promiſerat impunitatem.
68 Bannitus pro ciuitatis ſuæ transfuga eſt reputandus.
79 Bannitus in ciuitate exiſtens aduena & peregrinus cenſetur. & nu.72.
Iura publica non poſſunt remitti priuatorum pactis.
70 Vindictam publicam proſequi dicitur qui in bannitũ vlciſcitur.
Bannitus non eſt transfuga, nec ei conuenit transfugæ definitio.
Transfuga in quibus à bannito differat.
71 Statutum de bannito impunè occidendo pro priuati ſolatio magis quàm pro publico beneficio conceſſum eſt.
73 Deportati paſsiuè inteſtabiles cenſendi ſunt ſicut & peregrini.
74 Ius publicum an & quando pactis priuatorum remitti poſſit.
75 Lædi nullus debet ſub fide publica acceſsitus.
76 Seruum pro præmio liberum fieri, & iure ob offenſam morte damnari, quo ad quid paria ſint.

§.Si quis ex ſtipulatu.

HIC.§. multiplicem interpretationem admittit, vt ex duabus gloſſ. conſtare poteſt. Bartol. & Roma. ſententiam gloſ. maioris in verbo, creditori. recipiunt. Ange. verò ab ea diſcedit. Si tamen recte conſideratur gloſſ. ſeipſam corrigere videtur. Nanque in verſic. vnde euitabit pœnam & conſequitur præmium. dicere voluit Accurſ. in primo caſu huius. §. ſeruũ
1 qui ex ſtipulatu debebatur. etiam ſi † ſub eodem tecto fuiſſet quum dominus occiſus eſt, & auxilium domino non præſtitiſſet: quia tamẽ domini occiſores conuicit, pœnam euitabit & præmium conſequetur. & in eadem glo. in verſi. qđ in primo caſu. contrarium ſentire videtur, dum ait, præmium non dari ſeruo in primo caſu huius. §. quum ſi domini occiſores non conuiciſſet, capitis pœnã ſuſtinuiſſet. & iſta ratione Ange. recedit à prima opi. glo. per. l. idem & ſi. §. fi. ff. de condictio. ob turpem cauſam. Sed Bart. ab hac impugnatione glo. defendit. dicit enim differentiam eſſe, an ſeruus committendo in dominũ delinquat, vel omittendo. Primo caſu pœnã tantùm euitabit, præmium autem non conſequetur.

ita procedat dicta.l.iij.§.fi.ff.de condictio.ob tur
pem cauſam. Secundo caſu quando in omittēdo
peccat, facilius delictū remittitur, vt ſuprà.l. pro
xima.&.l.j.§.impubes. certe iſtud non eſt verū,
per.l.j.§.iuxta.verſi.ſerui.& verſi.potuiſſe.&.§.
2 vltimum.ſuprà eo.titu. † Omnino enim vltimū
ſupplicium ſeruo imminet, ſiue committendo ſi-
ue omittēdo peccauerit.idē in.l.excipiunt.infrà
eo.illhic plenius intellectū huius.§.differemus.

Prius tamen ꝙ vlterius progrediamur, vtile et
neceſſarium mihi viſum eſt varietatem interpre-
tationum commemoratarum in glo.in verbo, nō
fuit.demum in verbo, creditori, recenſere.

Prima igitur interpretatio fuit Hugolini anti-
qui gloſſatoris, qui ſic legit, diuiditꝗ hunc.§.in
tres ptes, vt in prima ſecūdū eūdē Hugoli.de ſer
uo tractetur, qui ex ſtipulatu debebatur, qui dñi
occiſores accuſauit atꝗ cōuicit: ob id ꝓ præmio
libertatem conſecutus eſt. Neꝗ enim ſeruus pñs
erat quum occiſus eſt, neꝗ ſub eodē tecto. Hoc
videtur probari ex hoc text.per cōiunctionē ver
ſic.nam & ſi.& verſi.qui ſi ſub eodē tecto. Nam
in primo reſponſo liberat heredē, quia accuſauit
& conuicit.in ſecundò reſponſo, quia quum pñs
eſſet, dñm non defendit, ideo ſupplicio affectus
eſt: hac ratione pariter hæredem liberat. In tertiò
reſponſo, ibi, qui ſi ſub eodem tecto. de eo dicit
qui ſupplicio ꝑ iniuriā iudicis affectus eſt: quia
ſub eodē tecto nō erat ſeruus quum occiſus eſt
dñs. ideo nō liberatur hæres, quia caſus hæredi,
non aūt creditori imputabit̃. & ſi ita intelligeres
ſicuti Accurſ.legit, & velles hoc tertiū reſpōſum
cū primo cōiūgere & nō cōtinuare ad immedia-
3 tū reſpōſum: nō videt̃ recte cōuenire, † Nā ſecū
dū nouiſsimā gloſ. interpretationē ſeruus, q ſub
eodē tecto erat quum dñs occiſus eſt, qa cōuicit
ſeruos ꝑ ſe accuſatos, cōſequet̃ libertatē, & pœ-
nā euitaret, et nihilominus hæres à præſtatiōe ſer
ui vel eius æſtimatione liberaret̃. & tñ in vltimo
rñſo, q ſecūdū Accurſiū intelligeret̃ de ſeruo, q
non eſſet criminis particeps, neꝗ ſub eodē tecto
quū occiſus eſt dñs, & necē dñi detexit, libertatē
cōſequit̃ dato ꝑcio à fiſco dño. & hoc pacto hæ-
res nō liberaret̃ à creditore, qa æſtimationē tra-
det creditori. qūo hoc auribus conueniat, vt po-
tius teneat̃ hæres creditori in eo caſu quo ſeruus
nō deliqt & occiſores cōuicit, ꝙ eo caſu quo ſce
leris particeps nō eſt. & nō pōt, mea opi. optima
ratio tradi. Cōſidera tu & ſecundò qūo hoc fieri
poteſt, quū ex hoc ſenatuſcōſulto præmiū datur
propter mortē dñi detectā. et occiſores cōuictos
ex bonis condemnati, non autē fiſci dari debeat,
dicta.l.lege Cornelia.infrà eo. illhic dicetur abū
dantius. certe hoc mihi plurimum non conuenit.

Secunda pars igitur huius.§.ſecundum eundē
Hugoli.eſt in verſicu.nam & ſi ſupplicio.in qua
per modum rationis decidendi primum dictum
4 huius.§.diffinit. † ſicut, inquit, ſeruus q occiſor
fuit domini ſi vltimo ſupplicio affectus fuiſſet,
periiſſet creditori & nō hæredi, quia præter cul-
pam & factum hæredis, ſed autoritate legis con-
demnatus eſt ſeruus vltimo ſupplicio, liberare-
tur hæres. ſimiliter dicere voluit Iureconſultus
vbi pro præmio ſeruus mortis domini non con-
ſcius iuſtè libertatem recipit quia domini occiſo
res accuſauit & conuicit, & ſic legis autoritate
præmium recipit, id eſt, libertatē, hæres amplius
creditori non obligabitur. & hac ratione Iurecō
ſultus iſtos duos caſus à pari procedere ait.

Tertia pars huius.§. ſecūdū eūdē Hugol. eſt in
verſic.qui ſub eodē tecto. quem voluit Hugoli-
nus ſic debere legi vt referatur ad verſi. præcedē
tem in his verbis, nam & ſi ſupplicio. vt verſ.præ
cedēs de ſeruo intelligatur qui particeps fuit ne-
cis dñi, & iuſtè per iudicem vltimo ſupplicio cō-
demnatus eſt. Iſte aūt verſic. qui ſub eodē tecto.
intelligatur de ſeruo qui nullo modo necis domi
ni conſcius erat, & tamen à iudice per iniuriā vl-
timo ſupplicio propter mortem domini condē-
natus eſt. hoc glo. innuere videtur in verbo non
5 fuit. Dicit enim Hugoli. † Ergo quum non iure
eſt affectus ſupplicio ſeruus, actio in æſtimatio-
nem ſerui vtilis erit creditori. Hæc ergo iniuria
creditori nō obſtabit, ſed hæredis periculo erit.
& ideo hæres ſerui æſtimationem creditori præ-
ſtabit. & ſi dixeris, obſtat huic interpretationi. l.
ſi per imprudētiam. in princi. ff. de euictio. l. pro-
pter veneni. §. præſidis iniquitate. infrà eo. & hac
ratione Accurſ. hic in gloſſ. fina. vt videre potui-
ſtis, motus eſt primam partem huius. §. intellige-
re de ſeruo qui per ſtipulationē debebatur, qui
ſub eodem tecto erat, quum dominus occiſus
eſt, & illi dum occideretur auxilium non præſti-
tit: vt ſeruus criminis conſcius pœnam euitet, &
vlterius pro præmio libertatem conſequatur, qa
domini occiſores conuicit. Qui intellectus, ſi ve-
rus eſt, ex eo duo dicta non inelegantia inferun-
6 tur. Primum eſt, † participem criminis, ſi crimi-
nis ſocios de crimine conuincat pœnam euitare
& præmium conſequi. Hoc autem dictū Accur-
ſij Barto. placet, ſi in omittendo tantum accuſa-
tor ſeu delator peccauit, non ſi in committendo.
l. idem & ſi. §. ſin. ff. de condi. ob turpem cauſam.
Sed huic moderationi Bart. plurimum obſtat. l.
quiſquis. §. finali. C. ad legem Iuliam maieſt. vbi
pœna remittitur & præmium conceditur ei qui
factionis in principem commiſſæ etiam in com-
mittēdo particeps erat ſi ab exordio initæ factio
nis conſpirationem detexit. ſi verò ſerò, quia ad
actum coniuratio ſeu cōſpiratio deducta eſt, in-
cognita tñ detexit, veniam conſequitur, licet etiā
factione vſus fuerit. vnde Bart. declaratio non re
cte conuenire videtur. & ſi dixeris cauſam prin-
7 cipis fauorabiliorē cauſa patris aut dñi: † dic cau
ſam patris non minus fauorabilē, imo plus in na
tura odioſam & horribiliorem eſſe cauſa princi-
pis. dicit. l. diuus. ff. ad. l. Pōpei. de parri. dixi etiā
in. l. j. §. iuxta hoc. ſuprà eodem. Ex grauitate
enim

enim pœnarum à lege in vtroque crimine intro-
ductarum perpendi poteſt, videlicet ex. l. pen. in
princi. ff. ad. l. Pompei. de parri. l. vnica. C. de his
qui paren. & fil. occider. §. alia. inſti. de publi. iu-
di. & ex. l. iij. & fi. ff. ad. l. Iul. maieſ. l. quiſquis. C.
eod. grauior enim pœna parricidæ eſt, ꝙ rei læſæ
maieſtatis, vt ex illis legibus conſtat. vnde Ang.
dicit hanc gloſ. interpretatioem non conuenire
textui, dicit enim nõ dari ſeruo præmium qui au-
xilium domino non tulit, quia ſeruus particeps
non erat criminis, ſed in omittendo tantùm pec-
cauerat: quia quum ſub eodem tecto eſſet, auxi-
liũ domino non tulit. Alioquin ſi verus eſſet gl.
intellectus, ex eo ſequeretur aliud & ſecundũ di-
8 ctum annotatione dignum, † pœnam vnius cor-
reorum præmium afferre criminis conſcio. & cũ
hoc pœnam reum criminis euitare: quod tamen
non admittit Sillanianum ſenatuſconſultum. l. ſi
ſequens. infrà eo. illhic dicam.

Secundam partem huius. §. in verſi. nam & ſi.
glo. interpretari voluit in ſeruo, qui auxilium do
mino nõ tulerat quum ſub eodẽ tecto eſſet, poſt
mortem autem occiſores non conuicit, ideo ſup-
plicio affectus eſt. Non puto hanc interpretatio-
nem veram eſſe, ſed exiſtimo literam violare: nõ
enim probari poteſt ſeruum ad accuſationem ho
micidarum dñi proſilijſſe. Præterea dabo inſtan-
tiam, Quid enim ſi ſtatim occiſores accuſauit, &
non defunctoriè dñi mortẽ defendit, conuincere
tamen omnino non potuit, multa tñ vrgentia in
occiſores protulit, vt in. l. in cognitione. infrà eo.
& melius in. l. j. C. quib. ex cauſ. ſer. pro præmio
liber acceper. ibi, incorruptis probationibus ac
ſtrẽnuo niſu cõſtiteris, licet præmiũ nõ cõſequa-
tur, pœnã tñ euitare debeat, argumẽto. l. qſquis.
§. ſanè. C. ad. l. Iul. maieſta. Quod ob id puniatur
vbi hæres nõ puniref. d. l. ꝓpter veneni. §. præſi-
dis iniquitate infrà eo. qui forte pro cõuincenda
dñi morte quæſtionẽ ſuſtinuit, vt inqt. l. & ſi cer-
tus. in verbo, ipſe. & l. j. & fi. C. de quæſtio. l. fin.
C. de abolitio. iũtꝙ pro eo plura argumenta, vt
in. l. ſi qs altũ. C. ad. l. Iul. maieſta. Nõ videt cõue
niens ne ſenatuſcõſultum iniuriã ſeruo facere vi-
deaf, argumẽto. l. ſenatuſcõſulto. in princi. infrà
eo. titu. Quãuis hæc inſtãtia euitari poſſet, manet
tñ prima obiectio vera. Quare puto Iurecõſultũ
potius voluiſſe rõnẽ præcedẽtis reſpõſi aſſigna-
re, ꝓpoſito ſimili qdã argumẽto, ꝙ nouũ caſum
ſtatuere, põderatis his verbis, nã ſi quaſi diceret,
9 ſicuti † em̃ ſeruus iuſte pro delicto affectus ſup-
plicio creditori perit: ſimiliter ſi pro præmio iu-
ſte libertatẽ cõſequaf: quia ſicut ab hærede inui-
to de manibus eius eripif quũ ad ſuppliciũ iuſte
ducif. ſic vbi iuſtè pro præmio libertatẽ cõſequi
tur. vñ quũ præter culpã & factũ eius in vtroque
ſeruus debitus ab hæreditate tollaf, nihil eſt qd
hæredi imputari poſſit. Secũdò, non video quõ
in hoc tex. probari poſſit, ſeruũ mortis dñi parti-
cipẽ ꝓpter cõuictionẽ homicidarũ pœnam euita
re, & præmiũ cõſequi: quum in iure expreſſe ſcri
ptũ nõ reperiã poſt criminis ꝗtũcũꝗ fauorabilis
cõſummationẽ fautorẽ aut participem ſeu magis
mortis cõſciũ, eo ꝙ conſcios detexit, pœnã euita
re & præmiũ cõſequi. Imò in oppoſitũ ſcriptum
inuenio, tardã eſſe pœnitentiam. l. ſi qs ſorte. §.
qs em̃ dubitat. ff. de pœ. d. l. quiſqs. §. ſanè. C. ad
l. Iul. maieſt. Forte obtinere poſſet vbi delictum
adhuc omnino cõſummatũ nõ eſſet, ſed attẽtatũ
ſolũ, vt in. d. §. ſanè. & l. j. in fi. ff. de extraordi. cri
mi. Quibus adde quod notat Bal. in. l. ſi quis nõ
dicam rapere. C. de epiſc. & cleric.

Tertiã aũt partẽ huius. §. ꝗꝗ ſic glo. interpre-
10 tef, † qd ſeruus ſub eodẽ tecto nõ erat quũ occi
ſus eſt dñs, vñ cõſequif libertatẽ, & preciũ ſerui
fiſcus dño tradit: nõ videf mihi hæc glo. interpre
tatio vera. Obſtat em̃ illi. l. lege Cornelia. verſic.
præterea. infra eo. ibi, ex bonis dãnati. & d. l. ſe-
natuſconſulto. in prin. infrà eo. vbi venditor pre
ciũ reſtituit, nõ fiſcus. & glo. fi. in princi. ſatis re-
cognouit dũ dicit hic, à fiſco nõ habet. l. æris. ff.
ad. l. falcid. vt ergo verũ huius. §. ſenſum omnino
abſoluã, puto caput huius. §. intelligi debere de
ſeruo ꝗ criminis particeps nõ erat, dñi tñ necẽ de
texit crimẽ ꝓbãdo, vt inqt gl. & recte, in verbo,
arguerit. p. l. j. C. qb. ex cauſ. ſer. pro præ. liber.
accipi. & l. dño. in verbo, detexit. & l. ſi ſeruus.
infrà eo. titu. & l. iij. §. ꝙ ſi necẽ. ff. de ſuis & legi.
hæredi. l. æris alieni. ff. ad. l. falci. l. ſi necem. ff. de
bo. liber. hic allegatis in gl. fi. Cui ego addo. l. te-
ſtamẽto. ff. de hæredi. inſtit. & iſto caſu creditori
actio ex ſtipulatu aduerſus hæredẽ pro ſerui æſti
matiõe denegabif. & rõ huius primi dicti eſt ſe-
cundũ Iureconſultũ in verſic. ſeq. Nam & ſi ſup-
plicio affectus fuiſſet, nõ daretur. ratio huiuſmo
di rationis eſſe poteſt, ne dominus propter cul-
pam ſeruorũ patiatur, vt dicetur in. §. de his. in-
frà eo. & argumento eſt. l. fi. ff. de ſer. fugiti.

Secunda igitur pars huius. §. quæ eſt in verſic.
Nã & ſi. legi debet ſicuti iacet, vt ſit ratio primi
11 reſponſi. † Sicuti enim ſeruus, qui iuſtè ſupplicio
affectus eſt, creditori perit: ſimiliter ſi præmio li-
bertatẽ cõſequif, perire debet creditori. & ita pu
to intelligendum illum verſic. Tota vis igitur in
tertia parte huius. §. conſiſtit, & cum Hugoli. ſen
tio, dum hunc vltimum verſicu. ſic continuat cũ
immediate præcedente. & vt hic ab illo diffe-
rat, quòd verſicu. nam ſi loquatur de ſeruo iu-
ſtè propter crimen ſupplicio affecto, hic autem
verſicu. intelligatur de ſeruo iniuſtè ſeu per iudi
cis iniuriam morte condemnato, quum ſub eodẽ
tecto non eſſet, neꝗ criminis particeps inuẽtus,
vt hæc iniuria, hæredis periculo ſit, non credito-
ris: neꝗ verum eſſe quod Accurſius ſenſit in gl.
fi. dum dicit fiſcum teneri ad precium ſeu æſtima
tionem ſerui. quod verum non eſt, vt dixi per. l.
lege Cornelia. infrà eo. & ꝗuis Hugoli. obſtare
videantur duo. Primum. l. ſi per imprudẽtiam. in
12 princ. ff. de euictio. † vbi per imprudentiam lata

ſententia emptori, non autem venditori ſeu eius
hæredi imputari debet. l. j. §. pari modo. ff. de li-
ber. exhibē. Quum ſufficiat dicere iudicatū eſſe,
licet per iudicis iniuriam. l. ſtatuliberi. §. fin. ff. de
ſtatuliber. Secundum, iniquitas iudicis in hoc ſe-
natuſconſulto hæredi imputari non ſolet, dūmo
do debitum pietatis officium nō defunctoriè ſeu
perfunctoriè occiſores proſequēdo impleuerit,
tametſi hæres à tam iniqua ſententia non prouo-
cauerit. l. propter veneni. §. præſidis iniquitate.
infrà eodem. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi hæreditatis.
&. §. ſi quis ante. ff. de leg. j. ratio huius dicti eſſe
poteſt, quoniam tale iniurioſum iudicium fortui
to caſu adſimilatur. c. vnico. vbi idem notat Bal.
de no. for. fideli. colla. x. in his verbis, iniuſtè vel
fortuito caſu amittere, vel pro, id eſt. vlterius al-
leg. ad id Bal. l. quum duobus. §. fi. ff. pro ſocio.
Adde Bar. in. l. falſus. colum. penul. circa fi. ff. de
fur. Chriſtoph. Porc. & Moder. in. §. item is cui.
Inſti. quib. mod. re cōtrahi. obliga. dixi in. l. con-
tractus. ff. de reg. iur. Hæres autem de culpa, nō
etiam de caſu fortuito tenetur. l. quū res legata.
§. fi. ff. de lega. j. & alijs ſuprà notatis. Sed quū hæ
res à tam iniqua ſententia prouocare non tenea-
tur, dicta. l. propter veneni. §. præſidis iniquita-
te. infrâ. igitur hæres non videbatur poſſe ad æſti
mationem ſerui compelli.

Sed hæc Hugolini interpretatio poteſt ab il-
lis argumentis rectè defendi ſecundum commu-
nem interpretationem quam Paulus de Caſt. cla
rius aperuit in. l. in ratione. j. §. imperator. &. §. ſi
ſeruus. ff. ad. l. falcid. dum dicit cauſam interitus
13 attendēdam eſſe. † aut enim originem habuit vi-
uo teſtatore: & perit legatarijs & creditoribus,
per illos tex. Si autem initium habeat poſt mortē
teſtatoris: & perit hæredi nō autem creditori ne-
que legatarijs. & hæc diſtinctio probata eſſe vi-
detur in. l. in quantitate. in princi. verſic. & ex di-
uerſo. ff. ad. l. falci. ibi, intantum decreuerint bo-
na incendijs, aut naufragijs, aut morte ſeruorū,
vt non plus quàm. lxxv. vel etiam minus &c. ra-
tio in illo tex. eſt, nec ea res damnoſa eſt hæredi,
cui liberum eſt non adire hæreditatem &c. Sed
quum hæc iniurioſa ſeu iniqua ſententia aduer-
ſus ſeruum poſt mortem domini lata ſit, & ſentē
tia illa iniuſta inter fortuitos caſus annumeretur,
fortuiti autem caſus poſt mortem contingentes,
hæredi, non autem creditoribus neque legatarijs
imputari debeant: non mirum ſi hic tex. dicat hæ
redem præſtare ſerui æſtimationem creditori.
Secundò addo huic deciſioni tex. in dicta. l. quū
res. §. itaque ſi Stichus. ff. de lega. j. in his verbis,
& culpa hæredis non appareat, debebit æſtima-
tionem eius præſtare. Sed vis eſſet in eodem tex.
14 in verſicu. ſeq. † Sed ſi culpa eius nulla interue-
nerit, cauere hæres debet de reſtitutiōe ſerui. hoc
dico propter argumentum ſumptum ex dicta. l.
ꝑpter veneni. §. præſidis iniquitate. ad quod di-
ci poſſet, ſi iniuria notoria eſt: appellare debet:
aliàs in culpa eſt, vt in dicta. l. quum res. §. itaq; ſi
Stichus. & ſi per illum tex. hæres ad æſtimationē
rei teneatur, multo magis vbi culpa hæredis ar-
gui poteſt, vt quum euidēs eſt iniquitas: argumē
to eſt. l. ij. §. fina. ff. ad Tertulia. ibi, & iudicata ac
cipere debemus ab eo cui iudicandi ius fuit. l. rei
capitalis. §. fi. ff. de pœ. l. ſi expreſſim. ff. de appel.
l. quū prolatus. ff. [illegible] re iudi. & in hoc induci po-
teſt. l. ſi bonam. C. de adminiſ. tutor. licet in tuto-
re loquatur. Tu igitur dic nō obſtare. §. præſidis
iniquitate. quia verum eſt ad pœnam euitandam
amiſſionis hæreditatis ſufficere iudicatum eſſe, li
cet iniquè, dummodo hæres nō defunctoriè mor
tem defuncti defendit. Sed quantum ad ea quæ à
defuncto debita erant nō extinguitur debitum,
licet culpa eius non appareat, dicta. l. quum res.
§. itaq;. ff. de lega. j. Præcedens autē ratio eſt me-
lior, quia quum per dictā. l. in quantitate. in prin
15 cip. verſic. & ex diuerſo † fortuiti caſus hæredis
periculo ſint, non creditorum, ſi ante aditam hæ-
reditatem contingant, ſicuti eſt in illo tex. qui re-
ctè admittit hanc differentiam, ſecundum Hugo
lini interpretationem, cum quo ego tranſeo. Nō
autem ſi poſt aditam hæreditatem caſus fortuiti
aduenіant, per dictam. l. in quantitate.

Dic igitur primam partē huius. §. intelligi de
ſeruo ex ſtipulatu debito, non tamen necis domi
ni conſcio, qui tamen necē domini arguit, & hac
ratione pro præmio libertatem conſequi mere-
tur legis diſpoſitione, dicta. l. teſtamēto. ff. de hæ
redi. inſti. hæres ſerui æſtimationem ſtipulatori
ſeu creditori non præſtabit.

Secunda pars eſt in verſ. Nam & ſi. in quo dat
Iureconſultus vnum ſimile ad confutationē prio
16 ris dicti. † ſicuti enim ſi ſeruus iuſtè pro crimine
vltimo ſupplicio affectus eſt hæres liberatur: pa
ri ratione dicendum eſt vbi pro præmio à lege li
bertatem conſequitur. vtriuſque dicti ratio eſt,
quia ſine facto hæredis, ſed magis legis autorita-
te ſeruus ab hæredis poteſtate eripitur. Neq; in-
telligas hūc tex. de ſeruo, qui præſens fuit homi-
cidio, vel qui ſub tecto erat quum occiſus eſt do
minus, & domino auxilium non tulit quum poſ-
ſet: quia pœnam ſeruus euitare nō poſſet, ſiue in
committendo ſiue in omittēdo peccauerit in do-
minum, vt ſuprà dixi.

Tertia pars eſt in verſi. Qui ſub eodem tecto.
Quam intellige ſecundum Hugolini ſententiam
17 in glo. relatam in verbo, non fuit. † in ſeruo per
iniuriā iudicis condēnato, vt hæredi pereat, non
creditori. & repetes caſum præcedētis verſicu. in
quo Iurecōſultus quæſtionē facit de ſeruo iuſtè
condemnato, qui perit creditori, non hæredi.

Nunc diuerſum caſum Iureconſultus in hoc re
ſpōſo tradit, ſi ſeruus nō iuſtè ſed per iudicis in-
iuriam ſeu iniquitatem condemnatus eſt, qui ſub
eodem tecto non erat quum occiſus eſt dñs, neq;
aliàs criminis particeps, vt hæc tā iniqua iudicis
ſententia ſit periculo hæredis, nō autem credito
ris

ris:neque fiſcus præmium dabit.l.lege.§.j.in fin.
infrà eodem.niſi hæres & hæreditas ſoluẽdo for
tè nõ eſſet.l.ij.C.ex quibus cauſ.ſer.pro præmio
liber.accipi.Sed illi legi reſpondet Roma.hic,&
recte,quoniam in caſu dictæ.l.ij.vtilitatẽ fiſci &
reipublicæ principaliter reſpiciebat. Quare mi-
rum non eſt, ſi in caſu illius.l. in quo de crimine
falſæ monetæ agebatur,fiſcus præmium accuſa-
tori conferat,non autem dominus. & prius Ro.
hoc dixit gloſ.fina.dictæ.l.j.C.quib.ex cauſ.ſer.
pro præmio liber.accipi.& ratio huius verſic.eſt
18 duplex,quarum ſuprà meminimus. † Prima eſt
quia debitum defuncti non extinguitur, licet nõ
appareat rem à defuncto debitam culpa hæredis
perijſſe,dicta.l.quum res.§.itaque.ff.de lega.j.
Secunda ratio eſt, quia fortuitus caſus periculo
eſt hæredis.ſi antequam hæreditas adeatur,inte-
ritus rei à defuncto debitæ contingat, dicta.l.in
quantitate.in princi.verſi.& ex diuerſo.ff.ad le-
gem falcid.vbi ratio huius rationis redditur, quũ
liberum ſit hæredi hæreditatem non adire. At in
hoc ſenatuſconſulto non licet hæredi prius hære
ditatẽ adire, quàm ſi vindicta de familia ſumpta
ſit,vt in.l.neceſſarios.§.non aliàs.&.§.quod ad
cauſam.infrà noſtra lege.hic etiam hæreditas adi
ta non erat:igitur non eſt mirum ſi iſte caſus an-
te aditam hæreditatem proueniens,hæredi, non
autem creditori imputatur,præſertim vbi debitũ
proceſsit ex facto defuncti,per ſuprà dicta. Et ꝑ
hũc tex.in vltimo reſponſo Iaſon in.l.ſtipulatio-
nes non diuiduntur.xv.colum.verſi.ſextò.limi-
19 ta.ff.de verbo.obliga. † dicit probari in obliga-
tione dandi venire intereſſe quando ex facto ſu-
perioris,cui non poteſt reſiſti præſtatio facta eſt
impoſsibilis propter publicam vtilitatem. tunc
enim agitur ad intereſſe, & non ad rem citans ad
id Ange.& Aret.cuius hæc verba ſunt in.l.ſi ſer
uum.§.ſi.in verſi.ſecundò limita.ff.de verb.obli
ga.Certè Ang. in loco prædicto mirabiliter hũc
text.legit, neq; videre poſſum quomodo Ange.
alioquin doctor recti iudicij hunc text.ſic inter-
pretatus ſit,dum hunc tex.in hoc verſi. ſic intelli
gir,hæredem fuiſſe in caſu huius.§. in mora dãdi
ſeu ſoluendi ſeruum ex ſtipulatu debitum.Secũ-
20 dò præſupponit ex hoc tex. † hæredẽ ob id credi
tori ex ſtipulatu teneri ad æſtimationẽ ſerui perẽ
pti ex ſtipulatu debiti,qa hæres ſerui æſtimatio-
nẽ à fiſco recipit:quæ omia prorſus à veritate alie
na ſunt. & multo magis admiratus ſum Franciſ.
Aretin.virum plurimæ ſubtilitatis,cuius verba à
Iaſone ſunt tranſpoſita in dicta.l.ſi ſeruũ.§.fi. &
vltra ꝙ Iaſon dicat,Areti.in dicta.l.ſi ſeruũ.§.ſi.
verſi.ſecũdò fallit ſecũdũ Ang.taxat Io:de Imo-
la qui hũc tex.ſic legere voluit, vt intelligat ſecũ
dũ practicã dictæ.l.ſi ſeruũ.§.fi.ff.de verbo.obli
gatio.qđ in hoc tex.res erat in obligatiõe, & rei
preciũ in ſolutiõe vel cõdẽnatione.Quod nõ cõ
cedit Are. qa ſi ſic eſſet,in hoc tex.agerẽ actiõe
directa ex ſtipulatu, ex quo prima obligatio ad
huc durat,vt in.d.l.ſi ſeruũ.§.fi.& in.l.ſi rem ali-
quã.ff.de nouatio.Nõ poſſum iterũ nõ admirari
tãtos patres.nõ ẽm ꝑſuadere mihi poſſum. vñ tã
tæ diuinationes ſeu hallucinationes,ſi dicere ſas
eſt,ꝓceſſerint. neq; etiam illã interpretationem
admittit.d.l.ſi ſeruũ.§.fi.ff.de verbo.obliga.

In primis dum dicit Ang.hæredem in caſu hu
ius.§.in mora fuiſſe ſoluẽdi ſeruũ ex ſtipulatu de
21 bitũ:id verũ non eſt. † non enim hæres potuiſſet
in mora cõſtitui,donec iudiciũ de nece dñi reddi
tũ fuerit:qm̃ antea hæreditatẽ adire non licet.in-
fra ea.l.§.quod ad cauſam.&.l.neceſſarios.§.nõ
aliàs.vbiq; dicet.infrà eo.tit.Soluere aũt credito
ri,eſt actũ hæredis facere.l.pro hærede.ff.de ac-
quir.hæredi.§.fi.inſti.de hære.qual.& differ. igi
tur in mora ſoluẽdi hæres nõ erat.Secundò, nõ
video quomodo ex hoc text.elici poſſit, hæredẽ
preciũ ſerui à fiſco accepiſſe:quũ neq; fiſcus da-
re,vt dixi,debeat,per.l.lege Cornelia.§.j.in fine
infrà eo.& Roma.idem hic ſentire videt, neque
etiam hic tex.quoquo pacto aperit,an à fiſco, an
verò ab hærede ꝑ actionẽ ex ſtipulatu recipiat.
vnde ad dictã.l.lege.infrà eod.recurrendũ eſt:&
glo.fi.cõtra hæredẽ dicit cõpetere,& recte. Sed
an vtilẽ,an verò directã:dic vtilẽ cõpetere dupli
ci ratione.Prima quia res,quæ debebat,caſu abſ
que facto hæredis extincta eſt,quum ſeruus ſub
eodẽ tecto nõ eſſet, nec particeps mortis domi-
ni erat,neq; hac ratione cõdẽnari poterat quare
quũ per iniuriã iudicatus eſt, quod veriſimiliter
à iudice expectari nõ debebat:caſu perijſſe dicit
22 ſed † vbi res ex ſtipulatiõe debita perijt,regulari
ter nõ debitoris,ſed creditoris periculo perijt, ſi
caſu fortuito, vel præter culpã ꝓmiſſoris perijt,
dũmõ ꝓmiſſor aut eius hæres in mora non ſit ſol
uẽdi.d.l.ſi ſeruũ.in prin.ff.de verbo. oblig. dixi
aliàs plenius in repe.§.Cato.l.iiij.ff.de verb.obli
ga.l.qđ te.ff.de reb.credi.merito vtilis ex hoc ſe
natuſcõſulto actio dat creditori.Secũda rõ,quia
quũ res,quæ ex ſtipulatu debebat, añq; hæredi-
tas adita fuiſſet,perijt:directa actione nõ poterit
cõueniri,vt dictũ eſt:quia cũ eo nihil actum eſt:
ſed vtilis actio cõpetit ex facto defuncti,quũ lex
in caſu prædicto actionẽ creditoribus cõſeruet,
caſumq; hæredi imputari vult,quum ꝓpter cau-
ſam defuncti caſus cõtingat,ea ꝓpter vtilẽ actio-
nẽ in hæredẽ cõſeruet,ꝑ hũc tex.et dictã.l.in quã
titate.§.j.verſic.& ex diuerſo.ff.ad.l.falcid.Non
ergo durat prima actio. directa, ſed vtilis tm̃ le-
gis interpretatione,ꝑ hũc text. ꝑ quẽ cõſtat verũ
nõ eſſe,rem fuiſſe in obligatione & preciũ in ſo-
lutione vel condẽnatione,ſicuti recte ſenſit Are-
23 ti. Cui addo.l.fin. C.de fideicõ. liber. † vbi im-
perator inquit,nullũ quidẽ iudicẽ ita ſtultũ eſſe,
vt velit reum ad rei æſtimationẽ condẽnare,q ad
rem condemnare debet,quod res ipſa tantùm in
obligatione eſſet, quæ facto iudicis, non au-
tem hæredis perijt, neque vtiliter ſeruum tradi
potuiſſet,quum in rebus humanis eſſe deſierat,

vt in.l. ſi rem aliquam.in princi.ff. de noua.& di
cta.l.ſi ſeruum.§.pen.& fi.&.l. in executione. §.
pro parte.ff.de verbo. obliga. homo enim mor-
tuus,non eſt homo.c.in quadã.extra,de celebra.
miſſa.ca.charitas. de pœniten.diſt.ij. de quo per
Archi.in.c.fi.xv.q.j.dum quærit de ſacerdote q
voluit hominem occidere, cui, quum mortuum
inuenit, caput amputauit: an irregularis eſt. de
quo dixi aliqñ.Cæterùm ad rem redeamus. vti-
lem tantum dari voluit ad rei æſtimationem,non
quia in ſolutione æſtimatio rei eſſet, ſed quia res
dari non poterat: quum ſeruus, qui ex ſtipulatu
debebatur, iudicis ſententia mortuus erat.& niſi
caſu perijſſet ,ppter defunctũ & ante aditã hære-
ditatẽ perijſſet, extincta fuiſſet om̃ino obligatio
propter ſerui interitum,neque amplius ex ſtipu-
latu agi potuiſſet, dicta.l.ſi ſeruum.§.j.& fi.ff.de
verborum oblig. Ex his conſtat verum non eſſe
quod Areti.in dicta.l.ſi ſeruum.§.fin.verſi. ſecũ
dò fallit.& Iaſ.in.xv.colum.verſi.ſextò fallit. ff.
de verborum obliga.voluerit in hoc tex.proba-
24 ri † factum ſuperioris,cui reſiſti non poteſt,pro-
pter publicam vtilitatẽ operari vt ad intereſſe nõ
ad rem agi poſſit. Quoniã licet per hoc ſenatuſ-
conſultum pro bono publico interdictum ſit, vt
quæſtio de morte domini à familia exigatur, vt
dictum eſt in.l.j.in princi.per illum tex.ſuprà eo
dem.non tamen voluit ſub ſpecie recti iniuriam
cuiquam fieri.l.ſub prætextu.C.de ſacroſanc. ec
cleſi.l.quidam ignauiæ.C.de decurio. lib. x. Nã
ab his quæſtionem exigi vult,qui in domo erant
quum dominus occiſus eſt, dicta.l.j.in princi. &
§. hoc autem ſenatuſconſultũ.&.§.ſeq. ſuprà vel
qui participes ſunt criminis, dicta. l.j.§. quid er-
go.&.§.ſi quis in villa.ſuprà eodem titu. vbi ve-
rò ſub eodem tecto non erant neque necis domi
ni conſcij ſunt aut participes,non vult eos condẽ
nari.Ideo lex à tali iniquitate iudicis prouocare
permittit, dicta.l.propter veneni.§. præſidis ini-
quitate.infrà eod.l.minoribus.C. de his quib.vt
indig.Si hæres non prouocauit, quantum ad rei
debitæ à teſtatore reſtitutionem, forte eſt quod
ſibi imputet quare non prouocauit. licet hic tex.
nõ aperiat,& minus colligi poteſt,an à ſupremis
magiſtratibus,à quibus appellare non licet,ſen-
tẽtia dicta eſt in ſeruum,an verò ab inferioribus,
à quibus appellare licet.vnde magis conijcio ex
hoc quod dicit,per iniuriam iudicis ſeruum mor
ti fuiſſe addictum: quod de inferiore magiſtratu
25 dicere voluit, quàm de ſuperiore: † quum veri
ſimiliter lex præſumat ſuperiores magiſtratus re
ctius iudicare,in.l.vnica. verſicu. credidit. ff. de
offi.præfecti prætor.l.vnica.C.de ſenten.præfe-
cti præto.Neque obſtat,ſi dixeris,in hoc tex. nõ
probari, per iniuriam ſeruum fuiſſe condẽmna-
tum.dic recte probari,dum hic text.dicat, qui ſi
ſub eodem tecto non fuit ideo conſcius mortis
domini non erat. Nam in præcedente reſponſo
dixit de eo qui iudicatus eſt, quia ſub eodem te-
cto fuit:vt differentiam inter vtrunq; verſi. con-
ſtitueret,de eo tractat qui ſub eodem tecto non
erat,& tamen ſupplicio affectus eſt: & prioris re
ſponſi materiam proſequatur, & veriſimilius ſit
ad proximum immediatum conferri, quàm ad
alium non immediatum.l.ij.ff.de ſta. homi.& id
verum eſt: ideo iudex ſic inique iudicando cõtra
beneficium publicũ iudicat. l.ſi expreſſim. ff. de
appel.l.quum prolatis.ff.de re iudi.l. j. &. ij. C.
quando prouoca.non eſt neceſ. & ſi Accurſ. ſe-
quenda eſſet interpretatio in glo.fi.dum dicit,in
tertio verò non erat ſub eodem tecto. vnde ſeq-
tur libertatem dato precio domino de fiſco: qđ
in primo caſu non datur: quum ſi nõ cõuiciſſet,
capitis pœnam eſſet paſſus: & ſic nihil hic habe-
ret hæres, & cætera.nullo pacto ſuperioris auto-
ritas conſideranda eſſet,ſed legis tãtum, quæ ſer
uis pro præmio libertatem ſtatuit,qui necem do
mini detexerunt: quia nihil iudicis officium ope-
ratum fuiſſet,niſi ſolum miniſterium.licet Rom.
videatur pedibus ire cũ Accurſio, dum ex ea in-
26 fert,in hoc tex.probari † ſocium criminis ſi con-
ſcios ſeu conſocios criminis accuſat & conuincit
pœnam euitare & præmium reportare. Sed de-
mum dicit in hoc text.caſum eſſe ſpecialem, quũ
ius commune illi aduerſetur,per.l.idemq́;.§.fin.
ff.de condi.ob turpem cauſam.l.ſicut.C. de quæ
ſtio.l.ſi filium.C.de libera.cauſa.l.fi.C. de accu-
ſa.l.qm̃.liberi.C.de teſti.& ad iſtum tex.dicit cõ
ueniens reſponſum aſſignari à Bartol.in dicta. l.
idemq́;.§.fi.& Bal.in.l.j.C.de his quib.vt indig.
Sed,vt vidiſtis,non poteſt vera eſſe hæc gloſ. in-
terp̃tatio: ſed verior eſt Hugolini opinio, cuius
meminit hic Accurſ.in verbo, non fuit. vt ſuprà
declaratum eſt.Cæterùm Roma.hic,qui non di-
ſcedit ab Accurſ.dicit caſum huius.§.eſſe ſpecia-
lem,quia regulariter de iure locum nõ obtinet,
per dictam.l.idemq́;.§.fi.ff.de condi. ob turpem
cauſam. Cuius meminit hic Bar.ante Roma.hoc
etiam dictum plurimùm iuuat ad deciſionẽ quæ-
ſtionis per Bartol.Bald.Ang.& Rom.hic diſpu
27 tatæ, ſi † lex denuncianti homicidas aut id ge-
nus facinoroſos homines præmium, ſtatuat: an
eiuſdem maleficij particeps pœnam euitabit &
præmium à lege ſtatutum accipiet. & Bartolus
dicit grande argumentum facere hunc text. vt
denuncians, licet facinoris particeps ſit, vtrun-
que conſequatur, præmium ſcilicet, & pœnæ
immunitatem.contrarium tamen affirmat per di
ctam.l.idemq́;.§.fina. & reſpondet ad hunc tex.
vt intelligatur de eo qui in omittendo,non au-
tem in committendo delinquit. licet enim hic
ſeruus ſub eodem tecto fuiſſet, non tamen de-
liquerat ipſe committendo, ſed neglexerat tan-
tum domino ſubuenire: quod facilius remit-
titur. l. j. §. impubes. ſuprà eodem titulo.Pro
Bartolo induci poteſt dicta. l. j. §. ſi quis in
villa. ſuprà eodem. in his verbis, qui cum
ipſo qui occiſus dicitur, fuerunt. Secundò in
his

his verbis, & qui in ſuſpicione cædis fuerunt,
aut conſcientia, vbi illa tanquàm diuerſa po-
28 nuntur. † poteſt enim præſens non particeps
eſſe delicti, vt ſi inopinatè dominus in itinere oc-
ciſus eſt, & ſeruus fortè aufugit, neque domino
ſubuenire tentauit, vt in.l. diuus. in his verbis,
poſteaquàm conterritus aduentu latronum. Ob
id tamen particeps non eſt. Et de eo vult Bartol.
hunc tex. intelligi. Cui tu adde tex.in.l.excipiun-
tur. infrà eod. in qua videtur clarus eſſe caſus vt
Senatusconſultum puniat eos ſolùm qui ſub eo-
dem tecto erant, & criminis participes vel mini-
ſtri fuiſſent. Hoc probatur in illa.l.in verſicu. &
bis dũtaxat impuberibus &c. Sed huic dicto Bar
to. ſuprà reſponſum eſt, non tantum ſeruos pro-
pter delictum in cõmittendo puniendos eſſe, ve-
rum etiam in omittendo, etiã ſi impuberes eſſent,
dicta.l.excipiuntur.in princ. & in dicta.l.j.§.hoc
autem Senatusconſultũ.cum.§§.ſequentibus.ſu-
prà eod. & pleriſq; alijs.§§.illius legis &.l.fin. C.
eo.titu.in dicta.l.excipiuntur.plenius declarabi-
mus, & in.l.penul.infrà eo.titu. Non prætermit-
to tamen ex doctrina Barto.probari regulariter,
non dari conſcio ſeu participi eiuſdem criminis
29 præmiũ, licet ſocios conuincat, ſeu deferat. † ex-
cipiuntur, ſecundum eundem, nonnulli caſus, vi-
delicet læſæ maieſtatis, vt in dicta.l.quiſquis.§.ſa
nè.C.ad.l.Iul.maieſt. Falſæ monetæ.l.j.C.de fal.
mone. Non poteſt ad id allegari.l.ij. C.ex quib.
cauſ.ſer.pro præ.liber.accip. quia de conſcio aut
participe criminis non loquitur. Adde caſum au-
thent.nouo iure.in princ. C.de pœ.iud.qui male
iudic. in odium iudicum venales ſententias pro-
nunciantium. Et alium caſum habes in deſertore
militiæ, in.l.non omnes.§.fin.ff.de re milita. Ter
tiò in eo qui ſe defert in fiſci beneficium.l.vnica.
C.de his qui ſe defer.lib.x.l.edicto.in princip. &
§.j.ff.de iure fiſci. Aduerte per hunc tex. ſic intel-
lectum, nõ ſufficere conſcium accuſare, niſi accu-
ſatum conuinceret, per hunc tex.in primo reſpõ-
ſo iuncto vltimo reſpõſo huius.§.ſecundum Ac-
curſij interpretationem. dicam infrà. Sed pone
aliquem bannitum eſſe pro crimine, qui reum al-
terius criminis ſuſpectum accuſat: an pœnam cri-
minis, pro quo impactus eſt, euitabit, & quia cri-
minoſum alterius facinoris accuſat, an à fiſco ſeu
à publico præmium reportabit, vbi à ſtatuto vel
lege municipali præmium conceditur indicanti
ſeu accuſanti vel occidẽti facinoroſum, cuiuſcunq;
generis ſit, bannitũ tamẽ. quam inuenio per Bal.
Areti. & Alex. diſputatam in.l.rogaſti. in princi.
ff.de reb.cred. & in dicta.l.idemq;.§.fin. ff.de cõ
dictio. ob turpem cauſam. In qua Bald. dicit cau-
30 ſam finalẽ ſtatuti attendẽdam eſſe. † Nam ſi ban-
niti tantùm cauſam conſideramus: præmium non
conſequetur bannitus, qui alium bannitum, ſiue
ſocium criminis, ſeu quẽcunq; alium accuſat aut
occidit, per.l.Lucius. §.Lucius Titius daman. ff.
de leg.ij. Quod dictum Bal. extende vt per Feli.
in.c.quæ in eccleſiarum. iij.colum. verſic.nouus
caſus.extra, de conſtitu. dum dicit, non valere ſta
tutum Florentiæ permittens conſanguineis vin-
dictam ſuorum conſanguineorum: & id maximè
propter inimicitiam quam conceperunt in homi-
cidam, per tex.in.c.nõ eſt crudelis. &.c.miniſter.
xxiij.q.v. & glo.in.§.ſi ergo.xj.q.iij. & glo.fin. &
illhic Domi.in.c.conſuetudo.j.diſtin. dixi in.§.ſi
maritus. ſuprà ea.l. vbi alleg.text. indubium in.l.
fin. C.de malefi. & mathe.in fin.legis, ibi, aut pro
prium fortaſsis etiam inimicũ ſub huiuſmodi vin
dictæ nomine cõſilio atrociore confecerit. Facit
quod notat Barto.in.l.j. §.vſqueadeo. in fi. ff.de
iniur.per ca.contingit.primum. extra, de ſenten.
excommunic. Multo minus bannito permitten-
dum eſt, qui factus eſt hoſtis reipublicæ. l.amiſ-
ſione.§.qui deficiunt.ff.de cap.diminu. Aduerte
pro validitate ſtatuti plurimùm facere quod ſcri-
bitur Numeri.xxxv. Decernite quæ vrbes eſſe
debeãt in præſidia fugitiuorum, qui nolentes ſan
guinem fuderunt: in quibus quum fugerit profu
gus, cognatus occiſi non poterit eum occidere.
Et iterũ, profugus occiſi homicidam interficiet.
Iterum eodem ca. cognatus occiſi, ſtatim vt inue-
nerit eum, iugulabit. Idem Ioſuæ.xx. & in ca.illa.
& ca.fin.in glo.ij.xv.q.j. Vide Feli.in dicto cap.
quæ in eccleſiarum.iij.colũ. verſi.procedit ergo
dictum ſtatutum.extra, de cõſtitu. dicit ſtatutum
31 ſuſtineri poſſe. † Et ſi ſtatutum ſic cognatis aut
affinibus executionem cõmittit, pro publica vti-
litate ciuitatis & iuſtitiæ hoc admittere videtur,
quaſi occiſor executor ſit iuſtitiæ, ſecundum Bal.
in.l.j.argumẽto illius tex. C.quãdo lice. vnicuiq;
ſine iudi. vindi.l.fin.ff.de rer.diuiſio. Dum illhic
de Romulo fratricida loquitur. Et bene facit di-
ctum.c.nec is.xv.q.j. Plus dicit Bal.in dicta.l.ro
gaſti. ff.de reb.credi. conſiderandam eſſe potius
cauſam finalem ſtatuti, quæ eſt fauor reipublicæ:
licet in conſequentiam accuſantis vel occidentis
fauorem reſpiciat, vt præpõderet principalis cau
ſa, dicto.§.hi quoq;. infra noſtra.l. &.l.ſi ſeruus.
infrà eo.titu.l.vnica.ff.ad.l.Iul.de ambi.l.in eos.
ff.de cuſto. & exhi.reorum. Tamen ratio dictæ.l.
fin. C.de malefi. & mathema. plurimùm conſide-
randa eſt, vt à ſimilibus caueatur, ne fiat libidine
vindictæ, ſicuti ſæpe accidere ſolet, vt in ſimili
inquit tex.in.l.iuſtiſsimos. C.de offic.recto.pro-
uin.ca.ſi ergo.viij.q.j. Sicuti neque accuſatorem
iura regulariter admittunt, qui libidine tantũ vin
dictæ accuſant.c.qualiter & quando. &.c.inqui-
ſitionis.extra, de accuſa. notat Innoc.in.c.dudũ.
ij.extra, de electio. Et Archi.in.c.quærendum.ar
gumento illius text.ij.q.vij. cuius etiam meminit
32 Feli. in loco prædicto, † licet pœnæ in ſolatium
amicorum & conſanguineorum & affinium exi-
gantur à reis.l.capitalium.§.fin.ff.de pœn.execu
tio tamen pœnæ illis committi non debet, dicta
l.fi.C.de malef. & mathema. Lex enim ſummope
re cauendum eſſe ait, ne quis ſibi ius dicat: l.pen.

ff. ad. l. Iuli. de vi priua. l. fin. C. de epiſc. audien. l. extat. ff. quod met. cauſa. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad. l. Iuliam de vi public. Adire enim quilibet debet Iudicem, & ei libellum porrigere, & queri moniam deducere, inquit dicta. l. fin. C. de epiſc. audiē. adde tex. in. l. iubemus. §. omnes. C. de epiſco. & cleri. qui plus addit, iudicem cogere debe re incuſatas perſonas coram ſe comparere, & in locis vbi degunt procedere, non autem iudices
33 perſonas adeant cuiuſcunq; gradus ſint. † Iniuſtum, inquit, eſt iudices ad ſubiectos deduci, Alexan. de Imola in dicta. l. rogaſti. deciſionem Bal. & prædicta non admiſit in conſcio ſeu ſocio eiuſdem criminis. bene autem cum Bald. conuenit in eo qui alterius criminis reus, non ſocius vel conſcius eſſet, per dictam. l. idemq́; §. fina. ff. de cōdi. ob turpem cauſam. motus etiam autoritate Bart. in hoc. §. & Bal. in. l. j. C. de condi. ob turpē cau. Salic. in. l. vnica. C. de mulie. quæ propr. ſer. ſe immiſcu. Tandem idem Alex. dubius in hac opinione permanſit, & re vera videtur plurimùm pro Bal. facere dicta. l. vnica. C. de mulie. quæ propr. ſer. ſe immiſcu. ibi, ſit etiam ſeruo licentia deferēdi, cui probato crimine libertas dabitur. Et in dicta. l. j. verſ. accuſatoribus. C. de ſal. mone. in ſecūda glo. expoſitione, pro qua plurimum vrgere videtur. l. ij. eiuſdem tituli, ibi, vel à quocūq; fuerit publicatus. ponderato verbo, à quocūq;. cum. l. quiſquis. C. ad. l. Iuliam maieſt. & alijs ſuprà memoratis. & Bart. in. l. qui ea mente. colum. ij. verſic. vltimò oppo. ff. de furtis. Dum reſpondet authenti. nouo iure. C. de pœ. iudi. qui male iudi. & l. edicto. ff. de iure fiſci. & l. vnicæ. C. de his qui ſe defer. diſtinguere tamen vult crimina à crimi-
34 nibus. † quædam, inquit, ſunt crimina quæ publicè ſcire expedit & quæ regulariter occultè fiunt, & expedit veniam concedere & præmium, per illas leges. Alia autem ſunt quæ nō æque ſcire expedit, & nō licet pœnam remittere, multò minus præmium concedere. Et Bart. in dicta. l. idemq́; §. fina. ff. de condictio. ob turpem cauſam. dicit nullo pacto ſocios pœnam euitare. Et ob id, ſecūdum eū, recte fuit quidam Foruarollus, qui conſcios ſeu ſocios occiſores Iudæorū indicauerat, ſuſpenſus. Pro quo Bal. in. l. j. C. de condi. ob turpem cauſam. alleg. l. qui vltimo. ff. de pœ. quia ſuper crimine gratis deponere, imò torqueri debent. Sed id verum eſſe dicit Bal. illhic, ſi ſunt ad id producti & interrogati, dicta. l. iij. §. fina. C. de condictio. ob turpem cauſ. Tu verò pro Bartol. adde tex. in dicta. l. & ſi certus. in princi. infrà eo. titu. in his verbis, vt cædis mandator inueniatur, vtique aūt ipſe maxime quæſtioni dabitur. Ecce quomodo neq; pœna eximitur, ſed loco præmij quæſtio datur. Et in argumentum iuuat. l. ſi ſequens. infrà eod. in ratione ſui. Licet caſus videatur differre, tamen ratio mouere poteſt, dum inquit, nam pœna huius præmium eſſe non debet. argumento eſt. l. his verbis. §. interdum. ff. de hæred. inſtitu. per quam ego dico dictam. l. vnicam.
35 C. de muli. quæ proprijs ſer. ſe immiſc. † quæ de verberone loquitur, qui dominæ ſe immiſcuit, qui poteſt ab altero ſeruo, non tamē conſcio criminis accuſari, quia dicta. l. his verbis. §. interdū. prohibet ſeruum huius criminis conſcium, neq; verberonē ipſum manumitti. Ita etiam ſentit glo. in dicta. l. vnica. in verbo, libertas. Cui conuenit l. conſenſu. §. ſeruis. C. de repudi. Imò lex ſeruos vxoris non conſcios adulterij vult eos publicari, ne interrogati timeant in reorū poteſtatem reduci, ob id obdurēt ſe in quæſtione neq; hac ratione veritas cōmiſſi adulterij detegi poſſit. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. verſ. ratio. ff. ad. l. Iuliā de adulter. Præterea authēti. nouo iure. C. de pœ. iudi. qui male iud. præmium accuſatori non concedit, ſed veniā tantum: ſimiliter in crimine læſæ maieſtatis, vbi crimē ſemel attentatū eſt, pœnam tantū remittit, non autē præmium cōcedit. Vbi autem conſummatū eſt, non comperio pœnam remitti, quia tarda eſt pœnitentia, vt ſuprà dictū eſt dicta l. ſi fortè. ff. de pœ. & l. j. ff. de extraordina. crimi.
36 † Et quando lex præmiū confert, & pœnā remittit, tunc eſt quum in exordio factionis arcana publicat factionis. Idem in alijs dico, quare nō puto diſtinctionē Bar. in dicta. l. qui ea mēte. ff. de fur. ſatiſfacere. Et multo minus quod Bal. dixit in. l. §. in fi. C. de preci. impera. offerē. Cuius meminit Areti. in dicta. l. rogaſti. in princ. ff. de reb. credi. vt ſtatutum non recipiat interpretationē de habilitate, vbi præmium concedit capienti ſeu occidēti bannitum, per. §. hi quoque. infra noſtra. l. Qui tex. in bis terminis conſiderandus nō eſt, vt illhic dicemus. Alioquin licentia graſſandi in Rempublicam concederetur: quod quàm iniurioſum eſſet, & ab omni ratione alienum non video. forſitan eñ homicidij autor impunis euaderet. Quare non video quomodo hoc Bal. dictum ſubſiſtere poſsit. Illhic dicetur. Item nō videtur ſufficiēs eſſe Bar. diſtinctio, quia quāuis pleraq; ſint crimina cæteris grauiora, de quibus in. l. ex iudiciorū.
37 ff. de publ. iudi. l. ſi. C. de abolitio. † tamē Reipublicæ intereſt omnia crimina detegi & manifeſtari, vt ſecundū exigētiam & qualitatē delictorum pœna exigatur. §. neq; autē homicidis. in auth. de mād. princ. colla. iij. l. j. ff. de iuſti. & iure. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. l. licitatio. §. quod illicitæ. ff. de publi. & vectig. l. j. §. quies. ff. de offi. præfecti vrb. l. congruit. ff. de offic. præſi. l. nam ſalutē. & per totum titulum. ff. de offi. præfec. vigil. l. capitalium. §. ſolent. et per totā penè legem, & præſertim in. §. graſſatores. & §. incendiarij. ff. de pœnis. & in toto titulo. ff. ad. l. Pompeiam. de parricid. & l. in eos. ff. de cuſtod. reorum, Si tamen vis adhærere diſtinctioni Barto. in dicta. l. qui ea mente. ff. de furt. Potes illi addere quædam eſſe delicta, quæ lōge magis Reipublicæ expedit manifeſtari, ſicut ſunt ea quæ ſecuritatem vel ſtatum Reipublicæ deturpēt & turbāt, in quibus ſtrages aut ſtatus

38 aut ſtatus multorum cōſiſtere poteſt, † quale eſt
crimen læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, ſicuti
ſuprà dictum eſt per authenti. Gazaros. C. de hæ
reti. &. l. quiſquis. C. ad. l. Iuliam maieſt. &. l. j. &
per totum penè titu. ff. ad. l. Iuli. maieſt. vel viola-
tæ iuſtitiæ, vt in authenti. nouo iure. C. de pœ. iu-
dic. qui male iudi. Falſæ monetæ. l. j. C. de fal. mo
ne. Et vt veritas eorum facilius detegatur, impu-
nitatem magis in eis quàm in alijs dare expedit
cum præmio, & iſtis formis delatores inuitare ad
delationem & detectionem criminum, per illos
tex. §. j. &. §. neceſsitatem. in authenti. vt iudi. ſine
quoq. ſuffrag. coll. ij. Idem in adulterio. l. ſi adul-
terium cum inceſtu. §. fratres. verſi. idem Pollio-
ni. ff. ad. l. Iul. de adulter. Idem fauore pupillorū,
in. l. vnica. C. ne tutor vel curator vecti. cōdu. Et
præſertim ea quæ clàm potius quàm palàm com-
mitti ſolent: in quorum odium accuſatores & te-
ſtes, qui aliàs inhabiles, recipiuntur in teſtes & ac
cuſatores. l. cōſenſu. §. ſuper plagis. C. de repudi.
c. j. de teſtib. in. vj. c. veniens. extra, de teſti. l. hos
accuſare. ff. de accuſatio. l. vix certis. ff. de iudic. l.
j. C. de quæſtio. De quo per gloſ. in. l. quoniam li
39 beri. C. de teſti. † Aliqua ſunt crimina, quæ quā-
uis publicæ interſit manifeſtari, non tamen adeo
neceſſaria ſunt, ſicut excepta crimina: & illis neq;
adimenda eſt pœna, & multo minus præmiū con
cedendum eſt. §. ſed neque. vbi hoc notat Iacob.
de bel. viſ. in authenti. de manda. princi. colla. iij.
Et ſi ſecuritas à iudice promiſſa eſt, per illum tex.
ſeruanda non eſt. ca. vtilem. xxij. quæſt. ij. de quo
nouiſsimo ſtatim diſcutiemus.

Ego verò circa hanc diſtinctionem & priorē,
quæ fuit Bart. in dicta. l. qui ea mente. ff. de furt.
dico nonnulla delicta tam grauia eſſe, vel in pro-
uincia tam aſſueta, vt expediat delatores ſeu accu
ſatores præmiari, & vbi conſcij ſunt impunitate
inuitari ad ea detegenda, ne forte in republica de
terius contingat, vt in. l. lege Cornelia. in fin. pri-
mi reſponſi. infrà eo. illhic dicemus. Aliqua verò
eſſe quæ ſola impunitate procurari debent vt de-
legantur, quæ non ita fauorabilia ſunt, licet Rei-
publicæ expediat manifeſtare. Alia ſunt quæ præ
mio inuitanda ſunt, non autem impunitate. Et eo
rum quæ præmio & impunitate inuitantur, non
tamen paſſim concedi debent, ſed tūc ſi delictum
in exordio eſt factionis vel cogitationis, nec ad-
huc attentatum eſt eam exequi: & tunc venia &
præmium concedi debet, exemplo criminis læſæ
maieſtatis in dicta. l. quiſquis. §. ſane. in. j. reſpon-
ſo. C. ad. l. Iuli. maieſt. Si autem attentatum eſt, &
tunc impunitas tantùm concedenda eſt, non autē
40 præmium, per illum tex. in. ij. reſponſo. † Si autē
iam conſummatum: & puto nullo pacto concedi
debere, per dictam. l. ſi fortè. ff. de pœ. &. l. iij. C.
de epiſc. audiē. veniam, inquit, à domino non ex-
pectet quem offendit. Et facit ratio dictæ. l. j. ff.
de extraordin. crimi. de quo plenius per Petrum,
Cinum & Bald. in. l. ſi quis non dicam rapere. C.
de epiſ. & cler. Ex hoc dico non eſſe verum quod
glo. & qui eam ſequuntur, voluit in hoc tex. poſt
necem domini dari non tantum præmium, ſed &
pœnam remitti conſcio vel ſocio criminis: quia
nec iſte text. hoc dicit. Et ſi hoc diceret, grauis eſ-
ſet & inimica lex Reipublicæ. Auderent paſsim
homines turbas inuitare. demum auctor factio-
nis fortè vt à pœna liber eſſet, alios accuſaret, &
conuinceret: quod neque lex neque ratio ſuſtine
re poſſent. dicant ipſi quicquid velint. Præterea
l. j. C. quib. ex cau. ſer. pro præmio. liber. accip. &
l. lege Cornelia. infrà eo. Et ſimiles, de his tātùm
loquuntur, qui in nulla ſunt cædis ſuſpicione,
quinimo ſerui ſub periculo capitis, qui etiam cō-
ſcij non ſunt, vbi cognitionem habēt occiſorum,
tenentur manifeſtare crimen, vt dictum eſt in. l. j.
in princi. ſuprà eo. Item in. l. & ſi certus. in princ.
infrà eo. quamuis certus ſit percuſſor: tamen per-
cuſſor ipſe inquirendus eſt de mandatore & alijs
conſcijs. Pondera in illo text. verbum, ipſe. Infe-
riora autem quæ etiam publicum ſtatum lædunt,
qualia ſunt crimina primo loco expreſſa, videli-
cet authenti. nouo iure. C. de pœn. iudi. qui male
iudic. l. vnicæ. C. ne tutor vel cura. vectig. condu.
impunitatem conſcijs ſeu veniam tantum conce-
dunt, non autem præmium: cæteros autem accu-
ſatores donāt aliquo præmio, vt ex eis videre po
41 tes. † Sed ad hoc vt præmia conſequantur accu-
ſatores præmij capaces, oportet eos non ſolum
accuſare, ſed & probare crimen, & eos conuince
re: alioquin præmium non concedetur. Ita notat
dicta. l. quiſquis. in verbo, patefecerit. Secundò
dicta. l. vnica. C. de mulie. quæ prop. ſer. ſe immi-
ſcuerunt. in his verbis, probato crimine libertas
dabitur, dicta authenti. nouo iure. in princip. ibi,
perſonā declarauerit, & hoc probauerit, veniam
meretur. In caſu huius Senatuſconſulti loquitur
dicta. l. j. C. quib. ex cau. ſer. pro præmio liber. ac
cipi. in his verbis, incorruptis probationibus ac
ſtrennuo niſu conſtiteris. quem text. ad id notat
illhic Bald. allegatur. l. ſi Barſatoram latronem.
C. de fideiuſſ. Cuius materiam pleniſſimo cornu
examinant Moder. in. l. j. in princi. ff. de acquirē.
poſſeſ. Text. autē in dicta. l. vnica. C. ne tutor vel
cura. deſiderat vnum vltra prædicta, vt hi qui cri
minis ſunt participes vltro ſe offerant, non aliter
coacti neque inuitati neceſsitate ab alijs fortè im
poſita. quem text. not. ſimiliter. l. edicto. §. extat.
ff. de iure fiſci. ca. præsbyterum. l. diſtinc. de quo
per Hoſtien. in titu. de homicid. in ſumma ſub ru
brica de inquiſitionibus. §. & qualiter proceda-
tur. colum. ij. notatur in. l. j. §. ſed an vltro. ff. de
quæſtio. dicam plura in. l. penul. infrà eo. Et ideo
puto verum eſſe quod dixit hic Bartol. & clarius
Roma. vt ſuprà meminimus, ſimiliter & Bart. &
Moder. in dicta. l. idemq;. §. fina. ff. de condictio.
ob turpem cauſam. non eſſe ſimilibus perſonis fa
cilliter credendum, vt inquit. l. ſicuti. C. de quæſt.
l. quoniam liberi. C. de teſtib. c. veniens. extra, de

teſtib.illhic per Feli.copioſiusvidere poteris per
eundem in dicto ca. quæ in eccleſiarum.ij. &.iij.
colum.extra,de conſtitu.&.l.fin.C.de accuſa.l.j.
C.de cuſto.reo. & pleriſque alijs, quarum ſuprà
commemorauimus, & præſertim dictum.§. ſed
neque.in authenti.de manda.princi.colla.iij.per
42 quem text.Iaco.de bel.viſu.Bart. † & alij dicunt
promiſſam immunitatem ſeu ſecuritatem reo.ho
micidij aut alterius criminis ſeruandam non eſſe,
dicto.c.vtilem.xxij.q.ij.per quem rex.Archi.re-
fert per Alexandrum papam tertium depoſitum
fuiſſe quendam epiſcopum propter cõmiſſam in
adipiſcendo epiſcopatu ſimoniam, licet impuni-
tatem Papa illi promiſiſſet ſi corã Cardinalibus
ſimoniam commiſſam confiteretur. Et laudatus
eſt Papa,ſecundum eum,& recte. Idem dicit Do
mi.de ſanc.Gem̃.in.c.nos ſi incompetenter.ij.q.
j.quorum Modern. meminerunt in.l.ſi mora. in
princ.ff.ſolu.matri. Pro eis eſt doctrina glo.in di
cto.§.ſed neque.in verbo,cuſtodies.in authẽt.de
mand.princ.quam ad id notat Cin.in dicta.l.præ
ſenti.in quæſtione fin. C.de his qui ad eccleſ.con
fug.ſequitur Iaco.de bel.viſ.in dicto.§.ſed neq;.
potiſsime moti per dictum. §.ſed neque. &.l.j.§.
nõ fuit.ff.de dolo.in his verbis,maxime ſi aduer-
ſus hoſtem latronem've quis machinet̃:et is præ-
ſumitur eſſe bonus dolus,in.l.quum pater.§.Ti-
tio.ff.de lega.ij. Hæc autẽ ſententia Petro non
placuit. dicit enim fidem hoſti ſeruandam eſſe.l.
fin.ff.de legatio.l.quum proponas. C.de pact.ar
43 gumento eſt.l.j.in princi.ff.de conſti.pecu. † gra
ue enim eſt fidem fallere,grauius quidem eſt ſub
fide publica aliquem decipi,inquit.l.Senatuſcon
ſulto.in princ.infrà eo.illhic dicetur.& Bar.in di
cto.§.ſed neq;. videtur Petro ſe ſubſcribere poſt
Oldradum dicentem non debere iudicem fidu-
ciam dare homicidæ & ſimilibus facinoroſis ho-
minibus,quorum meminit dictus.§.ſed neq;. ver
ſic.neque homicidis.in authenti.de manda.prin-
ci.Si data fuerit,ſeruanda eſt.aut enim,inquit Ol
dra.ſecundum Barto.crimen tale eſt,in quo pro-
curator admittitur,vt in.l.penul. §.ad crimen. ff.
de publi.iudi.non debet in eo iudex ſecuritatem
dare.l.Papinianus exuli.ff.de minori.& nihil vl-
tra dicit. Sed idem Bart.in dicta.l.is qui reus.vj.
colum.verſic.vlterius quidem determinant. ſup-
plet quod omiſit in dicto.§.ſed neq;. dicit enim,
Aut eſt tale crimen, in quo procurator non reci-
pitur:& dari debet fiducia, per.l.j.§.remouet.ff.
44 de poſtulan. † Vbi deportatus remouetur à po-
ſtulando niſi pro ſe tantum. Quæ lex nõ multum
vrget pro Bartol. quia de deportato ſingulariter
non loquitur,ſed de quolibet de capitali crimine
condemnato. Et licet dicat pro alio nõ poſſe po-
ſtulare qui de publico crimine damnatus eſt. Per
hoc tamen non affirmat poſſe eum pro ſeipſo po
ſtulare: quia infamia notatus propter dãnationẽ
ex publico crimine pro ſe neq; pro alijs poſtulat.
l.ex ea cauſa.ff.de poſtulã.l.reum criminis. C.de
procura.in.l.eos.§.fina.ff.de decurio.

De alijs fortè aliter dici poſſet.l.j.§.ait prætor.
ff.eod.de poſtulan.l.infamem.ff.de publi.iudic.
Præterea poſt deportationem reus ciuitatem &
libertatem amiſit, dicta.l. is qui reus. &.l.capitis
diminutio.§.j. Inſtitu.de capi.diminutio.&.l.ca-
pitalium.in princip.ff.de pœnis. adeo vt penitus
conueniri non poſsint.l.ſecunda. ff.de capi.dimi
45 nutio. † Præterea non poteſt iudex meatum neq;
remeatum dare, ſed princeps ſolus.l.relegati. ff.
de pœn. Et ideo conſulendus eſſet princeps vbi
deberet deportatus in inſulam reuocari. Præter-
ea lex illa,is qui reus.verſic.fin.intelligi debet de
eo,qui quamuis damnatus eſt, adhuc tamẽ in in-
ſulam miſſus non eſt: cui accuſationem ante dam
nationem delatam iudex quãdoq; permittere po
teſt, fortè quia Reipublicæ intereſt ſeu expedit
delictum manifeſtari.l.j.&.l.neganda. C.qui ac-
cuſa.poſ.hoc non inficiatur glo.in.l.qui iudicio.
ff.de accuſa. dum allegat dictam. l.is qui reus. in
verſic.illud. vnde Petr. de bella perti. reſpondet
ad.§.ſed neq;. in authenti.de manda.princ. quod
in eo non dicitur ſecuritatem reo non ſeruari,
poſtquàm data eſt. Recte autem prohibet ſecuri-
tatem ſimilibus perſonis paſsim aut temere dari:
ſed poſtquàm data eſt,ſi non ſeruaretur, iniurio-
ſum eſſe. Simile reſpõſum ego dabo ad.l.j.§.non
fuit.ff.de dolo. per quam dico defendi poſſe Pe-
trum, & eam retorqueo contra eos qui per eam
aliter à Petro & Cino ſentiunt. Nam illa lex ho-
ſtem & latronem æquiparat,dum inquit,ſi aduer
46 ſus hoſtem latronem've quis machinatur. † non
inficiabor vtile eſſe, imò neceſſe quandoq; dolis
& verſutijs hoſtem intercipere,per illum tex. Cui
conformis eſt.c.vtilem.&.c.ſeq.xxij.qõ.ij.vtilẽ,
inquit,ſimulationem,et in tempore aſſumendam
Iehu regis Iſraël nos doceat exemplũ, qui quum
non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, finxit
ſe idolum velle colere.iiij.Regũ.x. Aliud exem-
plum Dauid in eodem refertur,quod ſcribit̃ pri-
mi Reg.xxj.c.quum mutauit faciem ſuam Dauid
coram Abimelec. Idem de Abraham legitur in
eo.c.&.c.ſeq.ea.cauſa& quæſtione. Et id pecca-
tum non eſt. l.nihil intereſt. ff.de capti.& poſtli-
mi.reuer.Sed fidem hoſti datam non licet frange
re neque hoſtem circũuenire, vnde hoſtis læda-
tur contra fidem. Iura enim publica neque huma
na hoc ſinunt,in dicta.l.fin.ff.de lega.l.poſtlimi-
47 nij.§.fin.ff.de capti.& poſtlimi.reuer. † neq; Ro
mani permiſerunt vnquam fidem populi Roma-
ni fruſtra præſtari,inquit Valerius lib.epitho.vj.
c.de fide publica.dixi aliàs,non repeto. Neq; di-
uina lex, etiam vbi vita hominis liberari à morte
poſſet,hoc admittit,in.c.ne quis arbitretur. &.c.
ſi quis ad te confugerit. xxij.q.ij. verſutia autem
vti licet,verum tacendo.c.primum eſt.et dicto.c.
ne quis arbitretur. & pleriſq; alijs capi.xxij.q.ij.
ſicuti vſus eſt diuus Franciſ.vt refert Ang.in di-
cta.l.idemq;.§.fi.ff.de condi.ob turpem cauſam.

Qui

Qui quum Peruſij eſſet, & fugaretur homicida:
interrogatus ab inſequentibus cum, quà tranſi-
uiſſet homicida: mittens manum in auriculam re
ſpondit, non tranſiuit hâc. Cæterùm idem Ang.
in.l.qui vas.§.qui ex voluntate.ff.de furt.dicit di
uum Franciſcum appoſuiſſe manum in manuco-
nem cappæ. & reſpondiſſe, non tranſiuit hac. Et
ob id diuum Franciſcum male non feciſſe exiſti-
matur, dicto.c.ne quis arbitretur.in fin.xxij.q.ij.
ſed à fide data non licet diſcedere. Aliter Bart.in
dicta.l.is qui reus.reſpondet ad dictũ.§.ſed neq;.
vt intelligatur de fidentia, quæ à parte, nõ autem
quæ à iudice datur. Secundò quãdo petitur fiden
tia à reo, vt criminis notionem impediat aut effu-
giat, quod fieri non poteſt. at dicta.l.is qui reus.
cum ſua gloſ. intelligatur quum de delicto ſecu-
ritas à reo poſtulatur. Ex prima Barto.ſolutione
habes vnum quod mirandum eſt, vt pars quæ ſe-
curitatem aduerſario conceſsit, ſeruare non de-
beat. Et hac ratione deducam hic quæſtionem,
quæ me ſenatore exiſtente Mediolani ſub Chri-
ſtianiſsimo rege Ludouico illius nominis.xij. &
48 Mediolani duce contigit, † de bannito quodam,
qui fide ab inimico recepta & cautione ſuſcepta
Mediolanum reuerſus eſt, tandem fide fracta in
bannitum ſæuit & occidit. Dubitatum & multis
diebus in ſenatu diſputatum fuit, an vt homicida
puniendus eſſet, an verò beneficio ſtatuti permit
tentis bannitum ex cauſa criminali impunè occi-
dere homicida excuſandus eſſet. Pleriſque viſum
fuit excuſatione dignum autoritate ſtatuti, quia
lege permittente id factum eſſet: ideo non puni-
bile.l.itaque. ff.ad.l. Aquiliam. l.j.ij. &.iij. ff.ne
quis eum qui in ius voca.eſt.l. Gracchus. C.ad.l.
Iuliã de adulte. vnde non eſt pœna dignus qui fe
cit quod publicè facere licet. l.quis ſit fugitiuus.
§.apud Labeonẽ. &.§.quod autẽ.ff. de ædil.edic.
Secundò ſicut proditio in hoſte punibilis non
eſt, dicta.l.iij.§.non fuit.ff.de dolo.ſic in bannito
dicendum eſſe volebant. Bãnitus enim hoſtis eſt
Reipublicæ.l.amiſsione.§.qui deficiunt. ff.de ca
pi.diminutio. Per quam idem notat illhic Barto.
addens.l.iij.§.ſin.ff.ad.l.Corneliam de ſicar. Igi-
tur &c. Tertiò, in culpa fuit bannitus qui nimis
credulus fuit.l.j.§.dolum. ff.de eo per quem fac.
49 eſt. † Præſertim quòd inimico reconciliato ſe cõ
miſerit, vt dictum eſt in.l.j. in princ.ſuprà eo.per
c.accedens.ij.& illhic gloſ.in verbo, inimicis.ex-
tra, vt lite non conteſta.ca.literas.ad fin.extra, de
reſtitu.ſpolia.Cle.paſtoralis.de ſenten. & re iudi
ca. Quartò, non poteſt excuſare culpam ban-
niti, cautio quæ de non offendendo præſtita erat:
quia non debuit fragilitati cautionis ſe cõmittere
l.cogi.§.ſi pater.in verſ.idem quærit.&.l.qui ita.
§.j.ff.ad Trebel.& in dicto ca.accedens.ij. & di-
cto ca.literas.notat etiam Alexan.in apoſt.Bart.
in dicta.l.is qui reus. in verbo, licentiam. ſed de-
buit conſultius perſonæ ſuæ cauere, vt inquit ca.
ex tranſmiſſa.extra, de reſtitu.ſpoliatorum.

Quintò, non eſſe in poteſtate priuati ſecurita-
tem hoſti dare, id eſt, bannito, & data ſeruari non
debet, per dictum.§.ſed neque.ſecundum Barto.
in dicta.l.is qui reus. Iudicis enim officio tantùm
incumbit, cui Reipublicæ quies & ſalus cõmiſſa
eſt, ſecuritatem dare, dicta.l.j.§.quies.ff.de offic.
præfec.vrb.l.pen.ff.de offic.præfec.vigil. l.con-
gruit.ff.de offic.præſid. Et idem tenet Bart.in di
cta.l.j.in.j.oppoſi.ff.ad.l.Iul.maieſta. Idem Bar-
tol.in dicta.l.j.§.non fuit.ff.de dolo.
Sextò, plus ſtringit quod ſuprà diximus vltra
50 Bart. † non priuato, ſed neque iudici facultatem
conceſſam eſſe præſtare commeatum, ſed princi-
pi tantùm, dicta.l.relegati.in fin.ff.de pœn. & ex
cauſa, quum illi ſoli Reipublicæ ſalus & ſecuri-
tas commiſſa eſt. §.fina. in authenti.vt neque vir
quod ex dote.l.prima. & illhic per Luc. & Ioan.
de Platea.C.de nauicul.lib.xj.
Ex aduerſo qui fidem dedit, ſi aduerſus eam
quicquã agat proditoris magis quàm fidelis par-
tes obtinet. argumento eſt.l.fin.C.de delato.lib.
x. Et illhic pulchrè per Luc.de Pen.vbi Barto.&
Alexan.idem notat per eundem Bart. in quæſtio
ne per eum diſputata: incipiente, Lucanæ ciuita-
tis. qui plura in hanc & illam ſententiam deducit.
Idem Barto.in.l.in laqueum. ff.de acquir.rer.do
mi.& in dicta.l.iij.§.fina.ff.ad.l.Cornel.de ſicar.
Barth.Sozi. poſt Ioan.de Imola in.l. Publius.§.
ſin. ff.de conditio.& demonſtra. alleg.Alber. in
vltima parte ſtatutorum, quæſtione. lxvj. Ioan.
Andr. in apoſtil.ad Specula. in titu.de accuſa.§.
ſequitur.verſicu.quid ſi bannitus.
Secundò obſtat eis.l.ſina. C.de maleſi. & ma-
thema.quæ quibuſcunque argumentis ſatiſfacit.
51 † Nã maleficus & mathematicus hoſtis eſt Chri-
ſtianæ religionis, vt in tota cauſa.xxvj.qõ.j.ij.iij.
&.iiij.& in tota quinquageſima diſtinct.& in to-
to tit.C.de maleſ.& mathema. Et tamen lex pro-
hibet eum occidere, præſertim his qui proprium
inimicum proſequi ſtudent, dicta.l.ſin. & ſimili-
ter.l.ij.C.de deſerto.& occulta.lib.xij.niſi vi reſi
ſtere attentauit.l.ſi ſeruus. C.de his qui ad eccleſ.
cõfugi.&.l.quemadmodum.§.magiſtratus.ff.ad
l.Aquiliam. Et ideo ſtatuta quæ permittunt ban
nitum impunè occidere, intelligenda ſunt ſecun-
dum iuris communis diſpoſitionem: quum à iure
diuino, naturali, & humano ſint exorbitantia.l.fi
na.C.de teſta.milita.l.ij. C.de noxa.actio.ca.j.&
ij.extra, de noui oper.nuncia.l.j. C.de ſumma tri
nita.& fide catho. nulla vſquam de morte homi-
nis cunctatio longa eſt. Nam maleficus & mathe
maticus prohibetur occidi, quamuis communis
ſalutis hoſtis ſic, inquit illa.l.fina. Alioquin occi-
52 dens geminæ ſuſpicionis obnoxius eſt. † Prima,
quod occidendo à publica quæſtione maleficum
ſubſtrahit, ne ſocios facinoris publicet. Secunda
vt proprium inimicum ſub huiuſmodi vindictæ
nomine conſilio atrociore cõficiat. Addo primæ
rationi.l.j. C.de cuſto.reo. vbi reos criminis pu-

blici in ſalubribus locis vult aſſeruari , ne pœnis
carcerum premantur : quod innocentibus miſe-
rum , noxijs non ſatis ſeuerum eſſe dignoſcitur.
Cui non multum diſſimilis eſt text. in. l. aut dam-
num. §. hoſtes. ff. de pœn. hoſtes, inquit ille tex. et
transfugæ viui exurantur. Nec quadam pœna da
mnari quem oportet, vt verberibus necetur , vel
virgis interimatur, nec tormẽtis, quamuis pleriqꝫ
dum torquentur deficere ſolent . Si transfugam,
ſi hoſtem iudici non liceat ſic damnare vt virgis
interimatur, aut verberibus necetur vel tormen-
tis: quomodo priuato vindictam ſuam proſequẽ
ti licere poteſt aliter occidere , quàm lex ſcripta
mouet & concedit ? Addo illi text. quem in hoc
volo te ſingulariter notare in capi. quis enim ve-
ſtrum. xxiij. q. v. quis enim veſtrum, inquit, velit
aliquem inimicorum ſuorum non ſolùm perire,
53 verumetiam aliquid perdere? † difficile enim eſt
odium illud ſimulare , licet forte legis autoritate
fiat, quin aliquando modus non excedatur. & in
ca. cum lege. iuncta illhic gloſ. xxiij. q. iiij. Neque
enim Ioab in decalogo fortium hominũ Dauid
annumeratur, licet omnia fortiter vicerit, quia eã
fortitudinem proditio in Abner & Amaſam de-
nigrauit: tametſi ambo in Dauid peccauerãt. De
Abner ſcribitur. ij. Reg. ij. & iij. c. Et de Amaſa.
ij. Reg. xx. c. hoc ſingulariter notat Luc. de Pen.
in dicta. l. fin. verſus fi. C. de delato. lib. x. Ex hoc
enim conſtat etiam in eos qui in principem pecca
uerunt, nulli priuato licere manũ extendere, neqꝫ
alio pacto ſæuire. In argumento eſt. l. ex facto. in
fin. ff. de nego. geſt. conſcius à conſcio nihil repe
tit. l. bona. verſic. eum qui. ff. de iure fiſci. l. j. §. pla
nè. ff. de tutel. & ratio. diſtrahendis. l. j. §. fina. ff. ſi
quis teſta. lib. eſ. iuſ. fuer. Areti. in. l. mancipia. C.
de ſer. fugi. Poteſt iuuare dictum Bald. in. c. con-
uenticulas. in princi. de pace tenen. & iura. firmã.
colla. x. poſt Innocẽ. in. c. quum. I. & A. in finali-
54 bus verbis. extra , de re iudica. † quantumcunqꝫ
conſpiratio laudabilis ſit, conſpirator tamen à te
ſtimonio repellitur , argumẽto. c. accuſatoribus.
in fi. iij. q. v. Nam & Ioab quamuis Dauid homi-
cidium Abner laudauerit ſeu magis probauerit ,
dum inquit Dauid, mundus ego ſum & regnum
meum apud deum vſqꝫ in ſempiternum à ſangui-
ne Abner filij Ner: tamen Dauid in Ioab impre-
catus eſt. Dixit enim, & veniat ſuper caput Ioab,
& ſuper omnem domum patris eius , nec deficiat
de domo Ioab fluxus ſeminis ſuſtinens & lepro-
ſus & tenens fuſum, & cadens gladio et indigens
pane, dicto ca. iij. ij. Reg. Sic & Cæſar qui primo
Auguſtus cognominatus eſt, inquit, Ego prodi-
tionem quidem amo ſed proditores non laudo.
Plutarch. in apophthegma. Et Alexan. in apoſt.
Bart. in dicta. l. fi. C. de delator. dicit ſic practica-
tum Peruſij fuiſſe in ſocium qui proditoriè alte-
rum bannitũ occiderat. Morte enim dãnatus eſt.

Et argumentis obiectis in contrarium faciliter
reſponderi poteſt. In primis dum primo loco di-
ctum eſt, lege permittente occidere licere banni-
55 tum. † Nam & lex ciuilis adulterũ permittit ma
rito occidere ſi vilis eſt, tamen lex diuina & cano
nica hoc prohibet in. c. admonere. xxxiij. quæſ. ij.
Cui addo vnum perpulchrum Innocẽ. dictum in
ca. fin. extra, quod met. cauſa. cuius memini in. §.
ſi maritus. ſuprà eo. dum dicit Innoc. nõ eſſe eum
excuſandum, qui ſuperioris vel iudicis autoritate
via tamẽ iniuſta rem ſuam recuperat. c. non ſanè.
xiiij. q. v. & alijs per me notatis in dicto. §. ſi mari
tus. quæ hic congruè repeti poſſent. Vnde quum
lex odio habeat hominem homini inſidiari vel in
ſimilem ſibi ſæuire. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. nõ
videtur hæc lex æqua neqꝫ iuſta, ſecundum dicta
per Bart. in dicta. l. j. §. vſqꝫ adeo. in fi. ff. de iniur.
Et per rationem dictæ. l. fina. C. de maleſi. & ma-
thema. Cui adde gloſ. j. in. c. ius gentium. j. diſtin.
Cuius rationes conſiderationibus Felin. in dicto
ca. quæ in eccleſiarum. iij. colum. extra, de conſti
tu. omnino ſatisfaciũt. Primò dum dicit ſtatutum
pro bono iuſtitiæ publicæ factum eſſe . Secundò
vnumquẽqꝫ commiſſum eſſe ad executionem ſta
tuti propter bonum publicum, ſecundum Bal. in
l. j. C. quando licc. vnicuiqꝫ ſe ſine iudi. vindic. &
56 ſic nudum miniſterium ſibi cõmiſſum eſſe. † Ter
tiò ſufficere ſtatutum factum eſſe bona occaſio-
ne ſeu recto intuitu , quoniam licet triſtior forſi-
tan ſequatur euentus , quàm lex conſiderauit aut
conſiderare debuit, tamen in conſideratione eſſe
non debet ad pœnam executoris ſtatuti. Cui ad-
de ca. de occidendis. §. vnde nec reus. & §. ſequẽ.
xxiij. qõ. v. demum dum dicit, occiſorem homici
dam cenſendum non eſſe , qui cum zelo iuſtitiæ
& Reipublicæ beneficio & animo exequendi ſta
tutum homicidium fecit. c. quum miniſter. c. offi-
cia. & c. ſeq. xxiij. q. v. & per totam penè quæſtio
nem. His enim plus æquo & debite reſpondet di
cta. l. fin. ne fortaſsis, inquit, contingat ſub huiuſ-
modi colore vindictæ nomine & atrociore conſi
lio inimicum conficere. neque abs re tex. in dicto
ca. de occidendis. xxiij. q. v. dixit, niſi forte ſit mi-
les, aut publica functione teneatur, vt non pro ſe
hoc faciat . Secundò dum dicit , ſi eius congruit
perſonæ. ſigna primò illa verba, vt non pro ſe. ſe-
cundò quod dicitur , ſi eius congruit perſonæ.
57 Addo ſimilitudinem . † Ludus enim alearum
ſi cauſa conuiuij fiat, peccatũ non inducit. l. quod
in conuiuio. ff. de ale. luſu & aleato. l. alearum. C.
de religio. & ſumpti. funer. Per quos tex. canoni-
ſtæ id communiter affirmant in. c. clericus. extra,
de vita & honeſt. cler. Et tamen ille tex. prohibet
omnino taxillorum ſeu alearum ludum , propter
peccata quæ ex eo oriuntur: quorũ meminit Ho-
ſtien. in ſumma. extra, de exceſ. præla. verſi. cleri-
cus verò. quæ pleriſque verſibus per eundem re-
latis concluduntur, quos repetit Henri. Bohic in
dicto. c. clericus. ſic etiam concedere non licet ei,
qui ſuæ facilitati indulgere poteſt libidinoſè ſæ-
uiẽdi facultatem, ne forte deterius , quàm lex ex-
poſtulat,

poſtulat, aduenias. Idq; ſicuti noſtra ætate conti-
giſſe in Algia nouimus, dum decreto curiæ par-
ti læſæ conceſſum fuiſſet Cæſariano apprehen-
dendi tantùm rei gratia opem præſtare, qui laxa-
tis vindictæ habenis adeo petulanter & animoſè
reum, qui prehēdi debuerat, inſecutus eſt, vt mul
tis vulneribus inimicum ne viuus apprehendere-
tur confoſſum reliquerat: in quem non abs re ani
maduerſum eſt.

58 Secundò aliter reſpōderi poteſt, † ſtatutum ſic
debere intelligi vt minus ius cōmune, naturale,
& diuinū offendat ſicut dictum eſt, per.l.j. C.de
ſumma trinita.& fide cathol. dicto.c.admonere.
xxxiij.qō.ij. vt intelligamus ſi viuus apprehendi
nō poteſt: quia telo ſe defendit, vt inquit.l.itaq;.
ff.ad.l.Aquiliā.neq; monitis parere vult, dicta.l.
quēadmodum magiſtratus. ff.ad.l.Aquiliā.&.l.
ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle.cōfug.conteſtatio
ne tamen prius cum clamore facta vt arma depo-
nat.l.itaq;.ff.ad.l.Aquiliā. Et ita.l.j.C.quando li
ce.vnicuiq; ſe ſine iudi.vindica.concedit, & non
aliàs, dicta.l.ſi ſeruus. &.l.ij.C.de deſerto.& oc-
culta.ca.interfeciſti.extra, de homicid. Alioquin
ab homicidio non excuſantur, per illos tex. Non
prætermittam vnum quod Feli. notat in dicto.c.
quæ in eccleſiarū.iij.colū.extra, de conſtitu. poſt
Bal.in.c.j.in.j.colū.extra, de iudi.nullum homici
diū abſq; inimicitia fieri poſſe, quantūcunq; deli-
ctum in ſe autoritate legis nō ſit punibile, tamen
delictum eſt.hoc plenius proſequuti ſumus in di
cto.§.ſi maritus.ſuprà eo.tit. Nam &.c.xxj. Exo
di &.c.xxxv.Nume. in argumentū trahi poſſunt
vltra ea quæ in dicto.§.ſi maritus.dicta ſunt. in le
ge enim Moſis ſcriptum eſt, qui autē non eſt inſi
diatus, ſed deus illum tradidit in manus eius: con
ſtituā tibi locū in quo fugere debeat in ca.xxxv.
Numer. locus exprimitur in quo fugere debeat.
59 demum inquit, † Quod ſi fortuitu & abſq; odio
& inimicitijs quicquā horū fecerit, & hoc audien
te populo fuerit cōprobatū atq; inter percuſſorē
& propinquū ſanguinis quæſtio vētilata: libera-
bitur innocens de vltoris manu, & reducetur per
ſentētiam in vrbem ad quā fugerat. & ſubiungit,
Si interfector extra fines vrbiū, quæ exulibus de-
putatæ ſunt, fuerit inuētus, et percuſſus ab eo qui
vltor eſt ſanguinis: abſq; noxa erit qui eū occide-
rit. Igitur in ſtatuto idem dicēndum erit, ſicuti ſu-
prà memorauimus. Nequaquā non obſtat illud
c.xxxv.Numer. quia facultas cognato ad id con-
ceſſa eſt, quia vrbis limitatæ tranſgreſſor eſt. Sed
in eo qui reuocat eum inſidioſe à banno, vt reuo-
catum occidat, non niſi per libidinē facere poteſt
vlciſcēdi gratia, non autē pro Reipublicæ benefi
cio. Secūdò hoc ex nouo teſtamēto prohibitum
eſt.c.ſex differentiæ ſunt.xxiij.q.ij. dum refert id
quod dicto Exodi.c.xxj. ſcribitur, Oculum pro
oculo. Et dicit diuus Auguſtinus in dicto ca.ſex
differētiæ. quæ ſi dici poteſt, iniuſtorū iuſtitia eſt.
Et dicit illhic gl. quia vltionis cauſa ſæpe aliquis
petit à iudice vt aduerſarius puniatur: iſte iniuſtè
facit, licet nō faciat cōtra legē. Et ſequitur in tex.
Auguſtini, nō quia iniqua eſt vltio, quam lex ſta
tuit, ſed quia vitioſa eſt libido vlciſcēdi: magiſq;
ad iudicē pertinet hoc inter homines diſcernere
quàm bonū hominē ſibi expetere. hic enim malū
pro malo redderet, iudex verò nō. Et diuus Am-
broſius lib.officio.j.ca.xxviij. Sed primū, inquit,
ipſum qđ putāt Philoſophi iuſtitiæ munus apud
60 nos excluditur. † Dicūt enim illi eam primā eſſe
iuſtitiæ formā, vt nemini quis noceat niſi laceſſi-
tus iniuria. quod Euangelij autoritate vacuatur,
Matthæi.v.vnde diui, Auguſtinus et Ambroſius
quæ dicta ſunt, trāſſumpſerūt. Chriſtus dixit, Au
diſtis quia dictū eſt, oculū pro oculo, dētem pro
dēte: Ego autē dico vobis, nō reſiſtere malo, ſed
ſi quis percuſſerit te in dextrā maxillā tuā, præbe
illi & alterā. Et quod ſequitur in text. Euangelij
Matthæi in dicto.c.v. & Luc.vj.c.& Ioan.xviij.
ſcribitur, Mitte gladiū tuum in vaginā. Adde di-
ctum.c.admonēre.xxxiij.q.iij. hic recēſeri poſſet
diſputatio Sixti Cicilij Iuriſperiti & Phauorini
philoſophi de legibus xij.tabularū, præſertim in
eo quòd lege xij.tabularū talionis pœna inuenta
eſt, dicebatq; Phauorinus talioni talionē parem
eſſe nō poſſe. Aliaq; plura Phauorinus nō inele-
gāter aduerſus legē ſcripſit, quæ quilq; legere po
teſt apud Gellium lib.noct.attica.xx.c.j. duobus
alijs ſequētibus argumētis facilis patebit reſpon-
ſio, in culpa eſt qui credidit inimico & ſuæ fidei
cōmiſit. hoc in Chriſtiano non conuenit. Nam et
Iudæi à fratre ſuo vſuras nō exigunt, quia ſcriptū
eſt in lege, Nō fœneraberis fratri tuo. Exodi xxj.
ſcribitur, Etiam ſi peccauerit in te antequam mu
nus tuum offeras, depone ſuper altare, & vade re
conciliari fratri tuo.

61 Secundò, & † ſecundum iura humana ſi hoſti fi
des ſeruanda eſt, debuit & ille fidem ſeruare, di-
cta.l.fina. ff.de lega. Non autem intercipere ſub
ſpecie pacis, ſicuti de Ioab ſuprà commemoraui-
mus, & alia quæ tranſſcribere non licet. Ille qui-
dem in dolo eſt qui culpæ præponderat, cautius
quidem & conſultius egiſſet, ſi inimico ſe non cō
miſiſſet, per prædicta. Id autem homicidam non
excuſat, per ſuprà dicta. Secundò illud quod di-
citur, non debere ſe tali cautioni committere: hoc
in eorum fauorē introductum eſt, ne ſimiles per-
ſonæ ſub ea fide ſe committant, in odium eorum
non eſt retorquendum, ſi ſub fide hominis ſe cō-
ſtituerunt. non debuit enim Chriſtianus ſimula-
ta fide fratrem intercipere, per prædicta.

Ad quintum argumentum, non eſſe in faculta-
te priuati commeatum dare exuli. Concedo, ſi ta-
men conceſſum eſt: Igitur in ſuam vltionem occi
dere debet, neque iure neque ratione conceſſum
eſt. Et obſtant omnia prædicta, quia hoc modo li
bidinoſe vlciſci videtur, quod non licet, dicto ca.
ſex differentiæ.xxiij.quæſtio.iij.

62 Ad ſextum, † non licere etiam iudici ſecurita-

tem dare. hoc me plurimùm iuuat in his quæ ſu-
prà dicta ſunt: tamen Barto. ipſe contrarium affir
mat in dicta. l. is qui reus. circa ſinem ſui commẽ-
tarij, ff. de publi. iudi. dicit enim indiſtinctè, iudi-
cem fidentiam dare poſſe, per dictã. l. is qui reus.
cum ſua gloſ. ducitur Bart. hac ratione, quoniam
rei præſentia plurimùm facit, vt videat iudex quo
vultu, qua trepidatione reſpondeat. l. de minore.
§. tormenta. ff. de quæſtio. Præſertim quum plu-
ra ſint quæ per procuratorem expediri non poſ-
ſunt. l. accuſatore. §. ad crimen. ff. eo. de publi. iu-
dic. cum venia tanti viri dixerim, obſtat illi. §. ſed
neque. in authent. de manda. princi. in his verbis,
iuſiurandum prompte dare feſtines. Neq; obſtat
dicta. l. is qui reus. quæ hoc non dicit, vt ſuprà vi-
diſtis: quia verum eſt, damnatum poſſe aſſeruari
priuſquam in inſulam mittatur, vt de ſocijs & par
ticipibus interrogetur. l. qui vltimo. ff. de pœ. §. ſi
quis verò accuſatus. in authenti. vt nul. iudi. lice.
habe. loci cõſer. colla. ix. quamuis in grauioribus
criminibus ſententiæ executio differri non debe-
at. l. quum reus. C. de pœn. l. ſi ſorte. ff. de pœn.
Alioquin ſi iam aſsignata inſula à principe &
in ea bannito miſſo, non licet iudici quacunq; ex
cauſa reo commeatum dare, dicta. l. relegati. ff. de
63 pœ. Confirmatur hac ratione. † Nam ſinibus ſta
tutis non licet exuli ab eis egredi. l. capitalium. §.
in exulibus. & dicta. l. relegati. in princ. ff. de pœ.
Alioquin pœna geminatur per illum text. Iudex
autem extra territorium neque iuſſum neq; impe
rium habet. l. j. §. deportatos. ff. de leg. iij. l. relega
torum. in princ. &. §. ſicut. ff. de interdic. & releg.
l. fin. ff. de iuriſd. omniũ iudi. Debet autem iudex
principis reſcripto vti, vbi pro Reipublicæ bene-
ficio expedit reum coràm habere, vltra dictam. l.
relegati. Adde text. in. l. ſi cui. §. fina. verſi. diuus
Pius Pontio proconſuli reſcripſit. ff. de accuſa. et
cle. paſtoralis. §. deniq;. de ſenten. & re iudic. ibi,
vel ad illum de more remiſſus. §. ſi quis compre-
henſorũ. in authẽti. vt nul. iudi. colla. ix. quæ iura
intelliguntur in eo qui in facultate iudicis eſt alte
rius territorij, non ſi in plena ſit libertate. de quo
dic vt per Moder. poſt Petrum, Cin. & Guil. de
Cuneo in. l. j. C. de ſum. trini. & fide catholi. Si ta
men dederit, non inficiatur Bart. quin ſuæ liber-
tati reſtitui debeat. l. naturalem. in prin. Et quod
illhic notat Bart. ff. de acqui. rer. domi. &. l. ſi cui.
§. fi. ff. de accuſa. l. qui neq;. §. ſolutum. ff. de verb.
ſignific. Neq; etiam concedit, quum in his termi-
nis Barto. non loquatur. Vnde Ioan. de Imola in
l. is qui reus. colum. fin. ff. de publi. iudi. aliter di-
64 xit. † Aut enim, inquit, in eo loco erat reus vnde
extrahi poterat: & ſeruari non debet. §. ſed neq;.
in authent. de manda. princ. Aut ex loco trahi nõ
poterat: Et dicit iudicem poſſe homicidæ ſaluum
conductum concedere, dicto. §. ſed neq;. in authẽ
ti. de mãd. princ. ſed non teneri iudicẽ ſeruare: &
ideo tutum nõ eſſe huic cautioni ſe cõmittere, di-
cto. c. accedẽs. extra, vt lite conteſt. In quo nõ di-
ſcrepat à Bar. ſed cum Bar. diſtinctio per nos im-
pugnata fuerit, tranſeo cum his quæ dicta ſunt.
Quare dico nõ licere iudici dare commeatum
exuli, per dictam. l. relegati. ff. de pœ. Cui non vi-
deo reſponſum, quia hoc ſoli principi licet per il-
lum tex. &. l. j. §. ſi. ff. de quæſtio. Concedo autem
poſſe iudicem antequàm exul factus fiat etiã poſt
damnationem eum domi reſeruare ad tempus ex
cauſa, vt de ſocijs & cum quæſtione eum interro
get ſi opus eſt, dicta. l. qui vltimo. ff. de pœn. Et ſi
ab alio iudice detineatur, requiri poteſt vt de mo
ra mittatur interrogandus, neque iudex reſpuere
debet eũ remittere, vt criminis veritas haberi poſ
ſit, dicto. §. ſi quis comprehenſorum. in authẽt. vt
nulli iudic. Alioquin pro beneficio principis &
Reipublicæ à principe obtineri debet, dicta. l. ſi
cui. §. fina. ff. de accuſat. Sicuti ſuprà dictum eſt.
65 † Si autem exul ſub ſide publica ab exilio reuo-
catus eſt, iniurioſum quippe eſt ſub eo colore il-
lum fallere. Neq; obſtat. §. ſed neq;. verſi. neque.
in authẽti. de manda. princ. colla. iij. qui prohibet
tutelam terminorum eccleſiaſticorũ cuſtodiri ho
micidis, virginum raptoribus, & adulteris, ſicuti
neq; iura canonica permittũt latronibus eccleſia-
ſticam immunitatẽ, neq; agrorum depopulatori-
bus. c. inter. extra, de immunit. eccleſ. Igitur fides
data ſeruari non debet. Et licet id argumentũ vi-
deatur coloratũ: dic eccleſiam non cuicũq; fugiẽ
ti immunitatem promittere, ſed quibus cõcedit,
non permittit eos offendere, neq; etiã aliqua mẽ-
brorum truncatione, vel temporali morte plecti,
ne effuſione ſanguinis particeps fiat. c. reos. xxiij.
q. v. & dicto ca. inter. Et licet latrones & agrorũ
depopulatores non defendat, non etiam immuni
tatem promittit. Igitur quum eccleſia ſimilibus
perſonis pacem eccleſiæ ſeu immunitatem nõ lar
giatur: imò ſicuti ſcribitur Exodi. xxj. tales ab al-
tari euellet. ca. j. extra, de homicid. & ca. j. de ho-
micid. in. vj. non poteſt concludens eſſe argumẽ-
66 tum. † his autem quibus lex canonica impunita-
tem ſeu magis immunitatem promittit, eos cuſto
dit, & prohibet à iudicibus offendi cum intermi-
natione anathematis ſeu excõmunicationis: neq;
iudices promiſſam immunitatem periculo crimi-
nis læſæ maieſtatis de iure ciuili violare poſſunt.
l. ij. C. de his qui ad eccleſ. confug. Et ſic fidem &
immunitatem promiſſam iubet cuſtodiri, legis
igitur exemplo iudex moueri debet ad fidẽ exuli
obſeruandam, ſi quædam ab eo vel à principe cõ
ceſſa eſt. Oportet enim in remeatu reducem ha-
bere, argumento. l. quarundam. §. fin. ff. de acqui
ren. rerum domi. Et ſic illis patere viam vt diffi-
cilis ſit eorum proſecutio, dicta. l. naturalem. in
princip. ff. de acquiren. rerum domi. vbi idem no
tat Barto. ſicuti ſuprà diximus.
Non obſtant quæ primo loco in contrariũ ad-
ducta ſunt de Alexandro quarto huius nominis
67 Romano pontifice, † qui ſimoniacum quendam
ſimili verſutia priuauit epiſcopatu, dũ ſimoniam
confeſſus

confeſſus eſt conſiſtorialiter, ſub fide tamen im-
punitatis, aliàs non confeſſurus. Cui plus æquo
reſponſum eſt ſuprà. Illa enim fuit ſimulatio, non
fides promiſſa reo ſeu ſimoniaco, quem licuit ver
ſutia intercipere, ſicuti ſuprà dictum eſt, per.l.j.§.
non fuit. ff. de dolo. Et in his terminis loquitur
text. dicti ca. vtilem. xxij. quæſtio. ij. Et ob id pu-
to verum dicere Ioan. de Imola in dicta.l. is qui
reus. ff. de publi. iud. non peccare iudicem ſi reo,
quem de graui crimine conuincere nõ poteſt, im
punitatem eo modo, quo refert Imola promittit.
Verba Ioan. de Imola hæc ſunt: Promittunt, in-
quit, ſibi quòd ſi dicat · eriratem, non patietur ali
quod malum. Nam malũ non eſt, ſed iuſtum ma-
los à malo pœnis legalibus coërcere. ca. de occi-
dendis. ca. non ſolum. cum quinque capi. ſequẽ.
xxiij. q. v. Cogita propter Bart. autoritatem, qui
in diſputatione huius quæſtionis omnino diuer-
tit ab hac ſententia. Hæc autem pro veritatis in-
ueſtigatione dicta eſſe putes. Cuius diſputatio
tametſi longo ſtylo ſcripta varijsq́ legibus, ratio
nibus & autoritatibus ornata, mea tamen opi. ar-
gumentis ſequentibus concluditur, quibus re-
ſponſum fuiſſe mihi perſuadeo.

68 In primis dum ab eo dicitur, † bannitum pro
transfuga ſuæ ciuitatis aſſumendum eſſe, quia iu-
ra om̃ia ciuitatis amittat, eiq́ iura ciuitatis in eius
odium non competere, bellumq́ illi veluti tranſ-
fugæ à ciuitate indictum eſſe. l. ſi quis ingenuam.
§. fin. ff. de capti. & poſtli. reuerſ. Et ſicuti ſeruus
rebellis in dominum recte hoſtis domini dicitur:
ſic ciuis in ciuitatem. l. amiſſione. §. qui deficiunt.
ff. de capi. diminutio. Sed tranſuga de iure impu-
nè occidi poteſt. l. iij. §. fin. ff. ad. l. Corn. de ſicar.
Igiť de iure autoritate ſtatuti bãnitus occidi põt.

Secundò ſicuti à collegio reprobatus iura pro-
pria collegij amittit, & in iuris communis diſpo-
ſitione remanet. l. ſed & reprobari. ff. de excuſa.
tutor. l. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. Sic &
bannitus argumento. l. vnicæ. C. ſi cur. relic. cau-
tio. res habi. malue. libro. x.

Tertiò, mouetur autoritate Iaco. de Are. in. l.
ex facto. ff. ad Trebel. Cuius opin. de mente iuris
69 vt plurimùm procedunt ſecũdum eundẽ, † quia
bannitus tanquam peregrinus & aduena in ciui-
tate cenſendus eſt. l. j. C. de hæred. inſti. l. ſed & ſi
lege. §. ſi perpetuam. ff. de in ius vocan.

Quartò, quum ſtatutum ius ſit municipale ſeu
ciuitatis in qua factum eſt ſtatutum. l. omnes po-
puli. ff. de iuſt. & iure. quo per bannum factus eſt
indignus beneficiorum ciuibus illius municipij
vel ciuitatis competentium. Igitur pacto priuati
non potuit per ciuem remitti: præſertim quum
non tam in fauorem ciuium conceſſum ſit, quàm
in odium bannitorum & exulum ad ſimilitudinẽ
Macedoniani Senatuſcõſulti. l. tametſi. ff. ad Ma
cedo. l. fina. C. de pact. pigno. Et iura publica pa-
ctis priuatorum remitti non poſsint. l. ius publi-
cum. ff. de pact. Forte dixit Bart. in conuentione
priuata hoc argumentum procedere, non autem
ſi pacto conuẽtionali ſolenniter facto, promiſsio
facta eſſet bannito de eo non offendendo, quum
inquit talia pacta ſolennia de iure ciuili publico
Romanorum à Gallo Aquilio introducta ſunt.
l. & vno. §. j. ff. de acceptila. l. cum Aquiliana. ff.
de tranſactio. l. ſi vnus. §. primo. ff. de pact. Cui
contrauenire non liceret.

Quintò, ſtatutũ hoc pro quiete publica intro-
ductum eſt. l. j. C. quando lice. vnicui. ſe ſine iudi.
vindica. pacto autem priuati remitti nõ poteſt. l.
iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l. non dubi-
um. C. de legi. Vnde eſt quod priuato fidem pro-
miſſam hoſti ſeruare non licet, dicta. l. prima. §.
non fuit. ff. de dolo. Si autem à duce belli conce-
datur, ſeruanda eſt. l. fina. ff. de lega.

Sextò, autoritati Iaco. de bel. viſ. innititur in di-
cto. §. ſed neque. in quarta oppoſi. in authenti. de
manda. princi. colla. iij. qui hoc nouiſsime memo
70 rato in priore fundamẽto vſus eſt, videlicet † qui
in bannitum vlciſcitur vindictam publicam pro-
ſequitur, & Reipublicæ pacẽ fouet. Igitur ſi cum
hoſte pacem facit, ſeruare non debet, dicta. l. j. §.
non fuit. ff. de dolo. Hæc ſunt argumenta quibus
Barto. præter alia ſua delegit ad huius opinionis
confirmationem: cæteris verò non immoratur,
quoniam omnibus idem Bartol. conueniens dat
reſponſum. Et quamuis ex prioribus congrua re
ſpõſio palpari poſsit, ſingulis autem breuius quã
fieri poterit, iterum reſpondebimus. In primis
verum non eſſe bannitum transfugam eſſe, neq́
transfugæ diffinitionem in vlla parte conuenire.
Nam is qui aufugit ad hoſtes, ſponte fugit. l. poſt
liminium. §. transfugæ. &. §. transfuga. ff. de capt.
& poſtlimi. reuerſ. l. ſi quis aliquid. §. j. ff. de pœ.
l. deſertorem. §. is qui apud hoſtes. &. l. non om-
nes. §. deſertor. ff. de re milita. Qui autem banni-
tur, inuitus exulat. Secundò qui trãsfuga eſt, ſuo
delicto ſe hoſtem facit, nulla alia iudicis ſentẽtia
expectata, dicta. l. poſtliminium. §. transfuga. &
dicta. l. deſertorem. §. is qui ad hoſtes. l. poſt con-
tractum. &. l. donationes. §. fin. ff. de dona. §. per
contrarium. Inſtit. de hæredi. quæ ab inteſta. de-
ferun. Verum eſt autem, ad cõſecutionem bono-
rum facti cognitionem neceſſariam eſſe, vt in. l.
eius qui delatorẽ. &. l. res quæ. in princ. ff. de iure
fiſci. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acqui.
hæred. dicã in. l. neceſſarios. §. non altàs. infrà eo.
tamẽ ſtatim quo cõſtiterit, retrotrahitur ad tẽpus
cõmiſſi delicti. Illhic dicam. Si tamen inuentus ſit
apud hoſtes, recte occidi poteſt nulla ſentẽtia ex-
pectata. l. iij. §. fin. ff. ad. l. Cornel. de ſicar. & text.
eſt in. l. non omnes. §. qui captus. ff. de re milita.
& in dicta. l. poſtliminium. §. transfugæ. ff. de ca-
ptiuis & poſtlimi. reuerſ. in bannito verò ſecus,
debet enim à iudice banniendi poteſtatem ha-
bente banniri, antequam exulare cogatur. l. rei
capitalis. §. fina. ff. de pœnis. l. relegatorum. ff. de
interdictis & relegatis. l. prima. §. deportatos.

ff.de leg.iij. Vnde inter vtrunq; lata eſt differen-
71 tia. Tertiò † ſtatutum quod concedit bānitum
occidere, non tam pro beneficio publico quàm
pro priuati cōſolatione conceſſum eſt, vt dixi ar-
gumēto.l.capitaliū.§.ſi.ff.de pœ. quare ſtatutum
illud debet ratione regulari, vt dictum eſt ſuprà
per.l.fi.C.de maleſi.& mathemat.potes repetere
quæ ſuprà dicta ſunt per ca.ſex differentiæ ſunt.
xxiij.q.iij.Tranſfuga enim immediatè rem ipſam
publicā vniuerſam offendit.l.j.&.l.cuiuſq;.ff.ad
l.Iul.maieſt.dicta.l.ſi quis aliquid.ff.de pœ.non
mirū ſi pro Reipublicæ ſecuritate cōceditur, trāſ
fugam, vbicūq; inuentus erit, occidere, in dicta.l.
iij.§.fin.ff.ad.l.Corn.de ſicar.Non ſic eſt in ban-
nito. Quartò, non inuenitur iure cautū, vt fide
cōmeatus data transfugæ, liceat contra fidē pro-
miſſam occidere: imò quàmprimum reuerſus eſt,
pœnæ publicæ tradi debet, & non à priuato occi
di, dicta.l.deſertorē.§.is qui ad hoſtē.ff.de re mi-
lita.&.l.ſi quis aliquid.§.transfugæ.ff.de pœ.Et
ratio eſſe poteſt in dicta.l.fin.C.de maleſi.& ma
the.ne ſorſitan contingat propter eius mortē ſo-
cios factionis occultari ſeu nō manifeſtari: quod
neceſſariò Reipublicæ expedit, dicta.l.qui vlti-
mo.ff.de pœ.l.quiſquis.§.ſanè.C.ad.l.Iul.maie-
ſta.Ne transfuga & ſocij à ſeueritate legū & debi
ta quæſtione ſubtrahātur, quos expedit etiam pu
blicè puniri, vt cæteris exēplo ſint.l.aut facta.§.
fin.ff.de pœn.l.j.C.ad.l.Iuliam repetundarum.
Tribus alijs ſequētibus argumentis quæ vnica
72 ſolutione diſſolui poſſunt, † Cōcedo bannitum
veluti aduenā & peregrinū, & à ciuitate reproba
tum iudicandū eſſe: igitur à priuato occidendum
eſſe. Conſequēn'a bona nō eſt, quāuis nō ſit eadē
peregrini ſeu aduenæ & bāniti cōditio. Nam ad-
uenæ perbenignè recipiēdi ſunt, nō autē moleſtā
di. Leuiti.xix.c.ſi habitauerit aduena in terra ve-
ſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis
ei, ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eū
quaſi voſmetipſoa. Et Exodi.xxiij.ca.peregrino
moleſtus nō eris. ſcitis enim aduenarum animas,
quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti.cō-
cord.authēt.omnes peregrini.C.cōmunia de ſuc
ceſ. Et Romæ ſtatutus eſt prætor peregrinus, qui
inter peregrinos ius diceret.l.ij.§.deinde quū pla
cuiſſet.ff.de origine iuris. Nō obſtat.l.j.C.de hæ
redi.inſti.quā gloſ.diuerſimode legit. Ego verò
puto primā glo.interpretationem veriorē eſſe, vt
peregrini inteſtabiles ſint paſsiuè tantùm, id eſt,
nō capaces inſtitutionis. Non obſtat.§.fin.Inſtit.
de hære.inſti.In quo text.magis quod in veritate
erat cōſiderauit Imperator, quàm quod à teſtato
re ignorabatur, quia fratris filij erāt in veritate, li-
cet teſtator ignorauerit, cuius ignorātia inutilem
inſtitutionem non facit, ſicuti & in.l.quum qui-
dam.§.ſuum hæredem.&.§.ſeq.ff.de acquirē.hæ
redi.l.fina.ff.de hæredi.inſtit. A contrario igitur
ſi verè peregrini fuiſſent, inutilis foret peregrini
73 inſtitutio legis conſtitutione, per illum tex. † Sic
etiam deportati inteſtabiles ſunt paſsiuè ſicut &
peregrini. & in hoc vtriuſq; par.eſt conditio. ra-
tio in peregrino, quia iura ciuium non recipit.§.
vnico.Inſtitu.de patria poteſta. Et ideo Romani
prætorem peregrinum inſtituerunt, neq; permi-
ſerunt vrbanum prætorem ius eis dicere. Depor
tatus autē amiſit ſua deportatione, vt dixi ſuprà.
Secundò noluerūt Romani ius peregrino reddi
in vrbe, ſed extra vrbē, dicta.l.ij.§.poſt hæc.ff.de
origi.iur. Fortiori ratione in deportatis dicēdum
eſt, quia iura ciuitatis amiſerunt.l.eius qui.§.fin.
ff.de teſta. Peregrinis verò conceſſum eſt quod
deportatis negatū eſt, quia teſtari poſſunt, dicta
authent.omnes peregrini.C.cōmunia de ſucceſ.
non autem deportati, dicta.l.eius qui.§.fin.ff.de
teſta. Et illa.l.j.C.de hæredi.inſti. deportatum in
hoc noluit peregrino adſimilare, licet in altero
non differat peregrinus à deportato. Igitur adue
na occidi poteſt. hoc lege non cauetur, imò con-
tra legem eſt, quod ſeruari non debent.
74 Quartò, argumento Bart.dum dicit, † Ius pu-
blicum pactis priuatorum remitti non poſſe, dici
poteſt ius publicum remitti non poſſe pacto pri-
uatorum, per leges à Bartol.allegatas: ſed negari
non poteſt, quin quantū priuati intereſſe poteſt,
quominus remitti non valeat à priuato.l.qui cœ-
tu.§.qui vacantem.ff.ad.l.Iul.de vi publi. dixi in
l.diuus.ſuprà eo.titu. Vnde ſi fidem dederit pri-
uatus, non eſt quod obſtet quo minus remittat.
Et ſi dixeris, fateor priuatum ſuum intereſſe, id
eſt, priuatam ſuam iniuriam poſſe remittere, ſed
publicam, quod vindictam criminum exiget, vt
eorum exemplo alij terreantur.l.prima.ff.de iu-
ſti.& iure. non poteſt, dic vbi prehendi poteſt,
eum offerri debet iudici vt publica vindicta exi-
gatur: quæ ſi publicè non exigitur, prohibetur
intereſſe: quia mors ſic exacta à priuato non pu-
blicè nulli exemplo eſſe poterit. Vnde occiden-
do plus prohibet priuatus publicum intereſſe, ne
Reipublicæ reſtituatur per pœnæ exactionem,
vt ſuprà dictum eſt per.l.fin.C.de maleſi.& ma-
thema. Multo magis videtur fidem publicam læ-
dere, quum inducit eum vt veniat, vt dum vene-
rit, occidat, qui iam in corde mœchatus eſt, quia
non niſi vt vlciſcatur: quod non licet, per ſuprà
dicta, præſertim dictum cap.ſex differentiæ ſunt.
xxiij.quæſtio.iij.c.quis enim veſtrum.& capi.de
occidendis.xxiij.q.iij. Ex his reſponſum eſt quin
75 to & ſexto argumētis Bart.ſuprà relatis. † Qua-
re in hoc perſiſto, permittendum non eſſe aliquē
ſub fide publica lædi.l.Senatuſconſulto.infrà eo
dem titu. Fateor autem, non licere eam dari, neq;
à priuato, neque à iudice, quicquid Bartol.dicat
in dicta.l.is qui reus.ff.de public.iudic. Obiectis
cuius exiſtimo rectè reſponſum eſſe. ſi tamen fi-
des data eſt, violanda non eſt. Sed ſi fide non da-
ta iudex reuocat verſutia quadam: laudādus eſt,
ſicut & Alexan.quartus, laudatus eſt, ſecundum
Archid.in dicto capi.vtilem.xxij.quæſtio.ij.per
dictam

dictam.l.j.§.non fuit.ff.de dolo. Et id verum eſſe puto,per ſuprà dicta. Quare vt reuertamur vnde digreſsi ſumus, non conſentio gloſ.neque Bart. circa huius.§.interpretationem, quia nō puto ſocium criminis ſeu participem poſſe à pœna liberari, quia occiſores conuicit: multo minus præmium conſequi,per dictam.l.idemq́.§.fin. ff. de condict.ob turpem cauſam. &.l.ſi ſequens.infrà eo.rationes deductæ ſunt. Si autem criminis particeps non eſt ſeruus,qui mortem domini defendit, & conuicit homicidas: præmium conſequitur libertatis,vt in.l.teſtamento. ff.de hæredi.inſti.cum alijs ſuprà relatis.

76 Vnde notabis ex hoc tex. † hæc duo æquiparari,ſeruum pro præmio liberum fieri, & iure propter offenſam morte condemnari, quantum ad abſolutionem debiti hæreditarij. vtroq; enim caſu,quum facto legis non hominis hoc fiat,abſoluitur hæres, ſicuti ſi morte præuctus eſſet ſeruus antequàm hæres in mora ſoluendi eſſet. Serui enim morte ſeu rei debitæ interitu liberatur hæres, ſi in mora non eſt.l.quod te. ff. de reb.credi. l.ſi ex legati cauſa.ff. de verbo.obligatio. Sic iſtis duobus caſibus liberatur. Non ſic erit,ſi iniuſtè fuerit ſeruus condemnatus. Ratio differentiæ tradita eſt ſuprà,ex qua vides caſum ſingularem, in quo interitu rei non liberatur debitor, ſi caſus fortuitus ante aditam hæreditatem cauſa defuncti contingat, per rationem dictæ.l. in quantitate.in princip.verſicu.& ex diuerſo. ff. ad.l.falcid. &.l.quum res.§.itaque ſi Stichus. ff.de lega.j.dixi ſuprà non repeto.

Ex his expedita ſunt quæ publicè Aureliæ cum frequente ſcholaſticorum auditorio explicauimus. Nunc quæ ſucciſiuis diebus et horis Rothomagi memoriæ pro noſtra tantùm eruditione cōmendauimus, benignus lector ſuſcipiat, errores verò pro ſua modeſtia emendet: quæ verò in his commentarijs rectè elimata iudicauerit,cum Dei gratia illis vtatur,ac mecum, Deo opt.max. atq; intemeratæ virgini Deiparæ abſq; originalis peccati labe conceptæ, diuiſq; Ioanni baptiſtæ & euangeliſtæ, ac beato Hieronymo gratias reddat.

SVMMARIVM.

1 Fato factum impleri non ſufficit ad præmij conſequutionem.
2 Seruus ſponte accuſans & conuincens occiſores domini,præmio gaudet:non autem gauderet ſi coactus accuſaret.
3 Iudex ordinarius,cui à papa commiſſa eſt quædam cauſa terminanda,non poteſt legitimè ſportulas petere.
4 Iudex ſalarium nullum à communi percipiens,centum aureos anno iure poteſt recipere.
5 Officiales gratis adminiſtrare debentes, non niſi turpiter præmium accipere poſſunt.
6 Conditio de bannito occidendo difficilis eſt implementi,ideoq; non eſt mere poteſtatiua.
7 Conditionem difficilis implementi legato vel inſtitutioni adiectam fato impleri ſufficit.
8 Ratio finalis legis præfertur rationi eiuſdem impulſiuæ.
9 Ignorans præmium à ſtatuto concedi primo accipienti brauium,an illud conſequatur ſi primus acceperit.
10 Statutum legitimè non intelligitur,niſi eius pars potiſſima attendatur.
Acceſſorium non poteſt euertere id quod eſt principale.
11 Factum quando à lege vel ſtatuto nedum animus conſideratur, non quod in opinione ſed quod in veritate eſt attenditur.
12 Ignorantia alterius partis non impedit naſci obligationem, ſi lex ad eſſentiam obligationis non requirat conſenſum vtriuſque partis.
13 Ignorantia non in lucris ſed in damnis vitandis iuuat.
14 Occidens bannitum in via ſe aggreſſum an mereatur ſtatuti præmium.
15 Factum eſſe aliquid non ſufficit lege ſcientiam facti requirente,niſi & facti ſcientia concurrat.
16 Actione tutelæ non tenetur qui ignorans ſe tutorem, pupilli res adminiſtrauit.
17 Animus in acquirendo requiritur ab initio.
18 Scientia impletæ conditionis neceſſaria eſt in conditionibus facti,nec ſufficit ſola conditionis exiſtentia.
19 Tutor ſe ſciens tutorem eſſe, pro pupillo ſtipulari poteſt.
20 Peregrinus maximè differt à deportato.
21 Peregrinus nec teſtari nec hæres inſtitui poteſt:
22 Peregrinatio præterita non nocet reuerſo.
23 Occidens bannitum quibus concurrentibus mereatur ſtatuti præmium.
24 Seruus dominum defendere tenetur nedum vt præmium conſequatur,ſed & vt ſuſpicionem euitet.
25 Diſpoſitio ei conuenire debet,cui ratio ſeu cauſa.
26 Statutum ad ſui impletionem factum exigit,& non animum.
27 Verba ſtatutorum dubia, interpretationem recipiunt vt ei,qui Reipublicæ beneficium præſtat,faueatur.
28 Acquiſitio hæreditatis neceſſariò ad ſui eſſe ſcientiam cauſæ acquiſitionis exigit.
29 Teſtatoris ignorantia circa conditionis impletionem non vitiat effectum teſtamenti ſui.
30 Cauſa ſtatuti potius quàm conditio pecuniæ dandæ debet attendi.
31 Seruus vltro accuſare & conuincere debet occiſores domini,alioqui libertatem non aſſequetur.
32 Occidens bannitum iuxta ſtatuti permiſsionem an conſequatur præmium quod tamen neſciebat à ſtatuto permiſſum.
33 Prouiſio apoſtolica ſuper viuentium beneficijs qualiter ſit intelligenda.
34 Prouiſiones ſine ambitione & captatione mortis alienæ fieri debent.
35 Conferens beneficium ſcire debet qua ex cauſa illud conferat.
36 Gratijs expectatiuis iuſta ratione via præcluſa eſt.
37 Præuentio pontificis quid circa beneficia conferenda operetur.
38 Legatus ſeu delegatus à pontifice ideo certior eſſe debet, quòd mandati formam eum ſeruare oporteat.
39 Legatus quando validè de beneficio poſſit prouidere.
40 Hæreditas ab ignorante acquiri non poteſt.

41 Succeſsio in hæreditate in quo differat à beneficij obtentione.
42 Aditio hæreditatis differt à collatione beneficij.
43 Cõſtitutiones odioſæ quoad fieri põt ſunt reſtringẽdæ.
44 Beneficium conferri non poteſt ſub die & conditione, maximè ſub ea quæ mortis alienæ captatoria eſt.
45 Acquirere dñium differt ab eo quod eſt ius acquirere.
46 Aditio hæreditatis dicitur executio teſtamenti.
47 Accuſare non cenſetur is qui excipiendo in alium, crimen retorquet.
48 Accuſator in probatione deficiens quando ſit infamis, & ad intereſſe, damna & expenſas condemnandus.
49 Præmium conſtituitur ſeruo indicanti iniuriam domino illatam.
50 Morbus vaſallum inhabilem reddens priuat eũ feudo.
51 Primogenitus inhabilis poſtponitur ſecundogenito habili in imperio.
52 Cauſa pia non vſqueadeo fauorabilis eſt vt habilẽ eum reddat ad teſtandum qui alioqui inhabilis erat.
53 Priuatorũ facto tolli nequit quod in cõmune eſt vtile.
54 Pipinus quam ob cauſam in regem Gallorum aſſumptus fuerit, eiecto Childerico.
55 Rex cui ſucceſsione delatum eſt regnum, non priuatur eo ob morbum contingentem.
56 Infantes ſeu impuberes qũ regiminis ſint incapaces.
57 Impubes non vetatur militare & militum obtinere tribunatum.
Rex quare plus iuris in regno habeat, quàm Imperator in imperio.
58 Filius regis viuo adhuc patre rex dici poteſt.
59 Mutus aut aliàs imperfectus domino auxilium non ferens in ea qua valet parte, non eſt excuſandus.
60 Morbus filium non ſpoliat feudo paterno, ſed bene nouo eundem priuare poteſt.
61 Acquirens iuris beneficio & non hominis miniſterio, non poteſt iure priuari quæſito.
62 Filius ſecundogenitus primogenito dementi poteſt in ſucceſsione præferri.
63 Ciues omnes opus nouum nunciare poſſunt cùm in loco publico aliquid fit.
64 Actiones populares quando mulieri & pupillo competere poſsint.
65 Incapacitas perſonæ non attenditur, intereſſe publico vnà cum intereſſe priuato concurrente.
66 Rex regno priuari non debet ob prodigalitatem, ſed ei coadiutor dari debet.
67 Princeps impius leoni rugienti & vrſo eſurienti adſimilatur.
68 Pupillus quare pro publico intereſſe nouum opus nunciare nequeat.
69 Reipublicæ intereſt aſpectum publicũ non deformari.
70 Damnum in quo poſsit pupillo contingere ſi nouum opus nunciauerit.
71 Statutum concedens præmium capienti bannitum nõ attendit an capiens habilis ſit an verò inhabilis.
72 Mutus à feudo nouo excludi poteſt portione tantùm ſibi cauſa alimentorum relicta.
73 Coadiutores ijs ſunt præſtandi qui in dignitatibus electione delatis conſtituti, regiminis ſunt incapaces.
74 Epiſcopus aut ſacerdos ab alijs doceri non debet, qui cæteros regere tenetur.
75 Maior natu in regem eligi potius debet, quàm is qui iunior eſt, ſaltem moribus & rerum experientia.
76 Vtile in commune quãdo attendi magis debeat, quàm id quod priuatam concernit vtilitatem.
77 Infans an poſsit in regno ſuccedere loco demortui patris.
78 Alienari poteſt domino inuito vtilitate publica exigente, quod aliàs non poſſet.
79 Domus communis ſi pro conſortis delicto dirimenda veniat, debet precium dari conſorti qui non deliquit.
80 Bannitus occidens bannitum an conſequatur ſtatuti præmium.
81 Bannitos rebannire non poteſt is qui a communi poteſtatem aliquid faciẽdi accepit, niſi expreſsim in ſua conceſsione hoc nominatum ſit.
82 Concilium ciuitatis duobus concurrentibus relegatum reuocare poteſt.
83 Accuſatio an poſsit licite ad denuntiationem extendi.
84 Prohibitio facta ne in forenſes quid alienetur, an includat etiam reſtitutionem.
85 Conſtitutio dotis an comprehendi poſſit verbo alienationis.
86 Res prohibita alienari quando poſsit in dotem dari.
87 Pater moriens an & quando poſsit filios reſtitutione grauare.
88 Legitima filijs debita debet eſſe ab omni onere libera.
89 Pater an poſsit filium hæredem inſtituere cum hoc onere vt hæreditatem totam teneatur extraneo reſtituere.
90 Filius grauari non poteſt in quarta ſibi iure naturæ debita.
91 Pater reſtitutionem fieri iubens, filio partem legitimam ſeruare debet.
92 Quarta legitima quæ filijs debetur ab omni grauamine libera ſeruanda eſt.
93 Pater filijs etiam aliunde diuitibus legitimam non relinquens, non excuſatur.
Teſtamentum patris nullum eſt, in quo ſaltẽ legitimam iure inſtitutionis filio non relinquit.
94 Dos relinqui cenſetur alimentorum fauore.
95 Pater in teſtamento ſuo excipere tenetur ex bonis ſuis quantum pro dote aut donatione conſtituenda filijs ſufficiat.
Legitima quando poſsit a patre grauari.
96 Voluntas teſtatoris quoad fieri poteſt implenda eſt.
97 Pater non valens filium in legitima grauare, non poteſt per fideicõmiſſum iubere reliquũ hæreditatis reſtitui.
98 Pater eatenus filijs legitimã relinquere debet, quatenus ob dotẽ aut donationẽ propter nuptias nõ minuatur.
99 Dos & donatio propter nuptias quando ex bonis reſtitutioni ſubiectis excipi poſsit.
100 Statutum quod vetat omnem obligationem & hypothecam, an cenſeatur prohibere etiã dotis cõſtitutionẽ.
Vtilitas Reipublicæ quid operetur quandoque.
101 Reſpublica non præſumitur ius ſuum lædere velle aut negligere.
102 Precium quandoque loco rei ponendum eſt.

§. Vtrum.

IN HOC. §. Iurecõſultus duas quæſtiões abſoluit in auditorijs frequentes & in ſcholis communes. Prima eſt in capite. §. an ſufficiat fato aliquid impleri ad præmij conſecutionem. Secunda eſt in verſicu. is quoq;. an lex interpretationem

pretationem de babilitate recipiat, vbi de vtilitate reipublicæ contenditur.

1 Non ſufficit † ad implementum facti ad præmij conſecutionem fato ipſum impleri, ſed data opera implere neceſſe eſt: & in republica non qs faciat conſiderare oportet. hoc dicit. Commemorabo quod Lucæ. ix. ſcribitur, Ioãnes dixit, Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus enim, quia nõ ſequitur nobiſcum. & ait ad illos Ieſus, Nolite pròhibere. qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Id repetiſ Marci. ix. & ſic inhabiliras pro reipublicæ beneficio conſideranda non eſt.

In prima parte buius. §. quæ cõſecutiua eſt primæ partis. §. præcedentis. in qua lex impunitatẽ ſeruo promittit & præmium. ſi domini occiſores accuſauerit, & conuicerit: Iureconſultus non inelegantem quæſtionem facit, an ſeruus præmium libertatis conſequetur quomodocunq; domini mortem defenderit, ſponte ſeu vltro occiſores accuſando: an etiam ſi accuſatus excipiendo in
2 ſuum accuſatorem crimen retorſit & conuicit. † dicit Iureconſultus eum ſolum præmio dignum eſſe qui ſpõte & vltro ad accuſationem proſilijt, non qui fato aut forte fortuna conuicit, concordat. l. nulla. C. de delator. lib. x. l. ij. ff. de condi. et demonſtra. Quibus obſtare videtur. l. cauſam. §. j. ff. de manumiſ. l. mulier. §. fin. ff. de condi. inſti. hac ratione exiſtimaui neceſſarium, nonnullas quæſtiones hic à Bart. Bald. Ang. & Roma. memoratas, recenſere, vt ex earum diſputatione leges illæ, quæ pugnare videntur, abſoluanť. Pro quibus expediendis nonnulla intendo in hanc et alteram partem deducere. Pone, inquit Bartol. quod à ſtatuto præmium concedatur capienti bãnitum: an qui fato bãnitum occidit, præmiũ habebit? & per hunc tex. de indubitabili eſſe videtur diſputatio, vt niſi data opera vltro ſe quis offerat, præmium obtinere non debeat. Confirmatur ex. l. multum intereſt. ff. de condi. & demonſtra. vnde Petr. de Ancha. in conſilio. cxcvij. in-
3 cipiente, præmittendum eſt. dicit, † ſi papa cauſam ordinario iudici committat, qui in ea iudex ordinarius erat: non poterit iudex legitime ſportulas aſſumere, quum de ea cognoſcere tenebatur abſque ſportularum perceptione, vt in. §. j. in authen. ſcriptum eſt exemplar. colla. ij. quem nõ excuſaret conſuetudo. §. iubemus. in authen. de collator. colla. ix. in his verbis, neq; pro his cauſis accipere aliquid conſuetudinis nomine, præſertim vbi ſalarium habent à principe. dicto. §. j. in authen. ſcriptum eſt exemplar. & in. §. præterea. in authen. de quæſtor. colla. vj. in his verbis, & de fiſci largitate contenti alienis abſtineant. §. fin. in authen. vt nul. iudi. colla. ix. ibi, ſi conuincantur aut condemnentur, eorum ſubſtantias nõ fieri lucrum iudicibus aut eorum officijs. §. deinde competens. verſi. feſtinabis. in authen. de mãda. princi. colla. iij. licet cõtrarium affirmauit Roma. in notabili. clxxxi. incipiente, tu ſcis quòd ius canonicum. Franciſ. de zabarel. in Cle. ſtatutum. j. col. in fi. de electio. in. vj. Fel. in. c. ad apoſtolicum. ij. colum. extra, de ſimonia. Pro quibus eſt tex. vltra eos in. §. & iudicare. in fi. in authen. de defenſo. ciuita. colla. iij. in his verbis, ſi verò quædam ſalaria habent publica, etiam hæc ſecundum conſuetudinem percipiẽt. Prædictis addo:
ſtatuti concedi occidenti bannitum ſi ſe defendē
do occidat, per hunc tex.

In verſicu. is quoque. hic tex. in ratione ſui in
verſicu. poterit propter hoc quod in commune
vtile eſt ad libertatem peruenire. Solet allegari
legem ſeu ſtatutum non admittere de inhabilita-
te interpretationem vbi publica verſatur vtilitas
licet aliter de habili tantum intelligi deberet. l.
vt gradatim. §. ſed & ſi lege. ff. de muneribus &
honoribus. l. j. vbi Moder. Papien. plenius extē
dunt. C. de ſacroſanct. eccleſi. authen. omnes pe-
regrini. C. communia de ſucceſ. l. iij. vbi per glo.
& Bartol. C. de fide inſtru. & iure haſt. fiſca. lib.
x. Adde tex. in. l. lex Cornelia. §. finali. ff. de in-
49 iur. & illhic glo. hunc tex. ad id allegat. † Nam,
inquit text. ſeruo indicanti iniuriam pro modo
ſubſtantiæ perſonæ accuſatæ præmium conſti-
tuitur ſeruo forſitan etiam libertatem præſtan-
dam. Quid enim (inquit ille tex.) ſi publica vti-
litas ex hoc emergit? his conuenit ratio dictæ. l.
ita vulneratus. §. finali. ff. ad legem Aquiliam. di-
xi in. l. j. §. finali ſuprà eodem. Et in hoc iſte tex.
vbique ab omnibus induci ſolet ad quæſtionem
non vulgarē. lege enim regia huius regni primo-
genitus in regno ſuccedere debet. Pone duos re
gis eſſe filios, illorum primogenitus mutus aut
aliàs imꝑfectus eſt, neq; regnandi capax: alter ve
rò natu poſterior imperio dignus eſt. vter iſto-
rū de iure regnare debet? hanc quæſtionem ape-
riunt Bald. Cardi. & alij feudiſtæ in. c. mutus.
epiſcopum, abba. vel abbatiſ. collatione. x. & in
capitulo vnico. an mutus vel ali. imperfec. ead.
collatione. Moder. poſt Guliel. de Cuneo in. l.
ſi filiusfamilias. ff. de rebus. eredi. & Bartol. ali-
quid aperit in. l. omnes populi. in. ij. quæſtione
ſextæ quæſtionis principalis. ff. de iuſti. & iure.
Anto. Corſe. in quæſtione. x. ſui tracta. de po-
teſt. & excel. regi. Moder. aperiunt poſt Bart. in
dicta. l. j. C. de ſacroſanc. eccleſi. Angel. & Mod.
in. l. fina. C. de teſtamen. milita. ferè omnes con-
ſentiunt in locis prædictis, ſtatutum recipere
interpretationem de habilitate, dicto capitu. mu
50 tus. † vbi etiam morbus ſuperueniens & reddēs
vaſallum ad domini ſeruitium inhabilem, priuat
eū feudo, per prædicta. Additur ab eis. l. ſi poſt
mortem. §. ſi liberi. ff. de bonorum poſſeſsione
contra tabulam. glof. in capit. præterea ducatus.
in verbo, ad alium transferat. de probibi. feud.
aliena. per Frederi. collatione decima. c. vnicum.
an mut. aut ali. imperfec. collatione decima. Nā
propter ſeruitium feudum conceditur. ca. vnico.
de no. for. fideli. glo. in. l. j. §. nunciatio. in verbo,
omnibus. vbi Barto. & Moder. Papien. Idē no-
tant. ff. de no. oper. nuncia. Pro eis facit iſte text.
Nam ſi quod in commune vtile eſt conſiderari
51 debet, † ſi primogenitus incapax eſt imperij, de-
bet igitur ſecundogenitus præferri, per rationē
dicti. c. mutus. epiſcopū, abba. vel abbatiſ. Qui-
bus addo tex. meliorem in. l. eum qui. xxx. C. de
decurio. libro. x. ibi, nec eo paſsim fruantur indi
gni. l. ij. ff. de iur. immuni. inquit ille tex. impube
res quamuis neceſsitas penuriæ hominum cogat
ad honores non eſſe admittēdos. Ponderari po-
teſt. l.

teſt.l. omnes. C.de præſcrip.xxx.anno.ibi, quo-
rundam tamẽ vel à fortuita vel excogitata inter-
pretatione. iuncta glo.in verbo,fortuita. Secun-
dò additur.l.in prouinciali.§.fin.cum.l.ſeq.et.l.
de pupillo.ff.de no.oper.nuncia.quamuis, inq̃t
interſit reipublicæ nihil noui in publico loco ædi
ficari expediatꝗ plures habere interceſſores, pu
pillus tamen nunciare non poteſt, per illum tex.
Tertiò,Facit.l. j.iuncta glo. C.de ſacroſanc. ec-
52 cle. † fauor em̃ piæ cauſæ non reddit ad teſtandũ
habilem qui aliàs de iure inhabilis eſt. Idem in di
cta authen.omnes peregrini. C.cõmunia de ſuc-
ceſ. quanto magis dicendum eſt,vbi pro benefi-
cio reipublicæ rex deſideratur:quia de eo intelli
gendum eſt qui dignus eſt regno. & hac ratione
dicit Bald.in.l.cum antiquioribus. & authẽ.hoc
amplius. C.de fideicommiſ. colum.ij. Dauid ſe-
cundogenitum præpoſuiſſe primogenito : quia
ſecũdogenitus Salomon vtilior futurus erat po-
pulo ſuo filio primogenito. Facit ad id ratio.l.fi-
nali. C.de teſtamen.militar. Indecens enim eſſet
eum in regem præfici ad regẽdum populum,qui
ab alijs regi meruit.c.indecorum. extra, de æta.
& qualit.ordinan.dixi in.l.j.§.impuberes. ſuprà
eodem. Neque in hoc obſtare poteſt iſte text. ſe-
cundum Moder.in dicta.l.ſi filiusfamiliàs. ff. de
53 rebus credi.& in.l.finali.ff.de regulis iur. † quia
verum eſt facto priuatorum nõ poſſe tolli quod
in commune vtile eſt,neque legis diſpoſitionem
vbi publica vtilitas verſatur.hic enim prohibitio
manumittendi ſeruum venditum nõ impedit ma
numiſſionem à lege pro beneficio publico ordi-
natam,neque ex hoc pars contrauenit pacto: q̃a
ſuperioris autoritas ſemper reſeruatur.l. fina. ff.
qui ſatiſdare cogun.& Feudiſtæ differentiam cõ
ſtituunt inter mutũ ex accidenti & à natura: quæ
colligi poteſt ex dicto.c.mutus.epiſcopum , ab-
ba.vel abbatiſ.& dicto.c.vnico,an mut.aut aliàs
imperfec.quam proſequere vt illhic per Bald.&
Cardi.Andr.de Iſer.& Iaco.de bello viſu, addẽ
tes conſiderandam eſſe feudi cauſam, quæ pro
ſeruitij præſtatione fieri debet. à muto enim aut
alio imperfecto impleri non poteſt.igitur &c. c.
vnico.de mili.vaſal.qui arma bel.depoſ.colla.x.
l.quum quis.in princi.ff.de ſoluto.l.j.in fi. &.l.
ij.ff.de condictio.ſine cauſa.et annales noſtri idẽ
54 obſeruatum fuiſſe aſſerunt, † dum aſſumptus eſt
Pipinnus in Frãciæ regẽ, licet regis filius nõ eẽt
eiecto Childerico rege à regni adminiſtratione,
zacharia pontifice id laudante & confirmante,
quia populo inutilis eſſet.capitu.alius.xv. quæ-
ſtione.vj.de hoc per Archidia.in capitu.regum.
xxiiij.quæſtione.v. Quibus adde Aretin.in.l.ex
duobus.iij.columna.ff.de vulgari & pupil. ſub-
ſtitu. vbi diſtinguit inter regnum quod ſucceſ-
ſione obtinetur,& id quod electione confertur.
dixi in.§.ſi quum omnes.ſuprà eadem.l.& in tra
ctatu meo, qui inſcriptus eſt,an rex Franciæ ſu
periorem recognóſcat in temporalibus. & pu-
to Aretinum recte dixiſſe conſiderandum eſſe,
55 an regnum ſucceſsione , an aliter deferatur : †
vbi ſucceſsione defertur,morbus non priuat re-
gem ſuo regno,ſiue à natura ſiue accidenti pro-
ueniat. & ad id pondero. l. fina.§.ſinautem pa-
rentes. C. de cura.furio.in verſic. ſinautem per-
petuò furioſus ſui iuris ſit. alioquin ſi continge
ret patrem decedere filio infante relicto,regnũ
quod ſucceſsione filio debetur. capit.licet. ex-
tra, de voto & voti redemptio.c.grandi. de ſup-
plen.negli.prælato.libro.vj. capitu.denique.vij.
quæſtione prima.illhic gloſſ.prima ad alium ex-
cluſo filio deuolueretur , eo quod pro tempore
regnandi incapax eſſet: quod à ratione alienum
eſſet. .l. maximum vitium. C . de liber. præter.
capitu.primum an mutus aut aliàs imperfec.col-
latione decima.in prima parte illius.c.adde tex.
in.l.ij.§.ad filiorum. C.quando & quibus quar-
56 ta pars.libro.x. † Secundò , licet impuberes aut
infantes capaces non ſint regiminis actiuè , ta-
men vbi iure ſuceeſſionis iuriſdictio & ſimilia
eis ſuperueniunt , inhabiles non ſunt ſucceſsio-
nis.alioqui durior eſſet regum conditio cuiuſꝗ
alterius priuati : quoniam qui omnium eſt præ-
ſul fieret omnium exul , vt inquit in ſimili Bal-
dus in.l.princeps.ff.de legi. Nam & impubes in
feudo ſuccedit,neque fidelitatem præſtare debet
per ſe neque per alium donec ad annos pube-
res peruenerit. capitu.ſi deceſſerit.& capi.ſi mi-
nori. ſi de feud. fuer. contro.inter domi.& agna
ti.collatione decima.in capitu. præterea.de pro-
hibi. feud.aliena. per Frederic. collatione deci-
ma. Exemplum nobis eſt de Salomone adhuc
pupillo , qui regnum à patre accepit, vt ſcribi-
tur.iij.Regum.xij.capitu.& primi Paralipome-
nom vltimo capitu.hic natus erat.xij. annos tan
tùm quum regnum ſuſcepit , ſecundum diuum
Hieronymum in epiſtola contra Ruffinum,quæ
eſt.viij.ſecundæ partis primi tractatus epiſtola-
rum.qui filium Roboan in anno vndecimo ſu-
ſcepit,vt idẽ diuus Hieronymus in epiſtola ſeq.
ad Vitalem presbyterum refert.& in hac opi.re-
ſident Bald.& Angel.in dicta.l.qum prætor. §.
non autem.ff. de iudic.
57 Tertiò, non † prohibetur impubes militare &
tribunatum militum obtinere.l.finali. C.de teſta
men.milita.in his verbis, ſi tribunatus numerum
mereantur.& gloſſ.illhic addit.l.ſed & milites.
§. iam autem. ff. de excuſatione tutorum . Nam
& alijs imperfectis teſtari iure militari permiſ-
ſum eſt . l. iure militari . ff. de teſtamentu mili-
tari . Princeps autem ſeu rex miles eſt , ſeu or-
dinis eſt militum . l. prima . ff. de teſtamento
militari.quare & rex eſſe prohiberi non debet.
& hac ratione dixi in tractatu . an rex Fran-
ciæ ſuperiorem in temporalibus recognuſcat.
plus iuris regi in regno competere,ꝙ imperatori

in imperio : quia imperator eligitur. & demum à pontifice confirmatur, in capitulo, venerabilem. extra de electio. & capi. ſolitæ. extra de maiori. & obedien. & ita firmat Lucas de Penna in l. vnica. circa princip. C. de conducto. & procur. prædio. fiſca: domus Auguſtæ. libro. xj. vbi addit text. in capitulo, cepit Hermigillus. xxiiij. quæſtione. j. Et ex gloſſ. j. illius. ca. refero aliud & quartum fundamentum dum illhic glo. illum
58 text. inducit † vt filius regis viuo adhuc patre rex dicatur, argumento. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. quam Archidia. intelligit verum dicere in ſpe, ſed non in re, argumento cap. primi. xv. quæſtione. v. §. ex his. xxviij. quæſtiõe. j. quæ parum iuuant : ſed optimè dicta. l. in ſuis. probat. &. §. ſui. inſtitu. de hæredi. quali. & differentia. vt mortuo patre nullo momento vacare regnum videatur, quum ſtatim in filium tranſeat. argumento eſt. l. placet. ff. de acquiren. hæredi. l. ſed interim. §. idem Marcellus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. vt ſit mors patris regni filij exordium, vt inquit in ſimili text. in l. fin. in ſi. in his verbis, vt ſit mors domini libertatis eorum exordium. C. communia de manumiſ. per quam dixi aliquando poſt Bald. illhic probari conſuetudinẽ regni Franciæ, quæ vult mortuum viuum ſaginare. cuius meminit Cinus in. l. ea lege. C. de condictio. ob cauſam datam. dixi aliquando copioſius, nõ protelabo diutius.

Quintò, Traho in argumentum verſicu. mu-
59 tum. in. §. ignoſcitur. ſupra eadem. l. † Nam mutus neque alius imperfectus excuſatur, ſi auxiliũ domino non tulit in ea parte in qua valet. illhic dictum eſt. Cui addo. l. non omnes. §. fina. ff. de re milita. vbi & transfuga præmium conſequitur, ſi cæteros transfugas duci ſeu imperatori excæcatus obtulerit. Ecce quomodo de inhabilitate ratio non habetur propter reipublicæ beneficium. l. iij. §. ſpurios. ff. de decurio.

Sextò, Facit communis Feudiſ. opinio in dicto. c. mutus. epiſcopum, abba. vel abbatiſ. & in dicto ca. vnico. an mut. aut aliàs imperſec. colla. x. dum diſtingunt feudum paternum à feudo no-
60 uo, † vt morbus non priuet filium paterno feudo. quod ſecus in nouo dicendum eſſe aiunt. & hoc modo concordant illos text. Quibus addo differre, an aliquod ius debitum ſit agnationi iure ſanguinis, an alio iure conductitio. l. pro hærede. §. ſi quid tamen quaſi hæres. ff. de acquirenda hæredi. quo caſu ſolum conſideranda erit ratio illa iuris antiqui, per illum text. &. l. ſi operarum. ff. de oper. liber. & præſertim hoc procedit in his quæ acquiruntur legis beneficio abſque facto hominis, vt in. l. raptores. C. de epiſcopis & cleri. quem tex. in verſicu. ſinautem diaconiſſa. dicit illhic Bartol. non eſſe alibi. additur capi. ſecundum. extra, de conſuetu. & illam poſſeſſionem Bald. appellat ciuiliſsimam, in l. fina. C. de ſacroſanc. eccleſ. Notat & refert Aretinus & Alexand. poſt eum in. l. j. columna. x. principij eodem titulo. ff. de acquirenda poſſeſſione. Et Alexander in. l. quum hæredes. in principio eodem titulo. & Paulus de Caſtro aliquid meminit in. l. hæres in omne. & Areti. poſt eum.
61 ff. de acquirenda hæredi. † vnde quum abſque hominis miniſterio, legis tamen beneficio acquirat, quum lex ſemper loquatur. l. Arriani. de hæreti. non poteſt iure priuari. & quamuis Baldus in republica. C. qui accuſa. poſ. in hoc articulo videatur diſtinguere inter eos, qui à lege diuina vt excommunicati prohibentur ſeu incapaces ſunt, ſeu à lege naturæ vel iuris gentium, vt infantes vel minores & prohibitos à lege ciuili. Cuius diſtinctionem Moderni Papienſes approbant in. l. prima. columna. iiij. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Pro quibus videtur facere dicta. l. finalis. C. de teſtamen. milita. l. generaliter. C. ad Velleianum. dicta. l. ſecunda. §. impuberes. ff. de iure immunita. gloſſ. in. l. promittendo. in verbo, conditionis. ff. de iure dotiũ. Secundò pro eis vrget illa. l. in prouinciali. §. finali. cum. l. ſequenti. ff. de noui operis nunciatione. vt licet pro publica vtilitate nõ debeat inhabilitas conſiderari, vt hic, per quam idem notat Baldus in. l. libertas. in prima lectura. ff. de ſta. homi. & Alexand. in. l. quum mulier. columna. ij. ff. ſoluto matrimonio. pupillus tamen pro republica non nunciat nouum opus. ſed dicit Franciſcus Aretinus in dicta. l. ex duobus. iiij.
62 columna. ff. de vulgari & pupil. ſubſtitu. † vbi filius ab initio eſt demens, ſecundum filium poterit primogenito præferre, ſecundum Baldum in authen. hoc amplius. C. de fideicommiſ. non ſi ex poſtfacto ſecundum Baldum in cap. j. in vltima quæſtione de ſucceſ. feud. collatione. x. Idẽ notant Bald. & Angel. in dicta. l. finali. C. de teſtamen. milita. vbi Alexan. addit ad eos Specul. in titu. de tutore. in republica. & Ioan. And. poſt eum, & Oldra. in conſil. lij. Domi. in. ca. grandi. de ſupplẽ. negli. prælaror. Dabitur autẽ illi coadiutor, per illũ tex. & ea quæ notat Inno. in dicto capitulo licet, extra, de voto & voti redemptio. Abb. in. c. quum viceſimum. extra, de offi. deleg. Alexan. in. l. quidam conſulebãt. ff. de re iudica. alioqui natura ſtatim priuaret ſine cauſa & abſq; culpa filium contra ius naturæ, gentium & ciuile: quod fieri non debet, etiam ſi filius primogenitus ſit vxoris odioſæ, inquit tex. Deuter. c. xxj. Iſte enim eſt principium liberorum, & huic debentur primogenita : quia filij regum reges dici poſſunt, vt poſt glo. dixi in. c. denique. vij. q. j. argumento eſt. l. neq; Dorotheum. C. de decurio. lib. x. l. fi. C. qñ & quib. quar. pars debetur. li. x. Non obſtabit. l. in prouinciali. §. fina. cum. l. ſeq. ff. de no. oper. nuncia. Ad quam Iaſon in dicta. l. ſi filiusfamiliàs. ff. de rebus cred. dicit non videre congruum reſponſum ſi rectè inducatur, aliter inductionem non aperiendo. Sed potes ſic interpretari

63 pretari.nam in dicta.l.in prouinciali.§.fina. † di-
citur,ſi in publico loco aliquid fiat, omnea ciues
opus nouum nunciare poſſunt. Ratio in.l.ſequē.
eſt, nam Reipublicæ intereſt quàmplurimos ad
ſuam cauſam admittere. Et tamen in.l.de pupil-
lo. dicit Iureconſultus noui operia executionem
pupillo dandam non eſſe, niſi ad priuatum com-
modum. Ecce quomodo pupillus minus in re pu
blica quàm priuata poteſt, quamuis ex ciuibus.
Secundò alia ratione hic text.obſtaret, qui vbiq;
ad id inducitur non eſſe in conſideratione perſo-
næ inhabilitatem vbi de beneficio & publica vti-
litate contenditur. l.qui exceptionem. ff.de con-
dictio.indebi. Et tamen in illa.l.de pupillo.exci-
pit pupillum:quamuia prius dixerat Reipublicæ
intereſſe quàmplurimos, imò omnes ciuea admit
tere: & tamen minus pro Republica quàm pro-
ſeipſo poteſt.hoc dicit.l.mulieri & pupillo. ff.de
64 popul.actio. † Populares actiones mulieri & pu
pillo non competunt niſi ad eoa pertineat.ſimili-
ter dicendum eſſet in hoc text. Et ob id Alexan.
in.l.ſi ab hoſtibus. §.ſi vir.in princip. ff.ſolu.ma-
trim.reſpondet ad hunc text. quòd actus qui per
ſeruum hic agebatur, omnino erat ſeruo licitus,
ſcilicet domini occiſores accuſare, & de crimine
conuincere, vt in.§.præcedente,dictum eſt: non
mirum ſi præmium cōſequitur libertatis propter
publicum fauorē qui ex illo actu procedit: quia
delicta puniuntur.l.licitatio.§.quod illicite.ff.de
publica.& vectiga.dixi in.l.j. in princi.ſuprà eo.
Secua autem in hia quæ ex toto licita non ſunt,vt
pote in caſu dictæ.l.de pupillo.& dicta.l.mulieri
& pupillo.& ſimilibus. Et Philip. Decius in.l.fi-
na.ff.de regul.iur. adhæſit huic ſolutioni,tametſi
de Alexand. mentionem non faciat. Ex hia elici
poſſet concluſio ad confirmationem ſecūdæ par-
65 tis noſtræ diſputationia, † incapacitatem perſo-
næ conſiderandam non eſſe, vbi duo cōcurrunt,
videlicet intereſſe publicum & intereſſe priua-
tum ſimul, vt vbi perſona incapax eſt quum pu-
blicum intereſſe verſatur,ſi tamen priuatum cum
publico cōcurrat,perſona quæ aliàs incapax eſt,
fit capax. Et ſic in quæſtione propoſita de filio
regis impubere ſeu infante non officiet ei infan-
tia propter intereſſe priuatum quod eſt ſucceſ-
ſionis, & publico ſubuenitur per dationem co-
adiutoris,per dictum cap.grandi.de ſupplen.ne-
glig.prała. Nec abſonum eſt eoa per ſubſtitutoa
ſeruire qui illuſtres ſunt aut ſuperilluſtres.l.nul-
lus qui nexu.verſic.hi verò qui honorario. C.de
decurio.lib.x.ca.nullus.xj.q.ō.j. Et gloſ.in dicto
66 ca.grandi.in verbo,rex. dicit † non poſſe regem
propter prodigalitatem priuari, ſed dandum eſ-
ſe illi coadiutorem,eo quod regnum ſucceſſione
acquiritur, & ad ſimilitudinem priuati cui cura-
tor datur.l.diuus. ff.de tutor.& curat.da. ab his.
l.j.&.l.conſilio. ff.de cura.furio. Nec eſt qui de-
clinet ab illa gloſ.& text.eſt in dicto cap.grandi.
Et ad id quod Petr.de Anchar. citat id quod ſcri
bitur Eccleſiaſtes.x.ca. Væ tibi terra,cuius Rex
puer eſt.& quod ſcribitur Iſaie.iij. Et dabo pue-
roa principes eorum, & effœminati dominabun-
tur eis. Dic non tam de puero ſeu ætate infante
principe Salomonē & Iſaiam locutos eſſe, quàm
de rege puero ſeu infante intellectu. Maledictus
(inquit Iſaias) puer centum annorum. Et ſcribi-
tur Eccleſiaſt.x.cap. Rex inſipiens perdet popu-
lum ſuum, & ciuitates inhabitabūtur per ſenſum
prudentum. Et iterum eod.ca. Regnum à gente
in gentem transfertur propter iniuſtitias & iniu-
rias & contumelias ac diuerſoa dolos. Et Prouer
bio.xxix. Quum impij ſumpſerint principatum
67 gemet populus. & Prouerbio.xxviij. † Leo ru-
giens & vrſus eſuriēs princeps impius ſuper pau
perem. & eod.ca. Dux indigens prudentia mul-
tos opprimet per calumniam: qui autem odit aua
ritiam longè fient dies eius. §.agite. de pœniten.
diſtincti.j. Et gloſ.in ca.j.extra,qui cleri.vel vo-
uen. Sed id à domino permittitur vbi populus
aut princeps à vijs domini declinat. Et ita mani-
feſtat Iſaias in dicto capi.iij. Et quod ſcribitur.ij.
Regum vltimo ca. Exemplo nobis eſt Salomon
quum adhuc puer eſſet natus vndecim annos, vt
inquit diuua Hieronymus in epiſtola ad Vitalem
præsbyterum, cuius ſuprà meminimus, vbi hoc
ex annorum ſupputatione probat diuua Hiero-
nymus, vide vt illhic per eum. Ille tamen regna-
uit conſenſu domini Dei noſtri abiecto Adonia
natu maiore.iij.Reg.j.ij.&.iij.ca. Et puero Salo-
moni regi quantum ei Deua conceſſerit ſcribitur
iij.Reg.iij.capi.&.ij.Paralipo.j.ca.de quo etiam
in ca.ſicut enim.§.Salomon amabilis domino.de
pœniten.diſtinct.ij. Ad id mouet me quod ſcri-
bitur Ierem.j.ca. Et dixi,aha domine Deus,ecce
neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit domi-
nus ad me, Noli dicere quia puer ſum: quoniam
ad omnia ad quæ mittam te,ibis. Secundò ali-
ter reſpondet dictæ.l.de pupillo. Idem Iaſo in ea
dem,& in.l.j.§.nunciatio.eod.titu. ff.de no.ope-
68 ris nuncia.poſt Ioan.de Imola † dicit,ideo pupil
lum nō poſſe pro publico intereſſe nouum opus
nunciare ob defectum intellectus,quum alij infi-
niti nunciare poſſunt. Ob id eius nunciatio vtilis
non eſſet Reipublicæ. Secundò,ad pupillū Rei-
publicæ defenſio ſpectare non poteſt.l.ad Rem-
publicam.ff.de munerib.& honori. Tertiò,quia
autoritas tutoris non ſupplet defectum in publi-
cia negotijs,quoniam non ſunt in adminiſtratio-
ne patrimonij pupilli,ideo ad ciuitatem non ſpe-
ctant.l.fin.ff.de cura.furio.

Sed hæc ſolutio non videtur vera, imò illi ad-
uerſatur.l.nam Reipublicæ. in verbo,quàmplu-
rimos.ij. dicta.l.in prouinciali. §.fina. in his ver-
bis, omnes ciuea opus nouum nunciare poſſunt,
ſed pupillus ex ciuibus eſt, & gaudet priuilegija
ciuium,vt plene notatur in.c.reſponſo.&.c.gra-
uem. extra, de ſenten.excommunica.in ca.ſi ſen-
tentia.de ſenten.excommunicatio.in.vj. in cap.à

nobis.extra,de ſponſalibus.
Secundò non videtur congruere dictæ.l.de pu
pillo. quare non æquè pro publico ſicuti & pro
priuato nunciare poteſt, quum & capax ſit com-
parendi in iudicio pro ſuo intereſſe conſeruan-
69 do,dicta.l.de pupillo. † Præſertum quum publi-
cè interſit aſpectum publicum non deformari. l.
ij.per totam penè legem. ff.ne quid in loc.publi-
eo fiat.l.præſcriptio. C.de oper.publi. Et maxi-
me vbi illud ius publicum ab alijs negligitur ne-
que abs re dicatur in dicta. l. nam Reipublicæ.
expedire, imò intereſſe Reipublicæ quàmpluri-
mos habere defenſores. Vnde gloſ.in dicta.l.de
pupillo.in prin.in verbo,rata.ff.de no.oper.nun
ciat. Aliam rationem aſsignare videtur,quæ huic
argumento ſatisfacit. Dicit enim propter dãnum
quod pupillo ex nunciatione contingere poteſt,
ſine tutore nunciare non poteſt, ex illa gloſ.iun-
cto illo text.in verſicu.non autem dico pupillam
ideo prohiberi propter damnum quod ex nun-
ciatione illi contingere poteſt.Et ſic non tam de-
bet Reipublicæ vtilitas in conſideratione eſſe,
quàm damnum quod ex nũciatione pupillo eue-
70 nire poteſt. † Et quærit Bart. in quo damnoſum
eſſe poteſt pupillo? Reſpondet, quoniam ei cui
nunciatum eſt,ſi ſuccũberet, teneretur in factum
actione ad intereſſe, per.l.rem quandam venalẽ.
ff.de dolo. Et ſic non ex eo quod inhabilis eſt ad
comparendum in iudicio, ſecundum dictam. l.
quum prætor. §.fina. ff.de iudic.pupilli perſona
excluditur, ſicuti nec ab alijs popularibus actio-
nibus, dicta.l. mulieri & pupillo. ff. de popula.
actio. Sed propter damnum quod pupillo con-
tingere poteſt id euitandum eſt. Et id puto ve-
rius: quamuis aliter Bald. reſpondeat in.l.roga-
ſti. in princip. ff. de rebus credito. referendo Ia-
cob.de Aretio,ſic dicentem, Si dictio,quiſquis.
ſeu,quicunque.omnis, vel alia dictio vniuerſalis
adijcitur verbo futuri temporis, ſiquidem noua
eſt priuilegij vel commodi conceſsio, ad idone-
os reſtringitur: ſi autem prærogatiua eſt alterius
conceſsionis,& non reſtringitur.l.prima.§.nun-
ciatio. ff. de noui operis nunciatio. quam diſtin-
ctionem Iacob.de Are. in primo membro Bald.
dicit debere intelligi in actibus ciuilibus perſo-
nam habilem deſiderantibus: non ſic vbi lex ſo-
71 lum meri facti implementum deſiderat, † vt eſt
in cauſa ſtatuti præmium concedentis capienti
bannitum, vt non ſit conſiderandum an capiens
habilis an inhabilis eſt. l.Papinianus exuli. ff. de
minoribus. l.qui Romæ. ff. de verborum obli-
gation. Sed captura tantùm ſpectari debet, per
prædicta. Nam hæc Iacobus de Areti. diſtin-
ctio plurimùm iuuat,quod ſuprà diximus: quo-
niam ius ſuccedendi, quod filio conceditur &
poſteris, nihil de nouo affert. Sed id ius anti-
quum eſt. quare rectè conuenit quod ſuprà di-
ximus poſt Baldum, Cardinalem, Iacob.de bel-
lo viſu, & Andræ.de Iſern. in dicto capitu. mu-
tus.epiſcopum,abbatem vel abbatiſ.dum diſtin-
guunt feudum antiquum à nouo. Quibus adde
quod pulchrè Bald.notat in ca.inſuper.de prohi
bita. feud. aliena. per Frederic. collatio.x. dum
in colum.iij. quærit, nunquid filius propter pa-
tris delictum feudum aui vel proaui amittat. Et
ita concordat dictum capi.mutus. cum ca.vnico.
72 an mut.an aliàs imperfec. † vt à nouo feudo mu-
tus excludi poſsit, portione tantùm ſibi alimen-
torum gratia relicta. Non ſic vbi feudum eſt an-
tiquum: quoniam ab eo auferri non poteſt: ſed
ſicuti minor à perſonali ſeruitio excuſatur, vt di-
ctum eſt ſuprà per.§.ſi quis deceſſerit.ſi de feudo
fuer.conten.inter domi.& agnat. Et poteſt alius
pro eo ſeruire,per illum textum.ſic erit de muto,
quanto magis in regno quod filio iure ſucceſſio-
nis acquiritur. Et quamuis Luc.de penn.in.l.ſe-
cunda.C.de tyroni.libro.xij. videatur in contra-
rium ſententiam declinare in quæſtione per eum
diſputata, an patruus excludat nepotem in ſuc-
ceſsione patris.vbi plura pro patruo refert: non
tamen abſque ſuſpicione eſt cum Roberto Sici-
liæ Regi faueret, quem dicit iure & iuſtè præla-
tum fuiſſe Carolo nepoti ex fratre Carolo pri-
mogenito cuius fuit conſiliarius,fretus pluribus,
quæ quamuis eleganter,copioſè & ingenioſè di-
cta ſint, ſicuti ſolet, tamen triuialia videntur. Et
73 ſi rectè conſiderentur, † conuenit eius diſputa-
tio dignitatibus, quæ electione non autem ſuc-
ceſsione deferuntur: qui ſi regiminis capaces nõ
ſunt, coadiutores dari debent, ſicuti dicitur in
capitu.grandi. de ſupplenda neglige n.prælator.
libro.vj.argumento eſt.l.patre furioſo. ff. de his
qui ſunt ſui vel alieni iur.l.prima.§.cæcum. ff.de
poſtuland. & dicta.l. quum prætor. ff. de iudic.
quia ſtatim lex filium hæredem facit,vt nullo mo
do vacare dici poſſet, dicta.l. in ſuis. ff. de liber.
& poſthum. &.l. placet. ff. de acquirenda hære-
ditate.quare reijci non debet. Et ita diſtinguunt
omnes vbique in locis prædictis. Dum igitur
74 Lucas de Penna. dicit † ſacerdotem aut epiſco-
pum, qui alios regere debet,non debere ab alijs
doceri. §.primo. in authentic.de ſanctiſsim.epi-
ſcopis.collatio.ix. Indecorum eſſe eum regentis
officium ſuſcipere, qui ab alijs regitur. capit. in-
decorum. extra, de ætate & qualita.ordinando.
Deinde puerum aut infantem incapacem eſſe re-
giminis: verum eſt per ſe, ſed per coadiutores
ſic, vt ſuprà dictum eſt. Et alia quàm plurima id
genus argumenta refert Luc. quæ aliter referre
non putaui,quoniam in propoſita quæſtione nõ
rectè concludunt: quare à communi non diſce-
do, quamquam Lucæ de Pen. ſententiam pluri-
mum iuuet quod de Adriano imperatore ſcri-
ptum legimus, qui poſtquàm ex ſenatore inui-
tus Imperator creatus fuiſſet à ſenatu rogatus
eſt,vt quem habebat filium Cæſarem Auguſtum
nuncupa

nuncuparet, reſpondit principatum ſanguini nõ
deberi, ſed meritis: inutiliterq; eum regnare qui
rex naſcitur et non meretur eum ve proculdubio
parentis affectum exuere extinguereq; paruulos
importabili ſubiecta mole qui non merentes fi-
75 lios regnare appetit. Cæterum † planè fateor rei-
publicæ ſatius expedire regem natu maiorẽ eſſe,
quàm puerum, vt ſi electione rex in populo ſta-
tuendus eſſet, nulli dubium eſt potius Reipubli-
cæ expedire eum in regem eligere qui moribus
& virtutibus animi & corporis præſtat, quæ om-
ni rectori neceſſaria ſunt, vt inquit Saluſtius, in
principio belli Catilinarij: ex eo tamen iuſtũ non
eſt eum ſine culpa & ſine iuſta cauſa priuari, per
ſuprà dicta. Et Bal. in. l. cum antiquioribus. C. de
iure deliberã. pro nepote inclinare videtur: quia
feudorum iura pro nepote concludunt. licet ſolu
tionem eius demum in principem qui inueſtitu-
ram fecerat regni Siciliæ ſcilicet Clemẽtem quin
tum huius nominis pontificem reijciat. Sed ver-
ba inueſtituræ clara erant pro nepote, ſicuti ea
refert Bald. dicit enim Carolum Andegauiæ du-
cem & fratrem diui Ludouici iſtius nominis no-
ni Francorum regis ſic fuiſſe inueſtitum, vt ſem-
per primogenitus vel deſcendentes ex eo mares
tamen in regno ſuccederent. Neque obſtabit iſte
76 text. dum dicit † plus conſiderandum eſſe quod
in commune vtile eſt: quia id verum, dum modo
tertio nihil detrahatur iniquè, vel vt ſuprà dixi
poſt Iaco. de Are. & Bald. in dicta. l. rogaſti. ff. de
rebus credi. in conceſsione noui priuilegij facien
da, non vbi de conceſſo tollendo tractatur. Et id
verum eſt. Et retorqueo in eos. l. ſpurij. §. mino-
res. ff. de munerib. & honori. dum ille tex. ait mi-
nores. xxv. annorum decuriones facti ſportulas
decurionum accipiũt, ſed interim ſuffragium in-
ter cæteros ferre non poſſunt. Ex qua dico plus
æquo reſponderi his quæ obijciuntur, videlicet
minorem iudiciorum capacem nõ eſſe. quamuis
enim incapax ſit, ſportulas tamen pro iudicio de-
bitas accipit. ſic in rege dico: quamuis ille iudica-
re non poſsit deficiente naturæ iudicio, quæ ta-
men regi aliàs ſpectant accipere debet, per præ-
dicta. Cui recte conuenit. l. fin. C. de teſta. milita.
quam ſuprà induxi. Non obſtabit ex prædictis
diſtinctio Bald. in rubrica. C. qui accuſ. poſſunt.
quam ſequuntur & referunt Moderni. Papienſ.
in dicta. l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. quia procedit
vbi expreſſe minores & infantes prohiberentur
ad ſucceſsionem vocari. Vbi autem nihil prohi-
bitum eſt, ſed in iuris communis diſpoſitione ma
77 net: † non comperio in rege magis prohibitum
patris ſucceſſionem deferri infanti, quàm in quo-
cunque inferiore à principe, vt in locum demor-
tui patris ſuccedat. §. ergo. in authenti. quib. mo-
dis natu. effic. ſui. colla. vj. ibi, quod enim legalis
eſt proprio filio ad paternam ſucceſsionem. §.
quum filius. Inſtitu. de hæredib. quæ ab inteſta.
deferun. Sed quum hæ diſputationes periculoſæ
ſint, & multomagis diffinitiones: hæc pauca dicta
ſint diſputationis gratia. legislator definiat. Et in
hoc cum Bald. conuenio in dicta. l. cum antiquio
ribus. ſoluat Apollo. Et Luc. de pen. in alia non
diſſimili quæſtione in. l. in ſacris. ij. columna. ij. in
princi. C. de proxi. ſacro. ſcrinio. lib. xij. dicit hoc
decernere non eſſe ſubditorum, argumento cap.
nemo. & ca. ſequ. ix. q. iij. Et diuus Paulus in epi-
ſtola ad Roma. ca. xiij. Hæc de ea ſufficient.
78 Secundò, induco ad aliud hunc text. † vt res
quæ alienari non poteſt inuito domino, vbi pu-
blica erit vtilitas fiet alienabilis etiam inuito do-
mino, reſtituto tamen precio pro quibus eſt. l. ij.
C. quibus ex cauſ. ſer. pro præmio liber. accipi. l.
fin. C. de cupreſ. lib. xj. l. j. C. de deſertori. lib. xij.
l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff. ad. l. Iuliam de adulte.
l. legatum. ff. de adminiſtra. rer. ad ciuita. pertinẽ.
Dicam plura in. l. lege Cornelia. infrà eo. titulo.
Et iſta alienatio propriè alienatio dici nõ debet,
quum ſit neceſſaria & coacta. l. alienationes. ff. fa
miliæ erciſcun. l. peto. §. prædium. ff. de legatis. ij.
notatur per gloſ. in. l. Sabinus. ff. communi diui-
dun. Facit quod notatur in. l. vnica. C. de vendi-
tio. rer. fiſ. commu. cum priua. lib. x. l. j. §. & ſi ſint
plures. C. de communi ſer. manumiſ. Et idem no
tat hic Roman. ſed vti ſuprà dictum eſt, intelligi
debet, reſtituto precio. l. ſi fideiuſſor. §. fina. ff. de
lega. j. Et Bald. in dicta. l. ij. C. ex quibus cau. ſer.
79 pro præmio liber. accipi. † Dicit vbi pro conſor
tis delicto domus communis deſtruenda eſt, de-
bet precium domus pro parte ei, qui nõ deliquit,
reſtitui. l. mulier in opus. ff. de captu. & poſtlimi.
reuerſ. ne culpa vnius alij damnum afferat. Alio-
quin vltra portionem delinquentis vaſtari non
deberet, ne vnius alterius delicto grauetur. regu
la, non debet. de reg. iur. in. vj. l. vnica. C. vt nul.
ex vicar. lib. xj. dicta. l. Sabinus. ff. communi diui
dun. l. ſeruus communis ſit omnium. ff. de ſtipul.
ſeruo. l. ſi duo. iuncta glo. ij. ff. de acquirẽ. rerum
domi. Sed pro dicto Bal. bene facit dicta. l. j. §. &
ſi ſint plures. C. de cõmuni ſer. manumiſ. l. ſi cum
vno. ff. ſi ex noxal. cauſa aga. & quod notatur in
l. ſi ſeparatim. §. fina. ff. de appellati. Adde quod
notat Barto. poſt glo. in. l. quemadmodum. C. de
agricol. & cenſi. lib. xj. Idem Bartol. in. l. filiusfa-
miliàs. §. diui. ff. de lega. j.

Et iſte text. in hoc verſic. eſt quidam aſylus ad
omnia dubia, quæ in diſputationibus & in ſcho-
lijs offeruntur. Nam hic Barto. & Bal. inducunt,
Si ſtatutum prohibet forenſes acquirere, ſicuti
prohibebatur in metrocomia, in qua non licebat
cuiquam alienare niſi in habitatorem eiuſdẽ me-
trocomiæ. l. vnica. C. nul. lice. habi. metroco. lib.
xj. dixi in repetitione. l. dudum. C. de contrahen.
emptio. Et aliud ſtatutum concedat domum ex-
pugnanti caſtrum ciuitati inimicum: ſi forẽſis ca-
ſtrum debellauerit propter vltimum ſtatutum ſit
capax, neque ſtatutum interpretationem patie-
tur de habilitate. Addit hic Roma. plura illi ſimi-

lia, pro quibus comprobandis vltra hunc text.
ponderat.l.hoc modo.in ſi. ff.de conditio.& de-
monſtra. Melius in dicta.l.lex Cornelia.§.ſin.ff.
80 de iniur. pro Bald. inducitur. † Si ſtatutum occi-
denti bannitum præmium concedat, & bannitus
alium bannitum occidat: conſequetur occidens
præmium, per hunc text. & addidi ſuprà.l. non
omnes.§.fin.ff.de re milita.Paul. de caſt.idem no
tat in.l.bona fides. ff.depoſiti. Motus dicta.l.ita
vulneratus.§.ſina. ff.ad.l. Aquil. licet ſecundum
eum plerique contrarium affirmarent, dicerentque
ſtatutum illud reſtringẽdum, quum ſit odioſum.
Sed ſecundum eum non eſt odioſum. dixi ſuprà
non repeto. Quibus adde quod cum Paulo de
caſt.in dicta.l.bona fides. Guil.de Cun. Bald. Sa
lic.& alij poſt eos in dicta.l.ſi filiusfamiliàs. ff.de
rebus cred.tenent. Modern.Papien.in.l.de qui-
bus.colum.ix.&.x. ff.de legib. Bald.in.l.j. C.de
preci.impera.offeren. Addit hic Roma.aliam &
communem rationem, vt facilius pro Reipubli-
cæ beneficio inuitentur ad purgandam prouin-
ciam malis hominibus: qui niſi præmio allecti eſ-
ſent, periculo ſe non exponerent. Licet nihil alle
ger, ponderaui ſuprà.l.metum. §.ſed licet. ff. de
his quæ vi metus've cauſa fi.l.iij. ff.de condictio.
ob turpem cauſam. Melius facit.l.j.ff.de his qui-
bus vt indign. auſer.hæredi. dicam in.l.lege.in-
frà eod. Addit hic Roma. Bartol.in.l.ambitioſa.
colum.ij.in ſin.& princi.ſeq.ff.de decre.ab ordi.
81 facien. Dum dicit, † de concilio ciuitatis haben-
tis poteſtatem à communi aliquid ſaciendi, ban-
nitos tamen rebannire non poterit, niſi nomina-
tim poteſtas illi conceſſa ſit, vel ſecundum Bart.
niſi ciuitas multitudine bannitorum grauata ſit,
vt ab eis liberaretur, poterit bannitos rebannire,
vt facilius inuitentur homines ad bannitorum
præhenſionem, ſecundum dictam.l.non omnes.
§.fina.ff.de re mili. Et pro dicto Bart. dicit facere
l.relegati.&.l.diui fratres. ff.de pœn. Sed illæ le-
ges nihil prorſus probant, imò probarent oppo-
ſitum: quia meatum ſeu commeatum dare exuli
non permittunt illæ leges, niſi ſoli principi. ſimi-
liter.l.j.§.ſin.ff.de quæſtio. Neque iuuare poteſt
diſtinctio Roman. quam poſtea tradit pro con-
cord.opin.Barto.in dicta.l.ambitioſa.& Alber.
in tractatu ſtatutorum, in prima parte, & in pri-
mordiali quæſtione, vti dicit, tenentis contra Bar
tol.dum diſtinguit, aut concilium merum habet
& mixtum imperium: & tunc poſſet ex cauſa, vi-
delicet ſi relegatus ſeu bannitus magna ætate de-
82 fectus ſit, per.l.in metallum.ff.de pœnis. † Certe
illa lex duo requirit. Primò quòd in metallum
damnati operi cui addicti erant, inutiles ſint. Et
ſic pœna ad quam ſerui facti ſunt, impleri non
poſsit. Secundò quòd decem annis, & non mi-
nus pœna ſua functi fuerint. ecce non niſi ſecun-
dum poteſtatem à lege conceſſam, vt inquit ille
text.in verſic.ex reſcripto diui Pij &c. Alioquin,
vt dixi, non niſi ex reſcripto principis licet, vt in
dicta.l.diui fratres.&.l.relegati.ff.de pœn. Et be
ne facit.l.ij. C.qui.ad liber.procla.non licet. per
eundem Roma. allega. quoniam illa lex prohi-
bet talibus libertatem concedere. Neque.§.qui
vniuerſas. permittit habentibus merũ & mixtum
imperium facultatem relaxandi à ſe condemna-
tos aut commeatum dandi. ſimiliter facit.l.prohi
bere. §.planè. ff.quod vi aut clàm. quam Roma.
dicit ſe pro Bart. allegare. tamen Bart.in dicta.l.
ambitioſa. prius eam nouit, & eam ab eo habuit.
non, inquit, in facultate procuratoris municipij
eſt Rempublicam concedere, niſi quatenus ex-
preſſe lex municipalis permittit. Et dum Roma.
83 † hic extẽdit accuſationem ad denunciationem,
poſt Ioan. Andræ.in addi. Specula.in titu.de de-
nuncia. quia hoc extra materiã eſt. vide circa ma-
teriam extenſionis, Bart.in dicta.l.omnes popu-
li. in.vj.quæſtione principali. ff.de iuſtitia & iu-
re. hic amplius non aperiam, ne vagari plus æquo
videar. Plus dico non conuenire aſſumptum Ro
ma. quum verum non ſit, tales poteſtates merum
& mixtum habere imperium, vt dicit Bald.in ca-
pitu.primo.in verbo, criminalibus. de pace Con-
ſtan.l.magiſtratibus. ff.de iuriſdi.omnium iudic.
l.defenſores. C.de defenſo.ciuita. l. prima. C. de
magiſtratu municipa. §.& iudicare.in authentic.
de defenſo.ciuita.collatio.iij.

Non pigebit ſic aliquid tractare de duabus
quæſtionibus, quas hic Roma.aperit, licet ab in-
ſtituto alienæ videantur. Prima eſt, ſi alienatio
in forenſes vi ſtatuti prohibetur: an dotis reſtitu-
tionem comprehendat? & in ea ſimpliciter refert
Anto. de Butrio diſtinctionem ſecundum quam
Anto. conſuluit, vti Roma. aſſerit. dixit enim An
84 ton. de Butrio ſecundum Roma. hic, † aut aliter
conſuli poteſt mulieri in bonis mariti, quàm per
eam obligationem. & dicit non eſſe à verbis ſta-
tuti recedendum, iuxta.l.non aliter. ff.de lega.iij.
aut non poteſt indemnitati dotis mulieris conſu-
li: non valebit obligatio propter publicum inter-
eſſe, vt in.l.j.ff.ſoluto matrimo. Pro eo eſt melior
text.in dicta.l.hoc modo. in vltimo reſponſo. ff.
de conditio. & demonſtra.in his verbis, nam ſi ea
eſſet quæ alibi nuptias non facilè poſsit inueni-
re, interpretandum ipſo iure reſcindi quod frau-
dandæ legis gratia eſſet aſſcriptum &c. Et in au-
thenti.res quæ. C.communia de lega. In qua con
ſidera rationem eius ibi, ea enim quæ communi-
ter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibuſ-
dam vtilia ſunt, præponimus. Et prius dixit, res
prohibitas alienari in dotem conuerti poſſe. Et
idem ſentire videtur Cin. in.l.voluntas. C.de fi-
deicommiſ.& Bart.in dicta.l.filiusfamiliàs.§.di-
ui.ff.de leg.j. Bald.in.l.nulla. C.de iure dotium.
Ego autem pro vtraque parte vltra quàm referat
hic Roma. aliquid dicam. In primis videri effica-
cem eſſe contractum ſic factum. argumento eſt.
l.quæſitum.ij. ff. qui & à quib.ma. liber. accipi.
Eo quòd non inducit generalem prohibitionem

l.quum

l.quum ita legatum ſit. ff. de conditio. & demon-
ſtra. Et maxime quum dos marito pro ſuſtinen-
dis oneribus matrimonij ſtatuatur. l. pro oneri-
bus. C. de iure dotium. & ſicuti dicitur in dicta
85 authentic.res quæ. † alienationis verbo non ve-
niet dotis conſtitutio ſeu donatio propter nupti-
as, quia dos mulieris manet. l. quamuis in bonis.
ff. de iure dotium. quam nota pro confirmatione
eorum quæ dixi plenius in.l.j. §.ſi vir. ſuprà eod.
de dominio rei dotalis cuius ſit, accedit in argu-
mentum.l.iiij.§.fina.ff. de pact. dotali. ibi & quid
dicemus ſi tale pactum interuenit vt maritus fru-
ctus in dotem conuertat, & mulier ſe ſuosq́ ale-
ret tueretur q́, & vniuerſa onera ſua expediret,
quare non dicam conuentionem valere: quaſi di-
cat valere. ratio deduci videtur in.§.j. in authen-
ti. de reſtitu. & ea quæ parit in.xj.mēſe.colla.iiij.
Addo text.in.l.mulier.§.quum proponeretur.et
l.à filio.in princi.ff.ad Trebel.vbi hanc quæſtio-
nem plenius Paul.de caſt. & Ioan. de Imola exa-
minant. Et Moder.in dicta authenti. res quæ. C.
communia de leg. Quibus adde quod notat Bar
to.per illum text.in.l.fina.§.ſi à ſocero. ff. quæ in
fraudem credi. Ex aduerſo facit. c. donare quali-
ter olim feud.alie.pote.colla.x. per quod prohi-
betur feudum alienari, ſimiliter & in dotem dari.
Et dicit illhic Bald. dictam authenti. res quæ. in
ſuo caſu tantùm recipiendam eſſe, non autem ex-
tra ſuum caſum. Et ideo ſi alia lege aut pacto con
86 trahentium prohibeatur alienatio: † non poterit
res prohibita alienari, in dotem dari.l.fina. C. de
reb. alienis non alienan. Ita intelligebat Bald. in
dicta. l.nulla. verum eſſe niſi cum iudicis decre-
to fieret.l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tutor.
l.ſi generalis. in fin. ff. de iure doti. Et idem dicit
eſſe de mente gloſ. in dicta.l.nulla. C. de iure do-
tium. Addebat Paul. de caſt. in dicta.l.mulier.§.
quum proponeretur. ff. ad Trebellia. dummodo
bona fide fiat & inſpecta dignitate perſonæ ſpon
ſi.§.quamobrem.in authenti. de reſtitu. et ea quæ
parit in.xj.menſe.colla.iiij.ibi, honeſte. & ſecun-
dum perſonarum qualitatem & merita. Adde.§.
hæc igitur. verſi.ad circumuentionem legis. eod.
titu. l.ſi de dote. l.quæro. &.l.quum poſt. §. ge-
ner. ff. de iure dotium. Et vide alias limitationes
relatas per Alexand.in apoſtil. Barto.in dicta au
thenti.res quæ.

Secundò, ego puto non recte fuiſſe intellectum
§. quamobrem. primum. in authenti. de reſtitu. &
ea quæ parit in.xj.menſe.colla.iiij. Neque proba
re id ad quod allegatur. Et verè cum Iaco. de bel
lo viſ.in dicto.§.quamobrem. dixerim Irnel. au-
torem illius authenti. res quæ. C. communia de le
ga. non recte excerpſiſſe eam ex libro authentico
rum. Et id aſſentire videtur Paul. de caſt. in dicta
l.mulier.§.quum proponeretur.ff.ad Trebel. Et
non video aliquem qui clarius voluerit aperire
Petro de bel.perti.in dicta authent.res quæ. Cæ-
terùm adhuc non puto veritatem dicti. §. quam-
obrem. aperuiſſe. Et Ange. illhic voluit ſic ex eo
præſupponere quòd filia dotem conſtituerit, de-
mum pater eam hæredem inſtituendo grauauit
per fideicommiſſum totam hæreditatem alteri re
ſtituere. ſed nō poteſt hoc eſſe verum: quia. §. mo
riente. illo tit. loquitur de marito grauato res hæ
reditatis à patre in teſtamento ſibi relictas per fi-
deicommiſſum fratri ſuo reſtituere ſi ſine liberis
decederet, qui tamen viuens ſic grauatus vxori
donationem propter nuptias fecerat, marito de-
functo frater eius in vim fideicommiſsi voluit ab
vxore res à marito donatas reuocare, eo quòd a-
lienari erant prohibitæ, ſubiectæque hac ratione
reſtitutioni, iuxta.l.fin. §. ſin autem ſub conditio-
ne. C. communia de lega. l. Marcellus. §. res quæ.
ff. ad Trebel. queſta eſt mulier apud Iuſtinianum
de fratre qui res à fratre mortuo ſine liberis ſibi
donatas propter nuptias repetere pariter & do-
te eam priuare curabat, eo quod diceret maritum
dotem ſeu dotales res inutiliter expēdiſſe vt hoc
pacto indotata remaneret, priuataq́ eſſet tam do
te quâm donatione propter nuptias.
87 In.§.rurſus. recenſetur querela viri † qui poſt
conſtitutam donationem propter nuptias mori-
ens pater eam grauauit omnes res hæreditarias
alijs ſuis filijs reſtituere ſic vt parua pars hæredi-
tatis reſtaret pro dote filiæ, et donatione propter
nuptias. Et ob id contingebant ſibi duo grauami
na. Primum erat periculi amiſſæ dotis. Secūdum
erat donationis propter nuptias à ſe factæ mulie-
ri. Hac ratione Imperator motus legem ſtatuit
qua cauit vt deinceps pater moriens non poſsit
filios reſtitutione grauare, id eſt, filijs per fideicō
miſſum ſubſtituere niſi filijs & filiabus ſuis con-
ſulat, modo per eum ſtatuto in illo.§.quamobrē.
j. qui eſt vt pater legitimam portionem ſuæ hære
ditatis filio relinquat nō ſolum quartam partem
hæreditatis ſuæ quam dicimus quadrantem vel
etiam tertiam quam trientem appellamus, ſed e-
tiam mediam partem hæreditatis, id eſt, ſemiſſem
ſecundum liberorum numerum. Sed quomodo
relinquet pater illam portionem filijs? Reſpon-
det ſecundum Accurſium illhic in verbo, ſuffice-
ret liberam omni grauamine fideicommiſsi. Et
demum ſubiungit Imperator ſecundum Accurſij
ſententiam in verbo, deinde et ex reliqua ſubſtā-
tiæ parte, id eſt, ex ſemiſſe, vel beſſe, vel dodran-
te, quicquid eſt ſupra legitimam portionem filijs
ſuis relictam relinquet, quod neceſſarium eſt ad
oblationem dotis & donationis propter nuptias
dummodo promiſsio dotis & donationis ꝓpter
nuptias nō niſi honeſtè fiat et ſecundū perſonarū
qualitatem & merita, ſi illa legitima portio non
eſt ſufficiens tam filio quàm doti ſeu antenuptias
donationi. Et iſta verba, non ſufficeret legitima
pars. fecerunt in hoc variare Accurſium & do-
ctores, quum Accurſ. illhic quærat in verbo, ſuf-
88 ficeret. † Sed nonne hæc legitima debet eſſe ab
omni grauamine libera, vt in.§. prohibemus. in

authenti. de triente & ſemiſ.collati.iiј. reſpondet
gloſ.& eam etiam habuit filius in illo text.inquit
gloſ. Sed filius poſtmodum ſeipſum grauare vo-
luit dote ſeu donatione antenuptias: quare de
ſua legitima ſatisfacere debet quantum durabit,
& ea impleta ſeu exacta ſi non ſufficiat ad dotem
ſeu donationem propter nuptias, ex bonis patris
ſupplebitur. econtrario dicit in muliere. Et per
hoc dicit Accurſius, eſt caſus in quo filius contra
patris volũtatem ex bonis hæreditariјs percipiet
non ſua cauſa, ſed propter dotis ſeu donationis
propter nuptias priuilegium, dummodo non in
fraudem faciat, ſed honeſtè tamen & ſecundum
perſonarum qualitatẽ promiſerit, inquit ille tex.
Ex hac gloſ. interpretatione inferebat illhic An-
ge. dotem in illo tex. ante promiſſam fuiſſe quàm
grauamen à patre factum eſſet. Et ille intellectus
Accurſ. videtur plurimùm placere illi textui. atta
men Petr. de bel. perti. in dicta authenti. res quæ.
aliter legebat illam authentic. res quæ. & dictum
§. quamobrem. vnde illa authentica, ſumpta eſt.
89 † Pone, inquit, pater filium aut filiam hæredem
inſtituit, & pater rogauit hæreditatem totam ex-
traneo reſtituere: filius qui vxorem ducere deſi-
derabat, & illi donationem propter nuptias face-
re hæſitabat, quia donatione facta ex bonis pater
nis non reſtabat ſibi legitimum bonorum ſubſi-
dium. vel filia quæ nubere cupiebat voluit mari-
to dotem dare, ſed dubitans data dote viro, reli-
qua ſua bona ad bonorum ſubſidium non ſuffice
re, ſi forte contingeret omnia bona fideicommiſ-
ſario reſtituere, ſecundum patris voluntatem: bo
nis igitur hæreditariјs in dotem à filia datis vel
donatione propter nuptias à filio facta ex bonis
reſtitutioni ſubiectis, dubiũ erat an legitimè dos
ſeu donatio propter nuptias conſtituta eſſet. di-
cit recte conſtitui, & in illis duobus caſibus dicit
ex bonis ſubiectis reſtitutioni poſſe detrahi, dum
modo ſit honeſta & ſecundum perſonarum qua-
litatem conſtituta, vt dicitur in dicto. §. quamob-
rem. Iaco. de Butrio addebat & ſic authenticum
& authenticam intelligebat, vt per ipſum probe-
tur duas quartas poſſe detrahi, ſcilicet legitimam
iure naturæ debitam & quartam Trebellianicã.
90 † Primò legitimam iure naturæ debitam, quia fi-
lius in ea non poteſt grauari, vt ſuprà dictum eſt.
l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſta. Et
quum filius hæres à patre inſtitutus grauatus fue
rit totam hæreditatem per fideicommiſſum reſti-
tuere, in eo quod eſt in hæreditate poſt detractã
quartam legitimam detrahet quartam Trebellia-
nicam beneficio Senatuſconſulti Trebelliani, de
qua in. l. j. & per totum penè titulum. ff. ad Tre-
bellia. Et in hoc Canoniſtarum opin. erit confir-
mata ſecundum eum in ca. ſi pater. de teſta. in. vj.
Et melius in ca. Raynutius. & ca. Raynaldus. ex-
tra, de teſta. Et hæc interpretatio Iaco. Butri. vi-
detur aſsiſtentiam veritatis habere in dicto. §.
quamobrem. j. verſicu. excipere etiam hoc ſecun-
dum quod inferius declarabo, Et clarius quàm
adhuc viderim.

Ego verò non puto recte illum tex. intellectũ.
Et, vt mens mea pateat, exiſtimaui tex. illius. §. in-
ſerere prout mea opinio. legi debet. Vt ſi quis
91 † de cætero reſtitutionem fecerit, id eſt, facere vo
luerit ſuarum rerum, primum quidem, inquit ille
tex. ſeruet filio legitimam partem, non quartam.
quod enim emendauimus inopiã eius plurimam
reprehendentes, ſed etiam tertiam modis omni-
bus aut mediam ſecundum filiorum numerum.
Deinde ex reliqua ſubſtantiæ parte ſi non ſuffice
ret legitima pars ad dotis aut antenuptialis dona
tionis oblationem honeſtè & ſecundum perſona
rum qualitatem merita: ego puto deeſſe &, Et ſic
legatur, perſonarum qualitatem & merita. & hic
ſit punctus. deinde ſequitur altus verſic. excipere
etiam hoc ad reſtitutionem ſecundum quod adie
ctum legitimæ parti dotem aut antenuptialem fa
cit donationem. Et ſic ille text. recte probare vi-
deatur Iaco. Butr. interpretationem. In primis in
his verbis, deinde & ex reliqua ſubſtantiæ parte.
Quibus verbis conſtare videtur, legitimam par-
tem filiorum liberam eſſe debere ab omni graua
mine, vti voluit Accurſi. Secundò dum dicitur,
excipere etiam hoc, id eſt, dotis aut antenuptialis
donationis oblationem ad reſtitutionem, id eſt,
de reſtitutione hæreditatis, quæ fieri debet ex vo
luntate patris propter eius fideicõmiſſum, ſecun-
dum quod adiectum legitimæ parti relictæ per
teſtatorẽ filio, quæ eſt aut tertia aut media, ſecun-
dum numerum liberorum facit dotem aut ante-
nuptialem donationem. Et ſic quantum erit dos
aut donatio propter nuptias excipi debebit de
hæreditate quæ reſtitui debet, vt illud exceptum
adiectum legitimæ parti dos ſeu donatio ꝓpter
nuptias conſtitui poſsit: & ſic vtraque detrahatur,
92 videlicet † quarta legitima filiјs debita, quæ ab
omni onere debet eſſe libera, & dos filiæ aut filiј
donatio propter nuptias. Et hanc detractionem
debet pater facere. & ſi pater ſpreta illa conſtitu-
tione non detrahat: tunc lex illa, quæ patris defe-
ctum ſupplet, detrahit: quia filius ex bonis pater-
nis etiam ſubiectis reſtitutioni cum legitima ſibi
debita iure naturæ, quæ per illum text. eſt tertia
vel media bonorum patris, vltra illam detrahet
dotem et donationem propter nuptias ſeu quan-
tum erit dos & donatio propter nuptias. & iſta
eſt vera mens illius. §. Et ob id Ange. in. l. fina. C.
de dot. promiſ. arguit Barto. in dicta authent. res
quæ. per rationem dictæ. l. fin. C. de dot. promiſ.
in eo quod Bart. dixit ſecundum eum in dicta au
thenti. res quæ. dotem in locum alimentorum ſuc
cedere. quod falſum eſt ſecundum eum: quum fi-
lio diuiti alimenta non debeantur. l. ſi quis à libe
ris. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſcen. Sed poſ-
ſet hæc impugnatio euitari. clarum eſt enim, legi-
timam propriæ alimentorum contemplatione or
dinatam eſſe filiјs. §. non licebit. in authentica, de
triente &

triente & ſemiſſe. collatio. iij. ibi, ſi vult filiorum
non repentè fame morientium, ſed viuere valen-
93 tium, vocari pater. † & tamen quantumcunque
filius aliunde diues ſit, non excuſabitur pater, ſi
filijs ad minus legitimam non reliquerit titulo
inſtitutionis. §. primum itaque. in authent. de hæ-
redi. & falci. collatio. j. §. aliud quoque. in authen
ti. vt quum de appella. cogno. collatio. viij. Ple-
nius dixi in repetitio. authenti. ex cauſa. C. de li-
ber. præteri. l. filio præterito. ff. de iniuſto rup. &
irrito teſtamen. Et hæc ratio ſola eſt, vt filius ho-
noretur à patre ex bonis paternis, dicto. §. aliud
quoque. Et ratio ponitur in. §. cæterùm. in dicto
authent. vt quum de appellatio. cognoſcitur. col
latione. ix. Conſiderare nanque debent parentes
quia & ipſi filij fuerunt, & eadem à ſuis parenti-
bus ſperauerunt. & text. in dicto. §. aliud quoq;.
vult ſi pater iure inſtitutionis non relinquit legi-
timam filio, nullum eſſe teſtamentum, niſi iuſtè
& cum cauſa legitima illhic expreſſa exhæreda-
tus aut præteritus fuerit, per illum text. notatur
in. l. Gallus. in princip. & l. inter cætera. ff. de li-
beris & poſthumis.
94 Sic ego idem † de dote dico, quæ cauſa alimen
torum relicta videtur, vt in. l. vbi autem. in fine.
C. de iure dotium. §. penulti. in authent. vt immo-
bi. antenuptia. donatio. collatio. v. l. ſi quum do-
tem. §. ſinautem in ſæuiſsimo. ff. ſoluto matrimo.
Et tamen pater etiam filiæ non egenti debet do-
tem conſtituere, dicta. l. fina. C. de dot. promiſſa.
ibi, neque enim leges incognitæ ſunt, quibus cau
tum eſt omnino paternum eſſe officium dotem
vel antenuptias donationem pro ſua dare proge
nie. nota dictionem, omnino. quia abſque diffini
tione dare debet. Nam etiam ſi filia aliunde ha-
beat bona: pater tamen non excuſatur à conſtitu-
tione dotis. & ſi expreſſe non declaret pater de
quibus bonis dotem conſtituat: de ſuis, non au-
tem de bonis filiæ intelligendum eſt conſtituiſſe,
dicta. l. fina. C. de dot. promiſ. Imò ille text. in. §.
ſi. vult. etiam ſi pater partim dicat ex bonis filiæ,
partim ex ſuis dotem filiæ dediſſe, aut donatio-
nem propter nuptias filio feciſſe, ſi pater idoneus
eſt facultatibus, vt ſufficiant patri & filiæ: magis
ex proprijs quàm ex bonis maternis filij aut filiæ
dediſſe præſumit lex, imò dare debet, quoniam
mulieris pudicitiæ & patris voto congruit, vt
inquit. l. mulier. §. quum proponeretur. ff. ad Se-
natuſconſul. Trebellia. vnde nihil argumentum
Angel. concludere videtur in Barto. quare circa
dictum Angel. non multùm inſiſto. Ego igitur
exiſtimo dictum. §. quamobrem. non ſic debere
omnino intelligi, ſicuti Accurſ. legit. Nam totus
ille text. verba dirigit in patrem teſtatorem. Pri-
mò dum dicitur in eodem. §. vt ſi quis de cætero
reſtitutionem fecerit ſuarum rerum, id eſt, ſecun-
dum Accurſium, & rectè fieri iuſſerit. Secundò
dum dicitur, primum quidem ſeruet filio legi-
timam. Tertiò dum dicit, deinde & ex reliqua
ſubſtantiæ parte ſi non ſufficeret legitima ad do-
tis oblationem. excipere etiam hoc ad reſtitutio-
nem ſecundum quod adiectum legitimæ parti
dotem aut antenuptialem facit donationem:
95 † Ecce quomodo vult ille textus filium non ex-
cipere, ſed patrem ipſum teneri in teſtamento
ſuo ex bonis ſuis excipere vltra legitimam filijs
relictam quantum ſufficere poſsit pro dote aut
donatione honeſtè conſtituenda ſecundum per-
ſonarum qualitatem & merita. Ex illo textu vi-
detur probari clarè in his verbis, ſi non ſuffice-
ret legitima pars. Item in his verbis, ſecundum
quod adiectum legitimæ parti non eſſe dotem
ex bonis ſubiectis reſtitutioni aut donationem
propter nuptias conſtituendam, niſi quatenus
legitima filijs relicta & ea non diminuta ad do-
tem aut donationem propter nuptias ſufficere
poſsit. aliàs ex adiecto, id eſt, ex bonis reſtitu-
tioni ſubiectis ſupplere debebit, ſi ad vtrumque
ſufficere iure poteſt. Ex illo textu, duo videntur
probari, ſecundum vnam interpretationem. Pri-
mò legitimam poſſe à patre grauari, ſi cum libe-
ris decedat filius aut filia, adeo quòd legitima in
dotem aut donationem propter nuptias conuer-
ti debebit, ſi ad vtrumque ſufficere non poteſt.
Sed vbi ſecũdum perſonarum qualitatem & me-
rita ſufficiet, tunc ſupplebitur ex bonis ſubie-
ctis reſtitutioni. Et hoc ideo, quia pater in cul-
pa fuit non relinquendo partem ſufficiẽtem pro
legitima ſimul & pro dote filiæ vel pro donatio-
ne propter nuptias. Et hac ratione ille textus, ad
quartam aut tertiam ſe non coarctat, ſed medi-
am bonorum deberi filijs dicit ſecundum filio-
rum numerum. Secundò probari non poſſe
pro conſtituenda dote plus excipi quàm ſupple-
mentum dotis, vbi legitima pars filijs relicta non
ſufficit ad dotem aut donationem propter nu-
ptias. Et hæc Iuſtiniani conſideratio nonnihil ra-
96 tionis habet, videlicet † vt voluntas teſtatoris
ſeruetur quantum fieri poteſt, præſertim quan-
do reſtitutio alijs filijs facienda eſt hæreditatis,
ſicuti Iuſtinianus meminit in dicto. §. morienie.
Non ſi alijs, vt dicit illhic Iaco. de bello viſ. quod
non aperit ille text. Et illum tex. ſecundum hanc
Iacobi interpretationem puto plurimùm iuuare
conſuetudinem Normaniæ, qua facultas filijs da
tur ſtatuẽdi dotem filiabus ex bonis paternis aut
aliàs quomodocunq; dummodo pari nubant. Et
item alia Caletenſi conſuetudine qua primogeni
ti ſoli hæredes patri ſunt, ſic tamen vt ſecundoge-
nitos toto ſuæ vitæ tempore alant ſi vnà cum fra-
tre morari velint. Ex illo textu ſic elicio. nam
in illo text. fideicommiſſum vniuerſale non in-
firmabitur, ſi ex legitima filio relicta poteſt dos
filiæ aut filio donatio propter nuptias conſti-
tui, & ſic reliqua hæreditatis bona libera erunt
ſic vti primogenitus, vniuerſam hæreditatem

habet cum onere alendi ſecundogenitos, intelli-
gi deberet, niſi aliũde quàm ex bonis paternis fi-
lia dotem ſufficientem habuerit, vel ſecundogeni
ti ali poſsint aut aliàs hæredes patris ſint in alijs
bonis quibus ali poſſunt aut filiæ dotari. Quo ca
ſu non debet grauari primogenitus onere alen-
di fratres. Et idem ſenatuſconſulto Rothomagi
ſemel iudicatum eſt.

Si tamẽ adhæreamus Accur. illhic in verbo, ſuf-
ficeret. vt dicamus legitimam ſine onere deberi
filio, per illum tex. quod mihi ille text. recte pro-
bat & vltra quàm dictum ſit ille text. eſt pluri-
97 mum ſingularis ad duo. † Primò quod pater qui
non poteſt grauare filium in legitima, non poteſt
per fideicommiſſum reliquũ hæreditatis iubere
reſtitui, niſi ſimul & filiæ vltra legitimam quæ iu
re naturæ filio debetur, vt dixi. l. maximũ vitium.
C. de libe. præteri. vel exhæreda. & dicto. §. aliud
quoq. in authen. vt quum de appella. cognoſca.
relinquat filiæ dotem, ſimiliter & filio donatio-
nem propter nuptias, Et vt dixi, ille text. hoc re-
cte probat in his verbis, primum quidem ſeruet
filio legitimam partem non quartam, ſed tertiam
aut mediam ſecundum filiorum numerum, dein-
de ex reliqua ſubſtantiæ parte ſi non ſuffecerit le
gitima pars ad dotis aut antenuptialis donatio-
nis oblationem honeſtè ſecundum qualitatem
& merita. Et mox ſubiungit, excipere etiam hoc
ad reſtitutionem, id eſt, à bonis quæ reſtitutio-
ni ſubiecta ſunt, ſecundum quod adiectum legiti
mæ parti, ſcilicet debitæ iure naturæ q̃ eſt triens
vel ſemis, dotem aut antenuptialẽ facit donatio-
nem: ſimiliter ſi filius vult vxori donationẽ pro-
pter nuptias facere. Et ſi pater non reliquerit par
tem legitimam quæ filio aut filiæ ſufficiat tam ad
alimenta, id eſt, quantum quàm ad dotem conſti
tuendam, quoniam debuit hoc pater cogitare fa-
ciendo teſtamentum quum filiæ dotem debeat et
filio donationem propter nuptias, per illum tex.
& l. fina. C. de dot. promiſ. ex bonis hæreditarijs
ſubiectis reſtitutioni ſuppleri debebit ſed quõ
honeſte, inquit ille text. & ſine fraude fiat ſecun-
dum perſonarum qualitatem & merita tam viri
quã vxoris, cui dos aut donatio propter nuptias
fieri debet, & ita in his terminis intelligi debet. l.
à filia. in princi. & l. mulier. §. quum proponere-
tur. ff. ad Trebel. Et iſto modo facit ille tex. dicti
§. quamobrem. ad. l. fi. §. ſin autem ſub conditio-
ne. C. cõmunia de lega. non ſic vt Irne. voluit in
dicta authen. res quæ. Et ideo cum Iaco. de bel.
viſ. & Paul. de caſtr. in locis prædictis conuenio,
non recte Irnelium intellexiſſe dictum. §. quam-
obrem. ex quo dictam authen. res quæ traxit. Se-
cundum quod elici poteſt ex eo text. ſecundum
98 verum intellectum eſt, † patrem teneri ſic legiti-
mam filijs relinquere, vt propter dotem aut do-
nationem propter nuptias diminui non poſsit.
Alioquin quantum minus erit in legitima, ſup-
plebitur ex paternis bonis etiam ſubiectis reſtitu
tioni per fideicommiſſum. Et ille tex. eſt ſingula-
ris & plurimum addens ad authenti. ex cauſa. C.
de liber. præter. & dictum. §. aliud quoq. in au-
then. vt quum de appell. cogn. & ſic in dotis ſeu
donationis propter nuptias conſtitutione non
debet conſiderari ſi aliunde filius habeat bona
etiam à patre, niſi ea quæ à patre habet ad dotem
ſeu donationem propter nuptias ſufficiant & ad
filiorum alimoniam. Quæſo ſigna illum text. cu-
ius puto verum eſſe intellectum quem recenſui,
neq antea cogitatum ſicuti exiſtimo. Quare ex
prædictis plus æquo conſtare videtur recte pro-
bare vbi alienatio prohibita eſt tamen dotis con
ſtitutio prohibita ſit, argumento eſt. l. prima. C.
de fundo dotali. l. ſi fundum. ff. eodem. de fundo
dotali. ſic inducas, pater grauans filium per fidei-
commiſſum hæreditatẽ reſtituere alienationẽ fi-
lio prohibet, & tamen ſi pater ſufficiens patro-
num filio non relinquat quãtum pro legitima &
pro dote & donatione ꝑpter nuptias filius quod
neglexit pater ſupplebit, quoniam ex bonis per
fideicommiſſum relictis dotem & donationem
propter nuptias excipiet, honeſte tamen ſecun-
dum perſonarum qualitatẽ & merita: ſed hoc cul
pa patris contingit, quia ſecundum illum tex. de-
buit pater à ſeipſo hoc facere & non ita heredita
tem grauare quin cum legitima filijs debita do-
tem aut donationem propter nuptias non relin-
queret cum vt ſuprà dictum eſt, quoniam mulie-
res pudicitiæ & patris voto congrueret dicta. l.
mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Senatuſcõſul.
Trebel. Neq iſto pacto obſtare poterit dicta au
then. res quæ. C. communia de lega. quæ malè ab
Irnelio collecta eſt, quia quod, in dicto. §. quam-
obrem. in authen. de reſtit. & ea quæ parit in vn-
99 decimo menſe. collatio. quarta. dicitur † poſſe
dotem & donationem propter nuptias ex bonis
reſtitutioni ſubiectis excipi, ſi legitima filijs reli-
cta non eſt ad dotem & donationem propter nu
ptias ſufficiens. ex patris culpa hoc contingit,
quum per illum tex. teneatur talem ſeu tantam le
gitimam partem filijs dare, vt ad vtrumque ſuffi-
ciat. Et ſi ſic non fecerit, autoritate & prouiſio-
ne legis filij excipiant: quæ prouiſio loco pro-
uiſionis hominis ſuccedit. argumẽto eſt. l. omni-
modo. C. de inofficioſo teſtamento. l. ſi ob cau-
ſam. C. de euictio. l. prima. C. ſi man. ita fuer. alie-
na. ne proſtitua. Reliqua circa quæſtionem vi-
de in locis ſuprà relatis. amplius hic non di-
ſcutiam.

Secunda quæſtio quæ hic per Roma. tracta-
tur prioris eſt conſecutiua, ideo breui eam expe-
diam: An ſtatutum prohibens omnem obligatio
nem ſeu hypothecam expreſſam & tacitam, pro-
hibeat etiam dotis conſtitutionẽ: diſtinguit vt in
priore quæſtione recenſuimus poſt Anth. de Bu
100 trio in quodam ſuo cõſilio. † Aut enim aliter ex
bonis

bonis mariti indemnitati mulieris ſatis fieri poteſt: & tunc valebit obligatio ſaltem tacita: & id ratione publicæ vtilitatis, vt in. l. j. ff. ſoluto matrimonio. aliàs non. ſed non mendices text. ſed habeas ad id expreſſum in. §. ſancimus. in auten. de reſti. & ea quæ parit in vndecimo mēſe colla. iiij. In quo text. redditur ratio per Roma. memorata in verſi. ea enim quæ cōmuniter. dum modo non per inſidias fiat tollendæ legis gratia, vt inquit. §. hæc igitur. in cod. titu. de reſti. & ea quæ parit in vndecimo mēſe. Et pro prima ratione diſtinctionis bene conuenit dicta. l. mulier. §. quum proponeretur. & l. à filia. ff. ad ſenatuſcon. trebelli. glo. fin. hic dicit vnum quod plures mouet, videlicet vtilitatem reipublicæ eum effectū operari, vt ſua conſideratione à pacto recedatur quam Roma: hic inducit, vt licet minor ſine conſenſu parētum inutiliter contrahat propter ſtatutum hoc prohibens: non tamen ſi cum Republica contrahat: quia lex aliquando reſtrictionem & aliquando extenſionem patitur. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de muneri. & honori. & Bar. notat in. l. omnes populi. in ſexta quæſtione principali. ff. de iuſti. & iure. ſecundò quia nō videtur Reſpublica priuilegium minori contra ſe dare. l. ſi peculium. §. ſicut. ff. de pecu. leg. Adde tamen facere. §. de his: qui ſequitur infrà noſtra lege: quia in concedentem

101 priuilegiū non debet poſſe retorqueri † Secundò non eſſe veriſimile rempublicam ius ſuum velle lædere aut negligere, vt in. c. licet. extra de ſupplen. negli. prælato. quæ aliorum iura tuetur. l. meminerint. C. vnde vi. Ego autem dubitarem plurimùm, quia lex æquè conditores ligat ſicuti & ſubditos, ſecundum Bald. in. c. vnico, de allod. colla. x. & columna quinta verſicu. item. An quis ratiōe iuriſdictionis ſit maior ſeipſo. & Fel. in. c. canonum ſtatuta. viij. columna verſi. amplia quarto extra de conſti. de quo in. l. prima per illum tex. ff. quod quiſque iuris. capitu. primo. prima diſtinctio. l. prima. ff. de aucto. tuto. Et quod Petr. & Cyn. notant in authenti. quibuſcunque C. de ſacroſanctis eccleſijs. vide Bald. in. l. digna vox. C. de legib. Nec obſtat quod dicitur hic de Reſpublicæ vtilitate: intellige dūmodo non vergat in tertij diſpendium: hic enim quamuis libertas detur: æſtimatio ſerui domino conceditur. l. prima & ſecunda. C. pro quib. cauſ. ſer. pro præ.

102 liber. accipi. l. lege. infrà eodem titulo. † Et precium ſeu æſtimatio loco rei eſt. l. Labeo. ff. de verborum ſignifica. dicam in. §. ſequen.

SVMMARIVM.

1 Serui neſcientes ſe libertate in teſtamento donatos, ſi in dominum delinquant perinde plectendi ſunt atque ſi adhuc ſerui exiſterent.

Quæſtiones ab eodem fonte procedentes iiſdem ſolutione & ratione abſolui debent.

2 Offendens mortuum punitur, etiam ſi actum faciat in beneficium fiſci aut Reipublicæ.

3 Seruus teſtatore viuente manumiſſus quare torqueri poſſit.

4 Beneficium non debet retorqueri in perniciem conferentis.

5 Conſtituti in dignitate cæteris debent præſtare.

6 Accuſare poteſt quilibet magiſtratum qui in Rempublicam aut principem deliquit.

7 Decurio torqueri non poterit, etiam depoſito decurionatu.

8 Vaſalius domino, cui feudum renuntiauit, ſeruire non tenetur.

9 Decuriones poſt depoſitum officium eadem retinent priuilegia quibus gaudebant dum officio fungerentur.

10 Dignitates remanent etiam ſtatu mutato.

11 Decurio nomine cenſetur eſſe, qui decurionatus omnia retinet priuilegia.

12 Donatio cauſa mortis vltimæ voluntati per omnia æquiparatur, ſicut & legatis connumerari poteſt.

13 Manumittens ex fideicommiſſo non in omnibus iura patronatus conſequitur.

14 Repreſaliæ in ciues conceſſæ non extenduntur ad eos qui recenter incolatum ſuſceperint.

15 Perinde, hæc dictio, omnimodam importat ſimilitudinem. & nume 16.

17 Remiſsio criminis per dominum facta ſeruo, non tollit vindictam publicam.

18 Contrarietatis vitandæ gratia dictio, perinde, non ſemper eſt commodæ ſimilitudinis expreſsiua.

19 Liberta ſuſpecta vel particeps necis domini, non poteſt per remiſsionem domini à pœna excuſari.

20 Dominus qualiter ſeruum, qui ſibi auxilio non fuit, excuſare poſsit.

21 Teſtator moriens ſi ſeruos ſuos manumittat, præſumitur, eos necis ſuæ fuiſſe participes ignorare.

22 Dilatio ſeu procraſtinatio aditionis hæreditatis ob nō conuictam defuncti necem, non impedit libertatis ad ſuos tranſmiſsionem.

23 Argumentum de ſeruo ad liberum eſt inualidum.

24 Conſiliarius ſe abſentans licentia non impetrata à curia, reprehenſibilis eſt.

25 Bannitus pro crimine læſæ maieſtatis non comprehenditur remiſsione generali, ſicut nec ſeruus, qui dominum offendit, libertatem conſequetur.

26 Statuta extra ſuos terminos trahi non debent.

§. De his.

BENEFICIVM IN concedentis odium retorqueri non debet, isq́ grauiore pœna multandus eſt, qui cum pleniorem à domino gratiam acceperat, in eum aliquid molitus eſt. hoc dicit.

Duos caſus hic text. recenſet, quos tamen Iureconſultus vnica ratione concludit. Primus eſt in capite. §. de ſeruis in teſtamento manumiſsis,
1 qui ſciebant ſe manumiſſos eſſe. † Secundus eſt in verſiculo, de his. ij. de ſeruis libertate donatis ignorantibus ſe liberos factos eſſe in teſtamento, qui vt pœnam euitarent, aufugerunt: quos vult puniri perinde ac ſi ſerui eſſent. Et ratio vtriuſque eſt in verſic. nam eſt æquiſsimum. quæ ſecundum Roma. hic moraiis & allegabilis eſt.

Ex hoc tex. infero aliud dictum ab aliquo non commemoratum. Vbi plures quæſtiones proponuntur ex eodem ſonte procedentes, debent vnica ſolutione & ratione abſolui, vt inquit gloſ. in ſumma. xxj. diſtinctio. Et hic text. eſt clarus: quia duas illas quæſtiones quum in idem incident Iureconſultus vnica ratione abſoluit.

Primum dictum caſus ſummarij colligitur ex ratione huius. §. in his verbis, nam eſt æquiſsimum dominorum vltioni non obſtare indulgentiam ipſorum.

Secundum dictum probatur in ſecunda parte, in his verbis, quam quiſque pleniorem eſſet expertus, eo grauiorem ſceleris ſui pœnam merebitur. & glo. fin. addit. l. præsbyteri. C. de epiſco. & cler. & alias leges, de quibus in ea.

Et primum dictum ego declaro maximè procedere, quando ignoranter conceſſum eſt non merenti illud obtinere. l. vtilitatem. ff. de confir. tutor. in his verbis, Si non fuit ignarus eorũ quæ de tutore comperta habet. & l. in confirmando. eod. titu. in his verbis, vel morum antecelata vel ignorata emerſerit improbitas. Et propter quam veriſimile eſt teſtatorem ſi ſciuiſſet quod conceſſerat reuocaſſet. l. ſi inimicitiæ. ff. de his quibus vt indign. l tertia. §. fina. ff. de adimen. lega. l. teſtamento Centurio. ff. de manumiſ. teſtamẽ. de quo dic vt per Bartol. in. l. prima. in vltima quæſtione. ff. de his quibus vt indign. Et eam diffinit ar-
2 gumento illius textus. † punientis eum qui mortuum offendit, licet actum faciat in fiſci aut Reipublicæ beneficium. Adde text. & illhic Bald. in capitu. primo. de pace Conſtan. in his verbis, ad indignationẽ. Sic eſt in caſu huius. §. quia quum veriſimile ſit teſtatorem non voluiſſe donare ſeruos ſuos libertate ſi eos intellexiſſet ſuæ mortis reos aut conſcios ſeu participes eſſe: hac ratione lex vult eos de morte domini cum quæſtione inquiri, torqueri & puniri, perinde ac ſi ſerui eſſent, ſeu libertas in teſtamento defuncti relicta non eſſet. Et id expreſſe dico ſi rei aut participes domini inuenti ſint, & non aliàs. l. prima. §. ſerui. ſuprà eodem. Illhic copioſius dictum eſt. Et Roman. hic in caſu ſummario dum in eo dicit eos ſupplicio afficiendos ſecundum quod delicti magnitudo poſtulabit, non tamen feſtinandum eſſe ad eorum quæſtionem ſi domini occiſores aliter inueniri poſſunt, dicta. l. prima. §. ſerui. & l. ſi exhæredatus. in fine. infrà eodem. Et hoc ſentit hic gloſſ. in verbo, ſupplicium. Et Barto. hunc text. de ſeruis intelligit, qui ſub conditione manumiſsi ſunt, vel qui aufugerunt, vt in dicta. l. j. §. ſerui. ſuprà eodẽ. Sed non placet mihi hæc reſtrictio: imò huic literæ omnino aduerſatur. dum dicitur de his quoque ſeruis qui teſtamento manumiſsi ſunt. Similiter in verſicu. ſequen. in his verbis, poſteaq; aperto teſtamento liberi ſcripti inuenirentur. Et dico hunc text. addere ad dictam. l. primam. §. ſerui. quæ de ſeruis loquitur, quibus ſub conditione vel per fideicommiſſum libertas relicta eſt vel ſtatuliberi erunt. hic autem text. addit vt non ſolum ſerui quibus ſub conditione vel in diem vel per ſideicommiſſum libertas relicta eſt, ſed etiam quibus purè relicta eſt li-
3 bertas. † Idem dicitur & fortius de ſeruo viuo teſtatore manumiſſo, qui torqueri poteſt, in dicta. l. ſi exhæredatus. §. final. infrà eodem. Ego vtique confirmo quod ſuprà dixi, non debere iudicem feſtinare quæſtionem in eos: fortiori ratione ſi in ſtatuliberis non debet facilè iudex ad quæſtionem procedere, dicto. §. ſerui. & illhic copioſè dictum eſt: quanto magis vbi purè liberi in teſtamento ſiunt, vel à viuo teſtatore manumiſsi ſunt, vt dicetur in dicta. l. ſi exhæredatus. in fine. imò plus iſte text. in prima parte eius loquitur de ſeruis in teſtamento manumiſſis, quo inſtanti liberi facti ſunt, eo quòd non comperimus per verba huius text. dilatam eſſe in tempus vel ſub conditione libertatem. l. libertas. §. hæc ſcriptura. ff. de manumiſſ. teſtamen. l. ſecunda. & l. mater. C. de operis liberto. Et iſtud eſt quod dubium in hoc textu faciebat, quia liberi homines faciliter torqueri non debent, niſi præcedentibus & vrgentibus indicijs. l. ex libero. ff. de quæſtionib. Et dictum eſt in dicta. l. prima. §. ſerui. ſuprà eodem. ſed tollitur hic per rationem huius textus.
4 † quia durum eſſet & iniquum, teſtatoris benefactum in perniciem eius retorqueri. Quum quanto quis beneficium accepit, tanto magis grauiore & duriore pœna plecti debet, vt hic & l. vnica. C. de conducto. domus Auguſt. libro vndecimo. Et ideo ait, perinde atque de ſeruis ſupplicium ſumendum eſt ratione ingratitudinis. l. Caius. infrà eodem. l. ſecunda. C. de liberis & eorum libert. l. ſina. C. de reuocand. donatio. capitu. porrò. quæ fuit prima cauſa benefici. amittend. collatio. x. Et idem in legibus allegatis in gloſſ. fina. comprobatur. ſimiliter in dicta. l. vnica. C. de conducto. & procurat. domus Auguſt. libro vndecimo. Grauior, inquit, pœna conſtituenda eſt in hos qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire mandata. hic alleg. per Bal. l. tertia. C. de epiſcopa. audient. l. aut facta. §. perſona. & l. quædam. ff. de pœnis. Et hac ratione filij, ſerui, & alij domeſtici, per illum textum. ſi in patrem vel dominum peccauerunt,

grauius

grauius alijs extraneis plecti ſolent, vt in toto ti-
tu. præſertim in.l.pœna parricidij. ff. ad.l.Pom-
peiam de parricí. Et hæc eſt ratio huius Senatuſ-
conſulti in.l.prima. in princip.ſuprà eo.illhic di-
ctum eſt. Conuenit. l.reſpiciendum. §.furta do-
meſtica. ff.de pœn.concord.huic text.l.ij.ff.de re
milita.ibi,& augetur vt in cæteris delictis digni-
tate,gradu ſpecieq́ militiæ.§.ſic igitur. verſus fi-
nem. ibi, ſed maximi quidem iudices. & in ple-
riſque alijs.§. illius titu. in authenti.vt iudic.ſine
quoquo ſuffrag.collatio.ij.Et ratio eſt in.l.ſi co-
hartalis. C.de cohartali. lib.xij. ibi,vt omnis ho-
nor atque militia contagione huiuſmodi ſegrege-
5 tur. † Et ideo præſtare debent cæteris vt lux eo-
rum coram hominibus luceat, Matthæi.v.capit.
§.eos. in authentic.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.
collatio.ij. ibi, per alios autem delinquant atque
furentur:hoc quod magis turpius eſt,vt & parti-
cipes in iuſtitiam ſumant.& in fin. §.nec quemad
modum dedit congreget, nec vnde colligat au-
rum: ſed vt hoc ſolum habeat ſtudium deo no-
biſq́ ſemetipſum commendare et gloria frui op-
tima, & recompenſationem ſperare præcipuam,
non vt in meliore fortuna poſiti, aut ea ſcelera
quæ prius commiſiſſe doceantur occultent, aut
alia deinceps poſsint impunè committere. l. ad
ſplendidioris. C.de diuerſ.offic. lib.xij.l.prima.
C.ad.l.Iuliam repetun. Et ratio ex.§. nos igitur.
in authenti.de defenſo.ciuita. colla.iij.colligi po
teſt.ibi, quãto enim quilibet præeſt melioribus,
tanto maior ipſe & honeſtior ſit. Et nolo præter-
mittere vnum,cuius Luc.de penn.meminit in di-
cta.l.vnica. C.de conduc.& procura.domus au-
guſt.libro.xij. Quod eſt Caſsiodo.libro.x.varia
rum epiſtolarum.v. Quicunque, inquit, ad do-
mum noſtram noſcitur pertinere,nullis præſum-
ptionibus inſoleſcat: quia ſolus ille dicendus eſt
meus qui legibus potuerit eſſe tranquillus, auge
re famam noſtram per patientiam noſtram. Et ſi
quis habuerit forte negocium, ad communia iu-
ra deſcenditur, fora vos tueantur. Non iniqua
præſumptione à domeſticis inchoare volumus di
ſciplinam vt reliquos pudeat errare quando no-
ſtris conſtat excedendi licentiam non præbere.
Et ob id Iureconſultus Vlpianus.ait in.l.prætor
edixit. §.præterea. ff.de iniurijs. Nec enim forte
prætor debet heri ſeruum hodie libertum con-
querentem quòd dominus ei conuicium dixerit
vel quòd leuiter pulſauerit vel emendauerit. Et
ratio eſt memoria dominicæ poteſtatis quæ om-
nino abſoluta non eſt.l.vnius.§.ſeruo. ff.de quæ
ſtioni.l.ſeruos. C.de quæſtioni. l. apud Celſum.
6 §.aduerſus. ff.de exceptio.doli. † Et ideo in ma-
giſtratus qui contra principem aut Rempubli-
cam delinquunt immemores ſui cinguli quoſ-
cunque admittit lex accuſatores ſeu denunciato-
res abſque metu calumniæ, in.§.fina.in fin.in au-
thenti. de non alienan.aut permutan.reb.eccleſ.
collatio.prima.&.l.prima.in princip.iuncta glo.
interpretatione.in verbo,immunitatem.in prima
interpretatione. C.de falſa moneta.quamuis eam
non approbaui,vt aliquando dixi.vnde Ludoui.
Roman. hic inſert, ſi ſtatuto ciuitatis grauiſsima
pœna plectendi ſunt qui Antianos ſeu Reipubli
cæ defenſores offendunt,plecti etiam debent. hi
qui Antianos ab officio depoſitos non notæ cau
ſa,ſed poſt lapſum annum aut biennium quo offi
cio inſeruierunt,vt in.§.primo. in authent.de de-
fenſor.ciuita.collati.iij.offenderunt. Et id in me-
moriam priſtinæ dignitatis. Et refert Alber. in
tractatu ſtatutorum, ſic deciſum fuiſſe per. l.or-
do.ff.de public.iudi.quæ quum nihil probet, al-
leg.Roman. Et melius.l.fina.ff.de decurioni.Si-
7 cuti enim, inquit ille text. † decurio quandiu of-
ficium agit, torqueri non poteſt: vnde etiam ſi
deſierit, torqueri non poterit, & id in memori-
am prioris dignitatis. l.penulti. C.de quæſtioni.
Tamen idem Roman. dubitat eo quòd qualitas
adiecta verbo,ſecundum tempus verbi interpre-
tanda ſit. l. in delictis. §. ſi detracta. ff.de noxal.
actio.l.Titius.ff.de teſtamen.milita. vnde quum
lex de decurione in ſpecie loquatur, in remoto
ab officio extendi non debet. Pro eo ego addo
duos text. Primò.l.ex eo. §.fina. C.de agenti. in
reb. libro.xij. ibi, vt tamen poſt depoſitum offi-
cium memoratum ſiue inter centenarios nume-
rentur, communi tamen lege reſpondere non
ambigant. Secundò. l.ſi quis in ſenatorio. ff. de
ritu nuptia. ibi, ſi amiſerit dignitatem vxor eſſe
incipiat. Et ob id dicit non obſtare dictas leges:
quia in ſpecie ſimile priuilegium remoto conce-
dunt quadam ſingulari ratione: non autem ſta-
tutum quod nominatim de decurione officium
agente loqui videatur. Et ad id trahit in argu-
mentum. ca.vnicum. de vaſal.qui contra conſti-
8 tu. Lothar.feud.alien.collatio.x. † vbi vaſallus
poſt refutationem feudi ad ſeruiendum domino
non tenetur: Sed nec dominum offendere pote-
rit,quem ſi offendat, punietur per illum textum,
æquè ac ſi dominum offendiſſet. Idem text.in.l.
fruſtra. C.de ſenten.paſ.

Miror vtique quomodo Roma. text.dicti ca.
vnici. de vaſal.qui contra conſtitu.Lothar.feud.
alie.recte non conſiderauit, in hoc quod ille tex.
prohibet vaſallo dominum, quem reſutauit, of-
fendere, aliàs puniatur perinde ac ſi dominum
offendiſſet. licet dicat Roman.non puniri vaſal-
lum qui olim dominum offendit.Sed illhic gloſ.
contrarium recte colligit ab omnibus approba-
ta. Quænam,inquit,alia poteſt huius dicti eſſe ra
tio, niſi quod prohibitio offendendi dominum
in memoriam eſt priſtinæ fidelitatis, qua domi-
no ante feudi refutationem obligatus erat. Et ille
text. ſufficeret ad impugnanda dicta per Roma.
hic,& vt dixi gloſſ.illhic recte conſiderauit. Sed
vltra illum text. addo.l. milites. C.de quæſtioni.
in his verbis, etiam ſi non emeritis ſtipendijs vi-
deantur eſſe dimiſſi. Addo.l.primam. C.de ſilen-

9 tia.libro duodecimo. † vbi poſt depoſitum offi-
cium decuriones eadem priuilegia, eoſdem've
honores retinent, quos agentes officium ſeu di-
gnitatem obtinebant. Retinent enim dignitatis
nomen, licet adminiſtrationem non habeant. l.
proximos. C.de proxi.ſacro.ſcrin. libro.xij. ibi,
completo tempore ſuæ militiæ comitiuæ ſacri no
ſtri conſiſtorij cingulo in diem vitæ potiri manē-
tibus, videlicet iamdudum præſtitis ſaluis priui-
legijs proprijs decernimus.quæ eadem transſcri-
bitur in.l.principes. C.de princi.agenti.in rebus
eo.lib.l.de cubiculis. C.de priuileg.eor.qui in ſa
cro pala.mil. libro.xij. ibi, ſiue adhuc palatium
obſeruent, ſiue optata quiete donati ſunt. Et in
l.fina. eodem titu. vbi antefert eos qui ita miſſi
ſunt,alijs actu officium agentibus. Idem in.l.de-
curionibus. C.de ſilentia. & decurio.eorum.eo-
dem lib.ibi, addimus vt quum optatam quietem
acceperint, & inter viros illuſtres ſenatores cœ-
perint numerari, bonore curiæ ſine aliqua fun-
ctione lætentur. quam legem ego aliquando in-
duxi, dum ex conſiliarijs vnus mutato officio de
laico in clericum, quum in ea vtriuſque ordinis
10 ſint conſiliarij. † ſimiliter pro altero qui matricu
læ ſeu ordini clericorum conſiliariorum deſcri-
ptus fuerat,mutato ordine aſſumptus eſt in ordi-
nem laicorum conſiliariorum, vt eandem ſedem
& gradum,quem antea meruerant, conſeruarēt.
ille text.dictæ.l.decurionibus.inquit,decurioni-
bus & ſilentiarijs etiam ſi ad ſuperiorem gradum
ſucceſſu meliore tranſcendunt omnia priuilegia,
quæ iam diuorum principum iudicio meruerunt
legis iſtius perceptione nouerint eſſe firmata.
Addebam etiam.l.eos. C.de excuſa.muner.libro
decimo.ibi, Qui verò ſuperioribus dignitatibus
creuerint, nihilominus eius loci priuilegia præ-
ſto ſibi fuiſſe lætentur. &.l.iubemus.in fin. C.de
proxi.ſacro.ſcrin.libro.xij.ibi, quod autem om-
nibus conſtat deferri adiectæ alterius dignitatis
perire non patimur, vt etiam ſi proſperioris for-
tunæ iudicio ad honoris ornamēta proceſſerint,
vetera tamen eis ſcrinijs labore priuilegia quæſi-
ta lætentur. Et Roma.in notabili.214.in ſecundis
notabilibus incipiente,quidam vtitur. Idem no-
tat eò quòd noua inſignia non recipit.alleg.text.
cum gloſ.penulti.in verbo,exhorruit in ca.quod
quidam.verſic.quod ſi fortè.j.quæſtio.j. Quære
&te etiam conferunt diſputationi Ludou. Roma.
Cui gloſ.in ca.vnico. de vaſal.qui contra conſti-
tu. Lothar.feud.aliena. Addit.l.ſi quis ſeu liber.
verſic.& quod de ſubeunda. C.de naturali.liber.
ibi, licet eas alienauerit omnimodo ad conditio-
nem in qua pater eos amplificatis opibus eſſe vo
luit etiam inuiti coguntur accedere. Ex his patet
reſponſio ad id quod in contrarium Roma.alle-
gauit. Nam & hic quamuis ab adminiſtratione
depoſitus quia non notæ cauſa amotus eſt, vt in-
quit gloſ.in dicta.l.fina.ff.de decurioni.per.l.ſe-
cundam. C.de tabul.libro decimo. nomen di-
gnitatis retinet, per ea quæ ſuprà dicta ſunt. Et
11 ſic inſpecto tempore verbi,adhuc. † nomine de-
curio eſt cuius retinet omnia priuilegia. Simili-
ter in hoc text. dicitur, ſeruus, poſtquàm manu-
miſſus eſt, iam liber eſſe incipit, & ſtatim ſeruus
eſſe deſinit,vt ſuprà dictum eſt. Et tamē lex quæ
de ſeruis loquitur in capite.l.primæ. ſuprà eodē
titu.extenditur hic ab Vlpian. ad ſeruos in teſta-
mento manumiſſos.imò plus.l.ſi exhæredatus.§.
fin.infrà eodem. extendit ad eum qui viuo teſta-
tore manumiſſus erat. Quare in his fauorabili-
bus pro honore & decore Reipublicæ, vt dictū
eſt, licet hanc extenſionem recipere, præſertim
vbi in ſimilibus lex extendit. Et ſingulariter pu-
to in duabus ſuis partibus hunc text. notandum
eſſe tam in primo quàm ſecundo reſponſo, dum
inquit in primo perinde atque de ſeruis: in ſecun
do,perinde ac ſi de ſeruis. Licet hæc dictio, per-
inde. ſic relata non inducat omnimodam ſimili-
tudinem.l.ſacrilegij pœnam. ff.ad.l.Iuliam pecu
li.l.ſi quis vi.in princip.iuncta gloſſ. ff.de acqui-
ren.poſſeſſio.imò videtur etiam ſi cum dictione,
perinde. aut ſimili ſint hæc verba appoſita per o-
12 mnia,vt in.§.primo. Inſtitu.de donatio. † vbi do
nationem cauſa mortis vltimæ voluntati per om
nia vult æquiparari. Et tamen verſus finem.§.di-
cit, per omnia ferè legatis connumeretur. Idem
in.l.prima.ff.de lega.primo.l.prima.§.ſeruus pi-
gnori datus.ſuprà eodem. illbic dixi. Tamen An
gel.in.l.ſi finita.§.fina. ff.de dam.infecto. dicit ſe
viua voce audiuiſſe à Bartol. legente illum text.
Licet in lectura eiuſdem ſcriptum non inuenia-
tur,illum text.eſſe maximo argumento, ſi lex vel
ſtatutum dicat aliquem teneri vel obligari perin-
de ac ſi confeſſus eſſet: ſignificatum huius erit vt
teneatur eo modo & ordine, hiſq; conditioni-
bus & vſque ad id tempus quo teneretur ſi vera
confeſsio interueniſſet. Et Roma. qui Ange.ad-
hæret addit ad dictum Angel. l.ſed ſi lege.§.ſed
ſi arte.in verbo,perinde.ff.de petitio.hæredit. Et
glo. in.l.ſacrilegij pœnam.ff.ad.l.Iuliam pecula.
Tamen idem Roma. in.l.ſi quis vi. in princip.ff.
de acquirenda poſſeſſione. dicit non ſemper has
dictiones, perinde.ac ſi.ſignificare omnimodam
ſimilitudinem, per illum text. iuncta gloſ. Idem
notat Bartol. in extrauagan.ad reprimen.in ver-
bo,perinde.dum allegat.l.à filio.§.teſtator. ff.de
alimentis & cibar.legat. Coniungi poteſt quod
notatur in.l. ſed ſi hac lege.§. patronum. pri-
mo. vbi Moderni aliquid notant. ff.de in ius
13 vocando. † Nam is qui ex fideicommiſſo ma-
numittit, non in omnibus iura patronatus con-
ſequitur, licet quantum ad reuerentiam conſe-
quatur, per illum textum. & in.l.mater.in fi-
ne. &.l.ſecunda. C. de operis libertorum.l.ſi
manumiſſori. C. de obſequijs patron. præſtan-
dis. Et Moderni, in dicto.§. patronum. dicunt

poſt Angelum, & Alexandr. ſi priuilegium ali-
quibus concedatur vt pro ciuibus habeantur,
conceduntur eis iura quæ honeſtatem quan-
dam continent & non ſunt iuri contraria. l. cum
ex oratione. ff. de excuſa. tutor. Sed non aliter,
quia pro ciue habiti verè ciues dici nõ debent. l.
mercis. ff. de verbo. ſignifica. l. patris & filij. vbi
Areti. & Moder. Papien. notant. ff. de vulga. &
pupil. ſubſtitu. Niſi expreſſe priuilegium dicat
quo ad om̃ia ciuem eſſe, per. l. ingenui. vbi idem
notat Bald. C. de inge. manumiſ. Facit quod no-
tat Bald. in. c. fin. de for. fideli. colla. x. dum dicit
14 ſi † repreſaliæ in ciues Peruſinos conceſſæ ſint:
non extenduntur ad eos, qui incolatum ſuſcepe-
runt, quamuis propter incolatum ciues dici poſ
ſint. l. pupillus. §. incola. ff. de verborum ſignific.
l. ciues. C. de incol. lib. x. Addo. l. in lege cenſo-
ria. ff. de verborum ſignificat. quam aliquando
notaui contra publicarios qui portuaria exigũt
ab his qui iure immunes ſunt omnium vectiga-
lium. redeamus ad inſtitutum: & de populo ſint,
ſed alterius ſunt ouilis. §. pauonum. inſti. de rer.
diuiſio. & quum odioſæ ſint repreſaliæ: reſtrin-
gendæ ſunt. capitu. j. de iniur. libro. vj. l. extat. ff.
quod metus cauſa. dixi in. §. ſi cum omnes. ſu-
prà eadem. l.

Pro eis ego addo text. in. l. ij. §. furioſus. ff.
de iure codicil. ibi, per omnia & in omnibus ab-
ſentis vel quieſcentis loco habetur. l. ſi filius. ij.
ff. de interroga. actio. ibi, omnia perinde obſer-
uanda erunt, acſi non eſſet interrogatus. Pro ea
opi. facit. l. j. §. ſeruus pignori datus. ſuprà eodẽ.
vbi aliquid dixi verſus fi. commentarij noſtri in
illum. §. Cui cõcordat. l. ſi exhæredatus. infrà eo.
titulo. & argumento eſt. l. fi. verſic. nec tamen. ff.
de verborum ſignifica.

15 Tamen videtur hanc † dictionem, perinde, o-
mnimodam ſimilitudinem ſignificare. l. ſi certa-
rum. in princip. ff. de teſtamen. milita. ibi, perin-
deq; habebitur atq; ſi ſine partibus hæredes eos
inſtituiſſet, reſq; omnes ſuas per præceptionem
cuique legãdo diſtribuiſſet. l. poſtliminij. in prin
cip. ff. de capti. & poſtli. reuerſ. ibi, Nam ſi eodẽ
bello etiam is reuerſus fuerit: poſtliminiũ habet.
id eſt, perinde omnia reſtituuntur ei iura, acſi ca-
ptus ab hoſtibus nõ eſſet. l. ſi ſtatulibera. in prin-
cipio. ff. de ſtatulıber. ibi, partui tamen proficere
oportet, vt perinde liber naſcatur, atque ſi ma-
ter damnata non eſſet. l. matrimonij. ff. de ritu nu
ptia. ibi, Iulianus putat perinde haberi eam atq;
ſi à patre eius manumiſſa eſſet, & ideo poteſt
eam vxorem ducere. l. qui in prouincia. §. fin. eo-
dem titulo. ibi, confirmamus ſtatum libertorum
veſtrorum in eo matrimonio quæſitorum, quod
ante annos quadraginta contractum eſt, perin-
de atque ſi legitime concepti eſſent. l. ſi tertius.
§. finali. ff. de aqua pluuia. arcen. ibi, perinde ex-
tat quaſi ego ipſe feciſſem. l. quum hæres. §. hi
autem. ff. de fideicommiſ. liberta. l. vbi ita. ff.
de dona. ibi & ideo perinde haberi debet at-
que alia quæuis inter viuos donatio. §. finali.
inſtitu. de fideicommiſ. hæredi. l. iij. ff. qui ſi-
16 ne manumiſ. ad liber. peruenit. † Ego putarem
in omnibus hanc dictionem, perinde, omnimo-
dam ſimilitudinem non ſignificare, per ea quæ
ſuprà dicta ſunt: tamen quatenus hæ dictiones
afferrent in ſimilitudine ſua aliquam vtilitatem:
ego putarem obtinere vim veræ ſimilitudinis,
niſi legis aut ſtatuti ratio contradiceret, ſecun-
dum doctrinam Bartol. in dicta extrauagan.
ad reprimen. in verbo, perinde. & in dicta. l.
ſacrilegij pœnam. ff. ad legem Iuliam pecul. ſic
in hoc. §. probari poteſt. Nam ſeruus manu-
miſſus, non in omnibus debet pro ſeruo repu-
tari, vt in dicta. l. j. §. ſerui. ſuprà eodem. Sed
quum hoc beneficium in caput eius, qui con-
ceſſit, retorqueretur, quod æquum non eſſet ne-
que iuſtum, vt hic in ratione huius. §. igitur
quantum ad vim & effectum huius ſenatuſcon-
ſulti vt reuocentur ſerui à mala opin. quam in
dominos habere poſſunt, neque puteıt cauſa
manumiſsionis ſe tardiores ad domini cuſtodiã
reddere. lex etiam manumiſſos à pari quantum
ad id iudicat, ſicuti dixi in dicta. l. j. §. ſeruus
pignori datus. ſuprà eodem. & id verum eſſe pu-
to per rationem huius ſenatuſconſulti, in dicta
l. j. in princip. & in. §. vltimum quoque ſuppli-
cium. ſuprà eodem. ne cæteri ſerui credant in pe
riculo dominorum ſibi quemq; conſulere debe-
re, Secunda ratio propter vitium ingratitudinis,
vt dixi in capite huius. §. per. l. Caius. infrà eodẽ.
l. ij. C. de liber. & eor. liber. l. j. C. de his. quib.
17 vt indig. † Tertia ratio, quia adhuc remiſsio do-
mini vindictam publicam non tollit, vt dixi in. l.
diuus. & in. l. j. §. fina. ſuprà eodem. per. l. qui cœ-
tu. §. qui vacantem. ff. ad legem Iuliam de vi pu-
bli. Quarta ratio, ex prædictis in capite huius. §.
colligi poteſt, quia dominus ignorauit eum in ſe
ſæuiſſe aut conſcium ſeu participẽ necis ſuæ eſſe.
aliàs ſi à ſciente conceſsio facta eſſet: iniuria re-
miſſa videretur, vt dictum eſt in dicta. l. j. §. fina.
& in. l. diuus. ſuprà eodem titulo. Et nihilomi-
nus non obſtante remiſsione facta à domino
ſeruus in teſtamento manumiſſus etiam purè
torqueri poſſet. Non tantum dixerim pro ra-
tione publicæ vtilitatis: verumetiam priuatæ,
quia hoc tex. cauſa priuati rationem decidendi
conſtituere videtur in verſiculo. Nam & æquiſ-
ſimum. dum iſte textus ait, dominorum vltio-
ni non obſtare indulgentiam ipſorum. Et ſic
non valeret domini remiſsio, ſeu ſeruo ſuffra-
gari non poſſet quin torqueri debeat. Sed, vt
dixi in dicta. l. j. §. finali. & l. ſeq. ſuprà eodem.
hoc non videtur poſſe ſubſiſtere, quin remiſ-
ſio quãtum ad intereſſe priuatum ſeruo prodeſſe
poſsit. Quare hunc tex. intellige de eo, qui à
domino manumiſſus eſt, vel iuſſus eſt manu-
mitti ignorante eo conſpirationem à ſeruo in ſe

factā. Adde ad prædicta quod Bart. notat in.l.j.
per illum tex.ff.de receptato. vbi Barto. cōuenit
cum his quæ ſcripſit in dicta extrauaganti ad re-
18 primēdam in verbo,perinde. † vt cauſa euitādæ
contrarietatis dictio , perinde. quandoque non
importet omnimodam ſimilitudinem. hæc autē
regula non videtur omnino recipienda,vbi poſt
teſtamentum dominus in cauſa eſſet iniuriæ in ſe
factæ.l.cum tabulis. §.ſina. vbi id notat Bartol.
ff. de his quib. vt indigi.auſer. hæredi. vel ſorſitā
fraudulanter affectata eſſet animo nocēdi ſeruo.
argumento eſt.l.ij.§.ſina.&.l.ſed & ſi quis. §. il-
lud. ff.ſi quis cautio. &.l.filiæ.ff.ſolu.matr. Et ſo
let hoc allegari aduerſus eum, qui, quum videt
aduerſam partem vnicum teſtem habere , ſtudet
in eum rixari:quod non releuat eum.l.j.§.quum
quis latrones.ff.de quæſtio . Adde Bald. in.l.ita
vulneratus.argumento illius tex.ff.ad.l.Aquiliā
dum de aduocato loquitur, qui conſilium dedit
prouocandi alium ad occidēdum mortiſerè vul-
neratum vt maturius occideretur:quoniam vul-
nerantē mortiſerè non excuſat de occiſo. de quo
in.l.huic ſcripturæ.eodem titulo.in.l.damni infe
cti.§.Sabini.vbi per eundem Bald.Barto.& Ro
ma.ff.de dam.infecto. Tertiò, Si fortè dominus
ſciens ſeruū participē ſuæ necis eſſe remiſit tacitè
vel expreſſè, dixi in.l.j.§.ſina.&.l.ſeq.ſuprà eod.
& ſuprà noſtro.§.& intellige hanc limitationem
ſicuti ſuprà dixi. Tamen aduerte non videri pri-
19 mam limitationem eſſe ſuſtentabilem. † quam-
uis enim liberta ſalua ſit,vt in dicta. l. cum tabu-
lis.§.ſina.&.l.j.ff.de his quib.vt indig.non tamē
ob id à pœna & ſupplicio ſeu quæſtione excuſa-
bitur,ſi particeps ſit necis domini vel ſuſpecta,vt
hic,& dicta.l.j.§.ſerui.ſuprà eodē. & alıȷs ſuprà
notatis:præſertim in. l. j. §. ſi quis in villa.in his
enim,in quibus publici iuris vtilitas verſatur:pri
uata remiſſio non iuuat, dicta.l. qui cœtu. §. qui
vacantem.ff.ad legem Iuliam de vi publi.dixi in
dicta.l.diuus.ſuprà eod.attenditur enim tantum
cuius culpa perierit defunctus, & qui conſcij aut
participes erant, dicto.§.ſerui.&.l.athletæ.§. dat
remiſsionem.ff.de excuſa.tutor.l. licet. ff. de ar-
bi.quia non auditur perire volens.l.non tātùm.
ff.de appella.l.liber homo.ff.ad legem Aquiliā.
Et hac ratione Dauid Amalechitem non excuſa
uit.qui in Saulē irruerat.licet à Saule iuſſus eſſet
ſic facere,vt ſcribitur primi Reg.vltimo ca.&.ij.
Regum.j.c.Non enim licet in aliquem ſæuire,&
multo minus in dominum,cui debet incolumita
tem,vt dictum eſt in.l.j.§.ſi ſibi manus.ſuprà eo.
Imò ille tex.ſeruum cōdemnat,qui quum domi-
num quem in conſpectu ſuo videt ſæuientem in
ſe ipſum non prohibet,multo magis ſi in eum vi
brauerit gladium vt occideret. Sed dic poſſe ſer-
uum quandoque excuſari à domino ſecundum
quod dictum eſt in.l.diuus.ſuprà eo. l. in ipſius.
20 C.famil.erciſcun.l.iiij.ff.de adimen.lega. † quia
ſi dicat ſeruum non potuiſſe vim eorum & impe
tum prohibere fortè propter multitudinem , vt
inquit.l.ſina.§.ſinautem propter multitudinem.
C.de his qui latron. occulta. vel ſi dominus rixā
prouocauit , & ſeruus non potuit cohibere eos
quos dominus in ſe prouocauit. argumēto eſt. l.
in his rebus.in princi.ff.ſolu.matri.l.ſi merces.§.
culpæ.ff. loca.& cōduc.l.ſi ab hoſtibus.§. ſi vir.
ff.ſolu.matrimo.& ex hoc excuſari non poſſent
qui ſic rixam affectaſſent.l.in cōmodato.§.ſicut.
ff.commoda.l.non fraudentur.§.nemo.ff. de re-
gulis iur.bene facit.l.j.§.tuliſſe. in argumentum
ſuprà eodem titulo.illhic de hac affectatione di-
ctum eſt. Sic ergo grauis eſt offenſa, quæ in eum
fit,qui gratiam fecit , aut beneficium contulit.l.
meminerunt. C.vnde vi.& legibus in glo.hic al-
legatis.l.iiij.ff.de obſequi.patro.præſtan. l. ij. C.
de liber.& eor.liber.l.Caius.infrà eo.l. ſi manu-
miſſori. C.de obſequi.patro.præſtan.

In ſecundo reſponſo verſicu.de his.in verbo,
profugiſſent. Nota duo: vnum cuius in priore
21 verſicu.meminimus. † teſtatorem hic ignoraſſe
ſeruos,quos manumiſit moriens in teſtamento,
ſuæ necis fuiſſe participes aut conſcios:quum,vt
ſuprà dixi,vtrunque verſic.vna & eadem ratio-
ne diffiniat,& ideo caſus in ſe differre non videā
tur. At in hoc reſponſo clarè conſtat teſtatorem
neſciuiſſe ſeruos ſuos,quos libertate in teſtamen
to ſuo donauerat , participes mortis ſuæ fuiſſe.
Nam hic tex.ait de ſeruis libertate donatis in te-
ſtamento,qui poſt teſtamentum aufugerunt,ne-
ſcientes ſe in teſtamento manumiſſos,& ſic legis
præſumptione veriſimile eſt eos nō fuiſſe à teſta
tore manumiſſos , ſi eos complices aut conſcios
mortis ſciuiſſet,dicta.l.ſi inimicitiæ.ff.de his qb.
vt indig.aufer. hæredi.l. iiij. ff. de adimen. lega.
Adde in argumētum.l.ſi filius.ff. de ritu nuptia.
in his verbis,cuius conditionem certum ſit patrē
non repudiaturum.

Secundò concluſionem in priore articulo me
moratam veram eſſe,ſeruum in teſtamento ma-
numiſſum liberum eſſe. Et iſtud ſonat verba hu-
ius tex.liberi ſcripti inuenirentur perinde atque
de ſeruis &c.dicta.l. libertas.§. hæc ſcriptura. ff.
de manumiſ.teſta.l.quum Sillanianum. C.eo.de
22 his quib. vt indig. aufer.hære. † Procraſtinatio
enim aditionis hæreditatis propter necem defun
cti non conuictam non impedit tranſmiſsionem
libertatis ad ſuos.dicam in.§.eleganter. infrà ea.
l.hic text.eſt plurimum ſingularis , vt fuga liberi
hominis indicium ſufficiēs ſit ad torturam : dum
hic tex.ait,profugiſſent,poſteaq̧ aperto teſtamē
to &c.hæc verba,quæ ſequuntur, innuere viden
tur,ſeruos manumiſſos poſt fugā reuertiſſe , aut
apprehenſos fuiſſe:& demum dicit de eis atq̧ de
ſeruis quæſtionem & ſupplicium aſſumi:& ſic q̧
ſola fuga in libero homine ſit ſufficiens indicium
ad quæſtionem & ſupplicium.hoc tamen Barto.
hic non placuit. dicit enim ſolam fugam nō eſſe
ſufficientem maleficij probationem. Sic tamē in-
tellectus

tellectus iſte tex. contrarium probaret, dum di-
cit, ſuppliciumq́ ſumendum eſt. quia non tantũ
quæſtionem dicit poſſe à manumiſſo in teſtamẽ-
to exigi, qui profugit viuo adhuc teſtatore, pro-
pter ſuſpicionem de nece domini ex fuga conce-
ptam, verumetiam ſupplicium. & ſic fuga erit ſuf
ficiens maleficij probatio. Alioquin recte ſuppli
cium de eo exigi non poſſet. & ita Accurſius hic
ſentit in verbo, ſumendum. dum inquit, vel hic
aliud, quia profugerũt. Sed in hoc tex. manumiſ-
23 ſus non vt liber, ſed vt ſeruus aſſumitur. † vnde
non valet argumentum de ſeruo aut qui pro ſer-
uo habetur, ad liberum, hic non dicam plura, ſed
remitto fugæ materiam ad. l. lege Cornelia. infrà
eod. Vnum interim nõ prætermittam, quod erit
declaratiuum dictæ. l. quum Sillanianum. C. eo.
fugam ſerui non debere ſeruo prodeſſe, etiam ſi
libertas ei relicta ſit. tolle exemplum, ſi ſeruo ſic
fuerit relicta libertas, aut debitori fuerit à teſtato
re debitum relictum, ſi poſt eius mortem anno
ſeruierit hæredi. Nam ſi debitor vel ſeruus pro-
pter delictũ aut aliàs fugiat: non proderit eis fu-
ga, neque in anno computabitur. l. quum hæres.
§. fina. & l. ſeruus. §. ſeruus. ff. de ſtatuliber. alio-
quin ſuum delictũ ſibi lucro eſſet, contra ea quæ
ſuprà dicta ſunt, per. l. non fraudentur. §. nemo.
ff. de regulis iuris. l. filiæ. ff. ſolu. matrimo. Aliud
autẽ eſt ſi fugitiui non eſſent, licet alioquin abeſ-
ſẽt. l. ij. ff. ad. l. fa. de plagia. ibi, aliud abeſſe aliud
in fuga eſſe. l. ſi cui. per totam pene legem. ff. ex
quib. cauſ. maior. Quid enim ſi iuſſu domini for
tè contigerit abeſſe non affectata abſentia. l. & q
data. ff. ex quib. cauſ. maior. Intellige dum tamẽ
domino inſinuauerit. l. ſi quis decurio. j. C. de de
curio. libro. x. per quam aliquando commemo-
24 raui † cuidam noſtro conſiliario, qui cauſa & cõ
templatione curiæ abfuturus erat, qui non inſi-
nuato commeatu curiæ abierat, vt dignus eſſet re
prehenſione, neque gaudere deberet beneficio
legis, hac lege. verſic. vt qui liberam. C. de proxi.
ſacro. ſcri. libro. xij. dum ille tex. ait, vt qui liberã
proficiſcendi licentiam prænũciatione commea-
tus adepti fuerint, ſine qualibet ſtipẽdiorum aut
emolumentorum deductione peregre degãt. Nã
l. reipublicæ. ff. ex quib. cauſ. maior. eos dicit rei-
publicæ gratia abeſſe, qui coacti abſunt, cæterũ
mitius ob id cum eo actum eſt: id autem honeſta
tis gratia dictum eſt habẽdæ rationis cauſa ſuæq́
dignitatis tuendæ & decoris ſui cauſa, ne ſine de
lectu paſſim abiret vnuſquiſque ſicuti inquit. l. j.
in princip. ff. de poſtulan. & tex. in dicta. l. ſi quis
decurio. ait, quod ſi pro ſua audacia parui aliqd
hanc fecerit iuſſionem: indignationem competẽ
tem ſortiatur. Igitur propter paruipenditam cu-
riæ maieſtatem is qui ſic abijt non inſinuato pro-
ficiſcendi deſiderio, grauem iure ſortiri poterat
principis & curiæ indignationem. Nouiſsime
Roma. hunc text. in verbo, profugiſſent. notat
25 quemadmodũ † ſeruus, qui dominum offendit,
non conſequitur libertatem: ſic nec bãnitus ſub
generali remiſsione cõprehendi poteſt, qui rem-
publicam offendit committendo crimẽ læſæ ma-
ieſtatis. & dicit hic Roma. hoc fuiſſe elegans An
gel. dictum. locum autem vbi hoc dicit Ang. hic
non citat, ſed in. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff.
de no. oper. nunciatio. & dicit eſſe in diſputatio-
ne quam fecit Angel. incipiente, exorta guerra.
vbi Roma. hanc limitationem confirmat quam
illhic Alexand. impugnat. Nam ſecundum eum
ex doctrina Bartol. illhic indulgentia à principe
generaliter conceſſa, licet eum, qui falſum com-
mittit, non comprehendat ſecundum Barto. in. l.
Lucius. per illum tex. ff. ad Turpilia. Si tamẽ cer
tæ perſonæ fiat: prodeſt illi perſonæ. l. ſi docue-
ris. iuncta illhic glo. C. de falſ. Similiter dicendũ
eſſe ait in crimine læſæ maieſtatis. Non obſtat
26 quod dixit Ange. † qa loquitur in ſtatuto quod
trahi non debet extra ſuos terminos. l. conſtitu-
tionibus. ff. de appellatio. Tamen idem Alexan.
in apoſtil. Bartol. in. l. j. in verſic. ſecuritatem. ff.
ad legem Iuliam maieſta. tenet limitationem An
ge. hic approbatam p Roma. & melius, pro quo
eſt. l. iij. C. de epiſco. audien. dixi aliàs, & dicam
in. l. penul. infrà eodem.

SVMMARIVM.

1 Aperiens teſtamentũ ante aſſumptam de familia quæſtionem, incidit in pœnam ſenatuſconſulti Sillaniani.
2 Apertura teſtamenti prohibetur hæredi inſtituto in teſtamento etiam inualido.
3 Aperiens teſtamentum inutile, punitur æquè ac ſi vtile foret.
4 Apertio teſtamenti quare omnibus prohibeatur ante vindictam de nece domini aſſumptam. & nu. 5. & 6.
7 Aditio hæreditatis quid differat ab apertura teſtamẽti.
8 Apertura & inſpectio teſtamenti quare adinuenta.
9 Apertio teſtamenti & codicillorum nedum Sillaniano ſenatuſconſulto, verùm & teſtamenti factio prohibentur.
10 Hæreditas adiri debet ex teſtamento valido.
11 Aditio hæreditatis iure veteri tabulis nondum apertis prohibebatur.
12 Teſtamentum abſque cauſæ cognitione non aperiendum.
13 Aperiens teſtamentum ex quo etiam nullum percepturis eſt commodum, incidit in ſenatuſconſultum Sillanianum.
14 Hæres adire & tabulas aperire poteſt, cùm neque mors, neq; interfectores defuncti poſſunt detegi.
15 Hæredis ſui exiſtentia an poſsit libertatem aut legatum conualidare.
16 Donatio cauſa mortis an veniat ſub edicto, quẽadmodum teſtamenta aperiantur.
17 Donatio cauſa mortis in quibus poſsit teſtamento aſſimilari.
18 Donatio cauſa mortis traditionem vel ſtipulationẽ exigit: teſtamentum autem, non.
19 Filiusfamiliàs quandoque venit domini appellatione.
20 Donans cauſa mortis, irreuocabiliter donatario tenetur.
21 Donatio cauſa mortis quot teſtibus muniri debeat.

22 Donatio cauſa mortis quos habeat effectus.
23 Donatio cauſa mortis quandocunque reuocari poteſt.
24 Donatio non dicitur eſſe cauſa mortis quæ ſtatim ſuũ effectum producit.
25 Donator nõ tenetur præſtare cautionem de re donata reſtituenda tempore mortis donatoris.
26 Donatio cauſa mortis ſic fieri poteſt, vt ſtipuletur quis in ſingulos annos quandiu vixerit, vt mortuo promiſſore incipiat exactio.
27 Stipulatio facta à muliere de dote fratri reſtituenda, dicitur eſſe ſecundum naturam contractus dotis.
28 Donatio quandoque eſt valida nulla ſtipulatione vel pacto vallata.
29 Actio pro donato naſcitur ex mera donatoris liberalitate & munificentia.
30 Donatio cauſa mortis quo ad ordinationẽ differt à donatione ſimplici.
31 Donatio cauſa mortis penes cauſam diſtinguitur à donatione ſimplici.
32 Donatio quando pœnitentia reuocari poſſet.
33 Donationis cauſa mortis & teſtamẽti ac codicillorum idem iudicium.
34 Donatũ ſeruo cã mortis an ei quæratur, an verò dño.
Scriptura quælibet quamlibet vltimam volũtatem cõtinens, teſtamentum dici poteſt.
35 Inſtitutus hæres in teſtamento inualido ex quo nil conſequi poteſt, punitur ſi tabulas teſtamenti aperuerit.
36 Legatarius in teſtamento, in quo ſibi legatum factum eſt, teſtis eſſe poteſt.
37 Donatio cauſa mortis in quibus vltimæ voluntati potius quàm contractui æquiparetur.
38 Donatio cauſa mortis licet in actibus à legatis differat in effectibus tamen illis conuenit.
39 Reſcripta ſeu diplomata apoſtolica quibus perſonis dirigi debeant.
40 Quis, hæc dictio, vtrunque ſexum comprehendit.
41 Mulier in his excuſatur in quibus & ruſticus.
42 Hæres inſtitutus & quiuis alius tabulas teſtamenti ante vindicatam necem defuncti aperiens incidit in pœnã ſenatuſconſulti Sillaniani.
43 Error in facto proprio non toleratur.
44 Vendens ſeruũ furẽ quem bonæ frugis aſſeruit, actione ex empto tenetur, etiam ſi eum talem eſſe ignorauerit.
45 Error in pœnis & damno vitando excuſatur, non autem in lucro captando.
46 Secretum alicui commiſſum nullo pacto per eundem reuelari debet.
47 Loquacitatis vitio laborat hæc noſtra ætas.
48 Facere per ſe, & facere per alium, paria ſunt.
49 Solennitati iuris quandoque aliquid detrahitur ob criminis qualitatem.
50 Ordo in criminalibus & eũ pactis aſſenſu remitti neqt.
Audiri non debet perire volens.

§. Quod ad cauſam.

SImilia edicti verba quæ hic receſſet Iureconſultus in. l. liberis. §. ſunt & aliæ. ff. de liber. cauſa. & huc. §. recte legi poſſet, imò deberet vſque in. §. eleganter quum ſenatuſcõſulti interpretatio vno contextu à iureconſulto fiat. Cæterùm pro commodiore eiuſdem intelligẽtia exiſtimaui ſingulos verſiculos minutatim diſtinguere. Sicuti in ſimili inquit. l. ſolent. in princi. ff. de alimen. & cibar. lega.

In principio nanque huius. §. ſecunda pars ſenatuſcõſulti Sillaniani in præſcriptione huius tituli, ſeu, vti dicunt, rubrica poſita refertur & explicatur, videlicet quemadmodũ teſtamenta ape
1 riantur. & hoc dicit † Scienter aut doloſe teſtamentum ſeu codicillos aperiens, recitans aut deſcribens, priuſquam de familia quæſtio & de noxijs ſupplicium aſſumatur, reus eſt pœnæ huius ſenatuſconſulti. Sed quæ eſt pœna huius capitis ſenatuſconſulti? dic centum aureorum. l. lege. §. fina. infrà eodem. Illhic dicetur, & in. l. neceſſarios. §. non aliàs. infrà eodem. dictum eſt etiam in præludio huius tituli.

Gloſ. hic in verbo, edicto. laborauit circa rationem huius ſenatuſconſulti, quare teſtamenti ſeu codicillorũ apertura, recitatio ſeu deſcriptio prohibeatur. dixit enim poſitam eſſe in. §. non tãtum. in fi. infrà noſtra lege, ne hæres propter compendium ſuum familiæ facinus occultet. huic gl. adherent Barto. & Bald. hic, & in dicto. §. nõ tantum. imò plus Bald. dicit in dicto. §. eleganter. illam eſſe rationẽ totius ſenatuſconſulti totiuſ've §. vtrum. & veram.

Aduerte quæſo, quia mihi non placet hæc ratio, ſalua eorum pace dixerim. Nam ſi vera eſſet Accurſij Barto. & Bald. ratio, non viderenẽ congruè duo hic poſita eſſe, quæ in. §. item ſine iure valeat. & in dicto. §. non tantum. Iureconſultus, vulpianus huius ſenatuſcõſulti interpres memorant. Quoniam in eis prohibitio aperiendi teſtamentum non tantùm ſit ſuccedẽtibus ex teſtamẽto, vel ex codicillis aliquid percipientibus, verũ etiam hæredibus ab inteſtato ad defuncti ſucceſ-
2 ſionem venientibus. † Secunda non tantùm prohibitio ſit hæredi inſtituto in teſtamento valido, verum etiam in teſtamento nullo aut inualido. Si igitur edictum prohiberet teſtamenti aperturam hac ratione ne hæres familiæ facinus occultaret, ceſſaret in eo qui in tabulis inutilibus ſeu in teſtamento non iure facto hæres ſcriptus eſſet: quoniam quum nullũ aut imperfectũ vel aliter inualidum eſt teſtamẽtum, ex eo ſuccedere non poteſt hæres idq; ſæpe ſoler accidere his q letaliter vulnerati quaſi ſemineces teſtamentum faciunt, qui neſciunt recte neque rite teſtari. argumento eſt l. quoniam indignum. C. de teſta. quod autem ex teſtamẽto nullo vel quod per viam nullitatis aut querelæ inofficioſi teſtamẽti reſcindi debet hoc iure Digeſtorum, legata, neque libertates debebantur, imò ſolutæ repetebantur. l. Papinianus. §. fina. ff. de inofficio. teſta. & l. filio præterito. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſta. dixi plenius in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. vel exhæreda. quamuis in hoc ius Digeſtorum correctum ſit per dictam authẽ. ex cauſa. illhic dixi. Igitur ſi neque hæres, neque

neque legatarij neque ſerui manumiſsi ex teſta-
mento nullo aut inualido aliquid conſequi pote
rant: quomodo dici poteſt hæredem ideo prohi-
beri teſtamentum aperire ne familiæ facinus oc-
3 cultet: Secundo hoc † ſenatuſconſulto æque pu
nitur is qui tabulas inutiles ſeu nullum aut inua-
lidum teſtamentum aperuit,& à quo nullum cō-
modum percipere poteſt, atque ſi teſtamentum
validum aperuiſſet. hoc dicit tex. in verſi. item ſi-
ne iure valeat. Tertia conſideratio contra gloſ.
eſt ex. l. penul. C. eodem. vbi libertates & legata
tranſmittuntur, etiam ſi eis viuis tradita non fue-
rint vbi dilata eſt legatorum ſeu libertatum tra-
ditio propter quæſtionem necis defuncti. dicam
in. l. elegãter. infrà noſtra lege. Si omnino debeã
tur in caſu dictæ. l. penul. ratio glo. Bart. & Bal.
non erit generalis. Quartò, dico vnũ ex hoc tex.
recte attentari poſſe, videlicet hoc ſenatuſconſul
tum non tantùm prohibere aperturam teſtamen
ti hæredibus & legatarijs, ſed & quibuſcunque
alijs perſonis nullam commoditatem ex teſtamẽ
to aut codicillis percipiẽtibus, & omnibus æqua
liter pœnam imponit, ſi tamen ſcienter & doloſe
aperiant: dum dicit, Ne quis ſciẽs dolo malo &c.
Idem in. l. lege. §. fina. infrà eodem. Similis tex. in
l. ſi quis id quod. §. doli. ff. de iuriſdi. omnium iu-
di. Si ergo verba edicti adeo generalia ſint vt nō
modò hæredes aut legatarios comprehendant,
aut eos qui ex teſtamento vel codicillis à teſtato
re aliquid conſequuntur, ſed & quoſcunque ex-
traneos qui ſcienter & doloſe teſtamentum ape-
riũt: quomodo poteſt illa ratio ſubſiſtere, ne hæ-
res propter compendium ſuum familiæ facinus
occultet, quum non ſit hæres qui aperuit neque
4 aliquod ei poteſt eſſe compendium. † Ratio igi-
tur huius generalis prohibitionis eſſe poteſt, ne
fortè hæres colludens cum extraneo interponat
aliquem qui aperiat, & hoc modo lex deludatur
vel circundacatur ſimulata aperturæ teſtamenti
ignorantia, argumento. l. j. §. j. in fi. ibi. niſi fingat
ignorantiam. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. licet dici
poteſt ex verbis ſenatuſconſulti hæredes ſolos
aut legatarios, qui ex teſtamẽto vel codicillis vti
litatem aliquam conſequi poſſunt, comprehendi
hoc ſenatuſcõſulto. Sed id ſaluari poteſt, Primò
vt dixi, qui hæres ſcriptus eſt in teſtamento non
iure facto, ex eo nihil acquirit, neque etiam lega-
tarius. Secundò, quia omnis apertura prohibita
eſt, ne legi fraus fiat, in. §. aperire. ij. infrà eadem
l. illhic dicetur. ſed ſi edictũ ſolos hæredes aut le-
gatarios comprehenderet: faciliter edicto fraus
fieret. et ideo Vlpianus interpres aliter verba edi
cti intelligi voluit, vt ſuprà dictum eſt.

Ego igitur puto hanc eſſe prohibitionis huius
5 edicti rationem, † vt quandiu hæres ignoraue-
rit an recte hæres ſit inſtitutus, ſeu an aliqua de
cauſa teſtamentum inualidum ſit, ſpe futuræ hæ-
reditatis allectus facilius & diligẽtius mortis de-
fenſionem procurabit, quoniã ſpe putabit ſe pri-
uatum ſi tãtum aut codicillos aperiat enixius er-
go curabunt hæredes ſiue in teſtamento valido
ſeu inualidu ſcripti vel etiam ab inteſtato venien
tes quæſtionem aut vindictam de familia & no-
xijs necis domini aſſumi, quam ſi aperto fortè te
ſtamento cognouerint ex teſtamẽto nihil ſe poſ-
ſe conſequi. vnde cum maiore difficultate defen-
ſio fiet mortis domini, vel ſegnius proſequentur
ſi dubitare incipient aut intelligant ex illo teſta-
mẽto aut codicillis ſe nihil percepturos. Et ideo
fauore reipublicæ & defuncti ne iniuria ei facta
inulta maneat, factum eſt hoc ſenatuſconſultum.
l. j. in princ. ſuprà eodem. non autem hæredis aut
6 legatarij contemplatione. † vnde illa ratio, ne
propter ſuum compendium familiæ facinus oc-
cultent: in conſideratione non tam eſſe poteſt,
quãtũ ea quæ ſuprà aſsignauimus, pro finali rō-
ne ſenatuſconſulti. Impulſiua autem dici poteſt
hæc conſideratio. ex hoc. §. &. ſeq. clarè percipi
poteſt, & ex pœnarũ varietate quæ hoc ſenatuſ-
conſulto imponũtur tam aduerſus eos q̃ priuſq̃
à familia quæſtionem & ſupplicium exigãt, teſta
menta aut codicillos aperiunt, quàm eos qui an-
te ſumptum à familia ſupplicium & quæſtionem
hæreditatem adeunt, non ſolum ex teſtamento,
verumetiam ab inteſtato, dicto. §. non tãtum. in-
frà noſtra lege. nam in eum qui aperuit, cẽtum au
reorum multa ſtatuitur in dicta. l. lege. §. ſi. infrà
eod. in eum verò qui hæreditatem adit, bonorũ
publicatio imponitur. l. neceſſarios. §. non aliàs.
7 infrà eodem. Secundò † in hoc differunt apertu-
ra teſtamenti, & aditio hæreditatis adhoc vt con-
ſter rationẽ vnius alteri non conuenire. Nam añ
aditam hæreditatem res defuncti eſſe exiſtiman-
tur. l. hæreditas. ff. de acquirẽ. rer. domi. l. hæres.
& hæreditas. ff. de vſuca. adita vero hæreditate
fiunt hæredis, & vnicum eſt patrimonium. l. ex fa
cto. §. Iulianus Longinus. ff. de vulgari ſubſtitu.
l. quum hæredes. in princ. ff. de acquiren. hæredi.
Er hac conſideratione dico rationem. §. non tan-
tùm, conuenire ſolùm in ſuo caſu, ſcilicet aditæ
hæreditatis: quia hæres poſt aditam hæreditatem
factus eſt hæreditatis dominus, ideo propter ſuũ
compendium familiæ faciuus occultare poteſt.
aut is qui aperit, nihil aperiendo acquirit, q̃a ex
8 hoc hæres non eſt: † ſed apertura & inſpectio te-
ſtamẽti ad id inuẽta eſt vt hæres deliberet an hæ-
res eſſe velit, vt notatur in. l. j. &. ij. in prin. ff. quẽ
admo. teſta. aperian. l. ſcimus. C. de iure deliber.
§. ſi quis ignorans. infrà noſtra. l. & meminit hic
glo. in verbo, edicto. ibi, ſed quid ſi ideo vt ſciret
an ſit hæres. quam nunc explicabo. Ideo centum
aureis tantum mulctatur aperiens, quia nihil ex
teſtamento fortè percipiet, vt eſt ſi teſtamentum
non iure factum eſſe comperiatur. quum igitur
nihil ex teſtamento percepturus eſt hæres ex te-
ſtamento inualido: fruſtra conſideraretur quod
conſideratũ nihil operaretur. l. ſi. ff. ad Velleia. l.
quũ hæres. §. fin. ff. de acquir. hæredi. & ideo pu-

to rationem dicti.§.non tantùm.recte conuenire
caſui in eo expreſſo:non autem quod generalita
ti huius edicti recte conueniat. Ob id viſum eſt
mihi glo. Accurſ.extricare in verbo,edicto. Fa-
9 teor enim cum Accurſio † non ſolùm aperturã
teſtamenti aut codicillorum prohiberi hoc ſena
tuſconſulto,ſed etiam conditionem: & fortiori
ratione,quia, vt inquit Accurſ.apertura teſtamẽ
ti ſit ab hærede prætoris autoritate,vt ſciat an hæ
res ſit.l.hac conſultiſſima.C.de teſta. vt quũ cer-
tus erit hæreditatem adire poſsit:quia niſi certus
ſit ſe hæredem eſſe,adire non poterit,neque etiã
adeundo ex teſtamento nullo, etiam ſi ignoret
teſtamentum eſſe nullum,adhuc nihil acquirit.l.
ſi is ad quem.ff.de acquiren.hæredi.l.nec is.§.fi.
& duabus.ll.ſeq.vbique per gloſ.eo.titu. Quo-
modo ergo puniri poteſt is,qui nullum fructum
ex teſtamento nullo percipere poteſt?hoc alienũ
à iuſtitia eſſet,niſi prohibitio generaliter omnes
etiam extraneos ligaret. Et ſi aperienti pœna im
ponitur:quanto magis adeunti:in quo recte pu-
to rationem.§.non tantum.infrà noſtra.l.conclu
dere,ne propter ſuum compendium familiæ faci
nus occultet:quia timebit hæres ne fortè contin-
gat eum propter quæſtionem aut ſupplicium ſer
uorum illis priuari,vt ergo non tantum ſeruis ca
reat,ſed metu amiſsionis hæreditatis ſtudeat vin
dictam de nece teſtatoris aſſumi, prohibet teſta-
mẽtum & codicillos aperiri. In hoc autem quod
de ſuccedentibus ab inteſtato loquitur: non con
ueniret teſtamenti apertura,ſed codicillorum tã-
10 tum. † quia aut validum eſt teſtamentum:et tunc
ex teſtamento adiri debet hæreditas. l. quandiu.
ff.de acquiren.hæredi.& ſi omiſſa cauſa teſtamẽ
ti hæres ſcriptus ab inteſtato inueniatur poſſide
re:priuatur ſucceſſione, ex illo edicto, ſi omiſſa
cauſa teſtamenti.de quo in.l.j.& per totum penè
titulum.ff.ſi omiſ.cauſa teſta.Si autem iure factũ
non eſſet,& de iure Digeſtorum legata neque li
bertates debebantur,dicta.l.ſilio.&.l.nam & ſi.
§.poſt defunctum.ff.de iniuſ.rupto.& irri.teſta.
&.l.Papinianus.§.fina.ff.de inofficio. teſtamen.
Et ideo de teſtamento recte intelligi non poteſt,
vbi ſucceſſio ab inteſtato defertur.Immixtio au-
tẽ aditio eſt in extraneis.§.j.&.§.ſui.inſti. de hæ-
re.quali.& differen.l.neceſſarijs.ff.de acquiren.
hæred.dicã in.§.fin.huius.l.&.l.ſeq. in hoc ergo
dubitãdum non eſt,aditionem hoc edicto prohi
beri per quãdam neceſſariam conſequentiam,vt
dixi.& ita Vlpia.extendit in.§.non tantum.&.§.
ſi.huius.l.& duabus.ll.ſeq.vt dicitur in.l. vnica.
§.quum igitur.C.de cadu.tollen.hic in glo. alle-
ga.iũcta.l.ſi ea quæſtio.C.de his quib. vt indig.
Cuius meminit glo.in dicto.§.quũ igitur.in ver-
bo,hæreditates.Ex hac gloſſ.parte duo collige.
11 Primò † de iure antiquo ſecundum glo. hæredi-
tatis aditionem ante apertas tabulas prohiberi:
quod hodie correctum eſt in dicta.l.vnica.§.quũ
igitur.C.de caduc.tollen.Secundò, Si prohibe-
tur apertura teſtamenti: prohibita erit ex conſe-
quenti neceſſariò,quia nõ tantũ hæredi inſtituto
aditio,ſed venienti ab inteſtato prohibetur im-
mixtio,vt in dicto.§.non tantum.&.§.fina.&.ll.
ſeq.infrà eodem,in ſecũda parte glo.ibi,& ſi fiat
contra.habes notatum quod ſuprà dixi, pœnam
contrauenientis huic edicto eſſe centum aureo-
rum.l.lege.§.ſina.infrà eodem.Sed ſi adierit hæ-
res contra prohibitionem huius edicti:bona hæ
reditaria confiſcantur.l.neceſſarios.§.non aliàs.
infrà eodem.hoc dixi ſuprà. In tertia parte glo.
quærit ſi vt ſciret an hæres eſſet, quum ignorare
poſsit.dicit glo.non teneri hoc edicto:quia non
dolo malo.l.ij.in princ.ff.quemadmodum teſta.
aperian.vbi glo. ad confirmationem huius dicti
quæſtionem facit de eo, qui omnino extraneus
eſt,cuiq́ nihil in eo legatum eſt, poſſit agere vt
ſciat an ſit ſibi relictum.& dicit poſſe,Primò per
illum tex.ex eo quod inſtrumentũ teſtamenti eſt
publicum.Secundò per.l.j.in princi.&.§.ratio.
eodem titu.dum in ea dicitur, omnibus quicũq;
deſiderant tabulas teſtamenti inſpicere,poteſta-
tem facturum ſe prætor pollicetur. quũ nõ poſ-
ſit teſtamenti veritas exquiri,neque ſuper eo trã
ſigi, niſi inſpectis cognitiſq́ verbis teſtamenti.
Tertiò per.§.ſi dubitetur.qui tamẽ.§. omnibus.
gloſ.obiectis reſpondet in his verbis, dicendum
eſt prætorem in cauſa cognita ſtatuere id debere
&.l.pupillares.eodem titulo.vnde non niſi cum
cauſæ cognitione.Quartò dum allegat.l.iij.§.ſo
lent.ff.de tabul.exhiben.lex illa reſpondet argu
mento glo.nã.§.ſolent.interpretatur verba gñá-
lia dictæ.l.j.ff.quemadmodum teſtamen.apertã.
ibi,omnibus quicunque & deſiderant &c. dicit
§.ſolent.qui quid in teſtamento aſſcriptũ habẽt.
ſimiliter dicta.l.ij.in princi.ff.quemadmodũ te-
ſtamen. aperian. in his verbis, ſed vniuerſorum
quibus quid illhic aſſcriptum. Idem in. l. vnica.
C.de tabul.exhiben.alleg.per gloſſ.prædictam.
vnde verior eſt prima opinio in glo.commemo-
12 rata: † quia non niſi cum cauſæ cognitione aper-
tura teſtamenti fieri debet,in qua verſabit̃ quod
in illo edicto continetur,vbi teſtator interfectus
non eſt. Sed vbi occiſus erit,verſabitur in cauſæ
cognitione quod in hoc edicto cõtinetur.l.pro-
pter veneni.in princi.&. §. neptis. infrà eodem.
& in hoc text.ſcilicet ne quis ſciẽs teſtatorem in-
terfectum,curet teſtamentum eius dolo aperiri,
vnde ſi ſcientia referri debet ad mortem teſtato-
ris violentam:non conuenit ad id extendi quod
gloſ.meminit,videlicet vt ſciat ſe hæredem inſti-
tutum.& idem dicit.§.ſi quis ignorans. dum ait,
ſi quis ignorãs occiſum &c.Quare dico glo.no-
ſtram hic in verbo,edicto.quam Bart.hic ſequi-
tur,contradicere omnino huic.§.& edicto in ver
ſicu.aperire. Secundò dum dicitur, aperire nos
prohibitos palàm vel publicè vel ſecretò. omnis
enim apertura prohibita eſt.quæ clauſula eſt ex-
cluſiua cuiuſcunq; facultatis aperiẽdi teſtamẽti.

l.Iulianus

l.Iulianus.ff.de lega. iij. Ne ſub colore quodam
fucato fraus legi fiat.l.quidam ignauiæ.C. de de
curio.libro.x.l.ſub prætextu.C.de epiſco. & cle
ri.quia non conſiderat hoc edictum.an is qui hæ
13 res eſt,ſciat vel dubitet ſe eſſe hæredem.ratio, †
quia & per hoc edictum punitur is qui nullum
commodum ex teſtamento accipere poteſt. §.
item ſine iure valeat. & l.ij.§.teſtamentũ.ff.quē-
admodum teſtamenta aperiantur. teſtamentum
etiam abuſiuum ſub nomine teſtamenti compre
henditur. & ſic conſiderat ſolum hoc edictum
quod dñs occiſus ſit, & quod aperiens ſciat oc-
ciſum, & dolo aperit.alioquin ſi hoc liceret:faci-
liter, vt dictũ eſt,fraus huic legi fieret. quod per
nullum quencunque modum fieri debet directè
neque per obliquum.l.finali.C.ſi man.fuer.alie.
ne proſtitue.§.quia verò multi.verſi. ſi verò de-
ducens.in authen.de teſtib.collatio. vij. regula,
quum quid vna via.de regulis iuris.in ſexto no-
tatur in.l.non dubium.C.de legi.& in.l. fraus le
gi.ff.de legi.Non obſtat.l.ij.ff. quemadmodum
teſtamen.aperiã.quoniam,vt dixi in rubrica hu
ius tituli, in multis differt illud edictum ab hoc
ſenatuſconſulto.Nam illud edictũ, quemadmo-
dum teſtamenta aperiantur.inſtitutum erat in fa
uorem hæredũ,vt inſpectis cognitiſq; verbis te-
ſtamenti agnoſcere poſſent hæreditatem, ne in-
cautè circunducerentur,vt in.l.j.&.ij.ff.quemad
modum teſtamenta aperian. Et facit quod nota-
tur in dicta.l.vnica.§.quũ igitur.C.de cadu. tol.
& dicta.l.ſcimus.C.de iure deliberan.l.de his.ff.
de tranſactio.& vt facilius hæres deliberet an ex
teſtamento adire velit hæreditatẽ,vt in.l. ait præ
tor.&.l.Ariſto.ff.de iure deliberan.l.quãdiu. ij.
ff.de acquir.hæredi.Non ſic eſt in hoc ſenatuſcõ
ſulto,quod in fauorem reipublicæ & defuncto-
rum occiſorum eſt nominatim & iure ſingulari
introductum,vt dictum eſt in rubrica in.l.j. in
princi.C.eodẽ titulo.& ideo non prohibet aper-
turam teſtamenti.

In quarta parte glo.oppo.de.l.j.§.occiſorum.
verſ.quid ergo ſi dñs,dixi in ea plura.glo.ſoluit.
dicit enim quod ille tex.intelligatur qñ ab extra
neo occiſus eſt,hic qñ à familia.Tu aliter dic qđ
in dicto.§.quid ergo.homicidiũ erat occulte cõ-
14 miſſum. † vnde quum faciliter mors neque occi
ſores detegi poſſunt, non ſolum tabulas aperire
permittitur hæres,ſed etiam conceditur illi poſſe
hæreditatẽ adire.l.ſi ideo.C. de his qb.vt indig.
& in dicta.l.j.§.quod ſi quis puta veneno. ſuprà
eod.Sed vbi veritas homicidij haberi poteſt per
quæſtionẽ familiæ,aut aliàs, non poteſt hæredi-
tas,ſiue ab extraneo ſiue à domeſticis cõmiſſum
ſit homicidium, adiri. Primò hoc probant ver-
ba ſenatuſconſulti poſita in.l.j. in princip. ſuprà
eodẽ.ibi,Tam à domeſticis quàm ab extraneis.
Et idem probatur in.l.propter veneni.in princi.
infrà eodem.licet illhic glo.etiam conetur ſimili
ter ſupplere, & ſic interpretari.l.quum fratrem.
C.de his quibus vt indig. Tamen hoc non pu-
to verum per hunc tex.in verſicu.ne quis ſciens.
& verſicu.priuſquam. prohibet omnino aperiri
teſtamentum, etiam ſi is qui hæres ſcriptus eſt,
futurus non ſit hæres, quia teſtamentum nul-
lum ſit, aut imperfectum vel irritum fieri poſſit.
& ideo dic vt ſuprà dixi, vt hic tex. intelligatur
quãdo delictum occulte cõmiſſum eſt, ſic quòd
occiſores detegi non poſſunt: quemadmodum
in veneficio nõ per vim facto,ſed occultè.Ita in-
telligitur dictus.§.quid ergo.in.l.j. ſuprà eodẽ.
& id puto verum, quicquid illhic Bartolus di-
cat poſt glo.& glo.in dicta.l. quum fratrem. ali-
ter diſtinguit,& nobiſcum cõuenit.dixi plenius
in dicta.l.j.§.quod ſi quis puta veneno.non re-
pero hic amplius.& iſta vera ſunt quæ diximus.
& ſi diceres ea, quæ ſuprà ſcripſimus obtinere
forſan vbi hæres inſtitutus extraneus eſt, non
15 autem ſuus hæres ſit, † & ſui hæredis exiſtentia
facit conualidare libertatem aut legatum, licet
ſuus hæres abſtineat, quia ſola hæredis exiſten-
tia hoc operetur.l.quum quaſi.§.ſed et ſi quis.ff.
de fideicommiſ. liber.§.reſtituta.inſti.de fideicõ
miſ.hæredi.& quod notatur in.l.venire.ff. de ac
quir.hæredi.de hac tranſmiſſione dicam in.§.ele
ganter.&.l.ſeq.infrà eo.Sed dic extra caſum eſſe
ſuprà ſuppoſitũ, videlicet qñ teſtamẽtũ viribus
non ſubſiſtit:quia tunc nihil ex eo debebit.Non
ſit vbi aliàs voluntas teſtatoris impleri poteſt de
iure:quia remanet adhuc nomẽ hæredis,per præ
dictas leges.vnde neq; hoc obſtare poteſt.

In tex. ad cauſam teſtamenti pertinens.Glo.
hic intelligit de teſtamento & codicillis. & re-
cte. Adde quæ dicam in.§.aperire.ibi, omnes
enim aperturæ.infrà eodem. Quid autem in do
natione cauſa mortis: an ſub hoc edicto com-
16 prehendi debeat. † Clarum eſt enim mortis cau
ſa donationem quandoque vim habere contra-
ctus: quandoque legati, vt commemoratur in
l.finali.C.de donatio. cauſa mort.&.§.j.inſti.
de donatio.l.j.circa princip.ff.ſi quid in fraud.
patro. &.l. poſt legatum.§.finali.ff.de his quib.
vt indig. de quo per Baldum & Ioan. de Imo-
la, Aretin. Alexand.& omnes in.l.ij.ff. de lega-
tis primo.Baldus in.l. Labeo. in principio. ff.
de pactis.glo.& Bartolus in. l.ij.in principio.ff.
de dote prælega.Et in hoc bene conueniret alia
Bart.Io.de Imola & Roma.diſputatio in.l.inter
mortis.ff.de dona.cauſa mort. An ad confirma-
tionem donationis cauſa mortis neceſſaria ſit hæ
reditatis aditio,an verò ſola morte donantis cõ-
firmetur.Nam ſi aditione tñ confirmetur:expe-
dita eſt quæſtio: quoniam ſub hoc edicto com-
prehenditur, quia vim habebit legati & vltimæ
voluntatis. alioquin ſi morte non expectata
aditione, contractus naturam ſapiet. Neque
hoc pacto ſub hoc edicto comprehendi poteſt,

& vt videre poteris per Bartolum & Moder. in
locis prædictis, vtraque diſputatio in varias
ſcinditur ſententias per legum magiſtros. Ego
verò pauca tantum recitabo in vnam & alteram
17 partē. † In primis quod nō pertineat ad teſtamē-
tum videtur caſus clarus in. l. poſt legatum. §.
fina. ff. de his quib. vt indig. auſer. hæredi. vbi
donationem cauſa mortis non eſſe ſimilem le-
gato dicit ille text. Nam teſtamentum impu-
gnans legato priuatur, non autem donatione
cauſa mortis. ratio eſſe poteſt, quoniam dona-
tio nihil à teſtamento recipit, ſed per ſeipſam
conſiſtit, quia pacto aut ſtipulatione fit ſecun-
dum Baldum in dicta. l. Labeo. ff. de pact. eun-
dem Baldum Immolam, Aretin. & Moder. o-
mnes. in dicta. l. ij. ff. de legatis primo. Mouen-
tur autoritate gloſſ. in dicta. l. ij. ff. de dote præ-
lega. Addit Alexand. in loco prædicto gloſſ. in
in. l. quum pater. §. Mæuio. ff. de legatis. ij. &
gloſſ. in. l. ij. C. de iure dot. Citat Bartolum &
alios qui iſtius ſunt opinionis. Bald. moueba-
tur per. l. inter mortis. ff. de donatio. cauſa mor.
Sic inducas vt per Alexandrum in dicta. l. ij.
ff. de legatis primo. quia in dicta. l. inter mor-
tis. text. vult donationem cauſa mortis fieri à
præſente præſenti. Non ſic eſt in teſtamento
quod præſentiam hæredis aut legatarij non de-
ſiderat, dicta. l. quum pater. §. ſurdo. ff. de legatis
ij. l. inter veſtem. ff. de auro & argento lega. Ad-
18 debat Alexand. aliam differentiam. † Nam do-
natio cauſa mortis traditionem requirit vel ſti-
pulationem. l. mortis cauſa donatio. & l. ſi mor-
tis. § finali. ff. de donatio. cauſa mor. Et idem no-
tat Bartolus in. l. j. ff. de donatio. cauſa mort.
motus per. l. ſenatus. §. finali. ff. eodem, de dona-
tio. cauſa mort. Sunt & aliæ differentiæ inter
donationem cauſa mortis & legatum, poſitæ
per gloſſ. in. §. j. inſtitu. de donatio. & eam dif-
ferentiam puto conſiderandam eſſe, quia ma-
gis vrgeat ea quæ ponitur in. l. tam is. ff. de do-
natio. cauſa mort. Nam & is donare poteſt cau-
ſa mortis qui teſtari non poteſt. Nam filiusfa-
miliàs teſtari non poteſt, etiam permittente pa-
tre. l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen. §. j. inſtitu.
quibus non eſt permiſ. facere teſtamen. donare
tamen poteſt patre permittente. vtrunque proba-
tur in dicta. l. tam is. §. finali. igitur quum dona-
tio cauſa mortis ſine teſtamento & codicillis
fieri poſſit: non debet ſecundum naturam teſta-
menti aut codicilli interpretari neque iudicari.
Nam verbum, relictum. non poteſt donationi
cauſa mortis adaptari. l. quum hi. in princip. ver-
ſicu. hæc oratio. ff. de tranſactio. Cuius meminit
Aretin. in dicta. l. ij. ff. de legatis primo. & iſtud
19 in hoc ſenatuſconſulto plurimùm vrget. † Nam
& domini appellatione filiusfamiliàs compre-
henditur. l. j. §. domini ſecundo, ſuprà eodem titu-
lo. Igitur & donatio, quæ à filiofamiliàs fieret
cauſa mortis non poteſt teſtamenti aut codicilli
appellatione venire. Tertiò ſecundum commu-
nem opin. donatio cauſa mortis ſola morte con-
firmatur. l. non videtur. ff. de donatio. ſic vt non
ſit opus hæreditatis aditione. & Bartolus in di-
cta. l. inter mortis. allegat. l. j. ff. q ſine manumiſ.
ad liberta. peruene. Additur per Din. Baldus
& Ioannes de Imola in locis prædictis. ſimiliter
& Romanus in dicta. l. inter mortis. l. ſequens
quæſtio. ff. de legatis ſecundo. iuncta gloſ. inter-
pretatione ſeu melius ſuppletione. Hoc idem
notat Bartolus in. l. qui romæ. §. Flauius. ff. de
verborum obligationibus. Quartò, Si pacto aut
ſtipulatione fiat, naſcitur aduerſus hæredem ex
ſtipulatu actio, vel certi condictio ex ſtipulatu.
ſecundum gloſſ. & Din. & ita refert & ſequitur
Bartolus in dicta. l. j. ff. de donatio. cauſa mort.
per dictam. l. mortis cauſa donatio fit, & dictam
l. ſenatus. §. finali. ff. de donatio. cauſa mort. Si
pacto nudo, & naſcitur actio ex. l. ſi quis argen-
tum. §. finali. C. de donatio. Et idem tenet glo. ſe-
cundum eum in dicta. l. quum pater. §. nemo. ff.
de legatis. ij. Et glo. in dicta. l. ij. C. de iure dot.
& reſpondet Bart. ad. l. j. C. de dona. cauſa mort.
quia ille tex. loquitur de donatione cauſa mortis
largè et impropriè ſumpta, qua legatum donatio
eſt. l. legatum. ff. de legatis primo. dummodo ab-
ſenti facta eſſet, & ab eo qui teſtari poteſt, vt in
dicta. l. tam is. ff. de donatio. cauſa mort. Non ſic
vbi à filiofamiliàs fieret. l. ij. ff. de legatis primo.
& dicta. l. tam is. §. fi. vel vbi propriè donatio cau-
ſa mortis ſumpta eſt, per dictam. l. ſenatus. §. fin.
& l. mortis cauſa donatio fit. ff. de donatio. cau-
20 ſa mort. † & ſecundum Bartolum irreuocabili-
ter tenetur donans donatario. & Alexand. in di-
cta. l. ij. ff. de lega. primo. reſpondet ad obiectum
Ioan. de Imola dicentis. l. ſi quis argentum. §. pe-
nultimo. C. de donatio. non poſſe donationi cau-
ſa mortis conuenire: quia illa. l. de donatione in-
ſinuationem requirente loquitur. at mortis cau-
ſa donatio abſque inſinuatione fit. l. finali. C. eo-
dem, de donatio. cauſa mort. igitur &c. quia di-
cit Alexand. non eſſe bonam reprehenſionem
Ioan. de Imola, eo quod rationes dictæ. l. ſi quis
argentum. §. penultimo. conueniunt æquè dona-
tioni cauſa mortis, ſicuti & donationi ſimpli-
ci. & lex ſic poteſt extendi vbi rationes æqua-
liter concludunt, ex ea quæ ſcripſit in princi. di-
ctæ. l. ij. ff. de leg. j. Secundò, non eſſe verū quod
illa. l. ſi quis argentum. loquatur tm̄ de donatiōe
inſinuationē requirente, ſed ſolùm dicit, nihil im-
mutari de his quæ circa inſinuationē ſtatuta ſunt
Quintò, Si à traditione cōfirmetur donatio cau-
ſa mortis ſecūdum eum per dictam. l. mortis cau-
ſa donatio fit. ff. de donatio. cauſa mort. igitur
non ex teſtamento vel codicillis. Et hoc modo

ſecundum

ſecundum eundem Bartol. in dicta.l.ſ.ff.de donatio. cauſa mort. donatarius tenetur donatori l. Paulus.§. Marcellus. ff. eodem de dona. cauſa mort. Et ſi dicatur peti vtili actione ex teſtamento: tunc non erit propriè mortis cauſa donatio.l.ſ. C. de donatio.cauſa mort. Neque obſtat ſecundum Ioannem de Imola & Alexandrum
21 in dicta.l.ij.ff.de legat. primo ſi dicatur † ad eſſe donationis deſiderari quinque teſtes vt in.l. fin. C.de donatio.cauſa mort.quoniam & in contractibus quandoque quinque teſtes neceſſarij ſunt l.teſtium. C. de teſti.l.fina.& authen. ibi poſita. C.ſi certum petatur.In contrarium tamē eſt. l. ſi. C.de donatio.cauſa mor. quæ in tribus ſui partibus ſaluari non poteſt,& directè aduerſatur concluſioni ſuprà dictæ de inſinuatione. Primò in his verbis, actis minimè indigere, neque expectare publicarum perſonarum præſentiam. Secundò dum dicitur, neque propter hoc quod ei geſta non acceſſerunt inefficax eſſe atque inutilis videatur. Et per illa verba dicit illhic gloſſ. in verbo, indigere.donationē cauſa mortis in hoc à donatione inter viuos differre: quia inſinuationem vna expoſtulat, altera verò non. Tertiò in verſicu. Sed ita res procedat, dicit donationem cauſa mortis valere ſi quinque teſtibus præſentibus fiat, vel in ſcriptis vel ſine literarum appoſitione & ſine monimentorum acceſsione: & nullam vult hāc donationem calumniam pati. Ecce quomodo ſine ſtipulatione vel pacto facta valet donatio. Quartò in fi. dictæ.l.dum dicitur, & omnes effectus ſortiatur quos vltimæ habent liberalitates, neque ex quacunque parte abſimilis ei
22 intelligatur. † Ecce quomodo præciſe vult ille text. quos effectus habeat mortis cauſa donatio non diſſimiles liberalitatibus in teſtamento factis. Et tex.in.§.j.inſti.de donatio. vtitur his verbis, hæ mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia. & licet in ſeq. verſicu.eiuſdem.§.dicatur, vt per omnia fere legatis connumeretur: quaſi innuere velit nō in omnibus conuenire. vt illhic glo. meminit: tamen ſtatim ſubiūgit, Et ſic procedat quemadmodum noſtra conſtitutio eam formauit. quæ eſt illa dictæ.l.fina. C. de donatio.cauſa mort. & demum repetit modum & effectum quem vult imperator mortis cauſa donationem habere, vt quū donator vult magis ſe, quū eum cui donat, habere.

Ex his verbis infero aliud & ſecundum argu-
23 mentum, non eſſe verum, † donationem cauſa mortis, quæ etiam per ſtipulationem vel pactum fit, vel per ſubſequutam traditionem, non poſſe per donatorem reuocari: quin imò quandocunque voluerit donator eam reuocare poteſt eo quod donator non alio animo donationem facit, niſi malit ſe quàm donatarium habere, dicta l.prima.ff.de donatio.cauſa mort. Adeo & ſi donatarius prius donatore moriatur, extinguitur: neque confirmatur, niſi mors ſequatur donatoris, dicta.l.non videtur.ff.de donat.cauſa mort. Et ſi conualuit, ſtatim ex ſua natura reuocatur mortis cauſa donatio, dum pendet.eodem titu. vel pœnitentia, dicto. §. j. inſtitu. de donationi. Alioquin ſi aliter facta eſt donatio cauſa mortis, quia malit donatarium quàm ſeipſum haberi, iuxta dictam .l.ſenatus.§.fina.&.l. ſi alienam. §.finali.ff.eodem de donatio.cauſa mort.erit donatio inter viuos, vt inquit Iureconſultus in. l. vbi ita.ff. eodem.dicit enim Iureconſultus, cauſa donandi magis eſt quàm mortis cauſa donatio: & ideo perinde haberi debet atque alia
24 quæuis inter viuos donatio. † Ecce quomodo donationes quæ ſtatim effectum producunt irreuocabiliter non eſſe donationes cauſa mortis, ſed donationes inter viuos, licet mors donatorem ad donandum impulerit. Et idem tenet gloſſ. in dicta. l.ſenatus. in verbo, donator. & in dicta. l. ſi alienam. §.fina. in verbo, nullo caſu. eodem titulo. Cui ego addo. l. Seia. §. finali.in fi. ff. eodem, de donatio. cauſa mort. in his verbis, non tam mortis cauſa quàm morientem donare. & non poteſt in ea locum habere falcidia neque per pœnitentiam reuocari, inquit illa gloſſa per. l. quum maritus. §. j. ff. de pactis dotalium. quia donatio erit inter viuos facta. Tertiò, Contra eos eſt text. clarus in dicta. l. Seia. in principio. ff.eodem de donatiu.cauſa mort. in his verbis, Seia cùm bonis ſuis traditionibus factis Titio cognato donationis cauſa ceſſiſſet, vſumfructum ſibi recepit, & conuenit. Per quæ conſtat in illo textu res donatas traditas fuiſſe quadam conuentione prius facta, quæ erat, ſi Titius prius ea decederet, proprietas ad eam rediret, & ſi ſuperſtitibus liberis Titij mortua fuiſſet, ad eos bona peruenirent. & tamen dupliciter traditæ fuerunt. Primò verè, quia cum effectu traditæ. Secundò, fictè per vſusfructus retentionem, vt in. l. quiſquis. C. de donatio. & tamen in verſiculo, igitur. dicit Iureconſultus, igitur ſi res ſingulas hæredes Lucij Titij vendicent, doli non inutiliter proponetur exceptio. Ecce quomodo donatio ſubintelligitur ſemper facta ſub eo modo, ſi Titius ante donatricem non decederet, proprietas ad eam redeat: & ſecunda donatio facta ſi poſtea ſuperſtitibus liberis Titij mortua ſit donatrix, tunc ad eos bona perueniant, ſed prædecedente primo donatario, res donata à donatrice non reuocatur, quantuncunque res donata tradita fuerit donatario, ſed eam donatrix repetit, licet per ſecundam donationem voluerit res donatas

ad hæredes donatarij ea mortua peruenire. Præ-
terea in fine ſecundi reſponſi dicitur, ſi cautionē
ex conſenſu mulieris acceperint, contributioni
propter falcidiam ex perſona ſua tenebūtur. Ex
25 quibus verbis duo colligo. † Primò donatorem
non teneri cautionem præſtare de re donata reſti
tuenda adueniente tempore mortis donatoris ni
ſi velit, quia ſemper eius manet: & poteſt, vt di-
ctum eſt, eam reuocare, niſi donator cautionem
aut ſponte aut ex conuentione interpoſuerit, di-
cto. §. j. inſtit. de donatio. Ecce quomodo dona-
tio cauſa mortis, etiam ſi eſſet ſtipulatione vel pa
cto vallata, non ſtatim irreuocabiliter effectum
habet, niſi adueniente morte donatoris: niſi per
ipſam ſtipulationem, vel pactum fuerit ſpeciali-
ter & nominatim ita cōuentum, dicta. l. ſenatus.
§. fi. & dicta. l. ſi alienam. §. fi. ff. de donatio. cauſa
mort. Secundò, Ex rebus donatis cauſa mortis
falcidiam detrahi poſſe ſicut ex legatis. Addit il-
lhic glo. l. ij. C. de donatio. cauſa mort. l. in do-
nationibus. & l. penultima. C. ad legem falcidiā.
in hoc demonſtratur, donationem cauſa mor-
tis effectum habere vltimæ voluntatis, & non
contractus.

Quartò non comperio legem quæ mihi dicat
de iure digeſtorum. non potuiſſe donationem
cauſa mortis fieri, niſi per ſtipulationem vel pa-
ctum nudum. bene autem comperio, poſſe per
ſtipulationē fieri vel per pactū, in. d. l. mortis cau
ſa donatio ſic etiā. & l. ſenatus. §. finali. ff. de do-
26 natio. cauſa mort. dicitur in dicta. l. mortis. † ſic
donatio fieri poteſt cauſa mortis vt quis ſtipule-
tur in annos ſingulos quoad viueret vt poſt mor
tem promiſſoris exactio incipiat, in. l. ſenatus. §.
fina. dicitur. Si mortis cauſa in annos ſingulos
pecuniam ſtipulatus eſt, non eſt ſimilis ei cui in
annos ſingulos legatum eſt. non dicitur, donatio
nem aliter non poſſe fieri quàm per ſtipulatio-
nem. Neque etiam inuenio quod pacto nudo
fiat: quicquid dicant gloſſæ per eos allegatæ,
quum ſine lege loquuntur. In primis gloſſ. in. l.
quum pater. §. Mæuio. ff. de lega. ij. in verbo, do
nabat. quæ ſupplet ad illum tex. dicentem, Mæ-
uio debitori ſuo reus ſtipulandi mandauit, vt Ti
tio cui mortis cauſa donabat, pecuniam debi-
tam ſolueret. aliter non dicitur in illo tex. an per
pactum vel ſtipulationē donaret. Secundò, Glo.
in. l. ij. C. de iure dotium. ſolùm dicit, donatio-
nem cauſa mortis ſolo nudo pacto initam inua-
lidam eſſe iure veteri. l. finali. ff. de donatio. l.
Seia. ff. de dote prælegata. l. penultima. ff. de
alimen. & cibar. lega. & alijs legibus per eam
allegatis, ſed in neutra earum comperio poſſe
probari, donationem cauſa mortis nudo pacto
factam eſſe. In primis nihil de his loquitur. l. fi-
nali. ff. de dona. cauſa mort. neque. l. fina. ff. de
donatio. Secūdò. l. penultima. ff. de ali. & cibar.
lega. ſimiliter. l. ij. ff. de dote prælega. non lo-
quuntur de donatione, ſed de prælegato in te-
ſtamento facto. l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimo
nio. nullo pacto intelligi poteſt de mortis cau-
ſa donatione. ſimiliter neque. l. quum maritus,
§. finali. ff. de pact. dotali. licet ille tex. loquatur
27 de † muliere, quæ dotem fratri ſtipulatur reſti-
tui ſi in matrimonio decederet illa ſtipulatio ſe-
cundum naturam contractus dotis eſt. l. ij. in. §.
reſponſo. C. de dona. cauſa mort. Nam & ſi fra-
tri non eſſet ſtipulata, non exiſtentibus liberis
ex ea ſucceſſiſſet frater, ſi non fuiſſet pater ſu-
perſtes. & in hoc non differt. l. quoties. C. de
donatio. quæ ſub modo. allega. per illam glo.
quamuis illa. l. in ſimplici donatione intelliga-
tur. Præterea non video ad quid illa glo. alle-
gauerit. l. ſi adulta. C. de hæredi. actio. quia
in nulla ſui parte de donatione mentionem fa-
cit. Et dato quod in prædictis legibus proba-
retur id ad quod per Accurſ. allegantur: nihil
eſt quod poſsit vrgere, quoniam quod donatio
pacto nudo facta, ſit inualida, facilimè conce-
do. Igitur non niſi pacto fieri poteſt vel ſtipu-
latione. non poſſum iſtud mihi perſuadere, quic
quid dicant: quinimò non puto verum quod ex
pacto nudo de donando naſcatur actio ex. l. ſi
quis argentum. §. penulti. C. de donatio. verum
eſt gloſſ. in illa. l. ſi quis argentum. §. penulti.
in verbo, detinuerit. ſic interpretari ex verbis
illius legis, vt vſumfructum minimè detinuerit,
donationem pacto nudo factam, producere
actionem ex illa. l. ſed hoc non dicit ille tex. ſed
28 velle videtur Imperator dicere, † donationem
validam eſſe licet ſtipulatione ſeu pacto valla-
ta non ſit, neque traditione vera vel ficta, qua-
lis eſt ea quæ per vſusfructus retentionem fit:
tamen donator ſua promiſſione de donando fa-
cta, licet rem donatam non tradiderit donata-
rio, conueniri & compelli poſſe ad rem dona-
tam tradendam. & demum quærit, qua actione
compelletur? Reſpondet, actione ex illa lege.
Quid ergo erit illa promiſsio? dic liberalita-
tem quandam factam eſſe plenam & perfectiſ-
ſimam: & ſecundum illam legem neceſſarius tra
ditionis effectus ſequetur. Et in verſicu. quum
enim. dicitur in eadem. l. quum domini in arbi-
trio cuiuſcunque ſit hoc facere quod inſtituit,
oportet eum vel minime adhoc proſilire. & ſic
vides quod qui donat, non paciſcitur: ſed eſt
quædam animi ſeu voluntatis inſtitutio ſeu pro-
poſitio ex libera hominis diſpoſitione proue-
niens. & idem notatur in. l. ſenatus. §. donatio.
ff. de donatio. cauſa mort. & clarius in. l. j. in
princip. ff. de donatio. ibi, & propter nullam
aliam cauſam facit, quàm vt liberalitatem & mu
nificentiam

29 nificentiam exerceat. † & ideo non ex nudo pa-
cto naſcitur illa actio, neque ex lege propter
pactum, ſed ex illa liberalitate & munificentia
donatoris lex actionem producit: quæ libera-
litas ſola inſtitutione donatoris facta eſt. Sed
poſſes ex hoc inferre, ſi ex ſola liberalitate na-
ſcatur actio: multomagis ex nudo pacto, quod
idem videtur cum illa inſtitutione. poſſet dici
quod iam non eſſet inſtitutio liberalitatis & mu
nificentiæ, ſed inductio ex pacto quæ formalis
non eſſet. & dicta .l. ſi quis argentum. §. pen.
hoc videtur conſideraſſe in verſicu. ſui verò &
hoc prætermiſſum ſit. id eſt, inquit Accurſ. ſti-
pulatio prætermiſſa, de pacto ille tex. non lo-
quitur. dixi aliquando repetendo Aureliæ. §.
ſed quum nulla. in. l. iuriſgentium. ff. de pact.
Sed in donatione cauſa mortis hoc obtinere
non poteſt. & licet Areti. in dicta. l. ij. colum.
iij. ff. de lega. j. his non obſtantibus veram eſſe
dicit communem etiam in donatione cauſam
mortis, per dictam. l. ſi quis argentum. §. pen.
eo quod quantum ad modum ordinandi dona
tionem cauſa mortis, donationi inter viuos ma-
gis quàm legato æquiparatur, cuius æquipara-
tionis fit iſta extenſio. ſed iſtud non poteſt eſſe
verum. & multo magis admiror virum tam gra-
30 uem ita huic adhæſiſſe poſt Io. de Imola. † Nam
clarum eſt etiam quoad ordinationem differre
donationem cauſa mortis & donationem ſim-
plicem. Nam donatio cauſa mortis debet à præ-
ſente præſenti fieri. l. inter mortis. ff. de donatio.
cauſa mort. Non ſic in donatione ſimplici, quæ
abſenti fieri poteſt. l. abſenti. ff. de donatio. Se-
cundò donatio cauſa mortis coram quinque te-
ſtibus fieri debet. l. fin. C. de donatio. cauſa mor.
& in hoc cum codicillis conuenit, & æquipara
tur fideicommiſſo in. l. j. C. de donatio. cauſa
mort. Non ſic in liberalitate ſeu ſimplici dona-
tione, dicta. l. j. ff. de donatio. Tertiò mortis
cauſa donatio ab initio conditionem recipit,
dicta. l. ſenatus. §. donatio. ff. de donatio. cauſa
mort. l. non omnis. ff. de reb. credi. §. j. inſtit.
de donatio. Non ſic in ſimplici donatione: quia
ſtatim effectum producit irreuocabiliter, dicta
l. ſenatus. Quare non puto verum eſſe, vt di-
xi ſuprà donationem cauſa mortis pacto nudo
factam producere actionem ex. l. ſi quis argen-
tum. §. penultimo. C. de donatio. quia illa lex de
donatione ſimplici loquitur. & trahas eam quo-
modocunque volueris, non poteſt rectè de mor
31 tis cauſa donatione intelligi: † quum alia ſit cau
ſa donationis cauſa mortis, & donationis ſim-
plicis. l. ſenatus. §. donatio. ff. de donatio.
cauſa mort. præſertim cùm certa forma facien-
dæ donationis cauſa mortis ſtatuatur in dicta
l. ſenatus. & melius in dicta. l. fina. C. de do-
natio. cauſa mort. quam Iuſtinianus in. §. j. in
ſti. inſtitu. de donatio. vult omnino obſerua-
ri: aliter facta non valeat, per illum text. qua-
re non poteſt hac ratione perſuaderi. Non in-
ficiabor quin ſi donatio cauſa mortis per ſti-
pulationem aut pactum fiat, quin naſci poſsit
certi condictio ſi ea intentione fiat mortis cau-
ſa donatio quæ à lege introducta eſt, quin ſem-
per pœnitentia reuocari poſſit, per text. in. l.
non omnis. in princip. ff. de reb. credi. etiam
quantuncunque pecunia, quæ mortis cauſa do-
nata eſt, inquit ille tex. numerata ſit: tamen ſi
donator conualeſcat, aut is qui accepit prius
donatore decedat, vel quum id quod fieri de-
bebat fieri non poteſt: his tribus caſibus acci-
piens reſtituere tenebitur. & ſic pœnitentia re-
uocatur. Idem dicit. §. primus, inſtitu. de dona-
32 tio. † Nam vbicunque fit donatio ſecundum
propriam formam & naturam, id eſt, quia do-
nans mauult habere quàm donatarium, pœni-
tentia reuocatur per illum tex. & l. fi. C. eo. de
donatio. cauſa mort. Alioquin ſi ab initio ma-
uult donatarium habere quàm ſeipſum: ſtatim
donatio perfecta eſt, & non erit donatio cau-
ſa mortis, ſed donatio inter viuos, vt dixi ſu-
prà per. l. vbi. & l. Seia. §. fina. ff. de donatio.
cauſa mort. Et id declarat dicta. l. ſenatus. §.
donatio. ff. de donatio. cauſa mort. inquit ille
tex. conſtituens in hoc differentiam inter ſim-
plicem donationem & donationem inter viuos:
ſed mortis cauſa donatio longè differt ab illa
vera & abſoluta donatione quæ ita proficiſci-
tur vt nullo caſu reuocetur. & ibi, qui donat,
illum potius quàm ſe habere mauult. at is qui
mortis cauſa donat ſe cogitat quod amore vi-
tæ recepiſſe potius quàm dediſſe mauult: hoc eſt
quod vulgo dicitur, ſe potius habere vult quàm
33 eum cui donat. † Quod idem fiat iudicium de
donatione cauſa mortis ſicuti de teſtamento &
codicillis, clarè probat dicta. l. quum. Si in prin
cip. verſicu. hæc oratio. ff. de tranſac. Poſſent
hic recenſeri conformitates, quas gloſſ. in di-
cto. §. ponit inter legatum & donationem cau-
ſa mortis. & plenius ea Alexander in dicta. l.
ij. columna finali. ff. de legatis primo. quas bre-
uitatis gratia omitto. Similiter & Romanus
poſt Ioannem de Imola in. l. inter mortis. ff. de
donatione cauſa mortis. dum quærit, an adi-
tione vel morte confirmetur donatio. Ego
vtique conſentio non aditione ſed morte con-
firmari, per ea quæ ſuprà dicta ſunt: non re-
peto, vt breuitati inſeruiam. Sed vltra quàm ſuprà
dictum ſit pondero. l. finali. ff. de do. cauſa mort.
quam gloſſ. illhic multipliciter legit, ſed verior
illius legis ſenſus eſt de ſeruo, cui aliquid do-
natum eſt cauſa mortis: an id ſeruo acquiretur,
34 an domino: † Et dicit tempus mortis dona-
toris inſpiciendum eſſe, vt ſi ſeruus liber erat

quum mortuus eſt donator: & ſibi non domino
acquirit ſi verò liber non erat tẽpore mortis do-
natoris ſed poſt eius mortem nondum apertis
tabulis manumiſſus eſt ſecus erit, & ſic ante adi-
tam donatoris hæreditatem acquiritur domino
ſerui & non ſeruo. Ecce quomodo nõ ſpectatur
ad confirmationem donationis niſi mors dona-
toris, nõ autem quod hæreditas adeatur: imò ne-
que tabulæ teſtamenti donatoris aperiãtur. Sed
ob id non variatur natura & conditio donatiõis
cauſa mortis, quin de ea ſicuti de teſtamento &
codicillis iudicetur per ſuprà dicta, quibus addo
l. vnica. §. fina. C. de cadu. tollen. Adde. l. ij. §. te-
ſtamentum. ff. quemadmodum teſtamen. aperiã.
quam rectè notat illhic Barto. Teſtamentum enĩ
eſt omnis ſcriptura quæ continet omnem vltimã
voluntatem. Clarum eſt autem donationem cau
ſa mortis continere vltimam volũtatem, quia nõ
niſi morte confirmatur, dicta. l. ſenatus. ff. de do-
na. cauſa mort. Et hæc ratio præſertim in hoc ſe-
natuſcõſulto conſiderari debet, Primò quia pro
beneficio reipublicæ fit. vnde quod in communi
vtile eſt ſpectari debet. §. vtrum ſuprà eadẽ. l. Se-
cundò, cõtemplatio defuncti occiſi, ne ingratus
videatur donatarius. & ſi dicas, quid ad apertas
tabulas, quum nihil ex eis conſequatur? dic hoc
in conſideratione nõ eſſe, vt ſuprà dictum eſt de
35 eo † qui inſtitutus eſt hæres in teſtamento inuali
do ex quo nihil cõſequi poteſt, qui nihilominus
punietur propter apertas tabulas teſtamẽti, licet
non iure facti, ex quo nihil cõſequi poterat. Ter
tiò, legatum etiam morte confirmatur: quia ſta-
tim mortuo teſtatore acquiritur legatum, & agi
poteſt contra hæredem ad adeundam hæredita-
tem, vt ea adita legatum ſoluatur. l. à Titio. ff. de
furt. l. cogi. ff. ad Trebellia. Addo quod ſatis co-
gnouerunt hi qui primæ opin. adhæſerunt. l. j. C.
de dona. cauſa mort. vbi lex producit actionem
vtilem ex teſtamento, veluti pro fideicommiſſo,
neque videri poteſt aliud tam à forma concipien
dæ donationis quàm ab eius effectu, quod non
participet de vltima voluntate: Primò quantum
ad formam: quia quinque teſtes debent præſen-
tes eſſe, dicta. l. ſin. C. de donatio. cauſa mort. ad
ſimilitudinem codicillorum. l. fi. in fi. C. de codi-
cil. vbi generalius ille tex. loquitur in omni vlti-
ma voluntate, excepto teſtamento, quinq; teſtes
neceſſarios eſſe. vnde non mirum ſi mortis cauſa
donationem veluti fideicõmiſſum in vltima vo-
lũtate factum iudicauit imperator in dicta. l. j. C.
de dona. cauſa mort. Et licet à præſente præſenti
fieri debeat: ob id tamen cauſam vltimæ volunta
tis non tollit, neque teſtamentum ob id variatur
36 ſi pñs eſt hæres inſtitutus vel legatarius. † Nam
& legatarius teſtis in teſtamento eſſe poteſt, in
quo legatum ſibi factum eſt. l. qui teſtamento. ff.
de teſtamen. §. legatarijs. inſti. de donatio. Sed id
fit ideo in donatione cauſa mortis, vt quum per-
ſonæ fiat eius contemplatione id acceptet præ-
ſens, vt etiam à ſimplici donatione diſtinguatur,
& in hoc cum contractibus participet: alioquin
omnino vim teſtamenti aſſumeret ſeu codicilli,
quia ſuſpenditur & reuocatur ſicuti & codicilli,
etiam ſi in prioribus codicillis cauſula prohibiti
uæ eſſet appoſita. l. diuus. §. licet. ff. de iure codi-
cil. Et ideo dicitur morte cõfirmari, vt morte cõ
tingente exactio incipiat, vt in. l. mortis cauſa do
natio ſit. ff. de dona. cauſa mort. & quod interuẽ-
tus quinque teſtium in facienda cauſa mortis do
natione ordinem conficiendæ donationis reſpi-
ciat, eſt tex. in. §. ſed neque hæres. inſtit. de teſta.
ordi. ibi, quia hoc totum negotium quod agitur
teſtamenti ordinandi gratia creditur. vnde quan
tum eſt ad ordinem & eius effectum non abſimi
lis eſt vltimæ voluntati, vt in dicta. l. fi. C. de do
na. cauſa mort. Et Frãciſ. Areti. in dicta. l. ij. ff. de
37 lega. j. non inficiatur, † quantum ad effectum po
tius vltimæ voluntati quàm contractui æquipa-
rari. l. ij. ff. de publi. in rem actio. ibi, quia ad exẽ-
plum legatorum capiuntur. Secundò, quantũ ad
ius accreſcendi & ſubſtitutionem. l. vnica. §. fi. &
§. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollen.
Tertiò, Quãtum ad actionem, dicta. l. j. C. de do
na. cauſa mor. & licet dicant aliqui debere illam.
l. intelligi quando donatio abſenti facta eſt, vt
vim habeat fideicomiſſi: ſicuti voluit Bart. in. l.
j. ff. de dona. cauſa mor. & in. l. qui Romæ. §. Fla
uius. ff. de verbo. oblig. Certe illa reſtrictio vim
facit dictæ. l. j, quia neque illa. l. j. hanc admittere
poteſt, ſimiliter nec. l. j. ff. qui ſine manumiſ. ad li
ber. peruener. quare de his vim non facio, ideo
tranſeo cum hac vltima parte donationem cauſa
mortis pertinere ad cauſam teſtamẽti. Præſertim
per. l. fi. C. de codicil. iuncta. l. j. iij. & fi. C. de do-
natio. cauſa mort. l. vnicam. §. fi. C. de caduc. tol-
len. §. primum. inſti. de donatio. l. non omnis. ff.
de reb. credi. l. quum hi. §. j. ff. de trãſactio. l. ij. ff.
de publi. in rem actio. l. in donationibus. & l. pe
nulti. C. ad. l. ſeya. §. j. in fi. ff. de dona. cauſa mor.
& alias ſuprà allega. Pauci etiam ſunt qui inficiã
tur donationẽ cauſa mortis quo ad effectus adſi-
milari legatis & fideicõmiſſis. vnde ſicuti de fi-
deicõmiſsis & legatis hic diximus, vt ſub hoc ſe-
natuſconſulto comprehendantur: eadem ratione
38 in donatione dicendum eſt: † quia quamuis in
actibus differat donatio cauſa mortis à legatis &
fideicommiſſis: tamen quantum ad effectus ſuos
conueniunt, præſertim huius ſenatuſconſulti: q̃a
ſicuti in legato dicimus, teſtatorẽ magis velle le-
gatarium rem legatam recipere quàm hæredem:
ſic in donatione cauſa mortis dicitur, vt ex prædi
ctis videri poteſt. Non obſtat. l. poſt legatum. §.
fi. ff. de his q̃b. vt indig. q̃a pctm̃ nõ debet egredi
culpam, ſed quum donatio cauſa mortis non de-
pendeat à teſtamento, ideo non eſt mirum ſi ca-
dat à re legata, per illum tex.

In text. id ne quis ſciens. Nota hoc edictũ ne-
gatiuum eſſe: ideo non poteſt beneficio illius
renuncia

renunciari. Primò, quia negatiuum, ſecundum
gloſ.in.l.j.in fin.gloſ.magnæ. C.ne fideiuſ.doti.
dentur. quam gloſ. dicit Angel. Alber. non eſſe
alibi. Sed illi adde ſimilem & quam Bal.illhic ſin
gulariter notauit in.l.libertorum. C.de teſti.glo.
in.§.præterea. in verbo, Senatuſconſulto. in au-
thenti. vt ſine prohibi.matres.collatio.vij. Adde
gloſ. & quod illhic Angel. & omnes notant in.l.
pactum inter hæredem. ff. dè pact. Modern. Pa-
pien.in.l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact. vbi
transſcribunt apoſtil. Alexan.in dicta.l.j. C.ne ſi
deiuſ.doti.dentur. Addit illhic Alexan.l.non du
bium.in verbo, prohibuiſſe ſufficiat. & in verbo,
ſpecialiter. C.de legi. Et præſertim id dico in hoc
Senatuſconſulto procedere per rationem Ange.
in dicta. l.pactum inter hæredem.ij.colum. ff.de
pact. Nam ſi pactio admitteretur, circunducere-
tur ratio publicæ diſciplinæ, cuius meminimus in
l.j.in princi.ſuprà eod. Idq; contra bonos mores
eſſet, vt illhic dictum eſt. Quibus addo quod no-
tat Bartol.in authenti.ſacramenta puberum. C.ſi
aduerſ.vendic. Illis ego addo tex. & glo.in.c.ſta-
tutum.§.j.in verbo, committitur. & in ca.diſpen-
39 dia.in verbo, proceſſus.de reſcript.in.vj. † vbiq;
prohibetur literas apoſtolicas ſeu reſcripta aut
diplomata apoſtolica dirigi alijs perſonis quàm
in dignitate cõſtitutis, vel præbendas habentibus
in maioribus eccleſijs. Prohibet etiam cauſas ali-
bi audiri à delegatis iudicibus apoſtolicis quàm
in ciuitatibus et oppidis inſignibus, in quibus pe
ritorũ copia faciliter haberi poteſt. Et dicit gloſ.
per partem huic conſtitutioni non poſſe renun-
ciari, Imò plus ille text. procedit vlterius annul-
lando quicquid contra conſtitutionis tenorem
actum erat. Adde quod notatur in.l.nõ dubium.
C.de legi. Imò plus etiam ſi lex vlterius nullum,
non declararet, non minus tamen nullum eſſet,
dicta.l.non dubium. Quibus addo glo.in.l.à di-
uo Pio.in verbo, actionem. ff.de ritu nupti. Alia
illi ſimilis gloſ.in clement.ne Romani.in verbo,
non poteſt.de electio. Vide amplius Modern.in
dicta.l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact.glo.in
rubrica.extra, ne ſede vacante. Poſſet hoc dilata-
ri: tamen ſufficiant quæ dicta ſunt à recẽtioribus,
à quibus plura expectare potetis in locis p̄dictis.
In verbo, quis. Nota, duo ex eo colligi poſſe.
40 † Primum, dictionem, quis, vtrunq; ſexum com-
prehendere maſculinum & fœmininum.l. ſi quis
id quod.ff.de iuriſdi.omnium iudi.&.l.quicũq;.
vbi per Bald. Franciſ. Areti. & omnes. C.de ſer.
fugit. Barto: in.l.j.ff.de verbo.ſignifica. & in.l.j.
colum.vij. in fine. ff. de pecul. non dilatabo am-
plius, ſed quantum eſt ad hoc Senatuſconſultum
vidiſtis in.l.j.§.iuxta.verſi.potuiſſe.ſuprà eo.an-
cillam non excuſari, ſi etiam voce clamando auxi
lium domino non præſtitit, vbi aliter domino au
xiliari non poſſet corpus opponendo. Sed hoc
non obſtante poteſt atteniari, vt in hac parte Se-
natuſconſulti mulier excuſari debeat. §. ſi quis
ignorans.infrà ea.l.ibi, ſi fortè per imperitiam vel
ruſticitatẽ ignarus edicti prætoris. Nã mulier: in
his quæ iuris ſunt, ſicut vir ꝓpter ruſticitatẽ excu
ſat̃, ſic & mulier: quia eodẽ ordine ſexus et ruſti-
citas ambulãt, ſecundũ gl.in.l.ſi. C.de iur. & facti
igno.quam Bart. illhic ſequitur, vt à pari ꝓcedãt
mares, & fœminæ circa iuris ignorãtiam. & vltra
caſus quibus viris ſuccurritur dicit Bartol. alios
eſſe quibus mulieri ſuccurritur, de quibus illhic
per gloſ. & Bart. Adde.l.error. &.l.regula. ff.de
iur. & facti ignor. Et melius adde text.in.l.quum
de indebito.§.ſi autem is.ff.de probatio. Per quẽ
idem notat Bald. in rubrica. C.de rerum permu-
41 tati. † vnde ſicut ruſticus excuſatur, ſic & mulier
excuſari debet. Non obſtat.l.j. §.iuxta.verſic.po
tuiſſe, quia in hoc lata eſt differẽtia inter primum
& ſecundum caput huius Senatuſconſulti: quo-
niam peccans in primum caput, peccat in ius quo
dammodo naturale, quod eſt, non auxiliari do-
mino, cui debitor eſt: vt in.l.ij. C.de in ius vocan.
dicam in dicto.§.ſi quis ignorans.in quo non ex-
cuſatur vir neque etiam mulier. ſicuti neque ruſti
citati in hoc parcitur neque ſexui. Secundum au-
tem caput eſt conſtitutionis iuriſciuilis, videlicet
aperire tabulas, hæreditatem adire, ſiue ex teſta-
mento, ſiue ab inteſtato delatam: quum etiam de
iure ſi hæres negligat tabulas aperire & ob id bo
norum poſſeſsionem non petat, ſexui non parci-
tur neque ruſticitati.l.in bonorum.ff.de bonorũ
poſſeſ.l.ij.in fi. ff.quis ordo in bono.poſ.ſer.l.iu
ris ignorantia. C.qui admit.in bono.poſſ. Vnde
ſi ob id ruſticus aut mulier ſuper hoc dubitaue-
rint, excuſantur, præſertim cùm hic agat̃ de pœ-
na exigenda quæ dolum poſtulat, vt in hoc.§.di-
citur, ſciens dolo malo. Et ſic de pœnæ exactio-
ne agitur. In quo text. ruſticitati parcitur, dicta.l.
ſi quis id quod.§.doli. ff.de iuriſdic.omnium iu-
dic. & ob id: progrediamur ad verſic.ſeq. Secun-
42 dum eſt quod colligitur ex eodem tex. † non tan
tum hæredem ſcriptum aut ab inteſtato vocatum
puniri pœna huius Senatuſconſulti propter te-
ſtamenti aperturam, ſed & quiuis alius etiam ex-
traneus aperiens incidit in pœnam Senatuſcon-
ſulti, vt dixi ſuprà.
In text. Sciens dolo malo. Ecce quomodo duo
deſiderat hoc Senatuſconſultum in hoc vltimo
capite, videlicet ſcientiam & dolum. hæc tamen
diuerſa ſunt.l.igitur.§.poteſt.verſic.quoties quis
iuſtis.ff.de libera.cauſa. Idem in.l.j. C.de his qui
latro.occultaue.l.Methrodorum. ff.de pœn.l.j.
C.de deſerto. & occulta. lib.xij.l.in lege Corne-
lia. ff.ad.l.Cornel.de ſicar. l.ſi quis ignorans. ff.
de locato & conducto. l. item apud Labeonem.
§.ſi quis virgines. ff.de iniur. & in hoc edicto ſa-
tis dicitur dolo feciſſe qui ſcit teſtatorẽ occiſum,
dummodo aliàs huius edicti propter ruſticitatẽ
vel imperitiam ignarus non ſit.§.ſi quis ignorãs.
infrà eod.illhic dicam plenius. Niſi craſſa eſſet &
ſupina ignorantia.l.regula.§.j. ff.de iuris & facti

ignoran.l.ſed & ſi pupillus.§.de quo palàm.ver-
ſicu.proſcribere. ff.de inſtito.actio. l.ob id.ff.ad
l. Aquiliam.l.ſi Titius. ff.de fideiuſ.l.j.§.domus.
C.de falſ.moneta.l.j. &.iij. & per totum penè ti-
tulum.ff.de ſer.corrupto.l.j.&.iij.§.is qui neſcit.
ff.de libero homine exhiben. l.is qui ſeruum. C.
ad.l.fam.de plagia. Tolle exemplum,ſi cùm quis
de proprio facto interrogatur, & ignoraſſe ſe di-
43 cit, † quia in proprio facto non eſt tolerabilis er-
ror.l.quum falſum. ff.de acquiren.hæredit.l.nec
ſupina. &.l.regula. ff.de iuris & facti ignoran.l.
de ætate.§.qui iuſto. ff.de interroga.actio. Et ob
id Petr.de bel.pertica,& alij noſtrates reprehen-
dunt gloſ.in.l.non fatetur.ff.de confeſſis. Quam
Barto. ab hac impugnatione noſtratium defen-
dit,& dicit gloſ.doctrinam limitandam eſſe,ſi ali
quis in facto proprio errat,ne error in latam cul-
pam cadat,vt ſi errans aduerſarij ſuggeſtione ſeu
perſuaſione ductus eſt ſecundum.l.j.&.ij.in fin.
ff.quando de pecul. actio annalis ſit. Secundò ſi
negotium adeo inuolutum eſt vt vix quaſq; dili-
gens abſolueret.l.penult.ff.de confeſ. Certè neu
tra ſaluatio Accurſium iuuare poteſt. Nam quod
Barto.de eo dicit, qui aduerſarij dolo inducitur,
iam non ob id quod negligat ius ſuum ſed quod
alius ex dolo ſuo locupletaretur,quod à iure alie
num eſſet.l.j.in princi. ff. de dolo.ne illis malitia
ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas ſit damnoſa. l.Iu-
lianus.§.per contrarium.ff.de actio.empti.l.ſi do
lo.C.de reſcinden.venditio. l.non fraudentur.§.
nemo. ff.de reg.iur. excipitur hac ratione dolus,
qui circa cõtractum matrimonij commiſſum eſt,
ne læſionem proli matrimonij diſſolutio adferat.
l.fina. C.de interdi.matrimo.inter pupil.& tuto.
cum qua iunge.l.penul.eod.titulo.quando inter
perſonas à lege prohibitas contrahitur,per illum
tex. Sed vbi dolus aduerſarij non arguitur à lege
non recipitur, dicere in proprio facto non puta-
ram,vt inquit diuus Ambroſius Officio.lib.j.ca.
xxxviij.l. quiſquis. C.de reſcindend.venditio. Et
dicit illhic gloſſ. quando dolo aduerſarij aliquis
decipitur, licet deceptus in culpa ſit, qua tamen
aduerſarius in dolo eſt, dolus culpæ præponde-
rat.l.item ſi obſtetrix.§.fi.ff.ad.l. Aquili. Sed vbi
dolus non inuenitur aduerſarij,ſed culpa tantum
eſt domini,tunc illi imputatur, neque excuſatur.
text.eſt quem volo te ſingulariter notare in dicta
l.Iulianus.in princip. verſicu.quid tamen ſi igno
44 rauit.ff.de acti.empti. † de eo qui ſeruum furem
vendidit quem bonæ frugis eſſe affirmauit:igno-
rans tamen furem eſſe vẽditor actione ex empto
tenebitur, quamuis ignorauerit. In culpa enim
fuit aſſeuerando quod nõ debuit facilè qui igno-
rauit,aſſeuerare.

Ad ſecundum dic,non iuuare errorem in pro-
prio facto,ſi quum potuit diligenter inquirendo
rem notam habere, dicta.l.regula. §.ſed facti. ff.
de iuris & facti ignor.&.l.ij.in fi. ff. quis ordo in
bono.poſſ.ſerue.l.in bonorum.ff.de bono.poſſ.
Ea igitur diligentia exigatur non curioſiſsimi ne q;
etiam negligentiſsimi hominis, dicta.l.regula. &
l.ſi bene.ff.de vſur.l.ſi quid venditor. &.l.ſcien-
dum.ff.de euictio. Et in hoc hic in culpa non eſ-
ſet.l.ſi vt certo. §.nunc videndum. ff.commoda.
l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſolu.matrimo.& di-
cta.l.regula.&.l.nec ſupina.ff.de iur.& ſac.igno
ran.c.innotuit. extra,de electio. Quibus adde.l.
igitur.in princip.&.§.poteſt. ff.de liberali cauſa.
ibi,quoties quis iuſtis rationibus ductus, vel nõ
iuſtis,ſine calliditate tamen putauit ſe liberũ. Di-
cam plura in.§.ſi quis ignorans.&.§.fi.infrà ea.l.

Sed huic diſputationi videtur cõtrauenire tex.
dicti.§.ſi quis ignorans. cùm excuſatur ruſticitas
& ignauia à pœna huius Senatuſconſulti, qui po
teſt diligenter inquirendo ruſticus certiorari pa-
45 riter & mulier. † Sed dic, in pœnis,& in damno
vitando errorem excuſari non in lucris, vt in.l.
error. ff.de iuris & facti ignoran. quibus adde.l.
quod adhibitus.C.de his qui ſibi aſſcrib.in teſta.
ibi,in quam credo te magis errore quàm malitia
incidiſſe.

In text.aperiendũ,recitandum,deſcribẽdumq;
curet. Nota hæc verba ad maiorem expreſsionẽ
appoſita eſſe. Cui addo ſimilem in cle.ne Roma-
ni.iuncta gloſ.in verbo,modificari. & illhic Ioã.
Andr.in nouel. de electio.l.qui teſtamentum. &
l.Paulus.in fin.ff.ad.l.Corne.de falſ.l.item apud
Labeonem.§.hæc omnia ferè.ff.de iniur.l.verbũ
facere.ff.de verb.ſignifi. Aperiendum,inquit,vt
in.§.aperire. qui ſequitur. Secundò recitandum
quod ſermonem ſeu verborum explicationẽ de-
monſtrat.c.omnis.§.fin.extra,de pœniten.& re-
miſ.vbi hæc tria vocabula explicantur.l.ij.in ver
bo,veritate reuelata.C.de naufrag.lib.xj. Tertiò
in verbo,deſcribendum.vide.l.j.&.l.ij.§.ſi dubi
tetur.ff.quemadmo.teſta.aperian. Et in hoc iſte
46 text. eſt ſingularis † contra eos quibus ſecretum
ſeu arcanum conſilij committitur,vt nullo modo
id manifeſtare debeant, verbo,ſigno,ſcripto,ſeu
alio quouiſmodo.c.vbi periculum.de electio.li-
bro.vj. l.ſi quis teſtamentum. §.ſed ſi quis tabu-
las.ff.ad.l.Aquil. per quam Bald.notat, ſecreta-
rium ſeu graffarium cauſæ ſecreta reuelantem te-
neri ad intereſſe partis, addo.l.proximos.ij. C.
de proxi.ſacro.ſcrini.lib.xij. Vnde ſcriniarij hu-
iuſmodi perſonæ vocantur per illum text. in his
verbis quibus merito arcana pietatis noſtræ com
mittantur per Luc. in rubrica illius titu. C.de ſi-
lentia.ca.de forma. xxij.quæſt.v.ca.vnico.de no
ua forma fidelita.& ca.vnico.de for.fideli.colla-
tio.x. vnde diuus Ambroſius lib.j.Officio.capi.
xviij.inquit, ſilentium quoque ipſum, in quo eſt
reliquarum virtutum otium, maximus actus ve-
recundiæ eſt. & Valerius de inſtitutis antiquis
ait, Quàm ſidum & altum erat ſecretum conſi-
ſtoriũ Reipublicæ,ſilentijq; ſalubritate munitũ,
cuius limen intrantes abiecta priuata dilectione
ita dilectionem publicam induebant,vt nondum
vnum,

vnum, ſed neminem audijſſe crederes, quod tam
multorum auribus fuerat commiſſum. Et iterum
apud eundem, Adeo autem magna charitate pa-
triæ tenebantur, vt arcana conſilia patrum cõſcri
ptorum multis ſeculis nemo ſenator enunciaue-
rit. Et Aul. Gel. noct. atti. lib. j. ca. xxiij. Mos an-
tea ſenatoribus Romanis fuit in curia cum præ-
textatis filijs introire, tunc quidem in ſenatu res
maior quæpiam conſultata, eoq́ in diem poſterũ
prolata eſt. Placuitq́ vt eam rem ſuper quam tra-
ctauiſſent ne quis enunciaret priuſquàm decreta
47 eſſet. † Hæc pauca obiter dicere curauimus, cùm
hæc noſtra ætas hoc vitio nõ vacet. Quod quàm
graue atq́ pernicioſum in publico ſit, nemo non
ſcit. Et qui ſignum dat furenti. l. ſacrilegij pœnã,
§. fina. ff. ad. l. Iul. pecul. ca. Iudas. de pœniten. di-
ſtinctio. iij. Luc. xxiij. ca. & Matth. xxvj. ca. Adde
l. j. ij. & iij. ff. ad. l. Iuliam maieſta. dicam in. l. pe-
nulti. infrà eodem titulo.

In verbo, curet. dic videri clarè probatũ quod
ſuprà commemorauimus in verbo, ne quis. quæ
dixi debere de quibuſcunque perſonis aperien-
tibus intelligi. ſimiliter in. l. j. ff. de ſer. corrupto.
verbum enim, curet. intelligẽdum eſt per ſe neq́
per alium quo minus id fiat. l. fina. §. Labeo. ff. de
reb. credi. l. illa ſtipulatio. §. eum qui. ff. de verbo.
obligatio. l. j. in princi. ff. de eo per quem factum
eſt. c. non liceat. lxxxvj. diſtinc. Inde ſolet hæc re-
gula colligi, In factis negatiuis, non ſufficere ali-
quid nõ facere, ſed neceſſe eſt procurare ne alius
faciat. gloſ. eſt in ca. de forma. xxij. q. v. quæ ad id
allegat. l. in lege. ff. de locato et conducto. & l. fa
cere. ff. de verbo. ſignifica. Et iſte text. eſt clarus.
48 † Nam paria ſunt, an aliquis per ſe, an verò per
alium faciat aut facere iubeat. l. debitor. ff. de pi-
gno. actio. l. & qui ſub imagine. C. de diſtractio.
pigno. regula, qui per alium. de regu. iuris. in. vj.
de hoc dic vt in dicta. l. illa ſtipulatio. §. eum qui.
& in dicto. §. Labeo. vbique Moderni dilatant,
vide eos.

In text. priuſquam de familia. Nota iunctis his
verbis, quæſtio, ſuppliciumq́. hanc dictionẽ de-
notatiuam eſſe ordinis, videlicet ordine iuris &
temporis. Secundò ſubſtantiæ & intellectus. de
quibus per Barto. in. l. vnica. §. j. C. de no. Codi.
compo. Luc. de pen. in rubrica. C. vt dignita. or-
do ſerue. lib. xij. Ordo enim eſt vt prius quæſtio
de familia & ſupplicium de noxijs, ſiue domeſti-
ci aut familiares ſint, ſiue extranei, ſumatur: demũ
tabulæ aperiantur & hæreditas adeatur, ſiue ex
teſtamento ſiue ab inteſtato vt hic, & §. non tan-
tum. & §. ſeq. cum duabus. ll. ſeq. infrà eod. titul.
De quo dic vt per Modern. in. l. ij. §. prius. ff. de
vulga. & pupil. ſubſtitu. vbi multa de ordine diſ-
ſerunt. Cum autem ſatis alienum eſſet ab inſtitu-
to, videbis quæ illhic notant, ſimiliter & Felin. in
ca. per tuas. & in rubrica. extra, de maiori. & obe
dien. Et Alexand. in. l. cùm quid. ff. de reb. credi.
l. ij. C. vt ordo digni. ſerue. lib. xij. text. in. l. quo-
ties. ff. de vſufruct. ca. in Chriſto. de conſecra. di-
ſtinct. ij. & in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe
ris & poſthu. et Numeri. xxvij. dum ordinem dat
ſuccedendi. ſimiliter in. l. Iureconſultus. & per to
tum penè titulum. ff. de gradi. affinita. hic autem
de ordine iudiciorum loquitur, de quo in. l. pro-
latam. C. de ſenten. & interlocu. omnium iudi. c.
quoniam contra falſam. extra, de probatio. In cri
minalibus vide. l. libellorum. ff. de accuſatio. l. j.
& l. qui crimen. C. qui accuſa. poſſ. l. fin. C. de ac-
cuſatio. l. ij. C. de exhibend. reis. ca. inquiſitionis.
extra, de accuſatio. l. ſi quis in ea. C. de cuſto. reo.
49 l. obſeruare. C. quorum appella. non recip. † Li-
cet quandoque ex criminis qualitate à iuris ſolẽ-
nitatibus detrahatur in ca. ex literis. j. extra, de ho
micid. cauſa vitandi ſcandali. vide in hoc plenius
Feli. in ca. nihil. extra, de præſcriptio. l. ſi quis fi-
lio. §. hi tamen. ff. de iniuſto rup. & irri. teſtamen.
l. ex publicorum. ff. de accuſato. l. de ſubmerſis.
in verbo, velato velo. C. de naufrag. lib. xj. in cle-
men. ſæpe. de verbo. ſignifi. in extrauagan. ad re-
primendum. & illhic per Barto. in verbo, ſumma
riè. & verbo, de plano. authent. niſi breuiores. C.
de ſenten. ex pericul. recitan. l. miles. §. ſexaginta.
ff. ad. l. Iuliam de adulter. cap. manifeſta. & ca. de
manifeſta. ij. q. j. ca. ad noſtram. extra, de iureiur.
ca. quoniam. extra, de filijs præsbyterorum. Per
Anto. de Butrio in ca. fin. extra, de cohabita. cle-
rico. & mulier. Archid. in ca. ſtatuimus. per illum
tex. xj. q. j. Tamen crimen detegi debet etiam per
ſeruorum quæſtionem, vt hic, & per totum hunc
titulum, quia oportet de crimine prius conſtare.
l. j. §. illud. ſuprà eo. illhic diximus. Oportet enim
ſemper de crimine conſtare in. l. eius qui delato-
rem. in princi. ff. de iure fiſci. l. inde Neratius. §. fi-
50 na. & l. ſeq. ff. ad. l. Aquiliam. † Nec ordo in cri-
minalibus remitti poteſt, etiam de partis conſen-
ſu. Intellige quantum ad veritatem facti inquirẽ-
dam. argumento eſt. l. fi. C. de probatio. eo quod
nemo auditur perire volens, ſicuti aliquando di-
xi per. l. non tantum. ff. de appella. De quo in. l. fi
na. & l. de minore. vbique per Bartol. ff. de quæ-
ſtio. De quo dic plenius ſi velis videre, vt per Fe
lin. in ca. in cauſis. colum. fina. & ca. fraternitatis.
iij. colum. extra, de teſti. eundem in dicto ca. quo
niam contra falſam. ix. colum. extra, de probatio.
& quod notatur in authẽt. at qui ſemel. C. de pro
batio. Gloſ. hic in verbo, noxijs. interpretatur de
domeſticis & familiaribus occiſoribus et nõ ſuc-
currentibus. quaſi gloſ. extraneos domini excuſa
re velit, ſed non videtur mihi congrua glo. reſtri-
ctio & directe eſt contra verba Senatuſconſulti
Sillaniani poſita in. l. j. in princi. ibi, tam à dome-
ſticis quàm ab extraneis. illhic dictum eſt. Præter
ea illi obſtat. l. in cognitione. infrà eod. & l. fina.
C. de his quibus vt indig. aufer. hæredi.

Gloſ. in verbo, ſumptum. dicit, capitis pœnam
imponi poſtulauerit. Intellige de vltimo ſuppli-
cio, vt in. l. j. §. vltimum. ſuprà eod. titulo. Et puto

ſic gloſ. intellexiſſe, & ex hoc verba Senatuſconſulti in. l. j. in princip. ſuprà eod. interpretata ſunt in his verbis, periculo capitis.

SVMMARIVM.

1 Literæ alienæ & potiſsimum principis vel iudicis à nemine ſunt aperiendæ.
2 Recipiens literas ad alium deferendas, in quo peccet ſi non reddiderit.
3 Aduocatus ſeu procurator aduerſario cliẽtis ſui inſtrumenta prodens qualiter plectendus ſit.
4 Aperiens inſtrumentum quando eiuſdem vſu priuari debeat.
5 Aperiens literas alienas incidit in crimen falſi.
6 Prohibitus aperire non poteſt excuſari ſi ſemel teſtificata didicerit.
7 Voluntas teſtatoris certa eſſe debet.
8 Notio quæuis eorum quæ in teſtamento ſcripta ſunt, & omnis medius ad eam Senatuſconſulto prohibetur.
9 Literæ non ſignatæ aut aliàs approbatæ nullius ſunt fidei & valoris.
10 Teſtamentum non ſignatum an poſsit quis aperire impunè, vt ob hoc non incidat in Senatuſconſultum.
11 Teſtamentum varijs modis imperfectum dici poteſt.
12 Voluntas imperfecta teſtatoris ſi nil validum cõtineat, legi Corneliæ tunc nullus remanet locus.
13 Interdictum de tabulis exhibendis locum habet in omni cauſa imperfectionis.
14 Teſtamentum ſi fuerit imperfectum interdicto de tabulis exhibendis locus erit.
15 Lex Cornelia & edictum de tabulis exhibendis locum habent, licet teſtamentum in ſolennitate deficiat.
16 Teſtamentum non ſignatum an poſsit valere ſi de teſtatoris voluntate conſtet.
17 Teſtamentum non ſignatum non poteſt de falſo argui.
18 Teſtamentum non neceſſariò ſubſignatur, duntamen ſolenniter coram ſeptem teſtibus factum ſit.
19 Teſtamentum deficientis ſolennitatis cauſa imperfectum, an inter filios habere poſsit locum.
20 Voluntas teſtatoris teſtibus manifeſtata, ſed non ſubſcripta non debet fraudari ſeu cauſa.
21 Cauſa libertatis pari greſſu incedit cum cauſa pia.
22 Senatuſconſultum Sillanianum, & edictum quemadmodum teſtamenta aperiantur differunt à lege Cornelia, & interdicto de tabulis exhibendis.
23 Falſificans teſtamentum etiam non rite factum puniri debet.
24 Teſtamentum non ſignatum an poſsit impune aperiri.
25 Palàm, hæc dictio, quid dicatur Iureconſultis.
26 Palàm factum id dici poteſt, quod in publico inſtrumẽto ſolenniter confecto ſcriptum eſt.
Publicum non ſemper dicitur quod in publico inſtrumento ſcribitur.
27 Pariſienſes quam ob rem regeſta de per ſe confectis inſtrumentis fieri non ſinant.
28 Teſtamentum quando palàm factum dici poſsit.
29 Teſtamenta aliquod ius ſingulare habent quod in cæteris inſtrumentis non deſideratur.
30 Teſtamenta & eorum ſolennitates per quæ probari poſsint.
31 Inſtrumenta iniurioſa quando & quandiu reuocari poſſint.
32 Apertio inſtrumenti facta in abſcondito æquè punitur atque ſi publicè facta fuiſſet.
33 Probatio teſtamenti an per teſtes non rogatos poſsit fieri.
34 Probatio voluntatis & ſolennitatis, de quibus dubitatur, per ſeptem teſtes fieri poteſt.
35 Hæres an teneatur ad ea pro quibus eum teſtator poſt iam abſolutum teſtamentum rogauit nulla interueniente ſcriptura.
36 Hæres an aliquo caſu iurare teneatur quòd teſtatori fidem dederit de hæreditate reſtituenda. & nume. 37.
38 Solennitas teſtamenti non ſemper attẽditur, ſed vltimæ voluntatis veritas.
39 Æquitati ſoli innititur imperator in cauſis decidendis.
40 Fideicommiſſarius quot teſtibus probare poſsit contra hæredem fideicommiſſum ſibi per teſtatorem relictum.
41 Voluntas vltima teſtatoris per ſeptem teſtes fieri debet.
42 Numerus teſtium debitus requiritur dum per ſolennitatem teſtium res oſtenditur.
43 Contractus & alij actus inter viuos facti, de quibus veritas & fides per ſcripturam haberi nequit, quot teſtibus poſsint probari.
44 Hæres à fideicommiſſario cõuentus negans ſe rogatum per teſtatorem fuiſſe de reſtituenda hæreditate, ſi poſtea iuramento delato confeſſus fuerit, an poſsit vti legis beneficio. & nume. 46.
45 Hæres ad iuramentum compelli non debet, ſi conſtet teſtamentum imperfectum eſſe.
47 Hæres vel legatarius à fideicommiſſario vniuerſali vel ſpeciali conuenti quando ad iurandum poſsint cogi.
48 Fideicommiſſarius ſolennem probationem facere tenetur aduerſus hæredem fideicommiſſum negantem.
49 Hæres qui ab initio fideicommiſſum confeſſus eſt, licet excipiat de ſolennitate non ſeruata: ſtatim compelli poteſt ad reſtitutionem.
50 Veritas & æquitas in vltimis voluntatibus attendi debent.
51 Voluntas vltima teſtatoris pro lege habenda eſt.
52 Hæredes teſtatoris voluntati obedire debent.
53 Hæres compelli debet ad obſeruantiam voluntatis teſtatoris.
Teſtamentum per ſeptem teſtes probari debet, & ſi perditum ſit, eius tenor per duos non legitimè probatur.
54 Confeſsio hæredis tertio præiudicare non debet.
Peccata dicũtur ſecreta etiam quæ in quinque teſtium præſentia facta ſunt.
55 Pœna ex occultis delictis non exigendæ.
56 Participans cum excommunicato occulto pœnam nõ incurrit.
57 Publicè agere quid ſit, & quid palàm.
58 Loqui dicitur quis alteri verbo, literis & nuncio.
59 Teſtes in cauſa producti nec clàm nec palàm videri debent quouſque per iudicem ſint publicati.
60 Hæres petens teſtamentum aperiri vt ſciat an ſit hæres inſtitutus, quando excuſetur.
61 Teſtamentum in fauorem teſtantis inſpici & aperiri prohibetur.
62 Scientia in Senatuſconſulto Sillaniano conſiderata, ad violentam mortem defuncti eſt referenda.
63 Ruſticitas & imperitia quando excuſent, remiſsiuè.
64 Imperitia circa artificium proprie dicitur conſiſtere.
65 Iudices debent peritos habere aſſeſſores.
66 Aſſeſſores iudicibus aſsidere debent legum explicandarum gratia.
67 Imperiti propriè dicuntur literarum expertes.
68 Iudicare poteſt quiuis de re cuius peritiam habet & notitiam.

ritiam.
69 Sententiæ per Venetos latæ quamobrem in rem non tranſeant iudicatam.
70 Iudex iudicando leges ſeruare & ſecundum eaſdem ferre debent ſententias.
Ruſticus excuſatur ab ignorantia iuris.
71 Ignorare iura nemo debet.
72 Ignoratio quid proprie dicatur.
73 Ignotus actiuè capitur quandoque, ſcilicet pro ignorante.
74 Ignorantia quid ſit, & ad quid referri debeat.
75 Ignauia quid ſit, & ad quid referatur.
76 Præparatio diligens in omnibus negotijs neceſſaria.
77 Ignorantia iuris ſcripti excuſat in pœnalibus.
78 Homicidium an ſit ſemper iuri naturali contrarium.

§. Aperire.

HIC VVLPIANVS Iureconſultus verba ſecundi capitis Senatuſconſulti interpretari incipit. In primis verbum, aperiendum. Aperire, inquit, is dicitur etiam qui naturaliter aperit. & Accurſius ait, naturaliter. id eſt, ſine aliquo extrinſeco adiuncto Iurecõſultus in. l. ſi in duobus. §. ſi ſui natura. ff. quemadmod. teſta. aperian. Aliter: verbum, naturaliter. exponit, id eſt, ſi ſui natura ſeipſas patefaciunt. Addo illi. l. ij. §. j. verſic. ſed vbi quarta. C. quando & quib. quar. pars. lib. x. ibi, immobiles quidem res quæ nec latere facilè poſſunt. l. j. ff. de in integ. reſtit. ibi, ipſe enim ſe oſtendit. l. j. §. ſi roſæ à muribus. ff. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabul. l.
1 vnica. §. fina. ff. ſi tabulæ teſtamen. nul. exta. † Et
quod hic dicitur de literis naturaliter clauſis, intellige quæ magis quodam fato quàm hominis facto aperiri contingunt, & tamen omnis apertura prohibita eſt, etiam ſi quaſi ſeipſas aperiãt ſeu manifeſtent vt neque apertas liceat inſpicere, argumento. l. vnicæ. C. de famoſ. libel. de qua aliquid dictum eſt, in. §. ſi maritus. ſuprà ea. l. quod nota pro his quæ plenius per me ſcribentur in. l. penul. infrà eo. contra non reuelantes factionem in patrem aut principem factam, in quibus non cadit excuſatio, vt in ca. vnico. de forma fideli. & ſcribitur Eccleſiaſtes. j. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. Similiter ꝓ his quæ dicta ſunt in. §. ſubuenitur. poſt gloſ. in. l. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſ. maior. de incarcerato qui carceres exire non debet, etiam ſi carcerem apertum inueniat. l. ſi captiuus. ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. Et hunc text. notat hic Roman. contra tabellarios qui literas portare ſuſceperunt, vt ſi eas aperiant, & inſpiciant crimine falſi plecti poſsint l. fina. C. de fabric. lib. xj. quæ nihil probat de tabellario ſuſcipiente literas, ſed de recipiente, qui
4 contenta in eis implere negligit. alleg. etiam ad
id & recte. ca. cum olim magiſter. extra, de offic.
delega. & quod illhic glo. notat in verbo, ſigilla. illum text. etiam alleg. Luc. de pen. in. l. j. colum. viij. in fin. C. vt nemo ad ſuum patroci. lib. xj. Et prius eis Bartol. in. l. ij. ff. ad. l. Cornel. de falſ. Et facit. l. ſi quis aliquid. §. teſtamentum. verſic. qui viui teſtamentum. ff. de pœnis. l. j. §. is qui depoſita. &. l. ij. in verbo, recitauerit. &. l. Paulus. vbiq; Bartol. ff. ad. l. Cornel. de falſ. Et melius in. l. Titio. §. j. in fin. ff. ad municipa. in verſic. quero. ibi,
2 & † quid commiſiſſe videtur is qui non reſtituit
ei, cui reſtituere mandatum receperat, tamen timens fortè illud Vriæ quod ſcribitur. ij. Reg. xj. cap. quod transſcribitur in dicto ca. cum olim magiſter. non videtur puniendus. dic quòd curam ſuſcipere non debuit, eas tradere, ideo punitur, dicta. l. Titio cum eſſet. ff. ad municipal. & ſtatim cum poteſt ſecundum Roman. hic dicto ca. cum olim magiſter. extra, de officio delega. dicta. l. ſi quis teſtamentum. §. ſed & ſi quis tabulas. ff. ad. l. Aquil. ibi, vel pluribus præſentibus legerit, & in his verbis, ſecreta iudiciorum publicauit, & in. l. j. §. ſi quis tabulas. ff. depoſi. Et ſi aperiat qua pœna plecti debeat, gloſſ. in dicta. l. Titio. in verbo, & quid dixit crimine falſi. pro quo eſt dicta. l. ij. &. l. j. §. is qui depoſita. ff. ad. l. Cornel. de falſ. Innocen. & Hoſtien. in dicto cap. cum olim. dicunt puniendos eſſe pœna arbitraria, per illum text. aperiens autem teſtamentum punitur pœna centum aureorum, dicta. l. lege. §. fina. infrà eo. in dicta. l. ſi quis aliquid. §. qui viui. ff. de pœnis. punitur lege Cornelia de falſis. Ego puto arbitrarium eſſe iudici ſecundum facti neceſsitatem, vt ſi alicuius eſſet conſequentiæ vnde damnum parti læſæ contingeret, ego puto falſi eum teneri, ſecun-
3 dum gloſ. opinionem in dicta. l. Titio. † Tolle in
aduocato aut procuratore qui inſtrumenta ſui clientis aduerſario prodit, vt in dicta. l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta. ff. de pœn. l. athletas. §. item præuaricator. ff. de his qui notan. infamia. &. l. j. §. fina. ff. de præuarica. l. j. C. de aduoca. diuer. iudic. vel in eo qui inſtrumenta apud ſe depoſita alteri reddit dicto. §. inſtrumenta. dicta. l. j. §. ſi quis tabulas. ff. depoſi. alioquin iudex æſtimabit. c. de cauſis. eo. titu. ſecundum Innoc. Hoſtien. & Ioã. Andr. in dicto ca. cum olim magiſter. de offi. delega. Et text. illius decretalis facere videtur pro Innocen. ſed illum tex. ſaluat illhic Felin. quia literæ cõmunes factæ erant parti, non mirum ſi pœna falſi non punitur. Et in hoc declarat dicta per Barto. in dicta. l. ij. ff. ad. l. Corneli. de falſ. vt non teneatur qui communia inſtrumenta ſeu communes literas aperit. Et Alber. de Ganda. in additi. ad Ange. Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo, falſario. Relinquat circa hoc cogitandum. Adde quod notatur in. l. qui tabulas. ff. de furtis. Cæterum aduerte, quia text. in dicto ca. cum olim magiſter. tradit pulchram doctrinam, quam tu me-
4 moriæ commendabis, † vt quamuis inſtrumen-
tum per productionem ſit parti factum cõmune,

ſi tamen legi ſeu publicari non debet,pars aperi-
ens debet priuari vſu inſtrumenti aperti, etiam ſi
ad cauſam aliquid adſerat. Et hoc obſeruare po-
reris in aliquo caſu. vſu enim & conſtitutionibus
regijs prohibetur teſtes,ſeu eorum depoſitiones,
quas inqueſtas vocant in curijs parlamentorum
publicari,quid ſi pars eas aperuit, & legit : an ex
apertura priuari debeat commodo inqueſtæ. Et
ille text. indubiè probat eum priuandum benefi-
cio illius probationis. Imò plus text. illius decre-
talis in fine. dicit illi denegatam eſſe audientiam,
qui ſigilla delegatorũ ſedis violauerat, eorumq́;
literas aperuerat,quæ papæ præſentare debebat,
ſicuti in alio caſu denegatur audiẽtia. l. ſancimus.
C. de iudic. l. j. §. quod autem. vbi id Barto. notat
ff. de aleæ luſu et alea. Feli. illhic ſe remittit ad di-
cta per Bartol. in dicta. l. Titio. ff. ad municipal.
Similiter & Moderni Papien. in. §. pœnales. vij.
colum. Inſtitu. de actio. Hoſtien. verò in dicto ca
pitu. cum olim magiſter. in verbo, violauit. dicit
5 † aperientem in crimen falſi incidere, quia iudi-
cis ſecreta aperuit, dicta. l. j. §. is qui depoſita in-
ſtrumenta. ff. ad. l. Corne. de falſ. Et quod tanquã
proditor ſit plectendus, dicta. l. ſi quis aliquid. §.
inſtrumenta. ff. de pœ. Ego verò addo pulchrum
rext. qui partem tantum priuat ſecunda aut tertia
teſtium productione, in. §. quia verò multi. in au-
rhenti. de teſti. colla. vij. in verſicu. ſi verò dedu-
cens. ibi, editionem nondum acceperit neq́; perle
gerit teſtationes, neque ipſe neque aliquis aduo-
catorum eius. Secundò in his verbis, neque per
diſpoſitionem edoctus ſit is qui eos produxerat.
Tertiò ibi, neque ſubſtraxit neque percunctatus
teſtationes neque ipſe neq́; aliquis aduocatorum
eius aut omnino pro eo agens. Quartò ibi, tunc
dandam eſſe quartam productionem. Idem in ſe
cunda & tertia productione. ſecundum gloſſ. &
Barto. illhic. Ab illo. §. ſumpta eſt authent. at qui
ſemel. C. de probatio. quem text. tu nota pro his
quæ dicta ſunt per me contra. gloſ. in verbo, edi-
cto. dum quærit, an quærens teſtamẽtum ſibi ape
riri vt videat an hæres ſit, quomodo cogitari de-
bet in prohibitis ne aliquid ſiat aut fieri poſsit
aduerſus ea quæ à lege ꝓhibita ſunt directe neq́;
per obliquum quouis quæſito colore. Sed dic. §.
quoniam verò multi. debere intelligi in terminis
iuris, quo teſtium publicatio permiſſa eſt, dum-
modo didiſcita non ſint teſtiſicata, per illum tex.
& ca. quoniam contra falſam. extra, de probatio.
& ca. vltra tertiam. & ca. de teſtibus. in verbo, pu
blicatæ. extra, de teſtib. Intellige didiſcita à parte
teſtificata, non autem à iudice cui teſtes ſemper
ſunt publicati ſecundum Innoc. in ca. cum Ioan-
nes. extra, de fide inſtrumẽ. Sed vbi lex prohibet
aperturam omnino ſecus dici poteſt, per rationẽ
l. ij. §. ſi dubitetur. et. §. diem autem. ibi, nam inſpe
ctio materiam falſo fabricando inſtruere poteſt.
& l. pupillares. ff. quemadmo. teſtam. aperian. §.
ſinautẽ quis. Inſtit. de pupil. ſubſti. Et ille. §. quia

6 verò multi. in ratione ſui poteſt induci † quod
prohibitus aperire, ſic prohibetur vt dictum eſt,
vt nullatenus excuſari poſsit, ſi ſemel didicerit
teſtificata, ſic in caſu huius. §. omnino apertura
prohibita eſt, ne contingat teſtamentum inſpici
& videri, dicta. l. ij. §. ſi dubitetur. ibi, inſpectio ta
bularum etiam lectionem earum indicat, quæ ra-
tio potiſsimè conſideranda eſt. l. quum pater. §.
dulciſsimis. ff. de lega. ij. quoniam vult omnino
prohibere hæredem ne teſtamenti & contentorũ
in eo notitiam habeat, hoc notat Bartol. in. l. qui
Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. neque
refert à quo aperiantur, vt dictum eſt in. §. præce
denti. & quod de teſte dictum eſt per dictum. §.
quia verò multi. Si autem hæres verba teſtamen-
ti aut in teſtamento ſeu codicillis contenta aliter
quàm per teſtamenti aperturam, et inſpectionem
intellexerit, non videbatur poſſe in hoc Senatuſ-
conſultum incidere. l. j. in princi. verſic. cæterum.
ff. de his quæ in teſta. delen. Per quem text. idem
notat Barto. in dicta. l. qui Romæ. §. duo fratres.
in. iiij. quæſtione. ff. de verbo. obliga. Sed dic ob
ſtare. §. præcedentem in iſtis verbis, recitandum,
deſcribendumq́; curet. Idem dicitur in dicto ver-
ſicu. quia verò multi. non refert quoquo modo
aliquis teſtificata didicerit. in his verbis, neque
percontatus teſtationes, neque ipſe neq́; aliquis
aduocatorum eius, aut omnino pro eo agens. Et
in verbo, diſpoſitionem. quod Accurſius pro ex-
poſitione interpretatur. Nec obſtat dicta. l. j. §. j.
verſic. cæterum. ad quam Bart. in dicta. l. qui Ro
mæ. §. duo fratres. in quæſtione reſpondet aliud
eſſe ſi lex vel ſtatutum dicat, lectis verbis inſtru-
menti vel teſtamenti : quia non ſufficeret oculis
intellectus legere, ſed oporteret oculis corporeis
legere, dicta. l. j. §. cæterum. In ea enim vult teſta-
mentum videri & legi poſſe, vbi teſtamentum de
7 letum eſt, vel obliteratum: † quia dubitari poteſt
tunc de volũtate teſtatoris, quæ debet certa eſſe,
lex præſumit propter inductiones & ſuperindu-
ctiones voluntatem mutaſſe, & teſtamentum re-
uocaſſe. l. vnica. §. ſina. ff. ſi tabulæ teſta. nul. exta.
& dicta. l. j. & l. ij. ff. de his quæ in teſtamẽ. delen.
De quo dic vt per Felin. in ca. ex literis. extra, de
ſide inſtrumen. hæc autem lex vt in. §. præceden-
te. dictum eſt, ſic apertè vim et voluntatem Sena-
tuſconſulti declarat, vt dubium in eo eſſe nõ poſ-
ſit, quia vult omnino prohibere hæredem ne vi-
deat neque intelligat quid in teſtamẽto ſcriptum
eſt. Et ſic vides quomodo gloſ. deciſio & Barto.
in. §. præcedenti. non poteſt ſubſiſtere, quia hoc
Senatuſconſultum non tantùm aperturam, ſed et
recitationem & deſcriptionẽ prohibet, per quas
teſtamenti aut codicillorum, ſeu alterius vltimæ
voluntatis notitia haberi poteſt, per ſe aut per a-
lium ſuo vel alieno nomine agentem. l. in fraudẽ.
ff. de his quibus vt indign. Et iſta verba, recitan-
dum deſcribendúmque curet. ſatis demonſtrant
quæ etiam hanc vim habent, vt non tantum teſta-
mento

mẽto in ſcriptis facto adaptari poſsint, ſed etiam
teſtamento nuncupatiuo, vt non debeat hæres cu-
rare teſtamentum ſibi recitari ſeu deſcribi. Et in
hoc conuenio cum Bartol. in dicta.l.qui Romæ.
§.duo fratres.in.iiij.quæſtio.ff.de verbo.obliga.
Cui addo.l.hæredes palàm.in princi.in argumen
tum. ff.de teſtamen. Nam & nuncupari & ſcribi
poteſt nomen hæredis.l.hac conſultiſsima. §.per
8 nuncupationem. C.de teſtamẽ. † quia omnis mo
dus, per quem ad notionem eorum, quæ in teſta-
mento ſcripta ſunt, deueniri poteſt, Senatuſcon-
ſultum prohibet. Et nota recte text. dicti ca.cum
olim magiſter.extra, de officio delega.in illis ver
bis, & ſcripta quæ nobis fuerant præſentanda
non erubuit aperire, & quod notatur in.§.ſi quis
tabulas.infrà ea.l.ibi, dolo caret qui tabulas non
aperuit. Illhic ſupplebitur quod hic omittetur.
In textu. Siue ſint ſignatæ, ſiue non ſint ſigna-
tæ. hunc.§. & verſicu.aperire. qui ſequitur, intel-
lige ſecundum.§.ſi quis tabulas.in his verbis, na-
turaliter linum autem inciderit. Per quem text.di
cit illhic Angel. trahentem moretrium de literis
non incidere in pœnam aperientis tabulas ſeu li-
teras, ſi tamen aliter non aperuerit: quoniam ille
text. deſiderat aperturam, & ſic factum impleri.
Illhic dicam copioſius. Cæterum nota tu tex.mea
opinione ſingularem, vbi lex factum conſiderat,
ſeu facti implementum non referre an alicuius ſit
commoditatis vel vtilitatis. ſufficit enim dicere
hoc à lege inanimata vel animata prohibitum eſ-
ſe.l.proſpexit. ff.qui & à quibus manumiſ.liber.
accip. &.j. Regum.xv. Nunquid vult dominus
holocauſta & victimas, & non potius vt obedia-
9 tur voci domini. † Nam clarum eſt literas non
ſignatas aut aliter approbatas nullius fidei eſſe.
ca.inter dilectos. extra, de fide inſtrumen. l.con-
tractus. C.eo.de fide inſtrumen.l.hac conſultiſſi-
ma.l.noſtram. C.de teſtamen.l.ad teſtium. §.ſi ſi-
gna.cum duobus.§.ſequen. ff.de teſtamen.l.j. ff.
de his quæ in teſtamen.delen.l.in fraudem.§.j.ad
fin.ff.de teſtamen.milita. præſertim in teſtamẽto
hoc obtinet, per ſuprà dicta, &.l.fin. C.de edic.di
ui Adria.tollend. Et tamen aperiens tabulas non
ſignatas neque aliter approbatas, in pœnam hu-
ius Senatuſconſulti incidit. ſimile dicitur in.§.itẽ
ſine iure.l.ſi quis legatum. ff.ad.l.Corne.de falſ.
l.prima.§.j.ff.de tabul.exhibẽ. Et dicit illhic tex.
& in.l.prima.§.teſtamentum.ff.quemadmo.teſta
men.aperian. teſtamentum etiam nullum & im-
perfectum, quamquam abuſiue teſtamentum di-
catur, tamen ſub hac nominatione comprehendi
tur: & ratio, vt prohibeantur omni via aperturæ
teſtamentorum, & tollatur diſputatio quæ inde
fieri poſſet in excuſationem aperientium, vt nul-
la ratio aperturæ haberi debeat vbi teſtamentum
nullum poſtea inueniretur, neq; hoc pacto eſſet
damnum allaturum, dicta.l. ſi quis legatum. in
princip.verſicu.cæterum. ff.ad.l.Cornel.de falſ.
10 ibi, † Cæterum ſi non ſignatum fuerit, magis eſt
vt Senatuſconſulto locus non ſit. propter quam
legem gloſ. illhic in verbo, perfectum. Bartol. &
doctores plurimum laborauerant circa concor-
dantiam huius legis. &.l.j.§.j.ff.de tabul.exhibẽ.
&.l.ij.§.teſtamentum. ff.quemadmod.teſtamen.
aperian. Dicit enim gloſſ. quando teſtamentum
eſt falſum & imperfectum, & ſic vtrunq; concur-
rit & non habent locum interdictum de tabulis
exhibendis, neque lex Cornelia de falſis, neque
interdictum, quemadmodum teſtamenta aperian
tur. dicta.l. ſi quis legatum. verſicu.cæterum. &
intelligit imperfectum quo ad ſolennitatem ſecũ
dum illum tex.in verbo, ſignatum. & verſi.quod
ſi adulterium non eſſet, verũtamen teſtamentum
recte diceretur: non ſi imperfectum, quia filius
præteritus eſt vel nõ legitimè exhæredatus: quia
in eo locum haberent lex Cornelia & interdi-
ctum de tabulis exhibendis, dicta.l.ſi quis lega-
tum. &.l.prima. §.hoc interdictum. ff. de tabul.
exhibend. Secundò, ſi teſtamentum eſt falſum,
ſed perfectum vel verum & imperfectum, ſcili-
cet per præteritionem: & locum habebunt lex
Cornelia, & edictum quemadmodum teſtamen-
ta aperiantur. & interdictum de tabulis exhiben.
Bartol. verò aliter in ea diſtinguit, ſimiliter in.l.
ſecunda.§.teſtamentum.ff.quemadmodum teſta
11 men.aperian. † Dicit enim, quandoq; teſtamen-
tum imperſectum eſt imperfectione voluntatis,
quia teſtator morte præuentus teſtamentum per-
ficere non valuit, vt in.l.ſi is qui. ff.de teſtamen.
l.ſina.§.primo.verſicu.illud quoque. C.de codi-
cil. & locum non habet lex Cornelia, neq; inter-
dictum de tabulis exhibendis, ſimiliter nec edi-
ctum, quemadmodum teſtamenta aperiantur. di
cta.l.ſi quis legatum. Quandoq; teſtamẽtum eſt
imperfectum defectu ſolẽnitatis, voluntas tamen
perfecta eſt, ſiquidẽ aliquid in teſtamẽto aſſcribi
tur: ad quod ſufficit teſtamẽtum eſſe imperfectũ,
vt inter liberos.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfe
cto.&.§.ſi quis autem. C.de teſta. & in caſu.l.fin.
ff.de reb.eorum qui ſub tutel.vel cura ſunt. &.l.
§.C.de fideicommiſ. &.l.ſi quis in teſtamento. C.
de fideicommiſ.liber.et in relictis ad pias cauſas.
ca.relatũ.extra, de teſta. Et in hoc caſu locus erit
interdicto de tabulis exhibendis, dicta.l.j.§.hoc
interdictum. ff.de tabul.exhiben. & legi Corne-
liæ, dicta.l.ſi quis legatum. & edicto quemadm.
teſtamen.aperiantur. dicta.l.ij.§.j.&.§.ſi dubite-
12 tur.ff.quemadmo.teſta.aperian. † Vbi verò vo-
luntas imperfecta nihil validũ continet, tunc non
erit locus legi Corneliæ neq; interdicto de tabu-
lis exhibendis, neq; edicto quemadmodum teſta
menta aperiantur. Si verò voluntas perfecta eſt,
ſed teſtamentũ eſt inualidum non defectu ſolẽni-
tatis ſed alia cauſa, vt puta præteritionis vel exhæ
redationis vel capitis diminutionis: & obtinent
lex Cornelia & interdictum de tabulis exhiben-
dis, & edictum, quemadmodum teſtamenta ape-
riantur. Et vt videre potuiſtis, in paucis differt

Bartol. diſtinctio ab ea quæ fuit Accurſij, tamen
non poſſum illis me ſubſcribere. Nam et ipſemet
Accurſius in dicta. l. prima. §. hoc interdictum.
in verbo, imperfectum. non ſequitur eam quam
approbauit in dicta. l. ſi quis legatum. Sed ad-
hæret diſtinctioni Azonis per eum relatæ. Dicit
13 enim poſt Azo. † interdictum de tabulis exhi-
bendis ex qualibet cauſa imperfectionis, exce-
pta conſignationis ſeu ſignationis cauſa, compe-
tit: dicta. l. ſi quis legatum. Pro falſo nanque com
perit interdictum de tabulis exhibendis. Vnde
ſecundum Accurſium apparet teſtamentum abu
ſiuè ſumptum teſtamentum dici poſſe, licet pro-
prie id dicatur teſtamētum, quod perfectum eſt,
neque in aliqua ſui parte eſt vitioſum. l. ſecunda.
§. primo. ff. quemadmodum teſtamen. aperiātur.
Cuius ſolutioni adhæret illhic gloſ. in verbo, im-
perfecta. Ego verò non poſſum huic diſtinctio-
ni Azo. conuenire. quid autem me mouet ab eo-
rum opinione diſſentire, videre oportet. Et gloſ.
in. §. ſi quis codicillos. infrà eo. hoc argumentum
aperit, ſed non ſoluit: ideo tu dic.

In primis non eſſe verum primum dictum di-
14 ſtinctionis Accurſij. † nam vbi teſtamentum im-
perfectum eſt, etiam defectu ſolennitatis, vt in ca
ſu dictæ. l. ſi quis legatum. adhuc locus eſt inter-
dicto de tabulis exhibendis, dicta. l. prima. §. hoc
interdictum. ff. de tabulis exhibend. Cuius text.
ego ſigno in duabus partibus. Prima eſt in his
verbis, vel in quo alio vitio. Secundò dum dicit,
ad omnem omnino ſcripturam teſtamentum ſiue
perfectum ſiue imperfectum. Et ideo Azo ade-
mit ſolum defectum ſolennitatis ſignaturæ teſta-
menti. Secundò ego pondero dictam. l. ſi quis
legatum. Primò ibi, vel non iure factum, vt Sena
tuſconſulto locus ſit. Secundò in verſicu. ſimili-
ter. ibi, in quo ſi omnia rite facta fuiſſent iure fa-
ctum id diceretur. dictio, rite. ſolennitatem con-
ſiderat. l. lecta. vbi Moderni hoc notant. ff. de re-
bus credi. Alleg. ad id. l. generaliter. §. ſin autem
non rite. C. de rebus credito. Et plures gloſ. poſt
Alexand. vide illhic per eas. & ad id conueniunt.
l. ſecunda & tertia. C. de edicto diui Adriani tol-
15 len. † Et tamen quantumcunque teſtamentum in
ſolēnitate peccet, quia rite factum non ſit, tamen
lex Cornelia & edictum de tabulis exhibendis
locum habēt, per illum tex. Et ſic videretur quo-
dammodo ille text. probare limitationem Azo.
Et quod dicitur in. l. ſecunda. §. teſtamentum. ff.
quemadmo. teſtamen. aperian. non poteſt inter-
pretatio Accurſij ſuſtineri ſuper verbo, imperfe-
ctum. dum de præteritione vel exhæredatione
ſeu deportatione loquitur. cum tex. in dicta. l. ſe-
cunda. §. teſtamentum. quatuor vocabula expreſ-
ſit, quæ Accurſ. interpretationem tollunt. Primò
dum dixit, falſa. & hoc planum eſt: iniuſta, quia
filius præteritus eſt, vel non legitimè exhæreda-
tus. l. hoc colore. ff. de inofficio. teſtamen. irrita.
vel rupta, irrita per nullitatem ex præteritione
prouenientem. l. inter cætera. & l. Gallus. ff. de
liberis & poſthumis. rupta, per querelam vel per
bonorum poſſeſsionem contra tabulas, dicta. l.
hoc colore. & l. omnimodo. C. de inoffici. teſta-
men. l. tertia. §. ſi emancipatus. l. non putarem. §.
non quæuis. & l. filium. in princi. ff. de bonorum
poſſeſ. contra tabul. dixi plenius in authentic. ex
cauſa. C. de liber. præteri. vel exhæred. Et tamen
ille text. addit aliud verbum generalius, videli-
cet, imperfecta teſtamenta, quia morte præuen-
tus non potuit voluntatem ſuam explicare, vel
quia perfectè ſcripta non eſt voluntas teſtatoris,
vt in dicta. l. ſecunda. §. ſi dubitetur. ff. quemad-
mo. teſtamen. aperian. in his verbis, vel etiam vt
ipſam ſcripturam quis inſpiciat & ſigillet. Ecce
quomodo in ſolēnitate deficiebat teſtamentum,
videlicet in ſigillo, dicta. l. ad teſtium. §. ſi ſigna.
ff. de teſtamen. l. hac conſultiſsima. in princ. C. de
teſtamen. Tertiò fortiter obſtat etiam ſecundum
interpretationem Azo. iſte text. in his verbis, ſi-
ue ſint ſignatæ ſiue non ſint ſignatæ, ſed tamen
naturaliter clauſæ. vnde nō videtur argumentum
in hac prima parte rectè abſolutum ab Accurſio:
ſecundum autem membrum diſtinctionis abſque
ſcrupulo eſſe videtur per dictam. l. j. §. hoc inter-
dictum. ff. de tabul. exhibend. ſi imperfectionem
intelligas, ſicut & Accurſ. intellexit in dicta. l. ſi
quis legatum. videlicet de imperfectione per cau
ſam præteritionis vel exhæredationis prouenien
tem, in quo non poteſt dicta. l. prima. §. hoc inter-
dictum. ff. de tabul. exhibend. verificari ea conſi-
deratione qua ducti ſumus in interpretatione. l.
ſecundæ. §. teſtamentum. ff. quemadmo. teſtamē.
aperian. Imò plus ille text. non tantùm ſe ad eam
imperfectionem ex præteritione filij prouenien-
tem coarctat, ſed quamcunque aliam imperfectio-
nem comprehendit, vt ſuprà diximus. Non diſsi-
mili conſideratione vſus eſt Iureconſultus in. l.
tertia. §. & vt generaliter. ff. de crimi. ſtellio. l. ge-
nerali. §. vxori. ff. de vſu & vſufruc. lega. notatur
in. l. doli clauſula. ff. de verborum obligation. Et
multo minus ſubſiſtere poteſt Bartol. diſtinctio
quoniam primam partem dictæ. l. ſi quis lega-
tum. verſicu. cæterum. ff. ad. l. Cornel. de ſicarijs.
de imperfectione intellexit voluntatis teſtantis,
quam morte præuentus implere ſeu manifeſtare
non potuit. Id enim verum eſſe non poteſt. Nam
in dicta. l. ſi quis legatum. voluntas perfecta erat,
& in ſcriptis redacta, defectus tantum in ſigna-
tione teſtamenti erat: illhic clare textus demon-
16 ſtrat, ſed ſuppleri non poterat. † Non enim re-
fert, ſi ſignatum non eſt teſtamentum, dummo-
do teſtatoris voluntas legitimè apparere poſſit.
l. hæredes palàm. in princip. ff. de teſtamen. l. pri-
ma. §. & ideo. & l. ſecunda. ff. de his quæ in teſta-
men. delen. Nam & text. in dicta. l. ſecunda. §. ſi
dubitetur. ff. quemadmo. teſta. aperian. dicit, præ
torem poſſe permittere tabulas aperiri & inſpici,
vt inſpiciens eas ſigillet. & ſic vbi omiſsio facta
eſt, circa

eſt circa ſigillationem teſtamenti, cum aliter de
voluntate conſtet, teſtamentum non redditur in-
utile. Ideo ad illam.l.ſi quis legatum. dicendum
eſt, teſtamentum non fuiſſe ſignatum, neq; ſpem
vllam fuiſſe ſignandi. vnde ritè factum non erat,
per prædicta. Nec etiam in conſideratione eſſe
debet, quod Bartol. voluit in ſecunda parte ſuæ
diſtinctionis, dum de imperfecto teſtamento lo-
quitur inter liberos facto: quoniam id de iure di-
geſtorum obtinere non poteſt. Nam de iure di-
geſtorum, teſtamentum imperfectum defectu ſo
lennitatis etiam inter liberos nullum erat neque
aliter ſcriptum inuenitur illo iure, ſicuti aperte
ſentit Paul. de caſtr. in dicta.l.hac conſultiſſima.
§. ex imperfecto. C.de teſtamen. Cui ſe ſubſcri-
bunt Moderni, & Angel. prius eis hoc dixit in
dicta.l.ſi is qui. ff.de teſtamē. cum eis conuenio.
nam videtis in dicta. l.ſi quis legatum. ff. ad le-
17 gem Cornel.de falſ. † quomodo non poterat de
falſo argui teſtamentum quod ſignatum nō erat,
neque pro eo interdictum de tabulis exhiben-
dis, competebat: nullo inter liberos aut extrane-
os habito diſcrimine. quinimo Angel.in dicta.l.
ſi is qui. extendebat etiam ad pias cauſas, per.l.
furioſum. C.qui teſtamenta facere poſſunt. Facit
quod notatur in.l.prima. C.de ſacroſanctis eccle
ſijs. Nam etiam hodie iure nouo addita eſt for-
ma ad hoc vt etiam inter liberos imperfectum te-
ſtamentum defectu ſolennitatis omiſſe etiam po-
ſitæ in.§.primo. in authenti.de imperfecto teſta-
men.collatio.viij. obtinere non poſsit, videlicet
niſi teſtando pater lingua & manu propria, non
per literas numerorum, ſed extenſis & indubita-
tis literis coram teſtibus voluntatem ſuam mani-
feſtauerit, neque aliter voluerit inter liberos ob-
ſeruari. ex eo.§. tranſſumpta eſt authentic. quod
ſine. C.de teſtamen. Sed imperfectè tranſſcripta
per Irneli. neque abs re Iuſtinianus nouam for-
mam ſtatuit, vt ipſe idem in illo.§.primo. in au-
thenti. de teſtamen. imperfecto. aſſerere voluit,
dum ait, quod plerique diuinatione magis quàm
interpretatione voluntatis teſtantium vterentur.
Et quod de imperfectione loquitur Bartol. in-
ter liberos vel in pia cauſa, vbi imperfectio pro-
pter omiſſam ſolennitatem teſtamenti cauſatur.
18 Iuuaret: quod diximus † neceſſe non eſſe teſta-
mentum ſubſignari vel ſcribi, duntamen ſeptem
teſtibus ſolenniter vocatis factum ſit, & eorum
depoſitione teſtatoris voluntas patefacta ſit. &
id nuncupatiuum dicitur teſtamentum, vtrunq;
probatur in dicta.l.hæredes palàm.in principio.
Addo quod notat Ioan.fab. in.l. teſtamenta. C.
de teſtamen.ſi tamen non poſſet veritas teſtamen
ti probari: omiſsio ſigni teſtamentum infirmaret
defectu ſolennitatis.l.noſtram.C.de teſtamen.et
dicta.l.ſecūda. §.ſi dubitetur. ff.quemadmodum
teſtamen.aperian. l.prima. §.& ideo. & duobus
§.ſequentib.&.l.finali.ff.de his quæ in teſtamen.
delen.dicta.l.hæredes palàm. in princip. & text.

cum gloſ.in.l.ad teſtium.§.ſi ſigna.in verbo, tur-
bata. ff. de teſtamen. In quo volo te notare hæc
verba turbata ſunt ab ipſo teſtatore. Tamen huic
aduerſatur dicta.l.hac conſultiſsima. C.de teſta-
men.ibi, teſtes omnes ſimul nec diuerſis tempo-
ribus ſubſcribere ſubſignaréque teſtamentum,
quare prætor mortuo teſtatore aperire non de-
bet ad eum effectum vt ſigilletur, & propterea
dupliciter. §. ſi dubitetur. euitari poſsit. Primò,
quia videtur velle ille text. quod adhuc viueret
teſtator cum petitum eſt aperiri teſtamentum.
ſed id falſum eſt per illum text. in his verbis, vt ſi
liquerit viuere, non permittat. Secundò quòd
clauſula ſequens vel etiam ipſam ſcripturam re-
ſpicit verba, non permittat inſpicere clauſulæ
præcedentis. Sed id verum non eſt: quod rectè
ſentiunt duæ gloſſ.primæ. in verbo, ſcripturam.
& verbo, ſigillet. Præterea non poſſet verificari
caſus in illo textu. in quo prætor permittit inſpi-
cere tabulas, niſi in verſic.vel etiam. & id verum
19 eſt. † Secundò, quomodo poteſt probari in di-
cta.l.ſi quis legatum. imperfectum teſtamentum
defectu ſolennitatis inter ſilios habere locum,
vbi in probatione deficit, & cum prohibeat in-
terdictum competere niſi ſignatum fuerit teſta-
mentum: ideo ſi ita ſentiendum eſſet cum Barto.
non per illam. l. ſi quis legatum. ſed per. l. hac
conſultiſsima. §.ex imperfecto. C. de teſtamen.
iuncta declaratione Iuſtiniani in dicto.§.primo.
in authenti. de teſtamen. imperfec. collatio.viij.
& non aliàs. Non obſtabit igitur.l.hac conſul-
tiſsima. & ſimiles. Quid enim ſi dum ſubſcribe-
retur ab alijs teſtibus, contingit neceſsitate na-
turæ alterum teſtium abeſſe, vt inquit de teſta-
tore & teſte. l. quum antiquitas. C. de teſtamen.
& interea teſtatorem decedere. Secundò, quid ſi
pluribus alijs teſtibus præſentibus factum eſt te-
ſtamentum, ſed non rogatis deponentibus te-
ſtem ſic adfuiſſe & rogatum fuiſſe à teſtatore, vt
l.finali.in ſine. C.de teſtamen. melius in.l. hære-
des palàm.in principio. ff.de teſtamen. ibi, & ſi
plures teſtes ſunt adhibiti, ſufficit ſolennem nu-
merum exaudire. nam &. l. hac conſultiſsima.
vtitur his verbis, ſufficiet vno tempore eodemq;
die nullo actu extraneo interueniente. & ſic po-
tuerunt plures ſeptem præſentes eſſe etiam o-
mnes rogati: quamquam ſufficit ſolennem nu-
merum exaudire. Vnde ſi vnus ex teſtibus ſcri-
ptis in teſtamento non potuit prædicta ratione
teſtamentum viuo teſtatore ſignare: quare non
poterit ad validitatem teſtamenti aliorum teſti-
um exigere teſtimonium, vt ſic cauſa cognita te-
ſtamentum aperiatur, & approbetur, dicto. §.ſi
dubitetur. Secundò, hanc conſiderationem co-
gitauit.l. quum antiquitas. C. de teſtamentis. in
20 qua hic caſus omiſſus eſt, † dum aliquos ex te-
ſtibus contingit longo ſpatio abeſſe, & interim
teſtator decedat, morte quidem præuentus, e-
ius tamen voluntate coram teſtibus manifeſtata

& ſcripta nondum tamẽ ſignata, vt tollatur argu-
mentum.l.ſi is qui.&.l.ex ea.ff.de teſtamẽ.Inde-
cens eſſet morientis voluntatem ob id fraudari
vel intercipi.hoc dicit dicta.l.ſi is qui.in fine.ver
ſicu.ſi conſtaret.ff.de teſtamen. Similiter in cau-
ſa pia,per.c.relatum.extra de teſta.alleg.etiam.l.
ſi quis in teſtamento. C. de fideicommiſ. liber.
quæ nihil prorſus facit, quia voluntas perfecta
erat,ſimiliter & teſtamentum,vult autem lex vo-
luntatem teſtatoris impleri ab hærede & propter
eius negligentiam circa electionem ſerui com-
miſſam in manumittendo omnes ſeruos manu-
mitti ex ſcientia teſtatoris: ſed id factum eſt in o-
dium hæredis negligentis eligere ſeruum quem
voluit manumittere.poſſet melius induci. l.pri-
ma.§. ſinautem vno.C.de communi ſer. manu-
21 miſ.quem tex.notat ad id Bald. † vt cauſa liber-
tatis & cauſa pia à pari procedant,per illum tex.
Vnde ſi teſtamentum imperfectum in cauſa pia
impleri debeat,ſimiliter & ex cauſa libertatis, ſi-
cuti & plura ſunt alia piæ cauſæ priuilegia, quo-
rum meminit Ludouicus Romanus in repetitio-
ne authen. ſimiliter. C.ad legem falcidiam. Neq;
etiam.l.prima. C.de fideicom. quicquã probat.
Sed puto erraſſe calcographum, quia voluit alle
gare.l.primam. C.de fideicommiſ. vt dixi ſuprà.
l.fi.ff.de reb.eor.qui ſub tutela vel cura ſunt.Nõ
arguit tutorẽ,qui ſecutus defuncti patris volun-
tatem,licet teſtamentum eius irritum factum ſit,
rem pupilli alienauit:intellige dummodo non ſit
pupillo,damnoſa: vt in.l.lex quæ tutores. C.de
adminiſtra.tutor.Et ideo cauſa cognita fiet per-
miſsio ſcilicet ſuper defuncti patris voluntate.l.
prima.in princi.ff.de reb.eorũ qui ſub tutela vel
cura ſunt.l.j.iij.& fin. C.quando decre. opus nõ
eſt. Adde.l.ſi conſenſit. ff.quib.mod.pig.vel hy-
potheca ſolu. In reliquis ſufficere debent,quæ in
declaratione diſtinctionis gloſ.dicta ſunt.

22 Quare circa hæc omnia dico † differre hoc ſe-
natuſconſultum, & edictum quemadmodum te-
ſtamenta aperiãtur poſitum ſub titulo ſuo, ſuprà
quemadmo.teſta.aperian.à lege cornelia , & in-
terdicto de tabulis exhibendis.Nã per hunc tex.
licet tabulæ teſtamenti nõ ſint ſignatæ, vel etiam
ſint ſignatæ,ſi apertæ ſunt quocunque modo per
hæredem in eis ſcriptum , incidit in pœnam hu-
ius ſenatuſconſulti. hic text. clarus eſt, neq; ali-
quo interpretationis eget adminiculo, quoniam
planus eſt . Idem dico in.l.edicto . quemadmo-
dum teſtamenta aperiãtur.ſed ad alium effectum
quem tibi ſuprà induxi,ſed cum cauſæ cognitio-
ne à prætore fiet,vt ſi fortè vnus teſtium dicat o-
miſiſſe ſe teſtamento ſubſcribere vel teſtamen-
tum ſigillare,vt per eum ſignari vel ſigillari poſ-
ſit ad probationem teſtamenti:re ita comperta iu
bebit prætor teſtamentum aperiri, dicta.l.ij.§.ſi
dubitetur.ff.quemadmo.teſtamen.aperiantur.

In lege Cornelia,& interdicto,de tabulis exhi-
bẽdis,ego ſecus ſentio. Dico enim in vtroq; ſiue
teſtamẽtum imperfectũ ſit defectu præteritionis
vel exhæredationis,vel quia is qui teſtamentũ fe-
cit inteſtabilis eſſet , vel quod omiſsione alterius
ſolẽnitatis ad conſiciendũ teſtamẽtum neceſſario
imperfectũ ſit competere legem Corneliã de fal-
ſis,& interdictũ de tabulis exhibẽdis,dummodo
ſignatũ ſit,& ex illo teſtamẽto minus ſolẽni vlti-
ma volũtas teſtatoris apparere poſſit. Et hoc ſole
clarius probat ille tex. Primò dum in eodẽ dicitˀ,
prius enim oportet eſſe aliquod teſtamentum vel
non iure factum. coniungo verſi.ſimiliter.in quo
Iurecõſultus hæc verba,nõ iure factũ. interpreta
tur.ibi,in quo ſi omnia rite facta fuiſſent, iure fa-
23 ctum dicereˀ. † Ecce quomodo teſtamentũ non
rite factũ,& ſic in quo ſolẽnitates omiſſæ ſunt, ſi
falſificatur punietur falſificans,& pro eo interdi-
ctũ de tabulis exhibendis cõpetit, dicta.l.j.§.hoc
interdictũ.ff.de tabul.exhib. Poſtquàm enim ille
tex.ſingularia vitia quæ in teſtamẽto ad cauſandã
teſtamẽti nullitatẽ conſiderauit,clauſulã addit ge
neralẽ omnes alias imperfectiones cõplectentẽ.
Primò enim dixit,& ad codicillos pertinet. Secũ
dò,ſiue nõ valet teſtamentũ,ſcilicet de iure. Ter-
tiò,ſi ab initio inutiliter factũ eſt. Quartò,ſiue ru
ptum. Quintò,vel in quo alio vitio,ſcilicet ſimili
l.ſi fugitiui.vbi glo. C.de ſer.fug. Sextò,ſi falſum
eſſe dicaˀ. Septimò,ſi ab eo factum qui teſtamẽti
factionẽ non habuit,actiuã intellige,vel actiuam
& paſsiuam ſimul,non refert. Octauò,ſiue ſupre
mæ ſint tabulæ,ſed & ſi priores. Nouiſsimo loco
addit,ad omnẽ omnino ſcripturã teſtamenti ſiue
perfectã ſiue imperfectã hoc interdictum pertine
re. Simili elocutione vtitur iſte noſter text. in his
24 verbis,omnis enim apertura prohibita eſt. † Sed
ex omnibus illis imperfectionibus demitur vna à
Iurecõſulto in dicta.l.ſi quis legatũ. quãdo teſta-
mentum in hoc peccat quia ſignatũ non eſt, Et in
hoc cum Azo.cõuenio, & Accurſ. in dicta.l.j.§.
hoc interdictũ.in verbo,imperfectã.quam etiam
eadẽ glo.approbauit in dicta.l.ij.§.inſtrumentũ.
in verbo,imperfectam. in vltimis verbis gloſ. ff.
quemadmo.teſtam.aperian. Et verum eſſe puto,
dum illa.l.ſi quis legatum.ait, ſi nõ ſignatum fue
rit,non ab vno tantum teſte, ſed neque ab omni-
bus. Ita ego ſentio. Magis eſt, inquit ille text.vt
Senatuſconſulto locus non ſit, ſicuti nec interdi-
ctum de tabulis teſtamenti exhibendis,locum ha
bet. Cui vt dixi ſuprà. poteſt conſerre.l.fin. C.de
edicto diui Adriani tollen.quia prima illa imago
teſtamenti forma caret,& quidem præcipua,ſcili
cet teſtium approbatione . Illhic probatur,in his
verbis, ſed quod prima figura ſine omni vitupe-
ratione appareat & depoſitionibus teſtium legi-
timi numeri vallatum ſit. l.hac conſultiſsima. C.
de teſtamen.l.ad teſtium.in princip. &.§.primo.
ff.de teſtamen.§.ſed cum paulatim. Inſtitu. de te-
ſtamen. Non obſtant ea quæ de teſtamento nun-
cupatiuo diximus, quæ non poſſunt in hac parte
l.Corneliæ.neque interdicto.de tabulis exhiben

dis con

dis conuenire : quia ſi ſcriptura non interueniat,
tabulæ dici non poſſunt apertæ,neq; aperiri poſ-
ſe,neque falſo fabricari.
In ſecundo reſponſo.ibi,aperire nos &c. Hæc
tria vocabula,palàm.publicè. &,ſecretò vt diffe-
rentia inter ſe ponuntur.de ſingulis videamus.
25 De dictione palàm. Primò dicēdum eſt, † quā
Jurecōſultus recte interpretatur in.l.hæredes pa-
làm.in princi.ff.de teſtamen. Quid eſt palàm: nō
vtique in publicum,ſed vt exaudiri poſſit.l.quiſ-
quis.in verbo,palàm. C.de poſtulan. l.palàm.in
princip.ff.de except.doli. Ioan.xviij.Ego palàm
locutus ſum mundo. Et id confert ad ea quæ di-
cta ſunt in.l.prima. §.hoc autem Senatuſconſul-
tum.ſuprà eod. l.ſed ſi pupillus.§.de quo palàm.
ff.de inſtito.actio. verſicu.proſcribere palàm. ſic
accipimus claris literis vt de plano recte legi poſ-
ſit ante tabernam ſcilicet , vel ante eum locum in
quo negotiatio exercetur , non in loco remoto ,
ſed euidenti . §: facietis. in authenti. ſcriptum eſt
exemplar. collatio.ij. Facit quod ſcribitur,de al-
bo prætoris in.l.ſiquis id quod.ff.de iuriſdictio-
ne omnium iudic.&.§.pœnales.Inſtitu.de actio.
illhic Moderni Papien. plura dilatant poſt Din.
Bartol. Nicol. Spinel. Areti. & alios antiquos.
Non prætermiſſo pulchrum text. in.l. prima. C.
de meta.& epideme.libro.xij. vbi ſi metatus po-
ſtibus domus hoſpitaturo nomen inſcripſit : de-
lere cuiquàm non licet . qui autem deleuerit : in-
ſtar falſi plectendus erit . text. in.l.non intelligi-
tur.in princip.& verſicu.quæri autem ſolet.ff.de
26 iure fiſci. † Id palàm factum eſſe dicit quod in pu
blico inſtrumento ſoleniter confecto dictum ſeu
factum eſt , argumento à ſenſu contrario ibi , vt
fraus legi fieri videatur quoties quis neque teſta-
mento neque codicillis rogatur , ſed domeſtica
cautione & chirographo obligaret ſe &c. Sed id
intellige quando verbis claris & indubitatis per-
cipi poteſt, quid in inſtrumento conuenit , dicta
l.non intelligitur.in princip.&.l.ita fidei.in prin
cip.verſicu.non eſt enim palam relinquere. ff.de
iure fiſci. Nō eſt,inquit, palam relinquere,quod
ex teſtamēto ſciri non poteſt,cùm recitatum eſt.
§.primo.in authenti.de teſtamen.imperfec. colla
tio.viij.l.ſed cum patrono.§.fina.ff.de bonorum
poſſeſſio.l.in tacitis.ff.de lega.primo.tamen Bar
tol. in dicta.l.non intelligitur. §.tacita. ff.de iure
fiſci. quam in publico confeſſu aliquando indu-
xi,illhic declinat in partem cōtrariam.dicit enim
non eſſe verum , quod confectum eſt in publico
inſtrumento , publicum eſſe . Quid enim,inquit
Bartol.ſi ita factum eſt inſtrumentum,vt per no-
tarios celaretur,ſicuti quotidie per quoſdam no-
tarios amicos fieri ſolet, ſic'que promiſſum cela-
ri aut tegi , vt inquit Horatius , Arcanum neque
tu ſcrutaberis , vllius vnquàm,commiſſumq; te-
ges. quod Pariſienſes ſummopere à ſuis notarijs
27 deſiderant. † Non enim ſinunt ſuos notarios re-
giſtra de confectis per eos inſtrumentis facere ,
ne dum ſui mercatores mutuas pecunias accipi-
ant , ſui patrimonij vilitatem detegant , aut dum
annuos reditus vendunt , dehoneſtari , vt aiunt,
eos contingat: quod quàm graue & in Republi-
ca pernicioſum ſit , cogitet vnuſquiſque . Frau-
dum enim grande eſt aucupium , & dolis patens
via. Inquit ergo Bartol. in loco prædicto , id in-
ſtrumentum non palàm, ſed clàm factum eſſe.al-
legat.l.clàm poſſidere.ff.de acquirenda poſſeſſi.
l.prohibere.§.clàm. ff.quod vi aut clàm. Pro di-
cto Bartol. tunc allegaui melius facere text. cum
gloſ.in.l.conſtitutionibus. ff.de iniurijs. dum di-
citur in ea,Conſtitutionibus principalibus caue-
tur,ea quæ infamandi alterius cauſa in monimen
ta publica poſita ſunt, tolli de medio.gloſ.in ver
bo,poſita.exponit,id eſt, publice poſita , & licet
gloſſ. nihil ad id alleget . Ego tamen addidi illi
gloſſ. text. in.l.prætor edixit. §.finali. ff.de iniu-
rijs. ibi , nam in conſpectu prætoris an in ſolitu-
dine iniuria facta fuerit,multum intereſſe . capi-
tu. Deus omnipotens. §. quando autem crimen.
ſecunda quæſtio.prima. l.vnica. C. de ſamoſ. li-
bel. ibi, ſed vim earum manifeſtauerit. capit.pri-
mo,ſecundo & tertio.v.quæſtio.j.l.ſi inimicitiæ.
ff.de his quibus vt indignis. ibi , palàm & apertè
teſtatori maledixerit,& infauſtas voces aduerſus
eum iactauerit . Oportet enim palàm & apertè
ſeu publicè.Simili locutione vtitur text.in.l.non
exiſtimo. ff.de adminiſtratio.tutorum. ibi, mul-
tum refert palàm aperteq; debitorem ſe vt extra-
neum & quemlibet facere pupillo. hoc dicit tex.
in cap.j.extra,de maledic.ibi,multis coram aſtan
tibus. & capi.ij.eodem titu. ibi,publice relaxare
28 præſumpſerit . Ego vltra prædicta addo. † Nam
teſtamentum quod palam factum eſt etiam ſeptē
teſtibus præſentibus non dicitur palam factum,
ſi ex eius inſpectione voluntas teſtantis detegi
non poteſt, dicta.l.non intelligitur.in principio.
& dicta. l. ita fidei . in principio. ff.de iure fiſci.
Multo magis ſi id quod factum eſt panditum nō
ſit, neque publicatum , quod id ſciri non dicitur
capitu.finali. extra , de clandeſtina deſponſatio.
vltra prædicta ego ad id pondero textum,qui mi
hi non videtur incongruus in dicta.l.hac conſul-
tiſsima.in principio. C.de teſtamen.ibi,ſancimus
licere ſcripturam conficientibus teſtamentum ſi
nullum ſcire voluit ea quæ in eo ſcripta ſunt,con
ſignatam vel ligatam, vel tantum incluſam inuio-
latámque proferre ſcripturam . Vnde in edicto,
quemadmodum teſtamenta aperiantur . dicitur,
non niſi inſpectis,cognitisq; verbis teſtamenti.l.
prima.in princip. ff. quemadmod. teſtamen.ape-
rian.l.de his. ff.de tranſactioni. Et addit Angel.
in.l.qui Romæ. §.finali. ff.de verborum obliga-
tio. & panditis. hic repeti poſſunt , quæ abundè
ſcripſi in . l. prima.§. hoc autem Senatuſconſul-
tum . & in . §. impuberes . ſuprà eodem titulo.

recte facit dicta.l.ſi quis teſtamentum. §.ſed & ſi
quis. ff.ad.l.Aquiliam.ibi, vel pluribus præſen-
tibus legerit.et dicta.l.prima.§.ſi quis tabulas.ff.
depoſi.ibi, pluribus præſentibus legit & ibi,ego
arbitror & iniuriarum agi poſſe ſi hoc animo re-
citatum eſt teſtamētum quibuſdam præſentibus,
vt iudicia ſecreta eius qui teſtatus eſt diuulgaren
tur. Licet vltra prædicta ad.l. non intelligitur. §.
29 quæri autem ſolet. ff.de iure fiſci. † In teſtamēto
dici poſſet aliquod ius ſingulare eſſe, quod in cæ
teris inſtrumentis non deſideratur propter tam
exactam ſolēnitatem à iure requiſitam, quod ne-
ceſſe ſit in præſentia tot teſtium confici teſtamen
tum. Ita dicit.l.hac conſultiſsima.in fin.C.qui te-
ſtamen.facere poſ.ibi, ſed nec locum quidem vl-
lum relinquat inſidijs, tot oculis ſpectata,tot in-
ſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata mani-
bus. Id etiam eſt quod dicitur in dicto ca.j.extra,
de maledict.ibi, multis coram aſtantibus. & hoc
eſt quod dicit.l.palàm.ff.de verbo.ſignifica. Pa-
lam,inquit,eſt coram pluribus. tex.& gloſ.in ca.
de manifeſta.ij.q.j. Et id propter rationem poſi-
tam.in.§.j. in authent.de inſtrum.cautela & fide.
colla.vj. &.§.j.in authenti.de teſtib.colla.vij. Et
adeo exacta eſt hæc ſolēnitas vt aliter probari nō
poſsit per aliud inſtrumentum quantūcunq; pu-
blicum & duobus aut tribus teſtibus confirma-
tum,ſecundum glo.& communiter omnes in di-
cta.l.hæredes palàm. ff. de teſta. Licet ab aliqui-
bus dubitatum ſit ducantę; teſtamentum per in-
ſtrumentum,in quo duo aut tres teſtes ſubſcripti
ſunt,probari teſtamentum.quod nō puto verum
30 de iure ciuili. † Nam quo ad probationem teſta-
menti & eius ſolennitatis ab expreſſo,et neceſſa-
rio requiruntur ea quæ exprimuntur in.l.hac cō
ſultiſſima.l.ambiguitas.et.l.iubemus.l.noſtram.
&.l.cùm antiquitas.&.l.fin.C.de teſta.§.j.Inſtit.
de teſta.quæ omnes leges excludunt omnem aliā
probationem teſtamenti: neq; puto aliter verum
eſſe,& conſentio cum Azo.Nam ſi tenor priuati
inſtrumenti non poteſt probari, niſi quinq; teſti-
bus.l.teſtium. C.de teſti. & hoc in contractibus,
quamuis ad eſſe inſtrumenti ſufficiunt duo teſtes
cum notario.l.in exercendis.C.de fide inſtrumē.
quum in ore duorum aut trium ſtet omne verbū:
multo magis in teſtamento dicendum eſt. Præ-
terea cū de iure præſentia teſtium requiratur ad
probationem teſtamenti,vt ſuprà dictum eſt, nō
dicitur legi quod oculis tantum perſpicitur.l.pri
ma.in princip.ff.de his quæ in teſta.delen. Alio-
quin ſi id admitteretur allegata amiſsione inſtru-
menti,ſuppoſitis duobus aut tribus deploratis te
ſtibus coram tabellione, fieret hæres teſtatori,
quem non voluit teſtator : quod abſonum eſſet.
neque etiam in alijs contractibus admittit Impe-
rator,in dicta.l.teſtium. C.de teſti. multo minus
in teſtamento concedi debet.l.finali. C.de fidei-
commiſ.dicta.l.ſi is qui. &.l.ex ea.ff.de teſtamē.
Idem tenet Bald.in dicta.l.hæredes palàm. Se-
cundò, nam ſi ita recipiendum eſſet quod ſtatim
ſecretè inſtrumento confecto non aliter pandito
neque publico iniuriarum actio naſceretur, ſe-
queretur pœnitentiæ locum non eſſe : quod iura
negant.l.item apud Labeonem.§.ſi curauerit. ff.
de iniur.ca.ſi quem pœnituerit.ij.quæſtio.iij.l.j.
in princip.verſic.& ſi quidem. ff.ad Senatuſcon-
31 ſul.Turpil. † Intelligo ſanè in inſtrumentis iniu-
rioſis, ſi antequàm manifeſta ſiant, pœniteat, di-
cta.l.vnica. C.de famoſ.libel. quamuis text.non
reſpuendus in hac re, in.l.libertus.iij. ff.de in ius
vocand.excuſet libertum, qui non impetrata ve-
nia libellum principi porrigat vt dominum con-
ueniat,dum tamen principis reſcriptum domino
inſinuatum non fuerit.hoc dicit ille text. Neque
enim qui libellum principi aut præſidi dat, in ius
vocare videtur patronum, & ſic in illud edictum
de in ius vocando,non incidit. ſimiliter donec a-
liter libellus ſit manifeſtus non videtur iniuriam
feciſſe.Idem in cap.licet.extra,de accuſa.l.ſi quis
libellos. C.de appellationi.ibi, ſciat ſe habere li-
centiam arbitrium commutandi, & ſuos libellos
recuperādi, ne iuſtæ pœnitudinis humanitas am-
putetur. Nam & recte ex hoc text. colligitur, vt
dictum eſt, quum hæc vt diuerſa referantur, pa-
làm.publicè.&,ſecretò.quæ recte explicantur in
dicta. l.prohibete. §. clàm. ff. quod vi aut clàm.
ibi, eum qui celauit aduerſario,neque ei denun-
ciauit, ſi modò timuit eius controuerſiam,aut ti-
mere debuit etiam &.l.ſina.ff.de ritu nuptiarum.
Recte dicit aliter clandeſtinum delictum & ali-
ter palam commiſſum puniri. Tamen aduerte in
hoc textu, videri contrarium probari in verbo,
ſecreto.cum hic textus dicat aperire,accipere de-
bemus prohibitos nos vel, palàm, vel publicè,
32 vel ſecretò. † Ecce quomodo apertura ſecretò
facta æquè vt publicè aut palàm facta punitur. &
ratio in hoc textu eſt : omnis enim apertura pro-
hibita eſt. Similiter facit quod ſuprà dictum eſt
de teſtibus, per.§.quia verò multi. verſicu.ſi ve-
rò deducens. in authentic.de teſtib. collatio.vij.
prohibet enim omnem viam per quam teſtimo-
nia didiſci poſſunt, etiam ſi ſecretò didiſcita fue-
rint, ſed nec auditur pœnitens.ſed dic non æquè
in lege Cornelia de iniurijs, in qua pœnitentia
recipitur, dummodo iniuria publica non ſit aut
pandita, per ſuprà dicta. Secundò, in teſtibus,
ne occaſio teſtes fabricandi detur, per illum tex-
tum.Idem dicitur in teſtamento in dicta.l.ſecun-
da. §. diem autem. verſicu.inſpectio.ff.quemad-
mo.teſtamen.aperiantur.

Prædictis addo textum.in.l.quiſquis. verſicu.
agant.C.de poſtulan.ibi, in aduerſarij ſui contu-
meliam,aut palàm pergat aut ſubdolè.palàm,nō
vtiq; in publicum, vt inquit dicta.l. hæredes pa-
làm.in princi. ff.de teſtamē. In qua Paul.de caſt.
viſus eſt moderare dicta per me. ſuprà de teſta-
mento, niſi partes confiterentur teſtamentum ſic
factum eſſe,ſed non ſolenniter,quia coram duo-
bus

bus teſtibus ſactum eſſe,licet in inſtrumento cõ-
tineatur factum eiſe coram ſepiem teſtibus non
nominans.ſufficit enim quod de voluntate in ve
ritate conſtet, licet ſolennitas omiſſa ſit.Ita ad id
allegat glo.in.l.ij.C.de bono.poſ.ſecundum ta-
bul.Sed ego puto recte illum tex.probare in ver
ſicu.verum.dum inquit,verum ſi eum numerum
adfuiſſe ſine ſcriptis teſtamento condito doceri
33 poteſt.† & ſic probatio non per teſtes rogatos
ſit ſed per alios qui ad nuncupationem teſtamẽ-
ti non aſtiterunt.& in hoc iuraretur quod ſuprà
per me dictum eſt quod vbi volũtas perſecta eſt,
& per ſeipſum probatur omiſſio ſigni vnius tã-
tum aut duorum teſtium rogatorum, dummodo
per alios teſtes numero ſufficienti probetur fuiſ-
ſe rogatos,& teſtamento præſentes, licet in teſta
mento ſcripti non ſint:teſtamentũ recte erit pro
batum,quum ſufficiat ſolennem numerũ vocari
& eos rogatos fuiſſe,& teſtatorẽ exaudire.quod
contingere poteſt ſi fortè plures numero ſeptem
præſentes erant quum teſtamentum confectum
eſt. qui omnes vocem teſtatoris exaudiuerunt:
quod cum cauſæ cognitione prætor ſtatuere de-
bet,vt fraudibus via non pateat, quum in pleriſ-
que,vt dictum eſt,perfecta voluntas propter ſo-
lennitatis omiſsionem non impediatur, neque
eius executio,vbi clarè de voluntate conſtat.l.fi.
ff.de reb.eo.qui ſub tutela vel cura ſunt.l.j.C.de
fideicõmiſ.vide Bartol.in.l.j.§.ſufficit.ff. de bo-
no.poſ.ſecundum tabul. qui mecum conuenit.
34 vult † enim cum dubium eſt de ſolẽnitate,& vo-
luntate,probationem de vtroque fieri per ſeptẽ
teſtes.& recte dicit,per.l.fin.C. de fideicommiſ.
Tamèn gloſſ.in dicta.l.ij.C.de bono.poſ. ſecun
dum tabul. omnino aduerſatur dictis per Pau-
lum de caſtro.dicit enim,non eſſe concedendam
poſſeſſionem bonorum ſecundum tabulas, niſi
etiam ſeptem teſtibus probauerit ipſum teſtamẽ
tum ſic factum fuiſſe:quia de ſolennitate non po
teſt eſſe quæſtio, quin etiam de voluntate ſit.
vnde ſi non probat bonorum poſſeſſio. non ob-
tinebit.l.quæſtiõe.C.de fideicõmiſ.l. ſi quis age
re.§.fin.C.de codicil.Ego verò vt hoc abſoluã,
quia mea opinione video legum noſtrarũ magi-
ſtros pugnare,& illa earum diſputatio ſi nõ eſſet
facta.l.finali.C.de fideicommiſ.&.§.fina.inſtitu.
de fideicommiſ.hæredi.forſitan probabilis, imò
neceſſaria eſſet.Cæterùm puto verũ dicere Ac-
curſ.in dicta.l.ij. C. bono. poſ.ſecundum tabul.
hac ratione exiſtimaui bonum eſſe caſum dictæ.
l.ſin.& dicti.§.ſi recenſere:quibus conſtabit ab-
ſolutam omnino hanc diſputationem. dico enim
§.fi.inſtitu.de fideicõmiſ.hæred.declaratiuũ eſſe
dictæ.l.fina.C. de fideicommiſ. & ita hoc ſentio
cum Petro noſtro de bel.pertica:quia.l. illa. fin.
imperfecte videtur eſſe compoſita, & ideo neceſ
ſaria fuit declaratio dicti.§.fina. quamuis ille. §.
caſum vltimum dictæ.l.fina.omittat, vt ex ſequẽ
tibus recte conſtare poterit.

Quæſtio autem,quæ per Tribonianum Iure-
35 cõſultum Iuſtiniano oblata fuit,iſta eſt, † de te-
ſtatore,qui poſt factum iam & abſolutum teſta-
mentum,nulla interueniente ſcriptura hæredem
ſuum rogauit Titio fideicommiſſario hæredita-
tem reſtituere,vt vult dicta.l. final.in his verbis,
ſi ſine ſcriptura,& præſentia teſtium. & in verſi.
ſed ſiue quinque ſint teſtes, vel minores,vel ne-
mo.& in dicto.§. ſina. in his verbis,& neque ex
ſcriptura,neque ex quinqꝫ teſtium numero, qui
in fideicõmiſſis legitimus eſſe noſcitur, ſed pau-
ciores vel nemo penitus teſtis interuenerit fideq́ꝫ
hæredis teſtator accepit de hæreditate, ſeu lega-
to reſtituendo,vt ait tex.dicti.§.fina.ibi,qui fidẽ
hæredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid volue-
rit.& in dicta.l.fina.§.quum ipſe ſibi. fideicom-
miſſarius autem mortuo teſtatore hæredem con-
uenit vt hæreditatem iuxta teſtatoris voluntatẽ,
fidemq́ꝫ promiſſam,ſeu legatarius legatum reſti
tuat: hæres negauit rem ita fuiſſe ſecutam ſicuti
fideicõmiſſarius expetebat,id eſt,fide media pro
miſiſſe teſtatori hæreditatem Titio fideicommiſ-
ſario reſtituere,vt inquit tex.dicti.§.fin.ibi,ſi hæ
res perſidia tentus adimplere fidem recuſat, ne-
gãdo rem ita eſſe ſubſecutam:qua negatione in-
tellecta iuſiurandum fideicommiſſarius hæredi
detulit hærede denegante iuramentum ſuſcipe-
36 re:interrogatus imperator. † An hæres iurare te
neretur fidem dediſſe teſtatori de hæreditate re-
ſtituenda.dubitandi ratio. erat quod conſtabat
nullum fideicommiſſum in teſtamento ſolenni
factum fuiſſe,imò teſtatoris voluntatem circa fi-
deicommiſſum omnino imperfectam eſſe,quum
nemine præſente factum eſſet:iſta ratione debe-
ri non poterat,per.l.ſi veritas.&.l. ex teſtamen-
to.C.de fideicommiſ.Ideo nec iurare cõpelli po
terat,quũ nullus ex iuramento ſequi poſſet effe-
ctus.Secundò,Obſtabat diſputatio gloſſ.& do-
ctorum in.l.ij.C.de bono.poſſeſ.ſecundũ tabul.
& aliarum glo.quarũ ſuprà meminimus,& Pau.
de Caſt.in.l.omnium.C.de teſtamen.quia etiam
ſi de voluntate conſtaret per depoſitionem duo-
rum aut trium teſtium,adhuc tamẽ cùm propter
ſolennitatis omiſſionem imperfecta erat volun-
tas,nihil ex ea peti poterat,neque etiam bonorũ
poſ.ſecundum tabulas præſtari,dicta.l. ſi is qui.
&.l.ex ea ſcriptura.ff.de teſtamẽ. & melius in di
cta.l.ij.C.de bono.poſ.ſecũdum tabul. quia nul
læ ſeu nõ ſolennes erant tabulæ.Tamen impera-
tor,qui rationem tantum veritatis,non autem ſo
lennitatis habere voluit,ſublata iuris ſubtilitate,
& ſola veritate inſpecta & æquitati adhærendo,
in morientium fauorem,ne vltima eorum volun
tas iuſta ſua expectatione fraudetur depereatq́ꝫ,
præſertim fide ab hærede recepta & maxime vti
inquit,qa hæredes ſcripti pro lucro certãt, quæ-
37 ſtioni reſpondet,& dicit, † priuſquã hæres, cui
delatum eſt à fideicommiſſario iuramentum, cõ-
pelli poſſit iurare,fideicommiſſarius prius de ca

calumnia iurabit, ſcilicet ſe doloſe non exigere
ab hærede hoc ſacramentum. hoc dicit dictus. §.
fi. inſtit. de fidcicommiſ. hæredi. ibi, quum prius
ipſe, ſcilicet fideicommiſſarius de calumnia iura
uerit. &. l. fin. ibi, prius iureiurando de calumnia
præſtito. Exacto igitur à fideicommiſſario de ca
lumnia iuramento, compelletur hæres iurare. ſed
quid iurabit? dicit imperator in dicto. §. fi. de fi-
deicommiſ. hæredi. quod nihil tale à teſtatore au
diuit. verba imperatoris in illo. §. ſunt, neceſſe eũ
habere. vel iuſiurandum ſubire, quod nihil tale à
teſtatore audiuit, vel recuſantem ad fideicommiſ
ſi ſolutionem coarctari. Idem in. d. l. fi. dicitur, in
verſi. vel ſi recuſandum exiſtimauerit ſacramen-
tum omnimodo exactioni fideicommiſſi ſubiace
re & eum ad ſatisfactionem compelli. ratio in il-
la. l. ſina. eſt in verſicu. ſequ. quum ipſe ſibi iudex
& teſtis inueniatur cuius religio & fides à ſidei-
commiſſario electa eſt, nullis teſtibus, nulliſq;
38 aduentitijs ꝓbationibus requiſitis. † Ecce quo-
modo Imperator non conſiderat teſtamenti ſeu
voluntatis ſolennitatem, ſed ſolum vltimæ vo-
luntatis veritatem, quoquo modo voluntas ma-
nifeſta ſit, aut per teſtium probationẽ aut per iu-
ramẽti dilationẽ hæredi factã. Clarè enim in ver-
ſic. ſed ſiue. probatur quomõ ſoli æquitati & ve-
ritati inſiſtit, nõ autem iuris ſolennitati, ſeu ſubti
litati. dicit eñi, ſiue quinq; ſint teſtes. & dicit tex.
dicti. §. fi. inſti. de fideicõmiſ. hæredi. qui in fidei-
cõmiſsis legitimus eſſe noſcitur numerus. ſequit
in dicta. l. ſi. vel minores. in. §. fin. dicit pauciores
quinq;. in. l. fi. dicitur, vel nemo. in dicto. §. ſi. ad-
ditur, vel nemo penitus teſtis interuenerit. Poſt-
hæc in fi. dicitur, cauſam per illius ſacramentnm
vel dãdum vel recuſandum ſuam habere tam fir-
mitatem quã exactionem. in dicto. §. fin. non vti-
tur hoc verbo, dandum. ſed ſolo verbo, recuſan-
dum. in vtroque dicitur, ſiue pater ſit qui fideicõ
miſſum dederit, ſiue extraneus. At in. §. ſi. addit,
ſiue pater hæredis, ſiue alius quicunq; ſit, qui fi-
dem hæredis elegerit, et ab eo aliquid reſtitui vo
luerit. ſubiungitur in. d. l. fi. vt æquitatis ratio cõ-
39 muniter in omnes procedat. † per quæ verba pla
nè vides imperatorem ſoli æquitati inniti, in. §.
quum autem. in ead. l. fi. dicitur, quum autem is,
qui aliquid ex volũtate defuncti lucratur, & ma-
ximè ipſe hæres, cui ſumma autoritas ipſius cau-
ſæ commiſſa eſt, dicere compellitur veritatẽ per
ſacramẽti religionem: qualis locus teſtibus relin
quatur? lege interrogatiue, vel quemadmodum
ad extraneam ſidem decurratur, propria & indu-
bitata relicta: quaſi dicat iuſtum non eſſe. ex qui
bus verbis clarè apparet quod non tãtum in cau
ſa pia vel inter liberos, ſed etiã inter penitus ex-
traneos ex voluntate minus ſolenni, de qua tamẽ
conſtat, aut faciliter conſtare poteſt per iuramen
ti delationem aut partis confeſſionem, agitur ad
fideicommiſſum, vel legatum non ſolum particu
lare ſeu ſpeciale, ſed & vniuerſale, per illos text.
& ſi hæres iurare recuſat, aut deferre, vt dicitur
in dicta. l. ſinali. in verbo, vel dandum, vel recu-
ſandum. tenebitur hæres ad fideicõmiſſi ſeu lega
ti vniuerſalis vel ſpecialis ſolutionem, pœna im-
poſita propter negationem amiſſiõis lucri, quod
ex hæreditate percipere potuiſſet, ſi iurare nõ ne
gaſſet. & quæ dicta ſunt de vniuerſali ſideicom-
miſſo repetit per omnia in legato ſeu ſideicom
miſſo particulari ſeu ſpeciali. hoc probatur in di
cta. l. fina. ibi, vel forſitan legatarij vel fideicom-
miſſarij, quoties ab eo relictum eſt fideicommiſ-
ſum ſiue vniuerſale ſiue ſpeciale. & in dicto. §. ſi.
inſtitu. de fideicommiſ. hæredi. verſicu. eundem
obſeruari cenſuimus, & ſi à legatario vel ſidei-
commiſſario aliquid ſimiliter relictũ ſit. & prius
dixerat, vt vel hæreditatem vel ſpeciale fideicom
miſſum reſtituerat.

Alia & noua quæſtio recitata eſt à Tribonia-
40 no in dicta. l. ſinali. & in dicto. §. fina. † de ſidei-
commiſſario qui hæredi confidere noluit, exiſti-
mabat· ſorſitan hæredem deieraturum, elegit
probare per teſtes ſideicommiſſum ſic ſibi reli-
ctum fuiſſe, idq; per duos aut tres teſtes proba-
re volebat negante hærede ſic teſtatorem ordi-
naſſe, & excipiente non ſufficere teſtatoris vo-
luntatem per duos aut tres teſtes probari, ſed
neceſſarium eſſe numerum qui ad conſiciendum
teſtamentum aut ſaltem ſideicommiſſum neceſ-
ſarius eſt. Quæſtio facta eſt, an ad probandum
teſtatoris voluntatem requiratur ſeptenarius aut
quinquenarius numerus, an verò duo aut tres
teſtes ſufficerent, quod videbatur ſecundum Io.
opinionem, cui Bartol. adhæſit in dicta. l. ſi is
qui. ff. de teſtamen. & in dicta. l. ij. C. de bono-
rum poſſeſ. ſecundum tabul. & alij qui per Mo-
der. vbique commemorantur per. l. vbi nume-
rus. ff. de teſtib. l. in exercendis, iuncta gloſſ. do-
ctrina in eadem. l. C. de fide inſtru. & in. l. teſtiũ.
in glo. fina. & in verbo, præſto. in ſi. C. de teſtib.
& ad id alleg. Imol. in. ca. cum Ioannes. extra, de
fide inſtru. Tamen imperator Iuſtinianus in di-
cta. l. ſina. §. cum enim. C. de fideicommiſ. cõtra-
rium affirmat. dicit enim ille text. cũ enim res per
teſtium ſolennitatẽ oſtenditur, tunc numerus te-
41 ſtium, & nimia ſubtilitas requirenda eſt. † Ecce
quomodo probatio fieri debet per ſeptem te-
ſtes, ſi in teſtamento dicatur factum ſideicom-
miſſum, aut ſaltem per ipſum teſtamẽtum in ſcri-
ptis redactum & ſolenniter factum cum ſub-
ſcriptione ſeptem teſtium, & alia ſolennitate
à iure requiſita, & introducta, in. l. hac conſul-
tiſſima. C. de teſtamen. & alijs legibus ſuprà me-
moratis. & idem notat Alexander & Moder.
poſt eum & prius eis Petr. de bella perti. in. l. er-
rore. C. de teſtamen. Si autem in codicillis aut
alia vltima voluntate aut ab inteſtato: ad mi-
nus per quinque teſtes, vt dicitur in. l. finali,
C. de codicillis. & id declaratur in dicto. §.
finali. ibi, qui in fideicommiſſis legitimus eſſe
noſcitur

noſcitur. In hoc probatur glo. opinio. Azo. & ſe quacium, quorum numero me ſubſcripſi, vbi fideicommiſſarius vniuerſalis vel particularis voluerit onus probationis per teſtium depoſitionē ſuſcipere, quia tenetur per eundem numerū probare, qui aut in teſtamēto aut in codicillis requiritur: vt ſi in teſtamēto factum eſſe dicat, ſeptem teſtes ꝓducere neceſſe ſit. ſi in codicillis aut alia quauis vltima voluntate, quinque, per illum tex. Et quæſo, conſidera rationem Iuſtiniani imperatoris in dicta. l. fin. verſic. cum enim, & verſi. lex
42 etenim. dicit enim, † cum enim res per teſtiū ſolennitatem oſtenditur, id eſt, ſecundum Accurſ. & recte, oſtendere vult legatarius, & tunc numerus teſtium & nimia ſubtilitas requirenda eſt. & ratio in verſi. ſeq. eſt, dum ait, lex etenim ne quid falſitatis incurrat, per duos forte teſtes compoſitum teſtamentum maiorem numerum expoſtulat, vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur. Singulariter aduerte ad illā. l. quia ex ea duo probantur. Primum, ratio cuius ſuprà meminimus quantum eſſet indecens, aut futurū inconueniens ſi duorum tantùm aut trium teſtiū probatio reciperetur, præſertim vbi tex. elaborata conſtitutione tam exactam, & exquiſitam ſolēnitatem in teſtamentorum confectione poſtulauerit. Futurum enim eſſet hoc inconueniens vt qui ex aliena hæreditate ditari cuperet, fingeret teſtamentum deperditum eſſe. deinde probatione facta amiſſionis teſtamenti per duos mendicatos teſtes, probaret ſic teſtatorem voluiſſe, & omnis teſtamentorum ſolennitas tā diligenter inuenta ſubuerteretur, contra. l. ſi quando. C. de inofficio. teſtamen. & quod in teſtamētis ſæpius quàm in alijs inſtrumentis fraudes, & falſitates committi ſolent. §. j. in authē. de teſtib. colla. vij. vt omnis cauſa fraudis & ſuſpicionis tollatur am pliorem numerum qui in teſtamētis deſideratur producet fideicommiſſarius. & , vt dixi, Iuſtinianus in dicta. l. teſtium. C. de teſtib. vſus eſt pari et
43 omnino ſimili ratione † in contractibus & actibus qui inter viuos fiunt, vbi per ſcripturam ſides, ſeu veritas contractus probari non poteſt. et eadem ratione probat tex. in. §. j. in authen. de teſti. colla. vij. &. §. j. in authen. de teſta. imperſec. & iſta ratione ducitur. l. ij. C. de bonorum poſ. ſecundum tabul. Adde his gloſſ. in. l. hæredes palàm. in princip. ff. de teſtamen. in glo. j. Secundū quod ex dicta. l. finali. C. de fideicommiſ. colligitur, eſt, quod glo. ſingulariter affirmauit in dicta l. ij. C. de bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. dum dicit in iſtis actibus non tam de ſolennitate quā de voluntate diſputari, vbi maximè aliquid firmiter & cum ſolennitate fieri debet quare is qui teſtamentum, in quo magna ſolennitas deſideratur, ex defectu ſolennitatis impugnat: non tam de ſolennitate quàm de voluntate diſputare dicitur. quinimò magis voluntatem negare videtur, propter omiſſam ſolennitatem à lege neceſſariā pro teſtamenti validitate & confirmatione reqſi tam. & ita declarat dictus. §. fina. inſti. de fideicōmiſ. liberta. in ſi. ſecūdum quem dictum Accurſ. intellige quando legatarius fidei hæredis cōmittit: qui ſi recuſauerit, imputabitur ei, vel ſi poſt ꝙ recuſauerit, ad legis ſolennitatem refugere putauerit, audiendus non erit: quia iſtis duobus caſibus non tam de ſolēnitate quàm de teſtatoris voluntate quæritur, aliter non, dicto. §. fina. verſic. ſed vel pauciores quàm quinque vel nemo penitus teſtis interuenerit. & verſic. ſi hæres perfidia tentus. & verſic. quod ſi is à quo. vt ſtatim apertius declarabitur. & hoc etiam probat dicta. l. fi. verſi. lex & enim. ibi, vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueleť. & puto in hoc Accur. veritatem dicere, aliter non, per ſuprà dicta.
44 Nouiſſimo † enim loco in dicto. §. fina. inſtit. de fideicommiſ. hæredi. alia & tertia quæſtio fit à Iuſtiniano de hærede conuento à fideicommiſſario ad hæreditatis reſtitutionem, qui primo litis cōgreſſu negauit tale quid à teſtatore audiuiſſe, poſtea delato iuramento confitetur fideicommiſſum ſic à teſtatore factum, ſicuti fideicommiſſarius expetebat, ſed facta cōfeſſione nihilominus legis beneficio vti vult, id eſt, quia vult excipere, vt quantuncunque verum ſit teſtatorem ſic voluiſſe, hæredemq; ipſum illi promiſiſſe hæreditatem reſtituere: tamen ad eam reſtituendam non debere compelli: quia voluntas eius imperfecta eſſet defectu ſolēnitatis, cùm teſtes nulli præſentes eſſet, ſed fidem hæredis tantùm teſtator accepit de reſtituēda hæreditate, aut ſi aliqui præſentes erant, tamē pauciores quinque, qui numerus eſt ad validitatem fideicommiſſi neceſſarius: cùm non niſi ex eo numero teſtium voluntas ſolennis aut perfecta eſt, dicto. §. fin. verſic. qui in fideicō miſſis legitimus eſſe noſcitur, & dicta. l. fin. &. l. ſi voluntas, &. l. ex teſtamento. C. de fideicōmiſ. Tamen reſpondet imperator in dicto. §. fi. inſtit. de fideicommiſ. hæred. Si is à quo relictem dicitur poſtquàm negauerat confiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatē decurrat: omnino ſoluere cogēdum eſſe. Quæ ver-
45 ba innuere videntur, † hæredem ad iuramentum non debere de iuris rigore compelli, vbi conſtat teſtamentum aut codicillū imperfectum eſſe propter deficientem teſtium numerum. dicam infrà ſed tamen ne voluntas defuncti illudatur, cogendus eſt de æquitate, in dicta. l. fin. verſic. ſed ſunc. ibi, vt æquitatis ratio communiter in omnes procedat. C. de fideicommiſ. in verſic. vel ſi recuſandum. in his verbis, aut certam partem vel quantitatem manifeſtare fideicommiſſario derelictam noluerit. quæ verba referantur ad fideicommiſſarium vniuerſitatis vel ſpecialem ſeu particularē. & verba quæ ſequuntur, in eodem verſi. ſi forſitan maiorem fideicommiſſarius expetat. id clare voluit tex. in verſicu. neceſſe habere hæredem. & in verſic. vel ſi recuſandum. & in verſic. cum ipſe

ſibi iudex. quia nullam mentionem illhic fa-
cit imperator de refugio ad legis ſubtilitatē ſeu
beneficium.& ſic ille tex.eſt contra communem
praxin,quæ ex.l.ſiquidem. C.de exceptio.colli-
gi ſolet,quæ eſt. Primò negare,demum facta ne-
gatione dicere ſeu exponere, dato quod veritas
facti ſic ſe habeat,tamen nulliter facta promiſsio
eſſet.ſed ſaluari poſſet quod in illa.l.fi.primò hæ
res ſimpliciter negauerat,poſtea delato iuramen
ro detectum eſt hæredis mendacium,ratione eu-
ius exceptio iuris ſcripti per eum propoſita reijci
tur.& ille tex. variare fecit Petr. in dicta.l. fin. &
Ioan. Fab. Petrus enim voluit ſaluare Accurſ. in
illa.l.fin.& in.§.fin.inſti.de fideicommiſ.hæred.
46 dixit enim † ſi hæres qui negauit relictum conui
ctus de mendacio, eo quod probauit fideicom-
miſſarius relictum fuiſſe fideicōmiſſum, & mox
aliam defenſionem eligat, quia dicat & ſi relictū
fuerit fideicommiſſum, teſtamentum tamen mi-
nus ſolenne eſt,ideo non teneri ad fideicommiſ-
ſum: Iſto caſu cogatur hæres iurare, non obſtan-
re omiſsione ſolennitatis teſtamenti, ſi iuramen-
tum ſibi deferatur,& vbi iurare noluerit,compel
latur ſoluere.Sed ſi ab initio non negauit, ſed pa
làm confeſſus eſt fideicommiſſum, ſic tamen di-
cat & excipiat hæres minus ſolenniter factū:hoc
modo hæres ad fideicommiſſi ſolutionem non
tenebitur,dicta.l.ſi voluntas.&.l. ex teſtamēto.
C.de fideicommiſ.Sed ideo in illa.l.fin. C. de fi-
deicommiſ.&.§.fi.inſti.de fideicommiſ. hæredi.
hæres propter ſolam negationem & refutationē
ſuſcipiendi iuramenti,& cōuictionem ſuæ nega-
tionis per ſubſequētem confeſsionem ſuam, vel
per iuramentum ſeu per teſtium depoſitionem,
tenebitur ſolidum fideicommiſſum ſoluere.& re
vera iſta glo. dicere voluit in locis prædictis,ſicu
ti Petr.retulit & annotauit : tamen ſaluo honore
Petri & gloſ.non ita illos tex. legi debere exiſti-
mo:ſed ſic debere interpretari, ſicuti ſuprà dixi-
mus,& breui compendio repetam per breues ali
quas concluſiones collectas ex dicta.l.fi.&.§. fi.
47 Prima eſt † hæres vel legatarius à fideicommiſ
ſario vniuerſali vel ſpeciali conuenti vt hæredita
tem vel legatarium reſtituāt,licet id nemine præ
ſente factum eſſe affirment,ſi propter negationē
delatum ſit eis iuramentum iurare cogendi ſunt.
Et ſi non iurant, vel ſoluere legatum ſpeciali vel
hæreditatem reſtituere compellendi erunt, dum
tamen legatarius & fideicommiſſarius prius de
calumnia iurauerint.

Secunda,hæres qui partem confeſſus eſt, par-
temq́ negauit fideicommiſſario ampliorem par
tem petente quā hæres confiteatur ſi iurare recu
ſauerit hæres ad integrū fideicommiſſum petitū
à fideicommiſſario atque ſi totum confiteretur
hæres ratione negationis tenebitur, licet poſtea
tueri ſe velit beneficio.l.ſi voluntas.&.l.ex teſta
mento. C.de fideicommiſ.

48 Tertia † hæres ſi ab initio fideicommiſſum ne-
gauit,& id fideicommiſſarius ſeu legatarius pro
bare per teſtes voluit : tenebitur fideicommiſſa-
rius ſolennem facere probationem:vt ſi petit fi-
deicommiſſum ex teſtamento relictum, & teſta-
mentum in ſcriptis redactum eſt,vel eſt nuncupa
tiuum:ſi in ſcriptis redactum fuit, per inſtrumen
tum teſtamenti ſolenniter factum probare tene-
bitur.aut ſi non extant tabulæ,quia fortè amiſſæ
ſunt per octo teſtes probare tenebitur, qui præ-
ſentes erant tempore confecti teſtamenti. Si ve-
rò teſtamentum eſt nuncupatiuum : pariter per
octo teſtes,qui præſentes erant tempore facti te
ſtamenti,iuxta.l.hac conſultiſsima. C. qui teſta-
men.facere poſ.&.l.hac conſultiſſima.C.de teſta
men.probare tenebitur, aliàs non erit ſufficiens
probatio.

49 Quarta,Si † hæres ab initio litis confiteatur fi-
deicommiſſum,ſed de nullitate fideicōmiſſi exi-
cipiat,quia non ſit ſolēne,& ſic beneficio dictæ
l.ſi voluntas.&.l.ex teſtamēto.tueri ſe velit, vbi
veritatem teſtamenti per confeſsionem aut iura-
mētum hæredis fideicommiſſarius probare vult
vel probatur,ſtatim fideicommiſſum hæres im-
plere compellēdus eſt,& in hoc non poſſum cō-
ſentire cum Accurſ.neque cum Petro.licet.§.fi.
verſic.fin.inſti.de fideicommiſ.hæredi. plurimū
pro eis vrgere videatur, vt ratione ſolius nega-
tiōis hæredis priuetur hæres beneficio exceptio
nis.l.ſi voluntas.&.l.ex teſtamento. Non autem
vbi hæres confiteretur ſecundum eos, tamē ego
non puto hoc verum in caſu illius.l.fina.C.de fi-
deicommiſ.& dicti.§.fina.inſti. de fideicommiſ.
hæredi.Non enim dicta.l.fina.aliud expetit quā
hæredis iuramentum ad probationem fideicom-
miſſi.vbi fideicommiſſarius religioni hæredis cō
mittit.hoc clarè probatur in primò legis reſpon
ſo,& in.§.cum autem.& in vltimo legis reſpon-
ſo.nec.l.ſi voluntas, &.l. ex teſtamento. in caſu
prædicto loquūtur,ſed tunc quando ex teſtamē-
to minus ſolenni agitur ad fideicommiſſum,neq́
voluntatē teſtatoris ſeu voluntatis teſtatoris pro
bationem fidei hæredis committere nō vult, ſed
ex imperfecto aut minus ſolenni voluntate fidei
commiſſum petere vult.Certè non poteſt.& idē
dixit illa.l.fina.§.cum enim.& verſ.ſeq.Sed quā
do defunctus tantam babuit de hærede ſuo fidē
quod ab hærede promiſſum eſt teſtatori anteq́
moreretur, ſe reſtituturum hæreditatem vel lega
tum:licet illa fides data ab hærede nemine præ-
ſente defuncto facta ſit, nihilominus hæres ratio
ne illius fidei defuncto ꝓmiſſæ tenebitur defun-
cti voluntatem implere,ſicut ſi voluntas illa cum
iuris ſolennitate facta eſſet.Neq́ aliud in iſto ca
50 ſu exigit ille tex. † & Iuſtinianus hanc rationem
vltimarum voluntatum habere voluit, vt ſoli ve
ritati & æquitati hoc caſu inhæreatur. alioquin
Iuſtinianus ſolennitatem teſtamentorum tollere
noluit,ne fraus in eis conficiendis fiat contra te-
ſtatoris voluntatem. Secundò, ne varietur eorū
volun

volũtas,aut ne contra morientis voluntatẽ aliqd
addatur teſtamẽto aut detrahatur. Tertiò. Quod
verè diſpoſuit moriens pro lege ſit. Sed cùm veri
tas rei detegitur partis confeſsione, ſatis proba-
tum habet defuncti voluntatem in hæredis præ-
iudicium. intellige cuius fides in hac re à teſtato-
re ſingulariter electa eſt, vt in. l. Theopompus.
ff. de dote prælegata. hoc dicit dictus. §. fin. inſti.
de fideicommiſ. hæredi. ibi, tunc ſiue pater hære
dis, ſiue alius quicunq; ſit, qui fidem hæredis ele
gerit, & ab eo reſtitui aliquid voluerit, quænam
melior aut verior haberi poteſt rei geſtæ proba-
tio, quàm per partis confeſſionem? certè nulla, vt
inquit tex. dictæ. l. fi. in duabus partibus. Prima
ibi, cuius religio & fides à fideicommiſſario ele-
cta eſt, nullis teſtibus nulliſq; aduentitijs proba-
tionibus requiſitis. Secunda ibi, ſuam habere fir-
mitatem. Tertia. Cui ſumma totius cauſæ autori-
tas commiſſa. Concordat cle. conſtitutionem. in
fi. de electio. tex. cum gloſ. in authen. ſed iam ne-
ceſſe. C. de donatio. ante nupti. l. j. C. de dolo. vi-
de Moder. in. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus.
51 colum. ij. ff. de iureiuran. † vnde ait, diſponat te-
ſtator, & erit lex. Nam etiam, vt dictum eſt ſuprà
licet teſtes voluntatem eius ſcriptam non videãt,
ſed teſtator in ſcriptis clauſam & ſigillatã in præ
ſentia octo teſtiũ tradit, vt dicitur in dicta. l. hac
conſultiſsima. C. de teſtamen. non habetur aliud
teſtimonium fidei diſpoſitionis, niſi quòd teſta-
tor dixit quod ſcriptum eſt in charta à ſe data, à
ſe ſcriptũ eſt. Quare ego puto ſufficere vt de vo-
luntate teſtatoris conſtet in hoc caſu, eo quod te-
ſtator ſingulariter fidem ſui hæredis elegit: vt in
ſimili dicitur in. l. Theopõpus. ff. de dote præle-
gata & l. Lucius. §. quiſquis. & l. codicillis. §. fi.
ff. de lega. ij. Iſta ſunt quæ me mouent in dicta. l.
fi. Primò in his verbis, & voluntati mortuorum
proſpicientes. Secundò. dum dicit, ſi ſint ſcriptu-
ra, & præſentia teſtium. ex quibus infero videri
mihi eſſe ridiculũ, quod Iuſtinianus voluerit ſo-
lum hoc ſtatuere pro experimento hæredum, ſi
confitebuntur voluntatem defuncti, vt ſtatim
ſint abſoluti, ſi autẽ negarẽt eam quæ nulla eſſet
propter negationem, quod nullum eſſet validare
tur, quod fruſtra confeſſum aut probatum nõ re
leuaret. l. fin. ff. ad Velleianum. ego non poſſum
hoc mihi perſuadere. Secundò. Quòd teſtator
fraudetur ſua ſpe & fide ſibi ab hærede promiſ-
ſa, ſi confiteatur hæres fidem dediſſe nõ ſi neget
eam: Iubẽs intelligerem quiſnã ille effectus eſſet
voluntatis, ſi verum eſſet, hæredes vt fidem teſta
tori promiſſam frangerent, & ab ea ſe abſolue-
rent, vt mediante illa confeſſione à fide data &
promiſſa abſoluerentur, quod non puto verum;
cum venia dixerim tantorum patrum. Secundò
in eadem. l. fi. in his verbis, cùm ipſe ſibi iudex &
teſtis inueniatur. Tertio, Sed ſiue quinq; ſint te-
ſtes vel pauciores, vel nemo. mox addit ſuam ha-
bere tam firmitatem quàm exactionem. Quartò
vt æquitatis ratio communiter in omnes proce-
dat. Quintò, in verſi. cùm autem dicere compelli
tur veritatem per ſacramenti religionem. & non
abſque ratiõe addit quod ſequitur, qualis locus
relinquatur. quaſi dicat, quid amplius, deſidera-
mus teſtes? Sextò, in ratione concludendæ legis
52 ait, † quum & in leges reſpeximus quæ iuſtis di
ſpoſitionibus teſtatorũ omnimodo hæredes obe
dire compellunt, iuſtis dixit non ſolennibus, ne-
que iuſtius eſſe poteſt quàm datam fidem ab hæ-
rede ſeruari. l. j. ff. de pactis. l. j. ff. de conſti. pecu.
Secundò, Ex. §. fin. inſtitu. de fideicommiſ. hæ
redi. vbi ex eo probatur quantum fidei & confi-
dentiæ in hærede ſuo conſtituerit. Primò dum di
cit, & neque ex ſcriptura, neque ex quinq; teſtiũ
numero qui legitimus in fideicommiſſis eſſe no-
ſcitur, poſſit res manifeſtari, ſed vel pauciores ꝗ
quinq;, vel nemo penitus teſtis interuenerit. Ec-
ce quomodo in eum confidebat, vt nullum deſi-
deraret alterius ꝗ hæredis teſtimonium, vt in ca-
ſu dictæ. l. Theopompus. Secundò in eodem. §.
dicitur ſiue pater hæredis ſiue alius quicũque ſit
qui fidem hæredis elegerit. Tertio dum ait, ſi hæ
res perfidia tentus adimplere fidem recuſat. &
quod poſtea ſequitur, poſuit ſolum in eũ caſum
quo hæres tantæ ſit in mortuum perfidiæ vt vo-
luntatem eius negare voluerit, & ob id neceſſita
tem probandi voluntatem defuncti conſtituerit,
aut iuramenti relatione aut teſtium probatione,
ſed factum in ſe commentitie negat, in verbo, re
cuſat. hoc probat ratio quæ in verſic. ſeq. ponit̃,
ibi, ne depereat vltima volũtas teſtatoris ſeu mo
53 rientis fidei hæredis commiſſa. † Ex quibus mea
opinione imperator motus eſt in hoc caſu hæ-
redem condemnari debere ad obſeruantiam vo-
luntatis teſtatoris ſeu morientis quantuncunque
ſolenniter facta non ſit, id eſt ſecundũ iuris ſubti
litatem ſed ſuæ fidei tantum commiſerit vt pro-
pter fidem teſtatori datam condemnetur hæres,
Et in hoc nouiſſime volo te aduertere in eodẽ. §.
in fi. in his verbis, ſed ad legis ſubtilitatem decur
rat, æquitate iuris ſcilicet derelicta, et veritate vo
luntatis teſtatoris omiſſa, & id puto verum. vbi
verò hoc teſtator fidei hæredis tam expreſſe non
commiſiſſet, ſuſtentabilis foret glo. & Petri opi.
& conſideratio per ſuprà dicta. Ex his clarè cõ-
ſtat, Accurſ. verum dixiſſe in dicta. l. ij. C. de bo.
poſ. ſecundum tabul. teſtamentum probari debe
re per ſeptem teſtes, & vbi perditum erit non ſuf
ficere tenorem teſtamenti per duos teſtes proba
ri, ſed neceſſarium eſſe teſtium numerum, qui ad
confectionem teſtamenti de iure interuenire de-
bet, niſi per partis confeſsionem probatio fiat, di
cta. l. fin. C. de fideicommiſ. intellige in præiudi-
cium conſitentis, non autẽ tertij cuius poteſt in-
54 tereſſe, † tertio enim hæredis confeſsio præiudi
care non debet. l. ſi quis poſthac. in princi. C. de
bo. proſcrip. ibi, ſed quam ſe corporaliter tradi-
diſſe docuerit repræſentet̃. de qua in. l. in rebus.

§. ſi vir. ff. ſoluto matrimonio.

Tertiò, vt vnde digreſsi ſumus, redeamus: ad. do.c. ſecũdum. extra, de maledic. ibi, linguam in blaſphemiã publicè relaxare præſumpſerit. per quæ verba primum ca. eiuſdem tituli declaratur, dum in eo dicitur, multis coram aſtantibus. idē in cap. de manifeſta. ij. q. j. in his verbis, nota plurimis, id eſt, inquit illhic glo. forte decem. c. vnico. x. quæſtio. iij. tu melius adde tex. in. e. quis aliquando. §. non ſunt. iuncta gloſ. in verbo, ſecreta. de pœniten. diſtinctio. j. vbi peccata ſecreta eſſe dicuntur, quæ in præſentia quinque teſtium fiunt. quem tex. & gloſſ. notat Archidia. in cap. ſi papa. xl. diſtinct. Prædictis addo tex. in ca. ſin. xxxij. quæſtio. v. inquit ille tex. non habent latẽtia crimina vindictam. & illhic gloſſ. & Archid. intelligunt quoad homines, licet quoad deum ſecus ſit. c. erubeſcant. xxxij. diſtinctio. vnde tex. in
55 ca. ſi omnia. vj. quæſt. j. dicit † certare eos qui ex occultis delictis pœnam exigere volunt, cœlum facibus adiuuare. Plus ait huiuſmodi criminum accuſatores inuidiæ magis quàm charitatis ſtimulis agitari. accuſatio enim nõ niſi à charitate prouenire debet. c. ſi quis epiſcopus. extra, de accuſatio. alibi dicitur in. c. nemo. xxxij. quæſt. iiij. tolerabilior eſt ſi lateat culpa quàm ſi culpæ vſurpetur autoritas. ratio ſecundum gloſ. illhic eſt, quia qui manifeſte peccat, pluribus peccandi exemplum præbet. c. præcipue. xj. quæſt. iij. quare dici ſolet occulta peccata non ſolere irregularitatis pœnam irrogare. cap. ex tenore. & capi. fina. extra, de tempo. ordina. vbi ſolum homicidij crimẽ excipitur. c. inquiſitionis. extra, de accuſatio. ca. ſi quis omnem. j. quæſt. vij. glo. in cap. ſi papa. xl. diſtinct. excipit occultam hæreſin etiam in ſummo pontifice. & licet in capi. homicidiorum. de de pœniten. diſtinc. j. dicatur, detractorem homicidæ ſimilem eſſe: verum eſt, inquit illhic gloſſ. communiter approbata, quantum ad deum, non autem quãtum ad homines, de quo in. c. deteriores. & capi. ſeq. vj. quæſt. j. Ita notat Hoſtien. in ſumma titu. de crimine falſi. §. & qualiter puniatur, in fi. ſimiliter & in capit. illius. verſic. ait. dies enim viginti qui ſtatuuntur falſario in pœnam quo ad deum ſi occultus ſit falſarius, currunt à die occultæ ſciẽtiæ, ſed quoad eccleſiam à die publicatæ ſcientiæ. c. ſicut nobis. & cap. tua nos. extra, de ſyno. c. à nobis. ij. extra, de ſenten. excommunica. vide omnino. c. quis aliquando. de pœ-
56 niten. diſtinct. j. † Facit quod de publico & occulto excõmunicato dici ſolet, vt occultus ſi non euitatur participans pœnam non incurrit, ſecus ſi publice eſſet communicatus. c. ſignificauit. extra, de ſenten. excommunica. Per Io. Andr. in. c. ſ. de reſcrip. in. vj. in nouella.

Quartò, hic recenſeri poſſent quæ de notorio manifeſto ſeu publico in ſcholijs doctorũ referri ſolent, de quibus copioſe per Anto. in capit. veſtra. extra, de cohabita. cleri. & mulie. & Io. Fab. in procæ. inſtitu. ij. & iij. columna. Bald. & alios in. l. emptorem. ff. de actio. empti. in. l. ea quidẽ. C. de accuſatio. in. l. ſi vero. §. j. ff. qui ſatiſda. cogun. in verbo, euidentiſſimè. in. l. ſi conſtante in princip. in verbo, euidentiſſimè. ff. ſoluto matrimonio. in dicto. c. de manifeſta. ij. quæſt. j. in ca. cũ ex iniũcto. in fi. extra, de hæreti. Bal. in. l. cum frater. C. de his qui. vt indig. Bar. in. l. fi. C. de his qui publi. ratio. lib. x. Feli. in. e. cum ordi. extra, de reſcrip. viij. & ix. colum. vnum tamen non puto prætermittendum ex dicto. ca. veſtra. extra, de cohabi. cleri. & mulier. quantum ad noſtrum inſtitutum, dum ille tex. dicit in his verbis, nec habent operis euidentiam, vel ſingulariter facti euidentia in delictis conſiderari debeat. idem in dicta. l. vnica, in verbo, manifeſtauerit. C. de famo. libel. & quæſo vide quæ circa id non minus eleganter quàm copioſe ſcribit Archidia. in capit. ſi peccauerit. ij. quæſt. j. & cum pleraque alia dicturus ſum in. l. fideicommiſſum. infrà eod. titu. hic plura non repetam.

57 Ex his † quid ſit publice agere colligi poteſt, vt plus ſit publice quàm palam dicere, publice quaſi populice, inde publicitus pro publice frequenter accipitur, vt Nonio Marcello placet. Lucia. ſatyra. xij. huic homini quæſtore aliquo eſſe opus, atque chorago. publicitus qui mihi atque epiſco. præbeat aurum. Ennius. Proletarius publicitus ſcitusque ferriꝗ ornatus. Adde text. in cap. j. §. ſolicitudo. ibi, & ab ipſo publice prædicatur in eccleſia. xxv. diſtinct. in clemẽ. cauſam. iuncta glo. in verbo, ſolenniter. de electio. dum inquit id ſolenniter publicari dum in populoſa miſſa ſit vel concionibus, vel nundinis vel alio actu per populum frequentato, cle. j. de foro cõpeten. ibi, vel citari faciant publicè in eccleſijs ciuitatum, vel locorum inſignium prædictorum in verſic. ſanè. ibi, vel ad dominũ aut publicè, vt præmittitur. & in capite illius cle. ibi, alioquin publice in eccleſia cathedrali loci vel domicilij &c. Adde extrauagan. ad reprimendum, in verbo, publicè. vbi Bartol. colla. xj. addit Clementinam primam de iudi. l. vnicam. §. ſina. C. de iuſti. codi. confir. ibi ad omnium populorum notitiã eũdem codicem edictis ex more propoſitis peruenire faciat. §. facietis. in authẽ. ſcriptum eſt exẽplar. ibi, & illhic habitantibus vniuerſis hominibus &c. gloſſ. in Clemen. prima. in verbo. publicè. de ſepult. & ſatis colligi poteſt differentia ex dictis. ſuprà per. l. hæredes palàm. in princi. ff. de teſtamen. l. ſed & ſi pupillus. §. de quo palàm. ff. de inſtitu. actio. & alijs legibus ſuprà relatis. in expoſitione huius dictionis, palàm. & ſimili elocutione qua & hic text. vtitur Iureconſultus in. l. j. non exiſtimo. ff. de adminiſtratione tutor. l. non intelligitur. in princi. ff. de iure ſiſci. §. j. in authen. de teſtamen. imperfect. colla. viij. c. ſi peccauerit. ij. q. j.

In tex. In verbo, ſecreto. adde tex. in. ca. vbi periculum.

periculum.§.in eod.ibi, id reſeruato libero ad ſecretam cameram aditu.& verſicu.nulli,primo ibi, vel facultas ſecrete loquendi, & verſi.ſeq. de electio.libro.vj.capitu.vnico,verſicu.tutum. de for. fideli. collatio. x. & capitu.finali.de no. for. fideli. ibi, & ſi de ſecreto,mihi manifeſtauerit, & capitu. vnico, quibus modis feud.amitta.in. ij.titulo. ibi, vel ſi credentiam ad eorum damnum ſcienter manifeſtauerint. & capitu. in Chriſti nomine, in verbo, credentias. vbi per
58 Bald. de pace conſtan. † vnde ſolet dici paria eſſe aut per literas ſeu nuncium, aut verbo hominem alloqui,dummodo pro forma actus verba non deſiderantur. & in.l.prima.in princi. & &.§.finali.ff.de verborum obligatio. dicto capitu.vbi periculum.capitu. diffinimus. & capit. in decima. xviij. quæſtio. ij. melius in.l. prima. in fi. ibi, qui've hoſtibus populi Romani nuncium literas've &c. ff. ad legem Iuliam maieſta. per Innocen. in capitu. qualiter.& quando.primo.extra,de accuſatio. Luc.de Pen. in rubrica. C. de ſilentia. libro. xij. Adde tex. in capi.quis aliquando. §.non ſunt.de pœniten. diſtinct. j. capitu. finali.in princip. de hæreti.libro.vj.ibi, non publicè ſed ſecreto communia diœceſano epiſcopo. vnde dicunt Ioan.And. & Domi. in dicto capitu.vbi periculum. ſecretum à ſecerno dici. capitu.clericus. lxxxj. diſtinct. Plura dicam in.l.penultima.infrà eodem titu.hæc autem notari ſolent in ea diſputatione,quæ de excommunicato publico & occulto fieri ſolet, qualiter euitari debent.de qua per Innocen.& Io. Andr. in capitu.conſtitutionem.extra,de hæredi.copioſe Feli.in capitu.ad probandum.extra, de re iudi.et plura dicam in.l.penultima.infrà eodem.&
59 Bald.hic hac ratione ductus hunc text.inducit † ad teſtes in cauſa productos,qui neque palā aut publice neq; ſecreto videri debent donec à iudice ſint publicati.pro eo eſt.text. iſto melior in.§. quia vero multi.verſi.ſi vero deducens. in auth. de teſtibus collatio.vij. in his verbis, editionem nondum acceperit,neque perlegerit teſtationes, neq; ipſe neq; aliquis aduocatorū eius. in verſic. primitus ſacramēto dando ab eo quod neq; ſub ſtraxit:neque percunctatus eſt teſtationes,neque ipſe neque aliquis aduocatorum eius, aut omnino pro eo agens, neque per aliquem dolum aut machinationem aut artem. & in authen. at qui ſemel.vbi plenius per Baldum. C. de probatio. & quod notatur in capitu. quoniam contra falſam.extra,de probatio. in capitu.vltra tertiam. & capitu.de teſtibus in verbo,publicate. extra, de teſtibus. Sed intellige quod dictum eſt de teſtium publicatione,quantum ad partem, non autem quantum ad iudicem,cùm iudici ſemper publicanti exiſtimantur,ſecundum Inno.in.c. cùm Ioannes hæremita.extra, de fide inſtrumen. per rationē.l.vbicunq;.ff.de interroga.actio.&.d.c. cum Ioannes.extra,de fide inſtrumē.glo.in.c.cū clamor.in fi.& qđ notať in.c.fraternitatis.extra de teſti.Addo quod notat Ro.poſt Bar.in.l.j.§. hoc autem iudicium.ff.de dam. infecto.Bald. in l.vnica.C.vt quæ deſ.aduo.iud.ſuppl.Guliel.de monte landi.in clemen.teſtibus,de teſti.ſatis ſuprà dictum eſt.

In tex.om̄is em̄ apertura prohibita eſt. In hoc iſte tex.rectè facit cōtra ea quæ dicta ſunt per gl. in.§.præcedente.in verbo, edictum. verſicu. ſed quid ſi ideo.& Bart.in.l. qui Romæ.§. duos fratres.ff.de verbo. oblig.cuius ſuprà meminimus,
60 vt † nō excuſeť hæres ſi forte teſtm̄ aperire petijt vt ſciat ān hæres ſit,vel quod dubitet ſe multis legatis oneratum.& in hoc differat hoc ſenatuſconſultum ab edicto quemadmodū teſtamenta aperianť.ſuprà,qa iudici cauſa cognita aperire permittit.l.j.in princi.&.l.ij.in prin.&.§.ſi dubiteť. ibi,dicēdum eſt prætorem cauſa cognita.&.l.pupillares.ff.quemadmo.teſta.aperian.Sed hoc ſenatuſconſulto omnis apertura prohibita eſt, vt facilius vindicta de nece teſtatoris fiat, dicto.§. quod ad cauſam.verſicu.priuſq;. Et ratio ex hoc tex.eſt,quia etiam ſi nullum ſit teſtamētum, neq; ex eo quicquā percipere poſſit hæres, ſi aperuerit,punietur.vnde non debet poſſe cōſiderari an legatis hæres grauatus ſit.Secundò,an hæres inſtitutus ſit,quia omnes à poteſtate aperiendi excluduntur,& hoc nota pro his quæ dicta ſunt in expeditione tituli huius ſenatuſcōſulti dū ſtatuūt differentiā inter hoc ſenatuſcōſultū & edictum, quēadmo.teſta.aperiātur.Alia enim eſt ratio huius ſenatuſcōſulti,& alia edicti, quēadmo. teſta. aperianť. Nam illa ad id fit vt ſciat hæres an hæres ſit, quia quæſtionem de hæreditate patiatur, vel an ex teſtamento futurus ſit hæres:quod facere non pōt,niſi inſpectis tabulis teſtamenti, ideo inſpectio permiſſa eſt.l.j.§.eo.quemadmo. teſtamē.aperian.vel quia aliquid ex voluntate teſtatoris faciendum eſt,quod rectè fieri nō poteſt niſi inſpecto teſtamento.l.ſi mulieri.eodem titulo. quemadmodū teſtamenta aperiantur.ibi,vt ſciatur cui demandata ſit curatio.&.l.ij.§.ſi dubitetur.illo titulo dum ait, ſi dubitetur vtrum viuat an deceſſerit is cuius quis quo ad cauſam teſtamenti pertinet &c. Et ſic ad fauorem cauſæ te-
61 ſtamenti & conſequēter teſtatoris. † hoc autem ſenatuſconſultum prohibet teſtamentum inſpici & aperiri in teſtantis fauorem, vt vindicem ſuæ iniuriæ & vltorem habeat, quem forte non haberet ſi teſtamentum aperiri concederetur. hac ratione fit prohibitio, Excipitur in capite.§.præcedentis, ignorantia & ſimplicitas. ſimiliter in §.ſeq. Nam niſi ſcienter & doloſe apertura fiat teſtamenti, hoc ſenatuſconſulto non comprehenditur. Plura dicam in verſiculo ſequenti. Sed ratio eſſe poteſt, quia in ignorante propriè non cadit voluntas. lege generali. C. de tabul. libro. x. quæ in criminibus ſpectari debet. l. qui iniuriæ,in princip. ff. de furt.l.ſi non

conuicij. C. de ſhiur. l. quis ſit fugitiuus. in prin
cip. &. §. idem Cælius. ff. de ædili. edicto. l. ſi
per errorem. ff. de iuriſdictio. omnium iudi.
§. j. verſicu. cur enim culpabimus. in authen.
vt factæ no. conſti. collatio. v. & quod ſcribi-
tur Actuum. xxxiij. ibi, & qui aſtabant dixe-
runt, ſummum ſacerdotem dei maledicis? dixit
autem Paulus, Neſciebam fratres quia princeps
eſt ſacerdotum. ſcriptum eſt enim, Principem po
puli tui nõ maledices. quod plane explicabimus
in verſicu. ſeq.

In text. Si quis ignorans. licet in capite. §.
quod ad cauſam ſuprà eadem. l. plura de ſcien-
tia, & ignorantia tractauimus, quæ autẽ omiſ-
ſa ſunt ſupplebimus. hic Iureconſultus profe-
quitur edicti interpretationem in his verbis, ne
quis ſciens dolo malo. dicit enim, ſi quis igno-
rans occiſum aperuerit, non debet hoc edicto
62 teneri. † Scientia igitur quæ in hoc ſenatuſcon-
ſulto conſideranda eſt, ad defuncti mortem vio-
lentam referri debet. Oportet igitur hæredem
aut eum qui aperit mortui teſtamentum ſciuiſ-
ſe occiſum eſſe. duo igitur concurrere debent
priuſquàm pœnæ huius edicti locus eſſe poſſit.
Primo occiſũ fuiſſe teſtatorẽ, vt in. l. j. §. occiſorũ
ſuprà eo. Secũdo, ſciri debere ab aperiente occi-
ſum fuiſſe. Tertiũ collectum eſt ſuprà & quod
de morte teſtatoris vindictam aut quæſtionem
ſumere neglexerit. l. neceſſarios. §. non aliàs.
&. l. lege Cornelia. §. fina. infrà eodem. Non
ergo recte excuſari poteſt, ſi deſideret ſcire is
qui aperit, ſe inſtitutum eſſe, aut legatum ſeu
fideicõmiſſum ſibi factũ fuiſſe, ſicuti in. §. qđ ad
cauſã explicauimus. Secũdo qđ dolo malo ſciẽ-
ter aperuit, dicto. §. quod cauſam. &. l. prima.
§. quid ergo. ſuprà eodem. l. propter veneni. §.
neptis. infrà eodem. cap. vaſallus. ij. & illhic Bal.
pulchrè, ſi de ſcudo fuer. controuerſ. inter do-
minum & agnat. colla. x.

63 Ob id † ruſtici & imperiti excuſantur in verſi.
ſi forte. per imperitiam vel ruſticitatem ignarus
edicti prætoris vel ſenatuſconſulti aperuerit.
Concord. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdic. o-
mnium iudi. l. regula. §. ſed iuris. ff. de iur. &
fact. ignoran. glo. eſt in. l. prima. C. eo. de iur.
& facti ignor. An & quando ruſticitas vel im-
peritia excuſet, plenius vide. c. turbatur. j. quæſt.
iiij. dictam. l. regula. tex. & quod illhic Cin.
notat in. l. prima. C. de interdic. matri. inter tuto.
& pupil. & quod notatur per Moder. in. l. ij.
C. de in ius vocan. poſt Franciſ. Areti. & in di
cta. l. ſi quis id quod. vbi recentiores Papien.
ampliore commẽtario dilatant, & in. l. iuris igno
rantiam. C. qui admitti ad bonor. poſſeſ. poſ.
in. l. in bonorum. ff. de bonorum poſſeſſione
titulo generali. &. l. prima. §. finali. ff. quis ordo
in bono. poſſeſ. ſerue. & in. l. finali. C. de iur. &
facti ignoran. & in. l. finali. C. de teſtamen. Luc.
de Pen. in. l. generali. columna. ij. in expoſitione
verbi ignorantia. C. de tabular. libro. x. & dicam
in. §. eleganter. infrà ea. l. vbi locus longe magis
eſt opportunus.

Adde imperitiam ſolere incerti certaminis cõ
poſitionem generare. l. ne in arbitris. §. ſin autem
in ſeriptura. C. de arbitr. capitu. ʃ. xv. quæſt. j. ca.
64 diuinis. xxvj. quæſt. ʃ. † Imperitia autem proprie
circa artificium conſiſtit. l. Iulianus. §. ſi vendi-
tor. ff. de actio. empti. l. imperitia. ff. de regulis iu
ris. l. qua actione. in fi. ff. ad legem Aquiliam. l. il
licitas. §. ſicuti. ff. de offi. præſi. l. ij. vbi Moder. ff.
quod quiſque iur. Notat Luc. in. l. expertes. C.
de decurio. lib. x. in iudice imperitia imputatur,
in dicta. l. ij. ff. quod quiſ. iur. l. ſi filiusfamiliàs.
ff. de iudi. §. j. inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi de-
licto naſcun. l. ſi per imprudẽtiam. ff. de euictio.
dicam in. l. propter veneni. §. præſidis iniquitate.
infrà eodem titulo. quamuis literarum expertes
iudices eſſe poſſint. l. certi iuris, illhic Moder.
C. de iudici. & in dicta. l. ij. ff. quod quiſ. iur. No
65 tatur in. §. ſimiliter. inſtitu. de excuſa. tutor. † de-
bent autem per illam. l. ij. &. l. certi iuris. peritos
habere aſſeſſores, ſicuti & Gallia admittit. Nam
omnes fere prouinciarum præſides milites ſunt,
ſicuti & illa. l. certi iuris. admittit, ſed à rege non
aſſeſſores, ſed loco aſſeſſorum vicarij quos locũ
tenentes vocãt, ſufficiuntur. Parriſijs autem iuri
dicundo cum vicarijs aſſeſſores præfecto vrbis
quos conſiliarios vulgus appellat, rex inſtituit et
præponit, quorum meminit. l. conſiliarijs. ff. de
offi. aſſeſ. illa autem. l. certi iuris. correcta eſſe vi-
detur, in. §. j. in authen. de iudi. collatio. vj. non
enim, inquit ille text. exiſtimamus oportere ha-
bere iudicum quorundam nomina, maxime le-
gum ineruditorum, deinde neque cauſarum ha-
bentium experimentum. Excipere poſſes caſum
l. magiſteriæ. C. de iuriſd. omnium iudi. in acti-
bus militaribus in quibus iudices fieri poſſunt.
& ſic puto. l. certi iuris. C. de iudi. debere intelli-
gi. l. finali. C. de deſertor. libro. xij. l. primã. C. de
cohartali. eodem libro. l. primam. C. de curioſ. &
ſtationa. eodem libro. & nihilominus text. §. j. in
66 authen. de iudi. † vult iudicibus aſſidere aſſeſ-
ſores ea quæ legum ſunt explicantes. Adde tex.
in. §. eos. in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag.
collatio. ij. an autem aſſeſſorum conſilium neceſ-
ſario ſequi debeant: dic vt per Luc. de Pen. in. l.
omnes iudices. vij. columna, & ſeq. C. de decu-
rio. Bartol. in. l. j. §. ſi plures. ff. de exercit. actio.
in dicta. l. ij. ff. quod quiſ. iur. & in dicta. l. conſi
liarios. ff. de aſſeſſoribus. Bal. & Franciſ. Areti.
in. l. mancipia. C. de ſeruis fugitiuis. Dixi in
l. prima. xvj. columna. princ. ſuprà eodem titulo.
hic non dicam plura. Idem in aduocato di-
cendum eſſe puto. lege vtique. §. culpa. ff. de
rei vendi.

l. penultima. C. de exceptio. l. ij. §. Sabinus.
ff. de origi. iur. l. prima. §. aduocatos. ff. de
vari. & extraordi. cognitio. l. nemini. §. iuriſ-
peritos, &. l. iubemus. C. de aduoca. diuerſo.
iudi. Adde quæ circa hæc Felin. ſcribit in ca-
pitulo. j. decima columna. verſic. ſed tamen hoc
dictum. extra, de conſtitutio. In medico idem
ſentio, in. l. quod ſi nolit. §. culpam. ff. de ædi-
litio edicto. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu-
to matrimonio. l. indignum. ff. de his qui-
bus vt indig. dicta. l. qua actione in fin. &. l.
item ſi obſtetrix. ff. ad legem Aquiliam. l. illi-
citas. §. ſicuti. ff. de offi. præſid. Copioſè per
per Felinum in capitu. tua, extra, de homicid. §.
præterea ſi medicus. inſtitu. de lege Aquil. Simi
liter dicitur in quibuſcunque magiſtratibus. l.
magiſtratus. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita.
pertinen. l. prima. &. l. aduerſus. & per totum
penè titulum. C. de magiſtra. conuenien. l. pri-
ma. ff. eodem. de magiſtra. conuenien. §. fina. in-
ſtit. de ſatiſda. tutor. l. prima. ff. ſi menſ. fal. mod.
dixer. Non diſſimiliter in quocunque artificio.
l. ſi quis fundum. §. Celſus. &. l. item quæri-
tur. §. ſi gemma. ff. locati & conducti. gloſſ. in
67 l. imperitia. ff. de regulis iuris. † Proprie autem
dicenda eſt imperitia de literarum expertibus. l.
noſtram. C. de teſtamen. ibi, vel ſi imperitia li-
terarum, dicta. l. expertes. C. de decurio. libro
x. l. athletæ. §. finali. ff. de excuſatione tutorum.
dicto. §. ſimiliter. inſtitu. de excuſatione tutorū.
capitu. illiteratos. xxxvj. diſtinctio. capitu. præ-
cipimus. xxxj. diſtinct. l. ſciendum. §. illud. ff. de
euiction. nam & illiterati cæcis & imperfectis
æquiparantur, dicto. c. j. lv. diſtinctio. capitu. ſi.
de tempor. ordinan. libro. vj. cuius meminit
Archidiaco. in dicto capitu. præcipimus. Notat
Luc. in dicta. l. expertes etiam ſi aliàs alicu-
ius ſint experimenti, dicta. l. athletæ. §. finali. ff.
de excuſa. tutor. verum eſt, niſi in quibus li-
teræ neceſſariæ non ſunt ſecundum Baldum in
dicta. l. athletæ. §. fina. dum de ruſticis loqui-
tur animi peritiam habentibus, qui & ſagaces ru
ſtici dicuntur: de quibus loquitur. l. ſi chorus.
§. finali. ff. de legatis. iij. & quibus complacere
ſtudebat Bartolus. vt inquit Baldus in capitu.
j. in fin. de ſucceſ. ſeudi. collatione. x. de qui-
bus per Alexandrum & Moder. in. §. ſi quis id
quod. ff. de iuriſdictione omnium iudic. gloſſ.
etiam meminit in dicta. l. athletæ. §. finali. &. §.
ſimiliter. inſtitu. de excuſatio. tutorum. & iſtud
ſuadet ratio dictæ. l. certi iuris. C. de iudi. dum
68 ait, † quid enim obſtaculi eſt, homines qui eiuſ-
iuſdem rei peritiam habent, de ea iudicare;
cum ſcimus & militares magiſtratus, & omnes
tales homines per vſum quotidianum, iam etiā
approbatos &c. Contra quem tex. facit. l. mili-
taribus. C. de decurio. libro. x. vbi omnino le
ge Luc. de Pen. & in. l. milites. ij. columna.
in verbo, exercitu. C. de re milita. libro. xij. In
quo conſidera ſinem dictæ legis, certi iuris.
ibi, & pro ſui & legis ſcientia huiuſmodi, alter-
cationibus ſinem imponent. & quod illhic Mo
der. notant, per illum tex. & illis adde tex. in. §.
quod verò multæ. in princip. in authen. de iu-
di. collatio. vj. dum ille tex. ait, quia verò mul
tæ quædam nobis fiunt interpellationes eligen
tibus quibuſdam iudices penitus ignorantes le-
ges, & experimentum proſequere integrum. §.
ad id enim ſingularis eſt, & caueant ex illo tex.
ruſtici ne deinceps iudices ſibi eligant, inquit
ille tex. qui neque quod iuſtum eſt ſciunt, ne-
que eius obſeruationes. Adde Paul. de Caſt. in
in. l. prima. in princip. ff. de iuſtitia & iure. dum
contra idiotas mercatores inuehit. Cuius me-
mini in. l. prima. xvij. colum. princi. ſuprà eodē.
& dictis per me in dicta. l. prima. ſuprà eodem.
addo quod Felin. notat in capi. qualiter & quan
do. j. colum. ix. extra, de accuſa. poſt Petrum de
69 Ancha. in conſil. ccliiij. dum † de Venetis loqui
tur, quorum ſententiæ in rem non tranſeunt iu-
dicatam cùm de facto ſæpius iudicēt, ob id vo-
lunt de facto quandocunque poſſe reuocare,
Id etiam aliquando intellexi, dum Mediolani
ſenator eſſem, idq́ non mihi tantum, verum
& cæteris ſenatoriæ dignitatis ex conſenatori-
bus viris qui Brixianus erat ſæpe ſuo teſtimo-
nio confirmauit. Eosq́ Veneti qui ſic iudicum
ſententias toties de facto reuocant, & alijs non
ſolum tertiò, ſed & quartò deciſas iterum co-
gnoſcendas committunt, nulla etiam temporis
latiarum ſententiarum ratione habita aduoca-
tores appellant, vt ne quiſquàm ditionis Vene-
tæ ſubditus dum viuit quod ſuum eſt dicere tutè
poſsit, ſed libra ſemper penſili dubium manet:
quod neque iuſtum eſt neque æquum, vt rectè
dicit Paulus de Caſt. in dicta. l. prima. in princi.
ff. de iuſti. & iure. Ob id Iuſtinianus ait in. §. o-
mnis autem iudex. in authen. de iudi. collatio.
70 vj. † Omnis iudex ſiue cingulum habēs, ſiue ali-
ter iudicans, cuſtodiat leges, & ſecundū eas pro
ferat ſententias. vnde vt ſuprà dictum eſt, impe-
ritia & ruſticitas à pari iudicantur, vbique in. l. j.
C. de interdic. matri. inter pupil. & tutor. & hic
in dicta. l. athletæ. §. finali. ff. de excuſat. tutor. in
dicta. l. ſi quis id quod. §. doli. ff. de iuriſd. omniū
iudic. l. ij. C. de in ius vocan.

In textu ignarus edicti prætoris. Ecce quo-
modo ruſticus ſi ius ignorauit, excuſatur. Con-
cordat. l. ij. §. finali. in fi. ff. de iur. fiſci. vbi
ruſticitas, paupertas, & ſexus, à pari iudican-
tur. lege qui contra. §. exceptis. C. de ince-
ſtu nupti. lege ſi adulterium cum inceſtu. §. j. &
ſeq. ff. ad legem Iuliam de adulter. Adde quod
notatur per gloſſ. & Feudiſt. in capitu. vnico.

de conten. inter dominum & empto. in verbo,
ignorans. colla. x. vnde Modernus Papien. Iaſ.
in. l. qui iuraſſe. colum. ij. ff. de iureiuran. hunc
tex. inducit, vt quælibet iniuſta cauſa etiam in
71 criminalibus excuſet: ſic inducit. † Nemo enim
eſt qui iura ignorare debeat. l. leges ſacratiſſimæ.
C. de legibus. & tamen hic ruſticitas, et imperitia
excuſantur. Addunt. l. iij. §. j. ff. de liberali cau-
ſa. & male, quia. l. maiorem. C. ad legem Cor
neliam de falſ. gloſſ. in. l. ſi quis in tantam. in
viij. quæſtio. glo. magnæ. C. vnde vi. Materiam
huius verſic. proſequere, vt per Feli. in. c. cogno.
ſceñ. extra, de conſtitutio. & tex. in capitu. ſacro.
extra, de ſenten. excommunica. gloſſ. in. l. ab exe
cutione. in gloſ. fina. C. quorum appella. nõ reci-
piun. gloſ. in. l. quod te. in verbo, detrimentum.
& in. l. viuum. in verbo, cum petitum. ff. de reb.
credit. Bald. in. l. j. C. vbi cauſa ſtat. termi. debe.

Grammatici ſolent aliquam differentiam con
ſtituere inter ignorantiam, ignorationem, igna-
uiam & ignaritatem, idq; etiam planum eſt, &
à Iureconſultis, & legislatoribus non incogni-
tum eſſe, licet in multis conueniant ignorans,
72 & ignarus, ſeu ignorantia & ignaritas, † igno-
ratio enim ad actum rei pertinet, quæ penitus
ignoratur, ſeu neſcitur, neque ſciri poteſt, niſi
prodatur. Cicero officiorum libro. iij. Quotus
enim quiſque reperitur, qui impunitate & igno
ratione omnium propoſita abſtinere Iugurthi-
no bello, amore humanæ cupiditatis ignara vi
ſendi. vnde & ignarus eſt qui neſcit, & cui vbi
ſit incognitum eſt, ſecundum Nonium Marcel-
lum, Vergil. in Aeneid. Ignarum laurens habet
ora minantia. & hic tex. planè demonſtrat, dum
ait, ignarus edicti prætoris vel ſenatuſconſulti
aperuerit. in ſimili. l. vtilitatem. ff. de confir. tuto
re. ibi, ſi non fuerit ignarus, ſcilicet eorum quæ
ipſe prætor de tutore comperta habet, authen.
ſed cum teſtator. in princip. C. ad legem falcid.
ibi, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonij.
Nec inconcinnè etiam ponitur in hac ſignifica-
tione in. c. j. de no. for. fideli. collatio. x. ibi, ſed
propter ſimplices & nominis ſignificatiõis igna
ros. Similiter ab ignoro ignotus, in. l. iij. §. fin.
73 ff. de iure fiſci. ibi, ignotus iuris ſui. † in quo
verbum, ignotus. actiuè, & pro ignorante ſumi-
tur: ſimiliter & neſcius ſicut & ignarus, ſecun
dum Gellium lib. ix. ca. xij. noct. attica. Neſcius,
inquit, tam dicitur qui neſcitur, quàm qui neſcit,
ſed ſuper eo qui neſcit frequens vſus vocabuli
eſt, infrequens autem de eo eſt quod neſci-
tur. ignarus, inquit, æquè vtroque verſum di-
citur, non tantum qui ignorat, ſed & qui igno
ratur Plautus in ruden. quæ incolis neſcius ne-
ſcias peſſimus, & illud Vergil. ſuprà memora-
tum, ignarum laurens habet ora minantia. Po-
nuntur autem quandoque vt diuerſa neſcius &
dubitans. l. finali. §. ſinautem neſcius, & du-
bitans. C. de furt. l. ſed & ſi. in princip. & l.
quod ſi dubitet. & pleriſque alijs legibus il-
lius tituli. ff. de acquirenda hæreditate. Et de
ignoto apud Quintilianum, ne quis tamen er-
ret, ignotus non eſt filij mei nouerca, ſed mater.
74 Et † ignorantia ad humani ingenij vitium ple-
runque pertinet, dum aliquis per ignorantiam
quid faciat non intelligit. l. pupillus. ff. de acqui
renda hæreditate. l. prima. §. impuberes. C. de fal
ſa moneta. Aliquando etiam ignorantia abſque
animi vitio eſt, vt dum quis quæ ad ſe attinent
ignorat. l. mater decedens. ff. de inoffi. teſta-
men. dicta. l. finali. §. ſinautem neſcius. C. de
furt. vel dum putat rem ſic ſe habere, vt aſſe-
rit, licet aliter res ſe habeat. l. prima. §. præ-
termittere. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſtamen. l. is
qui putat. l. hæres inſtitutus. & duabus. l. ſeq.
& l. qui putat. ff. de acquirenda hæreditate. l.
prima. ff. de iur. & facti igno. l. Iulianus. §. j.
ff. de actionib. empti. Primum vitio dandum
eſt, alterum verò non omnino, vt hic, dum
dicit, ignarus edicti prætoris niſi facilis nimium
ſit aſſertor, dicta. l. Iulianus. §. j. ff. de actio.
empti. & illa excuſabilis eſt. l. quum verò. §. ap
paret. ff. de fideicommiſ. liber. ſed non ſem-
per, vt dicam in. §. finali huius noſtræ legis.
75 Ignauia † autem fortitudini obſtat, dum ratio
nos aliquid aggredi ſuadet, formido diſſuadet,
vt Cicero in Lælium, vt bonitas malitiam, tem
perantia libidinem, ignauiam fortitudo. & Sa-
luſtius in Catilinam, Compertum ego habeo
milites verba non addere virtutem neque ex
ignauo ſtrenuum, neque fortem ex timido exer
citum imperatoris oratione fieri. & Laurentius
Valla ait, Ignauiam ad corpus, timiditatem
ad animum, ad naturam ſtrenuitatem, mores
ad fortitudinem. Idq; ex Salluſtio illhic ſatis
conijci poteſt. de his lege Ciceronem in libro
iiij. ad Herennium. & primo officiorum ait, de
his circa quæ fortis animus & magnus verta-
tur, ſeu occupari debet, ad rem, inquit, ge-
rendam qui accedit, caueat ne id modo conſi-
deret quàm illa res honeſta ſit, ſed etiam vt ha
beat efficiendi facultatem, in quo ipſo conſide
randum eſt, ne aut temere deſperet propter
ignauiam, aut minus confidat propter cupidi-
tatem. & diuus Ambroſius libro officiorum. j.
cap. xxxvij. In omnibus quæ agimus non ſolum
quid honeſtum, ſed etiam quid poſſibile ſit quæ
ramus: ne forte aggrediamur aliquid quod non
76 poſſimus exequi. † In omnibus igitur negotijs
priuſq; aggrediare eſt neceſſaria præparatio dili
gens Saluſt. in Catil. Nam & priuſquã incipias
conſulto, & vbi conſulueris mature opus eſt fa-
cto. vnde Iureconſultus in dicta. l. cùm verò.
§. apparet. ff. de fideicommiſ. liber. ait, plerun-
que enim per ignauiam vel timiditatem eorum,
vel per autoritatem aut dignitatem eorum.
à quibus

à quibus relicta eſt, vel ſerius petitur, vel in totum non petitur fideicommiſſaria libertas.l. qui ſolidum.§. etiam. ff. de legatis. ij. l. prima in ſi. C. de ſtatuis & imagi. ibi, inconſtantiæ, ignauiæ, quæ ignauia iuuenes ſtudioſos ſæpe diffidentes efficit. §. huius ſtudij. inſtitu. de iuſti. & iure. l. quidam ignauiæ. C. de decurio. lib. x. illhic à Luca de Pen. nonnulla de ignauo & ignauia exiges. Alij autem ſunt alterius qualitatis homines, qui deſcribuntur in. l. iij. §. fin. ff. de ſupec. tuto. illhic proſequere.

Ex his igitur annotabis text. ſatis ad id ido-
77 neum † in pœnalibus iuris ſcripti ignorantiam: excuſare. in quo tamen iuris articulo Bald. hic poſt Iaco. de Are. diſtinguit, & Din. prius eis in.c. ignorantia. de reg. iur. in. vj. Henric. Bohic in.c. is qui. extra de ſolutio. aut enim lex dolum deſiderat & iuris ignorantia excuſat, vt hic, niſi delictum cõtra pium naturæ officium ſit, vt in.l. ij. C. de in ius vocan. Si verò ciuile eſt delictum: & excuſat, vt hic. verum eſt ſecundum Baldum ſi iuſta ſit ignorantia, vel in perſona ſit de iure tolerabilis, ſicuti hic de ruſtico & imperito loquitur, & eo qui ignorauit edictum vel ſenatuſconſultum probabili ignorantia, vt ſuprà dictum eſt per. §. primum. in authen. vt factæ noue conſtitutio. colla. v. l. fina. ff. de decre. ab ordi. facien. l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. fratres. & illhic per Bart. ff. ad legem Iuliam de adulter. l. liberorum. §. j. ff. de his qui notan. infa. Ange. hic addit ad Bal. tertium membrum, videlicet cum factũ in ſe ſeu ſui natura in delictum ſonat, vt eſt furtum & homicidium. & ratio, quia in quoddam ius naturale peccatur. Dic melius vt per gloſ. in dicta. l. ij.
78 in verbo, naturali ratione. † Non omnis homicidium aut ſurtum committens contra ius naturale committit, ſed contra iuris naturalis rationẽ. c. diſcipulos. de conſecra. diſtinct. v. c. j. de homicid. in. vj. & ſic conſequenter de ſimilibus. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Si ſine cauſa rationabili fieret furtum aut homicidiũ, recte loquitur Angel. pro quo eſt. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fratres. verſic. nam mulieres. ff. ad legem Iuliam de adulter. & in. c. diſcipulos. de conſecra. diſtin. v. & Matthæi. xij. c. & primi Reg. xxj. l. ij. §. poſt ea cum Appius. ff. de origi. iur. c. ſi fur aut latro. xiij. q. ij. Præterea in caſu dictæ. l. ij. C. de in ius vocan. peccat libertus contra iuris naturalis rationem: quia benefacienti beneſacere ratiõe quadam naturali obligamur. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredi. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictio. indebi. reliqua huius articuli proſequere, vt per Alexandrum. cuius Papiẽ. Moder. verba tranſſcribũt in dicta. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. Luc. de Pen. in dicta. l. generali per illum textum. C. de tabul. libro decimo. Din. in dicto capitu. ignorantia. de regulis iuris. in. vj. capitu. de his. xxx. quæſt. j. capitu. presbyterum. xviij. diſtinctio. & quod hic omiſſum eſt ſupplebitur in. §. ſi conditioni. infrà eadem. l.

SVMMARIVM.

1. Aperire teſtamentum dicitur qui ipſum naturaliter aperit.
2. Hæres linum, quo ligatur teſtamentum, incidens, non incidit in pœnam, niſi actu aperuit.
3. Nolle facere præſumitur qui quum poſsit non vult.
4. Lex non offenditur mente tantùm, ſed requiritur factum.
5. Perſonam capere dicitur, qui per pannos apprehendit.
6. Clericus iniuria afficitur ſi per veſtimenta trahatur.
7. Incidens linum teſtamenti quando incidat in pœnam ſenatuſconſulti.
8. Cauſa exquiri non debet lege factum ſpecificè requirente.

§. Si quis tabulas.

IVRECONSVLTVS duo hic facit, Primò verbum, dolo. in ſenatuſconſulto poſitũ interpretatur. & iſta eſt tertia illius verbi interpretatio. Secũdò, verbum, naturaliter. in verſiculo aperire. poſitum decla-
1 rat, † dixerat enim illum aperire teſtamentum qui naturaliter aperit. & huius vocabuli declaratio interpretationem faciet ad verbum, dolo. proſequere igitur vltra quàm dictum ſit in capite huius. §. in verbo, naturaliter. Dicit enim hic text. eum, qui etiam ſi naturaliter non aperuit, quia linum quo ligata erant inciderit, dummodo aliter non aperuerit, hoc ſenatuſcõſulto non teneri. & quæſo conſidera rationem huius ſenatuſconſulti ab Vlpiano eius interprete aſſignatam, quia dolo caret, qui non aperuit. Ex ea vides Vlpianum ſic velle ſenatuſconſultum intelligere, ſi per lini inciſionem quo tabulæ ligatæ erant, non aperiantur, non incidere in pœnam ſenatuſconſulti, qũia non aperuit ſic vt legi poſſent, licet dolo caret. ſimili elocutione vtitur. l. prima. §. ſi roſæ à muribus. ff. de bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. quia vetuſtate ſorte vel caſu linum inciſum eſt: ideo non imputatur. Idem in. l. noſtram. C. de teſtamen. ratio autem huius eſſe poteſt, quia verum eſt non fuiſſe apertas tabulas, neque detectam teſtatoris voluntatem. hoc verbum, aperuit. factum perfectum & conſummatũ

requirit.l.j.§.fina.ff. quod quiſ.iuris. dixi in. l. j.
§.ſerui appellatiõe. verſ.ſed in eo.ſuprà eo.& ſu-
prà noſtra lege.§. ſi ex ſtipulatu. Imò plus dico
2 ex hoc text. † ſi eo animo hæres linum inciderit
vt aperiret teſtamentum, dumtamen actu nõ ape
ruerit cùm aperire potuiſſet, non teneri hoc ſena
tuſconſulto. & carebit dolo. hoc dicit iſte tex. dũ
ait, excuſatus erit, quia dolo caret qui tabulas nõ
aperuit. Et ad id pondero.l. quis ſit fugitiuus. §.
Cælius. verſicu. idem ait. ff. de ædili. edicto. & il-
lum tex. ego volo te notare, dum in capite legis
dixerit eum fugitiuum eſſe, qui eo animo à domi
no diſceſſit ne ad dominum rediret: tametſi muta
to cõſilio ad eum reuertatur fugitiuum eſſe: quia
nemo tali pacto ſua pœnitentia nocens eſſe de-
ſinit: quia ab effectu animi vnuſquiſque æſtiman
dus eſt, & tamen ille tex. in verſic. idem ait, ſi ſer-
uus tuus, inquit ille tex. neque occaſionem ad te
redeundi nactus prætermiſit, non videri fugitiuũ
eſſe. & in verſic. ſeq. ibi, ſed ſi aut olim cùm ſuge
ret intellexit, dicit, & redire ad te quũ poſſet no-
luit, contra eſſe. ex hoc notat illum text. Accurſ.
3 qui † poteſt facere & non fecit, videtur nolle fa-
cere. Cui addo. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furt. l.
l. non omnes. §. j. verſicu. ſed ſi fuerit. & verſicu.
qui captus. ff. de re milita. Sed intellige dummo
do actus in ſe conſummatus nõ ſit. l. qui falſum.
&. l. ſi quis legatum. in princip. ff. ad legem Cor-
neliam de falſis. alioquin ſecus, vt in. l. prima.
ff. de extraordina. crimi. l. qui ea mente. ff. de fur.
l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis & cle
ricis. l. ſi quis ſeruo. vbi per Baldum. C. de furtis.
& ſeruo corrupto. l. cogitationis. ff. de pœnis. &
cùm iſte tex. actum perfectum deſideret, non ſuf
ficit cœpiſſe aperire, ſi antequam aperiẽtur tabu
læ pœnitentiæ locus eſſe poteſt. vltra quàm di-
ctum eſt, hunc tex. pondero, dum ait, ſi quis tabu
las quidem non aperuerit naturaliter, linum au-
tem inciderit, excuſandus eſt. Omnẽ enim aper-
turam prohibet quoquo modo fiat, & tamen ſi
inciderit hæres linum quo ligatæ erant, & aliter
non aperuit, aperuiſſe non dicitur, licet faciliter
4 ſui natura aperiri potuiſſent. † & ſic non dicitur
legem offendere qui mente tm̃ offendit, vbi lex
actus perfectionem deſiderat, ſi aliter de fraude
non conſtet. de quo in. l. non dubium. C. de legi.
l. fraus legi. ff. eodem de legibus. Proſequere vt
per Romanum in repetitio. §. de viro. in. l. ſi ve-
rò. ff. ſoluto matrimonio. hinc Baldus dicit, Si
ſtatutum in decem libris puniat eum qui aliquẽ
vulnerauit, ſi quis enſe percuſſerit, & veſtis pã-
nos lacerauerit, non autem carnem offenderit:
percutiẽs à pœna ſtatuti excuſandus eſt, per hũc
tex. & dictam. l. j. §. finali. ff. quod quiſque iur. &
vltra quàm dicat Baldus addo tibi tex. ponẽtem
hæc vt diuerſa, videlicet aliquem in carne offen-
dere aut veſtibus, in. cap. j. de pace tenen. & eius
violator. l. lex Cornelia. §. j. verſicu. inter pulſa-
tionem. &. l. ſed eſt quæſtionis. in principio. ibi,
vtrum ſi corpori inferatur atrox ſit, an & ſi non
corpori, vt puta veſtimentis ſciſſis. ff. de iniurijs.
Baldus autem in. l. ad teſtium. §. fina. ff. de teſta-
men. trahit illum tex. in contrariam ſententiam.
dicit enim eum, qui clerici veſtes ſolùm tangit,
5 clericum ipſum tangere. † Secundò, dicit Bald.
capientem aliquem per pannos, poſſe iure dici
perſonam accipere. argumento eſt ille tex. ſecũ
dum Baldum. Nam ſigillans lintheum quo in-
uolutum eſt teſtamentum, ipſum teſtamentum
ſigillare videtur. Idem in. §. teſtes. inſtitu. de te-
ſtamen. vbi Chriſtophorus Porcus. adhæret Bal
do addens ad eum. l. hac conſultiſſima. C. de
teſtamen. Cui addo. l. dos data. in princi. in ver-
bo, ſignaculo impoſito. C. de donatio. ante nu-
pti. l. ſtigmata. C. de fabri. lib. vndecimo. Cui ta-
men aduerſari videtur. l. prima. §. j. verſicu. ſed ſi
non ſint deguſtata. &. §. ſi dolum. verſic. Labeo.
ff. de periculo & commodo rei vendi. in his ver-
bis, magis enim ne ſummitteretur ſignari ſolere,
quàm vt traditum videatur. de hoc dixi in. l. j. co
lumna. vj. princip. ſuprà eodem. poſt Felin. in. c.
nuper. extra, de ſenten. excommunicat. & Bald.
in capi. iniuria, de pace tenen. & iuramen. firmã.
collatio. x. Ioan. Andr. in capi. fina. extra, de im-
munita. eccleſia. Ego vtrunque puto concordari
6 poſſe. ex dicta. l. ſed eſt quæſtionis. † negari non
poſſe clericum iniuria affici, ſi per veſtimẽta aut
pannos trahatur. Sed non æquè ſeuerè tractari
debet percutiens, ſicuti ſi corpori clerici vim in-
tuliſſet. vnde cùm iſta differant, ſtatutũ ad id ex-
tendi non debet, quia verum eſt iſta differre, cor
pus afficere, an veſtes, etiam ſi ſcindantur, inquit
ille tex. Et ita iſte tex. vult dum ait, quia dolo ca-
ret, qui tabulas non aperuit. Similiter qui cor-
pus non offendit licet veſtimenta ſciderit. Nam
licet linum, quo tabulæ ligatæ erant, ſciſſum ſit,
niſi per eam ſciſſuram tabulæ apertæ ſint, in ſe-
natuſconſulti pœnam non incidit. Secus igitur
dicendum eſſet, ſi per eam lini ſciſſuram tabulæ
aperirentur à contrario ſenſu, quia tunc locus
eſſet edicto, niſi probaretur, forte fortuna inci-
ſum fuiſſe linum, vt dixi in. l. prima. §. finali. ff. de
bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. vel inconſul-
to. l. prima. §. & ideo. ff. de his quæ in teſtamen.
delen. quia iſte tex. admittere videtur, dum do-
lum deſiderat in aperiente. ſed, vt dixi ſuprà cum
omnis apertura prohibita ſit, non excuſaretur ex
7 verbis ſenatuſconſulti. † vnde iſte tex. non excu
ſat eum qui linum incidit, alia ratione quã quod
per hanc inciſionem apertura ſecuta non eſt. Igi
tur etiã inconſulto linũ inciſum eſſet ſi p illã inci
ſionẽ apertura teſtamenti ſequatur, non excuſa-
tur incidens. In alijs autem in quibus non ita
ſeuerè prohiberet, putarem excuſationem admit
tendam eſſe inconſultæ aperturæ, per dictam. l. j.
§. & ideo. ff. de his quæ in teſta. delen. Repetam
quod

quod ſuprà diximus. Nam tanta eſt huius edicti prohibitio ac tam ſtricta, vt prohibeat omnē modum, per quem teſtamenti notio haberi poſsit. dixi in. §. quod ad cauſam. in his verbis, aperiendū, recitandum deſcribendumq́; curet. Præterea in ſecundo reſponſo huius. §. omnem prorſus aperturam prohibet. Et huic addo dictam. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſta. aperi. in his verbis, vel etiam ipſam ſcripturam quis inſpiciat, & ſigillet, & quid aliud ex tabulis velit ſpectare. per quem tex. confirmo quod ſuprà dixi contra glo. Accurſ. in dicto. §. quod ad cauſam. in verbo, edicto. verſicu. ſed quid ſi ideo vt ſciret an ſit hæres, quod ignorare poteſt. Et reſponſum eſt. §. quid ergo. qui in occulto homicidio loquitur quod faciliter detegi non poteſt. l. ſi ideo. C. de his quib. vt indign. Vlterius induco tex. in. l. ſi in duobus. §. ſi ſui natura. ff. quemadmo. teſtam. aperian. ibi, non enim quærimus à quo aperiantur, ſufficit dicere apertas eſſe tabulas. Et ſic ſatis eſt ſi de facto
8 aliquid factum eſt. † ſimiliter vbi lex ſpecifice aliquid fieri vult, cauſa exquirenda non eſt, neq; aduerſus eum audiēdus eſt quiſquàm allegare, imò ab ipſa allegatione excludēdus eſt. l. ij. in verbo, alleget. C. de edicto diui Adria. tollē. l. j. §. ſed & ſi de ſtatu. &. §. ſiue autem. ff. de tabul. exhiben. l. proſpexit. ff. qui & à quib. manumiſ. liber. accip. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de Carbo. edicto. in alijs autem in quibus tam ſtricta ratio à lege vel conſuetudine ſeu ſtatuto nō deſideratur, faciliter admittenda eſſet interpretatio, per ea quæ ſuprà dicta ſunt. Et ratio huius Senatuſconſulti duplici fauore confirmatur. Primus eſt, occiſi à familia ſeu ab exteris præſente familia quæ dominū prohibere poterat ne occideretur, vt dixi in. l. j. in princi. & in. §. ſi ſibi manus. &. §. ſi quis in villa. & in. l. iij. §. ſi maritus. ſuprà eod. titulo. Secundus eſt fauor Reipublicæ qui multiplex eſt, vt dixi in ſuperſcriptione ſeu rubrica huius tituli, & in princi. l. j. ſuprà eod. titu. Et Vlpianus interpres Senatuſconſulti omnibus modis oſtendit, vt ſæpius in prioribus annotauimus. Sed an per inciſionem lini apertura teſtamenti detecta ſit, bonus rectus'que iudex æſtimabit. Vnde Ange. poſt Bal. hic inducit hunc tex. de eo qui accepit literas perferendas ſi meretrium auferat, ſed literas non inſpiciat, excuſari. dixi in. §. præceden.

SVMMARIVM.

1 Peccans in vno an & quando ſit omnium reus.
2 Vaſallus de duobus feudis ſimul inueſtitus, vtroque priuatur, ſi alterum alienauerit.
3 Clauum vnum è domo auferens, omnium rerum nomine tenetur.
4 Hæres omittens aliquam rem ſcribere in inuentario, an priuetur hæreditate. & nume. 9.
5 Miles & mulier impunè iura & conditiones contractus ignorare poſſunt, cæteri verò non.
Ius indiuiduum totum eſt in toto, & totum in qualibet parte.
6 Beneficium abſtinendi tollitur ob vnam rem ab hæreditate amoram.
7 Vaſallus partem feudi alienans quando priuetur toto: & nume. 10.
8 Pœna non debet delicto grauior eſſe.
11 Vaſalius fame cogente partem feudi alienans, non priuatur toto.
12 Iuramentum fidelitatis indiuiſibile eſt, & ſex in ſe continet.
13 Beneficium prius conceſſum non venit in generalitate feudi alienati.
14 Conſtitutiones feudales an ſint authenticæ.
15 Vtilitas & vires imperij per alienationes feudorum minuuntur.
16 Vaſallus partem feudi alienare poteſt, ſcilicet citra medietatem.
17 Feudum quocunque quæſito colore alienari prohibetur.
18 Feudum non alia conditione concedi ſolet, quàm vt vaſallus nec ipſum nec ipſius partem alienare poſsit.
19 Pœna non debet delicti terminos excedere.
Militiam exercere gratia prædæ peccatum eſt.
20 Statuta metum ſolent inducere.
21 Pœna delictis eſt commenſuranda.
22 Virtutes vſqueadeo inſeparabiles ſunt, vt qui vnam habuerit omnes habere ſit neceſſe: & qui vna caruerit, omnibus carere conuincatur.
Teſtes percontatus quis dicatur.
23 Depoſitiones teſtium non dicitur percontatus qui teſtificata non perfectè didicerit.
24 Inſpectio teſtificatorum anſam falſo fabricando præbere poteſt.
25 Cauſa deciſa in ſuprema curia non debet in diſputationem reduci.
26 Publicatio teſtium & atteſtationum nō immeritò prohibita.
27 Legem perlegiſſe dicitur, qui mentem ipſius percepit.
28 Teſtificata poteſt quis varijs modis didiciſſe, per ſe ſcilicet aut etiam per quemuis alium.
29 Delictum inchoatum pro conſummato habetur.
30 Vaſalius partem feudi in contēptum domini alienans, toto feudo priuari debet.
31 Conſuetudo Aurelia de retrahendis vēditionibus, quæ & qualis ſit.
32 Inuitus in communitate permanere non eſt cogendus.
33 Ingratitudo liberti in patronum graue peccatum.
Commutatio in ſeruo fieri poteſt in actione iniuriarū.
34 Pœna pecuniaria quibus durior ſit quàm corporalis.
35 Pœna non ſemper delicto eſt commenſuranda, ſed interdum delicto inferior inferenda.
36 Filius an poſsit patri bannito alimenta pendere, aut cō- trà pater filio, non obſtante ſtatuto contrario.
37 Infidelis eſt Chriſtianæ Reipublicæ infenſior hoſtis quā Chriſtianus bannitus.
Deportatio nec matrimonium dirimit, nec ea, quæ iuris naturalis ſunt, ſoluit.
38 Pater filium fame premente vendere poteſt.
39 Ius patriæ Romanis fuit liberorū charitate antiquius.
40 Affinitas & cætera iuris impedimenta baptiſmo non tolluntur.
41 Patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate debet conſiſtere.
42 Pater filium cum nouerca adultera repertum occidens, in inſulam deportatur.

De Senatuſconſulto Sillaniano

43 Pater filium occidens quando excuſati poſsit.
44 Filius doli capax an debeat cogi ad habitandum cum parente fideli, relicto altero infideli parente.
45 Filius parentes contumelijs afficiens aut in eos manus injiciens, præfectu vrbis tradi debet puniendus.
Seueritas legum ſexus gratia mitigatur quandoque.
46 Rigor legis in quibus caſibus relaxari poſsit. & nume. ſequen.
48 Hoſtis Reipublicæ poteſt occidi impunè.
49 Vaſallus feudi partem domino inſcio vel inuito alienans, an ſit toto feudo priuandus.
50 Iuriſdictio feudi alienari qualiter quæratur principi.
51 Peccans in vno qualiter dicatur omnium reus.
52 Feuda ex natura inueſtituræ ſunt indiuiſibilia, ſicut & contractus inter dominum & vaſallum eſt indiuiduus.
53 Inſtrumentum in parte falſum, an in reliquis partibus ſit rejciendum. & nume. ſequen.
55 Inſtrumentum non vitiatur admixtione falſitatis per tabellionem vel per teſtem facta.
56 Inſtrumenta à tabellione condemnato confecta quando valeant, & quando non.
57 Inſtrumentum maiori ratione infirmatur quàm liber quiſpiam.
58 Notarius nil inſtrumento inſerere debet quod non viderit, & à contrahentibus non audierit.
59 Fides notarij ſummopere in inſtrumentis attendenda.
60 Inſtrumenta per notarium de falſo conuictum confecta meritò redduntur ſuſpecta.
61 Liber de falſo redargutus ſecundum ſuam formam eſt indiuiduus.
62 Inſtrumentum quando cenſeri debeat falſum & quamobrem. & nume. ſeq.
64 Teſtator non præſumitur cancellare velle eam teſtamenti ſui partem, quæ ſibi placet.
65 Scriptura in iudicio producta niſi vndiquaque veritatem aſtruat, reputatur in vniuerſum nefaria.
66 Confitens inſtrumẽtum eſſe in aliqua ſui parte falſum, an videatur reliquam inſtrumenti partem admittere.
67 Notarius periurus conficiendis inſtrumentis non eſt idoneus.
68 Inſtrumenta tandiu ſuſtineri debent, quandiu notarius ea conficiens toleratur in officio.
69 Tabellio quilibet vnum tantum delegare poteſt documenta aut inſtrumenta in ſtatione ſua confecturum.
70 Inſtrumenta facta ab eo qui longo tempore tabellio habitus eſt iudice permittente et populo non reclamante, valida ſunt & firma.
71 Geſta ab eo qui, quum tutor nõ ſit, tutor præſumitur, non valent in tutoris præiudicium.
72 Electio vitiatur tam ſi in materia quàm ſi in forma peccetur.
73 Factum à prætore per populum ignoranter deſignato & ſuffecto eſt inualidum.
74 Acceptilatio quando & vnde nomen accipiat.
75 Inſtrumenta executionem paratam non habentia, an ſaltem vim ſcripturæ ſimplicis habeant, & operantur probationem inter contrahentes.
76 Tabellio priuatorum conſenſu creari non poteſt.
77 Abſolutiones & pœnitentiæ iniunctæ per prælatum contra iuris formam beneficium detinentem, validæ ſunt.
78 Reipublicæ gratia conceduntur plurima alioqui prohibita.
79 Scriptura publica quæ Ioanni fabro dicatur.
80 Acta iudicialia & cætera Reipublicæ concernentia admittuntur vt valida, ſi facta ſint in officijs autoritate & vtilitate publicis.
81 Peccator cõtritus, coram deo etiam ante confeſsionem abſolutus eſt, ſed non in eccleſia.
82 Fructus ex re aliqua bona fide percipientes, etiam ſine titulo, ſuos faciunt.
83 Acta per epiſcopum minus canonicè electum ſed toleratum, valida ſunt, ſaltem ſi nil alienauerit.
84 Inſtrumentum quando ob notarij vitium ſit falſum, & quando ob alium quemuis defectum. & nu. ſeq.
86 Inſtrumentum habens plura capitula ſeparata & diſtincta, ſi in vno appareat falſitas, an debeat totum cenſeri falſum. & nume. ſequen.
90 Inſtrumẽtum falſum à lege dictum, præſumitur totum falſum, quamquam in parte ſolùm falſum ſit.
91 Minor aduerſus ſententiam non reſtituitur, niſi inquantum læſus reperitur.
92 Vtile quando per inutile vitiari poſsit.
93 Notarius qui ſemel de falſo conuictus fuit, ſemper in eodem delicti genere exiſtimabitur malus.
94 Falſitas præſumpta in vno capitulo, cætera capitula non vitiat.
95 Falſitas circa ſolennitatem actus ſeu inſtrumenti commiſſa eſt prorſus inexcuſabilis.
96 Notarius non punitur de falſo, quando inſtrumentum à ſe confectum ſic nullum eſt, vt nemini præiudicium afferre poſsit.
97 Legatum de re ſacra nominatim factum eſt nullum iure ipſo.
98 Teſtamentum factum non ſeruata ſolennitate ſeu forma ab imperatore tradita, nullius eſt valoris.
99 Peccatum in forma commiſſum grauius eſt eo quod in materia committitur.
100 Falſitas commiſſa à notario etiam ex animo & affectu, non punitur, ſi nemini præiudicium attulerit.
101 Notarius de falſo puniri debet, qui inſtrumentum nullum niſus fuit authenticum reddere.
102 Peccans omittendo & ſi quaſi doloſè peccet, non verè doloſè cenſetur peccare.
103 Scire, & ſcire debere paria ſunt.
104 Dolus nedum in officiali, ſed & negligentia in culpam imputatur.
105 Hæres non mittitur in poſſeſsionem virtute teſtamenti, in quo apparet viſibile vitium.
106 Connexa & ſeparata non differunt, vbi veritas apparere poteſt confeſsione partis, aut teſtium probatione.
107 Notarius in inſtrumento conſtitutionis hypothecæ diem ſolutioni longiorem aut breuiorem ſcribens, contra partium voluntatem, incidit in falſum.
108 Inſtrumẽtum dicens aliquid factum eſſe per capitulum & decanum, an præſumatur falſum ſi factum fuerit abſente decano.
109 Notarius bona fide conficiens inſtrumentum partium dolo falſum, an ſit puniendus.
Falſum abſque dolo committi non poteſt.
110 Dictans inſtrumentum dicitur autor inſtrumẽti, ideoq́ ſi qua in eo falſitas reperiatur, dictanti imputabitur.
111 Legatarius an poſsit conſequi legatum ex teſtamento quod ipſe dictauit.
112 Legatarius dictante etiam teſtatore legatum ſibi aſſeribens, eo carere cogetur.
113 Filius & ſeruus aſſeribentes ſibi legatum in teſtamento patris aut domini, non excuſantur à falſo.
114 Dictans inſtrumentum falſum æquè de falſo punitur atque ſcribens.

115 Perferens rem furtiuam deprehenſus, an ſit iudicandus fur manifeſtus.
116 Schedulā falſam notario tribuens, & notarius ipſe eandem in authentici inſtrumenti formam ſcienter redigēs, in falſum incidunt.
117 Reus falſi eſt nedum is qui falſum ſcripſit. ſed etiam is qui vt fieret procurauit. aut aliàs particeps fuit.
118 Deceptus per alium ſi ſuam innocentiam probauerit, & decipientem exhibuerit, libeeabitur.
119 Homicidij reus eſt qui furioſo gladium porrigit, quo abutatue.
120 Actio furti dari non poteſt, vbi nullū fuetum factū eſt.
121 Notarius æque grauitee delinquere poteſt omittendo, ſicut committendo.
122 Aduocatus qui falſò factum recitat falſi arguitur.
123 Edere quid dicatur iureconſultis.
124 Legatum conſecutus ex falſo inſtrumento, conuentus ex reſtamento, poteſt de falſo excipere.
125 Legatarius qui legatum accepit, non poteſt agere teſtamentum falſum approbando.
126 Errans in iure non perdit ius ſibi ab inteſtato debitum.
127 Ignorans teſtamentum falſum eſſe, ex eodem non poteſt adire.
128 Producens inſtrumentum falſum in iudicio, ſi ſemel eo vſus fuerit, an poſsit poſtea illud improbare. & numero ſequen.
130 Sentētia peetextu inſttumentorū falſotum lata, in quo differat ab ea quæ nulla eſt defectu conſenſus partium.
131 Inſtrumentum confitens, non ob id ſingula in eo contenta fatetur eſſe vera.
132 Teitamentum inofficioſum in quo differat à teſtamento non iure ſcripto vel falſo.
133 Teſtamentum inofficioſum dicitur id quod contra paternam pietatem factum eſt.
134 Vtens falſo inſtrumento ſcientee, poteſt de falſo argui.
135 Producens libeum mercatoris contra mercatorem, an illi contra ſe debeat ſtare. & nume. ſeq.
136 Inſtrumentum partim verùm & partim falſum eſſe poteſt.
137 Appellatio vnica ſufficit facta pro pluribus cauſis ab vno iudicio dependentibus.
Teſtem ſemel improbans nunquam eius depoſitione iuuari poteſt.
138 Teſtis in vna ſuæ depoſitionis parte falſum dicens, an ſit in totum reprobandus. & nume. 141.
139 Teſtis de viſis duntaxat & auditis deponere debet.
Periurus ſemel nunquàm in teſtem aſſumi poteſt.
140 Depoſitio teſtis ſuper iuramēto cōſiſtere dicitur, quod eſt indiuiſibile.
142 Depoſitio teſtis in aliquo articulo falſa, in reliquis eſt reſpuenda.
143 Actus iudiciarij ſynceritate debent muniri.
144 Iuſiurandum quibus debeat ſtipari comitibus.
145 Mendacij genus quodlibet peccatum eſſe conuincitur.
146 Teſtis volens deponere de nummis aureis ſi depoſuerit de argenteis, non valebit eius teſtimonium.
147 Teſtes aduerſus ſuæ depoſitionis fidem vacillātes, prorſus ſunt reſpuendi.
148 Teſtis vltra articulata deponere non debet.
Iudex teſtem ſuper articulis à cauſa extraneis interrogare non debet.
149 Iudex nedum de articulatis poteſt teſtē examinare, ſed etiam de reſtium qualitate ex officio poteſt inquirere.
150 Veritatem eequirere rei, ſumma iuſtitiæ pars eſt.
151 Iudex qualis eſſe debeat.
Teſtis quid & qualiter iurare debeat.
152 Teſtis an teneatur iurare ſe depoſiturum ad omnia interrogata.
153 Teſtis iurati valet teſtimonium quamquàm interrogari non debuerit.
154 Deponere falſum, & deponere varia vel diuerſa aut aduerſa, differunt
155 Iudex an poſsit licite teſtem de penitus extraneis à cauſa interrogare.
156 Teſtis verè deponens de corpore, licet in nomine erret, excuſatur à falſo.
157 Demonſtratio quando & qualiter nominis vice fungatur.
158 Teſtis falſum deponens in his, de quibus interrogari nō debuit, à periurio non excuſatur.
159 Teſtis ſua ſponte teſtimonio ferendo ſe ingerens, meritò ſuſpectus haberi debet.
160 Teſtis dolo & aſtu malignatus ſi in contrarietatem inciderit punietue.
161 Iudex nedum ſuper articulatis inſiſtere poteſt, verum etiā, interrogatorijs à cauſa prorſus extraneis vti debet.
162 Epiſcopus in teſtem productus iurare non cogetur, ſed coram illo duntaxat euangeliorum libeeponitur.
163 Teſtes de omnibus veritatem dicere debent, de quibus interrogantue.

Verſ. Si aūt nō totū.

CONCORDAT. l. prima
§. fi. cū. l. ſeq. ff. de tab. exhibē. &
1 ſolet hic tex. allegari. † q peccauit in vno factus eſt omniū reus.
Iaco. 2. iſtius autoritatis pulchræ.
extant epiſtolæ diui Auguſtini
ad beatum Hieronymū in ordine epiſtolarum vtriuſq; tranſſcriptarum, & in ordine epiſtolarum diui Hieronymi eſt. xxxviij. ſecundi tracta. ſeu ſecundi tomi. Scribitur etiam in c. defleat extra, de regu. iur. per gloſ. in. c. ſecūdo. in verbo, ſpirituale. extra, de trāslatio. epiſcoporum. glo. hic alleg. l. fi. §. pen. C. de veter. iure enuclean. l. etiam. ff. de lega. j. de ea in. l. quidā in iure. §. fi. &. l. ſeq. ff. de donatio. l. ſecūda. §. ſenatuſconſultum. ff. de incend. rui. naufrag. facit. l. vulgaris. in prin. & quod illhic notat Bart. ff. de fur. per Alex. in. l. ex facto. §. Iulius Longinus. per illum tex. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. Vnde Bal.
2 ad multa hunc text. induxit. † Primò vt vaſallus de duobus feudis ſimul inueſtituras ſi alterū abſq; domini conſenſu alienauerit vtroq; priuetur, & fortiori ratione ſi partem feudi tātùm alienauerit, totum amittet. & in hoc inducit tex. noſtrum quem ad id ſingularem eſſe dicit idē Bald. in. c. vnico. de vaſal. qui contra conſtitu. Lotha. feud. aliena. illhic Cardi. Alexan. ſecutus eſt Bal. in ea opinio. fuit Petrus de cer. & Bal. poſt eum in. c. j. §. j. qualiter feudum olim aliena. pote. idē Bal. in. c. ſimiliter. quib. mod. feud. amitta. colla. x. in ea opinio. prius eis fuerunt Petr. de bel. per-

tica.Iaco.de Are.& Nicol.Spinel.in.§.ſi rem ſu-
am.verſicu. ſi verò quis partem. Inſtitu.de lega.
ſingulariter moti per hunc tex. &.l.& ſi nõ ſunt.
§.quid ergo.ff.de auro & argento lega.coniungi
poſſunt leges hic in gloſ.allegatæ.per Bald.indu
citur ca.primum. §.habito.de prohibi.feud.alie-
na.per Freder.Nam ille tex.non tantum feudum
ipſum totum prohibet alienari, ſed & feudi par-
tem. alioquin vaſallus amittat. Cuius memine-
runt prius eis Hoſtien.& Ioan.Andr.in ca.ij.ex-
tra,de feud. Additur pro eis per Iaco.de bel.viſ.
& Andr.de Iſer.in dicto ca.j.de vaſal.qui contra
conſtitu.Lothar.feud.aliena. l.iij.§.fina.ff.de in-
3 cend.ruin.naufrag. † Nam qui clauos aut vnum
ex eis abſtulerit, omnium rerum nomine tenetur.
Et per hunc text.Alexan. in.l.ait prætor.ij.in pri
mo notabili.ff.de iureiurã.dicit, appellatione rei
venire partem rei, præſertim in legis diſpoſitio-
ne.l.planè.§.fina. ff.de lega.j. de quo in.l.ſi rem.
&.l.quæ de tota.ff.de rei vendic.dixi in.l.j.§.do-
mini.j.ſuprà eod.Ad id videtur facere text.in di-
cta.l.quidam.§.fin.ff.de donatio.per quem idem
videtur concludere Rapha.Cuma. licet Moder.
Papien.aliter referat in.l.ex facto. §.Iulius Lon-
ginus. ff.de vulga.ſubſtitu. & in.l.fin.quæſtione
xiij.C.de iure emphyte.Sed credo librum meum
corruptum eſſe vitio calcographi: quoniam non
videntur dicta Rapha. Cuman. bene recollecta.
Recte autem colligi poteſt velle illum text.aper-
te pro Bald.opini.concludere,per quam Roma.
illhic ſumit argumentum, dominum æquè in par-
te alienata offendi ſi eo inconſulto alienetur, atq;
ſi totum fuiſſet alienatum. Vnde ratio illius offen
ſæ debet conſiderari.l.iij. §.finali. &.l.ſequen. ff.
de adimen.lega. Concord.l.etiam ſi partis.hic in
gloſ.allega.

Adde quod ſolet notari in dicta.l.ex facto. §.
4 Iulius.ff.de vulga.ſubſtit. † de hærede qui vnam
rem tantum deſcribere omittit in inuentario. §.
hinc nobis.verſicu.ſancimus. in verbo, non for-
te.& in.§.ſi verò non fecerit. in verbo,lucrari. in
authent.de hæred.& falci. de quo per Bar.illhic,
& in.l.Paulus. vbi plenius Ioan. de Imola poſt
Angel.ff.ad.l.falcid.Barto.in.l.reſcriptum.ff.de
his quibus vt indign.Cin.& Bald.in authent.ſed
cum teſtator. C.ad.l.falcidi. dixi aliquando,non
repeto. Bald.& Cardina.in dicto cap.j.de vaſal.
qui contra conſtitu. Lothar.feud. aliena. dicunt
contractum feudalem vnum & indiuiduum eſſe,
argumento. l. Marcellus. ff.de rei vendica. l.ea-
dem.§.Cato. ff.de verbo.obliga.l.prima.in fine.
ff.de pecul.lega. Quibus adde Bald. in.l. ſi duo
patroni. in princip. ff.de iureiuran. Et quod no-
tat poſt eum Marti.Lauden. in capi.primo.in fi-
ne.de lege Corradi. collati.x. vnde ſi indiuiduus
5 eſt,non poteſt niſi inſolidum peccari. † excipiun
tur ab eis miles & mulier, pro quibus eſt. l.pri-
ma. & fina. C.de iuris & facti ignoran. Alijs au-
tem non licet iura contractus & cõditiones igno

rare.§.finitur.Inſtitu.de vſufruct.Et reſpondent
ad dictam.l.reſcriptum. &.l.hæres.ff.de his qui-
bus vt indignis. l.ſancimus. C.de pœnis. l.Pau-
lus.&.l.beneficio.ff.ad legem falcidiam.authen-
tic.ex cauſa.C.de liberis præteri.quia loquuntur
in actibus diuiduis: ſed vbi actus ſunt indiuidui,
non poteſt niſi inſolidum peccari, dicto.§.Cato.
l.etiam. ff. de legatis.j. Ius enim indiuiduum eſt
totum in toto, & totum in qualibet eius parte.l.
via.§.fina. ff.de ſeruitu.ruſtico.prædio. l.in exe-
cutione. §.pro parte. &.§. finali. ff.de verborum
obligation. Quibus adde quod notat Bald.in.l.
cum eiuſdem. ff.de ædilit.edicto. dum per illum
textum dicit, in indiuiduis ratione partis totum
vitiari. Et ideo ſi emphyteota plurium rerum ex
vno contractu vna re male vtatur, cadet ab om-
nibus: cùm vnica ſit emphyteoſis. Accedit & ali-
ud cuius Modern. Papienſ. meminit in.l.ſecun-
da.colum.xvij.quæſtione.xvj. C.de iure emphy-
teo.ſi emphyteota ceſſauerit tantum in parte ca-
nonis, cadit nihilominus à tota emphyteoſi.mo-
uentur per.l. res bona fide. ff.de contrahen.em-
ptione.Sed illa lex contradicit ei & illis qui iſtius
ſunt opinio.quorum illhic meminit ſimiliter Bar
tho.Sozi.in.l.quamuis.ff.de conditio.& demon
ſtratio.& Alexand. in.l.in executione.§.ſi ita. ff.
de verborum obligatio. Moder.in.l.ſi quis ante
conduxit.ff.de acquiren.poſſeſſi. Tamen pro eis
eſt melior text. in.l.ſi ſeruum.§.prætor ait. verſi-
cu.ait prætor. vbi copioſe Areti. ff.de acquiren.
hæredi.ibi,ſiue autem vna res,ſiue plures fuerint
6 amotæ. † vbi propter vnam rem ab hæreditate
amotam beneficium abſtinendi tollitur, ſi ſcien-
ter amota eſt. In qua lege ſaluari poſſet dictum
Bald.in.l.etiam.in quæſtione penul. C.ad legem
falcid.dum Bal.ait hæredem priuandum eſſe hæ-
reditate ſi tacitam fidem in vno minimo tantùm
accommodauerit. tamen contra cum eſt.l.hæres
qui tacitam. &.l.reſcriptum. ff. de his quibus vt
indign.de quibus infrà dicam.

Alia eſt opinio omnino contraria,vt pro ea par
te tantùm puniatur vaſallus ſeu emphyteota qua
peccauerit.Et pro hac ſententia caſus videtur cla
rus in dicto ca.vnico.de vaſal.qui contra conſti-
tu.Lothar.feud.alie.& dicit Ioan.fab.in dicto.§.
ſi rem ſuam. verſicu.ſi vero quis partem. Inſtitu.
de lega.vj.liber feudorum eſt authenticus.Caſus
eſt clarè deciſus in dicto capi.vnico. Et ita per il-
lum textum,tenet gloſ.in capi.imperialem.§.cal-
lidis. in verbo, amittant. de prohibita feud.alie-
na.per Frederi.Similis gloſſ.in capi.fina.in gloſ.
penul.quæ fuit prima cauſa benefic.amitten.col-
la.x.hanc partem tenet Hoſtien. in ſum.de feud.
§.quid hodie obtinebat.de feud.aliena.quamuis
in ſe idem Hoſtien. in lectura.c.ij. in verbo,alie-
nare. extra,de feud.cõtrarium ſenſerit. In primis
7 diſtinxit, † aut enim vaſallus feudum vel maiorẽ
feudi partẽ alienauit, & totum amittit.c.rurſus ſi
fidelis.quemadmod.feud.amitta.colla.x. ſi verò
minimam

minimam partem dummodo ad ſeruitium domi-
ni maneat,non amittit,per illum tex. Et demum
dixit hoc eſſe correctum dicto.c.imperialem.§.
habito.de prohibi.feud.aliena.per Frederi.ecce
quomodo Hoſtien.varius eſt.tamen contra eum
tenet illhic Ioan.Andr.licet nihil alleget.Anto.
de Butrio ſequitur Ioan.Andream in dicto.c.ij.
contra Hoſtiē.motus per dictum.c.imperialē.§.
habito.Ioan.Andr.idem tenet in addi.ſpecul.in
titu.de feud.§.nunc aliqua Roma.in dicta.l.qui-
dam.§.fi.ff.de donatio.Bal.& Cardi.Alex.in di-
cto.c.vnico,de vaſ.qui contra cōſti.Lotha.feud.
aliena. dicit hanc opinionem verā eſſe de æqui-
tate canonica,non autem de iuris rigore,hanc ta
men approbant Iaco.de bel.vi.& Andr.de Iſer.
in dicto.c.vnico,de vaſ.qui contra conſtitu.Lo-
tha.feud.alie.colla.x.In ea opinio.eſt Ange.in.l.
cum Sillanianum.C.de his quib.vt indig.Papiē.
Moder. in dicta.l.fi.col.xij.C.de iure emphyte.
& in dicta.l.ex facto.§.Iulius Lōginus.ff.de vul
ga.ſubſtitu. Addunt ad confirmationem huius
8 opinio.communem rationē,† indecēs eſſe pœ-
nam delictum excedere,cùm delictis cōmenſura
ri debeat,dicta.l.ſancimus. C.de pœ.l.reſcriptū.
&.l.hæres qui tacitam.ff.de his quib.vt indig. l.
Paulus.&.l.beneficio.ff.ad.l.falci.l. vulgaris. ff.
de furti.authen.ex cauſa.C.de liber. præter.ibi.
cætera nāq; firma permanēt.Secūdo in eos qui al
terius fuerunt opi. refelli poſſent eorum argumē
ta.Nā Bal.& Cardi.exemplum conſtituunt in eo
qui eadem inueſtitura & fidelitate duo caſtra ab
eodem domino accepit in feudum:& in fortiori-
bus terminis loquitur dictum.c.vnicū.de vaſal.
qui contra conſtit.Lotha.feud.aliena.cum mino
re enim diſpendio ſectio fieri poteſt duorum feu
dorū,quàm vnius feudi ſeu caſtri.§.j.iuncta glo.
in verbo,ſufficere.in authen.vt iudi.ſine quo.ſuf
fragio.Res enim in partes diuiſa ad interniciē do
mini magis ſuccedere poteſt & cōtra domini vti
litatem.l.ſolent.in princi.in verbo,minutatim.ff.
de alimen.& cibar.lega.& tamen ꝗuis fidelitas
vnica ſit pro feudo facta & ſic indiuidua, tamen
ille tex.vult vaſallum parte priuari tantùm qui
partem ſolum alienauit.Ecce ꝗtumcūq; res pro
indiuiſo conceſſa ſit,in conſideratione tamen ha
beri nō debeat.Secūdo,autoritas Bar.in dicta.l.
reſcriptū.ff.de his quib.vt indig.& in.l.Paulus.
ff.ad.l.falci.Et authen.ſed cùm teſtator.C.ad.l.
9 falci.per quam dicit † omiſsionem vnius rei ab
hærede factam in conficiendo inuentario rerum
hæreditariorum tantum nocere hæredi vt priue-
tur beneficio abſtinendi. §.huic nobis ſancimus.
in authen.de hæredi.& falci.Et dicta authen.ſed
cùm teſtator.Et tamen clarum eſt,res hæredita-
rias ſingulariter diuidi poſſe.l.ij.C.quādo & qui
bus quarta pars deb.lib.x.dicta.l. vulgaris.ff.de
furt.dici ꝙ ſoleat tot eſſe ſtipulatiōes,quot ſunt
res,l.ſcire.ff.de verbo.obliga.& ſingulariter cir-
ca vnam rem contractans hæreditariam fidem ac

commodando, non priuatur omni ſucceſsione
ſed ea ſolum in qua male verſatus eſt, dicta.l.ex
facto.§.Iulius Longinus.ff.de vulga.ſubſtitu.di
cta.l.reſcriptum.&.l.hæres qui tacitam.ff.de his
quib.vt indig.vbiq; Moder.hoc argumento vtū
tur,dicta.l.res bona fide.ff.de cōtrahen.emptio.
Vnde Bald.& Card. fundamentum non tantum
in rebus indiuiduis, verumetiam in diuiduis con
cluderet,dicta.l.cùm eiuſdem. ff.de ædil.edicto.
Similiter dicitur in hoc Senatuſconſulto etiā par
tis tabularum apertionē ſufficere.ſimiliter in edi-
cto,quemadmo.teſtamē.aperian. vt in.l.ij.§.j.&
l.ſi in duobus.in princi. ff.quemadmo.teſtamēta
aperian.l.j.§.fina. &.l.ſeq.ff.de tabul.exhibend.
Idem in caſu legis etiam hic in gloſ.allegatæ. Et
facit illa triuialis regula, quod iuris eſt de toto
quo ad totum &c.l.quæ de tota. & dicta.l.Mar-
cellus. ff.de rei vendica. Cuius meminit Areti.in
dicto.§.Iulius Longinus. Et tamen per Lotharij
conſtitutionem prouiſum eſt, vt illa ratione non
10 obſtante † vaſallus propter partem feudi aliena-
tam non priuetur toto feudo, dicto ca.vnico. de
vaſal.qui contra conſtitu.Lothar.feud.alie.

Alia & tertia fuit opinio Bald. & Cardi.in di-
cto.c.vnico.de vaſal.qui contra conſtitu.Lotha.
feud.alie.diſtinguētium aut vaſallus partem feu-
di in contemptum domini alienauit: & priuetur
toto feudo.Si autem non in domini contemptū:
et parte tantum quam alienauit,priuabitur.In du
bio autem vaſallus alienando, in domini contem
ptum alienare videtur, ca.fin.in fin. quæ fuit pri-
ma cauſa benefi.amitten.& tex.in dicto ca.j.§.ha
bito.de prohib.feud.aliena.per Freder.Non ſo-
lum ipſum feudum totum prohibet alienare, ſed
& feudi partē.vnde iuramentū non ſolum ipſum
totum afficit,ſed & quamlibet eius partem.l.qui
ſolidum.in princip. ff.de lega.ij. &.l.ſi quis cùm
totum.in princi. ff.de excep.rei iudi.dicta.l.cùm
eiuſdem.ff.de ædili.edicto.Excipiunt militem &
mulierem propter iuris ignorantiam in eis excu-
ſabilem.Sed dic nō eſſe in milite ſpeciale vel mu-
liere,ſed in quocunq; ignorante iuſta ignorantia
lapſo locum obtinere, ca.vnico. de contro.inter
dominum & emptor.collati.x. vel ſi iuſto errore
vaſallus ductus eſt.Pro quibus eſt dicta.l.quam-
uis.ff.de conditio.& demōſtra.dicta.l.ſi ſeruum.
§.prætor ait.verſicu.amouere. ff.de acquiren.hæ
11 redi. † Vel ſi non in domini cōtemptum, ſed ne-
ceſsitate familiæ coacti vēdiderunt,forte quia fa-
milia fame peribat,argumento.l.ſi ſterilis.§.cum
per venditorem. ff.de actio.empti. l.j.&.ij. quas
ſimul iunge.C.de pat.qui fili.diſtra.l.peto.§.præ
dium.ff.de lega.ij. l.alienationes. ff.famil.erciſc.
Idem ſi talia neceſsitate cogebatur vaſallus aliena
re.ca.j.verſicu.neceſsitate.qualiter olim feudum
alienari poterat. quare concederem de æquitate
canonica non puniendum eſſe vaſallum duriore
pœna quàm peccatum exigebat,vt ea tātum par-
te priuetur,quam alienauit ſecundum ea quæ no

tantur in dicto capi.ij.extra,de feud. Poſſent pro
hac parte repeti quæ in prima opini. ſuprà relata
ſunt. In Neuſtria verò vaſallus integrum feudum
alienare poteſt inconſulto domino, ſed redẽptio
nem feudi domino tradet. de quo in capi. vnico.
quemadmo. feud. ad filias pertin. colla. x. Si verò
partem feudi tantum alienet inconſulto rege, iu-
riſditionem feudi, ſi quam feudum annexam ha-
beat, vaſallus amittit & regi acquiritur.

12 Adde vltra prædicta † iuramentum fidelitatis
indiuiſibile eſſe, in quo ſex iurat. c. vnico. de no.
for. fideli. cap. vnico. de for. fideli. colla. x. Quare
ſi indiuiſibile eſt, quomodo poteſt ſeparari ip-
ſum feudum propter iuramentum à vaſallo præ-
ſtitum, quin incidat in pœnam. l. ſi quis maior. C.
de tranſactio. Sed huic nouiſsimo argumento re
ſpondet Iaco. Curtius in tracta. feudorum. in pri
ma parte quæſtiõe. v. tertiæ regulæ principalis
titul. ex quib. cauſ. feud. amitta. dat enim huic ar-
gumento inſtantiam de cap. in generali. ſi de feu-
do fuer. conten. inter dominum & agna. Et certe
melior eſt text. in ca. j. in princi. vbi pulchre gloſ.
j. de capita. qui cur. vendi. illhic per gloſſ. allega.
Nam in generali alienatione non venit feudum.
13 † ſic in generalitate feudi alienati non venit be-
neficium quod prius conceſſum erat. ſed iſta ſo-
lutio euitari poſſet quia iuramentũ dubium erat.
non enim expreſſe rem comprehendebat. ſed in
caſu propoſito iuramẽtum circa vnicam rem vel
vnicum contractum expreſſe interpoſitum erat.
vnde quod in eo, de quo nominatim cogitatum
eſt, ſciſſura fieri poſsit, non videtur verum: quia
cum in ipſum totum iurat, & ſingulas totius rei
partes comprehendit, dicta. l. ſi ſeruum. §. prætor
ait. ff. de acquir. hæredi. dicta. l. vulgaris. in prin-
cip. ff. de fur. Vnde articulus iſte videtur dubius,
licet eum pro indubitato habuerit. Ioan. fab. in
dicto. §. ſi rem. verſic. ſi verò. Inſtitu. de lega. quia
dicat caſum hunc expreſſe deciſum eſſe in illo ti-
tulo, de vaſal. qui contra conſtitu. Lothar. feud.
alie. Si liber feudorum ſit authenticus, in quo ple
rique dubitauerunt in præludijs feudorum per
Bal. & Cardi. Alexan. & Moder. Papien. in ſum
ma ſua feudorum, quæ adiecta eſt poſt titul. de iu
re emphyte. C. Similiter & Anto. de Butrio poſt
Hoſtien. in dicto ca. ij. extra, de feu. Pleriq; etiam
14 alij in concertationem hoc deduxerunt: † cum hi
qui feudales conſuetudines in vnum volumẽ de-
duxerunt, autoritatẽ legis condendæ non habue
runt aut à pontifice, aut imperatore, aut à rege le
gis condendæ poteſtatem habente: quod neceſſa
rium eſt. l. normam. C. de offic. præfecti prætor.
Illyr. & Orien. Et notatur in. l. j. et fin. C. de lega.
ſed illud ca. vnicum. de vaſal. qui contra conſti-
tu. Lothar. feud. aliena. colla. x. videtur ex mente
imperialis conſtitutionis aſſumptum eſſe. Sed ve
rum eſt ab Oberto de orto in vnum volumen re-
dactum eſſe, non autẽ hoc continet Lotharij con
ſtitutio quæ ſcripta eſt in titulo, de prohibi. feud.
aliena. per Lothar. Imò ratio illius conſtitutionis
oppoſitum ſentire videtur, dum in ea prohibetur
omne commercium, per quod imperij vel domi-
15 norum minueretur vtilitas. † In eo autẽ dicit vti-
litatem imperij & domini minui ſi feudum minu-
tatim ſic alienaretur, dicta. l. ſolent. in princip. ff.
de alimen. & cibar. lega. vt omnibus feudi parti-
bus, ſic exhauſtis ſuorum feudorum ſeruitia va-
ſallus attenuat, et per hoc vires imperij diminuat,
vt inquit ille text. & eadem ratio repetitur in di-
cto ca. j. de prohibi. feudi aliena. per Frederic. in
prin. ibi, vnde debita ſeruitia amittebãt, & iſtiuſ-
modi callidis machinationibus voluit imperator
reſiſtere, eo. tit. in. §. callidis. & iſta ratiõe ductus
eſt Hoſtien. in dicto ca. ij. extra, de feud. Petr. Ia-
cob. de Are. & Nicol. Spinel. in dicto. §. ſi rem.
Inſti. de lega. & hi qui illos ſecuti ſunt. Nam glo.
in. §. at ſi libellario. in verbo, mulctabitur cum eis
conuenire videtur, quia dicat per illum text. pro-
hiberi non modo totum feudum. ſed & feudi par
tem, per dictum ca. imperialem. de prohibi. feud.
aliena. per Frederi. colla. x. Quibus addo varias
fuiſſe in eo feudorum libro conſtitutiones. Hoc
Papienſ. Modern. ſentit in dicta. l. iij. colum. xij.
quæſtione. xiij. & ſequ. C. de iure emphyteo. ſed
locos ſeu loca citabo, quorum non meminit ille.
In primis tex. in. §. at ſi libellario. et. §. rurſus. qui-
16 bus mod. feud. amitta. colla. x. † admittit partem
feudi alienare, neque ob id vaſallum feudo priua
ri neque etiam parte alienata priuabitur, dummo
do plus medietate non alienauerit. ca. j. qualiter
olim feud. aliena. poter. Secundò, in ca. j. in prin-
ci. de aliena. feud. vſu Mediolanenſium vaſallus
non priuabatur feudo, ſiue partẽ ſiue totũ ipſum
feudum alienaſſet. ca. & eadem lege de lege Cor-
radi. collatio. x. dummodo per illum text. æquali
aut maiori vendatur.

Alia ſuperuenit Lotharij cõſtitutio, per quam
non ſolum ipſum feudum totum ex integro alie-
nare prohibet, ſed & quancunq; feudi minimam
partem, vt in dicto ca. j. de prohibi. feud. alie. per
Lotha. colla. x. & text. in dicto ca. j. qualiter olim
feud. aliena. poter. dicit omnes priores conſtitu-
tiones, quæ pro parte permittebant feuda aliena-
ri, per Lotharium fuiſſe reuocatas, quare ex ea re
uocatione non videtur Obertus de orto recte in
dicto ca. vnico. de vaſal. qui contra conſtitu. Lo-
thar. feud. aliẽ. ſcripſiſſe in lege Lotharij cautum
eſſe, vt qui feudum alienauit feudum amittat, qui
vero partem tantùm partẽ amittat. Similiter Cor
radus ſtatuit ca. ſimiliter. in princi. de lege Corra
di. collatio. x. niſi vaſallus ignorans feudum eſſe
alienauit, vt ſuprà dictum eſt, dicto ca. vnico. de
contro. inter domi. & emptorem. collatio. x. Cui
ego addo text. in ca. ſi vaſallus feudum. ſi de feu-
do fuer. contro. inter domin. & agna. collatio. x.
Confirmauit ambas conſtitutiones Lotharij &
Corradi Fredericus imperator, in dicto cap. vni-
co. de prohibi. feud. aliena. per Frederic. colla. x.

vbi in

vbi in.§.callidis.ait, qui tam illicitas alienationes
faciunt callidis machinationibus ducti feudum
17 amittunt. † Nam principium conſtitutionis quo
cunque quæſito colore prohibet non tantum ſeu
dum alienare, ſed & partem ſeudi. Alioquin, in-
quit, ſeudum amittent. vt illa verba non tantum
ad eum referri debeant qui totum alienauit, ſed
& qui partem. & gloſ. ſentire viſa eſt, vt dixi in di
cto capitu. at ſi libellario. in verbo, mulctabitur.
dum gloſ. quærit nunquid toto priuabitur ratio-
ne partis alienatæ. Reſpondet Imo. in quo deli-
quit vt infrà de vaſal. qui contra conſtitutio. Lo-
thar. ſeud. aliena. Hodie non poteſt partem alie-
nare ſine domini voluntate, vt infrà de prohibi-
ta ſeud. aliena. per Frederi. ca. imperialem. Ecce
quomodo ſentire vult gloſſ. vt quum hodie ſiat
prohibitio alienationis etiam partis ſeudi per cō
ſtitutionem Frederici alienatio partis ſeudi facit
vaſallum à toto ſeudo cadere propter partis alie-
nationem. Sed, vt vidiſtis, glo. decepta eſt, in Lo-
tharij conſtitutione, qui eiſdem rationibus pro-
hibuit non ſolùm totum feudum, ſed & partē ſeu
di alienare: reuocatis omnibus alijs prioribus cō
ſuetudinibus & conſtitutionibus partem feudi
alienare permittentibus, dicto ca. primo. quali-
ter olim feudum aliena. poter. & dicto. c. j. de pro
hibita feud. aliena. per Lothar. Quare ex his ma-
ior videtur eſſe difficultas quàm hactenus viſa
ſit: quia facilime, vt videtis, euitari poteſt dictum
capi. vnicum. de vaſal. qui contra conſtitutio. Lo
thar. feud. aliena. Tamen gloſſ. allega. in ſecunda
opinio. huius quæſtionis omnes alias conſtitutio
nes reſoluunt & moderantur ſecundum dictum
capitu. vnicum. Et hac ratione puto Bald. & qui
eum ſequuntur, quorum ſuprà meminimus, du-
ctos fuiſſe cum illis glo. ſentiendum eſſe de æqui
tate canonica, ſecundum opinio. Ioan. Andr. in
dicto capi. ſecundo. extra, de feud. Et Hoſtien. in
ſumma de feud. §. quid hodie obtineat. quamuis
in lectura ſua dicti capi. ij. aliter ſentiat. à quo An
toni. de Butrio diſcedit adhærens autoritati Ioā.
Andr. ſimiliter & Roma. in dicta. l. quidam. §. ſi-
na. ff. de donatio. Licet de iuris rigore aliter ſen-
tiendum ſit, ſecundum eundem Roma. Pugnant
enim duæ rationes, quæ nonnihil æquitatis ha-
18 bent vna ex parte domini, † qui non alia ratione
ductus eſt feudum dare niſi ea lege & conditio-
ne, etiam à iure conceſſa vt vaſallus feudum neq;
feudi partem alienaret, & ſubintrat ratio. l. qui cū
vno. in princip. ff. de in diem adiectio. l. fiſtulas.
§. qui fundum. ff. de contrahenda emptio. Aliter
enim dominus non erat conceſſurus niſi ea lege
& conditione. Et quia contra cōuentionis legem
vaſallus domino inuito re conceſſa abutitur, hoc
alienum eſt à iure. l. ij. C. de iure emphyteo. l. ea
lege. C. de condictio. ob cauſam datam. l. ij. ff. de
lege commiſ. l. fin. C. de reb. alienis non alienan.
Poſſent illa vulgaria recenſeri graue eſſe fidem
fallere. l. prima. ff. de pact. l. ſ. §. ſi conuenerit. ff.
deposi. l. prima. ff. de conſtitu. pecu. & dominus
noſter Ieſus Chriſtus in parabola, An non licet
de meo quod volo facere. Matth. xx. vt verus do
minus re ſua præter & contra ſpem ſeu excuſatio
nem conuentionis & voluntatem fraudetur. l. fi-
na. C. de rebus alienis non alienan. Secundò, con
tra conſtitutionem feudorum eſt vt dominus te-
neatur ſeudum diuidere contra ea quæ notantur
in capitu. præterea. de prohibita ſeud. aliena. per
Fredericum. & hoc pacto feudum ſit ei incom-
modum.

Altera autem eſt vt in plus non puniatur aut
grauius quàm deliquerit, vt in dicta. l. reſcriptū.
& l. hæres qui tacitam. ff. de his quibus vt indig.
& alijs legibus ſuprà memoratis. præſertim. l. vul
19 garis. §. primo & ſecundo. ff. de ſurtis. † Licet, vt
dictum eſt, non videatur pœna delictum excede-
re qui in dominum peccat contemnendo eum &
ſua re priuando. Scio autem plures in iudicando
ſolere illi opinio. adhærere. Et nouiſsime dum ca
ſus ſe obtulit de quibuſdam nautis qui inſtante
inſelici hoc bellorum tempore, bellum de ſcien-
tia regis Hiſpanis gerētes, Hiſpanos adorti ſunt,
& hoſtiliter omnes merces expilauerunt, quibus
reuerſis ratio prædæ ſecūdum maris leges ab eis
exacta eſt, ſicuti ſcribitur, primi Regum. xxx. ca-
pitu. æqua enim pars erit deſcendentis ad præ-
lium & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter diui-
dent. l. ſi quid belli. ff. de captiuis & poſtlimi. re-
uerſis. quamuis militare propter prædam pecca-
tum ſit. cap. militare. xxiij. quæſtio. j. compertum
extitit eos partem mercium latitaſſe & alienaſſe
aut aliàs in ſuos vſus conuertiſſe, ob id furti accu
ſati & in leges regias peccaſſe, & hac ratione præ
dæ indignos factos fuiſſe, vti in iſtiuſmodi legi-
bus inſeri ſolet, vt in. l. prima. ff. de iure patrona.
Vnde Cin. in. l. cum te. C. de his quæ vi metus've
20 cauſa ſiunt. † dicit ſtatuta ſolere ſemper & con-
tinuè metum inducere, quia ſemper tenent. ſe-
quitur Bald. in. l. omnem. C. ad Tertullianum.
Et præſertim id à lege in nautas ſtabularios &
caupones ſtatuitur, vt terreantur, & cohibean-
tur à malo. l. prima. in fine. ff. nautæ, caupon. ſta-
bula. & l. vnica. ff. furti aduerſ. nautas. l. quoties.
C. de naufrag. libro. xj. l. deprecatio. ff. ad legem
Rhodiam de iactu. Plerique iudicum ſentiebant
legis ſeueritati inſiſtendum eſſe. Præualuit au-
tem altera opinio vt commodo rerum à ſe abla-
tarum tantùm priuarentur, iuxta dictam. l. hæres
qui tacitam. & l. reſcriptum. ff. de his quibus vt
indignis. l. ex facto. §. Iulius. ff. de vulgari
ſubſtitutione. & dicta. l. vulgaris. §. qui fur-
ti. ff. de furt. l. ſancimus. C. de pœnis. habita eſt
etiam in illo iudicio ratio diuturnæ nautarum de
tentionis, iuxta conſiderationem. l. ſi diutino. ff.
de pœnis. Neceſſe eſt vt aliquid ex prædicta re-
gula videamus, eo quod iſte textus, aduerſus

eam fortiter pugnat, vt dictum eſt ſuprà poſt Pe-
trum. Iacob. de Aretio & Nicol. Spinel. in dicto
§. ſi rem. Inſtitu. de legatis.
21 Regula ergo erit, † pœnam delictis commen-
ſurandam eſſe. Huius regulæ meminit gloſ. in. l.
ſciant. C. de legi. hæredi. illi & ſuprà dictis adde
l. j. §. cùm patronus. ff. de offic. præfec. vrb. l. con-
gruit. ff. de offic. præſid. Plene Areti. in. l. & ſi ſe-
uerior. C. ex quibus cau. inſa. irroge. l. reſpicien-
dum. in princip. ff. de pœnis. l. quid ergo. §. pœna
grauior. ff. de his qui notan. infamia. l. ſancimus.
C. de pœnis.
Solet hæc regula limitari niſi illud totum, in
cuius parte delinquitur, ſub ipſo integrali conti-
neatur, vel quod vno ſpiritu, vno nomine, vel ele
mento conſiſtat: tunc qui partem offendit, ipſum
totum offendit. text. eſt hic, & in. l. etiam. hic in
gloſ. allega. vbi Angel. illum text. ad id notat. Si-
militer in dicta. l. vulgaris. in princi. vbi hoc Bar-
tol. colligit. ff. de furt. Facit dicta. l. cum eiuſdem.
ff. de ædili. edicto. l. cum qui ædes. ff. de vſucapio
nib. quam ad id allegat hic Angel. Et iſto modo
diuus Auguſtin. in declaratione autoritatis apo-
ſtoli. j. Iaco. ij. cap. dum ait, Quicunque totam le-
gem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt
22 omnium reus: † dicit apoſtolum oſtendere vir-
tutes adeo inſeparabiles eſſe, vt qui vnam offen-
dit omnes offendat. verba diui Auguſt. ſunt, qui
vnam virtutẽ habuerit habere omnes, & omnes
deeſſe cùm vna deſecerit. Et ſic in inſeparabili-
bus ſeu indiuiſibilibus qui partem offendit, to-
tum offendit. Quare qui in manu hominem of-
fendit, corpus totum offendit. hæc notat Bart. in
l. quidam. §. ſin. argumento illius tex. ff. de dona-
tio. Et in hoc Bald. & Cardi. Alexan. in dicto. c.
vnico. de vaſal. qui contra conſtitu. Lotha. feud.
aliena. ſingulariter mouebantur. Et iſtud dictum
apertius declarat Felin. in. c. auditis. decima co-
lumna. verſi. quarta declaratio. extra, de præſcri-
ptio. & videbis eum circa hoc dictum diligenter.
Vnde Bald. hic dixit quòd is teſtes percontaſſe
dicitur, qui aliquid ex dictis vidit, licet integram
teſtis depoſitionem non viderit. pro dicto Bald.
cùm nihil hic alleg. pondera tex. in dicta. l. ſecun-
da. §. ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſta. aperian.
ibi, & quod aliud, ex tabulis velit ſpectare, & in
§. eiuſdem legis. ibi, & tam principales quàm ſe-
cundæ tabulæ edicto continentur. & l. ſi ex duo-
bus. in princip. eo. titulo. ibi, alterutro patefacto.
& l. prima. §. fi. & l. ſequen. ff. de tabul. exhiben.
23 † Aduerte contra Bald. plurimùm vrgere text.
in. §. quia verò multi. verſic. ſi verò deducens. in
authentic. de teſti. colla. ſeptima. in his verbis, ſi
verò deducens teſtes editionem nondum accepe
rit, neque perlegerit teſtationes, neque ipſe neqꝫ
alius aduocatorum eius &c. Secundò, dum dici-
tur, neqꝫ per depoſitionem edoctus ſit is qui eos
produxerat. Tertiò neque percontatus eſt teſta-
tiones. Demum in fin. illius. §. dicitur, & ex hoc
didicerit teſtiſicata, nõ habere omnino licentiam
vllam vlterius vti depoſitione teſtium. Et ſic con
tra Bal. ille text. plurimùm vrget, dum dixit, per-
legerit, percontatus eſt, teſtimonia didicerit, &
ſimilia, quæ perfectionem actus deſiderant, vt
non ſufficiat partem depoſitionis intellexiſſe, ſed
oportet perlegiſſe, per illum text. qui perfectio-
nem actus deſiderat, vt dixi lege vrbana. §. perno
ctare. ff. de verborum ſignificatione. l. alia. C. de
his quibus vt indig. aufer. hæredi. l. Papinianus.
§. meminiſſe. ff. de inofficioſo teſtamento. l. deſti-
tiſſe. ff. de iudi. l. prima. §. Hæc verba. ff. quod
quiſque iuris.
Ego autem puto Bal. opinionem veriorem &
æquiorem eſſe, propter rationem dicti. §. quia ve
rò multi. in prin. quæ plurimum vrget in his ver-
bis, vt pote ſuſpitione habita, ne ſorte relictis
quidem prioribus & dudum manifeſtis propter
eorum teſtimonia factis, ille non productionem
teſtium, ſed de præcedentibus, aut non teſtifica-
tis additamento, aut eorũ depoſitionibus emen-
dationem deſideret. Similiter mouere poteſt. l. ſe
cunda. §. diem. ff. quemadmo. teſta. aperian. dum
24 ille tex. ait, idcirco ne quid etiam ſiat falſi. † Nam
inſpectio materiam falſo fabricando inſtruere po
teſt & §. quod ad cauſam. ſuprà eod. vbi aliquid
dixi in his verbis, aperiẽdum, recitandum, deſcri-
bendumqꝫ. Intellige duntamen is qui perconta-
tus eſt teſtium depoſitiones, in ea parte didicerit
quæ ad cauſæ deciſionem facit, dicto. §. quod ad
cauſam teſtamenti. ponderatis illis verbis ſuprà
relatis, aperiẽdum, recitandum, deſcribendumqꝫ
curet. & quod in capite. §. dicitur, quod ad cau-
ſam teſtamenti pertinens. & in verſicu. ſi autem
non totum teſtamentum, ſed pars eius aperta ſit.
& quod ſequitur in eodem verſic. parui enim re-
fert vtrum totum an pars aperiatur, & in verſicu.
ſi quis codicillos. in verbis, nam & codicilli ad
cauſam teſtamenti pertinent. & l. ij. §. teſtamen-
tum. ſuprà quemadmo. teſtamen. aperian. Et per
hos text. & rationes, dum aliquando in regis con
ſiſtorio quod magnum vulgus appellat, vna cum
alijs conſiliarijs ſederem, offerretqꝫ ſe caſus cu-
iuſdam conſiliarij curiæ parlamenti Pariſieñ. qui
in quadam cauſa beneficiali quæ tunc ſuo nomi-
ne in illo conſiſtorio agebatur, paulò antè in cu-
ria parlamenti Pariſieñ. tractata fuerat, & inqui-
ſitio ad rei memoriam perpetua facta eiuſdem cu
riæ iudicio reiecta, & demum regis iuſſu & auto-
ritate ad id conſiſtorium remiſſa, ille regis conſi-
liarius iterum illas depoſitiones cum reliquis li-
teris, inſtrumentis & actis, cauſe admitti iungiqꝫ
liti & cauſæ vt videri poſſent, dein iudicaretur
proceſſus: dicebã eas non debere recipi, eo quòd
iudicio curiæ parlamenti articulus deciſus eſſet,
quo pronunciatum erat reijciendas fore, neque
liti aut cauſæ iungi poſſe, ſicuti regiæ leges, quas
ordinationes appellant, iuriſqꝫ communis diſpo
ſitio prohibebant.

Vnde

25 Vnde propter † rei iudicatæ autoritatem & cu
riæ maieſtatem non poterat iterum in diſputatio
nem deduci. ca. cum dilecti. extra, de electio. §. &
nos non latuit. in authent. quibus mod. natur. ef-
fici. legi. colla. vj. l. iij. C. de ſum. trinita. & fide ca-
tholi. dixi in. l. j. §. hoc autem Senatuſcõſul. ſuprà
eo. alioquin inconueniens eſſet, vt quod directè
obtinere non poterat, per indirectum obtineret,
contra regulam, cùm quid. de regu. iur. in. vj. Se-
cũdò ex hac receptione aperiebatur falſitatis via
per rationem dicti. §. quia verò multi. in authent.
de teſtib. collatio. vij. ex didicitis enim teſtificatis
poterat ille, ſi vellet, aut additamentum, aut emẽ-
dationem procurare, non ſine falſi ſuſpicione per
illum tex. & . l. ij. §. diem. ff. quemadmo. teſtamen.
aperiã. & dictum. §. quod ad cauſam. quum enim
inſpectio prohibetur, recitatio, deſcriptio, & om
nis via, per quã ad eam peruenitur prohibita eſſe
cenſetur. dixi in dicto. §. quod ad cauſam. Tertiò
quum lis eſſet iam cõteſtata, & articulus iure de-
ciſus, vt dixi. Secundò, quia per hanc productio-
nem fit depoſitionis teſtium publicatio per quam
ĩtra ſuſpicantur futuram teſtium ſubornationem
clemen. ij. extra, de teſtibus. & dicto. §. quia verò
multi. in authent. de teſtib. & Bald. in. c. j. colum.
iij. ſi de inueſti. inter vaſal. & domi. lis oria. colla.
26 x. † dicit nõ eſſe reprobandum ſtylum curiarum
quo publicatio teſtium prohibita eſt, & Roma-
næ curiæ ſtylus eſt, non publicare teſtes vſque ad
tertiam ſententiam, per rationem dictæ clemẽ. ij.
de teſtib. de quo dic vt per Inno. Hoſtien. Anto.
de Butrio, & Felin. in ca. fraternitatis. colum. vj.
verſic. item limita. niſi ille dubitauit propter do-
ctrinam glo. & Domi. in. c. cùm perſonæ. in prin
cip. in verbo, integraliter. de priuileg. in. vj. Inno
cen. Hoſtien. & alios in ca. vltra tertiam. extra, de
teſtib. vbi pleno ſtylo Felin. hoc examinat. l. inci-
uile. ff. de legib. l. prima. in princip. ff. de his quæ
in teſtamen. delen.

Ego autem dico per hunc text. & dictum. §. ſi
quis codicillos. infrà ea. l. & dictum. §. quia verò
multi. in authenti. de teſtib. vt ſufficiat didiciſſe in
ea parte quæ ad cauſam pertinet. ſatis enim dici-
tur percontatus in ea parte in qua poteſt vti ad-
ditamento aut emendatione ad teſtium depoſi-
tionem. Et hanc puto eſſe legiſlatorum mentem:
27 † ſatis enim legem perlegiſſe videtur qui legis
mentem concepit in verbo percontatus, id eſt, à
cunctis diligenter exquiſiuit, licet non legerit, vt
facti veritatem intelligat. de quo per Bartol. in. l.
qui Romæ. §. duo fratres. in. iiij. quæſtione. ff. de
verbo. obliga. & . l. j. in princi. ff. de his quæ in te-
ſtamen. delen. l. ſcire leges. ff. de legib. Idq; iura-
mento partis probari debet, dicto. §. quia verò
multi. in verbo, ſacrum. in authenti. de teſti. Præ-
ualuit tamen contraria opini. nam teſtes ad futu-
ram rei memoriam examinati, & qui à proceſſu
curiæ iudicio reiecti fuerant vt vim productionis
haberent. Rationes autem eorum qui cõtrarium
ſentiebant, fuerunt hæ, cùm, vti aiebant, nulla in-
ſtrumenta, imò nec carpatatia reſpui debeant,
etiam ſi ſcalidum libellum ſeu cantilenam produ
cere pars vult. Altera ratio eorum, cùm fortè illi
teſtes nihil fidei afferant futuro iudicio, iudiceſq;
in iudicando nullam aut paruam illis fidem habe
bunt. Et iſtis ſolis rationibus ducti ſuo iudicio
recipiendas eſſe teſtium depoſitiones antea iudi-
ciò curiæ parlamenti Pariſienſis reiectas pronun
tiauerunt.

Vt autem ad Bald. dictum reuertar, puto illud
æquius & iuſtius eſſe per prædicta, vt via periu-
rijs & falſitatibus non pateat, ſicuti voluit in ſimi
li Imperator in. §. j. in authenti. de teſtib. collatio.
28 vij. † Et reſponderi poteſt verbo, perlegerit. li-
cet enim perfectionẽ actus verbum illud impor-
tet, tamen ex his quæ in illo tex. leguntur, ſufficit
quomodocunq; reus aut actor teſtium depoſitio
nes percontatus ſit per ſe, aut aduocatum, ſeu ſuo
nomine agentẽ. Cui conformatur dictus. §. quod
ad cauſam. ſuprà noſtra. l. & hic noſter tex. qui ſo
lum conſiderat an pars teſtamenti ſeu codicillo-
rum aperta ſit. l. ſcire. §. ſi mater. ff. de tutor. & cu-
ra. dat. ab his. ibi, vt non alia via hoc quod noluit
teſtatrix fiat. l. vnica. C. vt omnes actiones tam ci-
uil. quàm crimina. & dicta. l. ſi ſeruum. §. prætor
ait. ff. de acquiren. hæredi. in verſicu. amouiſſe. in
his verbis, celauerit, interuerterit, aut conſumpſe
rit. Sic & hoc edictum conſiderat.

Secundò limitatur, niſi offenſa in parte rei ſit
aut eſſe poſsit cauſa amiſsionis totius rei, vt in. l.
iij. §. fin. ff. de incendio, rui. naufrag. quia qui cla-
uos nauis aut vnum ex eis abſtulit, omnium rerũ,
quæ in naui erũt, tenebitur. Et hæc limitatio fuit
Iacob. de Arctio, & Andr. de Iſer. in dicto. c. j. de
vaſal. qui cõtra conſtitu. Lotha. feu. alie. Quibus
adde tex. in. l. furtum. verſi. et ſi non tota. ff. arbo.
fur. cæſa. Per quam idem notat Angel. in. l. cùm
Sillanianum. C. eo. de his quibus vt indig. Et di-
cunt in ca Cin. Bart. Bald. Angel. Alexan. & alij,
29 † in delictis hoc ſingulare eſſe, vt delictum ince-
ptum pro perfecto habeatur. l. qui ſeruo. C. de
ſeruis fugiti. l. quis ſit fugitiuus. in princip. & per
totam penè legem. ff. de ædilit. edicto. Sed iſtud
tam generaliter dictum cum maxima difficultate
ſuſtineri poſſet, vt aliquando dixi, & ſuprà eo. §.
memini. vide quæ illhic dixi. & quod notatur in
l. j. ff. de extraordina. crimi. in. l. ſi quis non dicam
rapere. C. de epiſco. & cleri. l. vnica. C. de raptor.
Et quantum ad hãc regulam & limitationes eius
conſidera rationem eius eſſe propter indiuidui-
tatem & inſeparabilitatem, vt dictum eſt in præ-
cedenti limitatione.

Tertiò, ſi is qui partẽ offendit, ipſum totũ offen
dere nitebatur, quãuis partẽ tantũ offenderit, fit
tamen totius integritatis reus, dicta. l. vulgaris. in
princ. & . §. qui furti. verſ. qđ ſi totũ. Imò per ſolã
ipſam attẽtationẽ punit̃. l. j. §. diuus. ff. ad. l. Corn.
de ſicar. l. is qui cũ telo. C. eo. ad. l. Corn. de ſicar.

Et iſta fuit Bald.& Cardinal. Alexand.& ſequa-
cium conſideratio, in dicto.c.vnico. de vaſal.qui
30 contra conſtitu.Lotha.feud.alie.colla.x. † quan
do per alienationem partis feudi vaſallus domi-
num contemnere volebat, quia actus de ſe atten-
to vaſalli animo iniquus eſt, priuabitur ipſo toto
feudo, dicto ca.fina. quæ fuit prima cau.benefic.
amittend.per rationem.l.cum eiuſdem. &.l.quis
ſit fugitiuus.§.idem ait ſi ſeruus. ff.de ædil.edict.
&.l.non ſtatim in fine.ibi contra autem.ff.de pe-
cul.contra autem. inquit ſimul atque noluit pe-
culium ſerui deſinit peculium eſſe. & ſæpius hoc
ſuprà repetitum eſt.

Quartò limita, niſi ſpecialiter ſibi pars contra-
hendo cauerit in partis reſolutione vel amiſſione
vt ſequatur totius rei diſſolutio, dicta.l. quod ſi
vno.in princip.ff.de in diem adiect. Et in hac ra-
tione Petr. Bald.& qui eos ſequuntur firmabant
ſuam ſententiam, quia legis diſpoſitione cautum
eſſe videtur inter dominum & vaſallum, vt vaſal
lus feudum neque feudi partem inuito domino
alienauit, dicto ca.j.de prohibi.feud.alie.per Fre
deric.colla.x. & in dubio ſi commentum eſſe vi-
detur ſi vno precio plures res emptæ fuerint: li-
cet explicitè in contractu expreſſum non ſit. Ita
gloſſ.ſentit in.l.ſi ex falſis.in verbo, firmis. C. de
tranſactio.alleg.l.qui ſolidum. §.etiam. ff.de le-
ga.ij. Sed ille text. hoc non probat. melius prin-
cipium legis conueniret. Tu verò adde illi tex.in
l.ſi plura.l.cùm in ea.ſecundo reſponſo. &.l.La-
beo.l.facta redhibitione.l.ædiles.§.ſi fortè. ff.de
31 ædili.edicto. † Et illis legibus iuuari poteſt Au-
relia conſuetudo in titu.de retrahendis venditio.
capi.xxiiij.ſi eodem contractu prædia plura ven-
dita ſint, quorum aliqua retractui ſubiecta ſunt,
cùm patrimonialia tantum illi ſubiecta ſint ſecun
dum illam conſuetudinem, non patrimonialia ſe
cundum legem patrimonialium, iudicabuntur ſi-
ue feudalia ſint, ſiue cenſualia, aut allodialia ſeu
burgenſatica: hoe caſu vnum ad ſe aliud trahet,
argumento.l.ſi communem.ff.quemadmod.ſer-
ui.amitta.l.ſi is qui duoꝫ.ff.de liber.lega. Et me-
lius in.l.liberis.§.ſi duo.verſicu.ſed enim. ff.de li
ber.cauſa. Quibus adde quæ Sozi.notat in.l.pri
ma.§.veteres. ff.de acquiren.poſſ. Additur alius
caſus in.l.plerunque. ff.de ædili.edicto. quando
res non ſine magno incommodo ſeparari poſ-
ſunt.l.ſi quis ab alio. §.fina. ff.de re iudica. dicta
l. cùm eiuſdem. ff.de ædili.edicto. Qnibus adde
Bald.in capi.primo.de aliena.feud. in.l.vnica.§.
in primo.iij.colum.in princip. C.de cadu.tollen.
Et in.l.ſi non ſortem.§.ſi centum. &.§.finali.vbi
plenius Modern. ff. de condictio. indebi. Plura
dicta ſunt in.l. eadem. §. Cato. ff. de verborum
obligationib. Tolle exemplum etiam in.l.ſi quis
poſthac. C.de bonis proſcripto.& hoc modo in-
tellige quod notatur in dicta.l.quidam. §.finali.
ff.de donatio.

Et ex illo.§.ſi centum.colligitur, Quinta limi-
tatio ratione communitatis euitandæ, vt in.l.ſe-
cunda. C. quando & quibus quarta pars debea.
32 libro. x. † Nemo enim inuitus in communitate
permanere cogendus eſt. Excipitur cauſa princi-
pis.l.vnica. C.de vendit.rer.fiſca.communi.cum
priua.libro.x.&.l.finali.§.ſed & ſi quidam. C.de
iur.domi.impetran.de quo plenius Moder.poſt
Bald.in dicto.§.ſi centum.

Sexta limitatio eſt, in criminibus enormibus
aut frequentatis, in quibus pœnæ acerbiores fie-
ri debent.l.prima.in princip. ff.de abig.l.ſacrile-
gij pœnam. in princip. ff. ad legem Iuliam pecu-
la.l.fin.ff.de termi.amoto. l.ſecunda.ibi, vel pro
leui argumento. C.de hæretic.l.quiſquis. C.ad le
gem Iuliam maieſta. quia filij portant iniquita-
tem patris per illum textum. alios plures recen-
ſebo, in.l.neceſſarios.§.non alias.infrà eodem ti-
tulo. Idem dico in delictis in quibus lex punit co
natum ſolum, vt in.l.j.ff.ad legem Pompeiam de
parricid. in dicta.l.quiſquis. C.ad legem Iuliam
maieſta. l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſco.
& cleri. De his dic vt per Bald. in.l.tertia.per il-
lum text.ff.de his qui notan.infamia. Barto.in.l.
cogitationis pœnam. ff.de pœnis.in.l.ſancimus.
C.eod.de pœnis.

Septimò, in caſu.l.primæ. C.de primiceri. lib.
xij.ibi, leuis culpæ offenſione detectæ grauis mul
ctæ diſcrimine fatigandum, & numerariorū cor-
pus extincto iniuriæ autore muniendum. Ratio
autem illius legis, colligi poteſt ex.l.vnica. §.fina
li. C.de conduct.& procur.præd.fiſca.libro.xij.
grauior enim culpa conſtituenda eſt in hos qui
noſtri iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire man-
data.l.mancipia. vbi per Bald. & Franciſ. Areti.
C.de ſeruis fugiti.

Octauò, in caſu.l.ſecundæ. C.de libert. & eo-
rum liber. cuius gloſſ.meminit in dicta.l.prima.
33 C.de primicer.libro.xij. † propter liberti ingra-
titudinem in patronum commiſſam. graue enim
eſt de iure peccatum ingratitudinis.l.finali. C.de
reuocan. donatio.§.cauſas.in authenti.vt cùm de
appellatio.cognoſc. collatio.viij. ca.porrò.quæ
fuit prima cauſa benefic.amitten.colla.x.l.j. &.l.
diuus.§.fina.ff.de oper.liber.

Nonò, ratione paupertatis, quia pecuniaria in
corporalem conuertitur. l.ſi quis id quod. ff. de
iuriſdictio.omnium iudicum. l.penulti.& finali.
ff. de in ius vocand. quæ quacunque pecuniaria
maior eſt. l. in ſeruorum. ff.de pœnis. Adde in
actione iniuriarum commutationem in ſeruo fie-
ri poſſe. l. ſed & ſi vnius. §. ſi ante. ff. de iniur.
In libero homine ſecus, argumento. l. liber ho-
mo. ff. ad legem Aquiliam. l. prima & ſecunda.
vbi per Bartol. & Alexand. ff. de liber. homine
exhiben. Quibus adde textum, & Bald.in.l.qui-
cunque. quinta colum.in princip. C.de ſer.fugi-
ti.dum allegat.l.de pollicitationibus. ff. de polli-
citatio. Adde illi.l.propter honorem. C.qui bo.
cedere poſſunt.

Decimò, Si is qui reus eſt criminis, pœnam legis deludit, fortè propter paupertatem, aut quòd bona ſua latitat aut aliàs, vt.l.j.in ſine.ff.de pœn. ibi, vt eis qui pœnam pecuniariam egentes deludunt coërcitionem extraordinariam iudicant.in ſimili eſt.l.ij. C.vt intra certum temp.quæſtio criminal.termi.ibi, & ſi perſona vilior fuerit, cui damnum famæ non ſit iniuria, pœnam patiatur exi-
34 lij. † & illis durius eſt in pecunia quàm in corpore ſoluere.l.hæ operæ.verſicu.durum.ff.de operis libert. Adde ad hanc limitationem.l.j.§.quæſtioni.verſicu.nam plerique.ff.de quæſtio. Nam plerique patientia ſiue duritia tormentorum ita tormenta contemnunt vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſsit. Adde quod notatur in.l.quæro.in fin. ff.de ædili.edicto.l.fina. C.de quæſtio. l.ſina.§.licentia. C.de iure deliberan. Non omittam quod Gel.noctium attica.lib.xx.ca.j. Recitat, de Lu.Neratio qui legem xij.tabularum contempſit, quæ pro iniuria alicui illata.xxv.aſſes ſolui & exigi iubebat. Is enim L.Neratius vir improbus pro delectamento habebat os hominis liberi, manu ſiue palma verberare, ſequebatur eũ ſeruus crumenam aſſium plenam portans, & quẽcunq; depalmauerat, numerari ſtatim, ſecundum duodecim tabulas, quinque & viginti aſſes iubebat. Ob id prætores hanc aboleſcere iuſſerunt, atque æſtimandis iniurijs recuperatores ſe daturos edixerunt. ex hoc ſactum eſt vt iniuriarum actio iudicantis arbitrio commiſſa ſit pro iniuriæ & perſonæ qualitate.l.ſina.ff.de iniur.

35 Alia & contraria regula eſt, † pœnam nõ commenſurandam eſſe delicto: imò nõ æqualem ſed inferiorem delicto imponendam eſſe. Primò ratione paupertatis.l.illicitas.§.ſina.ff.de offi.præſid.l.fin.C.de modo mulcta. Alias vtilitates quas paupertas in ſimilibus affert, notat Angel.Areti. in.§.j. Inſtitu.quibus ex cauſ.manumit.non lic.à tali prodeſſe liberet nos deus.

Secũdò, ratione publicæ vtilitatis, dicta.l.quiſquis.§.ſanè.C.ad.l.Iuli.maieſta.l.j.in princip.ſecundum vnum gloſ.intellectum. C.de fal.moneta.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita.in eo qui latrones aut transfugas reuelauit & conuicit, l.prima. C.quibus ex cauſ.ſer.pro præ.liber.accepe.dixi in.§.vtrum.ſuprà ead.l.vel aliter vtilitatem ſiſci procurauit.l.vnica.C.de his qui ſe defer.libro.x.l.edicto.§.primo.ff.de iure ſiſci.vel propter ſingularem hominis induſtriam.l.ad beſtias.ff.de pœnis.l.eum qui.xxx.verſicu.habita.meritorum conſideratione, et.l.quinque ſummates.C.de decurio.libro.x.

Tertiò, ratione ætatis.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.fratres.ff.ad.l.Iuliam de adulter.dixi in.l.prima.§.impubes.ſuprà eod.facit.§.ſina.Inſtitu. de obligatio.quæ ex delic.naſcun.l.impuberem. ff.de furt.l.agraria.ff.de ter.amoto.l.auxilium.§.in delictis.ff.de minor.dixi in.§.ignoſcitur.ſuprà ead.l.&.l.ſemper.§.ſina.ff.de iure immuni.

Quartò, ratione ruſticitatis aut imperitiæ, dixi in verſicu.ſi quis ignorans.ſuprà eod.§.non repeto hic, dic vt per Alexand.& Modern.in.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdict.omnium iudi.in.l.ij. C.de in ius vocando.

Quintò, ratione ignorantiæ, vt ſuprà dictum eſt in.§.ſi quis ignorans.ſuprà ea.l.

Sextò, ratione ſanguinis vel pietatis.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores.&.l.quod ait lex.§.ſin.cum.l.ſequen.ff.ad.l.Iuliam de adulte. l.Gracchus.C.eod.ad.l.Iuliam de adulter.l.conſenſu.ibi, ad contemptum ſui domus've ſuæ ipſa inſpiciẽte.& per totam penè legem. C.de repud. §.ſi igitur.&.§.diſtrahantur.in authenti.de nupt. cullatio.iiij.Facit etiam ratio.l.j.ff.de bo.eo.qui ante ſenten.mor.ſibi conſciue.de his qui quærũt ſanguinem ſuum redimere.l.fin.ff.de popu.acti. Cui addo pulchrum & annotatione dignum tex. in.l.milites agrum.§.fin.ff.de re milita.ibi, ne videatur, inquit, pater ad ſupplicium filium obtu-
36 liſſe. Et per rationem illius text. † licet ſtatutum prohiberet alimenta patri bannito præſtare, & econtra pater ſilio.l.matris.§.manente.ff.de iure dot. Et ratio ponitur in.§.ſina.in ſin.in authenti. de inceſt.& inutil.nupt.colla.ij.ibi, nam licet impius & legum contemptor ſit, tamen pater eſt.ca pi.j.xxx.diſtinct.vbi patri etiam infideli permittit canon ſilio alimenta præſtare. dixi in octauo & nono ſpeciali criminis læſæ maieſtatis.in tracta. An rex Franciæ ſuperiorem in temporalibus recognoſcat. Cui ego addo rationem.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.ad legem Iuliam de adulter.ibi, nam cuius famæ, multo magis vitæ parcendum eſt. & dicta.l.nec in ea lege.verſicu.ſed qui occidere poteſt.ibi, quia plerunq;. Et vltra ea quæ illhic dixi, adde Felin.in cap.quæ in eccleſiarum.ſecunda colum.extra, de conſtitutionib.qui contrarium tenet poſt Barto.in dicto.§. liberto.ſed non puto verum quod ipſi dicunt. Nec obſtat ratio, qua mouetur Bart.quòd bannitus ſactus eſt hoſtis & transfuga. ex hoc enim quod ſactus eſt hoſtis, ius naturæ ſublatum non eſt, quod eſt potentius iure municipali aut ciuili, per rationem dicti.§.j.in authentic.de inceſt.
37 nupti.& dicti capitu.j.xxx.diſtinctio. † Nonne infidelis maior eſt hoſtis Reipublicæ Chriſtianæ quàm bannitus, ex cauſa ſtatuti eſſe poſsit. Clarum eſt enim quod ſic, per rationem authentic. Gazaros.C.de hæretic.grauius eſt, inquit, diuinam quàm humanam offendere maieſtatem. Et hoc etiam tenet gloſ.in dicto capitu.primo.xxx. diſtinctio. Et caſus eſt clarus in dicta.l.mutus. §.manente.ff.de iure dotium.ibi, vt in exilium vel in inſulam relegato parenti præſtet alimoniam. Et ſacit alia ratio, nam in metallum damnato legatum factum valet, ſi ob cauſam alimentorum factum erit.l.ſi in metallum.ff.de his quæ pro non ſcript.habent. Adde gloſſ.in.l.prima. & quod notat Angel.in.l.ſi pater.&.l.nec apud.

C. de hæred.inſtitu.&.l.j. C.de repud. Deporta-
tio,inquit,non diſſoluit matrimonium,neque ea
quæ ſunt iuris naturalis. Cui adde.l.fin.in princ.
&.§.fina.ff.de bon.damnato. ibi,cum filiafamil.
veneno necaſſe &c. ca.j.vbi per Bald. an ille qui
interfecit fratrem. colla.x.eundem Bald.in ca.ſi-
militer.quibus mod.feud.amitta.Et idverum pu
to.Nam ſi alios non ita ſanguine iunctos excuſat
lex à pœna,quia ſanguinem ſuum redemerũt, di-
cta.l.j. ff.de bo.cor.qui ante ſenten. mortem ſibi
conſciuer.l.ſi.ff.de receepta.ibi,neq; ſeuerè admo
38 dum puniẽdos,&.l.fin.ff.de popu.actio. † Lon-
ge maior ratio in filio eſt, quẽ pater ob famis ne-
ceſsitatẽ vendere poteſt.l.ſi.C.de patr.qui fil.di-
ſtraxer.nec illis obſtare poteſt.l.minime. ff.de re
ligio.& ſump.fune. Cui per me reſponſum eſt in
octauo et nono ſpeciali criminis læſæ maieſtatis.
quãuis Hoſtiẽ.in.c.j.in verbo,Chriſtiani.ſentiat
idem quod Bart.in dicta.l.ſi adulteriũ cum ince-
ſtu.§.liberto.ff.ad.l.Iuli.de adulter. contra Dini
opinionẽ.ibi,vbi Ang.reſpondet aliter quàm di-
xerim. Aut enim,inquit Angel.pater aut filius in
patriã pugnauit, ſicut & de Coriolano meminit
Liuius,ij.lib.j.decad. Et Valerius lib.v.ca.iiij.de
pietate Coriolani ex reſpõſo Veturiæ matris ad
Coriolanum cũ vxore & filijs miſſa quæ filio am
plexum negauit,niſi prius quàm amplexũ eius ac
ciperet,ſciret an ad filiũ an ad hoſtem veniſſet. Si
in ipſo hoſtili actu pater filium, vel filius patrem
interimeret, cùm vt ſe & patriã cui naſcimur. l.j.
§.ſi ea.ff.de vẽtre in poſ.mittẽ.tueretur,et ab ho-
ſte defenderet,excuſaretur,dicta.l.minime.quo-
niam certum eſt,inquit Barto.in dicto.§.liberto.
39 † ius patriæ ſeu caſtrorũ diſciplinã antiquiorem
Romanis fuiſſe charitate liberorũ.l. poſtliminiũ.
§.filius.ff.de capt.& poſtli.reuer. Et põderari po
teſt dictũ.c.j.in fi.extra,de cõuerſ.infideli. ibi,ad
hoc Sarraceni quidam in bello ſunt Chriſtianos
interfeciſſe notati, & Chriſtiani ſimiliter Sarrace
nos. Cuius etiã meminit Ang.in dicto.§.liberto.
Addit Angel.ca.vxor.xxviij.q.j. Cuius prius eo
meminit Hoſtiẽ.in dicto ca.j.& addit,ca.occidet
Phinees.xxiij.q.vlti. cũ alijs pluribus.c.eiuſdem
cauſæ & quæſtionis. Aliter autem nõ licet. & ſic
Ang.dicit.l.minimè. ff.de relig.& ſumpti.funer.
debere intelligi. Certè ex eodẽmet.c.j. in princi.
extra,de cõuer.infide.poteſt aliter reſpõderi, dũ
in capite eius dicitur, non eſſe tolerandas vxores
quæ machinatæ ſunt in viros,ſi vt infidelẽ cõuer-
terẽt fidelem occiderẽt: cùm tale damnũ cum tali
lucro cõpenſare nõ velit eccleſia. Et per illũ text.
40 dicunt Hoſtiẽ.Ioã.Andr.Anto. & alij, † quãuis
per baptiſmũ adulterij ſeu fornicationis peccata
tollantur,non autẽ affinitas,neq; cætera iuris im-
pedimẽta tolluntur.c.acutius.xxvj.diſt. Et quod
dicitur, caſtrorũ diſciplinã Romanis antiquiorẽ
fuiſſe liberorũ charitate: ex aduerſo ius naturæ di
ſciplinã militarẽ antecedere manifeſtum eſt, cùm
ipſum ius naturale cũ ipſa natura fuerit. l.j. ff.de
acquiren.rerum domi.§.ſingulorũ.Inſtitu. de re-
rum diuiſio. vnde naturæ pietas anteponẽda eſt,
per rationem dicti.c.primi.xxx.diſtinct.&.§.j.in
fin.in authenti.de inceſt.nupt.pater quamuis im-
pius & crudelis,pater tamen eſt.quem tex.in Bar
to.& ſequaces retorqueo,vel ſi vis Barto.& alijs
ſuis ſequentibus adhærere,dic aliter ad dictam.l.
minimè.vt in ſuis terminis legatur,dum comper-
tum erit patrem aut filium,ad delendam patriam
& parentes & liberos interficiendos venire, ſi in
ipſo actu interfecerit ignorans patrem aut filium
eſſe, aut aliter furorem patris aut filij non poſſe
aufugere quin occidat: & ſic in ipſo actu militari
violentas manus pater in filium vel filius in pa-
trem iniecerit,fortè excuſandum eum, dicta.l.mi
nimè. aliter autem non, & vltra quæ dicta ſunt
volo inducere dictum. §.liberto. Nam cuius fa-
mæ,multo magis vitæ parcendum eſt. Et ratio.l.
nec in ea.ff.ad legem Iuliam.de adulter.ibi, quia
plerunque pietas paterni nominis conſilium pro
liberis capit. Vrget etiam ratio. l.diuus. ff.ad le-
41 gem Pompeiam de parrici.ibi, † nam patria po-
teſtas in pietate debet non atrocitate conſiſtere,
quamuis impij in malis ſuſtinendi non ſint, ſed
coërcendi magis. ca.peruenit.ca.legi.ca.Petrus.
xxiij.quæſtio.viij.ſed cum moderamine,non au-
tem cum atrocitate.l.ſecunda.et dicta.l.diuus.ff.
ad legem Pompeiam de parricid.frater enim co-
gnouerat veneficium fratri paratum, relegatus
eſt,quia non detexit.Similiter & pater qui filium
cum nouerca deprehenſum occidit, lex in inſu-
lam deportari iubet. Licet etiam lege diuina fi-
lius qui turpitudinem nouercæ diſcooperuiſſet,
morti tradendus eſſet. Leuitic.xviij.&.xx.capit.
& Deutero.xxvij.ſcribitur, Maledictus qui dor
mit cum vxore patris ſui, & reuelat operimẽtum
lectuli eius: & dicet omnis populus,amen. Et ta-
men Iureconſultus ait in dicta.l.diuus. ibi,quod
latronis magis quàm patris iure eum interfeciſ-
42 ſet. ff. ad legem Pompeiam de parricid. † Pater
qui filium cum nouerca adultera inuenit, ſi occi-
dit, lex vult eum in inſulam deportari. quamuis
lex Moſaica filium occidi voluiſſet, dicto capit.
xx. Leuitic. Ecce coniuncta vtraque lege diuina
& ciuili, quomodo pater à pœna non excuſatur,
quantumcunq; eum qui occidi poteſt ſecundum
legis diuinæ & humanæ diſpoſitionem occide-
rit, vt in.l.ſi adulterium cum inceſtu.in princip.
ff.ad legem Iuliam de adulterijs.& dicto cap.xx.
Leuitic. In primis pœnam non euadit ſi pater fi-
lium occidit, quia in legem naturæ peccauit. l.vt
vim.ff.de iuſtitia & iure.& legem diuinam, Non
occides. quæ nullum excipit filium aut patrem,
vel exterum. Eodem modo in eo dicendum eſt,
qui patrem quamuis hoſtem occidit, niſi in ea
qualitate deprehenſus eſt, vt mors à patre præ-
parata euitari non potuerit, excuſari omnimo-
do non debet, cùm in legem naturæ peccauerit.
capitu.admonere.xxiij.quæſtione ſecunda. Scio
autem

autem quod plures ad.l.minime . confugerant.
Placet autem mihi Dini & Angel. opinio.in di-
cta.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.ad le
gem Iuliam de adulter. per ſuprà dicta quæ fuit
etiam Accurſ.in dicta.l.minime.ff. de religio. &
ſumpti funer.licet Bartol.aliter ſentiat,cum quo
tranſit Feli.in dicto.c.quæ in eccleſiarum. colũ.
ij.verſi.ſecundus caſus.extra,de conſtitu. & Sali
ce.in.l.j.C.de patrib.qui fili.diſtraxe.Moti ſolũ
per dictam.l.minime.ff.de religio.& ſumpti. fu-
43 ner.quam gloſſ. † intelligit dum defendendo ſe
pater filium occidit, aut eum offendit, aliàs lege
Pompeia de parricidijs teneãtur.l.j. ff. ad legem
Pompeiam de parri.& quamuis Alexand.in di-
cta.l.minime.in Apoſtil.ad Bartol.reprehendat
glo.& dicat Accurſ.interpretationem illum tex.
violare: neque in ea poſſe probari Accurſ. opi.
præterquàm in his verbis,& liberos interficien-
dos,venerit. Ego cum Accurſ. dicere poſſum il-
lam.l. minime. hæc duo copulatiuè deſiderare.
Primò,quod ad patriam delendam. Secũdò, ad
perdendos ſeu interſiciendos parẽtes & liberos
venerit.alioquin excuſari non valeat.& demum
dum Alexand.dicit,eum qui contra fidem Chri-
ſti venit,occidere licere:non puto verum, per di
ctum.c.primum.xxx.diſtinct.& ea quæ plenius
leguntur.in ca.j.in ſi.extra.de conuerſio. infide-
lium. Obſtat etiam ratio.l.finali.C. de maleſi. &
& mathe.ibi,quod aut publicum reum ne facino
ris ſocios publicaret, ſeueritati legum & debitæ
ſubſtraxerit quæſtioni,aut propriũ fortaſſis etiã
inimicum ſub huiuſmodi vindictæ nomine conſi
lio atrociore confecerit.& proſequere quid in il
la.l.ſcribitur. vnum tamen nõ prætermittam:cu-
ius Hoſtien.meminit in ſi.lecturæ dicti.c. ſin.de
44 conuerſio.infidel.dum dicit, † ſi filius patris fi-
delis,& matris fidelis aut econtra doli eſt capax,
cogendus non erit à patre aut matre fideli vt ſe-
cum habitet,ſed relinquendus erit ſuo arbitrio,
nunquàm enim,inquit diuus Ambroſ. officiorũ
lib.j.c.xxxv. et ſeq. Dauid niſi laceſſitus bellum
intulit,neque bellum adorſus eſt, niſi conſulto
domino,neque in inferenda ſed tantum depellẽ-
da iniuria lex virtutis eſt.cap. non eſt inferenda.
xxiij.quæſt.iij. Iuuat etiam hanc deciſionẽ quod
ſuprà ex.l.milites agrum.§.fi.ff.de re milita.ſcri-
pſimus de patre qui filium transfugam aut mili-
tiæ deſertorem magiſtratui offert, vt cũ filio mi-
tius agendum ſit,ne pater ad ſupplicium filiũ ſuũ
offerre videatur, tametſi à patre nõ oblatus aliàs
grauiter plecti deberet.l.ſi quis aliquid. in prin-
ci.ff.de pœn.& dicta.l.milites.manet ergo inter
patrem & filium indiſſolubile quoddam pietatis
officium,dicto.ca. j.xxx.diſtinct.quem omnino
cum ſua glo.lege,& dictum.§.primum. in auth.
de inceſ.nupt.nihil enĩ inter tam coniũctas per-
ſonas agendũ eſt,quàm ex pietatis officio.l.j. C.
de his quib. vt indig.auſer.hære.&.l.j.ff. de ob-
ſeq.patri.& patro.præſtan.quæ lex annotatione
45 digna eſt,inquit, † ſi quis filius patrem et matrẽ,
quos venerari oportet,cõtumelijs afficit,vel im-
pias manus eis infert, præfectus vrbis delictum
ad publicam pietatem pertinens pro modo eius
vindicat.Sed dicit vnuſquiſq; delictum nõ eſſe,
ſi filius in patrem patriæ hoſtem ſæuiat: intelligi
debere illam legem & ſimiles in patre nõ impio
in patriam, & liberos ſed quamuis impius & infi
delis ſit,tamen pater eſt, neque ob id deſerẽdus:
alioqui anathema ſit,dicto.c.j.xxx.diſtinct.& id
verius eſſe puto,quicquid alij dicant non tam pa
ternæ affectioni aut filiorum pietati quàm patriæ
fauentes,autoritate dictæ.l.minimè.ducti.

Alia & Septima limitatio ad regulã prius me-
moratam eſt propter ſexum. ratione enim ſexus
mitiganda eſt legis ſeueritas.l. quiſquis. §. ad fi-
lios. C.ad legem Iuliam maieſ.l.j.§.fina. C. de fal
ſa moneta. c.mulieres.extra,de ſenten. excõmu-
nica.l.regula.ff.de iur.& facti ignoran.§.j.in au-
then. de inceſ.nupti.colla.iij.dixi in.l.j.§.potuiſ-
ſe.ſuprà eodem titulo.

Octaua occaſione nobilitatis.l. j. ff. de cuſto.
& exhibitio.reo.c.Iulianus apoſtata.&.c. impe-
ratores.& pleriſque alijs canonibus. xj. q. iij. l.
aut facta.§.perſona.ff.de pœn.l.Pedius.ff.de in-
cend.rui.naufrag.l.ſed & ſi vnius.§.quædam.ff.
de iniur.§.ſi igitur,in auth.vt iudi.ſine quo. ſuf-
frag.collatio.ij.de quo dic vt per Luc.de Pen.in
l.mulieres.in.v.&.vj.colum. C.de dignita.li.xij.
Felin.in dicto.c.mulieres.& eundem Lucam de
Pen.in.l.vnica.C.de conducto. & procura. do.
Auguſt. lib.xj. Ex cuius dictis poteris pluribus
obiectis reſpondere, & iura inter ſe pugnantia
concordare.

46 Nona.Propter † hominis dignitatem.l. fin. C.
de iniur.l.decurionum. C.de pœ.l.milites. C. de
quæſtio.dicta.l.aut facta.§.pſona.in verbo, ma-
giſtratum.ff.de pœ.l.ſi adulterium cum inceſtu.
§.fin.verſic.ſi quis in honore.ff.ad legem Iuliam
de adulter.dicta.l.j.ff.de cuſtod.reo.tex. & glo.
in.c.j.in verbo, officio.extra, de cleri. venato. l.
presbyteri. C.de epiſco.& cleri.etiam ſi finita eſt
dignitas,& id in memoriam prioris dignitatis. l.
ſi.ff.de decurio.l.vnius.§.ſeruus.ff.de quæſtio.l.
ij. §.aduerſus.ff.de exceptio. doli. l. nihil. C. de
quæſtioni.

Decima,ratione ebrietatis.l. omne delictum.
§.ſina.ff.de re milita.l.lege Cornelia.ff.ad legem
Corneliam.de ſicar.c.ſanè.&.c.inebriarunt. vbi
per Archidia.xv.q.j. Copioſe per Henric. Bo-
hic in.c.à crapula.extra,de vita & honeſta. cleri-
co. Archid.in.c.ſexto die.xxxvj.diſtinctio.Luc.
de Pen.in.l.j.columna.ij. C.de eroga. milita.an-
no.libro.xij.

47 Vndecima. † Contẽplatione morbi. l. diuus.
ff.de offic.præſid.l.pœna parricidij.§.fin.ff.ad le
gem Pompeiam de parrici. l.infans. ff.ad legem
Corneliam de ſica.dixi in.§.ignoſcitur,ſuprà ea.
l. l.tam dementis. C.de epiſco.audien.cle.vnica.

de homicid.
Duodecima. Qui caſu hominem occidit. l. ſi
putator.ff.ad legem Aquiliam.l.in lege.ff.ad le-
gem Corneliã de ſicar.c.ex literis.&.c.exhibita.
extra,de homicid.§.ſi putator. inſtitu. ad legem
Aquiliam.l.penultima.ff.de incend.rui. naufag.
l.reſpiciendum.§.fina.ff.de pœ. Poſſet hic totus
titul.ad legem Aquiliam.ff.repeti. quem diligẽs
lector videat.
Decimatertia. Quando pro ſalute ſua tuenda
hominem occidit. l.is qui aggreſſorẽ. C.ad legẽ
Corneliam de ſicarijs.l.itaque.&.l.ſeq.ff. ad le-
gem Aquiliam.capitu. interfeciſti.extra, de ho-
micid. l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure. l. prima. C.
vnde vi.
48 Decimaquarta. † Quando hoſtis eſt reipubli
cæ vel diffidatus à lege vel ſtatuto,vt in.l.fin. C.
de maleſic. & mathema.cap.j.de homicid. in.vj.
l.prima. C. quando lice. vnicuique ſe ſine iud.
vindica.
Decimaquinta. Quando aliter apprehendi nõ
poteſt,qui propter aliquod graue delictum iuſ-
ſus eſt apprehendi.l.ſeruus. C. de his qui ad ec-
cleſ.confug.l.quemadmodum.§.penulti.ff.ad le
gem Aquiliam.l.ij.C.de deſerto.& occulta. lib.
xij.& dicta.l.ſi.C.de maleſi.& mathe.
Decimaſexta. Si filius forte iuſſus à patre, vel
ſeruus à domino,homicidium fecit. l. Gracchus.
C.ad legem Iuliam de adulter.l.ſeruus.C.de no-
xa.actio.hanc tamen intellige ſecundum. l. ſer-
uos.& quod illhic Cin.ſcribit.C. ad legem Iuliã
de vi publica.l.diuus.j.§. item ſenatus. verſic. &
quatenus. ff. ad legem Corneliam de falſ. ibi,
Nam ſeruos cum dominis ſuis parent neceſſitate
poteſtatis excuſari.hæc pauca nunc ſufficiant. cũ
rectus iudex non ſoleat aut debeat à legis autori
tate in pœnis infligendis diſcedere.l.fi.C.ne ſan-
ctum baptiſ.reiter.l.quicunq.in fi. C. de hæreti.
dicta.l.ſeruos.C. ad legem Iuliam de vi publi. l.
j.in fi. C.de deſerto.li.xij.l.ſi. in fi. C. de ſabricẽ.
lib.xj.l.placet in fin.C.de excuſa.muner. de quo
plenius in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his
qui notan.infa.l.& ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſ.
infa. irroge.
Ex his duabus regulis breuis cõcluſio elici po
49 teſt,quantum ad vaſalli quæſtionẽ. † an per par-
tis alienationem toto feudo priuari debeat,vt ri-
gor iuris aduerſus eum ſit propter feudi indiui-
duitatem,atque ob id vaſallum ipſo integro feu-
do priuandum eſſe, per ea quæ in prima regula
dicta ſunt,& de ea indiuiduitate. plenius dixi in
repetitione.§.Cato.in.l.iiij.ff.de verborũ oblig.
quia in indiuiduis non ſolet pœna diuidi, dicto.
§.Cato.& plenè notatur in. l. ſtipulationes non
diuiduntur.ff.de verborum obligatio.& in. l. ſi.
quis ab alio.ff.de re iudi. vide quæ ſcripſi in di-
cto.§.Cato.dicto.c.j.de prohibi.feu. aliena. per
Frederi.collatio.x.per quem tex.non tantũ pro-
hibitio ſit alienationis totius feudi, ſed & partis
feudi.alioquin cadat vaſallus à toto. & ille text.
videtur clarus. Magna autẽ æquitas eſt,vt in par
te tantum alienata puniatur,dicto.c.vnico,de va
ſal.qui contra conſtitu. Lotha.feud. aliena. & id
Rothomagi ſæpius obſeruatum eſt. Nam vſus et
conſuetudo prouinciæ ita obtinet vt feuda inter
fratres non diuidantur. Item alio capite cõſuetu-
dinis prohibentur ſeuda pro parte alienari rege
inconſulto. alioqui ſi diuidãtur,aut in parte alie-
nentur,& immediatus dominus negligat vaſallũ
feudum diuidentem punire, rex iuriſdictionem
feudi ad ſe aduocat.& in hoc feudi iuriſdictio va
50 ſalli cuius erat eſſe deſinit. † Dubitatum aliquã-
do eſt,an totius feudi,an verò partis alienatæ tã-
tum iuriſdictionem acquirat. Iudicatum eſt non
tantùm partem alienatam principem acquirere,
verumetiam totius feudi,cõtra dictum. c. vnicũ.
de vaſal.qui contra conſtit. Lotha. feud. aliena.
colla.x.l.reſcriptum.&.l.hæres qui ſalcidiam.ff.
de his quib.vt indig. vt pœna delictis commen-
ſuret. Sed id excuſari poteſt cùm Neuſtriæ vſus
ſeu conſuetudo vaſallos non prohibeat ſeudum
ipſum,ſed feudi partem vendere, & ideo excipi-
tur, vt dictum eſt ex eadem conſuetudine par-
tis feudi alienatione ne feuda diuidant. Ideo ſi pars
feudi alienatur in pœnam iuriſdictione feudo cõ
petente vaſallus priuatur, & ad ſuperiorem feu-
di dominum alienati feudi iuriſdictio reuertit,
inter filias autem hæredes ſeuda licitè diuidunt.
Aliter autem ex prædictis ad regulam primã
51 qua dictum eſt, † cum qui peccat in vno fieri o-
mnium reũ dici poteſt. Aut enim id in quo pec-
catur adeo eſt à toto indiuiduum ſeu inſeparabi-
le,vt diuiſum reddatur inutile aut deforme, & q
in parte peccat totum offendit,dicta.l. cũ eiuſdẽ
in fi.ff.de ædili.edict.dum ille tex.exemplum tra
dit de eo qui pares mulas vel comedos vel qua-
drigas emit,quia altera mula,aut equus, aut ſer-
uus inutilis redditur propter ſui paris defectum:
tenetur ad vtrunque.&.l.plerunque.verſic.ſi ſe-
parari nõ poſſunt,ſine magno incommodo &c.
& alijs.ll.ſuprà notatis.ff.de ædilit. edicto.dicta
l.quidam in iure.§.ſi.ff.de donatio.Si verò com
modè ſeparari poſſunt,aliter ſentiendum ſit, per
prædicta,& rationem.l.ſi quis ab alio.§.fina. ff.
de re iudi. Quibus addo.l.ſi quis poſthac in prin
cip.C.de bo.proſeript.& dictam.l. ſi non ſortẽ.
§.ſi centum.&.§.ſina.ff.de condictio.indebiti.
52 Sed cùm de iure ſeudorum † ex conſtitutione
Lotharij & Frederici imperatorum feuda ex na-
tura inueſtituræ & legis diſpoſitione indiuiſi-
bilia ſint. c.præterea.de prohibi.feu. aliena. per
Frederic.& ſortiori ratione contractus qui inter
dominum & vaſallum fit ita indiuiduus eſt, pro-
pter vaſalli iuramentum, & dominus ſpecialiter
ſibi per pactum & ex legis beneſicio quaſi con-
uenire videtur: cùm non tantum ſeudum, ſed &
feudi partem alienare lex prohibeat,dicto.c.j.de
prohibi.feud.alie.per Freder.colla.x. quæ legis
prouiſio

prouiſio etiam hominis defectũ ſupplet, vbi do-
minus ſpecialiter ſibi non cauit. l. ſi ob cauſam.
C.de euictio.l.fin. C.ſi manci. ita fuer. aliena. vt
manumit. Igitur qui partem feudi alienat, quaſi
totum feudũ alienauerit, punietur, in ipſo toto,
& ſic toto feudo priuetur. ſequere igit̃ quod ſu-
prà dictum eſt per dictum.ca.j. de prohibi.feud.
aliena. per Freder. &.c.j. de prohibi.feud.aliena.
per Lotha.colla.x.

Et prædicta iuuare poſſunt ad deciſionem
duorum aliorum articulorum quorum Bald.hic
meminit.

Primus eſt, an inſtrumentum in parte falſum,
erit in totum falſum.

Secundus eſt, In teſte in parte falſum deponẽ-
te, an tota eius depoſitio erit falſa iudicanda.

Vterque articulus eſt ſingularis, & gloſſ.in. l.
ij.§.ſina.in verbo, libri. C.de veter.iure enucleã.
meminit huius text. ad eorum deciſionẽ. & quia
quotidiani ſunt, & doctores in varias ſciſſi ſunt
ſententias, quas non ineleganter recenſet Alexã.
de Imola in.l.ſi ex falſis. C.de tranſactio.& Feli.
in.capi.fraternitatis.extra, de hæreti. Sed melius
quouis alio Alexã. in loco prædicto: quidquid
reperio ſuccinctè aperiam.

53 In primis Accurſ.vbique iſtius eſt opi. † vt in-
ſtrumentum in parte falſum non erit in reliquis
partibus falſum, dummodo quod ex inſtrumen-
to reſtat nõ ſit indiuiduum, aut inſeparabile, ſeu
omnino connexum cum ea parte quæ falſa eſſe
dignoſcitur. ita dicit in dicta.l.ſi ex falſis, in ver-
bo, firmis. C.de tranſactio. in dicta.l.ij.§.fi. in ver
bo, libri. C.de veteri iure enuclean. & in.l.fin. in
verbo, vitiatum. C. de edicto diui Adria.tollen.
mouetur Accurſ.primo per dictam.l.ſi ex falſis.
verſicu. ita demum. in his verbis, illa tantummo-
do cauſa vel pars retractetur, quæ ex falſo inſtru
mento compoſita conuicta fuerit, alijs capitulis
firmis manentibus.l.vnicam.§.penulti. C. de la-
ti.liber.tolle. in his verbis, ea inefficax. quan-
tum in eam partem remaneat. & intelligit verum
vbi articuli diuidui ſunt, ſecus ſi indiuidui.l.etiã.
54 §.j.ff.de minori.ibi, † Modeſtinus reſpondit, ſi
ſpecies, in qua pupilla in integrum reſtitui deſi-
derat, cæteris ſpeciebus non cohæret, nihil pro-
poni cur à tota ſententia recedi actor poſtulans,
audiendus ſit. & ita Accurſ. illhic diſtinguit & di
cit.l.cum eiuſdem.ff. de ædili.edicto. l. tutor. ff.
de minor.l.ampliorem.§.j. C. de appella.l. per
hanc. C. de tempo. appella. ſic debere intelligi.
ſimiliter.l.in hoc iudicis.ff.famil. erciſc. Accurſ.
in dicta.l.iij.in verbo, vitiatum. C.de edicto diui
Adria.tollẽ.addit tex. in.c.ex literis.extra, de re-
ſti.ſpolia.quia in eis forſitan tota vis negotij nõ
cõſiſtat.l.ſi vnius. C.de teſta. Sed melior eſt tex.
in.l.iubemus.eo.tititulo.ibi, vel in totum, ſi tota
hæredũ nomina fuerint prætermiſſa, vel in eius
hæredis inſtitutione, cuius nomen neque lingua,
neq; manus teſtatoris ſignificauit. Cui adde text.
in.l.cùm filius.§.hæres meus.ff.de leg.ij.ibi, nec
in totum falſum videri, quod veritatis primor-
dio adiuuarentur, authen. ex cauſa. C. de liber.
præter, vel exhæreda.ibi, Cætera nanque firma
permanent.gloſ.in.c.ſi ad ſcripturas.ix. diſtinct.
Addit.l.eum actum.ff.de nego.geſt.c. cum tem-
pore.extra, de arbi.c.dilectus. primo verſic. nos
facto eiuſdem legati illicito reprobato, quod eſt
licitum approbantes.extra, de præben.c.queſti.
ſunt.xvij.q.iiij. Et fuit opi.Ioã. Theoto.glo. de-
creti, in qua reſedit. In ea. opi.eſſe videtur Inno.
in capitu.fraternitatis.in princi.extra. de hæreti.
55 dicit † enim ſi in inſtrumento tabellio vel teſtis
admiſceat aliquam falſitatem etiam ſcientiæ, ni-
hilominus valet inſtrumentum, & teſtis depoſi-
tio dumtamen illa falſitas non tangat ſubſtantiã
negocij. vel circunſtantias eius de quo fit inſtru-
mentum aut teſtimonium. & ita Ioan.Fab. in di-
cta.l.ſi ex falſis. C.de tranſactio. Innoc.intellexit
in dicto.ca.fraternitatis. & addit Specul.in titul.
de inſtru.editione.§.poſtremo.verſic.quid ſi ali-
quid inſtrumentum addens.l.cùm quidam. &. l.
filius. §. fina. ff. ad legem Corneliam de falſi. &
idem ſentire videtur Hoſtien.in dicto.c.fraterni
tatis. & poſt eũ Ioan.Andr. alleg.c. ſignificauit.
extra, de reſcript. Sed apertius cum Accurſ. ſub-
ſcripſit ſe Gofri.in.c.eccleſia.ij.extra, de electio.
& Io.gloſſa in dicto.c.ſi ad ſcripturas. ix. diſtin.
ad confirmationem huius primæ opi. referri poſ
ſent, quæ plenè ab omnibus ſcripta ſunt in.l.j. §.
penul.ff.de verborũ obliga.in diſtinctione illius
brocardici, vtile per inutile vitiatur, cuius pleni
ſunt codices modernorum in illa.l.j. & vltra eos
vide Henricum Bohic in.ca.cùm ſuper abbatia.
extra, de offic.deleg.vbi in diſcuſſione eius quæ
ſtionem nunc occurrentẽ de inſtrumento in par-
te vitioſo ſeu falſo, an in toto vitioſum ſeu falſum
cenſeri debeat, aperit in.ij. colum. ſui cõmẽtarij.
& Din.in regula, vtile. de reg.iur.in.vj. huic ſen-
tentiæ conuenire videtur, quod ſcribit Barto. in
l. Aurelius.§.idem quæſijt.ff.de liber. lega. dum
de quæſtione per eum facta de cõfeſſione an ſcin
di debeat, diſtinguit articulos inſeparabiles &
cõnexos ab his qui diſtingui & ſeparari poſſunt
l.quingẽta.ff.de proba.l.ſiquidem. C. de excep.
Neque diſcrepat in hoc dictum gloſ.in.§.ſi verò
prætor hoc.in verbo, documentis.circa fi.glo.in
56 authen.de teſti.colla.vj.dum glo.dicũt † inſtru-
menta à condemnato tabellione facta, qui nõ ex
cauſa falſi condemnatus eſt, ſed quia inſtrumen-
tum contra legis conſtitutionem confecit, vt in
caſu.§.adhec.in authen.de non alienan. reb. ec-
cle.colla.ij.§.coges.in authen.de manda. princi.
colla.iij.§.callidis.de prohibi.feud.aliena. p Fre
deri.colla.x. & ſimilibus non vitiari eius inſtru-
menta.dicam aliquid infra. Accurſ.ſe ſubſcribit
Ang.Are.in tracta.maleſi.in verbo, falſariò.per
dictam.l.etiam.§.j.ff.de minor.cùm tot ſunt in-
ſtrumenta quot ſunt capitalia, argumento.l.ſci-

re.ff. de verbo.obliga.
Alia fuit opi. Bar. Brixien. in additione quam
fecit ad Ioan. Theoto. gloſſa. decreti, in dicto.c.
ſi ad ſcripturas.ix. diſtinct. Idem Brixien. in quæ
ſtionibus ſuis, & Archi. in dicto.ca.ſi ad ſcriptu-
ras. volunt vbique inſtrumentũ in parte falſum,
in totum falſum eſſe.l.ij.ff.de fide inſtrumẽ.mo-
uentur etiam quemadmodum & teſtis depoſitio
in vno articulo falſa, in totum falſa cenſenda eſt
capi.pura.iij.quæſtio.ix.dicto capitu.fraternita-
tis.extra, de hæreti. & dicunt Innocen. in dicto
capitu.fraternitatis.iſtius fuiſſe opi. Similiter in
capit.cum in iure peritus.vbi hoc expreſſe tenet
in.ij.columna.extra, de offi. delega. per dictum
capitu.ſi ad ſcripturas.ix.diſtinct.& dictum cap.
pura. Cum Innocen.eſt Hoſtien.& Anto.de Bu
trio in dicto capitu.fraternitatis & Henri. Bohic
in dicto capitu.cùm ſuper abbatia.colum.ij. ex-
tra, de offi. & poteſta.iudi.deleg.mouentur per
dictam.l.ij. §. finali. C. de veteri iure enuclean.
57 vt † maior ſit ratio infirmandi inſtrumentum
quàm librum vnum, qui plura continet capi-
ra & diuerſa, ſuntq; vt ſæpius contingit in li-
bris, plures ac plures articuli tractati. & tamen
illa lex vult librum totum improbari, vbi in
parte improbatur. ſimiliter dictum capitulum
fraternitatis. & capitu. ſanè. xvj. quæſtio.vij.ca
ſancta.xv.diſtinctio. Addit Anto. de Butrio
poſt Innocen. dictam. l. cum eiuſdem. ff. de
ædilitio edicto. capitulo. non liceat. de conſe-
cra.diſtinct. iij. Petr. de bel. perti. fuit eiuſdem
opin. in dicta. l. ſi ex falſis. C. de tranſactio.
motus vltra dicta per eos, per. l. ſi cui. §. hiſ-
dem.ff.de accuſatio.l.primam.ff. quemadmodũ
teſtamenta aperiantur. Cui conſentit Cin. in di
cta. l. ſi ex falſis. per dictam.l.in hoc iudicio.ff.
58 famil. erciſcun. & ratio eorum eſt, † quoniam
non debet notarius in inſtrumẽto quicquàm po-
nere, niſi quod in veritate vidit, & à contrahen-
tibus audiuit: quemadmodum nec teſtis.capitu.
teſtis.capitu.hortamur.iij.quæſt. ix. dicto capit.
cum in iure peritus.extra, de offi.delega. Marti.
antiquus gloſſator ſecundum Iaco.Butrig.in di
cta.l.ſi ex falſis.addebat aliam rationẽ: quia vbi-
cumque vna pars inſtrumenti reperitur falſa ſta-
tim inducitur ſuſpicio ad aliam inſtrumenti par-
tem. Alia ratiõe mouebatur: nam ſi propter vnũ
inſtrumentum falſum ab vno notario ſeu tabel-
lione confectum legitimè ſumatur falſi argumẽ-
tum ad aliud inſtrumentum per eundem nota-
rium factum, aut ſaltem falſi ſuſpicio.l.ſi quis ali
quid.C.de ſuſcepto.& arca.libro.x. quantoma-
gis dicẽdum eſt.vbi inſtrumentum in aliqua ſui
parte falſum inuenitur, vt præſumatur in omni
ſui parte falſum eſſe. Ad Butrig.addit Barto.l. ſi
quis ex argentarijs.§.j.ff.de eden.& Ange.addit
l.exemplo.C.de probatio.l.generali.C.de tabu-
la.libro.x.& Moder.addunt.capit. quanto. ex-
tra, de his quæ fiunt à præla.ſine conſen.capituli.

& hac ratione Paul. de Caſtr. ſubſcripſit ſe huic
opi.in dicta.l.ſi ex falſis. cum modificatione ta-
59 men. † dicit enim, in inſtrumento fidem notarij
ſummopere conſiderandam eſſe, quia ab eius fi-
de autoritas inſtrumenti dependet.c.quum Ioan
nes æremita.extra.de fide inſtrumen.c.quoniam
contra falſam.extra, de probatio.dicta.l. genera
li.C.de tabul.§.j.in authen.de tabel.colla. iiij. &
modificatio Pauli eſt, quando falſitas circa ſub-
ſtantialia inſtrumenti commiſſa eſt de qua ſtatim
dicam.& huic opi.inhærere dicit Ioan. Andr. in
dicto.c.fraternitatis.extra, de hæreti. tamen non
videtur perfectè Ioan. Andr.recenſere. verũ eſt
autem Ioan. Andr.in illo.c. fraternitatis. dicere,
pleroſque diſtinxiſſe.tamen illi opin. non adhæ-
ret, ſed ſubſcribit ſe primæ opi.Innocẽ. per eum
relatæ, quam dicit ſibi placere. Prima autem opi.
Innoc.eſt, quod inſtrumentum in vna parte fal-
ſum, in totum erit falſum. verum eſt autem Alex.
de Innocen. dicere in dicta.l.ſi ex falſis. exiſtima-
mare Inno.in dicto.c.fraternitatis, diuerſimode
à multis allegari, quaſi varius in eodem.c. eſſe vi
deatur Inno. ſed neq; recte lectus aut intellectus
eſt mea opi. Inno.qm̃ Inno.poſtq̃ varias docto-
rũ ſententias retulit, poſtremo primã ſententiam
quã primo loco poſuit, dicit ſibi placere, et ea eſt
quã ſuprà diximus, inſtrumẽtũ in parte vitioſum
aut falſum, in totum falſum eſſe. Cui conſentiũt
Hoſtien.& Anto.de Butrio.in dicto.c.fraterni-
tatis.& Archi.in dicto.c.ſi ad ſcripturas. & Ioã.
Andr.in apoſtil.Specul.in titulo de teſti.§.j. ver
ſic.item quod aliquid de ſuo.
Tamen vt ſuprà dictum circa dictũ Marti.an-
tiqui gloſſatoris Iaco.Butrig.in dicta.l. ſi ex fal-
60 ſis.diſtinxit, † aut, inquit, tabellio de falſo aliqñ
cõuictus eſt: ſi inſtrumenta poſtea cõficiat ſuſpe
cta redduntur.l.ſi quis aliquid. C.de ſuſcepto.&
archa.libro.x.Si autem priuſquàm de falſo dam
naretur inſtrumentũ de quo quæſtio eſt confece
rat, aut prius illud cõfecit inſtrumentũ de quo cõ
tenditur, q̃ illud cuius occaſione de falſo damna
tus eſt.& ob id præcedens inſtrumentum de fal-
ſo ſuſpectum non erit, Aut confecit inſtrumentũ
cuius cauſa & quæſtio agitur, poſtq̃ inſtrumen-
tum de quo falſi reus factus eſt, & de falſo con-
demnatus, & illud de falſo ſuſpectum reddit.l.ſi
cui.§.hiſdem.ff.de accuſa.l.non omnes. §. à bar-
baris. ff. de re milita. dummodo, vt ait Butrig.
ſententia in tabellionem lata fuerit: non ſi in
alium, vt pote producentem. l. & veteris. C.
de fide inſtrumen. & fortiori ratione ſecundum
eundem Butrig. dicendum erit, ſi in aliqua in-
ſtrumenti parte falſitas reperiatur. Nec obſta-
bit ſecundum eum. l. ij. §. finali. C. de veteri iu-
61 re enuclean. † quoniam liber qui de falſo argui-
tur quo ad ſuam formã dicitur indiuiduus. Præ-
terea ſecundũ eũdẽ Butrig. q̃dã reſpectu formæ
indiuidua ſunt, quæ aliàs diuidua ſunt.l.ſtipula-
tiones non diuiduntur.in princip. ff. de verborũ
obliga.

obligat.l. qui quadraginta. ff. ad legem falcid.l.
Græcæ.ff.de fideiuſ.Nõ mirum ſi liber in aliqua
ſui parte falſus,in totum falſus cenſendus ſit, di-
cta.l. ij. C. de veteri iure enuclean. multomagis
in inſtrumento dicẽdum eſt,per ſuprà dicta.Sed
ratio Butri.videtur contradicere, quoniam per
eam innuere videtur aliud in inſtrumento dicen-
dum eſſe,quàm in libro, vbi inſtrumenta diuer-
ſa continẽt capita:qm̃ per ſui formam & materiã
diuidua ſunt. & ideo Alexand. de Imola in di-
cta.l.ſi ex falſis.dicit imperfectã eſſe & male con
ueniẽtem huic quæſtioni Butrig. diſtinctionem.
62 & Bald.in dicta.l.ſi ex falſis.aliter diſtinxiſſe, †
aut inſtrumentum ideo ſuſpectum eſt,quia in eo
cancellatio ſeu raſura inueniatur:aut inſtrumen-
tum ſua prima figura ſeu inſpectiõe manifeſte fal
ſum eſt. Primo caſu aut cãcellatio circa indictio
nẽ eſt annui,aut tabellionis nomẽ vel partiũ no-
mina: & nullum erit inſtrumentum.l. iubemus.
C.de probatio.aut ſuſpicio in vno ſolo capitulo
eſt,non in alijs:& in eo tantum vitioſum erit in-
ſtrumentum.l.filius.§.ſequens.ff.ad legem Cor
neliam.de falſ. Si autem inſtrumentum non ſo-
lum ſuſpectum eſt,ſed falſum: & in totum nullũ
erit inſtrumentum,quoniam fides tabellionis in
iuramento eius conſiſtit,quãuis à ſuperioris de-
creto autoritatem recipiat.l.quædam. §.nummu
larios. ff. de eden. Scribendo igitur falſum fidei
fundamentum deficit,eo quod periurus eſt,nul-
lo igitur modo inſtrumento in aliqua ſui parte
credetur, niſi reliqua inſtrumenti capitula alijs
adminiculis adiuuarentur,dicta.l.iubemus. Sed
hæc Bald.diſtinctio non videtur eſſe vera, dum
de cancellatione loquitur: quia ſi cancellatio in
vno capitulo ſuſpecto ſit, & aliter de voluntate
contrahentium non apparet quàm per ipſum in-
ſtrumentum,in totum nullum erit ipſum inſtru-
mentũ.l.fina. C.de edic.dic Adria.tollen.Ideoq́
in cognitione iudicis eſſe debet huiuſmodi can-
cellatio,an propter eam inſtrumentum in totum
vitiari debeat.l.ſi vnus. C. de teſtamen. l. in lege
Aquilia ſi deletum.ff. ad legem Aquiliam. l. di-
uus.§.item ſenatus.ff.ad legem Cornelã de falſ.
63 Quid † enim ſi quod aſſcriptum eſt inſtrumen-
to,aut deletum manu domini,vel illius qui con-
firmare poteſt ſubſcriptum eſt, vel aliter appro-
batum id falſum iudicandum non erit, per illum
tex.&.l.primam.in princi.ff.de his quæ in teſta.
delen.licet plerique dicant.l.fin.C. de edic. diu.
Adri.tollen.in ſuo caſu intelligendam eſſe, vide
licet dum agitur poſſeſſorio non ſi agatur petito
rio.Sed iſta conſideratio inutilis eſt,per illam.l.
primam.&.l.cancellauerat.in fi.ff.de his quæ in
teſtamen.delen.ibi,in ambiguo tamen interpre-
tandum erit,& legata deberi,& cohæredum in-
ſtitutionẽ infirmandam non eſſe. Similiter in. l.
iubemus.§.quod ſi non fuerit. C. de teſtamẽ.vbi
non totum erit reuocatum,ſed ea pars tantũ quæ
cancellata eſt.c.ex literis.extra,de fide inſtrumẽ.
quibus adde.l.ſi chirographum.ff. de probatio.
Sed ſi illos tex.euitare velis,dicas intelligi de in-
ſtrumento non ab ipſo notario,ſed ab ipſo teſta-
tore cancellato. Quare ad teſtatoris voluntatem
interpretandam recurrendum eſſe, & pro ea par
te qua voluit iudicium ſuum infirmari. Sed non
concludit hæc ratio:quoniam dicta.l.cancellaue
rat.in fi.loquitur quando per teſtes teſtamenta-
rios morientis voluntas probari non poteſt. Idẽ
in dicta.l.ſi chirographum.Sed in ambiguo ſoli-
dum erit inſtrumẽtum,& vt ſuprà dictum eſt,iu-
reconſulti reſponſio vera & iuſta eſt, vt ea pars
tantum quæ cancellata eſt, reuocata eſſe videat̃,
64 & † ratio eſt,quoniam præſumẽdum eſt teſtato-
rem eam tantum partem voluiſſe cancellare quæ
ſibi non placebat, reliquis teſtamenti partibus
firmis manentibus:cùm in facultate eius fuerit to
tum teſtamentum cancellare vel pro non ſcripto
habere ſi voluiſſet.ſic enim interpretatio facien-
da eſt vt voluntas teſtatoris potius conſeruetur
quàm pereat.l.iij.&.l.ſi ſecũdum.ff. de teſtamẽ.
milita.l.j.C.de codicil.& in hoc.l.ſi vnus. C. de
teſtamen.rectè conſideranda eſt,in his verbis,de
his quæ interleta ſiue ſuprà ſcripta dicis, non ad
iuris ſolennitatem,ſed ad fidei pertinent quæſtio
nem.vt ſi inconſultè an verò falſò, alioquin calũ
nioſa ſcriptura iudicãda eſt tota ſi falſo deleta eſt
l.ij.ff.de fide inſtr. & dicta.l.iubemus. C.de pro-
batio.hoc probari videtur in.l.vnica.§.ſi hæres.
ff.ſi tabul.teſta.nul.exta.in his verbis, vel cancel
latæ,vel qua alia ratione teſtator voluntatẽ mu-
tauerit,ſed in inſtrumento quod à fide & autori
tate tabellionis dependet,ſecus dicẽdum eſt:præ
ſertim vbi raſuræ in loco ſunt ſuſpecto. Non eñ
fieri poteſt quin notarij fides arguatur.neq; ob-
ſtare poteſt dicta.l.cãcellauerat. ff. de his quæ in
teſtamen.delen.quoniam in ea non de validita-
te teſtamenti,ſed de teſtatoris voluntate tantùm
quæſtio erat,id eſt, an teſtator voluerit propter
cancellata à ſe in ea teſtamenti parte, qua aliqui
hæredes nominati ſunt, totum ipſum teſtamentũ
reuocare:non quod cancellatio à notario, qui te
ſtamenti inſtrumentum confecerat, facta fuiſſet,
neque quod de ipſa cãcellatione dubiũ aliquod
eſſe poſſet,quia certum erat, cãcellationem teſta
menti ab ipſo teſtatore ſeu ex teſtatoris volunta
te factam fuiſſe:quare illa.l. obſtare non poteſt.
Hæc reſponſio conuenit.l.iubemus. C. de teſta.
quoniam omiſſio quæ in illo teſtamento cõtige-
rat,non tabellionis ſeu notarij, ſed teſtatoris fa-
cta fuit.hoc ille text.probat. Primò,in illis ver-
bis,quod ſi non fuerit obſeruatum,& nomẽ hæ-
redis vel hæredi non fuerit manu teſtatoris ſcri-
ptum vel voce coram teſtibus nũcupatum: hoc
teſtamentum ſtare minime patimur. & verſi.ſeq.
ibi,vel in eius hæredis inſtitutione, cuius nomen
neque lingua neque manus teſtatoris ſignifica-
uit. Ex his ad.c.ſi eo tempore.de reſcrip.in.vj.re
ſponſio patet,cuius meminit Felin. in.c.ex lite-

ris.circa fi.verſicu.nota.vij.extra,de fide.inſtru.
quoniam in illo.c.omiſſio facto impetrantis con
tigerat:quare non poterat aliter concedentis vo
luntas interpretari quàm cum cauſa & qualitati-
bus expreſſis,& plurimum,vt dixi,opi.Bal. ob-
ſtat.l.iubemus.C.de probatio.ſecundum veram
65 illius legis ſenſum. † vult enim illa lex ſcripturã
in iudicio productam in totum nefariam eſſe,ni-
ſi in omni ſui parte veritas aſtructa fuerit,& eam
calumnioſam totam dicit.l.ij.ff.de fide inſtrum.
Similiter.l.filius.§.ſequens quæſtio.ff. ad legem
Corneliam de falſ.de eo qui ſeruo communi vel
ſibi & Titio vel ſocio legatũ in teſtamẽto aſſcri
pſit.nõ enim poterit huiuſmodi aſſcriptio etiam
ſocio ꝓdeſſe.& ait ille tex.ita adducit ipſe Mar-
cellus quemadmodum ſocio debebitur ſi quaſi
falſum nomen ſerui ſubducitur. quaſi dicat ille
tex.ſecũdum Accurſ.& recte,nihil ſeu nullo mo
do.& in capite.§.quæſtio erat vtrum in totũ pro
non ſcriptum ſit,an quãtum ad eum tantum qui
aſſcripſit.

Et quamuis Bald. in dicta.l.ſi ex falſis. C. de
tranſactio.dicat Inno.in dicto.cap.fraternitatis.
extra,de hæreti.diſtinguere,an capitula ſint ſepa
rata,an verò connexa,vel vnum nõ eſſe de eſſen
tia aut ſubſtantia alterius,vt in exemplo gloſſ.in
dicta.l.ij.C.ad legem Corneliam.de falſ. dũ tex.
66 dicit † non eſſe morandam debiti ſolutionem ſi
in aliqua parte dicat inſtrumentum eſſe vitioſum
ſeu falſum, videlicet in fideiuſſore, vel pœna in
inſtrumento adiecta:quia in reliquis pars fatetur
inſtrumẽtum verum eſſe.In primis vt dixi ſuprà
Inno. licet nonnullorum diſtinctiones recenſcat
ab eis autem diſcedit.Cæterùm verum eſt vbi ex
confeſſione partis expreſſa vel tacita cõſtaret re-
liquam partẽ inſtrumẽti verã eſſe nulli dubium
quin recipi debeat,& admitti,dicta.l.ij.C. ad le-
gem Corneliam de falſ.argumento eſt cle.conſti
tutionem.extra,de electio. Ita moder. notant in
l.ſi duo patroni. §.idem Iulianus.colũ.ij.ff.de in
reiuran.c.cum Ioannes.§.adhoc .verſi.quoniam
cum vtraque pars.extra,de fide inſtru. vel ſi per
teſtium depoſitionem ſimiliter conſtaret in reli-
quis verum eſſe inſtrumentum, dicta.l. in lege
Aquilia ſi deletum.ff.ad legem Aquiliam.l.qui-
dam tabularum.§.fina.ff.de furt.l.chirographis.
ff.de adminiſ.tutor.l.teſtium. C. de teſtib. dicto
c.cùm Ioãnes.verſic.& ex depoſitionibus teſtiũ.
extra,de fide inſtrumen.Sed id non vi inſtrumẽ-
ti,ſed teſtium depoſitionis.& idem notat Innoc.
in.ca.j.extra de fide inſtrumen.vbi addit aliud ſi
per collationẽ alterius ſcripturæ vel ſubſcriptio-
nis eiuſdemq́ aduerſarij & teſtium, qui ſubſcri-
pſerunt,inſtrumenti veritas probaretur.l. inſtru
mẽta.C.de fide inſtrumẽ. dummodo non minus
quatuor teſtes.in ea ſcriptura ſubſcripti ſint.§. ſi
quis igitur.in authen.de inſtrumen.cautel. & fi-
de.colla.vj.ſed ille tex.tres tantum teſtes deſide-
rat.Idem in.l.comparationes.C.de fide inſtrum.

Sed pro Inno.facit.l.teſtiũ.C.de teſti. que quin-
que teſtes requirit. ſed id locum habet vbi dici-
tur,ſcripturam interueniſſe,ſed non extare.

Bal.autem in.l.quamuis.C.de fideicommiſ. li
ber.aliam nonnullorum interpretum diſtinctio-
nem recenſet,tametſi plerique ſecundum eũdem
Bald.dicant inſtrumentum falſum in totum eſſe
iudicandum vbi in parte falſum erit. Cuius opi.
67 ſecũdum eum fuit Oldra. † quia ſtatim periurus
eſt notarius.Ideo in nulla inſtrumenti parte ido-
neus teſtis eſſe poteſt.Similiter & Bart.in.l.Au-
relius.§.idẽ quæſijt.ff.de liber.lega.dicit Oldra.
ita ſentire,ſed Bartol. neq́ vnum neque alterum
aſſerit,in dicto.§.quæſijt.imò ipſe idem Bart. ali
ter diſtinxit in dicta.l.ſi ex falſis.C.de trãſactio.
vt ſtatim videbimus.Nunc ad Bald.diſtinctionẽ
reuertamur. dicebant,inquit Bald.nonnulli anti
qui,Aut raſum eſt inſtrumentum, & ſuſpectum
erit,quia vbi inſtrumentum in aliqua parte eſt ra
ſum vel falſum,omnino erit falſum,licet non ple
nè de dolo conſtet.l.ſi vnus.C.de teſtamen.quã-
quàm alij dicant vtile per inutile non vitiari.l.j.
§.ſed quod ſimpliciter.ff.de verborum obliga.l.
ij.C.ad legem Corneliam de falſi. & Bald. hanc
vltimam opi.veriorem eſſe dicit,etiã ſi in aliqua
parte raſum ſit inſtrumentum: quo enim ad alia
non raſa ſumum manere debet. multomagis de
68 inſtrumentis poſtea confectis dicendũ eſt † quã-
diu enim in officio notarius tolerabitur, inſtru-
menta ſuſtineri debent. l. Barbarius. ff. de offic.
prætor.Alexan.addit gloſ.in.§.penul. in verbo,
documẽtis.in authen.de tabel.colla.iiij.& quod
ipſe notat poſt Barto.in.l.eadem.ff.ad legem Iu
liam repetundarum.Sed hoc Bald.dictum fortè
procederet vbi diuerſa facta ſunt ab eodem ta-
bellione inſtrumenta,quæ nullam communitatẽ
inter ſe habent aut coniunctionem, quo caſu o-
mnia per eum interim facta donec de falſo argua
tur,ſuſtineri debent,ne ſub publica fide contra-
hentes circũducerentur.l.iij.ff.ad Macedo.dicta
l.Barbarius.ff.de offi. præſi. licet ob tabellionis
periurium vt falſa aut ſuſpecta accuſari poſſunt.
c.inter dilectos.extra,de fide inſtrumẽ. Nõ ob-
ſtat.l.ſi aliquid.C.de ſuſcept.& arca.lib.x. quo-
niam verum eſt cõuicto tabellione in officio,am
plius in eodem officio tolerandum non eſſe. ſed
ſi iudex in eo permanere admittat, non debent
inſtrumenta interim facta,quàm amoueatur, aut
de crimine condemnetur,improbari, maximè ſi
publicè exercere ꝑmittatur,dicta.l.iij.ff.ad Ma-
cedo.§.vt tamen.in fi. in authen. de tabel. colla.
iiij.ibi,ipſis tamen documentis propter vtilitatẽ
contrahentium non infirmandis.et licet Moder.
Papien.in.l.Barbarius.viij.colum.verſus fi. ibi,
extra gloſſam quærit hic Bart.ff.de offi. prætor.
dicat illum tex.in vero tabellione loqui: certè il-
la moderatio admitti non poteſt:quoniã ille tex.
intelligitur de tabellione qui alium quẽ lex per-
mittebat ad conficienda inſtrumenta præpoſuit.
quæ

quæ demum laudauit & approbauit: neq; is qui
inſtrumentum ſeripſerat tabellio erat, & tamen
eo quod publicè contra legis autoritatē alterius
quā publicæ perſonæ opera, id eſt ſeriptore à ſe
ſtatuto ſeu commiſſo permittebaturvti, hac ratio
ne imperator documenta ſeu inſtrumenta infir-
mari noluit propter contrahentium vtilitatem.
& in hoc verior eſt Bart. ſententia in dicta.l. Bar
barius. & ita notat Innoc. in.c.j.extra, de ſide in-
ſtru. Idem Innocen. in capit. fraternitatia. extra,
de hæreti. per. c. nónne. viij. quæſt. vlti. &.l. j.C.
de teſtamen. & per illum. §. vt tamen. in authē. de
tabel.colla. iiij. puto ſatis eſſe factum omnibus
argumentis quæ in cōtrarium à Papien. Moder.
pro ea opi. adducebantur quam communē opi.
69 eſſe aſſerebat. ex illo enim tex. clarè cōſtat. † Nā
cuicunque tabellioni permittitur vnum tantùm
& non plures delegare, qui documēta aut inſtru
menta in ſtatione ſua conſiciat. & ſi ſecus ſecerit,
in pœnam incidit expreſſam in. §.j. eiuſdem titu-
li. de tabel.colla.iiij. Si autem contrafecerit, quia
alterum delegauerit, pœnæ tabellio ſubiacebit,
& nihilominus inſtrumenta manebunt. & ſic à
tabellione, non autem à principe is qui inſtrumē
tum confecerat autoritatem receperat. Non ob-
ſtat. l. actuarios. C. de numera. & actua. lib. xij. &
ſimiles quæ non loquuntur in eo qui publicè
pro tabelliōe habebatur, ſed de eo tantū qui offi
cium notarij ſeu numerarij ſua non principis aut
præfecti Conſtantinopolitanæ vrbis autoritate
agere voluit. & ita intelligi debet illa. l. actua-
rios. dicta.l.j. C. de teſtamen. & dicta. l. iij. ff. ad
ſenatuſconſ. Macedo. Secundò, Quātum eſt ad
caſum propoſitæ quæſtionis ſeu diſputatiōis ali-
ter ad dictam. l. actuarios. C. de numera. et actua.
li. xij. reſponderi poſſet, vt intelligatur de eo qui
nullo vnquàm tempore tabellio ereatus eſt: in
quibus terminis firma manet communis illa do-
ctorum diſputatio, quæ de palatino notario ſit,
per. l. Herennius. ff. de decurio. Cuius quæſtiōis
meminerūt omnes quotquot ſeripſerunt in. d.l.
Barbarius. &.l.j. C. de teſtamen. vbi ab Alexan.
& alijs moderníoribus commemorantur plures
qui huiuſmodi quæſtionem lōgo ſtylo tractaue-
runt. Cæterùm hanc euaſionem attingere non cu
70 ro: quoniam cum Innocen. ſentio, † vt is qui diu
publicè habitus eſt tabellio, & ſub officij publici
velamine, iudice permittente ſeu non prohiben-
te, populo etiam nō reclamante, ſed ſua induſtria
paſſim vtēte, corā eo plura cōfecerit inſtrumēta,
vt valeant eius inſtrumenta propter vtilitatē pu-
blicam, dicto. §. vt tamē. & per ea quæ dicta ſunt
ſuprà ea. l. §. verum. per illū tex. in his verbis, po-
terit propter hoc quod in commune vtile eſt ad
libertatem peruenire. & rationem dictæ. l. iij. ff.
ad Macedo. & dictæ. l. Barbarius. ff. de uffi. præ-
tor. & ita ſenſit Bald. in dicta. l. ij. C. de fideicom
miſ. liber.

Non obſtabūt reliqua quæ in oppoſitū tam à
Bar. Bal. Sali. & ſequacibus in contrarium reſe-
runtur: In primis dum dicitur, priuatorum cōſen
ſum non poſſe quem iudicem facere, qui non eſt
l. priuatorū. C. de iuriſdi. omnium iudi. Secūdò,
Non poſſe eum tabellionem eſſe, qui à principe
autoritatē nō recepit. l. probatorias. C. de diuerſ.
offic. lib. xij. c. cū P. tabellio. extra, de fide inſtru.
licet diu officio debita ſalaria ſuſceperit. l. Herē-
nius. ff. de decurio. l. iudices. C. de dignita. li. xij.
Tertiò, dum dicitur, eum qui tabellionatus agit
officiū, cū non ſit, ſalſum cōmittere. l. eos. §. qui
ſe. ff. ad. l. Cor. de falſ. Quartò, Prupter omiſſio-
nē formæ, cùm de actus ſubſtantia eſt, non poſſe
actum validari. l. ſi qua per calumniā. C. de epiſ.
& cleri. l. cū hi. §. ſi prætor aditus. ff. de tranſctio.
Quintò, Arguendo à ſimili de eo qui ſeruitutem
in alterius fundo ſibi dicit cōpetere, licet in quaſi
ſit poſſeſſione ſeruitutis, & conuentus negatoria
ſuccumbit, vbi titulum cunſtitutæ ſeruitutis non
producit ſeu probat. l. ſicuti. §. ſi quæraī. ff. ſi ſer-
71 uit. vēdi. l. ſi prius. ff. de no. oper. nūcia. † Sextò,
Sicut non valent ea quæ ab eo qui tutor eſſe pu-
tabitur in pupilli præiudiciū. l. ij. ff. de eo qui pro
tutore neg. geſ. l. qui neque. ff. de reb. eo. qui ſub
tutela vel cura ſunt, quarū meminit prius eis Io.
Fab. in. §. ſed cùm aliquis. inſtitu. de teſtamē. con
firmans per eas Dini ſententiam in dicta. l, Herē
nius. ff. de decurio. Quibus addit. l. ſi. C. ſi à non
competē. iudi. Similiter nec ea quæ à notario ſeu
tabellione putatiuo facta erūt, valere debēt. Se-
ptimò, quantuncunq; quis in quaſi poſſeſſione
alicuius priuilegij ſit, ſi de priuilegio nō doceat,
nihil agit. c. cùm perſonæ. de priuileg. in. vj. cap.
ad decimas, de reſtitu. ſpoliato. eodem libro. Et
ſanis hoe vult dicta. l. Herennius. ff. de decurio.
Quibus omnibus vnica ſolutione reſpondetur:
quoniam intereſt reipublicæ ne ſub ſide publica
tot & tantæ perſonæ circunueniantur, que mul-
tam iacturam paterentur, ſi fortè contingeret tot
inſtrumenta annullari, per illos tex. licet ad dictā
l. Barbarius. ff. de offi. prætoris ſecundum eos di
uerſimodè reſponderi poſſet. Primò quod in il-
la. l. Barbarius, ab eo prætor ereatus fuerat, qui
ereandi poteſtatem habebat, videlicet à populo
Romano, quæ reſponſio in eadem. l. rectè pro-
bari videtur, dum ille tex. ait, cùm etiā potuit po
pulus Romanus ſeruo decernere hāc poteſtatē.

Aliter Barto. reſpondet in dicta. l. actuarios.
C. de numer. & actua. libro. xij. Cuius diſtinctio
nem ſequitur omnino illhic Ioā. de Pla. dicit eñ,
aut is qui electus eſt, ſolenniter electus eſt, licet
fortè capax non ſit: & ab eo geſta rata erunt, cū
ſint publicca, dicta. l. Barbarius. quandoque ali-
capax eſt officij, ſed ſolenniter electus non
eſt: & ab eo facta irrita ſunt, dicta. l. actua-
rios. huic ſolutioni adhærent Moderni in di-
cta. l. Barbarius. poſt Bald. & ratio, ſecundum
eos, eſt, quoniam maior defectus eſt formæ
quàm materiæ. lege, an inutilis. §. primo. ff. de

acceptila. & hæc fuit diſtinctio Guliel. de cun. in
d. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & Iaco. de bel
lo viſ. in. §. & hanc non pecunijs. in auth. quomo
do opor. epõs. colla. j. vbi Iaco. de bel. viſ. hunc
noſtrum articulũ indiſcuſſum reliquit, & remit-
tit ſe ad ea quæ ſcripſit in. l. ij. in quæſtiõe ꝑ eum
illhic diſputata. C. de ſenten. & interlocu. omniũ
iudi. Nicol. Spinel. in dicta. l. actuarios. circa hũc
articulum ſenſit cum Innoc. in eo quod geſtũ eſt
ab eo qui publicè officialis habebatur. Adde Ci-
nũ in. l. decernimus. C. de ſacroſanc. eccleſ. Din.
in. c. j. in. vij. quæſtione de reg. iur. in. vj. Sed hæc
72 conſideratio nõ videtur vera, † quoniam alterũ
vitiorum in electione contingens vitiat electio-
nem, ſufficit enim quod in materia aut in forma
peccatum ſit. c. quia propter. c. innotuit. c. per in-
quiſitionem. c. cùm in cunctis. e. officij. c. quũ ad
magiſtrum. ca. nihil eſt. & pleriſq; alijs. cc. extra,
de electio. non tantum. ff. de decurio. l. cùm præ-
tor. ff. de iudi. Plus dico in dicta. l. actuarios. non
tantùm in forma peccatum fuiſſe, ſed duo impe-
dimenta concurriſſe, quæ illis actuarijs obſiſte-
bant ſecũdum Lucæ de Pen. interpretationẽ ſeu
emendationẽ quã ad illũ text. fecit in his verbis,
non aliter niſi vbi conſueuerant. cõmunes eñ co
dices ſic habẽt, nõ aliter niſi vt conſueuerãt. & in
hoc ille text. eſt annotatiõe dignus, vt nõ debeãt
iudices permittere in prouincijs, in quibus com-
mittunt, noua creari officia ſeu nouos officiales
ordinari: & præſertim in locis in quibus ab anti-
quis nulli commiſſi ſunt: niſi ſpecialiter princeps
iuſta cauſa literis expreſſa ſecus ſanxerit princi-
paliter. & hi, qui ſic ad noua officia à principe vo
cantur, debẽt ea à principe obtinere, & princeps
diploma ſua manu ſubſcribere debet. l. probato-
rias. C. de diuerſ. offi. libro. xij. Ex quibus verbis
aliud & ſecundũ reſultat, vt hi qui ſic officia non
ſunt conſecuti prohibeantur omnino exercere,
irritis his quæ vetita cõtractauerint. ſimiliter no-
tatur in. l. in prouincijs, & l. in his. C. de diuerſ.
offi. lib. xij. & ſic non tantum defectu ſolennita-
tis prohibentur actuarij exercere, verumetiã de-
fectu autoritatis, quia à principe non obtinue-
runt. & ideo à quocũque obtinuerint, niſi à prin
cipe conſequentur, prohibendi ſunt, dicta. l. in
his. & dicta. l. probatorias. C. de diuerſi. iudi. lib.
xij. quocũque enim tempore officium exerceat,
non ob id quod exercuit tabellio cẽſendus erit,
d. l. Herẽnius. ff. de decurio. e. cùm. P. tabellio.
vbi plenius per Felin. extra, de fide inſtrumen.
Nec in conſideratione eſſe poteſt, ratio cuius ſu
prà meminimus, Barbarium Philippum fuiſſe à
73 populo deſignatum prætorem, concedo, † ſed
non ex hoc quod à populo ignoranter ſuffectus
eſt, confirmatur quod fecit, neque vlli dubium
eſſe poteſt, ſi ſcienter à populo, cui id ius confe-
rendi ſeu inſtituendi huiuſmodi officia compete
bat, factum fuiſſet, potuiſſe ex cauſa legis prohi-
bitioni derogare, per dictam. l. Barbarius. l. vni-
cam. ff. de offi. cõſul. plenè in. l. ij. §. exactis. ff. de
origi. iuri. §. conſtat. inſtitu. de iure natur. & ar-
gumento eſt. l. quidam conſulebant. ff. de re iu-
di. c. cùm vigeſimum. extra, de offic. delega. Sed
hæc non fuit illius legis præcipua conſideratio,
ſed ſubditorum vtilitas, qui apud eos egerunt.
licet in illo text. dicatur, cùm etiam potuit popu-
lus Romanus ſeruo decernere hanc poteſtatem.
Similiter in dicto. §. vt autem. in authen. de tabel
lio. Non tamen hæc vtilitas tanti effectus erit, vt
tabellionem ſeu iudicem faciat, qui fieri non po-
tuit iudex ſeu tabellio lege reſiſtente, licet iudicã
tis ſeu tabellionis munere ſunctus ſit: vt plenius
notat Inno. in. c. cùm P. tabellio. extra, de fide in
ſtrumen. per. l. j. & ſi. C. de emancipa. liber. No-
tat Alex. in. l. j. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſ
dic. Bal. & Moder. in. l. imperium. ff. de iuriſd. o-
mnium iudi. dicto. §. j. in auth. de tabel. colla. iiij.
& in hoc retorqueri poteſt in eos dicta. l. an inu-
74 tilis. in princip. ff. de acceptila. † licet enim acce-
ptilatio nomen non accipiat niſi formiter id eſt,
præcedente ſtipulatione & ſubſecuta reſponſio-
ne facta fuerit. §. item per acceptilationem. inſti.
quib. mod. tolli. obliga. l. j. ff. de acceptila. non ta
men exiſtentiam pacti tollet, ſi conſenſus partiũ
appareat, dicta. l. an inutilis. in princip. l. ſi vnus.
§. pactus ne peteret. ff. de pact. & id pro benefi-
cio cõtrahentium ſimiliter dici poteſt, in his quæ
ab eo geſta ſunt, qui formiter tabellio creatus nõ
eſt, quia in materia peccatum eſt, ſed id propter
contrahentium vtilitatem receptum eſt. Nam ve
rum eſt dicere, id quod per eos ſcriptum eſt, ſic
fuiſſe inter partes conuentum. & ideo ſi alio me-
dio conuentio non arguatur, firma erit: quia ve-
re ſic actum & conuentum eſt, dicto. §. vt autem.
& duobus ſenatuſconſultis in ſimilibus iudicare
vidi. legibus enim regijs, quas ordinationes vo-
cant, inſtrumenta coram notario eccleſiaſtico fa-
cta paratã nõ habent executionem: ſimiliter nec
inſtrumenta coram tabellione non regio, ſed al-
terius inferioris à principe & poteſtatem haben-
tis creandi tabelliones confecta non poſſunt ex-
tra territorium ſeu diſtrictum iuriſdictionis vel
in non ſubditos executionem præparare. dubita
75 tum aliquando fuit, † an illa inſtrumenta quæ
paratam non habent executionem inter non ſub
ditos ſeu extra eorum territorium, vim tamẽ ſim
plicis ſcripturæ habeant, operenturq; ad contra-
ctus ſeu pacti probationem inter partes. & vſu
iudicum regiorum obſeruari conſueuit, illis ro-
bur præberi decreto à regijs iudicibus mandato,
cuius & autoritate huiuſmodi inſtrumenta de-
mandari ſolent, ſalua tamẽ partis oppoſitiõe ſeu
contradictione, qua ſubſecuta dies à ſeruiente di
ci ſolet, quo partes coram iudice regio compari-
turæ ſunt de iuribus ſuis allegaturæ. & ad id vi-
de quæ ſcribit Felin. in dicto. c. cùm P. tabellio.
xij. xiij. & xv. quæſtio. & Bald. in. l. exemplo. C.
de probatio. Idem Bald. in. l. j. C. de ſumma trini
ta. & fide

ta.& fide catholica.& Rota deciſi.ccxcij.incipiẽ
te inſtrumenta.Bartol.in.l.prima.ff.de offi.pro-
conſul.& lega.Bald.in.l.repetita.per illum tex.
C.de epiſco.& cleri.Moder.plenè in dicta.l.im-
perium.&.l.ſina.ff.de iuriſd.omnium iudi.indu
centes ad id.l.quicunque.C.de execut.& exact.
libro.xij.l.hac parte.C.de proxi.ſacro.ſcrinio.
libro.xij.§.j.in authen.de adminiſt.offi.collatio.
iij.meminit Ioã.Fab.in dicto.§.ſed cùm aliquis.
inſtitu.de teſta.

Reliquis autem argumentis vnica ſolutione
76 reſponderi poteſt, † quia verum eſt priuatorum
conſenſu tabellionem creari non poſſe, ſed ſola
principis autoritate: & aliter creatum non poſſe
inſtrumenta conſicere, ſed non tam propter ſor-
mæ omiſſionem quàm ob autoritatis defectum, per
ea quæ ſuprà dicta ſunt.& ob id Bald.poſt Petr.
in.l.ſi ſolennibus.C.de probatio.dicit non pro-
bari priuilegiũ per vſum priuilegij,ſed per iuſtũ
titulum,id eſt,inquit Bart.per autoritatem con-
cedentis.c.ſuper quibuſdam.extra,de verb.ſig.
l.j.&.ij.C.no.vectig.impa.nõ poſ.c.innouamus
extra,de cẽſi.Luc.de Pen.in.l.viros.C.de diuer.
offi.lib.xij.Neq; ad officij confirmationẽ ſuffice
re ſalarij ſuſceptionẽ.d.l.Herennius.ff.de decu-
rio.& ſi ſecus obtineat,falſum cõmittit, & ob id
puniendũ ſeu plectendum eſſe,dicto.§.j.in auth.
de tabel.colla.iiij.& pleriſq; alijs legibus ſuprà
notatis.Non tamen inſtrumẽta retractari debẽt,
quæ ab eo confecta ſunt,qui publicè cum cõſciẽ
tia iudicum & totius populi & partibus ita corã
eodẽ conuenientibus habebatur,vt tabellio.ne-
que aliter illæ leges intelligendæ ſunt,ſed ſic cõ-
cordãdæ: quippe cùm ſatis ſit dicere,in lege aut
ſenatuſconſulto aliter ſcriptum nõ eſſe.l.iij.§.fi.
ff.de præuari.§.optimum.in authen.de nõ elig.
ſecundò, nuben.colla.j.&.l.fi.C.de cõſulib.li.
xij.& idem tenet Ioã.Fab.in.§.ſed cùm aliquis.
colum.pen.inſti.de teſta.& rectè,quamuis dicta
l.actuarios.C.de muner.& actuar.aliter velle vi
deatur in his verbis,profectò irritis his quæ veti
ta contractauerit.Cui concord.l.in his.C.de di-
uer.offic.lib.xij.Quibus ſuprà conueniens datũ
eſt reſponſum,quod et Lucas de Pen.admittit in
dicta.l.actuarios.& prædicta omnia potiſſimè in
grauioribus cauſis ſpectanda eſſe puto,argumẽ-
to.c.quieſcamus.xlij.diſtinct.ca.vbi periculum.
77 de electio.li.vj. † Ex his vnum aliud infert Luc.
de Pen.in prælato, qui contra iuris diſpoſitionẽ
eccleſiaſticum beneficium obtinuit, vt quamuis
in rei veritate prælatus dici non debeat, abſolu-
tiones tamen & iniunctæ per eum pœnitẽtiæ te-
nent.c.baptiſmi vicem de conſecra.diſtinct.iiij.
c.debitum.extra,de baptiſ.c.dictum eſt.c.vt eui
denter.&.c.ſeq.&.c.ſicut Chriſtus.j.q.j.Cui ad-
do tex.in.c.j.&.ij.extra,de cleri.non ordi.mini-
ſtrã.& in.c.quod quidem.§.& paulò pòſt, iũcta
glo.in verbo,exhorruit.&.§.ſed ne Auguſtinũ.
cum gloſſ.in verbo,ſacramento tenus.j.q.j.& in
c.præter hæc.§.ad hæc.in quo ſingulariter volo
te notare verbum neceſſarior in illo textu poſi-
tum.xxxij.diſtinc.vbi baptiſmus cùm ſit neceſſa
rius & primus omnium ſacramentorum, neceſſa
rior,inquit ille text.ab hæretico hac ratione fieri
permittitur.& ſic ratio illa publicæ neceſſitatis
Chriſtianæ religionis permittit ab eo qui catholi
cus non eſt baptiſmum accipere.& illa ratio quæ
pro reipublicæ autoritate introducta eſt potiſſi-
mè conſiderari debet,argumẽto.l.ſunt perſonæ.
ff.de relig.& ſumptu.funer.dicta.l.iij.ff.ad ſena-
tuſ.Macedo.l.prima.C.de teſtamen.& ſuprà ca.
l.§.vtrum.§.ſed cùm aliquis.iuſtit.eo.titulo.vbi
hoc notat Ioan.Fab.in.colum.penulti.poſt glo.
78 inſtitu.de teſtamen.per illum text. † multa enim
pro reipublicæ vtilitate conceduntur quæ alio-
quin non concederentur.l.de pupillo.§.ſi quis
riuos.ff.de no.oper.nuncia.l.ita vulneratus.ff.
ad legem Aquiliam.&.l.licitatio.§.quod illici-
tè.in ſin.ff.de public.& vectig.l.vtilitas.C.de
primipil.libro.xij.Dicebat autem Ioan.Fab.in
dicto.§.ſed quum aliquis.Innocen.& qui eum
ſequuntur in.c.j.extra,de ſide inſtrumen.velle
hoc dictum ſic intelligere vbi mortuus eſt nota-
rius,non autem ſi adhuc viuat dum de inſtrumen
to quæſtio ſit,ſed non ſic locutus eſt Innocen.de
eo qui publicè habitus eſt tabellio: imò & ſi vi-
uat, omnia per eum confecta inſtrumenta pro-
pter publicum intereſſe rata & ſirma eſſe vult,
ſufficereq; ſecundum eundem Innocen.iſto ca-
ſu ſiue viuus ſiue mortuus fuerit notarius, quod
publicè notarij officio functus ſit,dicta.l.iij.ff.ad
Macedo.l.Barbarius.ff.de offi.prætor.l.prima.
C.de teſtamẽ.Inficiari autem nemo poteſt Inno.
multorum diſtinctionẽ ſuper interpretatione pu
blicæ ſcripturæ recenſere, quomodo ea quæ di-
cta ſunt intelligi debeant.& forte Ioan.Fab.ex
79 Innocen.collegit dum illhic dicit, † & appello
publicam ſcripturam quæ ſine adminiculo viuæ
vocis alicuius notarij qui fortè mortuus eſt,
vel teſtium qui fortè mortui ſunt, autoritatem
habet,vt in authen.de ſide inſtrumen.§.ſed & ſi
&.§.ſi vero.collatio.vj.Sed ex verbis ieq.Inno.
ſatis perpenditur non ſic ſentire voluiſſe vti Ioã.
Fab.retulit dum ait,tamen ſi negetur,illum, qui
inſtrumentum cõfecit,notarium, nec conſtet eũ
fuiſſe notarium per teſtes vel per publicum in-
ſtrumentum:crederem,inquit,ſufficere ſi proba
retur eum publicè officio notarij functum fuiſſe.
l.iij.ff.ad Macedo.quæ verba ſunt Innocen.No
lo etiam prætermittere quod Innocen.in eodẽ
capitu.j.columna.ij.commemorat dum ait,obli
gationes prodeſſe & obeſſe partibus, non in-
ſtrumentum,quia non eſt obligatio,nec ex quo
oritur obligatio,ſed eſt tantùm probatio obliga
tionis vel cuiuſcunque alterius facti.l.j.ij.&.iij.
& iiij.j.reſponſo.ff.rem pupilli ſalſ.fore.&
ideo non nocet, niſi his inter quos contra-
ctus ſit, dicto capitu.extra, de ſide inſtrumen.

neq; aliter eſt cōtractus neq; diſtractus.l.j.§.hoc
peccatum.&.l.ab emptiōe.ff.de pact. & per hæc
Io.Fab.in dicto.§.ſed cùm aliquis.inſti.de teſta.
& in.l.j. C.de teſta:reſpondet ad. l. Herentuis.
ff.de decurio.& leges per eum ad ſuſtētationem
opin. Dini allegatas, videlicet.l.qui neque.ff.de
reb.eo.qui ſub tutela vel cura ſunt.l.ſi is.ff.de eo
qui pro tutore nego. geſ. l. competit.ff. qui & à
quib.manumiſ. liber. accip.l.ij. C. de fideicom-
miſ.liber.l.cū ex falſis.ff.de manumiſ. teſta. l. ij.
C.de ſent.& interlocu. omniū iudi.dū ex eis col
ligit̃ ſufficere aliqd ab eo fieri tutorio, vel hære
dis aut notarij ſeu alterius officij nomine, niſi ſta
tim de titulo doceatur,ſed ab eis acta prorſus re-
80 uocabuntur, donec doceatur de titulo. † dicit
enim Ioan. Fab. id verum eſſe in officijs autori-
tate & vtilitate publicis, in quibus acta iudicia-
lia,& alia ſtatū reipublicæ concernētia recipiun-
tur & valent,etiam ſi per non capacem officij ge
rantur, dum tamen publicè pro tali habeantur,
nec hoc caſu de titulo docere opus eſt:imò ſi no-
ta infamiæ eis opponeretur aut excommunicatio
nis vel quicquid aliud propter quod ipſo iure
priuati eſſent omnino officij exercitio,nihilomi-
nus per eum geſta rata erunt, ſiue ante ſiue poſt
actum huiuſmodi exceptiones opponantur ſecū
dum Innocen.in.c.cùm ſuper.extra,de offi.dele
ga.Imò plus ſecundum eundem Inno: recipiēda
non erit talis oppoſitio.hoc idem Inno. velle vi-
detur in dicto.c.j.extra,de fide inſtr.licet Archi.
contrarium ſentiat in.c.j.de ſenten.excommuni.
nam & ipſe idem Archi.poſtremò ab illa opi. di
ſcedit,dum de hæretico & ſimoniaco & notario
fornicatore ordinem conferentibus,aut aliter mi
niſtrantibus loquitur,in.c.præter hoc.§.ad hæc.
colum.pen.xxxij.diſtinct. Quibus addo text.in
c.ſi quis à pſeudoepīs.j.q.j.vbi glo.ſubintelligit
de toleratis.c.j.lij.diſtinct.& in hoc ſententia ho
minis fortior ſit ſententia iuris.Ita notat Inno.in
c.tanta.extra,de exceſ.præla.argumento.c.fina.
extra,de cohabi.cleri.& mulier. & ratio differen
tiæ ſecundum eos eſt,quia qui à canone ſeu legis
ſententia ſuſpenditur,ſtatim quo pœnitet quan-
tum ad deum abſolutus eſſe cēſetur, per illud tri
tum legis diuinæ prouerbium, quotieſcūque in-
gemuerit peccator,&c.argumento dicti.c.fi.ex-
tra,de cohabita.cleri.& mulier. Non ſic vbi à iu
dice condemnatus eſt.c.cùm æterni.extra,de ſen
ten.& re iudi.c.cùm ſecundum.de hæreti.in.vj.
Poteſt colligi exemplum de meretrice in adulte-
rio deprehenſa,quā cùm ab homine iudicata ſeu
condemnata nō eſſet, Chriſtus dn̄s Ieſus indem-
natam dimiſit,Ioan.viij.cap.& Archi.in.c.in ca
81 pite.l.diſtinc. † ait peccatorem quantum ad deū
ante confeſſionem dummodo contritus ſit, libe-
ratum eſſe, licet non quantum ad eccleſiam, per
ca.quantuſlibet.de pœniten.diſtinct.j. melius in
c.porrò.&.c.quis aliquando.&.c.ij. de pœnitē.
diſtinc.j.Plura dicam in.l.neceſſarios.§.nō aliàs.

infrà eodem titulo.in his in quibus publica ver-
ſatur vtilitas,donec interueniat publici hominis
declaratio,fauor rei publicæ operabit̃,vt ea quæ
ab huiuſmodi publicè tolerato acta ſunt, ſuſti-
neantur,per ſuprà dicta.& iſta eſt ſecundum Io.
Fab.potiſſima legis ratio,quare huiuſmodi acta
conſeruari debeant,cui omnino conſentio.& fu
ſius infrà videbimus.Interim autem nolo præter
mittere vnum quod idem Io.Fab. in dicto.§.ſed
cùm aliquis.in ſecūdo membro ſuæ diſtinctionis
de homine titulato cōmemorauit, vbi non publi
ca ſed priuata tantùm verſatur vtilitas, & officiū
non eſt autoritate & vtilitate publicum, quale
eſt tutoris vel hæredis.l.athletæ.in princi.verſic.
tutela.ff.de excuſa.tutor.gloſ.notat in.§.j.inſtit.
de excuſ. tutor.vt quod tales perceperunt ſuum
non faciant,ſed reſtitutioni ſubijcietur, eritq; fa-
ctum ab eis irritū.et ita intelligit.l.qui neq;.ff.de
reb.eor.q ſub tutela vel cura ſunt.l.ſi is. ff. de eo
82 qui pro tutore neg.geſ. † Non ſic in alijs qui bo
na fide emolumentū aut fructū percipiunt, qui li
cet titulū,etiā non coloratū,nō habeant,ſi tn̄ bo-
na fide fructus percipient perceptos ſuos faciāt,
& debitores liberant.l.bonæ fidei emptor. ff. de
acquir.rer.domi.argumento eſt.l.vero procura-
tori.ff.de ſolutio.c.conſultationibus.&.c.ex lite
ris.extra,de reſti.ſpoliato.c.cùm olim.extra, de
cauſa poſ.& propric. Cui adde Inno.& Hoſt. in
c.cū noſtris.extra,de conceſ.præb.& quod glo.
notat in.c.nihil.per illū tex.in verbo, adminiſtra
tionē.extra,de electio.dum quæſtionem facit de
prælato añ cōfirmationē adminiſtrāte,ſecūdū di
ſpenſationē illius tex.ſi in cōfirmatione reperiat̃
minus idoneus.& ſic indignus cōfirmatione: an
interim geſta per eū rata erūt:& dicit gl. rata ma
nere.vltra prædicta alleg.l.ſi procuratorē.ff. de
procura.c.querelam.extra,de electio.l. eius qui
in prouincia.ff.reb.credi.Cui addo.l.ij.§.ſed ma
ter.ff.ad ſenatuſcōſul.Tertul.ibi,ſi nec petat nec
legitimè tutelam adminiſtrat. gloſſ.in.c.ſi quis à
pſeudoepiſcopis,in glo.fin.j. q.j.& Compoſtel.
in dicto.c.nihil, ſubſcribens ſe opi.illius glo.ad-
dit.c.tranſmiſſum.&.c.qualiter.extra,eo.titulo.
83 de electio. † Cæterùm moderatur illam gloſſ. &
intelligit ſecundum illius decretalis declaratio-
nem,dūmodo ille qui toleratus eſt nihil alienet,
per illum tex.alioquin tenēt acta per eum alleg.
l.primā.§.penultimo. ff. quod falſo tuto. aucto.
l.ait prætor.§.peruenit.ff.de minorib.& id pro-
pter tuitionem cōfirmationis.l. quod principis.
in princip. ff.de aqua pluuia. arcen. De hoc per
Abba.& Felin.in.c.ſciſcitatus.extra,de reſcrip.
Inno.in cap.qualiter & quando.ij.colum.extra,
de accuſa.Prælatus,inquit,aut alius, qui ratione
officij aliquid facit, vt quia ſententiam ferat,aut
alium actum faciat, quandiu toleratur, ſuſtine-
bitur quod aget,dicto capitu.nonne.viij.quæſt.
iiij.& ſi ſecus diceretur,ſequeretur abſurditas ſe
cundum eum.xix.diſtinctio.capitu.ſecundum.

niſi ab

niſi ab officio depoſitus eſſet, aut aliter exaucto-
ratus.l. ij. §. cùm igitur.ff.de his qui notan.infa.
Intellige dictum Innocen. ſi quo ad omnia pro
tali haberetur, non ſi quoad aliqua tantûm.l.qui
de libertate.et.l.ſi cui.§.licet.ff.de liberali cauſa.
vel niſi iam controuerſiam ſuper ſtatu pateretur
dum inſtrumenta confecit, argumento.l. ordina
ta.& dicta.l.ſi cui.§.licer.ff.de liber.cauſa. l. qui
ſtatus.ff.de re milit. & in reatu eſſet, vel in deſpe
ratione terum, propter criminis conſcientiam,
argumēto.l.fina.§.fraudis.ff.de bo.damna. Ad-
de ad dicta per Ioan.Fabr.Abba.in.ca.ſicut.ex-
tra, ne cleri.vel monachi.Ioan.Andr.in.c. ex fre
quentibus.extra, de inſtit.& quod notatur in ca.
cum qui.de præben. in. vj. in concil. Baſilienſi.
vide ſub titulo de pacifi.poſ.& quod notatur in
cle.vnica, de ſequeſ.poſ.& fruct.Anto.de Butr.
in.c.veritatis.in expeditione. ſecūdæ oppoſitio-
nis.columna.iij.extra, de dolo & contu.Henric.
Bohic in.c.niſi cùm pridem.in.§. diſtinct. extra,
de renuncia. Archid.in.c.nos in quamquàm. ix.
quæſt.j.Moder.in dicta.l. Barbarius.ff.de offi.
prætor.

Barto.autē in dicta.l.ſi ex falſis.C. de tranſac.
aliter viſus eſt hanc noſtram diffinitionem expe-
84 dire. † diſtinguit enim, aut inſtrumētum, inquit,
propter notarij vitium falſum eſt, & indubiè to-
tum erit falſum.l.ſi quis aliquid.C. de ſuſcep. &
arca.libro.x.&.l.ſi quis.ex argentarijs. §. j.ff.de
eden.aut propter aliud defectum, aut, inquit, ille
defectus eſt circa ſubſtantialia inſtrumēti, vt po-
te.circa diem, vel conſulem,: & in totum falſum
erit.§. j. in authen.vt præpo.no.imper.aut extra
ſubſtantiam inſtrumenti: & tunc aut vnum eſt ca
pitulū tantùm, & falſitas in parte capituli falſum
reddet totum capitulum.l.ſi ex fslſis.C.de tranſ-
actio.aut capitula ſunt diuerſa.& non connexa:
& tunc nō erit falſum totum.l.etiam.§. ex cauſa.
ff.de minori.Si autem ſunt ſeparata, et ſecus erit,
dicta.l.ſi ex falſis.& hanc diſtinctionem commu
niter omnes vltramontani approbant, & vbique
communem eſſe aſſerunt, præſertim Alexand.in
dicta.l.ſi ex falſis.& Moder. Papien. in dicta. l.
Barbarius.ff.de offi.prætor.Feli.in.c.fraternita-
tis.extra, de hæreti.Moder. in.l.prima. C.de te-
ſta.quam tamen limitauit quinque modis, vt il-
lhic per eum.Aliquid de illis aut aliquibus earū
videbimus, quamuis ex præcedentibus opinioni
bus colligi poſſint, quas Felin.illhic concordare
85 voluit. † Sed, vt ex prædictis videre potuiſtis, fa
ciliter Barto.diſtinctio tolli poteſt.In primis ge
neraliter nimis in primo ſuæ diſtinctionis mem-
bro locutus eſt dum de notarij vitio tractauit.
& tamen.l.ſi quis aliquid.C.de ſuſcepto.& arca.
intelligitur de his quæ ab officiali geſta ſunt poſt
quàm in officio decoxit, & deprehenſus eſt in cri
mine, quē lex poſthæc in officio perſeuerare non
ſinit.l. ſi quis ex argentarijs.§.j.ff. deeden. aliter
ergo ex illa.l.dicēdum eſſet ſi poſt perpetratum
crimen in officio publicè permanſit. vnde circa
hunc primum articulum ſequere quod ſuprà di-
ximus, non repeto. Non attingo ſecundum arti-
culum diſtinctionis, cùm ſit de indubitabili, niſi
fortè iuſtus error ꝑponeret, vt in.l. ſi librarius.
ff.de reg.iur. Tertius articulus etiam de indubita
bili eſt, neque aliquis eſt qui diſcrrpet: ideo co-
pioſius non proſequar, iuxta.l.Labeo.ff. de Car
bo.edicto.Pariter neque quartus, quoniam ca-
pitula ſunt connexa.& inſeparabilia per prædi-
86 cta.Tota vis igitur noſtræ diſputatiōis eſt, † vbi
inſtrumētum plura habrt capitula ſeparata & di
ſtincta, & in vno capitulo falſitas inſtrumēti de-
tegitur, an in reliquis falſum cenſendum erit. in
quo vt vidiſtis Inno.& Cano.ferè omnes conue
niunt, & cum eis Ioan.Fab. Cæteri legiſtæ diuiſi
ſunt, vt ſuprà commemorauimus, quare viden-
dum eſt vtra illarum opinionum de iure & ve-
rior & æquior eſſe poſſit.& vt intelligat in quo
difficultas conſiſtat, in qua Moder.in.l.prima.§.
ſed quod ſimpliciter.ff.de verborum obligatio.
multa dicunt.ſic tamen diſputationem noſtrā ac
cipiendam eſſe puto, quādo alia capitula præter
id, quod de falſo arguitur, non poſſunt probari
aut verificari aliter quàm per ipſum inſtrumen-
tum.An inſtrumētum in omni parte falſum erit.
in quo dico ſiue capitula ſint connexa ſiue ſepa-
rata: licet in connexis pars capituli ſit falſa, reli-
qua verò pars alijs argumentis & probationibus
legitimè ſaluari ſeu iuſtificari pōt, iuxta.l.ſi chi-
rographum.ff.de probatio.& dic, vtile per inuti
le non vitiahitur.& in exemplis ſequentibus cō-
87 ſtare poterit.Pone in inſtrumento contineri Ti-
tium & Mæuiam inſolidum conueniſſe ſeu pro-
miſiſſe centū dare: cùm re vera ſolus Titius cen-
tum dare promiſerit, idq́ teſtibus inſtrumētarijs
aut alijs qui tunc præſentes erāt probari poteſt,
vel ſi in inſtrumento contineatur te fundum ven
didiſſe pro quinquaginta pacto vltra appoſito
vt pro me Romam ires, cum tamē nullum pactū
eundi Romam conuentū ſit, neque vllum in con
traliendo verbum de pacto habitum eſt. Vel ſi
domum ædificare promiſi, & caſu quo nō ædifi-
cauero, pœna contractui vltra ſit adtecta quàm
ſtipulata aut promiſſa eſt, & ſic maiorem quanti-
tatem vel duplicatam pœnam in inſtrumento no
tarius expreſſit quàm partes cogitauerunt, vel ſi
graffarius aut ſcriba ſeu ſignatorius iudicis in ſen
tentia aliquid à ſeipſo addiderit, ſicuti nouiſſime
contigit in quodam arreſto ſeu iudicio magni cō
ſiſtorij, an ex hoc inſtrumentum in totum falſum
88 erit. † In quibus omnibus capitula connexa eſſe
poſſunt, ſeparata etiam eſſe poſſunt, vt ſi di-
catur in inſtrumento, Titium pro eo precio
Cornelianum fundum Mæuio vendidiſſe, &
Sempronianum Lucio pro æquis portionibus
cùm vni fortè tantùm vtrunque fundum ven-
didit, vel fortè fundi medietatem vni ven-
didit. & medietatem alteri, vel ſi notarius

doloſe vt donatio inſinuatione egeret, teſtetur
centum fuiſſe donata, cùm quinquaginta ſolum
donata eſſent. Poſſent plura illis ſimilia his accu
mulari. Cæterùm hæc exempli gratia tantùm di-
cta ſint, vt in. l. damni infecti. ij. ff. de dam. infec.
l. j. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma. Certè in
his omnibus vbi clarè veritas poterit apparere,
aut teſtibus, aut legitimis, & ꝓbabilibus indicijs
ſeu argumentis vtile per inutile non vitiabitur. l.
ſancimus. §. ne autem. verſic. ſinautem. C. de do-
natio. l. placuit. l. pecuniæ fœnebris. in princi. &
l. vſuras. ff. de vſur. l. ſiue gñalis. ff. de iure dot. c.
ſilr. de capi. Corra. collat. x. §. ſed diuerſæ ſcho-
læ authores. inſti. manda. argumento eſt. l. ſi pu-
pillorum. §. fi. iuncta doctrina Bal. ff. de reb. cor.
qui ſub tutela vel cura ſunt. l. iij. ff. de adminiſtr.
tutor. de quo etiam per Din. in regula vtile, de re
gulis iur. in. vj. In quo poſſet hic repeti quæ do-
ctores in illo vulgato adagio ſcribere ſolent. Et
in hoc puto. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & ſimiles
intelligi & moderari debere, quamuis Alexand.
in dicta. l. ſi ex falſis. ad illum text. reſpondeat, &
89 recte. † dicit enim in caſu illius legis nullam fuiſ
ſe commiſſam falſitatem circa inſtrumentum ſu-
per tranſactione cōſectum, ſed ſuper alijs inſtru-
mentis, quorum occaſione facta eſt tranſactio.
Certè in hoc verum dicit Alexan. quoniam falſi-
tas circa ipſam tranſactionem commiſſa non eſt,
neque in ipſo inſtrumento tranſactionis falſitas
detegi poterat: quoniam re vera partes ſic tranſ-
egerant, ſicuti in inſtrumento ſcriptum erat, ſed
pars quæ contraxit, circũuenta eſt prætextu alio-
rum falſorum inſtrumentorum, quæ forſitan ab
vtraque parte falſa ignorabantur: ſic conuenit
tranſactionem reſcindi, ſicuti & in. l. iij. C. ad le-
gem Corneliam de falſ. demum vtrique parti de
tecta eſt. nec ille tex. aperit, an vna pars fuerit ad
ad tranſigendum doloſe inuitata prætextu falſo-
rum inſtrumētorum: niſi velis inducere verba il-
lius tex. quæ ſequũtur, ciuiliter falſo reuelato vel
cōceſſo, qđ altera partium doloſe circũuenta ſit,
& prætextu falſorum inſtrumentorum inducta
quorum falſitas detecta eſt ciuiliter tãtum actio-
ne falſi propoſita, vt in. l. ſi lis. C. ad legem Cor-
neliam de falſ. l. properandum. in princi. C. de iu
di. & l. iij. ff. de iureiurando. Quoniam actio ciui
liter introducta eſt de falſo, cùm nulla culpa par
tibus impingeret. Si velles ex illa. l. aliquid pro
opi. Accurſij inducere, dici poſſet, illam. l. ſi ex
falſis in hoc facere pro Accur. Pone quod inſtru
menta quæ de falſo reprehenſa ſunt, nō omnino
falſa erant, ſed in parte tantùm. Sed huic conſide
rationi faciliter ex illo tex. poteſt reſponderi, &
ob id opi. Innocen. & ſequacium confirmari, dũ
dicitur in eo, quæ ex falſo inſtrumento compoſi-
ſita conuicta fuerit, quomodo ex illis verbis in
dubio inſtrumentum dicebatur in omni parte fal
ſum. Sed ille tex. hoc dubiũ non aperit, an inſtru
mentum virtute cuius tranſactio facta erat in par
90 te tantum eſſet falſum, an vero in totum. † Præ-
terea vbi lex ſimpliciter de inſtrumento falſo lo-
quitur, quamquàm in parte tantum falſum ſit, ve
rum eſt dicere inſtrumentum eſſe falſum, licet in
parte. Sed nulla huius rationis cōſideratione ha-
bita, dico in dicta. l. ſi ex falſis. gloſſ. ſententiam
nullo modo poſſe probari, cùm in ea nulla quæ-
ſtio eſſet de inſtrumento in vno capite tãtùm fal
ſo, ſed de tranſactione tantùm loquitur quæ plu-
ra habebat capitula, & quæ in vim falſi inſtrumē
ti facta eſt, quæ etiam in vno tantùm capitulo ex
falſo inſtrumento compoſita erat: in quo non po
teſt eſſe dubium vtile per inutile non vitiari, et in
ea tantùm parte reſcindendam eſſe, quæ per cau-
ſam falſi inſtrumenti conuincetur factam fuiſſe.
& in hoc pondero. l. iubemus. §. quod ſi non fue
rit. C. de teſta. Nam ſi omnia hæredũ nomina nō
ſunt manu ꝓpria teſtatoris ſcripta, vel voce eius
coram teſtibus nuncupata totum ipſum teſtamē-
tum nullum erit: ſi verò vnus tantùm inuenia-
tur, non ſcriptus aut nominatus à teſtatore, cæ-
teri verò teſtes aut ſcripti ſunt, aut nominati, te-
ſtamentum ſuſtinebitur, quamuis hæredum no-
minatio vnum ſit teſtamenti capitulum. l. hac cō-
ſultiſſima. C. de teſtamen. licet enim inſtrumen-
tum plura contineat capitula, vnicum tamen dici
tur inſtrumentum. l. ij. in princip. ff. quemadmo-
dum teſtamenta aperian. Similiter dicere licet ad
91 l. etiam ſi à patre. §. j. ff. de minor. † Minor enim
non poteſt aduerſus ſententiam reſtitui, niſi qua-
tenus læſus inueniatur. l. non & poſtea. §. ſi mi-
nor. ff. de iureiur. l. ait prætor. §. j. verſiculo, puto
autem. ff. de minor. & l. prima. C. ſi aduerſ. rem
iudi. neque ex hoc illa. l. etiam. in propoſita quæ-
ſtione recte adduci poteſt, vt inſtrumentum in
parte falſum in reliqua parte falſum non redda-
tur, vbi facti veritas aliunde apparere non po-
teſt. imò illa. l. in oppoſitum induci poſſet, quia
aliter quàm per ipſam ſententiam de læſione pu-
pilli conſtabat: licet ſententia ipſa læſionem in-
ducere poſſet, verum eſt ex ipſa ſententia erro-
rem detegi poſſe, vt in. l. ſi expreſſum. ff. de appel
la. tamen in eo ſolo in quo error detegitur infir-
manda eſt, niſi id quod falſum non eſt, ſit illi par
ti quæ falſa inuenta eſt, adeo connexum, vt ne-
ceſſariò in conſequentiam trahi debeat, neq; vnũ
abſque altero ſubſiſtere poſſit, tũc falſum in par-
te, in totum falſum erit, dicta. l. in hoc iudicio. ff.
famil. erciſcun. argumento eſt. l. ij. ff. de pecul. le-
ga. quoniam in conſecutiuis neceſſariò idem iu-
dicium fieri debet. l. filiusfa. §. ſequens. ff. ad legē
Cor. de falſ. ibi, quēadmodum ſocio debebitur,
ſi quaſi falſum nomen ſerui ſubducitur. & argu-
mento eſt. l. illud. ff. de hæredi. inſtitu. hoc notat
gloſſ. in dicta. l. etiam ſi à patre. §. primo. ff. de
minori. Igitur vt hoc dubium abſoluam, dico
ſiue inſtrumentum ſit de rebus connexis, aut

ſeparatis

ſeparatis factum, ſi quod reliquum eſt in inſtru-
mento poteſt per partis confeſsionem, teſtium de
poſitiones aut alias legitimas probationes pro-
92 bari verum, † & puto vtile per inutile non vitia-
ri: & hoc modo ſaluari debeat Accurſij & ſequa-
cium opini. niſi omnia capitula inſtrumenti adeo
connexa ſint vt vnum abſque alio ſubſiſtere non
poſsit, vel niſi vnum neceſſariò alterius ſit conſe-
cutiuum, vt abſque eo ſubſiſtere non poſsit, tunc
vtile per inutile vitiabitur, per prædicta. Si verò
facti veritas aliter quàm per ipſum inſtrumētum
haberi nō poteſt. Et falſitas vnius capituli inſtru-
menti ex inſpectione inſtrumenti detegi ſeu di-
ſtingui ab altero non poteſt, neq; iudex in vnam
aut alteram partem faciliter ad credendum moue
ri non poſsit, vt in ſimili dicitur in. l. ob carmen.
§. fina. ff. de teſtib. et in ca. fina. extra, quod metus
cauſa. & tunc inſtrumentum in parte falſum in to
to falſum iudicandum erit. Et in hoc puto Inno-
cen. & cæterorum opinionem ſic debere admitti
& recipi. Alioquin in dubio puto veriorem eſſe
Innocen. ſententiam, rationibus quibus Innocē.
& qui eum ſequuntur, mouentur. Pro quibus re-
ctè facit dicta. l. filius. §. ſequens. ff. ad. l. Corneli.
de falſ. Et idem notat Ioan. Andr. in ca. quanto.
per illum tex. in verbo, irrita. extra, de his quæ ſi.
à præla. Quibus addo ca. & ſi legibus. xxv. quæ-
93 ſtio. ij. & per rationem Iaco. Butriga. † quoniam
notarius qui ſemel falſum compertus eſt commi-
ſiſſe ſemper in eodem delicti genere malus om-
nino exiſtimabitur, vulgata. l. nō omnes. §. à Bar-
baris. ff. de re milita. & regula, ſemel malus. de re
gul. iur. in. vj. Et quia falſum committendo per-
iurus eſt, & infidelis ſeu nullius fidei effectus eſt,
per rationem. l. ſi quis aliquid. C. de ſuſcep. & ar-
ca. melius in ca. teſtimonium. extra, de teſtib. cap.
quicunque. vij. quæſtio. j. & capi. ſi ad ſcripturas.
ix. diſtincti. debent enim omnia cum autore con-
demnari, vt inquit ca. ſancta Romana eccleſia. §.
item Origenis. xv. diſtinctio. ca. fraternitatis. ex-
tra, de hæreti. l. ij. §. fina. C. de veteri iure enucleā.
Neque vim facio an capitula connexa ſint, an ve-
rò ſeparata. In connexis nemo dubitauit, vt ex
prædictis videri poteſt. In ſeparatis in caſu præ-
dicto ſentio cum Innocen. per dictam. l. ij. §. fina.
C. de veteri iure enuclean. & ſimilibus ſuprà rela
tis: cùm difficile ſit, imò quaſi impoſsibile, li-
brum eſſe compoſitum vnius capituli tantum vel
vno capitulo concludi. Præterea plures poſſunt
rationes eſſe, ad falſi probationem, quæ fidei aſſi
ſtentiam habere poſſent: tamen propter diminu-
tam autoris fidem, vt occaſio legēdi quod falſum
eſt tollatur, totus liber cum autore condemnari
ſolet. Sic dico in inſtrumento in parte falſo com-
perto, cuius veritas in reliquis capitulis proba-
ri non poteſt, præſumendum eſt, imò iudican-
dum falſum, per regulam in capite huius. §. com-
memoratam, Qui peccauit in vno, factus eſt om-
nium reus. per hunc text. & dictum cap. teſtimo-
nium. extra, de teſtibus.

Felin. vt ſuprà dictum eſt ad ſcripta per Inno-
cen. addidit quinque limitationes, quas ex dictis
eius & aliorum qui ſuæ ſunt opinionis, collegit.
94 Prima eſt † vt in falſo præſumpta falſitas in
vno capitulo cætera capitula non vitiet per. l. iu-
bemus. in fine. C. de teſtamen. Poteſt ponderari
ille text. in his verbis, quaſi doloſe in tam neceſ-
ſaria cauſa verſati. Et ratio huius eſt, quoniam in
vera falſitate dolus deſideratur. l. nec exemplum.
C. ad legem Corneli. de falſ. Licet Innocen. poſt
Iacob. Butriga. illum text. in verbo, dolo, non au
tem præſumpto intellexerit. Communis autem
opinio eſt in contrarium ſecundum Alexand. &
Modern. in illa. l. iubemus. Cæterum ſi illa com-
munis interpretatio vera eſt, non poterit Bartol.
diſtinctio in dicta. l. actuarios. C. de munerib. &
actua. libro. xij. ſuſtineri, eiuſdem Bartol. in. l. ſi
quis legatum. ff. ad legem Cornel. de falſ. quam
Modern. Papienſ. complectitur in. l. Barbarius.
ff. de offic. præto. Verùm non omitto quod Bar-
tol. in. l. ſi poſt. C. de iuris & facti ignoran. Ange.
Aretin. in tractatu maleſici. in verbo, falſario. &
95 Angel. de Peruſ. voluerunt † falſitatem omnino
ineuitabilem eſſe & inexcuſabilem vbi circa ſo-
lennitatem commiſſa eſt, vt ſi defectus ſit in ſolē-
nitate inſtrumēti, quicquid tale ſequitur, nullum
erit, dicta. l. actuarios. & . l. in his. C. de diuerſ. offi
ci. lib. xij. Ideo intendo Bartol. diſtinctiones am-
pliori ſtylo referre. In primis Bartol. in dicta. l. a-
ctuarios. dixit, quæcunque facta erunt à notario
ſeu officiali non formiter ſeu ordinatè, irrita eſſe,
quia forma ſeu ſolennitas neceſſaria omiſſa eſt,
quæ omiſsio actum nullum reddit: & vt ſuprà di
xi, Moder. Papiē. in dicta. l. Barbarius. hanc Bar
to. autoritatem multis ſimilibus argumentis pro-
telat. Ipſe autem Bart. in dicta. l. ſi quis legatum.
ff. ad. l. Corneli. de falſ. poſt Din. vſus eſt alia &
longiore diſtinctione, dixit reprobata Cini, Ri-
cardi Malumb. & citramontanorum diſtinctio-
ne in. l. j. C. de ſepul. viola. Aut inſtrumentum eſt
inualidum ex cauſa conuentionis ſeu contractus
inter partes initi, non autem ipſius inſtrumenti,
quia formiter factum ſit inſtrumentum nulla iu-
ris ſolennitate omiſſa: & tunc notarius de falſo
punietur, per dictam. l. ſi quis legatum. quia quā-
tum ad ipſum notarium inſtrumētum perfectum
fuit, ſiue defectus viſibilis ſit, ſiue inuiſibilis, per
dictam. l. ſi quis legatum. in his verbis, quamuis
inutile legatum ſit: Et hoc primum dictum intel-
ligit cum interpretatione & exemplo gloſ. dum
gloſ. illhic exemplum defectus viſibilis tradit, vt
quia res ſacra legata ſit, vel locus publicus. ſed,
vt videbitis, iſta eſt ſuppletio quam Accurſ. fecit,
In quo non rectè Bartol. Citramontanos repre-
96 hendit, vt infrà dicā. Procedamus, † Quandoq;,
inquit Barto. inſtrumentum eſt omnino nullum,
adeo vt nulli præiudicium afferre poſsit: tunc nō
punietur de falſo, dicta. l. ſi quis legatū. ij. reſpon

ſo illius legis. Ratio ſecundum eum eſt, quia for-
tè notarius pœnitentia ductus inſtrumẽtum per-
ficere recuſauit argumento. l. qui falſam. ff. eodẽ.
vbi vero ex eo parti præiudicium afferri poteſt,
de falſo punietur. l. damus. C. de falſ.

Videamus an recte Citramontani à Barto. re-
prehenſi ſunt tametſi plura ſcripſimus, in verſic.
ſunt ſignatæ ſuprà eod. In primis dum Bart. Cin.
& Citramonta. reprehendit in dicta. l. j. C. de ſe-
pul. viola. per dictam. l. ſi quis legatum. in princi.
ff. ad. l. Cornel. de falſ. Inquantum Cin. ſic diſtin-
xerat, aut vitium falſitatis eſt viſibile: & non affi-
cit tabellionem ſeu notarium: ſecus ſi non ſit vi-
ſibile. dicit Bart. hanc diſtinctionem non eſſe ve-
ram per dictam. l. ſi quis legatum. quando in capi
te legis vitium erat viſibile, cùm res ſacra legata
eſſet. Admiror Barto. quomodo tam debili con-
ſideratione hanc diſtinctionem impugnauerit. In
primis non eſſe verum, quod in illa lege dicatur,
legatum rei ſacræ factum eſſe. Verum eſt autem
Accurſium ſuper illis verbis, quamuis inutile le-
gatum ſit. ſic illum text. interpretatum eſſe, de re
ſacra legata vel prædio albano, & ſic de prædio
publico. Sed ille tex. hanc Accurſij interpretatio
nem non admittit. Imò Accurſ. & Barto. hoc Iu-
97 reconſulto impoſuerunt, † quia nemini dubium
eſſe poteſt, legata nominatim facta de re ſacra
aut publica, nullius eſſe momenti. l. idem Iulia-
nus. §. conſtat. ff. de leg. j. dum tamen conſtet, rem
legatam eſſe ſacram aut publicam, ſed quod om-
nis res ſacra vel publica habeat hoc vitium viſi-
bile: non puto verum. Quid enim ſi res ſacra cum
alijs prophanis eiuſdem generis ſic miſceatur vt
propter mixtionem diſtingui ſeu ſecerni non poſ
ſit? Aliquæ enim poſſunt videri ſimiles ſacris, vt
ſunt ornamenta quæ venalia ſiunt, quæ ſimilia
ſunt ſacris, quæ tamen ſacra non ſunt, tametſi per
mixta ſint ſacris. argumẽto eſt. l. diui. ff. ad legem
Iuli. pecul. ibi, res priuatorum, ſi in æde ſacra de-
poſitæ ſurreptæ fuerint furti actionem non ſacri-
legij eſſe. Non enim niſi ab his qui ea ſortè co-
gnoſcunt ſecerni poſſunt. Pro his eſt. l. inter ſti-
pulantem. §. ſacram. ff. de verbo. obliga. nam &
ſacra res prophana fieri poteſt, licet ignoretur.
Idem in. l. liberi. ff. de contrahen. emptio. et dicto
§. conſtat. Præterea quòd res ſacra legetur non
facto eſt notarij qui potuit ignorare rem legatam
eſſe ſacram, ſed facto potius teſtatoris: quod non
nocet notario, vt dicam infrà. Secundò, nónne
inſpectione teſtamẽti videri poterit an filius præ-
teritus ſit an exhæredatus. l. ij. §. ſi dubitetur. ver-
ſicu. inſpectio. ff. quemadmo. teſta. aperian. Et id
vitium viſibile eſt inſpectis lectiſq; verbis teſta-
menti. l. de his. ff. de tranſaction. l. j. ff. quemadm.
teſtamen. aperian. Et tamen lex tollit allegationẽ
illius vitij in. l. ij. in verbo, alleget. C. de edicto di
ui Adria. tollen. Præterea aliter poteſt eſſe lega-
tum inutile, quod non erit viſibile, & ignorari fa
ciliter poteſt. l. filiusfamiliàs. §. ſi quod alicui. &
l. ſi quis in fundi vocabulo. et. l. ſi ſic legatum. §. j.
ff. de lega. j. l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ff. de lega.
iij. Obſtat etiam dicta. l. iubemus. C. de teſtamen.
98 † in qua defectus erat in ſolennitate teſtamenti
ſeu in forma nouiter ab imperatore tradita. Simi-
liter in. §. j. in authẽt. de teſta. imperfec. colla. viij.
ſine qua imperator teſtamentum non admittit:
imò vlterius cum nullitate pœnam falſi notario
adijcit. Cui adde. l. nulli. §. fina. verſic. ſi quid au-
tem. C. de muner. & actua. lib. xij. Et tamen ſecũ-
dum Bart. ſententiam quam Alexan. & Moder.
Papienſ. dicunt eſſe communem, ille text. non de
falſo vero, ſed præſumpto intelligitur. Clarum
eſt autem vitium quod in illa. l. commemoratur,
omiſsionis eſſe circa hæredis aut hæredum nomi
nationem, quod viſibile erat. Igitur Barto. diſtin
ctio vera non erit. Quartò text. in. l. iij. C. de edi-
cto diui Adria. tollend. fortiter obſtat in his ver-
bis, neque ex quacunque ſuæ formæ parte vitia-
tum, ſed quod prima figura ſine omni vitupera-
tione appareat, & depoſitionibus teſtium legiti-
mi numeri vallatum ſit. Ex quibus verbis conſtat
ſufficere in forma à lege ordinata teſtamentum
nõ peccare et omni viſibili vitio carere: alioquin
vbi vitium teſtamenti erit viſibile, hæres ex teſta-
mento nihil conſequetur. In qua. l. fin. puto Cini
diſtinctionem clarè probari poſſe.

Secundò, non puto conſiderationem Bartol.
propter illam. l. iubemus. ſic intellectam, vt Bart.
interpretari voluit, poſſe ſuſtineri: quoniam in il-
la peccatum erat in forma viſibili, & tamen ſecun
dum Bartol. non verè falſum dicitur fuiſſe com-
miſſum, ſed præſumptum. Et nihilominus Barto.
99 dixit in dicta. l. actuarios. † grauius eſſe peccatũ
quod in forma ſit, quàm quod in materia. Et non
minus tamen Barto. ait, vbi in materia falſum cõ-
mittitur: verè falſum iudicandum erit, ſi facto no
tarij contingat, dicta. l. ſi quis legatum. ſi grauius
eſt peccatum in forma quàm in materia, potius in
ſtrumentum verè falſum dicendum eſſet quàm ſi
in materia peccatum eſt. Et in dicta. l. iubemus.
non tantùm falſum cum dolo præſumptũ factum
fuiſſet, verum etiam cum vero dolo. Quare Bar-
to. in hoc ſibi ipſi contradicere videtur. Præterea
Barto. contractum ab inſtrumento diſtinxit. Di-
xit enim contractum à partium conuẽtione pro-
cedere: quare ſi à conuentione contractus proce-
dat, ex eo quod inſtrumentum eſt formiter & ſo-
lenniter factum, non poteſt culpa ex conuentio-
ne partium procedens notario ſed partibus tan-
tùm imputari, niſi conſtaret ſolum notarium in
cauſa eſſe falſitatis commiſſæ, aut cum partibus
aut earum altera participaſſe: quoniam inſtrumẽ-
tum nihil aliud eſt quàm probatio vniuerſorum,
quæ in inſtrumento ſcripta ſunt, dicta. l. ij. in prin
cip. ff. quemadmo. teſtamen. aperian. l. contrahi-
tur. ff. de pignor. l. j. ff. de fide inſtru. l. notionem.
§. inſtrumentorum. ff. de verbo. ſigniſi. l. ſi idem.
C. de codicil. Item in ſecundo diſtinctionis mem-
bro non

bro non videtur Barto. rectè dicere, quamquam
illi aſsiſtere videatur, dicta. l. ſi quis legatū. dum
dicit, vbi nullum eſt teſtamentum, & nulli falſitas
præiudicium afferre poteſt, notarius de falſo non
tenebitur. Cui ego addo pulchrum tex. & in for-
tioribus terminis concludentem. in. l. impuberē.
100 §. ſed & ſi. ff. ad. l. Corne. de falſ. † vbi etiam ſi ex
affectu ſeu ex animo notarius falſum cōmiſerit, ſi
tamen falſitas nulli præiudicium afferat, non erit
punibilis, inquit ille tex. quo ad cogitationē ani-
mi nocens eſt: quia ei aſſcribit quem ſuum putat.
ſed quoniam, inquit ille text. neque legatum neq;
hæreditas bonæ fidei poſſeſſori acquiritur, dici-
mus eum pœna eximendum eſſe. Et tamen in di-
cta. l. iubemus. ſecundum Bart. intellectum, quē
Alexan. communem eſſe dicit, non poterat pec-
catum niſi in forma eſſe, quæ per inſpectionem
adeo nullum reddebat teſtamentum, vt nulli poſ
ſit damnum, aut lucrum afferre: quoniam omiſ-
ſio formæ in illa lege traditæ teſtamentum omni-
no nullum reddebat, & tamen illa notarium, qui
teſtamentum confecit, de falſo punit. Quare ſtan
te Barto. interpretatione illæ leges plurimùm in-
ter ſe pugnarent. Prædictis addo. l. ſi menſor. §. ſi
cùm falſus. ff. ſi menſ. falſum mod. dixer. ibi, ſed ſi
eius nihil intereſt, condemnari menſorem non o-
portet. l. j. §. j. ff. de ſer. corrupto. l. j. §. licet. verſi.
ea propter. ff. de pericul. & commod. rei vendi.
Quare ego puto ſentiendū eſſe cum Cino, Bald.
Iaco. de Rauen. & Ricar. Malumb. vt in ea non
tantum peccatum eſſet in forma, ſed & in mate-
ria: quia quòd teſtator non ſcripſerit nomen hæ-
redis aut hæredū, in hoc teſtator in cauſa potius
eſſet quàm notarius, niſi notarius argueretur p-
hibuiſſe teſtatorem ſuum hæredem aut hæredes
101 nominare: † ſed quia notarius in authēticam for
mam inſtrumentum teſtamenti reduxit quod ca-
rebat forma in illa lege expreſſa, ideo illa lex pu-
niendum eum eſſe ait de falſo, quia falſum cōmi-
ſit redigendo in publicam formam, volens inſtru
mentum facere authēticum quod de iure nullum
eſt, vt in fine illius legis dicitur. Nam re vera in il
la. l. iubemus. in verſicu. quod ſi non fuerit. omiſ-
ſio proueniebat facto teſtatoris, qui hæredes nō
nominauit, vel ſi aliquos nominauerit, aliquos
autē nominare prætermiſit, patet dum ait, in eius
hæredis inſtitutione nomen neque lingua neque
manus teſtatoris ſignificauit. Et ſic omiſsio, ſi
qua in inſtrumento contingit, non facto notarij
obuenit, ſed dando inſtrumentum teſtamenti in
forma authentica vt vim teſtamēti obtineret, pec
cat, & in quaſi dolo eſt, imò in vero dolo, quia in
ſtrumentum teſtamenti dederit, in quo nomē hæ
redis formiter deſcriptum non eſt, quod ignora-
re non debuit. l. fin. C. de magiſtrati. conueniē. &
mox dicam. Et aliud peccatum notario imprope
rari non poteſt. Aduerte etiam quòd facto ſuo
contingere potuit, vt inſtrumentum non tantùm
in forma, verùm & in materia peccet. l. ſi idem. C.
de codicil. l. non codicillum. C. de teſta. quia for-
te teſtator in præſentia teſtium hæredem ſeu hæ-
redes nominauerit & illa inſtrumēto ſcribere do
loſe obmiſerit, nulli dubium eſt in omittēdo pri-
mum & demum in publici inſtrumenti formam
tradendo in committendo falſum commiſiſſe,
prout Bald. Iaco. de Are. & Ricar. Malumb. illū
text. intellexerunt. Sed vbi omiſsio formæ non
ſuo ſed teſtatoris facto interuenit, non ob id dici
poſſet, tam grauiter peccare omittendo quàm ſi
102 committendo deliquiſſet: † quia qui in omitten-
do tantùm peccat quaſi doloſe peccat, non tamē
verè doloſe per illum tex. ſic intellectū. Cui addo
l. pater. §. pater. ff. de caſtren. pecul. l. j. §. penul. in
fi. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. j. §. in cæteris. ver-
ſic. quod ſi nolit. ff. ſi quid in fraudem patro. alie-
na. fuer. notat Barto. per illum text. in. l. ij. §. fina.
ff. de pecul. l. ſi mora. ff. ſolu. matri. Dicam fortè
in. l. lege. infrà eo. titulo. Et tamen per illum text.
ex quaſi dolo punitur notarius de falſo. Licet in
illa. l. nec exemplum. C. ad. l. Cornel. de falſ. dica-
tur non eſſe locum pœnæ falſi, niſi propter dolū,
& tamen illhic dolus præſumptus punitur parita
te pœnæ cum vero dolo, quod graue eſt, niſi di-
cas ſicut Bald. ſentit in committendo peccatum
fuiſſe per notarium, videlicet circa ſubſtantiam
inſtrumenti vel quod doloſè notarius omiſerit:
vt in. l. præsbyteri. C. de epiſco. & cleric. text. au-
tem in. l. nulli. C. de muner. & actua. lib. xij. cuius
meminit Bald. in dicta. l. iubemus. dicit eum qui
ſolennitate omiſſa inſtrumentum tradit ſuſpicio-
ne non carere, & falſum committere. l. ipſe ſigni-
ficas. C. ad. l. Cornel. de falſ. & in dicta. l. nulli. &
l. actuarios. in vtroque caſu pœna legis imponi-
tur, quæ pro illo crimine ſtatuta eſt. Et ideo cogi
taui circa id aliter diſtinguere. Aut enim à lege
forma tradita eſt, quam nulli ignorare licet, præ-
ſertim ei qui circa officium verſatur, & ille dolus
à lege præſumptus qui cōtingit dum quis peccat
circa quæ verſatur punitur, ſicuti & verus dolus,
dicta. l. fin. C. de magiſt. conuenien. l. j. ff. ſi menſ.
103 falſ. mod. dixer. † quia paria ſunt, ſcire vel ſcire
debere. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de
eden. §. j. in authenti. de ſanctiſ. epiſco. colla. ix. l.
quiſquis. C. de reſcinden. vendi. l. fin. C. vnde vi.
l. item quæritur. §. ſi fullo. ff. loca. & conducti. ni-
ſi iuſtè de ignorantia aut errore legitime doceā-
tur: præſertim cùm in reliquis inſtrumentum ſua
habet ſubſtantialia. l. ſi librarius. ff. de regu. iuris.
Et in hoc pōdero dictam. l. præsbyteri. C. de epi-
ſco. & cleri. ibi, multo magis etenim pœna digni
ſunt quibus cum plurimum honoris per noſtram
iuſsionē delatum eſt, ſi in occulto inueniatur cri-
mine. Cui cōuenit ratio. l. ij. §. Seruius Sulpitius.
ff. de origi. iur. turpe eſſe patricio & cauſas oran-
ti ius circa quod verſatur ignorare. Et ideo dicit,
non carere falſi ſuſpicione qui formam, & ſolen-
nitatem legis omittit, quaſi doloſe verſatus, in-
quit dicta. l. iubemus. Et ita intelligo debere pro

cedere.l.actuarios.& dictam.l.nulli.C.de mune.
& actuar.l.in his.C.de diuerſ.offi.lib.xij.ratio in
officiali eſt,quia culpa in eis dolus eſt,cum debe-
at diligentiam.l.magiſtratus.ff.de admini.rerum
ad ciuita. pertinen. dicta.l.j.ff.ſi menſ.ſalſ.mod.
dixer. & dicta.l.fin. C.de magiſt.conuenien.ibi,
ſed ſuper negligentia vel dolo ſcribæ qui veram
ſubſtantiæ taxationem paſſus eſt occultari, legi-
104 bus erit agendum. † Ecce quomodo in officiali
delinquente non tantùm dolus,ſed & negligētia
imputatur. Imò etiam diligentia ab eis exigitur,
& punitur. Ex his patens eſt reſponſum ad.l.nec
exemplum.C.ad.l.Corn.de falſ. Et intellige hoc
primum dictum,quādo inſtrumentum nullo alio
vitio viſibili caret, ſed prima figura in quacunq;
ſuæ formæ parte abſq; omni vituperatione appa
ret.l.ij.& fina.in princi. C.de edicto diui Adria.
tollen.vbi ergo vitium apparens erit,non erit pu
nibile,ſecundum.l.ſi quis legatum.ff.ad.l.Corn.
de falſ. Etiam ſi affectus fuerit peccandi,eo quod
vitium adeo patens eſt vt nemini damnum affer-
re poſſit,dicta.l.impuberem.§.ſed ſi ei.ff.ad legē
Corne.de falſ.Licet in his in quibus lex animum
tantùm violari deſiderat, euentum non conſide-
ret qualis ſecutus ſit.l.ſi quis ſeruo.C.de furtis.l.
quis ſit fugitiuus.in princ.& alijs.§.ſeq.ff.de ædi
li.edicto.l.qui falſam.ff.ad.l.Corne.de falſ.Et in
l.cogitationis pœnam.ff.de pœ. Si autem vitium
non erat viſibile:& punitur, præſertim ſi inſtru-
mentum ex omnibus ſolitis partibus conſtat,per
dictam.l.fin.C.de ædicto diui Adria.tollen.iun-
cta dicta.l.ſi quis legatum. ff.ad.l.Corne.de falſ.
in his verbis: Prius enim oportet eſſe aliquod te-
ſtamentum vel non iure factum,vt Senatuſcōſul-
to locus ſit.Nam & falſum teſtamentū id demum
recte dicitur.ſimiliter in interdicto de tabulis ex-
hibendis.l.j.§.ſiue autem. ff.de tabu.exhiben. &
in edicto quēadmo.teſtamenta aperiantur. ſuprà
illo titulo. in.l.ij.§.teſtamentum. tantundem di-
citur in hoc Senatuſconſulto, in verſic. item ſine
iure valeat.infrà ead.l.dixi in.§.quod ad cauſam.
ſuprà eo. Et per rationem huius verſi.noſtri,ſiue
totum inſtrumentū deletum ſit, ſiue pars eius tan
tum.Idem in.l.j.§.fina. &.l.ſeq. &.l.iij.in princi.
ff.de tabul.exhiben. Et alia ratio redditur huius
diſtinctionis ex illa.l.ij. &.iij. C.de edic.diui A-
105 dria.tollendo. † quia vbi vitium viſibile eſt, non
mittetur hæres in poſſeſſionem hæreditatis virtu
te talis teſtamenti: Et ob id nullū parti affert præ-
iudicium. Si autem non eſt viſibile: non admitte-
tur volens vitium probare. Imò nec audietur vo-
lēs allegare,dictā.l.ij.niſi prius miſſo hærede ſcri
pto in poſſeſſionem hæreditatis.facta autem miſ-
ſione probabit is qui falſum aut ſuſpectum dicit
teſtamentum.l.ſi poſt. C.de iuris & facti ignorā.
l.ſi ſcriptum. C.de probationi. Quæſtioni tamen
plenius ſuprà diſputatæ dico recte hunc tex.non
conuenire, quoniam hoc edictum nō tantum te-
ſtamentum ſeu inſtrumentum teſtamenti prohi-
bet aperiri,ſed quamlibet eius partem. Non mi-
rum ſi propter partis teſtamenti aperturam puni-
tur aperiēs. Rationem dixi ſuprà.non repeto. Ex
his vides quomodo prima limitatio Felin. recte
non ſubſiſtit. Secundò limitauit Feli. non habere
locum doctrinam Inno. in acceſſorijs. & ita dicit
Inno. ſentire in dicto.c.fraternitatis.extra,de hæ-
reti. fortè in cautione fideiuſſoria ſecundum.l.ij.
iuncta glo.doctrina. C.ad.l.Corn.de falſ. verum
eſt Inno.hoc dictū referre,licet illi parti nō adhæ
reat. dicit enim Inno.alij tamen dicunt quòd ſi in
vnu inſtrumēto plura ſint capitula cōnexa ſibi,et
vnum eſt acceſſoriū alteri, vno caſſato cōnexa &
acceſſoria caſſantur.l.filius.§.ſequēs. ff.ad.l.Cor
nel.de falſ.l.cum eiuſdē.&.l.ſeq. ff.de ædil.edic.
Idem vbiq; ſentit Accurſ. & qui eum ſequuntur.
In non cōnexis aliter ab Inno.ſentiunt: quoniam
Innoc. aliter dixit in dicto.c.fraternitatis. & alijs
locis ſuprà relatis.Non obſtat quod dicitur de.l.
ij.C.ad.l.Corn.de falſ.quoniā pars confitebatur
inſtrumentū in principali verū, licet acceſſorium
106 negaret cauſa morādæ ſolutionis. † Ego autē di
xi ſuprà non eſſe faciendā differentiā in connexis
vel ſeparatis vbi veritas aut partis cōfeſſione aut
teſtium probatione aut alijs argumētis apparere
poteſt.nō repeto. Ex his ſatis erit factum tertiæ
limitationi per Felin.memoratæ, dum diſtinguit
falſitatē exiſtentē circa ſubſtantialia inſtrumenti,
aut circa alia,vt potè circa perſonarū demonſtra-
tionē, dico æquè inſtrumētum vitiari,ſi error nō
probetur inſtrumenti,iuxta dictam.l.ſi librarius.
ff.de regu.iur. quia demōſtratio perſonæ illa eſt
quæ inſtrumentū poteſt variare.l.demonſtratio.
&.l.falſa.ff.de conditio.& demonſtra.hoc etiam
notat Bald.in dicta.l.ſi ex falſis. C.de tranſactio.
per.l.iubemus. C.de probatio. Licet quādoq; er-
rori poſſet aſſcribi,vt in.l.ſi quis in fundi vocabu
lo.ff.de lega.j.& dicta.l.ſi librarius. Et ob id Frā
ciſ. Areti.in.l.ij.per illum tex.C.de erro.aduoca.
dicit nō teneri ſyndicum qui in denūciatione no-
men pro nomine poſuit,ſi per errorem poſuit, &
error legitimè probat̄.In dubio autē potius præ-
ſumendū eſſe per errorē quàm ſcienter ſcriptū.l.
pen. C.de his qui ſibi aſſcrib.in teſta.argumento
eſt.l.merito.ff.pro ſocio.Et idē Rothomagi iudi
catum eſt.1531. in mēſe Decēbri, qm̄ iuſtus error
inuētus eſt.Si autē ſciēter nomen ꝑ nomine nota
rius appoſuit, ſic vt vnū pro alio obligauerit,fal-
ſum cōmittit,argumēto.l.vnicæ. C.de mut.nomi
nis.l.falſi.ff.ad.l.Cor.de fal.l.ad recognoſcēdos.
C.de inge.manumiſſ.§.ſi quis in nomine.Inſti.de
lega. Notat̄ per Bal.& Ang.in.l.imperator.j.ff.
de ſtatu homi.Bal.& Moder.in.l.errore.C.de te
ſta.tex.in.l.quoties.in princi.&.§.j. & per totam
penè legem.ff.de hæredi.inſti.vel ſi diem pro die
adiecit. Tolle exēplum ſecundū Ange.in dicta.l.
107 imperator. † In hypothecæ conſtitutione; quia
diem fortè ſolutioni ſeu redemptioni longiorem
aut breuiorē contra partium voluntatem ſcripſit.

In hoc

in hoc enim falſum cõmittit.l.argentarius.§.cùm
autem.verſic.ſic enim.in his verbis,Surrepta vel
corrupta.ff.de eden.& in authentic.vt præpona-
tur no.imperator. colla.v. Et iſtud ſatis probari
videtur in dicta.l.diſtrahente. C.de rebus alienis
non alienand.l.cum precibus.C.de probatio. Et
hac ratione dicit text. in.l.j.& fina. C.plus vale.
quod agitur,in cõtractibus veritatẽ magis,quàm
ſcripturam inſpiciendũ eſſe, authenti.ſi quis vult
cautè.C.qui potio.in pign.habean.l.quamuis.&
l.ſeq.C.ſi quis alteri vel ſibi. Et id proſequere vt
per Barto.Bald.& Ange.in dicta.l.imperator.j.
ff.de ſtatu homi.Alexan.& Modern.in dicta.l.ſi
librarius.ff.de regul.iur. Bald.in.l.vnica.in fine.
C.de nouo codi.componend.Ioan.Andr.in fine
commentarij ſexti libri decretalium.in verbo,da
ta.Anto.de Butr.& Ioan.Andr. in ca.inter dile-
ctos.extra,de fide inſtrumen. Felin.in ca.ex lite-
ris.extra,de fide inſtru.Bart.in.l.ſi is qui teſtamẽ
tum.ff.de teſta. & in.l.ſuper chirographis.& au-
thenti.ſed nouo iure.C.ſi certum peta.

Adde huic diſputationi aliam non inelegantem
quæſtionem,quam Anto.de Butr.poſt Hoſtien.
examinauit in ca.quantæ.per illum text.extra,de
108 his quæ fi.à præla.ſine conſen.capituli. † An in-
ſtrumentum continẽs aliquid in capitulo per de-
canum et canonicos factum fuiſſe,abſente tamen
decano,falſum erit? Et dicunt inſtrumentum fal-
ſum eſſe,per.l.qui veluti.C.ad.l.Corneli.de falſ.
dictam.l.iubemus.C.de teſta.& dictum ca.quan
to.in verbo, abſentiam. dicit tamen Hoſtienſ.ex
cõſuetudine Romanæ curiæ nõ improbari vſum
nonnullarum eccleſiarum quæ ſub nomine deca
ni licet abſentis omnes capituli expeditiones ca-
pitulares inſinuant duobus præſentibus,aut duo
bus punctis inſtrumento adiectis hac figura. ⁞.
ca.quoniam abbas.extra,de offic.deleg. Non au
tem ſi ſub proprio nomine decani inſtrumentum
conficeretur:quoniam falſum eſſet, per ſuprà di-
cta.nec excuſaret conſuetudo,per rationem capi
tu.fina.extra,de conſuetud.hoc idem illhic ſequi
tur Ioan.Andræas.

Quarta limitatio Feli.fuit,quando falſitas non
tabellionis ſed alterius partium vitio cõmiſſa eſt:
quia tũc in eo articulo tantùm,in quo falſitas cõ-
perietur,inſtrumentum falſum erit , non in cæte-
ris.non comperio Bald.hoc dicere in loco prædi
cto. Cæterùm verum eſſe fateor vbi partis tãtum
conuentio à tabellione refertur , licet falſo inter
ſe partes conueniant vel falſum in ſuo contractu
miſcuerunt , inſcio tamen tabellione. hoc falſum
notario imputari non poſſe. argumẽto eſt.l.j. C.
de erro.aduoca. ſed ſuæ facilitati debet pars com
mittere quæ falſum commiſit. de quo vide Barto.
in.l.ſi quis obrepſerit. ff.ad.l.Cornel.de falſ.vbi
duas quæſtiones huius ſuccedaneas tractat , am-
109 bas in facto ſibi cõtigiſſe ait. † Prima eſt, inquit,
conſuetudine Tuſciæ partes ſchedulam notario
tradere ſolent, ſuper quam inſtrumentũ fieri con
ſentiunt:contingit partiũ alteram ſchedulam tra-
didiſſe falſum tamen continẽtem,ſecũdum quam
notarius bona fide publicum inſtrumentum con
fecit,partibus've dedit:altera pars viſo inſtrumẽ-
ro illud falſum eſſe dicit & proponit. An de falſo
notarius condemnari poterit . Secunda eſt, dum
altera partium conuentionẽ dictaret,aliquid do-
loſe aliter quàm inter partes conuentum erat,no
minaret,ſeu dictaret:altera vero pars dum inſtru
mentum vidit de falſo inſtrumentum arguere cœ
pit: An de falſo notarius condemnari poterit.
vtranque quæſtionem eodem medio Bart. abſol
uit,per.l.ſi is qui.§.tu Titium. ff.de furt. quam a-
pertius declarat.l.ſi quis quid perferẽdum.ff.eo.
de furtis. vt vno reſpectu neuter de falſo puniri
poſsit,neque dictans, ſeu qui ſchedulam notario
dedit , neq; notarius ſcribens, quoniam notarius
qui ſcripſit quod pars nominauit , ignorauit fal-
ſum eſſe,quod ſcripſit.Quare verũ eſt dicere fal-
ſum non commiſiſſe,quoniam bona fide ſcripſit:
falſum autem dolum deſiderat . l.diuus. &.l. qui
falſam. ff.ad.l.Corne.de falſ.l.nec exemplum.C.
ad.l.Cornel.de falſis. Igitur notarius de falſo ar-
gui non poteſt.Similiter ſecundum Barto.neque
is qui dictauit,quia non ſcripſit neque inſtrumen
to robur adhibuit . Igitur de falſo argui non po-
teſt,quod falſum fecit,dicto.§.tu Titium.

In ſecunda quæſtione idem dicendum eſſe ait
Bart.quãdo plus,aut aliter nominatum eſt quàm
deberet.Secus autem ſecundum Barto.vbi omiſ-
ſio circa dictationem interuenit: quia tunc omit-
tens nominare,de falſo tenebitur,non autem no-
tarius: quoniam falſum in perſonam nominantis
radicatum eſt.l.præsbyteri. C.de epiſco.& cleri.
&.l.ea quæ commendandi. ff. de contrahen.em-
ptio.Ratio autem primi caſus eſt,quia lex nõ fal-
ſum,ſed deceptionem nominat,in.l.ij. C.de reb.
alien.non alienan. Licet ſchedula ſuper qua factũ
eſt inſtrumentum ſit falſa.l.fin.C.plus vale.quod
agi. Fatetur autem Bart. in caſu propoſito poſſe
teneri de falſo : quia prætori obrepſit,ſecundum
l.ſi quis obrepſit.ff.ad.l.Corneli.de falſ. vt eſt in
eo qui falſam ſchedulam ſeruienti dedit, vt ſuper
ea relationem conficeret.Si vero ſcribens falſum
eſſe ſciuerit , tunc qui nominauit,falſum cõmiſit.
Cum Bart.ſentit Abb.in ca.quanto. extra,de his
quæ fi.à præla.ſine conſen.capitu. Idem Bart.no
tat in conſil.cxcix.incipiente,Tudertinus quidã.
vbi eandem diſtinctionem ampliore pagina pro-
ſequitur. quem ſequitur Angel. Areti. in tracta.
maleficio.in verbo,falſario.in quæſtione incipiẽ
110 te, quæro, aliquis dictat &c. † Dictans enim in-
ſtrumentum autor eſſe videtur inſtrumenti in cle
men.j.de vſur.vbi hæc tria à pari iudicantur ſcri-
bere,facere,& dictare.ca.ſentẽtiam ſanguinis. in
princi.extra,ne cleri.vel mona.§.quia verò veri-
ſimile.in authenti.de non alienan.& permutand.
reb.eccleſ.colla.ij.per quem tex.idem notat Bal.
in.l.iubemus.ij.in fi.C.de ſacroſanc.eccle.Addo

text.in.l.j. §.ad teſtamenta.ff.ad.l.Corne.de falſ.
l.lex Cornelia.§.ſi quis librum.ff.ad.l.Corne.de
iniur.§.j.Inſtitu.de iniur.ca.inter dilectos.§.præ-
terea.in verbo,procurauerit.extra,de exceſ.præ-
lato. Poſſent hic recenſeri quæ ſcribuntur de di-
plomatibus ſeu reſcriptis apoſtolicis, in ca.licet.
& ca.quàm graui. extra,de falſ.de dictamine eo-
rum de quibus illhic per Henric.Bohic, & quod
dicit text.contra huiuſmodi perſonas in ca.ſi cul-
pa.extra,de iniur.ibi,nec ignorantia te excuſat ſi
ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter
poſſe contingere vel iacturam.l.ſufficit.ff.de cō-
dictio.indeb.facit ratio.l.j.&.ij. C.de his qui ſibi
aſſcrib.in teſta. Quamquam illi.l.ij.fortiter ob-
ſter.l.dictantibus. C.de teſta. Et Accurſ. ſtudet
ambas leges cōcordare, vt dicta.l.ij.intelligatur
de dictante & ſcribente.l.dictantibus. de eo qui
tantùm dictat,non autem ſcribit. Huic interpre-
tationi ferè omnes ſe ſubſcribunt. Ego autem pu
to ſolutionē Accurſij plurimum torquere illam
l.ij.quando illa lex neque alia hoc dicit. &.l.j.§.
ad teſtamenta. ff.ad.l.Cornel.de falſ.contradicit
omnino,ſi recte intelligatur.Nam in ea teſtamen
tum dictauerat teſtator moriens: legatarius verò
tantùm ſcripſerat, & ſola recognitio à teſtatore
poſtea facta,facit validare legatum: neque aliter
legatum fuiſſet conſecutus. Vnde ex ea videtur
111 melius illas leges concordari poſſe. † In primis
dic, aut legatarius ſeu fideicommiſſarius à teſta-
tore præſentibus teſtibus teſtamentarijs ſpeciali-
ter rogatis ad effectum conficiendi teſtamenti &
teſtibus in ſufficienti numero exiſtentibus abſq;
eo qui dictauit,& dictans teſtamentū legato non
priuabitur,ſed illud conſequetur impunè. Et ita
loquitur.l.dictantibus. C.de teſta. in his verbis,
teſtatorem poſſe relinquere dubitandum nō eſt.
Nota etiam verba ſeq.verſi. pro libito ſuo quod
voluerit teſtator relinquere non prohibetur: vt
eadem ſit dictantis & teſtium cōditio, vt ſufficiat
quòd teſtator rogauerit ſic dictare in præſentia
teſtium ſpecialiter rogatorum,& ſic illa recogni-
tio ab initio facti teſtamenti à teſtatore facta ſuffi
cit, neque alia recognitio poſt factum teſtamen-
tum neceſſaria eſt,ſed æquipollebit recognitioni
ſpecialiter poſt teſtamētum factæ, per illum text.
Si verò legatarius teſtamentum dictauerit, licet
non ſcripſerit,& cōſtare poſsit per teſtatoris con
feſsionem aut aliàs legatarium dictauiſſe,non au
tem teſtatorem neq; legati recognitionem feciſſe
in præſentia competentis numeri teſtium: & indi
gnus ſit legato,pœnā tamen falſi euitat,quia non
ſcripſit. Et ita intelligitur.l.ij.C.de his qui ſibi aſ-
ſcrib.in teſta. nec illa lex meretur ſubauditionē.
per eam enim planè probatur,dictantem teſtamē
tum, ſed non ſcribentem legato indignum eſſe,li
cet à falſi crimine ſingulari legis beneficio excu-
ſetur. Et in hoc illa lex eſt multum ſingularis con
tra eos qui aſtant teſtatori dum teſtamentum cō-
ficit,& interrogant teſtatorem an aliquid ſibi aut
alteri donet.contra quos plurimum inſurgit tex.
in.§.j.verſic.tale. in authenti.de teſti.colla.vij.&
§.j.in authenti.de inſtru.cautela & fide. colla.vj.
vt illi verè falſum committant. Et dubitarem an
tales illo principis beneficio in dicta.l.ij. expreſ-
ſo gaudere deberent.quoniam verè dici non po-
teſt hoc teſtatorem ſcienter admiſiſſe, dicto.§.j.
in authenti.de teſti.niſi aliter de voluntate perfe-
cta teſtatoris per alios idoneos teſtes non ſuſpe-
ctos aut mendicatos conſtaret,argumento.l.quo
112 niam indignum. C.de teſta. † Si autem legata-
rius ſibi legatum aſſcripſerit etiam dictante teſta-
tore,legatum amittit,& pœna falſi reus erit.l.Se-
natuſconſulto. C. de his qui ſibi aſſcrib.in teſta.
Et raro, inquit ille text. à principe remiſsio con-
cedi debet, etiam ſi hi qui dictante teſtatore ſibi
legatum aſſcripſerūt ignorantia aut facilitate du-
cti ſint,& à legato diſcedant:aliter non,per illum
text.ex quo nota ſibi aſſcribentes legatum teneri
veniam à principe impetrare:alioquin rei ſunt fal
ſi,quoniam vbi ſcienter ſibi aſſcribunt,non excu
ſat eos dictamen teſtatoris. Et me plurimum mo
uet illa lex quæ dicit eos remiſsionem raro à prin
cipibus obtinuiſſe.patet in eadem.l.in his verbis:
ampliſsimus ordo vel diui principes veniam raro
dederunt.&.l.diuus.in princi. ff.ad.l.Cornel.de
falſ.ibi,ego tutius eſſe puto veniam ab imperato
re eſſe petendā. Intellige hoc verum,niſi poſtquā
legatum aſſcriptum eſt dictante teſtatore, poſt te
ſtamentum confectum iterum teſtator recogno-
uerit,vel ſpecialiter aut generaliter confirmaue-
rit teſtamentum ſic ſcriptum, vel per ſpecialē aut
generalem ſubſcriptionem ſecuta cōfirmatio ex-
cuſaret à falſo eum qui legatum ſibi aſſcripſit, &
nihilominus legatum percipiet. Ita intelligitur di
cta.l.ij.§.ad teſtamenta.ff.ad.l.Cornel.de falſ.ſe-
cundum Barto. Ego verò in hoc puto melius di-
ſtinguendum eſſe filium vel ſeruum ab extraneo,
quicquid illhic dicat Barto. Et iterum diſtinguē-
dum eſſe filium emācipatum à ſuo,licet glo.Bar-
tol.& alij non ita diſtinguant.
113 In primis † dico filium in poteſtate exiſtentem
& ſeruum,ſibi legatum aſſcribentes in teſtamen-
to patris aut domini,non excuſari à falſo,licet pa
ter dictauerit,& legatum non accipiat, niſi pater
ſpecialiter vel generaliter teſtamento legatum,
quod filius in poteſtate exiſtens ſibi aſſcripſit, ap
probauerit.l.filius. in princi. & dicto.§.ad teſta-
menta.ff.ad.l.Corne.de falſ.&.l.fin.C.de his qui
ſibi aſſcrib.in teſta.etiam ſi iuſſu patris ſcripſerit,
dicta.l.filius.& dicta.l.fin. Quamquam Cin.ali-
ter ſentiat in.l.j. C.de his qui ſibi aſſcrib.in teſta.
Cæterùm.l.diuus.§.planè.ff.ad.l.Cornel.de falſ.
in ſeruo deſiderat ſpecialem approbationē, neq;
ſufficere generalem. Et ſic in hoc differt ſeruus à
filio in patris poteſtate exiſtente,per illum tex.&
dictam.l.fin. C.de his qui ſibi aſſcrib.in teſtamē.
in verbo,expreſſum.

Si autem filius emancipatus,aut extraneus ſibi
legatum

legatum aſſcripſerunt, licet pater, aut teſtator dictauerit, ſimiliter de falſo puniantur, & legatum amittant, niſi ſpecialiter & nominatim poſt confectum teſtamentum pater aut teſtator ipſum teſtamentum approbauerint, vel ſcienter ſubſcripſerint, ipſum teſtamentum approbando. & ita loquitur dicta.l.filius.in principio. quæ omnino æquiparat filium emancipatum extraneo, & extraneus non conſequitur legatum, neque à falſo excuſatur, etiam ſi teſtator dictauerit teſtamentum, per dictam.l.Senatuſconſulto. C.de his qui ſibi aſſcrib.in teſtamen. & dicta.l.prima.§.ad teſtamenta.&.l.diuus.&.l.filius. ff.ad legem Corneliam de falſ.niſi nominatim teſtator poſtea approbauerit. Et quod dictum eſt ſuprà de filio emancipato, intellige niſi filius emancipatus qui ſibi legatum aſſcripſit in teſtamento patris patre dictante teſtamentum, omnino futurus erat hæres patri, ſiue per bonorum poſſeſſionem contra tabulas vel ſecundum tabulas, vel ab inteſtato: quia tunc de falſo non punietur, & nihilominus hæreditatem patris conſequetur. Et ita eſt text. in.l.prima. C.de his qui ſibi aſſcrib. in teſtamen. ibi, tamen cum & ſi teſtamentum &c. Et iſta eſt vera ſolutio ad omnes illas leges: quicquid Accurſ. Barto.& alij dicant. Et hanc ſolutionem aliquando in conſeſſu principis retuli, quæ plurimùm accepta fuit audientibus eam.

114 Ex his † vides dictantem æquè vt ſcribentem de falſo teneri, niſi ſpeciali gratia à principe pœna remittatur, per dictam.l.ſecundam. C. de his qui ſibi aſſcrib. in teſtamen. Circa prædicta autem nolo prætermittere in aſſcribẽte ſibi aliquid in teſtamento, nullam pro ſcribente fidem facere teſtamentum, tamen ſi aduerſum ſeipſum aliquid ſcripſerit, pro non ſcripto non erit, ſed aduerſus eum probabit. l.non putauit. §.ſi quis ſua manu. ff.de bono.poſſeſsio.contra tabul. facit in argumentum.l.fideiuſſor.§.pater.ff.de pignoribus.

Reſtat vt dicta per Barto.in dicta.l.ſi quis obrepſerit. ff.ad legem Corneli.de falſ.& in conſil. excix.incipiente, Tudertinus. quem omnino ſequitur Angel.Areti.in tractatu maleficiorum.in verbo, falſario.diſcutiamus.

In primis dico.l.ſi is.§.ſi tu Titium.&.l.ſi quis quid perferendum. ff.de furt. apertè demonſtrare imperfectam eſſe Bart. diſtinctionem imò nec plurimum illis legibus cõuenire quæſtiones per Bartol.propoſitas. vt autem id tibi pateat, iuuabit ſi illas aliquantum recenſeamus.

In.l.Si is qui rem. § ſi tu Titium. dicitur, *Si tu commendaueris mihi Titium vt illi crederem, tu verò alterum quem Titium adduxiſti, vt crederem: ego autem putans Titium eſſe quem adduxiſti, mutuam illi pecuniam dedi: An tu qui hominem hunc adduxiſti, furtum feciſti?* dicit Iureconſultus te furtum feciſſe, ſi is quem adduxiſti ſciebat commentum & ſe non eſſe eum Titium qui mihi à te commendatus erat. Quod ſi is qui adductus eſt, neſciat commentum, tunc is qui mutuam pecuniam accepit, furtum non committit: quoniam re vera mutuum accepit. Similiter neque is qui adduxit furto opem feciſſe videri, cùm furtum ab eo factum non ſit, ſed verè mutuum factum eſt, & in eum qui adduxit actio in factum tantum dabitur. Licet plurimum obſtet.l.ſi quis vxori. §.cùm à Titio. ff.de furtis. Sed ad illam.l. dic, eum, qui adduxit, participaſſe cum eo qui acceperat quia partem pecuniæ cum accipiente diuiſit.

Ad.l.ſi quis quid perferendum. in princip. ff. eod.titulo.contraria eſſe videtur, dictæ.l.ſi is qui
115 rem. dicit enim, † ſi rem furtiuam perferendam alicui tradidero, isq́ ſciens acceperit, deinde cum re furtiua deprehenditur: conſtat, inquit ille text. ipſum duntaxat manifeſtum furem eſſe qui deprehenditur. Si autem neſcit furtiuam eſſe, neutrum de furto teneri. Et ratio ſequitur hunc: quia fur non ſit, illum autem non eſſe manifeſtum furem, quia deprehenſus non ſit. Ecce quomodo primum caput dictæ.l.ſi quis quid perferendum. contradicere videtur dicto. §. ſi tu Titium. quia dicit eum, qui deprehenditur, dũtaxat furem manifeſtum eſſe, non autem eum qui rem dedit perferendam. At in dicto.§. ſi tu Titium. dicitur vtrunque furem eſſe, ſi is qui accepit, commentum ſciuit adducentis. Quare ex his duabus legibus dicendum eſſe videtur aliter debuiſſe Bartol. in duabus quæſtionibus per eum propoſitis diſtinguere. Aut enim notarius ſciuit ſchedulam eſſe falſam, ſuper qua inſtrumentum cõfecit: & vterq́ de falſo tenebitur, per dictum.§.ſi tu Titium. Sed per dictam.l.ſi quis quid perferendum. ſolus notarius de falſo teneretur, quia ſolus eſt qui inſtrumentum conficere poteſt. Ecce quomodo illæ duæ leges inter ſe pugnare videntur. Nam ex deciſione illius.l.ſi quis quid perferendum. reſultat aduerſus notarium hæc ratio, quia notarius ſtatim quo ſchedulam falſam eſſe ſciuit, non debuit inſtrumentum ſuper ſchedula falſa conficere, vel ſchedulæ ſe ſubſcribere. l. ſi quis obrepſerit. in verbo, ſubſcriptione vti non poteſt. &.l. Paulus. & plerisque alijs legibus tituli. ff. ad legem Corneliam de falſ. l.qui veluti. C.ad legẽ Corneliam de falſis. l.cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi. Quare non videtur mirum eſſe, ſi dicatur eum ſolum de falſo teneri, quia non potuiſſet pars abſq́ notario inſtrumentum facere. In quo pondero.l. fina. C. plus vale. quod agi. quæ inſtrumentum falſum eſſe dicit, etiam ſi à notario ignoranter confectum fuerit. Tamẽ per illam.l.ſi is qui rem. §.ſi tu Titium.ff.de furtis. vterque teneretur, tam
116 is qui confecit quàm is qui conficere fecit. † In primis is qui facere iuſsit, quia falſam ſchedulam eſſe ſciuit. notarius, quia ſchedulam falſam in formam publici & authentici inſtrumenti redegit. Neque obſtare poteſt, ſi is qui facere iuſsit, non vtatur, per.l.ſi falſos. C.ad legem Cor-

neli. de falſis. in his verbis, qui non ipſi falſi ma-
chinatores eſſe dicuntur: quia animo & effectu
falſum commiſſum eſt. Vnde illæ duæ leges inter
ſe pugnare videntur. Secundò loco vt vtriuſque
legis repugnantia vlterius appareat ex dicto. §. ſi
tu Titium. ſi is qui ſcripſit ignorauit falſam fuiſſe
ſchedulam ſuper qua inſtrumentum cõfecit, neu-
ter de falſo teneri deberet: quia ſi is qui confecit
ignorans ſchedulam falſam eſſe nõ poteſt dici fal
ſum commiſiſſe. Vnde propter ignorantiam no-
tarij excuſari à falſo debet qui ſchedulam falſam
dedit, vt ille de falſo accuſari non poſsit, quemad
modum is qui pecuniam mutuam ignoranter ac-
cepit, excuſat à furto eum qui illum ad creditorẽ
adduxit, vt actione furti non teneatur, ſed actio-
ne in factum tantum. Similiter ignorantia notarij
deberet prodeſſe ei qui ſchedulam falſam dedit,
vt ille qui ſchedulam dedit, de falſo non teneatur
ſed actione in factum, quæ non erit æquè famo-
ſa, dicto. §. ſi tu Titium. Sed per rationem dictæ
l. ſi quis quid perferendum. in fin. vterque de fal-
ſo tenebitur, quia in illa lege is, qui perferre iuſ-
ſit, excuſatur tantùm à furto manifeſto: ſed ob id
non excludit furtum non manifeſtum. Nam ille
qui percipere iuſsit, quia cum re deprehẽſus non
eſt, fur non manifeſtus tantum dicitur. l. iij. ff. de
furt. §. furtorum. Inſtitu. de obliga. quæ ex delict.
naſcun. Sed in falſo fortior ratio eſt quàm in fur-
to. quare eſt quod ſuprà dixi non recte illas duas
117 leges quæſtionibus Barto. conuenire. † Et ratio
huius eſt, quoniam non tantum qui ſcripſit, falſi
tenetur, ſed qui falſum machinauit ſeu procura-
uit vt fieret vel aliter particeps fuit in falſo fabri-
cando, dicta. l. j. §. j. & dicta. l. Paulus. l. lege Cor-
nelia. §. eadem pœna. & §. pœna. l. falſi nominis.
§. fina. in his verbis, falſo recitata non facto inci-
dit. & l. falſi. ij. ibi, & vt aliquid eorum fieret cu-
rauerunt. & l. diuus. ij. ff. ad. l. Corneli. de falſ. &
dicta. l. ſi falſos. C. de falſis. in verbo, machinato-
res. Quare illæ duæ leges nullo pacto illis quæ-
ſtionibus Bartol. accommodari poterant, quo-
niam alia ſit furti, & alia falſi ratio & conſide-
ratio.

Secundò is qui ſchedulam tradit ſuper qua con
ficitur inſtrumentum, affirmare videtur ſic conuẽ
tum eſſe verum aſſeuerando quicquid in ſchedu-
la ſcriptum eſt, & ſciens mentitur, ob id falſum
committit. l. falſus. in princip. ff. de furt. dicta. l. ſi
quis obrepſerit. ff. ad. l. Corne. de falſ. l. magis pu
to. §. ne paſsim. ff. de rebus eorum qui ſub tutela
vel cura ſunt. l. ſi priuatus. ff. qui & à quibus ma-
numiſ. liber. accip. l. cùm hi. §. tranſactiones. ver-
ſicu. ſinge. ff. de tranſactio. & vt dictum eſt, text.
in dicta. l. finali. C. plus val. quod agitur. ſimilia
inſtrumenta falſa appellat, licet is qui ſubſcripſit
alieno relatu inconſultus ſubſcripſerit: in quo e-
tiam is qui ſubſcripſit non excuſatur: quoniam
ſecum deliberare debuit antequam inſtrumen-
tum conficeret. l. & ſi ad te. C. ad legem Corneli.
de falſis. Ego autem vltra prædicta puto eſſe de
hoc tex. in. l. maiorem. C. ad legem Corneliam de
falſ. quem volo te primò in his verbis notare qui
118 falſis reſcriptionibus vtuntur. † Secundò in his
verbis, ſed qui deceptus eſt per alium, ſi ſuam in-
nocentiam probat, & eum, à quo accepit, exhi-
bet, ſe liberat. Vbi igitur innocentiam non pro-
bauerit, reus falſi erit. Per quem text. dico recte
poſſe defendi, vt is qui ſcripſit ignorãter, ſi igno-
rantiam probare poteſt, excuſari: & nihilominus
inſtrumentum ſic confectum falſum manebit: ſed
onus probandi incumbet notario, argumento. l.
primæ. C. ad legem Corneliam de ſicar. l. fina. ff.
ad legem Corneliam de falſ. notat Felin. in capi.
primo. colum. fina. extra, de præſumption. Bald.
in. l. prima. C. vnde vi. Cæterùm is qui ſchedu-
lam tradidit per quam aliquid additum eſt, vel is
qui dictauit plus ſcribere iuſsit, vel minus dicta-
re doloſe omiſit, de falſo punietur: quia in cauſa
eſt propter quam falſum cõfectum eſt inſtrumen
tum, non autem is qui in publicam formam & au
thenticam redegit, niſi is qui ſcripſit in dolo par-
ticipet. Et in hoc iudico in ſimili dictam gloſſ. in
l. nihil. ff. ad legem Corneliam de ſicar. dum ait,
119 † qui dat furioſo gladium, reus eſt homicidij,
non ipſe furioſus. de quo in. l. qua actione. §. fi-
na. & l. item ſi obſtetrix. in principio. l. quemad-
modum. §. ſi nauis. verſicu. quia parui refert. &
l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquiliam. in
clementi. vnica. de homicidijs. Ego autem addo
textum, in. l. quid ergo. j. §. finali. ff. de lega. j. ibi,
ſed compulit ad maleficium vt occideretur, vel
ad ſupplicium mitteretur. l. quum ſeruus. & l. ſi
pecuniam. §. fina. ff. de condictio. cauſa data cau-
ſa non ſecuta. Similiter qui falſam ſchedulam de-
dit, ſuper qua inſtrumentum confectum eſt, pu-
niendus eſt, quia cauſam dedit falſitati, non au-
tem ipſe notarius: & præſertim ſi talis fuerit. cui
is qui ſcripſit credere debuit, vt in argumentum
eſt textus, in. l. ſi à bonæ fidei poſſeſſore. vbi hoc
notat Ange. ff. de rei vendicatio. per glo. & Mo-
dern. in. l. ſi pecuniam. §. fina. in verbo, carere. ff.
de condictione ob cauſam datam. gloſſ. eſt in. l. ſi
quis in tantam. in. viij. quæſtione. C. vnde vi. non
obſtabit dicta. l. ſi is qui rem. §. ſi tu Titium. quo-
niam in caſu illius. §. nullum furtum factum eſt,
quia is qui pecuniam mutuam accepit, redditu-
rus accepit. Non mirum, inquit ille text. ſi is qui
adduxit hominem pro homine, de furto non te-
neatur, quia furtum factum non eſt. hoc ille text.
clarè probat. Primò dum in eo dicitur, quod ſi
neſciat, non faciat furtum. Secundò dum dici-
tur, nec is qui adduxit, opem tuliſſe poterit vi-
deri, cùm furtum factum non ſit. Ex his vides
quomodo in illa lege is qui pecuniam mutuam
acceperat, non ea intentione acceperat vt mu-
tuam datam pecuniam contrectaret: & ideo fur-
tum non fecit, quare aduerſus eum furti agi non
poteſt. Tertiò, ſubiungit ille text. Sed dabitur
actio

120 actio in factum in eum qui adduxit. † Et ratio
quare actio in factum datur: quoniam ex quo
furtum factum non eſt, non poteſt actio furti da-
ri. Debuit igitur pro pecunia mutua alia actio
concedi, & in factum actio conceſſa eſt, quæ ſub-
ſidiaria eſt, vbi nulla actio datur. l. qui ſeruanda-
rum. in principio. &. §. primo. &. l. quoties. ff. de
præſcriptis verb. l. in factum. illhic gloſſ. & Bar-
to. ff. de actio. & obligatio. & ſimilis gloſ. in. l. ex
placito. C. de rerum permutation. gloſſ. in. l. ius
pluribus. ff. de iuſtitia & iure. Adde quod nota-
tur per gloſſ. & Bartol. in. l. ſed & ſi poſſeſſori. in
principio. ff. de iureiurand. Sed ego putarem il-
lam actionem in factum informari ab actione fur
ti, aduerſus eum qui adduxit, argumento. l. de pe
coribus. C. ad legem Aquiliam. l. item ſi obſte-
trix. in princip. ff. ad legem Aquiliam. quia apud
bonos & graues notabitur, argumento. l. ſecun-
dæ. ff. de obſequi. patro. præſtan. Sed vbi furtum
fuiſſet circa mutuam pecuniam commiſſum, non
tantum actio in factum concederetur, ſed & fur-
ti actio. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis de manu. ver-
ſicu. quod ſi ad aliquem. ff. ad legem Aquiliam.
dum ait, quod ſi ad aliquem peruenit ope & con
ſilio & furtum factum, furti quidem agendum,
quod & antiquis placuit. Idem etiam in factum
dari poſſe actionem ait. At in quæſtionibus tra-
ctatis à Barto. falſum commiſſum erat, ſiue com-
mittendo ſiue omittendo. Et licet Bartol. diſtin-
guat cauſam omiſſionis à commiſſione falſi, &
dicat in caſu per eum relato grauiorem eſſe omiſ
121 ſionis cauſam quàm commiſſionis, † tamen cla-
rum eſt plerunque delictum æquè graue eſſe poſ
ſe, quod in omittendo fit à notario & alia publi-
ca perſona, eo quod in committendo fit: vt ſi do-
loſè notarius ſcribere omiſerit aliquid ſubſtan-
tiale conuentionis. l. iubemus. C. de teſtamentis.
Vnde, vt ad inſtitutum reuertamur, negari non
poteſt falſum eſſe inſtrumentum, & falſum in eo
fuiſſe inſertum, licet non à ſcribente, ſed facto
eius qui ſcribere iuſsit ſeu inſtrumentum dicta-
uit. Vnde in caput eius falſum retorquendum
eſt, per prædicta. Non obſtat quod dictum eſt,
falſum ſine dolo non committi, quoniam ſine do
lo commiſſum non eſt ab eo qui dictauit, licet is
qui ſcripſit, aut in inſtrumenti formam ignoran-
ter redegit, dolo careat. Et ideo ille qui dictauit
in hoc caſu ſolus de falſo arguendus, & punien-
dus erit. l. maiorem. C. ad legem Corneliam de
falſ. tamen culpa non caret qui ſcripſit: quia non
debuit tam credulus eſſe. l. prima. in principio. ff.
de eo per quem fact. eſt. &. l. Iulianus. in princi-
pio. ff. de actio. empt. dicta. l. ſecunda. C. de his
qui ſibi aſſcrib. in teſtamen. tamen faciliter venia
concedi ſolet. l. tertia. &. l. penulti. C. de his qui
ſibi aſſcrib. in teſtamen. Et conſideranda eſt ra-
tio illarum legum quæ voluerunt ſpectari ſeu ad
pœnam ſeu ad excuſationem eius quo dictante
inſtrumenta confecta ſunt. Similiter in dicta. l.
prima. §. ad teſtamenta. l. diuus. §. planè. in ver-
bo, dictaſſe. &. §. quatenus. in verbo, dictaſſe. ff.
ad legem Corneliam de falſis. Conſiderare etiam
volo rationem verſicu. quod tamen inquit, ibi,
quæri tamen debet an æquè ſubſequendi neceſ-
ſitas, & honeſta excuſatio eſt, non facientibus
quod non ſit conceſſum. Et quod dicitur in fine
illius legis, ibi, placet teſtamentario pœnam le-
gis Corneliæ remitti &c. Et vlterius. l. falſi no-
minis. §. finali. in his verbis, falſo recitata non fa-
122 cto incidit. ff. ad legem Corneliam de falſ. † vbi
aduocatus quia falſò factum recitauit, de falſo
arguitur. multo magis de eo dicendum eſt, qui
decipiendi animo falſum recitat notario, ſeu di-
ctat. quem text. puto ſingularem, iuncta dicta. l.
maiorem. in his verbis, ſed qui deceptus eſt per
alium. &. l. ſi falſos. ibi, qui non ipſi falſi machi-
natores eſſe dicuntur. &. l. qui veluti. C. ad le-
gem Corneliam de falſis. l. falſo. C. de diuerſ. re-
ſcript. dum ait, falſo aſſeueratur. l. & ſi legibus.
C. ſi contra ius vel vtilita. public. ibi, & ſi nimia
mentientis inuenitur improbitas, etiam ſeuerita-
ti ſubiaceat iudicantis. l. ſi priuatis. ff. qui et à qui-
bus manumiſſ. liber. accip. Poſſent hic plura iſti-
uſmodi congeri, quæ miſſa conſulto facio. Et
idem vt dixi, tenet Bald. in dicta. l. iubemus. ij. in
fine verſicu. vltimo quæro. C. de ſacroſanctis ec-
cleſijs. Et in. §. quod ad cauſam. ſuprà eadem. l.
Pondero verbum, recitandum. Et in. §. ſi alius.
infrà eodem. verbum, recitauit. dum hæc tria æ-
quiparat Iureconſultus, aperire, recitare, & de-
ſcribere. Cui ego addo. l. primam. §. edere. ff. de
123 edend. † Edere, inquit, eſt copiam deſcribendi
facere vel in libello complecti & dare vel dicta-
re. Et paulopòſt ait, & demonſtrat quod di-
cturus ſit vel in dicendo quo vti velit. Poſsit
hic repeti. l. quoties. in principio. ff. de hæredib.
inſtituend. ibi, volens alium hæredem ſcribere,
alium ſcripſit. & ibi, neque eum hæredem eſſe
qui ſcriptus eſt, quoniam voluntate deficitur.
neque enim quem voluit, quoniam ſcriptus non
eſt. & ibi, dum vult lancem relinquere veſtem
leget: neutrum debebitur. hoc ſiue ipſe ſcripſit,
ſiue ſcribendam dictauerit. Hæc de quarta Fe-
lin. limitatione dicta ſufficiant.

Quintò igitur Felin. in dicto capitu. fraterni-
tatis. extra, de hæretic. regulam prædictam limi-
tauit, niſi pars contra quam inſtrumentum pro-
ductum eſt in partibus non falſis approbauerit
aut acceptauerit: tunc in reliquis approbare te-
netur. allegat Baldum. in. l. ſecunda. C. ad le-
gem Corneliam de falſis. Et Bartol. in. l. poſt
legatum. in principio. ff. de his quibus vt in-
dignis. Dictum Baldi. in dicta. l. ſecunda.
fuit in ſecunda limitatione diſcuſſum, dum de
acceſſorijs, principalis obligationis diſputaui-
mus, vt pars quæ non negabat debitum, ſed

fideiuſſionem, vel confitebatur debitum ſed non
pœnam debito adiectam in defectum ſolutionis
aut implementi obligationis. In quibus caſibus
loquitur illa. l. ij. C. de falſ. ſecundũ glo. interpre-
tationem, quam Bal. hic approbat. Ex ea ſic Feli.
hanc quintam limitationẽ inducit, quam in parte
approbat, in reliquo verò non. Et ſic in eo quod
approbat executioni demandatur, non obſtante
falſitate propoſita. Addit Bal. l. filius. §. ſequens.
ff. ad. l. Corne. de falſ. quæ lex diſſentit à Bal. non
enim de eo loquitur qui in parte approbauit, vt
ſuprà cõmemorauimus. Nam in ea inſtrumẽtum
totũ corruit alia ratione. Et nõ prætermitto Mar
celli reſpõſum in illa lege poſitum. queadmodũ,
inquit Marcellus, ſocio debebit̃, ſi quaſi falſum
nomen ſerui ſubducitur. de ea ſuprà ſatis dictum
eſt. Bart. verò in dicta. l. poſt legatum. in princ. fe
cit diſtinctionẽ circa inſtrumenti acceptationem.
Primò an ſcienter, an verò ignoranter, ſecundum
l. licet. C. ad. l. Corne. de falſ. l. non dubium. C. de
teſta. l. qui ignorãs. ff. ad. l. Cornel. de falſ. Sed cir
ca eam non inſiſtit, quãuis Ange. in ea reſideat, in
dicta. l. licet. Bald. autem diſcedit ab ea & adhæ-
ret gloſ. in dicta. l. poſt legatum. Similiter & Bar
to. in dicta. l. qui ignorans. Vnde Bart. in dicta. l.
124 poſt legatum. aliter diſtinguebat. † aut, inquit, is
qui ex falſo inſtrumento legatum conſecutus eſt
conuenitur ex teſtamento, & poteſt excipere de
falſo, argumẽto. l. filio præterito. ff. de iniuſto, ru
pto & irri. teſta. l. ſi is qui in poteſtate. ff. de lega.
præſtã. Et ratio ſecundũ eum eſt, quia non poteſt
teſtamentũ approbãdo quod falſum erat, verũ fa
cere, ſed illa. l. filio præterito. non loquitur de eo
qui ſemel aliquid ex teſtamento falſo accepit. ſed
de eo qui nõ obſtãte teſtamẽto nullo hæreditatẽ
ab hærede inſtituto auocat. Cui ſi ab hærede de
teſtamẽto opponat̃, rectè filius præteritus de nul
litate teſtamẽti excipit. Vnde videt̃ obſtare ratio
l. ipſe ſignificas. C. ad. l. Corn. de fal. in qua is qui
fidem inſtrumẽti ſuſpectam tantũ habebat, tranſi
git, non poteſt amplius cõtrauenire inſtrumento
quantũcunqꝫ falſo. l. tranſigere. C. de tranſactio.
Non quod per hanc approbationẽ quod falſum
erat, verũ dici poſſit, ſed ſolùm quod cõtraueniri
non poſſit. Et hoc rectè probat. l. Claudius. ff. de
acquir. hæred. dũ ſpreta autoritate Papi. & Pauli
Iurecõſultorũ dicitur, iudicatũ fuiſſe, eum qui ex
teſtamẽto nullo hæreditatẽ adierat præiudicaſſe
ſibi, vt ex valido teſtamẽto adire nõ potuerit, ſed
teſtator qui duo teſtamẽta fecerat, primũ validũ,
ſecundũ autẽ inualidũ, in vim cuius ſecundi adita
erat hæreditas, pronũciatus eſt deceſſiſſe ab inte-
ſtato, & ſic neqꝫ agendo neqꝫ excipiendo profuit
ignorãtia. quamquã Pau. Iurecõſultus iſtius fuiſ-
ſet ſententiæ. Et idem Accurſ. cõfirmauit in dicta
l. licet. C. ad. l. Cornel. de falſ. vt neqꝫ agẽdo, neqꝫ
excipiendo audiatur. dicta. l. ipſe. Progrediamur
125 ad diſtinctionẽ Barto. dicit enim, † ſi is qui lega-
tum accepit teſtamentũ falſum approbando vult
agere non poterit, dicta. l. Claudius. Certè illa. l.
non dicit, an agere vel excipere tantum velit, imò
plus, vt dixi ſuprà, ignorans ex teſtamento nullo
adierat, & poſtea hæreditatem ex teſtamento va-
lido adire voluit. Deinde Barto. facit inſtantiam
vt non ſit inter inofficioſum, & falſum teſtamen-
tum differentia. Si vera ſua eſſet diſtinctio, quam
prius eo fecit glo. in eadẽ. l. poſt legatũ. in verbo,
acceptum. quæ ad id ponderat. l. mater. ff. de inof
ficio. teſta. eſſet contra caſum dictæ. l. poſt lega-
tum. in princi. in qua fit inter falſum & inofficio-
ſum teſtamẽtum differẽtia. Bart. autem huic obie
cto reſpondet, vt in primis caſibus illius. l. poſt le
gatum. ſi is qui legatũ accepit errauit in facto, aut
in iure, ſibi nõ præiudicat. ſed in ſecũdo reſpõſo
illius legis quod de inofficioſo loquitur, ſi erra-
uit in iure ſibi præiudicat. l. ſi patronus. ff. ſi quid
in fraudẽ patro. Sed illi legi cõueniens dat reſpõ
ſum, vt ſit lata differẽtia, patroni & filij, cum vbe-
rior ſit cauſa filij cauſa patroni. Ego vlterius dico
126 non eſſe verum, † errantem in iure amittere ius
quod ſibi ab inteſtato deberetur, vel etiam lega-
tum, ſi quod ex teſtamento inofficioſo relictum
eſt acceptauerit dicta. l. mater decedens. ff. de in-
officio. teſta. l. legitimam. ff. de petitio. hæred. l. ſi
iure. ff. de lega. iij. Neque in hoc illæ leges diſtin-
guunt errorẽ iuris ab errore facti. Licet glo. in di
cta. l. ſi patronus. vtatur hac diſtinctione qua Bar
to. vſus eſt. Similiter gloſ. fin. in. l. ſi poſt diuiſio-
nem. C. de iur. & facti ignoran. Tamen ille tex. vi
detur aliter dicere, dum dicit, fide veri deficere,
vel iuris ratione: & ſic iuris vel facti ignorantia
non præiudicat. Licet illhic gloſ. hæc verba, fide
veri. intelligat quando inſtrumentum falſum eſt.
vnde deberet illa. l. ſi poſt diuiſionem. intelligi ſe
cundum primos caſus dictæ. l. poſt legatum. ff.
de his quibus vt indignis. qui loquuntur de lega
to accepto ex teſtamẽto falſo, vel non iure facto.
Sed illa lex non ſic ſtrictè accipienda eſt, ſed ſanè
admittendum eſt quoquo modo error contingat
per rationem dictæ. l. mater. ff. de inofficio. teſta-
men. & dicta. l. ſi iure. ff. de lega. iij. Nam & in. l.
qui ignorans. ff. ad legem Corneliam de falſ. ille
qui ex falſo teſtamento legatum acceperat, erra-
bat in facto, non in iure. ſimiliter in dicta. l. ſi
poſt diuiſionem. & in dicta. l. licet. C. ad legem
Corneliam de falſ. in his verbis, cum crimen ad-
127 miſſum ignores. † Præterea qui teſtamentum fal
ſum ignorat, ſi adit, nihil facit. l. cùm falſum. ff.
de acquirenda hæredita. Plus dico in illa. l. ſi pa-
tronus. ff. ſi quid in fraudem patroni. Non tan-
tum patronus errabat in iure, verumetiam in fa-
cto. Primò in facto errabat, quia ignorabat liber
tum aliqua in fraudem eius alienaſſe. Secundò in
iure, quia ignorabat propter alienata in eius frau
dem bonorum poſſeſsionem contra tabulas ſibi
competere: & ſic in iure & in facto patronus erra
bat. Sed ex fine illius. l. ſi patronus. ego accõmo-
do aliam reſponſionem quare potius imputatur
patrono,

patrono, ſi debitam portionem ſibi relictam in teſtamento liberti acceptauit, licet fortè ignorauerit libertum nonnulla bona in fraudem alienaſſe. Nam ex eo quod patronus ex illo inutili teſtamento debitam portionem recepit, iam videtur penè ſatisfactum iuri patroni: quoniam Iureconſultus in fine illius legis ait, vbi libertus etiam ab inteſtato decederet debita portione patrono relicta, aut aliquid amplius, licet in fraudem patroni libertus aliquid alienauerit, non poterit patronus reuocare quod alienatum eſt, etiam ſi fraudandi animo libertus alienauit, quaſi nihil in fraudem alienauerit, eo quod patronus debitam portionem à liberto percepit, & ſuæ indemnitati libertus conſuluit: fortiori ratione ſi errans in iure & in facto portionem debitam patronus accepit, quia ſatis eſt iuri patroni ſatisfactum eſſe. & id puto verum. Et per hæc non inſiſto circa id quod Bart. dixit in dicta. l. Claudius. ff. de acquir. hæredi. dum ad illam. l. ſi patronus. reſpondet quod in ea reuocatoria actio patrono competens ideo perdatur, quia contra ius ciuile detur, quod facilius debetur. l. in honorarijs. §. ſed cùm reſciſſa. ff. de actio. & obligatio. Sed hæc non eſt recta conſideratio, neq; eam Iureconſultus habuit, ſed illam cuius ſuprà meminimus.

Ex hac diſputatione Bart. quæſtionem mouet
128 de eo † qui inſtrumentum falſum in iudicio produxit, & eo vſus eſt, an illud poſtea improbare poſsit. in qua Bartol. diſtinxit, aut inſtrumentum eſt nullũ defectu conſenſus: et producẽdo ipſum confirmat, neque amplius queri poſſet. l. iij. §. falſus. ff. rem ratam haberi. Si verò alia ratione nullum ſit quàm defectu conſenſus vel quod in poteſtate ſua non ſit, & excipiendo nullum dicere poſſet, vt in dicta. l. poſt legatum. in princip. ff. de his quibus vt indig. vel quantum ad actiones alicui competentes, cui non poteſt præiudicium afferre. l. quis ergo. ff. de pecu. & l. iij. ff. pro ſocio. Licet in teſtibus aliud ſecundum eum dicendum ſit. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. Et ſic teſtes ab inſtrumentis differant. Neque obſtat ſecundum eum. l. j. §. edere. ff. de edend. quia qui inſtrumentum confitetur, non omnia & ſingula in inſtrumento contenta ſimpliciter confitetur vera eſſe, ſed quatenus inſtrumentum probat, dicta. l. poſt legatum. Alioquin ſi producentis inſtrumentum confeſsio ſimpliciter facta eſſet, amplius reuocari non poſſet. alleg. Innocẽ. in ca. venerabilis. extra, de exceptio. Niſi is qui verum confeſſus fuiſſet inſtrumentum, errorem allegaret, & pro erroris comprobatione nullitatem inſtrumenti deduceret, quoniam audiendus eſſet. l. cùm poſt. C. de iuris & facti ignoran. Cæterùm in quæſtione ſequen. Barto. priorem diſtinctionem moderatur, ſi inſtrumentum non eſt falſum, ſed non iure factum vel nullum: quoniam vbi falſum eſt, adhæ-
129 ret primæ diſtinctioni Accurſij: † deinde diſtinguit, aut is qui producit inſtrumentum ſcienter falſum producit aut ignoranter ſecundum. l. ſi falſum. C. ad legem Corneli. de falſ. l. ſi veteris. C. de fide inſtrumen. quoniam qui poteſt de falſo accuſari, quia falſo inſtrumento vſus eſt, alium de falſo accuſare non poteſt.

Ego autem intendo ſuccinctè aliquid de diſtinctione. Bar. dicere. In primis dico verum eſſe vbi actus ſolo defectu conſenſus dicitur nullus ſufficere ratihabitionẽ interuenire expreſſam vel tacitam, dicta. l. iij. §. falſus. ff. rem ra. haberi. Cui ego addo. l. ij. C. de filijs ſa. et quẽadmo. munera ſube. lib. x. l. licet. ff. de iudi. niſi ad eſſe actus pro forma requiratur conſenſum precedere, ſecundum Bart. in. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. per illum text. ff. de acquir. hæred. in. c. ratihabitio. per Din. de regul. iur. in. vj. Secundò dummodo id in poteſtate ſit ratum habẽtis ſecundum limitationẽ Bart. qui iſtius doctrinæ meminit in. l. obſeruare. per illum text. ff. de offic. proconſul. dum quærit de eo qui tanquã delegatus, cùm non eſſet, de cauſa cognouit: an per partes ratificari poſsit quod per eum factum eſt: dicit nõ poſſe, cum à partiũ non depẽdeat volũtate. Et remittit ſe ad ea quæ notãtur in l. j. C. de peda. iudi. Sed melior tex. eſt in. l. nõ valet. C. ad. l. fam. de plagia. l. j. & l. priuatorũ. C. de iuriſdi. omnium iudi. & idem notat gloſſ. in dicta l. licet. ff. de iudic. Et Barto. in. l. ij. C. ſi ex falſ. in-
130 ſtru. ſenten. la. fuer. dicit plurimum differre † an ſententia lata ſit nulla, quia prætextu falſorum inſtrumentorũ lata ſit, an verò nulla ſit defectu conſenſus. Primò caſu appellando non confirmat eã appellans. l. ſi expreſsim. ff. de appella. Secundò caſu ſic, dicto. §. falſus. in. l. iij. ff. rem ratam habe. Et cum Barto. l. poſt legatum. in princi. intelligit in excipiente tantum. Non poſſum me Bart. ſubſcribere: quoniam illa lex mihi cõtrarium innuit in his verbis, licebit falſum arguere teſtamẽtum. quæ verba magis actionem quàm exceptionem demonſtrant. l. ſi docueris. C. ad. l. Corne. de falſ. in his verbis, niſi conſilium eſt codicillos falſos arguere. Et ſequitur in tex. Quod ſi criminaliter conceptum. Per quæ verba & verbum, queri in eadem. l. poſitũ. demonſtratur effectus illius verbi arguere, & in. l. & ſi à te. eod. titu. C. ibi, tecum deliberare debueras ne improbam inſtitueres accuſationem, hoc inſtrumẽtum in quo ſubſcripſeras falſum arguere contendens. Idem in. l. j. & fina. eod. titu. C. & in. l. fina. C. de fide inſtrumẽ. in verbo, redarguere. quæ proculdubio de petitore ſeu actore loquitur. Probatur in ea, ibi, & poſtquàm hoc ab actore vel petitore fuerit iuratum. dicta. l. cùm falſum. in verbo, arguetur. ff. de acquiren. hæred. Et minus puto Barto. moderationem admitti poſſe, vt quantum ad actiones quæ alijs competere poſſunt, hæc approbatio præiudicium afferre poſſit. l. tertia. in principio. ff. pro ſocio. vbi is qui factus eſt ſocius omnium bonorum, ſi ei factum eſt legatum aut hæreditas relicta, ſtatim communicabuntur. Et in his ſocius

qui non produxit inſtrumentum neque illo vſus
eſt, agere poterit. melior tex. eſt in dicta. l. poſt le
gatum. §. ſi filiusfamiliàs. ff. de his quibus vt indi-
gnis. Tertiò non puto aliam Barto. conſideratio
nem probari in dicta. l. poſt legatum. dum dicit
131 in ea probari, † eum, qui inſtrumentum confite-
tur, nõ ob id ſingula in inſtrumento contenta ve-
ra eſſe fateri, per illum text. in duobus non vide-
tur mea opin. bene dicere. Primò dum in ſolutio
ne data ad. l. j. §. edere. dicit per. l. poſt legatum,
probari eum qui producit in iudicio inſtrumen-
tum non approbare omnia in inſtrumento contẽ
ta. In hoc Bart. ſibi contrarius eſt, quoniam prin-
cipium illius. l. poſt legatũ. intelligitur de eo qui
extra iudicium, non autem in iudicio legatum ex
falſo teſtamento conſecutus eſt. Et id verum eſt,
quoniam ille tex. de eo loquitur qui ignorans le-
gatum ex falſo teſtamento accepit, et poſtquã ac-
cepit, teſtamentũ de falſo vult arguere propoſita
falſi actione. Et ſic quando legatum conſecutus
erat, iudicium nõdum cœptum erat. Secundò li-
cet is qui legatum in vim falſi teſtamenti conſecu
tus erat, teſtamentũ ipſum exhibuerit, non tamen
in iudicio ſecundum ipſum Bart. quare verè non
cenſebatur produxiſſe, licet eo ignoranter vſus
ſit. nihil igitur illi imputari poteſt, dicta. l. Clau-
dius. in reſponſo Pauli Iureconſ. ſuprà de acqui-
ren. hæredi. Et dicta. l. qui ignorans. ff. ad. l. Cor-
nel. de falſ. l. mater. ff. de inoffic. teſta. non videtur
ergo dictum Bartol. multum concludere. Et ego
quantum eſt ad hunc articulũ nullam inter teſta-
mentum nullum ſeu non iure factum, & teſtamẽ-
tum falſum facio differẽtiam, ſicut nec Iurecõſul-
tus facit in dicta. l. poſt legatum. Non obſtabit. l.
Claudius. ff. de acquir. hæred. Quia conſentio cũ
glo. in eadẽ. l. in verbo, inteſtatum. in fin. quòd is
qui ex teſtamento nullo adierat omiſſa aditione
ex teſtamẽto valido deceſſit aliter nõ adita hære-
ditate, aliàs teſtator ob id nõ potuiſſet pronuncia
ri ab inteſtato deceſsiſſe: quia re vera ſecundum
Pauli Iureconſul. ſentẽtiam potuiſſet hæres inſti-
tutus ex primo teſtamento adire: qm̃ iuſtus error
eum nõ priuabat iure ſibi ex illo teſtamẽto cõpe-
tente. l. ſi iure. ff. de leg. iij. & dicta. l. mater. nec in
hoc fuiſſet vera Papiniani ſentẽtia, per dictam. l.
poſt legatũ. & dictam. l. qui ignorãs. & l. licet. C.
de falſ. §. j. & ij. Inſtit. queadmo. teſta. infirmã. Et
ideo ſentiendũ eſt cum gloſ. in dicta. l. Claudius.
ſcriptũ hæredẽ in vtroq; teſtamento prius deceſ-
ſiſſe, quã ex teſtamẽto valido hæreditatẽ adijſſet.
132 Sed † quæ erit differẽtia inter teſtamentũ inoffi
cioſum & teſtamẽtum nõ iure ſcriptũ vel falſum.
glo. in dicta. l. poſt legatũ. in verbo, contẽdere. di
cit eã eſſe: quia in poteſtate legatarij vel hæredis
nõ eſt, falſum teſtamentũ vel nõ iure factũ facere
verũ, & ipſum validare, etiã ſi millies hoc facere
vellet. non ſic quãdo eſt inofficioſum. Et nihil vl-
terius glo. dicit, neq; alij qui glo. ſecuti ſunt, præ-
ſertim Barto. illhic, & Bald. in dicta. l. licet. C. de
falſ. Cui Ang. ſe ſubſcribit. ſed hæc ratio, vt bene
intelligatur, eſt imperfecta, & eã melius declarat
Iureconſultus in. l. ij. & iij. ff. de inoffi. teſta. dicit
eñ, qui teſtamentũ ordinauit inofficioſum, quaſi
non ſanæ mẽtis vel demens teſtatus eſt, ſed recte
quidẽ fecit teſtamẽtum ſed nõ ex officio pietatis,
quia filiũ exhæredauerit vel præterierit, inquit. l.
iij. cùm falſo parentes inſtimulati liberos ſuos vel
exhæredãt vel prætereunt. Et hac ratione dicitur
inofficioſum, id eſt, in officiũ pietatis paternæ. l. j.
C. de his quib. vt indig. Non ſic cùm teſtamẽtum
eſt falſum vel nõ iure factũ: quia ſi falſum vel nõ
iure factũ, nõ poteſt dici recte factum, neq; ex eo
hæreditas adiri. l. cùm falſum. ff. de acqui. hæredi.
vel quiſquis eſt qui de facto adeat, nihil agit, per
illum text. Et vbi nullũ eſt, vel non iure factũ eſt,
filius nõ obſtante teſtamẽto ab hærede inſtituto
hæreditatem etiam aditam auocabit. Et ſi de teſta
mento opponatur, excipiet filius de nullitate, di-
cta. l. filio. in verbo, auocat. vbi Barto. & Paul. de
caſt. ita notant. ff. de iniuſt. rup. & irri. teſta. Idem
Barto. in. l. ſi isqui in poteſtate. ff. de lega. præſtã.
Bald. in. l. Poſthumio. C. de bono. poſſeſſ. contra
tabul. dixi in authenti. ex cauſa. C. de liber. præte
ri. vel poterit filius dicere nullum ſi vult per illũ
text. & l. Gallus. in princi. & l. inter cætera. ff. de
liberis & poſthu. l. j. ff. de iniuſto, rupto, & irrito
teſta. dictam authenti. ex cauſa. vbi plenius anno
133 taui. † Inofficioſum igitur dicitur teſtamentum,
quamuis alias recte ſeu rite factum ſit, tamen con
tra paternum officium factum eſt. l. maximum vi
tium. C. de liber. præteri. §. cæterum. in authẽti. vt
cùm de appell. cognoſ. colla. viij. §. primũ itaq;. in
authẽti. de hæred. & falci. colla. j. §. non licebit. in
authẽti. de trien. & ſemiſ. colla. iij. & dicta. l. ij. ff.
de inoffic. teſta. Interim ergo dum querelabitur à
filio, ſuſtinebitur teſtamentũ. l. nam & his. §. fi. ff.
de inoffici. teſta. querela enim niſi præparata non
tranſmittit̃. l. poſthumus. §. fi. cũ. l. ſeq. eo. titu. ff.
de inoffi. teſta. Vnde quoquo modo approbet fi
lius patris teſtamẽtum expreſſè vel tacite, ſibi de-
bet imputare. l. ſi pars. §. fi. & l. fin. in princi. ff. de
inoffic. teſta. De cuius. l. fin. veritate vide Bald. in
l. re tua. C. de rei vendica. dixi aliquando, non re-
peto. Non mirum ſi in dicta. l. poſt legatum. ff. de
his quibus vt indig. differentia ſit inter inofficio-
ſum & falſum vel non iure factum teſtamentum.
Adde aliam in. l. ſi teſtamentum. ff. de his quibus
vt indign. Quare ego puto dictam. l. poſt legatũ.
intelligendam eſſe ſecundum. l. qui ignorans. ff.
ad. l. Corneli. de falſ. quamuis Bald. in dicta. l. li-
cet. huic ſententiæ contradicat. Bartol. autem in
dicta. l. poſt legatum. in. iij. quæſtione. ibi, quæro
ſi produxi inſtrumẽtum. huic opinioni adhæret,
134 & bene. Et Barto. ratio plurimum mouet, † quia
qui ſciens falſo inſtrumento vtitur, de falſo accu-
ſari poteſt. l. maiorem. & l. ſi falſos. C. de falſis. l.
falſi nominis. §. finali. ff. eodem. Intellige ſi poſt-
quam nota eſt ſibi falſitas, perſeuerauerit: non, ſi
deſiſtat

deſiſtat, dicta.l.poſt legatum. in ſecundo reſpon
ſo.l.edicto.in fi.ff. de iure fiſci. l. Papinianus. §.
meminiſſe.ff. de inofficio. teſtamen.l. alia. C. de
his quibus vt indig.& ratio primi dicti eſt, ne ex
eo quod ad pœnam introductum eſt, præmium
conſequatur.l.ſi ſequens.infrà eodem titulo. vel
ne ex eo teſtamento commodum reportet quod
viſus eſt impugnare per illas leges.& licet ex his
quæſtio noſtra videatur abſoluta; eo quod qui
in vna parte inſtrumẽtum approbat, in altera ap
probare videatur, quia inſtrumentum ſcindere
non poteſt ſecundum Feli. limitationem. ſimili-
ter in teſtibus idem dicendum eſſe videbatur, ta-
men vt vidiſtis ſuprà Barto.in dicta.l. poſt lega-
tum. diſſentire videtur, dum differre dicit teſtes
ab inſtrumẽtis, per.l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.
de quibus nunc tractandum eſt. Interim autem
ſuccincte repeto quod ſuprà de inſtrumento di-
ctum eſt, ſi ſcribens in inſtrumẽto falſum aliquid
aduerſum ſe ſcripſerit, probabit. l. non putauit.
§.ſi quis ſua manu.ff. de bono.poſ.contra tabul.
l.fideiuſſor.§.pater.ff.de pignori. l. vxori. &.l.
impuberem.in fi.ff.ad legem Corneliam de falſ.
Ad Bartol. dictum reuertamur: quod vt abſol-
135 uam, duas quæſtiones proponam. † Prima erit
de eo qui librũ mercatoris aduerſus ipſum mer-
catorem qui ſcripſit, producit: nunquid illi ſtare
tenebitur, contra ſe quemadmodũ & pro ſe. Se-
cunda eſt in eo qui in parte falſum & in reliqua
parte verum dicit inſtrumentum, vt puta, ſi dicat
verum eſſe teſtamentum quantum ad legatũ do-
mus ſeu prædij, non autem quãtum ad pecuniæ
vel ſupellectilis legatũ, nunquid ſic poterit pro
parte approbare.& pro parte impugnare? vel vt
non diuertamus à ſecunda Feli.limitatione, ſi in
principali verum fateatur inſtrumentum, non au
tem circa acceſſoria, vt in.l.ij.C.de falſ.l.ſi ex fal
ſis.C.de tranſactio.an audiendus erit? Pro qua-
rum diffinitione puto permittendum eſſe vnum
cuius ſuprà meminimus, ſi quis de fide inſtrumẽ
ti dubitans ſuper eo tranſigat, amplius de falſita-
te conqueri nõ poteſt, dicta.l.ipſe.C. de falſ. vel
ſi ſemel inſtrumento vſus eſt, & poſtea deſtitit,
non poterit denuo illo vti.l.ſi aduerſarius. C. de
fide inſtrumen.quod limitauit Barto. in dicta.l.
poſt legatum.iiij.colum.ff.de his quib. vt indig.
niſi is qui deſtitit tacitè inſtrumentum verum cõ
feſſus eſt, & poſtea confeſſionem reuocauerit ſe-
cũdum eum.quod hic non abſoluo, eo quod plu
rimum contra eum vrget dicta.l. ſi aduerſarius.
&.l.quæſitum.ff.de acquirenda hæredi. Sed ſic
ſaluare potes, niſi is qui ſic confeſſus eſſet, proba
re vellet errorem confeſſionis, ſecundum Ange.
in dicta.l.licet.C.ad legem Corneliam de falſis.
per.l.ſi quis per errorem.ff.de iuriſdi.omniũ iu-
di.l.non fatetur.ff.de confeſ.Secundò, niſi renũ
ciatio cum iuramento facta eſſet ſecundum Bal.
in.l.rationes.C.de probatio.Pro quo eſt.l. Lu-
cius.§.quiſquis.ff.de lega.ij.Nam propter iuſiu-
randum ex illo cõtractu per partẽ confeſſo actio
concederetur.l.cùm quis decedens. §.codicillis.
ff.de lega.iij.authen.quod obtinet.C.de proba-
tio.ca.fi. extra, de ſucceſ.ab inteſt. Quibus adde
Bal.in.l.ſi quis teſtibus.in ſecũda quæſtione. C.
de teſtib. His ſic præſuppoſitis circa primam de
136 de libris mercatorum, † dic quamquàm priuatæ
ſcripturæ regulariter fides non adhibeatur.l. in-
ſtrumenta.l.rationes.l.exemplo.C.de probatio.
l.comparationes.C.de fide inſtrumen. etiam fa-
uore fiſci.l.inter chartulas.C.de conuenien. fiſci
debitor.lib.x.Quibus adde Bald.in rubrica co-
lum.ij.de controuerſ.inueſtitu.colla.x. Niſi qua
tenus à conſuetudine aut à lege fidem accipiunt.
l.quædam.§.nummularios.ibi, & frequentiſſimè
ad fidem eorum decurritur, &. l.argentarijs.ibi,
quia officium eorum atque miniſterium publicã
habet cauſam.ff.de eden.ca.cùm dilectus. extra,
de fide inſtrumen.& idem notat Bald.in dicta.l.
exemplo.C.de probatio.Felin.in.c.ij.colum.iij.
verſicu. quintò limita.&.ix.colum.& ſeq. extra,
de fide inſtrumen.Innocen.in.ca.j. extra, de fide
inſtrumen.Ioan.Fab.in.l.generaliter.C. de non
numera. pecunia.Pro quibus eſt.l.cenſus.ff. de
probatio, c.ad audientiam.extra, de præſcriptio.
& Moder.Papiẽ. poſt Alexan.in repeti.l. admo
nendi.xlviij.colum.verſicu.octauus caſus. ff. de
iureiurando.dicunt hanc conſuetudinem Vene-
tijs obſeruari.Plus dico, in tota penè Italia in vſu
eſſe. Secundò, niſi pars requirat productionem
libri aut alterius priuatæ ſcripturæ fieri: tunc te-
nebitur illi non tantum pro ſe, verumetiam con-
tra ſe ſtare.l.Publia.§.fin.ff.depoſiti.l.cùm quæ-
ritur.ff.de adminiſtra.tutor. Quorum meminit
Angel. in dicta.l.rationes.C.de fide inſtrumen.
& quia hic articulus à pluribus tractatus eſt: de
eo dic vt per gloſſ.Bar.& omnes quotquot ſunt
ſcribentes in.l.admonendi.ff. de iureiuran. & in
l.nuda.ff.de donatio.in.l.in bonæfidei.C.de re-
bus credi.in.l.generaliter.C.de non numera. pe
cu.Canoniſ.omnes præſertim Anto. & Abb. in
c.ij.extra, de fide inſtrumen. Cin.in.l.vnica.xiij.
quæſtione.& Bald.C.de cohfeſ.eundem in.l. ij.
poſt glo.C.de donatio.ante nuptias.Barto. in.l.
Aurelius.§.idem quæſijt.ff.de liber.lega.l.in ex-
ceptionibus.ij.reſponſo.& illhic Flor.&.l.quin
genta.ff.de probatio.& Moder. Papien. in.l.vt
vim.ff.de iuſti.& iure, in dicta.l.quædam.§.num
mularios.ff.de eden.Ex paginis Moder. ſatiabe
ris remiſſionibus, & præſertim ex Felin. in dicto
c.ij.colum.vj.& ſeq.extra, de fide inſtrumen. &
hæc communis eſt omnium deciſio per dictam.l.
Publia.§.fin.& dictam.l.cùm quæritur. vbi hoc
notat Bartol.ff.de adminiſtra.tutor.Cui addo.l.
nam abſurdum.ff.de bo. liber. l.ſi ita ſtipulatio.
ff.de oper.liber.Cuius meminit Ioa.de Platea in
dicta.l.inter chartulas.C.de conuenien. fiſci de-
bitori.lib.x.oportet enim aut totum approbare
aut totum reprobare.

Ad ſecundam plus ſatis dictum eſt ſuprà.ob
136 id non multum inſiſtam: † quoniam inſtrumentum poteſt in parte eſſe verũ & in parte falſum: & quatenus probabitur verum teſtibus,argumẽtis,& iſtiuſmodi probationibus, ſuſtinendũ erit, dicta.l.ſi chirographũ. ff. de probatio. vbi verò articulus de ſe indiuiduus erit, vt vnum abſque altero ſubſiſtere non poſſit, tunc per quandam neceſſariam conſequẽtiã vnius improbatio alterius erit deſtructio. dixi ſuprà, nõ repeto.l. etiã. §.ex cauſa.ff.de minori. nõ enim hoc caſu debet vna & eadem res diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes.ff.de vſucapio.l.eum actum.ff.de neg. geſ. l.in.hoc iudicio.ff.famil.erciſcun.Idẽ notat Cin. per illos text. in dicta.l.vnica.xiij.quæſtione.C. de confeſ. Cui adde.l.ſi ita ſcriptum.§.regula. & quod illhic gloſſ. & Bald.notant.ff.de liber. & poſthu.Ex his & alijs ſuprà dictis.tertio dicto ſatis eſt factum.

Quare quinta Feli. limitatio debet ſecundum ea quæ in prioribus dicta ſunt intelligi & moderari.Non enim ex eo quod in parte vtitur inſtrumento,reliquum approbat, præſertim vbi dum vtitur proteſtatur in parte aut partibus falſum arguere,& teſtibus aut alijs probationibus falſitatẽ detegere.Si tamen adeo connexæ ſunt et adeo indiuiduæ vt ſeparari nequeant, qui in vno improbat,in omnibus reprobare neceſſe habet:ſicut in ſimili de appellante dicitur in.l. appellanti. & in.l.ſcio.§.fina.&.l.ſi ſeparatim.§.ſi quis cũ vna. ff.de appellatio.l. vnica.in fi.ff. nil noua. pendẽ.
137 appellat. † vt ſi cauſæ ex vno iudicio dependeãt, pro omnibus vnica appellatio ſufficit,dicta.l.appellanti.& in omnibus vnicum grauamen ſufficiet,dicta.l.ſcio.§.fina. & iſtud vtile eſt in patria quæ moribus ſeu cõſuetudine regitur,vbi aduerſus temere appellantes mulcta inducitur iuxta.l. eos.§.ne temere.C.de appellatio.&.§. quia multa,verſic.& quia.in authen.de iudi.colla.vj.Sed vbi cauſæ diuerſæ ſunt, & per ſe vnaquæque ſtare poteſt,ſi ab vno tantùm articulo appelletur,in reliquis ſententia executioni demandabitur, dicta l.vnica.in fi.ff.nil nõ.appel.penden.niſi,vt dictũ eſt ille articulus,à quo appellatur, reliquos oẽs articulos abſorberet. Facit quod notatur in.l.j. C.ſi aduerſ.rem iudica.dicta.l.etiam.§. ex cauſa. ff.de minori.hoc probatur in dicta.l. ſi ex falſis. C.de tranſact. Feli.notat in dicto.c.ij. col.vij.in iiij.limitatione.extra,de fide inſtrumen.

In teſtibus omnes conueniunt vbi perſona teſtis ſemel fuit ab altera partium improbata, pars quæ improbauit vel teſtẽ ſubſannauit ſeu reprobauit,amplius eius depoſitione vti non poterit. & econtrario,quia quem approbauit non poterit amplius improbare.l.ſi quis teſtibus.C.de teſti. Sed iſtud apertius tribus breuibus articulis declarare intendo,quoniam diuerſæ in iudicãdo inuentæ ſunt ſententiæ.

Primus eſt,An teſtis qui in vna ſui teſtimonij parte comperitur falſum dicere,in totum reprobari debeat.

Secundus,An teſtis ſemel approbatus à parte per eandemmet partem in eadem ſeu diuerſa inſtantia reprobare poterit.

Tertius, An perſona teſtis ſemel approbata poſſit eius depoſitio de falſo argui, vel aliter impugnari.

138 Et Primus † articulus videtur eſſe de indubitabili:quoniam in vnam & eandem ſententiam omnes conuenire videntur. In primis Innocen. in dicto.c.fraternitatis.extra,de hæreti. Hoſtien. in eodem.c.& in.c.in noſtra.extra,de teſtib.Innocen.in.c.cùm in iure peritus.extra, de offi. delega.Archi.in.c.ſi ad ſcripturas.ix.diſtinct.Barto. & Bald.in.l.ſi ex falſis.C.de tranſactio. Ioan. de Imola in.l.j.§.ſi ſimpliciter.circa fi. ff. de verbo. obligatio.Franciſcus Aretinus in dicto.c.in noſtra.& in dicta.l.prima.§.ſed & ſi mihi.ff.de verborum obligatio. Feli. in dicto.ca.fraternitatis. Alexan.in dicta.l.ſi ex falſis. Bald. in rubrica de controuerſ.inueſti.colla.x. Ant. de Butrio in dicto.c.fraternitatis.Specu.in titulo de teſte.§. primo.verſicu.item quod aliquid de ſuo. & in titu. de fide inſtrumen.§.inſtrumentum.aliàs eſt.§.poſtremo.verſicu.quid ſi aliquid. Ioan. Fab. in dicta.l.ſi ex falſis.Bald.in.l.fina.in.iiij.oppoſitio. C.de edicto diui Adria.tollen.Dicunt enim vbique omnes,ſi in parte teſtimonij comperiatur teſtem falſum depoſuiſſe,omino depoſitionẽ eius vt falſam reprimendam,& fuit hæc gloſſ.concluſio prius eis omnibus in dicto.c.in noſtra.mouẽtur primo per tex.in dicto..c.ſi ad ſcripturas. ix. diſtinct.c.qui falſo.iij.quæſt.iij.c.pura.iij.q. ix. vbi tex. videtur eſſe clarus dum ait,plerunque teſtis dum ad ſeriem geſtorum aliquid ex ſuo adijcit totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat.nihil igitur,inquit ille tex.quod bonum videtur addendum eſt.Additur per eos ratio,præ-
139 ſertim per Innocen. † quoniam teſtis non debet deponere niſi de his quæ vidit & audiuit. c. hortamur.iij.quæſtio.ix.maxime dicit Hoſtiẽ.in dicto.c.in noſtra.quando ſibi ipſi in depoſitiõe cõtradicit.c.licet.§.quamquàm,verſic.cum alij.extra,de probatio. Nemini,inquit, conuenient qui ſibi ipſi diſſident.ca.nihilominus.iij.quæſtio. ix. c.quod autem.xxxiij.quæſt.vij.c.ſolicitudinem. extra,de appellatio. Tertiò, additur per eos teſtis falſum deponens ſeu qui in aliquo ſuæ depoſitionis articulo compertus eſt falſum depoſuiſſe,periurus eſt.l.ij.&.l.qui falſo. ff.de teſtib.l.Lucius. ff.de his qui notan.infa.ca.cùm dilecti.extra, de accuſatio.per Bartol.in.l.eos.ff.ad legem Corneliam de falſ.Sed tanta eſt cauſa periurij vt nullo modo periurus per quamcunque pœnitentiã ad ferendum teſtimonium habilitare ſe poſſit. c. teſtimonium.extra,de teſtib.c.quicunque.vj. q. j.& alijs illhic per gloſ.notatis.& Bal.in dicta.l. ſi ex falſis.C.de tranſactio.poſt Olda. in conſil. xxxvj.

xxxvj.addit iuramentum eſſe indiuiſibile,& con
ſiſtere ſuper indiuiſibili.et eſt ſpeciale in cauſa in
qua agitur.Idem notat Bald.in.l. certi cõdictio.
§.quoniam.v.colum.verſicu. decimus caſus. ff.
de reb.credi. vbi Bald. poſtquàm multos caſus
recenſuit,quibus vtile per inutile viciatur. hunc
decimum eſſe dixit quando aliquid ſuper inuti-
li fundatur:tunc pars inutilis totum vitiat.l.j.§.il
lud.&.§.Trebatius.ff.de aqua quotid.& æſtiua.
& hac ratione dicit Bal.ſi teſtis depoſitio in vno
140 capitulo falſa eſt,in nullo alio credetur illi, † eo
quod teſtis depoſitio ſuper indiuiſibili,id eſt,iu
ramento fundatur.hoc dicit poſt Oldra. alleg.l.
iij.de condictio.ob turpem cauſam. Plerique au
tem dicunt verum eſſe dictum Baldi, dummodo
falſitas non circa acceſſoria aut incidentia, quæ à
facto ipſo aliena ſunt, proueniat. & forte extra
articulata,quia tunc licet teſtis ſuper his falſum
depoſuerit,tota eius depoſitio reſpuẽda nõ erit.
& dicunt eſſe de mente Innocen.in dicto. c. fra-
ternitatis.extra,de hæreti.& hoc notant Bald.&
Alexand. in dicta.l.ſi ex falſis. C. de tranſactio.
vbi plus Bald. addit ſi teſtis ſuper impertinenti-
bus articulis interrogatus eſſet,nõ erit teſtis per
iurus licet falſum deponat: cùm iuramentum ad
impertinentes articulos non extendatur.l.ſi quis
libertatem.§.j.ff.de peti.hæred.Idem Bald. in di
cta rubrica.de cõtrouerſ.inueſti.colla.x. Addit
ſi iudex ex officio teſtem interroget ſuper veſti-
bus,vel nubibus cœli, aut alijs extraneis articu-
lis,non erit ex hoc periurus,licet mendax ſit. &
ratio,ſecundum eum,eſt,quia ſuper his teſtis nõ
iurauit,niſi ſecundum eum ſuper omnibus quæ
interrogaretur iurauerit veritatem dicere quia
tũc ſi in primis interrogatorijs falſum depoſuit,
licet ad cauſam ſeu cauſæ iudicium nõ conferãt,
in nullo alio ſuæ depoſitiõis articulo recipietur,
quia iam periurus eſt. Si veró in nouiſſimis tantũ
mentitus eſt,prius dicta quàm mentiretur reijciẽ
da non erant:cùm tunc non erat periurus. Hanc
nouiſſimam Bald.diſtinctionem ſecutus eſt Ioã.
de Ana.in dicto.c.fraternitatis.extra, de hæreti.
Areti.in dicta.l.ſi ex falſis.vbi Alexand. amplio
re ſtylo proſecutus eſt. Idem Alexand. conſilio
lxxx.in.v.volu.iiij.colum.Anto.de Butrio in di
cto.c.fraternitatis.dixit Innocen.in hoc articulo
141 ſic diſtinxiſſe, † aut circa acceſſoria teſtis deiera-
uit,aut circa contractus ſubſtantiam vt primo ca
ſu nõ officiat,quominus in his in quibus nõ dete
gitẽ falſum depoſuiſſe eius depoſitio recipiatur.
Hoc etiam ſentit Paulus de Caſt.in dicta. l. ſi ex
falſis.& Ioan.de Imola in dicta.l.prima.§.ſi ſim-
pliciter.ff.de verborum obligatio.Bartol.in di-
cta.l.ſi ex falſis.remittit ſe ad ea quæ ſcribuntur
in dicto.c.in noſtra.extra,de teſtib.Prius autem
quàm vlterius progrediar non videtur Innoc. in
dicto.c.fraternitatis.extra,de hæreti.fuiſſe illius
ſententiæ cuius dicunt eſſe Bald.Alexan. & Mo
der.Papien.in.d.l.ſi ex falſis.neque in hoc quod
Ioan.de Imola in dicto.§.ſi ſimpliciter.dicit Ioã.
And.in dicto.c.fraternitatis.illius etiã fuiſſe opi
nionis,Anto.de Butrio in dicto.ca.fraternitatis.
idem cũ eis ſentit.Sed ſi recte inſpiciatur Innoc.
contradicit eis:ſimiliter Hoſtien.& Ioan.Andr.
in eodem.c.dicit enim Innocẽ.ſemper primo ſuo
dicto adhærendo teſtem in vno articulo falſum
in totum falſum iudicandum eſſe, ſiue circa rei
ſubſtantiam aut accidentalia in ſua depoſitione
falſum depoſuerit.& idem ſentit Hoſtien. in di-
cto.ca.in noſtra.extra,de teſtib.vbi glo.cum eis
conuenit,ſeu potius dico illã eſſe,quæ huic opi.
fundamentum præbuit quam ſecutus eſt Archi.
in dicto.c.ſi ad ſcripturas.ix.diſtinct.& Io.Fab.
in dicta.l.ſi ex falſis cum Hoſtien.& Ioan.And.
142 cõſentit, † vt teſtis depoſitio in totum reijci de-
beat, ſi in aliquo tantùm articulo falſum dixiſſe
conuincatur:quia clarum eſt illum coram iudice
deieraſſe,quare non tantùm infamis eſt.l. ſi quis
maior. C.de tranſactio.Sed etiam vltro de periu
rio plectẽdus eſt.l.de periurio.ff. de crimine ſtel
lio.§.quod autem à nobis.in authen. vt matr. &
auiæ.colla.viij.quẽ alleg.gloſ.in dicta.l.Lucius.
Cui adde tex.in.l.ſed ſi ex parte.in princi. in ver
bo,propter mendacium. ff. quod cum eo qui in
alie.& quod notatur in.l.fina.ff.de rei vendi. ǫa
in hoc iudicantis religio offenditur, vt in ſimili
dixit tex.in.l.diuus.ff.de re iudi.& facit.l. nullũ.
C.de teſtib.§.quia vero.in authen.de teſtib.col-
la.vij.l.de periurio.ff.qui ſatiſda.cogũ.& quod
notatur in.l.cos.ff. ad legem Corneliam de falſ.
l.ij.ff.de teſtib.Secũdò, vltra ea quæ ſuprà dicta
ſunt,pro eis eſt dictum.ca.fraternitatis.extra, de
hæreti.vbi enim autor venit reprobandus, om̃ia
& ſingula,quæ dixerit,cum autore ſunt reprobã
da,licet aliqua bona dixerit,per illum text.&.c.
excommunicamus.j.§.credẽtes.extra, de hæreti.
c.bene quidem.xcvj.diſtinc.&.c.eccleſia ſanctæ
Mariæ.extra,de conſtitu.melius in.ca. canones.
xvj.diſtinct.Similiter ſi teſtis periurus eſt,de per
iurio condemnandus eſt,vt dixi, ideo quicquid
dixit cum periurio condemnandum eſt, licet ali-
143 quid forte bene dixerit.Tertiò, † in om̃ibus enĩ
iudiciarijs actibus ſola debet interuenire ſynceri
tas,ſeu puritas ad eſſe & omnis macula ſeu macu
læ ſuſpicio abeſſe,Sicuti in lege cenſoria & lege
xij.tabularum cautum erat,vt meminit Cicero li
bro de legib.j.& Cæſar de Pompeia vxore repu
diata ſic accuſatori vxoris eum interroganti re-
ſpondit,quia Cæſaris vxorem etiam à calumnia
puram eſſe oportet.& Cicero.ij. offic. lib. caput
eſt,inquit, in omni procuratione negotij & mu-
neris publici vt auariciæ pellatur etiam minima-
ſuſpicio.& Cicero.iij.offic.lib. & ideo iurecon-
ſultus dum ius diffinit in.l.prima.ff.de iuſti.& iu
re.inquit,ius eſt ars æqui et boni,ſub quibus ver
bis tria præcepta ſunt,honeſte viuere,alterũ non
lædere,ius ſuum vnicuique tribuere. Nihil enim
honeſti in periurio inueniri poteſt,quia iudican-
tis reli

tis religio offenditur, dicta.l.nullum. C. de teſti.
& dicta.l.diuus. ff. de re iudi. Coram quo nihil
ominandum eſt, imo neque officioſum menda-
cium ſuſtinendum, dicto.c.ſi ad ſcripturas.ix. di
ſtinctio. Etiam, inquit ille tex. ſi nemo offenda-
tur. vnde dicitur in.c.animaduertendū.xxij.q.ij.
144 iuſiurandum hos comites habere debere, verita
tem, iudicium, atque iuſtitiam. & ſi iſta defuerint
nequaquàm iuſiurandum erit, ſed periurium. vn
de Chriſtus non niſi veritatem præſertim in iudi
cijs ſpectare voluit. Omnis, inquit ad Pilatum,
qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Ioan.xix.
Ille ergo falſum iurando mētitur, qui ſcit falſum
eſſe quod iurat.c.beatus.xxij.q.ij. & Pſal.v. dici
tur, perdes omnes qui loquūtur mendacium. &
multo magis, inquit, tex.in dicto.c.animaduertē
dum. dānabiles ſunt qui mentiendo peierare cō-
uincuntur, quàm qui nomen dei ſui in vanū aſſu
munt.c.quæcunque. xxij. q. v. Nam verum eſt,
veritatē immutatam eſſe.§.j.in authen.de inſtru.
cautela & fide.colla.vj.l. cenſemus. C. de litigio.
Neque enim quis excuſari poteſt ſi alterius con-
ſcientiæ ſe commiſerit iurando.l. Iulianus.§. j. ff.
de actio empt.cap.homines.xxij.q.ij. Quoniam
iurando verum affirmat quod falſum eſt, & ideo
peierat, inquit ille text. & diuus Augu.in lib. de
mendacio cuius autoritas tranſſcribitur in. c. pri
145 mum eſt.xxij.q.ij.ait, † Quiſquis autem eſſe ali
quod genus mendacij quod peccatum non ſit pu
tauerit, decipiet ſemet ipſum turpiter, cùm hone-
ſtum ſe deceptorem arbitretur aliorum. Poſſent
hic repeti plura, quæ in dicta.xxij.cauſa.q.ij.non
minus eleganter quàm ordinatè relata ſunt huic
noſtræ quæſtioni plurimū conferentia, quæ quiſ
que aſſiduus lector videre poteſt. & non abs re
Innocen.in dicto.c.fraternitatis.extra, de hæret.
dixit neminem debere aut inſtrumento aut teſti-
monio quicquàm deponere, niſi quod in verita-
te vidit, & audiuit. dixi aliquādo plura in.§.igno
ſcitur ſuprà noſtra.l. hic non repeto. neq; in his
vltimis verbis Innocē. accidentalia contractus à
ſubſtantialibus diſtinguit. Ob id Hoſtien. Ioan.
And.& Ioan.Fab.in locis prædictis dixerūt. In-
nocen. nullam differentiam conſtituiſſe, an teſtis
circa accidentalia, an verò circa ſubſtantialia fal-
ſum depoſuerit, quocunque enim modo falſum
dicat, aut in quo voluerit ipſe ſuæ depoſitionis
articulo falſum dicere, falſarius eſt, et ideo totam
eius depoſitionem euaneſcere neceſſe eſt, quam-
uis in primis verbis ſui commentarij, dicti.c. fra-
ternitatis. Innocen. diſtinxiſſe videatur inter acci
dentalia ſeu circunſtantias cauſæ vel litis, & alia
à lite omnino extranea, vt ſi peccauerit teſtis cir-
ca cauſæ accidentalia, aut circunſtantias quales
quales ſint, in totum teſtis depoſitio reijcienda
146 erit, † vt ſi in depoſitiōe de nummis aureis teſti-
ficari voluerit de argenteis deponat: inutile erit
tale teſtimoniū. vbi verò circa extranea à lite fal-
ſum dixerit, non erit veluti periurus iudicandus.

Pro qua diſtinctiōe vrgere videtur dictum. c.cū
cauſa. in verbo, circunſtantijs. extrà de teſti. Sed
nouiſſimo loco dicit Inno. nunq; teſti licitū eſſe
deponere, niſi de his quæ vidit & audiuit: neque
in hoc ignorantiā admitti ſecūdū eū per.c. horta
mur.iij.q.ix. Quartò, Pro doctrina Inno. & eo-
rum, qui ſe illi ſubſcribunt, facit quod dictū eſt,
iudicantis religionē circunduci nō debere, dicta
l.nullū. C. de teſti. &.l.diuus.ff.de re iudi. & hac
ratione leges & canones iudicibus permittunt,
imò præcipiunt veritati ſtudere, & facti veritatē
cum qua poſſunt diligentia inueſtigare.l. vbi. &
l.damus. C.ad.l.Cor.de falſ.l.vbicunq;.ff.de in-
terro.actio.l.nec omiſſa. C.de liber.cauſa.c.cùm
cauſā quæ.extra.de teſti.cū pleriſq; alijs. & præ-
ſertim vbi alicuius teſtis ſuſpectum iudex habet
teſtimonium.l.de minore.§.tormenta. in his ver
bis, ſubtilis diligentia.ff.de quæſtio.l.iij.§. idem
diuus Adrianus.ff.de teſti.§.ſi verò ignoti, &.§.
ſeq.in authen.de teſti.colla.vij. Facit aliud ſtupē
dum dictum Inno. & quod à iudicibus in eorum
iudicijs ſæpius conſiderandum & recolendū eſſe
puto, dum inquit, vbi teſtes iudici de fide ſuſpe-
cti ſunt, debet omnibus modis laborare teſtē per
aliquas contrarietates intercipere. argumento di
cti.c. iudicantem.xxx.quæſt.v.&.l.is apud quē.
C.de eden. hoc ipſe dicit in dicto.c.cùm cauſam.
in verbo, tempore. & gloſ.prius eo, licet eam nō
alleget in capitu.ſi teſtes.§.in teſtibus.in verbo,
ex tempore.iiij.quæſtio.iij. Iuuari poteſt dictum
Innocentij.l.ob carmen. §. finali. ff. de teſtibus.
vbi Accurſius allegat tex.in capit. de parentela.
xxxv. q.vj.ibi, in quibus omnibus non debet ali
qua varietas aut contrarietas inueniri. Ego ad id
pondero tex.in.l.quæſitum.in fin.ff.de teſtibus.
ibi, quod legibus omiſſum eſt, non omittetur re-
ligione iudicantium, ad quorum officium perti-
net eius quoque teſtimonij fidem quod integræ
frontis homo dixerit, perpendere. qui tex. anno-
tatione dignus eſt. & in.l.ij.eodem titu. ff. de te-
147 ſti.dicitur, † teſtes qui aduerſus fidem teſtatio-
nis ſuæ vacillant, audiendi nō ſunt, & in.l.iij. eo.
titulo.in ea verbum, reprehenſibilis. ſignandum
eſt. & in.l.milites.verſicu.& ſi hi. C. de quæſtio.
& teſtis cēſetur ſuſpectus, Primò, vbi ex eius de-
poſitione falſitas detegitur, quia in eodem gene-
re mali facile eſt male de eo ſentire.l. non omnes.
§.à barbaris.ff. de re milita. hoc notat Innocen.
in capitu.inquiſitionis.in verbo, ſe aſſerunt.ex-
tra, de accuſatio.c.ſicut nobis.extra, de teſti.c.ſu
per eo.&.c.præterea.&.c. ſuper his.extra, de te-
ſti.cogen.§.ſi verò ignoti.in auth.de teſti. colla.
vij.&.l.teſtium.in princi. C.de teſtib.l.iij.ff. eo.
& iſte caſus eſt de indubitabili per ea quæ ſuprà
dicta ſunt per.l.ſecundam. &.l.qui falſo.ff. de te
ſtib. Notat gloſſ. in dicto capitu.ſi teſtes.§.in te-
ſtibus.in verbo, reſpondeat.iiij.quæſtio.iij. Secū
dò, quando teſtis aliquid deponit quod prima
inſtantia credibile aut veriſimile non eſt, dicta
l.ob cau

l.ob carmen.§.fin.&.l.iij.§.j.ff. de teſti.dicto. c.
ſi teſtes.§.in teſtibus.verſic.veriſimilia.iiij.q. iij.
l.teſtium.vbi hoc notat Bald. C.de teſtib. per di
ctam.l.ob carmen.in ſi.ibi,quibus potius lex ve
ritatis aſſiſtit, quæ lex trãſſcribitur in.c. ſi teſtes.
iiij.q.iij.& penè totus titulus de teſti.ff. & Ant.
de Butrio argumento illius tex.in dicto.ca. cùm
cauſam.extra,de teſti.Felin.in dicto.c.fraternita
tis.extra,de hæreti.poſt Bald.in dicta.l.ſi ex fal-
ſis.C.de tranſactio.& in dicta rubrica de contro
uerſ. inueſtitu. cui conuenit Anto.de Butrio in
dicto.c.fraternitatis.non admiſit dictum Innoc.
ſuprà relatum,niſi cum declaratione eiuſdẽ Bal.
videlicet,niſi teſtis ſuper omnibus articulis & ſu
per tota cauſa iuraſſet teſtimonium dicere : quia
tunc falſitas in vno articulo etiam extraneo obeſ
ſet,per dictũ.c.cùm dilecti.extra, de accuſa. hoc
Moder. Papien.Iaſ.in dicta.l.ſi ex falſis. intelli-
git non vt de falſo puniatur,ſed tantum extra or
dinem iudicis arbitrio. motus autoritate Iaco.
Butrig.& Ange.in.l.Lucius.ff. de his qui notã.
infa.hãc reſtrictionem prius eo Feli.refert & ſe-
quitur,& à quo Iaſon omnia habuit in dicto. ca.
fraternitatis.circa finem ſui commentarij, verſi.
quartò fallit.extra.de accuſ.Sed pro eis,licet nõ
allegent,poteſt induci.l.de periurio.ff.de crimi-
ne ſtellio.et dicit glo.in illa.l.Lucius.ſimiliter in
l.ſi quis maior.C.de tranſactio. nullam infamiæ
notam irrogari,per.l.ij.&. iij.ff. de crimine ſtel-
lio.ſed aliam extraordinariam pœnam pati dicta
148 l.de periurio.& duplex ratio ex ea colligitur.†
Prima,quia ſi teſtis vltra articulata à ſeipſo depo
nit,eius depoſitio parti prodeſſe neq; obeſſe po
teſt,qa teſtis vltra articulata deponens nihil agit
l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.ff. de iureiurã.
& Felin.in dicto.c.cùm dilecti.in princi. ſui cõ-
mentarij poſt Bald.in.l.presbyteri.C.de epiſ.&
cleri.dicit in ea colligi formam iuramẽti . iurabit
enim teſtis meram & plenam dicere veritatẽ pro
vtraque parte ſuper his quibus productus eſt,&
de quibus interrogatus erit.& quamuis ſuper to
ta cauſa iurauerit veritatem deponere,cùm extra
cauſam & contenta in ea deponat,neq; vlli pro-
deſt,neque nocet , neque in conſideratione eſſe
debet.l.ſi quis legatum.ff.ad legem Corneliã de
falſ.dicto.ca.homines.in princi.xxij.quæſtio. ij.
quamquàm vltra articulata deponens nihil agit
l.ſi quis libertatem.§.fina.ff.de peti.hæredi. nihi
lominus pœnam mendacij nõ euitabit , eo quod
ſuo mẽdacio iudicis aures offendit,dicto.c. cùm
Ioannes.extra,de fide inſtrumen.iudici etiã pro-
hibitum eſt vltra articulata teſtem interrogare,
dicta.l.ſi quis libertatẽ.§.fina.vbi hoc notat glo.
& Ang.poſt eam.ff.de peti.hæredi.Similis gloſ.
in dicto.c.cùm cauſam.extra,de teſtib. vbi gloſ.
ait,cauere debere iudicem ne teſtem ſuper articu
lis à cauſa extraneis aut alienis interroget.& ille
tex.ſatis innuere videtur in verbo,circunſtantijs
ſcilicet cauſæ,vt ſuprà dixi per dictam.l.ſi quis li
bertatem.§.fin.in fin.& glo.in dicto.c.cùm cau-
ſam.ponderat.c.ſi teſtes.iiij.quæſt.iij.&.c.inqui
ſitionis.extra,de accuſatio.

Sed omnibus his cõſiderationibus recte reſpõ
det Innocen.in dicto.ca. inquiſitionis.in verbo,
149 ſe aſſerunt.dixi enim , † non tantum iudicẽ in-
quirere debere ſuper articulis ad partis inſtãtiã,
ſed & ſuper teſtium qualitate non ſolùm ſi à par
te proponatur,ſed etiam ex officio.c.criminatio
nes.ij.q.vij.maximè ſi probabiliter ſuſpectus te-
ſtis appareat,vt ſuprà dictũ eſt,dicto.ca.ſi teſtes.
iiij.quæſt.iij.ibi,ideoq; in perſona eorum explo
randa erãt in primis cuius conditio &c . Idem in
l.iij.in princip.ff.de teſtib.vnde tranſcriptus eſt
ille canon & gloſ.in.d.l.ſi quis libertatem.§.ſin.
ff.de peti.hæredi.alleg.§.ſi verò dicatur.in auth.
de teſti.vbi à iudice teſtis conditio explorata eſt
an liber eſſet. Ego vero põdero text.in.§.ſi verò
ignoti.in authen.de teſtib.in his verbis,& aliqd
aperuerit circa teſtimonij veritatem corrũpere fe
ſtinantes.poſſe etiam iudicem vbi de perfidia ſu
ſpectum teſtem cognoſcet , vt ſi aliqua extranea
miſceat, ſicuti ſæpe contingit , vel vt cognoſcat
quo vultu,qua conſtantia in depoſitione perſe-
uerabit vel an à parte teſtis inſtructus, vel indu-
ctus aut ſeductus ſit.hoc enim recti boniq; eſt iu
dicis,dicta.l.ij.&.l. iij.§.idem diuus.ff. de teſti.l.
de minore.§.tormenta.ff. de quæſtio. dicta. l. is
apud quem. C.de eden.Et pondero.l. primã eo.
titulo. ibi, nam quod deſideras vt rationes ſuas
aduerſaria tua exhibeat,id ex cauſa ad iudicis of-
ficiũ pertinere ſolet.& nõ abs re ſignaui.l.quæſi
tum.ff.de teſti.dum ait, non omittetur religione
iudicantium, ad quorum officium pertinet eius
quoque teſtimonij fidem quod integræ frontis
150 homo dixerit,perpẽdere. † ſumma enim iuſtitiæ
pars eſt rei veritatem exquirere, ne ad iniuſtitiæ
genus declinetur,incognita pro cognitis haben-
do,vt inquit Cicero lib.offi.j.& diuus Ambroſ.
pariter lib.offi.j.& vt ſuprà meminimus poſt In-
nocen.vt veritas ſeu teſtis fides detegatur,cauil-
lo quandoque vtendum eſt. potiſſimè ad latro-
nem et huiuſmodi facinoroſos intercipiendos.c.
vtilem.xxij. quæſt.ij.l.prima.§.j.ff. de dolo. dixi
abundantius in.§.ſi quiſquàm.ſuprà eadem.l.nõ
repeto,dum recenſui interceptionem qua Alexã
der papa tertius in quendam ſimoniacum epiſco
pum vſus eſt,Cuius illhic meminimus poſt Ar-
chi.in dicto.c.vtilem.& Ioan.de Imola in.l.is q
qui reus.colum.fin.ff.de publi.iudi.Papiẽ.Mo-
der.Iaſ.in.l.ſi mora.ff.ſoluto matrimo.Similiter
recta & iuſta cõſuetudine,in latrũculatores iudi
ces ſimilibus verſutijs vti debent , vt rei veritas
detegatur.Nam & veteres etiam rhetores ſic iu-
ſtitiam deſcribebant cum forma ac ſilo virgina-
li aſpectu vehementi , & formidabili luminibus
oculorum acribus neque humilis neque atrocis
151 ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate: † cu-
ius formæ ſignificatione intelligitur iudicẽ , qui

iuſtitiæ antiſtes eſt, oportere eſſe grauē, ſanctū, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, cōtraq́ improbos nocenteſq́ immiſericordem, atq́ inexorabilem, erectumq́ & arduum & potentem, vi & maieſtate æquitatis veritatiſq́ terrificū. Gell. lib. noct. attica. xiiij. c. iiij. §. feſtinabis. in verſicu. talem. in authen. de manda. princi. colla. iij.

Nec mouere poteſt iuramenti forma quā Feli. recenſuit in dicto. c. cùm dilecti. extra, de accuſa. quoniam alia & longè verior & probabilior à duabus glo. traditur, quæ in qualibet ſui parte autoritate & ratione canonis confirmatur, quas nō pudebit quàm breuius fieri poterit repetere: imitaturus in hoc Hoſtien. & Ioan. Andr. fidos gloſſarum Inno. relatores. dicunt enim illæ glo. ſic debere teſtem iurare: primū, inquit illhic glo. totam ſe dicere iudici veritatem de illa re ſuper qua iurabit. c. hortamur. iij. quæſt. ix. §. j. in auth. de teſti. colla. vij. Secūdó, Quod nullam ſuo teſtimonio falſitatem interſeret. ca. nullam. ij. q. v. ibi, quod nullum falſum depromet. & recte conſidera tex. in. c. pura. iij. quæſt. ix. cuius ſuprà meminimus: plerunque teſtis dum ad ſeriem geſtorum aliquid ex ſuo adijcit totam teſtimonij fidē partis mendacio decolorat. Tertiò pro vtraque parte veritatem, quā ſciet, dicet. c. non ſane. xiiij. quæſt. v. Quartò, Quod omnem veritatem dicet ſiue interrogatus fuerit, ſiue non. c. cùm dilecti. extra, de accuſatio. quamuis ille tex. conſiderandum eſſe dicat, an teſtis iurauerit ſuper ſtatu eccleſiæ plenam & meram dicere veritatem, an ad inquiſita veritatem reſpondere, vt ſi hac ſecunda forma iuratum ſit teneri tantum ad inquiſita reſpondere. aliquin ſi ſecundum primam formā iurauerit, teneri de omnibus veritatem dicere, & teſtificari. Addebat Hoſtien. & Ioan. And. in dicto. c. fraternitatis. extra, de teſti. quintam, quod nulli ſuum teſtimonium pēdeat. c. ſi teſtes. §. qui falſo. iiij. quæſtio. iij. & idem notatur in. l. qui falſo. ff. de teſtib. & §. quod verò multi. in authē. de teſti. colla. vij. Extende vt per Felin. in dicto. ca. fraternitatis. colum. vlti. extra, de teſtib. & vide quod notat Archidia. in capitu. nullam. ij. quæſt.
152 v. † Dicit autem Hoſtiē. in dicto. c. cùm dilecti. in verbo, ſecunda forma. pleroſq́ vtranq́ formā coniungere vt ſiue ſpecialis ſiue generalis inquiſitio fiat, teſtes iurare debeāt teſtificari de omnibus ſuper quibus inquirantur, & de quibus infamia eſt, & ſuper his plenam & meram dicere veritatem, & ad interrogata nihilominus reſpondere. & hanc formam dicit ſatis ſibi videri approbādam eſſe, quia dulcis eſt mixtura bonorum. c. nouit. ad fi. xij. diſtinct. Sed licet nō commemoret, tamen illa forma expliciter ponitur in. c. qualiter & quādo. primo in ſi. extra, eo. de accuſatio. vbi tex. neceſſitatem quandam imponit ſeruandi primam formam iuramenti in dicto. ca. cùm dilecti. expreſſam. dicit enim formam iuramenti, quam à clericis Nouarien. ſuper inquiſitione facienda in hoc negotio recepiſtis, in ſimilibus volumus obſeruari, vt videlicet iurent clerici quod ſuper his quæ ſciunt vel credunt eſſe in ſua eccleſia reformanda, tam in capite quàm in membris, exceptis occultis criminibus, meram & plenam dicant inquiſitoribus veritatem. Ecce quomodo formam iuramenti cuius illæ gloſ. meminerunt, pontifex vult omnino obſeruari, vt ſuper negotio iurent veritatem dicere & manifeſtare, nō autem ſuper interrogatis tantum reſpondere. Idem vult imperator in. §. & quoniam. verſic. in criminalibus in fi. in authē. de teſtib. colla. vij. ibi, & quæ ſunt eis cognita edocere, vbi etiam tormentis forſan erit opus, & alijs omnibus obſeruationibus. Nō permittam vnum Innocen. dictum quod huic recte conuenire exiſtimo in dicto. ca. inquiſitionis. ſu-
153 per verbo, ſe aſſerunt. extra, de accuſa. † licet, inquit, teſtis à iudice interrogari non debeat, ſi tamen interrogatus iurauit & reſpondit tanquā de acceſſorijs ſui teſtimonij valebit eius teſtimoniū dummodo verum ſit, aut verum depoſuit, dicto c. inquiſitionis. vel ſi non valeret ſecundum eundem Innocē. tanquàm iurati, valeret tamē in hoc quoniam ei magis credēdum eſſet, quod melius altero veritatem nouiſſet. Similiter ergo ſi in eo iuramento falſum cum vero miſcuerit, totā eius depoſitionē deturpauit, dicto. ca. pura. iij. quæſt. ix. Ex hoc Innocen. dicto poteſt vtraque opinio recte concordari, vt clarius inferius explicabimus. Interim nō prætermitto vt iudices caueant q̄tū poſſint teſtem. extra, articulata interrogare, aut examinare, vt vult gloſſ. in dicto. c. cùm cauſam extra, de teſti. & gl. Accurſ. in dicta. l. ſi quis libertatem. in fi. ff. de peti. hæredi. & l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. Similiter & teſtes caueant ne vltra articulata deponant, ne videantur feſtinantes aut vltroneè loqui, vt inq̄t §. ſi verò ignoti. in auth. de teſtib. colla. vij. Alioquin ſi ſua ſponte vltro progrediuntur vel interrogati reſpondeant, iurati quidem ſuam depoſitionem deturpant, dicto capitu. pura. & alijs ſuprà notatis.

Sed reſtabit prior difficultas indiſcuſſa, aut nō prorſus abſoluta, an omnino depoſitio eius reſpuenda erit, quaſi à verè periuro dicta: an verò vtile ab inutili ſeparari debeat, vt nō vitietur vtile propter inutile, vt vidiſtis pugnāt inter ſe opi. prædictæ. & Bald. ſibi contrarius inuentus eſt in dicta. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & in. l. ij. C. de fideicommiſ. liber. & in. l. ſi. in. iiij. oppoſi. C. de edicto diui Adria. tollen. & in ea varietate Bart. in dicta. l. eos. ff. ad legem Corneliā de falſ. quadam diſtinctione vtranque opinionem concordare ſtudet, quæ tamen non longè diſtat ab ea diſtinctione quæ fuit Bal. in dicta. l. ſi ex falſis. quā
154 Moder. amplectuntur. † Dicit enim Barto. differre falſū deponere, & varia ſeu diuerſa vel aduerſa deponere ſecundum. l. qui falſo. ff. de teſti. Secundò, An ſuper ipſo principali teſtis falſum deponat

deponat vel eius circunſtantijs, vt ſi circa princi-
pale falſum dixit aut varia depoſuit: & nulla erit
depoſitio, dicta. l. qui falſo. Non autem vbi in
circunſtantijs principalis negotij varius inueni-
retur, præſertim circa nõnullas hominis demon
ſtrationes, vt pote circa prænomen & agnomen
alterius ex partibus, vel circa originis locum.
Ob id enim varius teſtis dicendus non erit. l.
his verbis. in fi. ff. de hæredi.inſti.l.penul.ff. de
rebùs dub. Sed tunc varius dicendus eſt, cùm
circa locum aut tempus celebrati contractus ſeu
delicti varius iuuentus eſt. l. teſtium. C. de teſtib.
l. ob carmen. in fi. ff. de teſtib. Aduerſa autem ſe-
cundum eundem Bartol. & contraria dicuntur,
dũ ſunt incompatibilia, vt quod primo loco di-
ctum eſt impoſſibile ſit cum ſecundo dicto con-
currere. Sed, vt ex prædictis videri poteſt, hæc
Bartol. diſtinctio à nullo approbatur, quoniam
alij quot quot ſunt diſcedentes ab Innocen. ſen-
tentia diſtinguunt ſolum acceſſoria à principali
negotio, præcedentia ab acceſſorijs extraneis
& penitus à lite ſeu cauſa alienis, quoniam iu-
dex de quibuſcunque cauſæ circunſtãtijs & de-
pendentibus ab articulis, teſtes interrogare ſeu
examinare poteſt. & id clare tex. probat in dicto
capitu. cùm cauſam. extra, de teſtib. & in dicta. l.
iij. &. l. ob carmen. §. fina. &. l. quæſitum. in fi. ff.
de teſtib. &. l. teſtium. C. eodem. de teſtib. præſer
tim vbi cauſæ neceſſitas expoſtulat, dicto capit.
iudicantem. xxx. quæſtio. v. Iudicãtẽ oportet cũ-
cta rimari. Sed vis tantum huius diſputationis
155 eſt, † An iudex recte de penitus extraneis à cau-
ſa teſtes interrogare poſſit. & huic difficultati nõ
obſtant. l. his verbis. §. finali. ff. de hære. inſti. et. l.
penulti. ff. de rebus dub. Primò quia plerunque
vis depoſitionis in nomine aut cognomine vel
prænomine conſiſtit. vnde illa mutatio nominis
vel prænominis variare facit teſtis depoſitionẽ.
l. ad recognoſcendos. C. de ingen. manumiſ. l. fal
ſi nominis. ff. ad legem Corneliam de falſ. l. duo
ſunt Titij. ff. de teſtamen. tutela. l. ſi quis ſeruũ. §.
ſi inter duos. ff. de lega. ij. Sed melior tex. eſt in. l.
hac conſultiſſima. C. qui teſtamẽ. facere poſ. ibi,
deinde expriment nomina ſpecialiter hæredum,
& dignitates, & iudicia, ne ſola nominum com-
memoratio quicquàm ambiguitatis pariat. l. hæ-
redes palàm. §. j. verſic. item Titio. ff. de teſtamẽ.
& facit quod notatur in. l. vnica. C. de muta. no-
minis. Idem ſi teſtis falſum deponat circa gentẽ
aut patriam. c. ſignificante. extra, de reſcript. l. j.
ff. de probatio. Intereſſe enim poteſt cuius gẽtis
ſit. l. quod ſi nolit, §. qui mancipia. ff. de ædili. edi
cto. l. prouinciarum præſides. C. de ſer. c. j. de ho
micid. lib. vj. & forte tota vis diſputationis in eo
conſiſtet: aut plurimum conferet, præſertim vbi
de corpore aliter non conſtet. l. quoties. in prin.
ff. de hæredi. inſti. Sicuti in cauſa criminali nouiſ
ſimè Rothomagi contigit, de quodam qui à præ
fecto Cadomẽſi condemnatus erat capite & mẽ-
bratim laniendus, dum in cauſa appellatiónis au-
ditus eſt, detectus eſt nominis error, & teſtium
falſitas, ſibiq; ꝓfuit appellationis remediũ quod
Neuſtrij multis annis neglexerant, nam pluribus
alijs quibus cum iure mitius actum eſt appellare
156 profuit, † vbi verò ex teſtis depoſitione de cor-
pore conſtaret, licet deponendo in nomine erra-
uerit, à falſo excuſaretur: vt ſi hominem deſcribe
ret cuius qualitatis vel ſtaturæ eẽt, vel eius ſigna
vel ſtigmata in facie, aut notas in corpore impreſ
ſas explicaret, ſicut meminit tex. in. l. ij. §. tandiu.
et. §. notæ. ff. de ſer. fugi. l. quæritur. §. fi. ff. de ædi
li. edicto. &. l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. xj. vel
aliquo notabili ſigno quo facilime diſtingui poſ
ſet aut per cognomen ſeu adiectitium nomen,
quale contigit Lucio Cornelio Sille, vt teſtis eſt
Plutarch. In Mario, cui Sillæ nomen adiectũ eſt:
Tametſi Sillæ plures inuenti ſunt, vt in Iſagogia
cõmemorauimus. Cicero in Bruto, & in oratio-
ne pro Publio Silla, & in epiſtola ad Atticũ, &
Gel. lib. noct. atticarum. j. capitu. xij. refert Lu-
cium Sillam. in. ij. libro rerum geſtarum ſcriben
tem de Publio Cornelio Silla eum fuiſſe cui pri
mo hoc cognomen Sillæ impoſitum eſt. vel po-
ne in bidello Ioan. de Imo. qui Cerberus cogno
minabatur, vt ille refert in capitu. ex tranſmiſſa.
extra, de renũcia. & bidellus Azonis Gallopreſ-
ſus, vt Accurſius meminit in. l. hac conſultiſſima.
C. qui teſtamen. facere poſ. vel nomen Veſpelio
nis aliàs Veſpelonis expreſſit cuius meminit. l.
ſciendum. ff. ad Trebel. vel Maſcaron, vt in ca-
pitulo, per inquiſitionem. extra, de electio.
Certe adiectio illa à falſo fortè eum excuſaret,
cùm adiectiones illæ ad corporis demonſtra-
tionem dictæ putarentur. l. quoties. §. ſi quis
nomen. ff. de hæredi. inſtitu. ibi, ſed indubitabi
li ſigno cum demonſtrauerit: quod penè nihil à
nomine diſtat. & dicta. l. his verbis. §. pri-
mo. eodem titulo. &. l. ſerui electione, in
principio. l. turpia. in principio. ff. de legatis
primo. &. l. ſi nominatim. ff. de conditio.
157 & demonſtratio. ibi, † Nam demonſtratio ple-
runq; vice nominis fungitur: nec intereſt an fal-
ſa an vera ſit, ſi certum ſit quem teſtator demon
ſtrauit. alioqui ſi ſignum aut demonſtrationem
aliquam non expreſſerit, recte dici poteſt falſam
eſſe teſtis depoſitionem. & iuuat ratio dictæ. l.
quoties. in princip. &. §. primo. ff. de hæredi. inſti
tuen. dictæ. l. falſi nominis. in princi. ff. ad legem
Corneliam de falſ.

Quare ex dictis om̃ibus putaui aliã diſtinctio
nẽ recẽſere, vt ſit à iudicibus teſtiũ ratio haben-
da, an teſtes ſint om̃i ſuſpiciõe carẽtes, aut iudex
aliqd male de teſtibus ſuſpicaſ, Primò caſu con-
ſentio cũ Accur & Bernar. gloſſatoribus iuris ci
uilis et canonici, et ſequacibus vt teſtis depoſitio
vltra articulata vel ab eis dependentia recipi nõ

debeat ſecundum ea quæ dicta ſunt per Accurſ.
in dictà.l.ſi duo.§.idem Iulianus. ff. de iureiurã.
&.l.ſi quis libertatem.in ſi.ff.de peti.hæredi.ne-
que etiam iudex vltra ea examinare debet,prout
Bernar.voluit in dicto.ca.cùm cauſam.extra de
teſti.in verbo,perſonis.Super articulis autem &
dependentibus & circunſtantijs eorum deponẽ-
tes admitti debent, imò iurare compeſſi poſſunt
ſuper his meram & plenam dicere veritatem,di-
cto.c.cùm cauſam.extra,de teſtib.& forma inter
rogatoriorum explicatur per gloſſ.in.c.præſen-
tium.in verbo,interrogatoria.de teſti. lib. vj. &
ille tex.recte probat.& ſic exacto ab eis iuramẽ-
to iudex ſuper his diligenter veritatem inueſtiga
re debet.l.is apud quem.C.de eden. ca. iudican-
rem.xxx.quæſt.v.& alijs ſuprà notatis,quæ non
repeto.
158 Et nihilominus dico, † licet iudex non debeat
teſtes vltra articulata examinare,ſi tamen re vera
examinauerit, & reſpondendo ſuper his falſum
deponant,periurium non euitabunt:non autem
quod de falſo puniatur,ſed ſolum de periurio.
l.de periurio.ff.de crimi.ſtellio.capit. quicunq;.
vj. quæſtio.j.Glo. & alij in.l.ij.C. de rebus cre-
di.& ita intelligitur gloſſ.in.l. Lucius.ff. de his
qui notan. infa. quamuis re vera prôpter periu-
rium dici poſſet, teſtem falſum depoſuiſſe, &
ob id falſarium eſſe,vt recte inquit Baldus in.l.
presbyteri.columna. ij. C. de epiſcopis & cleri.
Tamen poteſt eum excuſare ratio quæ ſuprà cõ-
memorata eſt, quia ad id quod depoſuit non
cogebatur.capitu.hoc quippe.iij.quæſtio.vj.Ita
notat Bald.in dicta.l.presbyteri.columna. ij. C.
de epiſcopis & cleri. Ob id tota teſtis depoſitio
falſa non erit reputanda: quia aliàs de falſo pu-
niẽdus eſſet teſtis:quod lex non admittit, per.d.
l.de periurio.ſecundum Accurſ.ſententiam in
in dicta.l. Lucius. cui me ſubſcribo duôbus aut
tribus concurrentibus. Primò, Si teſtis aliàs eſt
integræ famæ, & interrogatoria à iudice facta
omnino ſunt à lite aliena & extranea ſecundum
doctrinam Bald.in dicta rubrica de controuerſ.
inueſti.& ita ſentiunt communiter omnes in di-
cto.c.fraternitatis.extra,de hæreti.& in dicto.c.
cùm cauſam.&.c.fraternitatis.extra,de teſti.Se-
cundò. Si alijs adminiculis poteſt illius depoſi-
tio ſuſtineri & iudicis animus informari dicta.l.
ob carmen.§.finali.ff.de teſtib.ibi,ac iudicis mo
tus cum his concurrit,ſequenda ſunt omnia te-
ſtimonia.l.quæ omnia.ff. de procura. argumen-
to.l.qui res.§.aream.ibi, ſi ea mente diſſolutam
eſſe nauem aperuerit.ff.de ſolutio.l. quingenta.
ff.de probatio. Tertiò,Si teſtis ſua ſponte ſe non
159 obtulerit: † quia ſi eis ſe offerat quaſi teſtimo-
nio ſe ingerens,vt ſuſpectus habendus eſſet,di-
cto.§.ſi verò ignoti.in verbo, feſtinantes. in au-
then.de teſtib.aliàs hac ratione videretur depoſi
tio tota eſſe ſuſpecta,& iudex ſuper emergẽte ar
ticulo recte cognoſceret & de falſo condemna-
ret, argumento. l. nullum.C.de teſtib. & in hac
ſententia fuit Floria. in.l.iij.§.j.ff.de teſtib. mo-
uetur per.c.nihilominus.iij. quæſt.ix. Adde Lu-
cam de Pen.in.l. quemadmodum. in. lxxviij. &
tribus ſeq.caſibus præſumpti doli, vel fraudis.
C.de agrico.& cenſi.libro.xj.quem ad id omni-
no vide.& circa id,quod ſuprà dictum eſt,viſum
eſt mihi conueniens,& vtile notare tex. in autb.
de teſtib. in princip. ibi, non enim vt pateſiant
quæ geſta ſunt teſtantur plurium, ſed quatenus
adhuc amplius occultentur. Nam alia quidem
ſcientes, alia verò pronunciantes, aut quæ non
ſunt dicentes, hoc ipſo confitentur,quia ea quæ
verè ſciunt neque volunt pateſieri,neque ſecun-
dum ea proferre iudicia, ſed quæ nũquam facta
ſunt hæc & pronunciant, & ad iudicium deduci
quærunt. His etiam addo niſi teſtis quantuncun
que aliàs idoneus aut bonæ opinionis fuerit,va-
rius,aut vacillans inueniatur, ſic vt in ea varieta-
te comperiatur cum veris falſa miſcere. Nam iu-
dex hac ratione poteſt animum ſuum ex ſua de-
poſitione informare quantam fidem ſuo teſtimo
nio habere debeat,dicta.l.iij.§.j. &.l. qui varia.
&.l.quæſitum.in fi.ff.de teſtib.& dicta. l. nullũ.
C.de teſtib.& optimus tex.in.§.& licet dudum.
in fi.verſic. ſi verò.in authen. de teſtib.collatio.
iiij.Per quem optima iudicibus inſtructio datur
quomodo in talibus perpendere debeant,inquit
160 ille tex. † ſi verò aſtu apparuerint malignantes,
& ex hoc in contrarietatem incidentes, neq; eos
immunes derelinqui niſi ſecundum errorem ali-
quem fortuitum, & non aſtu contraria dicentes
demonſtrantur. Ex quo tex. recta forma iudici-
bus datur,quomodo moueri debeant,aut in ma
lam ſuſpicionem aduerſus teſtem trahi,vt puta ſi
arte teſtis moueatur,an verò ſimplicitate vel in-
terceptione forſitan, ſicuti etiam plerunque vi-
ris non mediocris ſtatus, ſed omni parte doctis
me interrogante,& audiente eos contigiſſe noui
mus.& non ea proprie cenſenda ſit varietas, ne-
que contrarietas, de quo per Innocen. in ca-
pitulo, quoniam contra falſam. extra, de pro-
batio.& per hæc expeditus eſt ſecundus & ter-
tius articulus eo magis, quia quantuncunque in
perſonam teſtis nihil propoſitum fuerit,ſi tamen
noua cauſa ſuperueniat,reprobari poterit,& ad-
uerſus dicta eorum proponi & contrarium pro-
bari.c.ex tenore.&.c.præſentium.extra,de teſti.
vbi habemus latum commentarium Feli. & alio
rum Canoniſtarum,& text.in.l. ſi quis teſtibus.
C.de teſtib.illhic vide Bald.Bartol.ſimiliter An
ge.& Paul.de Caſt.quæ lex canoniſata eſt in.c.ſi
teſtes.§.finali.iiij.q.iij.Ioan.Andr. notat in.c.cũ
venerabilis.columna.ij. extra, de excep. Specu.
& Ioan. Andr.in addi.in titulo, de teſte.§. ſæpe.
verſic.quid ſi produxi. Ex quorum dictis,& his
quæ ſuprà diximus,illi duo articuli expediti erũt
vbi verò teſtes producti ſuſpecti erunt propter
eorum inconſtantiam aut varietatem placet mihi
omnino

omnino Innoc.opinio, in dicto.ca. cùm cauſam.
161 in verbo, ex tempore. extra, de teſti. † vt iudex
poſſit non tantum circa articulata inſiſtere, ſed
etiam interrogatorijs omnino extrancis à cauſa
vti vt teſtem ſi poteſt intercipiat, vt ex ore ſeu ſer
mo ne eius percipiat qua fronte, qua conſtantia,
aut trepidatione reſpondebit, iuxta dictam. l. de
minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. in his verbis,
& cognitionis ſubtilis diligentia. neque poterit
teſtis recuſare ſuper his iuramentum præſtare: &
ſi recuſauerit, cogendus erit, dicto. c. qualiter &
quando. primo in fi. & c. ſeq. extra de accuſa &
alijs ſuprà notatis. Quibus ego addo tex. in au-
then. ſed iudex. C. de epiſcopis & cleri. in his ver
bis, propoſitis ſacroſanctis euangelijs, ſecũdum
quod decet ſacerdotes, dicant ea quæ nouerint.
Aduerte circa illam autoritatem, quoniã textor
illius authen. in ea addit verba ſequentia, non ta-
men iurant. quæ verba in corpore authenticorũ,
vnde ſumpta eſt illa authentica, ſcripta non inue-
niuntur, Cæterùm obiter non prætermittam in il
lo tex. formam præſtandi, ſeu exigendi iuramen
ti ab epiſcopo, dum in teſtem producitur: quam
aliquando Rothomagi obſeruare feci, dum Ro
thomageñ. archiepiſcopus in teſtem productus
fuiſſet: licet ſemel poſtea aliter obſeruatum fue-
rit, inquit ille, tex. authen. propoſitis non autem
tactis ſacroſanctis euangelijs quibus coram teſti
ficari debet, neque aliud iuramentum ab eis exi-
gi debet. c. teſtimonium. §. epiſcopus. xj. quæſt. j.
162 Epiſcopus, inquit, non flagitetur ad teſtimoniũ
iureiurando, ſed euangelijs tantùm coram poſi-
tis. Tamen. Ioan. Theuto. in dicto. c. teſtimoniũ.
dicit Gratianũ in illo plurimũ errauiſſe. Nã ſecũ-
dum eum contrarium probatur in dicto. c. nullã.
ij. quæſtio. iiij. ibi, qui per duodecim epiſcopos
aut certè probata ſententia per. lxxij. teſtes ido-
neos, qui tales ſunt qui accuſare poſsint, prius ad
ſacra Chriſti quatuor euangelia ſacramentũ præ
ſtent quod nihil falſum deponent. & dictum ca.
hortamur. iij. q. ix. Certè illi duo canones euita-
ri poſſent, cùm de epiſcopo non loquuntur, ſed
de teſtibus contra epiſcopum coram alijs duode
cim epiſcopis productis, qui tactis ſacroſanctis
dei euangelijs iurare debent ſicuti iurari ſolet &
debet. l. rem non nouam. C. de iudi. cum alijs il-
lhic notatis. Sed pro Ioan. Theuto. optimè facit
tex. in. c. quoties. cordis oculus. j. quæſt. vij. ibi,
per hæc ſancta quatuor dei euangelia quæ in ma
nibus meis teneo. Sed ille text. ſimiliter euitari
poteſt, cum de ſchiſmatico loquitur ad cor reuer
ſo ſeu hæreſim abiurante, vt inquit Hoſtien. in
capitu. finali. extra, de iura. calum. propter deie-
rationem, quam ſchiſmatiſando commiſit, ta-
ctis euangelijs iurare habeat. Sed hodie in di-
cto capitu. finali. extra, de iura. calum. cautum eſt
vt epiſcopus iuret non tactis, ſed propoſitis
tãtũ euangelijs, quemadmodum in corpore au-
thenticorum expoſitum eſt. Aduerte tamen
quod Chriſtus, qui verus eſt pontifex, dum à
Caipha per deum viuum adiuratus eſt, reſpon-
dit. Matthæ. xxvj. Sed ad id reſponde, quoniã
à Caipha interrogatus erat, qui pontifex anni
erat illius, Ioan. xix. In quo intelligi poſſet
capitu. nullam. ij. quæſtio. iiij. Reuertamur vn-
163 de digreſſi ſumus. † Cùm interrogantur teſtes
de omnibus his quæ nouerunt veritatem dice-
cere debent, neque excuſare ſe poſſunt quin
iudici reſpondeant. tantundem dicitur in. §. nul-
li iudicum. in authen. de ſanctiſ. epiſcopis. col
latio. ix. qui canoniſatur in dicto capitu. teſti-
monium. in fin. xj. quæſtio. j. & ſi dicere recu-
ſant, cogendi ſunt. capitu. ſuper eodem. & plu
ribus alijs ſeq. extra, de teſtib. cogend. Alio-
quin non minus peccarent verum tacendo quã
falſum committendo. capitu. j. extra, de fal. &
capitu. quiſquis metu. xj. quæſtio. iij. l. ſi quis
obrepſerit. ff. ad legem Corneliam de falſis.
& ideo Archid. in capitu. teſtes. iij. quæſtio.
ix. dicit teſtem, dum iurat, debere iurare de
veritate dicenda. capitu. dudum. extra, de elect.
capitu. præſcitium, de teſtib. lib. vj. & ex præ-
dictis ſic ſentio cum Innocen. & vltra ea quæ
dicta ſunt, adde text. in. l. ſi is qui dicente. §.
vtrum. verſicu. ſi verum aliquid. & verſic. quia
ſignificatio. ff. de rebus dub. Per hæc ſunt duæ
quæſtiones per Bald. propoſitæ, expeditæ.

SVMMARIVM.

1 Codicillos ſi quis aperuerit, æquè punitur ac ſi te-
ſtamentum aperuiſſet.
Teſtamentum vniuerſaliter cenſeri poteſt quod teſtan-
tis manifeſtat voluntatem.
2 Codicilli in multis differunt à teſtamento.
3 Depoſitio teſtis, quã pars percontata eſt, an ſit remit-
tenda.
4 Codicillos edere an poſſit is qui teſtari prohibetur.
& nume. 5.
6 Teſtis eſſe poteſt quandoque, cui non permittitur te-
ſtamentum facere.
7 Codicilli ſpectare dicuntur ad cauſam teſtamenti.
8 Genere diuerſa non ſunt, quæ ſecundum magis & mi-
nus differunt.
9 Conſuetudinis obſeruantia debet eſſe perfecta & non
mutila.
10 Teſtes quot deſiderentur in conficiendis codicillis, &
quot in teſtamentis.
11 Cæcus quot teſtibus vti debeat in teſtamento con-
dendu.
12 Voluntas nuda militis teſtamentis ſufficit ad ſuorum
bonorum diuiſionem faciendam.
13 Militis teſtamentum qualiter probari poſſit.
14 Sermo militis attendi debet, & qua ſit mente prola-
tus.
15 Statuta à ratione non exorbitantia, ſunt pro legibus
obſeruanda.
16 Statutũ permittens teſtamentum quoquo teſtium nu-
mero fieri poſſe ad codicillos non eſt extendendum.
17 Tabellio cum ſeptem teſtibus in teſtamento cæci eſſe
debet.

18 Numerus teſtium quare in codicillis cæci non augendus.

19 Inſtitutio hæredis quam ob cauſam fieri nequeat in codicillis.

20 Teſtes quinque in codicillis cõgrua ordinatione requiruntur.

21 Teſtes non requiriſtur plures in teſtamento cæci quàm in aliorum teſtamentis.

Teſtamentum in ſcriptis quod propriè dicatur.

22 Modus ſeu forma teſtamenti differt à ſolennitate eiuſdem.

23 Cæcis teſtantibus quomodo & quare ſuccurratur.

24 Tabularius ſeu teſtis octauus quare in cæci teſtamento adhibendus.

25 Morientes vt plurimum in teſtamentis conficiendis decipiuntur, etiam non cæci.

26 Furma eadem in codicillis cæci quæ in teſtamento debet ſeruari.

27 Solennitas maior non requiritur in codicillis quàm in teſtamentis.

28 Numerus teſtium quandoque in teſtamentis augetur ad vberiorem cautelam.

29 Teſtamentum ſuſpicione caret quod tot oculis ſpectatum totq; ſenſibus inſinuatum eſt.

30 Hæredem inſtituere non poteſt qui ſe codicillari & nõ teſtari velle declarat.

31 Hæreditas de iure in codicillis non relinquitur.

32 Codicillos aſſerens ſe edere velle, ſi hæredem inſtituat, non codicillari ſed teſtari præſumitur.

33 Codicillus in forma teſtamenti factus quãdo valeat vt codicillus, & quando vt teſtamentum.

34 Teſtamentum pro ſui validitate tria exigit neceſſariò.

35 Teſtator moriens efficere nequit teſtamẽtum ſuum minus ſolenne vim teſtamenti habere poſſe.

36 Teſtator quilibet tot teſtes ſuo teſtamẽto adhibere poteſt quot vult, dummodo numerum ſeptenarium non minuat.

37 Codicilli in aliquibus à teſtamentis differunt, nomine tamen teſtamenti comprehendi poſſunt.

38 Numerus teſtium non requiritur minor in codicillis quàm in teſtamentis.

39 Teſtari poteſt quoquo voluerit modo is qui eſt in hoſtili loco.

40 Numerus teſtium ſeptenarius quare in teſtamentis à lege ſtatutus.

In Verſ. Si quis codi.

HIC IVRECONSVLtus interpretatur verbum, cauſam. in edicto ſeu ſenatuſconſulto poſitum, & continuatur huiuſmodi interpretatio vſque ad §. ſi alius.

In primis Codicilli dicuntur ad cauſam teſtamẽti pertinere, etiã in odioſis, vt
1 hic eſt tex. clarus. † Nã aperiens codicillos æquè in pœnam ſenatuſconſulti incidit, atque ſi teſtamentum aperuiſſet. Gloſ. hic pro concord. addit tex. in. l. ij. §. j. & . ij. ſuprà quemadmodum teſtamenta aperiantur. l. j. §. ij. ff. de tabu. exhibe. huic glo. adde tex. in. l. ab inteſtato. §. ad teſtium & . l. j. vbi plenius per Barto. & . l. ſi quis cum teſtamentum in princip. ff. de iure codicil. l. prima. in princip. & . l. finali. vbi copioſius per Baldum C. de codicil. §. non tantum. inſtitu. de codicil. Omne enim id quod teſtantis voluntatem manifeſtat teſtamentum iure dici poteſt. l. prima. ff. de teſtamen. abuſiuè tamen, vt in dicta. l. ij. §. teſtamentum. ſuprà quemadmodum teſtamenta aperiantur. & dicto. §. quod ad cauſam. ſuprà codẽ. Gellius autem noctium atticarum. libro. vj. capi. xij. admiratur diffinitionem teſtamenti à iureconſulto poſitam in dicta. l. prima. ff. de teſtamen. dũ dixit, teſtamentum eſſe teſtationem mẽtis. Quid igitur, inquit, calciamentum, paludamentum, pauimentum, & plura alia huiuſmodi. & libro xv. capitu. xxvij. tria teſtamentorum genera eſſe dicit. quorum etiam meminit Iuſtinianus in. §. j.
2 inſtitu. de teſtamen. † & tamen videmus in multis Codicillos à teſtamẽto differre, vt ſatis quiſq; diligens ſcholaſticus in titulo de codicil. ff. C. & inſti. percipere poteſt. Sed non prætermitto id cuius meminimus in. §. quod ad cauſam. ſuprà eadem. l. hunc tex. maximo eſſe argumento pro dicto Bald. de eo qui partem depoſitionis teſtium percunctatus eſt, vt prohiberi debeat à nouorũ teſtium productione, authen. atqui ſemel. C. de probatio. §. quia verò multi. in authen. de teſtib. colla. vij. quia dicitur hũc puniri hoc edicto, qui codicillos tantum aperuit, licet pars tantum ſint teſtamenti, & ſæpius à teſtamento vim recipiãt. de quibus in. l. ſiue in initio. C. de codicil. l. ante tabulas. infrà de iure codicil. & in. §. j. & . §. nõ tãtum. inſtitu. de codicil. licet iure nouo ſecus ſit, dicto. §. non tantum. & dicta. l. ſiue in initio. Nã & plerunque ſine teſtamẽto fiunt, dicta. l. ab inteſtato. infrà de iure codicil. §. non tantum. inſti. de codicil. & tamen ille tex. in dicta. l. ab inteſtato, codicillos dicit ad cauſam teſtamenti pertinere. Similiter in hoc text. Per quæ dici poteſt pro declaratione dictorum per Bald. ſuprà per hunc
3 tex. non probari † depoſitionem teſtis remittendam non eſſe aut reſpuendam, ſi pars ipſa teſtis depoſitionem percuntata fuerit, dummodo de his quæ ad cauſam ſpectant teſtem per ſe aut per alium non interrogauerit, aut teſtificata non didicerit. quemadmodum enim in hoc edictum non incidit hæres, ſi de his tantum quæ ad cauſam teſtamenti non ſpectant ſcire aliquid voluerit. Similiter in teſtis depoſitione dicendum eſſe, dicta. l. ſecunda. §. teſtamentum. in principio. & verſicu. quidem ad cauſam. ſuprà, quemadmodum teſtamenta aperian. Quoniã lex hoc ſolum cõſiderat, an teſtificata didicerit. cùm igitur ea quæ aliena & extranea ſunt à cauſa non omnino de iudicio eſſe exiſtimentur vt in præcedenti verſi.

verſicu. dictum eſt, non videtur teſtificata didiciſ
ſe ſi ea quæ didicit ad cauſam nō pertineant, per
hūc tex. in quo videtur probari quod dictum eſt
in verſic. præceden. poſt Inno. in dicto cap. cum
cauſam. extra, de teſtib. & iſtud addere potes his
quæ illhic dicta ſunt.
Nouiſſimè Ludouicus Romanus hic quærit,
4 An † per ſtatutum prohibitus teſtari, prohibea-
tur codicillari. Et vt quæſtio Roma. non videa-
tur tibi inutilis, Pone in conſuetudine quæ eſt
Aureliæ & pleriſque alijs huius regni prouin-
cijs pater prohibetur teſtando vni filiorum hæ-
redum ſuorum plus alteri donare. Alia item eſt
conſuetudo, nullum poſſe teſtando de bonis
immobilibus diſponere, quæ etiam in Neuſtria
ſeu Nurmania communis eſt: an codicillando
donare poterit? Bartolus in. l. ij. in ſi. ff. de le-
gatis primo. Cuius dicta Ludouicus Romanus
hic approbat, tenet non poſſe eum in codicil-
lis quicquàm donare, qui teſtando donare non
poteſt: cùm eadem ſit cauſa codicillorum quæ
& teſtamenti, pertineantq́ Codicilli ad cauſam
teſtamenti, vt hic clarè vides, & in. l. fina. C.
de codicil. dicta. l. ij. §. teſtamentum. verſicu. ad
cauſam. ſuprà, quemadmodum teſtamenta ape-
riantur. & dicta. l. ab inteſtato. §. ad teſtamen-
tum. infrà de iure codicillo. Bartolus in dicta
l. ij. ff. de legatis primo. Mouebantur etiam hac
ratione: licet, inquit, ſtatutum non debeat exten
di, tamen lex antiqua ſe extendit ad ſtatutum.
5 Nam per dictam. l. ſecundam. † qui teſtandi non
habet poteſtatem, pariter neque codicillandi. l. j.
§. lex falcidia. ff. ad legem falcid. l. prima. §. pri-
mo. ff. de muner. & honori. alleg. gloſ. in. l. quod
verò. ff. de legi. Sed rationi Bart. pariter & opi.
contradicit Rapha. Cuma. in dicta. l. ij. & pleri-
que alijs quorum meminerunt Franciſ. Areti.
Alexand. & cæteri Moder. & Bald. in. l. fina. C.
de teſtamen. Cuius hic meminit Roma. quibus
etiam hic reſpondent & copioſius Aret. & Ale-
xand. in loco prædicto. Non tranſſcribam dicta
eorum. Roma. autem hic pro Bartol. ponderat.
l. diuus. §. penultimo. infrà de iure codicil. Cuius
prius eo meminit glo. in dicta. l. ij. infrà de leg. j.
quæ parū facit: imò videretur cōtrariū probare,
vt alia ſit cauſa codicillorum, & alia teſtamento-
rum. quamuis ille tex. dicat eum codicillos face-
re poſſe, qui teſtamentum facere poteſt. & id per
rationem. l. cum lege. ff. de teſtamen. dum illhic
dicitur, eum teſtari poſſe qui teſtificari poteſt.
6 † Nam plerunq́ etiam incapaces teſtamēti, qua
les ſunt impuberes. l. qua ætate. ff. de teſtamen. §.
primo. inſtitu. quib. non eſt permiſ. facere teſta-
men. teſtificari poſſunt, vt in. l. excipiuntur. in-
frà eodem. illhic dicam. Similiter in criminoſo &
aliàs facinoroſo homine, in. l. ob carmē. ff. de te-
ſti. licet cum quæſtione recipiantur, & quandoq́
abſque quæſtione. l. ex libero. & . l. diuus vbi per
Bartolum. ff. de quæſtio. l. finali. C. de quæſtio.
teſtari tamen non poſſunt. l. eius qui. §. primo.
ff. de teſtamen. vnde illud argumentum nō eſſet
concludens. Secundò, Obſtat. l. conficiuntur. §.
codicilli. ff. de iure codicil. Nam poteſt quis nō
teſtari ob teſtium penuriam, qui tamen codicil-
lari poteſt, inquit ille tex. & . l. finali. C. de teſta-
men. Sed illis duobus argumentis reſpondet di
cta. l. conficiuntur. §. codicilli. Non enim conſi-
deranda eſt facti impotentia, ſed iuris prohi-
bitio, vt qui de iure teſtari non poteſt, codi-
cillos facere non poterit: ſed ſi de iure teſta-
menti factionem actiuam habet, codicillos fa-
ciet, non aliàs. Simili reſolutione vſus eſt Accur.
in. §. primo. in verbo, non poſſit. inſtitu. de co-
dicil. & gloſſ. in dicta. l. conficiuntur. §. codi-
cilli. in verbo, codicillos. ex quo tex. Barto.
7 ſententia rectè ſuſtinetur, † codicillos ad cau-
ſam teſtamenti ſpectare, vt ea ſit iuris prohi-
bitio in eo qui codicillos facere vult, quæ &
in teſtante ſeu teſtari volente, quare qui in te-
ſtamento donare non poteſt, neque in codi-
cillis donare poterit, alioquin fieret fraus legi
de vno ad aliud. l. fraus legi. & quod illhic
Baldus notat. ff. de legib. l. non dubium. C.
de legib. Addo. l. diuus prima. in princip. &
§. item ſenatus. ff. ad legem Corneliam de falſ.
l. ſicut falſi. C. ad legem Corneliā de falſ. vbi co-
dicilli & teſtamenta à pari iudicantur, vt ſibi
aſſcribens in codicillis legatum, æquè atque
in teſtamento falſi puniatur, ſeu falſum in co-
dicillis committens atque in teſtamento commi
ſiſſet, punitur. Neque obſtant fundamēta Baldi,
Rapha. Cuma. & aliorum dicentiū non eſſe per-
miſſam extenſionem in cauſa ſtatuti de vno caſu
ad aliū vltra q̄ dicatur ab Are. & Alex. in dicta
l. ij. ff. de lega. j. dico nullo modo concludere in
8 caſu noſtro: † q̄m ea quæ per plus aut minus dif
ferunt, nun dicuntur genere differre. l. fina. ff. de
fund. inſtru. & inſtru. lega. Nam codicilli ſub vl-
tima voluntate comprehenduntur ſicut & teſta-
mentum. l. fin. C. de codicil. l. ij. §. codicillorum.
& . l. iij. & pleriſq́ alijs legibus. ff. de iure codicil.
§. j. inſti. de cudicil. Sed hæc quæſtio videtur ex-
pedita in. l. Titia. ij. §. ſi. ff. de lega. ij. quæ nō pro
hibet prælegatum aut donationem facere, dūmo
do quartæ legitimæ fraus non fiat. Cui conſenti-
re videtur Aurelianē. conſuetudo. & vt ſuprà di
xi. iſte tex. etiam in criminalibus dicit codicillos
ad cauſam teſtamenti pertinere. l. j. §. hoc interdi
ctum. ff. de tabul. exhiben. Vnde puto in reli-
quis ſuperfluam eſſe extenſionis materiam ad id
per eos conſideratam: quia quātum ad iuris per-
miſſionem eadem eſt circa perſonarum ſtatum le
gis conſideratio ſtatuti, teſtamēti & codicillorū:
& in ſimilibus lex magis ſententiam quàm verba
ſpectari vult, dicta. l. diuus. §. item ſenatus. verſi.
et quatenus. ff. ad legem Corneliam de falſ. l. hos
accuſare. §. finali. ff. de accuſatio. ibi, quæ in ſer-
uos quantum ad hæc verba pertinent, non cadūt

ſed cum natura communis eſt.ſimiliter & in eos
animaduertitur.l.miles.§.quidam.ff.ad legē Iu-
liam de adult.l.ſed ſciendum.ff.ad.l.Pompeiam
de parrici.l.vnica.ff. cui non compe. bono.poſ.
& idem vſus obſeruat:& in pleriſque iudicijs &
9 ſenatuſconſultis obſeruari vidi. † Oportet enim
conſuetudinis vel ſtatuti immutilam eſſe obſer-
uantiam dicta.l.fin.§.in illis. C.de teſtamē.c. vni
co,de feud.cognit.colla.x.l.ſin.C.quæ ſit longa
conſuetu.ſicut & legis.l.ſi quis.id quod.in prin.
in verbo,ſententiam.ff.de iuriſdi. omnium iudi.
l.iij.§.diuus.ff.de ſepulc.viola.l.finali.C.de teſta
men.milita.imò plus ad illius obſeruationē ſuffi
cit alterius legis vel ſenatuſconſulti, argumento
vti.l.ij.§.ſi is.verſicu.argumento eſt.ff.de bo.eo
rum qui ante ſenten.motem ſibi conſci. & ita cū
Bartol. Roma.& Alexand.conſentio.Cæterùm
Roma.hic in caſu ſtatuti in duobus caſibus diffe
rentiam facit inter codicillos & teſtamentū. Pri-
mus eſt ſi ſtatutum maiorem teſtium numerum
in conficiendo teſtamento quàm de iure deſide-
retur,ſtatuat,vt non extēdatur ad codicillos.iſte
caſus abſque dubio eſt,neque aliquo à iure com
muni diſcrepat,quoniam de iure maior numerus
teſtium in conficiendis teſtamentis requiritur ꝗ̄
in codicillis.In teſtamento enim ſeptem ſunt ne-
ceſſarij teſtes.l.hac conſultiſſima.in princi. C.de
10 teſtamen.§.ſed cum paulatim.inſtit.de teſta. † in
codicillis vero,quinque ſufficiunt dicta.l.ſin. C.
de codicil.& dicta.l.conficiuntur.§.codicilli.ff.
de iure codicil.Quare cùm ſæpe contingit teſtiū
pænuria teſtamenta recte fieri non poſſe,hac ra-
tione lex codicillos fieri permiſit.§.j.inſti.de co-
dicil.vbi imperator Auguſtus cū dubitaſſet, an
recte codicilli fieri poſſent,iuriſperitos & ſapien
tes viros conſuluit, Trebatium maximè,cuius cō
ſilio propter longas peregrinationes vſus eſt: &
ideo codicillorum vſum permiſit.& cùm Labeo
iureconſultus vſusfuiſſet non amplius de eis du-
bitari cœpit.quare ſtatutum abſurditatem quan
dam introduceret,ſi in cōſiciendis codicillis am-
pliorem teſtium numerum intro duceret quàm à
lege ſtatus eſt. Id Roma.in hoc recte dixiſſe vi-
detur,dum ait,ſtatutum vlteriorem teſtium nu-
merum quàm lex introducens,reipublicæ onero
ſum eſſe:non mirum ſi reſtringi debeat. quam-
quàm ſorte dicere aliquis poſſet de iure ſcripto
inueniri in teſtamētis maiorē numerū à legiſlato
ribus ſtatutum fuiſſe quàm antiquo iure deſide-
raretur.§.j.inſtitu.de teſtamen.dum ille text. ait,
ſufficiebant quinque teſtes:nunc vero ſeptem ne
11 ceſſarij ſunt. † E diuerſo plures quandoque quā
ſeptē lex requirit, vt in cæci teſtamēto.l. hac cō-
ſultiſſima.C.qui teſtamen.facere poſ.quandoꝗ
etiam in non cæco quinque ſufficiunt, dicta.l.fi-
nali. C.de teſtamen.& de iure canonico tres tan
tum ad ſummū requirūtur.c.cùm eſſes.&.c. rela
tum.primo extra,de teſtamen.Notat Ludo. Ro
ma.in authen.ſimiliter. C. ad legem falcid. & in
dicta.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C. de
teſtamen.& in militari teſtamento duo teſtes ſuf
ficiunt,ſecundum gloſſ.in.l.milites. C. de teſta-
men.militari.& in.l.Lucius.ff. de teſtamen.mili
ta,dicta.l.hac conſultiſſima.in princi.C.de teſta-
men.Ego verò vltra gloſſ.dico in milite in expe
ditione teſtamentum faciente tantam ſolennita-
tem non deſiderari.l.finali.ff.de teſtamen.ibi, ſi
in hoſtili loco deprehendantur,& illhic decedāt
quomodo velint & quomodo poſſint teſtabun-
tur,ſiue præſes ſit prouinciæ ſiue quis alius qui
iure militari teſtari non poteſt.Idem in.l. prima.
12 in princip.ff.eodem titulo.vbi additvt † ſufficiat
ad bonorum militis diuiſionem faciendam nu-
da teſtatoris militis voluntas.l.miles.ſi teſtamen
tum,eodem titulo.licet gloſſ.vt dixi in dicta.l. j.
§.faciant.& in.l.milites. C.de teſtamen.milita.&
dicta.l.hac conſultiſſima.C.de teſtamen.intelle-
xit dummodo duobus teſtibus probari poſſit mi
litis teſtamentum.l.diuus,&.l.Lucius.ff.de teſta
men.milita.Sed mihi non placet illa Accurſij in-
terpretatio:quoniam illæ leges non adeo expreſ
ſe vltimam militis voluntatem coarctant,vt ne-
ceſſariò vltimæ militum voluntates debeāt per
duos teſtes probari. tantum enim dicunt ſolùm
militis voluntatem ſpectandam eſſe, ita tamen,
inquit.l.Lucius ſuprà alleg.vt hoc ita ſubſecutū
eſſe legitimis probationibus oſtendatur, & illa
verba,legitimis probationibus.quæ illa glo. in-
tellexit cum interuentu duorum teſtium, per. l.
vbi numerus.ff.de teſtib.Certe hæc Accurſij in-
terpretatio plus debito legislatoris intentionem
coarctat:cùm alia ſint probationum legitima do
cumenta per quæ militis recte intentio probari
poſſit.Nam & tex.in dicta.l. milites.§. proinde.
13 C.de teſtamen.milita. † ait, ſufficere vt conſtet
aliquid à milite ſcriptum eſſe ſiue in vagina ſi-
ue in clypeo literis ſuo ſanguine rutilantibus,
aut in puluere gladio inſcripſerint, vel etiam
quod ſcriptum aliàs teſtamentum & cancella-
tum rurſum ſignauerint.l. tribunus.§.finali. ff.
de teſtamen.milita. Neque illæ leges aliam te-
ſtium probationem expectant.Concedo autem
per dictam. l. diuus. &. l. Lucius.&.l. Titius.
ff. de teſtamen. milita. militis teſtamentum aut
teſtibus, aut literarum comparatione aut alia
huiuſmodi probatione debere probari, ſed
quod neceſſariò duobus teſtibus probari de-
beant.Alioqui inutile erit militis teſtamentum.
hoc illæ leges non aſſerunt, imò in eis contra-
rium probatur, & in titulo de milita.teſtamē.
inſtitu. in duabus partibus principij illius titu-
li. Prima eſt in his verbis, neque aliam teſta-
mentorum ſolennitatem obſeruauerint, nihilo-
minus recte teſtātur. Secunda eſt ibi, quoquo
enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur
ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura, valet teſtamētū

ex vo

ex voluntate eius. Idem in.l.vnica. ff.de bono.
poſ.ex teſta.milit. Adde Bald.in.l.fi.C.de teſta.
in prima quæſtione. Conſentio autem cum Iure-
14 conſulto in dicta.l.diuuſ.ad fi. † vt conſiderari
debeat,qua mente ſermonem ſuum miles protu-
lerit. Et ille tex.eſt ſingularis & annotatione di-
gnus,quem quæſo lege,ne omni ſpiritui circa te
ſtamenta eredatur. Alioquin,inquit,non difficul
ter poſt mortē alicuius militis teſtes exiſterēt qui
affirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem relin-
quere ſe bona ſua,cui viſum ſit.& per hæc indi-
cia vera ſubuerterentur. Idem tex.in.§.j.verſi.ta-
le enim.in authen.de teſtib.colla.vij. &.§.j.in au
thent.de inſtru.cautela & fide.colla.vj. Et recte
facit quod ſcribitur Matthæ.xxvj.& Marc.xiiij.
dum falſi teſtes Chriſtum dominum Ieſum dixiſ-
ſe teſtificabantur diſſoluturum ſe templum ma-
nufactum & poſt triduum aliud nō manufactum
reædificaturum. Addo etiā tex.in.l.ex his verbis.
& quod illhic Moder.Papiē.notant. C.de teſta.
milita.Si tamen ſtatutum eandem ſolennitatem
requireret in codicillis obſeruari, qualem in te-
ſtamentis,neceſſe eſſet eam obſeruare,argumēto
dictæ.l.hac cōſultiſsima.§.quibus.verſi.quæ &
in eundem.C.qui teſta.facere poſ.ſecundū com-
munem interpretationem, de qua ſtatim dicam,
infrà per rationem.l.proſpexit.ff.qui & à quib.
l.omnes populi. ff.de iuſti.& iure. Et ideo dici
15 poteſt,quicquid dicit lex, † tu autē ſerua ſtatutū,
niſi adeo à ratione exorbitaret, vt ambitioſum
iure dici deberet.§.j.in authen.vt nulli iudi. col-
la.ix.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi. faciend.c.
qui contra.viij.diſtin. Alius igitur & ſecūdus ca-
ſus,ſecundum Roma.eſt, vt ſi ex ſtatuto duo te-
ſtes ad conficiendum teſtamētum ſufficiant, non
ſic in codicillis dicendum erit,per.l.fi.C.de codi
cillis.ibi, in omni autem vltima voluntate, exce-
pto teſtamento, quinq; teſtes vel rogati, vel qui
fortuitò venerunt in vico eodemq; tempore de-
bent adhiberi. Addit.l.naturaliter.§.nihil cōmu-
ne.ff.de acquir.poſ.&.l.fi.C.de teſta.vide Alex.
in dicta.l.ij. ff.de lega.j. & in.l.fina. C. de teſta.
poſt Bald.demum hic Roma.diſtinguit,aut ſta-
tutum in caſu neceſsitatis, permittit teſtamētum
fieri adhibitis ſolū duobus teſtibus, & trahi poſ-
ſe ad codicillos putat: cùm de iure communi ſi-
militer permittatur,coram duobus teſtibus teſta
mentum fieri,ſecundum Barto.in.l.vnica.per il-
lum text.ff.de bono.poſ.ex teſta.mili.&.l.fi.ff.
16 de teſta.milita. † Aut, inquit, ſtatutum diſponit
teſtamentum quoquo teſtium numero poſſe fie-
ri, & id ad codicillos non poſſe extendi, dixit
propter eorum diuerſitatem.l.conficiuntur.§.co
dicilli.ff.de codicil. Alij verò poſt Bartol.in di-
cta.l.ij.ff.de legatis.j. dicunt, aut ſtatutum dicit
ſufficere in teſtamētis quinq; teſtes,& ob id non
ſufficiunt tres in codicillis: cùm nulla lege cauea
tur,ſufficere duos teſtes aut pauciores quàm in
teſtamento,& hac ratione nō eſſe licitum nume-
rum à lege ſtatutum in cōficiendis codicillis mi-
nuere,argumento.l.illud. C.de ſacroſanc.eccleſ.
l.in contractibus. C.de non nume.pecu. Non ta-
men plures quæri debebāt in codicillis quàm per
ſtatutum requiruntur ad cōficiendum teſtamen-
tum,ſecundum Bald.& Salice.in.l.ſi. C.de teſta.
alleg. Bal.l.ſi quis.in princi.§.miles.ff.de leg.iij.
l.cùm hic ſtatus.§.ſi miles.ff.de donat.inter virū
& vxorem. Et idem tenet Alexan.in dicta.l.ij.ff.
de lega.primo. Adde bene facere.l.hac cōſultiſ-
ſima.§.quibus.verſ.quæ et in eundē. C.qui teſta.
facere poſ. In hoc enim ꝙ lex in teſtamento cæci
maiorem voluit ſolennitatem obſeruari ea quæ
in aliorum teſtamentis ſeruari debet,vt inquit il-
la.l.hac conſultiſsima.in princip.ibi, quos alijs
17 quoq; teſtamentis intereſſe iuris eſt: † quoniam
tabellionem cum ſeptem teſtibus in cæci teſtamē
to eſſe vult,non tantum id in cæci teſtamēto ſed
in codicillis cæci obſeruari voluit,ſecundū com-
munem opin.in dicta.l.hac conſultiſſima.in his
verbis,quamuis & in eundem modum erunt ob
ſeruanda. Item in his verbis,& in ſumma quæ in
codicillis habentur congrua duxerunt ordinan-
da.per quæ recte probari videtur cōtra vtrunq;
caſum hic à Roma.inductum, vt eadem ſit ratio
codicillorum quæ & teſtamēti,vt ſi per ſtatutum
teſtium numerus in faciendis teſtamentis augeri
debeat:ſimiliter in codicillis conficiendis auge-
ri debebit, & è diuerſo, ſi minuatur in teſtamen-
tis per ſtatutum,pari ratione numerus qui in te-
ſtamento ſtatuetur, in codicillis ſeruandus erit.
Et propterea doctores in duas partes diuiſi ſunt.
Prima eſt Accurſ.in dicta.l.hac conſultiſsima.in
18 verbo,codicillis.dixit † enim non debere nume-
rum teſtium augeri in cæci codicillis, quanquam
in teſtamento cæci cum ſeptem teſtibus tabellio
ſeu notarius interuenire debeat, per dictā.l.hac
conſultiſsima. Et ad illum tex.reſpondet Accur.
vt verba illius verſi.non referantur ad omnia in
capite illius legis expreſſa,ſed tantū ad alia, præ-
ter teſtium numerum. Et ſic in codicillis cæci ſuf-
ficiunt quinq; teſtes,quamuis in teſtamento cæci
ſeptem ſint neceſſarij cum tabellione,et illa capi-
tula ſunt quæ in codicillis cæci ſeruari debebūt,
per illum text.ſecūdum Accurſ.interpretationē.
Primò vt tabellio cum quinq; teſtibus interue-
niat,ſicuti tabellio cum ſeptem teſtibus in teſta-
mento requiritur. Secundò teſtium omnium ſub
ſcriptio,& ꝙ codicilli manu tabellionis ſcriban-
tur,& ab eis ſubſcribantur ſicut in teſtamento.
Tertiò quod vno eodemq; tempore & loco or-
dinentur,ſicut & teſtamentum.& excipietur ab
eis ſola hæredis inſtitutio.huic ſe ſubſcribunt Sa
lice.Paul.de Caſt.& Iaſ.Contra gloſ.ſunt Iaco.
Butrig.Bald.Roma.& Alexan.in eadem.l.& di
cit Iaco.Butrig.caſum eſſe ſpecialem in dicta.l.
hac conſultiſsima.& ſingulariter hunc tex.pon-
derat Bald.in his verbis,in eundem modum. Et
ideo verius eſſe dicit Bald.& Alexan.adhærens

Bald. & alijs per eum citatis dicit non obſtare il-
lum text. in verbo, congrua, quod referendum
19 eſſe dicit ad hæredis inſtitutionem † quia hære-
dis inſtitutio codicillis non cõgruit. in codicillis
enim fieri non poteſt hæredis inſtitutio. l. ij. §. fi.
ff. de iure codicil. l. hæreditatem. C. de codicil. §.
codicillis. Inſtitut. de codicil. Non obſtat etiam
l. fi. C. de codicil. in verbo, omni vltima volun-
tate. non enim in teſtamento inter liberos facto
obtinere poteſt illa lex: quoniam nemo eſt qui
dicere poſsit, in teſtamento inter liberos facto
quinq; teſtes neceſſarios eſſe. l. hac cõſultiſsima.
§. ex imperfecto. C. de. teſta. neq; in teſtamento
neq; in codicillis militis, vt ſuprà dictum eſt, per
l. milites. C. de teſtamento militari. l. prima. & l.
diuus. & l. Lucius. ff. de teſtamento militari.
Nõ ergo verba generalia illius. l. fi. C. de codicil.
tam large accipi debent, & per illas leges ſatis
eſt illi dictioni vniuerſali reſponſum. Tamen, vt
ſupradictum eſt, cõtrarium ſentiunt Sali. & Pau.
de Caſt. & prius eis Petr. de Bel. perti. cõueniens
in hoc cum Accurſio. dicit enim Petr. eandem in
codicillis cæci ſolennitatem requiri quæ & in te-
ſtamentis: & ob id tantus in codicillis teſtium
numerus neceſſarius erit, quantus in teſtamẽtis,
per dictam. l. fina. C. de codicil. Obiectis autem
per Bald. & cæteros reſpondet Iaſ. præſertim ad
verbum, congrua. Cui Alexan. prius eo reſpon-
der. dicit enim Alexan. circunuentum fuiſſe Bal.
neq; ad illum tex. aduertiſſe, quoniam prius lex
expreſſe de herede ſenſerat, ibi, quamuis nõ hæ-
redem inſtituere. Secundo. Contra Bald. retor-
quet illud verbum, congrua, dum in tex. dicitur,
20 quæ in codicillis, habẽtur cõgrua. † ſed congrua
in codicillis ordinatio eſt quinq; teſtium, dicta. l.
fina. vnde ſufficit quod congruum eſt ſeruare.
Addebat & ſecundò pro Accurſ. videri abſur-
dum dicere Imperatorem maiorem ſolẽnitatem
in codicillis cæci induxiſſe, in quibus de maiore
præiudicio quàm in teſtamentis tractatur. Ius
enim commune in teſtamẽto cæci vnicum ſolum
teſtem vltra ſeptenarium addidit, in codicillis ve
rò qui minoris ſunt præiudicij tres addere neceſ
ſe eſſet, eo quod de iure in codicillis quinq; ſuffi-
ciũt. Et in hoc grauior eſſet codicillorum quàm
teſtamẽtorum cauſa, quam lex ſemper leniorem
exiſtimauit. Tertiò mouetur autoritate Barto. in
dicta. l. ij. ff. de lega. primo. dum Bart. dicit ſi per
ſtatutum liceat in præſentia quinq; teſtium face-
re teſtamentum in vim illius ſtatuti, non erit di-
minutus teſtium numerus in codicillis, econtra-
rio ſtatutum augens numerum non debet intelli
gi vt minuat. Et ſi in codicillis eſſet eadem forma
neceſſaria & idem modus requiſitus quæ & in te
ſtamentis, cæcus in codicillis poſſet directe hære
dem inſtituere contra dictam. l. hac cõſultiſsima.
quia numerus teſtium qui in codicillis neceſſa-
rius eſt ſufficeret ad inſtituendũ hæredem. et hoc
pacto ſi diceret facere codicillum, non eſſet codi
cillus, ſed teſtamentum, & eſſet in nomine tan-
tum, non in forma inter codicillum & teſtamen-
tum differentia, contra. l. teſtamentum non ideo.
C. de teſta. quare cum Accur. ſentit vt illa verba,
eundem modum, ſic debeãt interpretari. & illum
text. ſic inducere voluit, vt opinor: nam in capite
21 legis dixit Imperator, † in teſtamento cæci non
plures teſtes deſiderari, quàm in alijs teſtamẽtis,
dum ait, præſentibus ſeptem teſtibus, quos alijs
quoq; teſtamentis intereſſe iuris eſt. Sed lex ad-
didit tabularium qui colligat & ſcribat quæ teſta
tor cæcus nuncupauit, & id in teſtium præſentia,
dum lex ait tabulario etiam præſente, neque per
hoc teſtamentum in ſcriptis dici poterit, licet in
ſcriptis redactum fuerit per tabularium ſecun-
dum Petr. & recte, quia proprie teſtamentum in
ſcriptis illud eſt quod à teſtatore ſcribitur vel
ſubſcribitur. l. iubemus. C. de teſta. de quo in. l.
hæredes palam. ff. de teſta. At teſtamentum cæci
non poteſt hanc formam habere, cùm non ſit ma
nu cæci ſcriptum neq; ſubſcriptum, dicta. l. hac
conſultiſsima. Et ob id ille tex. dicit cæci teſtamẽ
tum formam nuncupatiui teſtamenti habere, ſed
non in totum: quoniam à tabulario, non autem à
teſtatore ſcribitur, ſed partem habet nuncupati-
ui quod teſtator nuncupat & partem teſtamenti
in ſcriptis redacti: quia à tabellario, aut ab octa-
uo teſte ſcribitur, habet etiam alia ſpecialia quæ
non habet nuncupatiuum teſtamentũ. & demum
Imperator in eadem. l. verſic. quæ & in eundem,
dicit, in eundem modum erunt obſeruanda, ſed
quæ in verſicu. in ſumma, qui ſequitur, ait, quæ
codicillis habentur congrua. Sed quæ erunt illa
codicillis congrua, dicit, adhibere quinq; teſtes
ſecundum illam. l. fina. C. de codicil. & cum illis
quinq; vnum tabellarium qui colligat & ſcribat
ea quæ cæcus moriens ordinauit. Item quod illi
ſcripturæ teſtes præſentes vno eodemq; loco &
tempore ſe ſubſcribãt. Et iſta ſunt quæ congrua
ſunt codicillis, nõ autem quod in eis octo teſtes
ſicut in cæci teſtamento interueniant aut ſeptem
teſtes cum tabulario. & vt dixi, rectius ſic decla-
22 rat. † Illis poteſt addi hæc differre, modum ſeu
formam conficiendi inſtrumenti & ſolẽnitatem
teſtamenti vt modus ille magis formam confi-
ciendi inſtrumenti quàm exquiſitæ ſolennitatis
demonſtret, argumento. l. demonſtratio. §. fin. &
l. quibus diebus. §. fina. ff. de conditio. & demon
ſtra. quemadmodum in dicta. l. hæredes palam.
dicitur, dum modum & formam dat conficiendi
teſtamenti nuncupatiui aut in ſcriptis redacti. te-
ſtamentum enim ad hoc vt nuncupatiuum dica-
tur, oportet teſtatorem in præſentia ſeptem te-
ſtium hæredem nominare, & legata, & fideicom
miſſa, & quæcũq; alia quæ ordinare teſtator vo-
luerit, ſi tamẽ ab aliquo teſtium ſcriptum fuerit,
quia teſtator nominauit vel etiam teſtator ipſe
ſcripſerit, ſed non ſubſcripſerit. Ob id tamen
nuncupatiuum teſtamentum eſſe non deſinit, di-
cta. l.

cta.l.hac conſultiſsima.in princi.&.§.fina.C.qui
teſta.face.poſ.& dicta.l.hæredes palam.in prin.
ff.de teſta.Similiter modum tantum adiecit Im-
perator in illa.l.teſtamento cæci, ne voluntas
eius circunducatur, qui neqꝫ teſtes videre neque
voluntatem in ſcriptis redigere, neqꝫ aliter recte
cognoſcere aut percipere poteſt, ſi voluntas eius
23 intercipiat. † ob id lex modū inuenit, per quem
cæcis ſuccurratur, ne quod morientibus placet,
interuertatur, & quod iſte ſit illius, verſi.ſenſus.
induco text.in verſi. ſed quia tabularium, in tri-
bus partibus. Prima eſt in his verbis, vt quod ta-
bulario pro ſupraſcripto modo commiſimus,
id per octauum teſtē effectum capiat. Ecce quo-
modo vult teſtamentum cæci per tabularium
ſcribi, & ſi in loco non poſsit tabularij copia ha-
beri, vult octauum teſtem aſſumi qui ſcribat &
ea omnia faciat quæ tabularius facturus eſſet.
Secūdo in verſ.libera poteſtate cōcedenda, ſuas
vltimas volūtates in prædictū modum ordinan-
tibus chartulā ita ſubſcriptam, ita deniqꝫ cōſigna
tā vt antè latæ formæ declarāt. Tertio in fi.illius
legis, ibi, ſic fieri nanqꝫ cōfidimus vt nō recipiāt
ſe tantum in cæcis teſtandi licētia, ſed nec locum
quidem vllum relinquant inſidijs tot oculis ſpe-
ctata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto lo
cata manibus. Ecce quomodo Imperator ſolum
ſtuduit in beneficium cæcorum hāc formam in-
uenire, ne ſuis vltimis elogijs cæci defraudentur,
24 ne've in eis fraus vlla fiat. † Addidit enim ſo-
lennitati pro quibuſcunqꝫ perſonis ordinare ta-
bularium aut octauum teſtem ſi tabularij copia
haberi non poteſt qui nuncupatam à teſtatore
voluntatem ſuo nomine ſua ve intētione ſcribat
ſuppleturus id quod natura aut morbus prohi-
buit hac conſideratione & ratione eadem in co-
dicillis forma idemqꝫ modus qui in teſtamentis
neceſſarius eſt, cùm in codicillis cæci obſeruari
debeat, ne fraus fiat, hoc probat dicta.l.hac con-
ſultiſsima.in vltimo illius legis reſponſo.ibi, ſed
nec locum quidem vllum relinquat inſidijs tot
oculis ſpectata &c.& in dicto verſicu.quæ & in
eundem modum erant obſeruanda in codicillis
ſi in eundem modum obſeruanda erunt quæ &
in teſtamentis, eadem igitur neceſsitas ab Impe-
ratore in cæcorum codicillis introducta eſſe vi-
detur, ne, vt inquit, locus quidem vllus relinqua
tur inſidijs tot oculis ſpectatum tot inſinuatum
ſenſibus, quæ ratio non ſolū teſtamento, verum-
etiam codicillis cōmunis eſſe videtur, intentioqꝫ
legislatoris fuerit, prouidere cæcis non ſolùm in
teſtamentis, verumetiam in codicillis eorum, ne
25 offendiculum etiam minimum fiat. † Et ratio
optima eſt, quia ſæpius femineces etiam recte vi-
dentes ſeu non cæci plerunqꝫ intercipiuntur.§.j.
in authen.de teſtib.colla.vij.multomagis cæcus
eludi poteſt, Imò facilius cæci capaces ſunt dece-
ptionis.l.j.§.cæcum.ff.de poſtulan.l.cùm præ-
tor.ff.de iudic.dixi in.§.cæcus.ſuprà ead.l.vnde
ſcribitur Leuitici.xix.c.noli coram cæco ponere
offendiculum. Et ideo ille tex.quadam breui re-
petitione eadem in codicillis repetere videtur
quæ in teſtamentis concluſerat, dum dicit eundē
modum. Et demum eadem conſideratione in
vtroqꝫ diffinire videtur, dum ait, tot oculis ſpe-
ctata, tot inſinuata ſenſibus &c. vt in nullo differ
re velit codicillos à teſtamento præterquam in
hæredis inſtitutione. Sed ſi cum Bald.Iaco.Bu-
triga.Ange.Roma.& Alexan.reſidere velis, fa-
ciliter in contrarium adducta refelli poterunt.
In primis non videtur recte illa lex, hac conſul-
tiſsima, intellecta in illis verbis, & in ſumma quæ
codicillis habeatur cōgrua duxerint ordinanda,
26 ſed iſte ſit verus illius legis ſenſus. † Dixit enim
Imperator eundem modum in codicillis obſer-
ſeruanda quæ in teſtamentis dicta ſunt, eo ſolo.
dempto quòd hæredem inſtituere non liceat, ſed
legata ſolum vel fideicōmiſſa. Et in ſumma quæ-
cunqꝫ in codicillis per eundem modum cōfectis
ordinare cæcus duxerit ea congrua haberi. Et
ideo hūc eſſe verum dictæ legis ſenſum & aliter
intellectum non videri poſſe ſubſiſtere, vt dica-
tur, quæ in codicillis habentur congrua.& illhic
ſit punctus, & ſequitur, dixerunt ordināda, quid
aliud præſupponet adiectum ordināda: certe ni-
hil. Quare per illa verba, In ſumma Imperator,
vt breuitati ſtuderet, nolenſqꝫ ea, quæ in codicil
lis concedi poſſunt, repetere ſeu recenſere poſt-
quam de legatis & fideicommiſsis dixit, adiecit
hæc verba, in ſumma &c. Nec perſuaderi poſſet,
vt illa dictio, congrua. referatur ad modum &
formam, ſeu verius ſolennitatem quæ in codicil-
lis de iure obſeruari debet. Non obſtabit quod
ſecundo loco Iaſ.adduxit abſurdum eſſe, dicere
voluiſſe Imperatorem maiorem ſolennitatem re-
quirere, in codicillis quàm in teſtamentis. Primo
27 non eſſe verum, † Imperatorem introduxiſſe
maiorem in codicillis ſolennitatem quàm in te-
ſtamentis ſed eādem tantum. Neqꝫ id abſurdum
eſt dicere, quoniam eadem ratio eſt circumue-
niendi cæcum in codicillis quæ & in teſtamētis.
Neqꝫ ob id in vno maior neqꝫ potentior ratio
eſt, quàm in altero. Non mirum ſi pari ratione co
dicillos teſtamentis conformauerit, hic induci
poſſunt rationes triuiales, vbi eadem eſt ratio in
vno quàm in alio, idem ius ſtatuendum eſſe.l.
Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.
vbi ex dictis recentiorum poteris aceruum ſimi-
lium rationum facere. Neque etiam, vt dixi, inue-
nitur in dicta.l.hac conſultiſsima. Imperatorem
diſcretionem feciſſe inter codicillos & teſtamen-
ta, ſed eadem ratione concluſiſſe. Neqꝫ etiam in
vllo diſpar eſt ratio quàm in hæredis inſtitutio-
ne, cuius Imperator in illa lege meminit, quare
idem ius eſſe debet.§.j.in authent.de teſti.colla.
vij. Neque iuuare poteſt dictum Barto.in.l.ij.ff.
de lega.j. quod tertio loco relatum eſt. Id nanqꝫ
plus obſtare quàm iuuare poteſt. Nam ſi ſtatutū

minuens teſtium numerum in conficiendis teſta-
mentis, ad codicillos extendi non deberet, eo
quod diminutio quæ ob id fieri cõtingeret, pro-
bationem rectæ fidei interuerteret, ſed ſi cautela
per legem aut ſtatutum augeatur, prohibere nõ
28 debet augmẽtum, † cùm vt ſuprà dixi, leges pro
vberiore cautela numerum in teſtamentis ordi-
natum permittant quandoq; augeri, vt in teſta-
mento cæci. hoc enim fit in teſtatoris fauorem,
vt inquir tex. in. l. diuus. ff. de teſta. milita. ibi, nec
vllorum magis intereſt. & iterum ibi, alioquin
non difficulter poſt mortem alicuius militis te-
ſtes exiſterent qui affirmarent ſe audijſſe dicen-
tem aliquem relinquere bona ſua cui viſum ſit.
huic rationi iungatur ratio dicti. §. primi, verſic.
tale. in authen. de teſtib. colla. vij. cuius ſuprà me
minimus. Secundo, alia ratio eſt: leges enim non
ſine maxima & neceſſaria cauſa voluerunt in te-
ſtamentis numerum ſeptem teſtium interuenire,
quanquam in quibuſcunq; alijs actibus duo tan
tum aut tres, aut ad ſummum quinq; teſtes ſuffi-
ciunt. l. vbi numerus. ff. de teſti. §. ſi verò abſunt.
in authen. de hæred. & falci. colla. j. & l. teſtium.
C. de teſtib. Sed in teſtamentis ſecus inuentũ eſt,
ne contingat fortè eum hæredem fieri, quem te-
ſtator noluit, aut legatum vel fideicommiſſum
aſſcribi, cui fortè etiam rogatus teſtator non con
ceſsiſſet. l. ſi inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig. l.
ex parte. ff. de adi. leg. l. in confirmãdo. de cõfir.
tuto. Et ſatis hoc probat ratio dictæ. l. hac conſul
29 tiſsima. quod dictũ eſt in fi. † dum dicit, præſumi
teſtamentum ſuſpitione carere, ꝙ tot oculis ſpe-
ctatum eſt, quod tot manibus inſinuatum, tot in-
ſuper in tuto locatum manibus, &. §. ſed cùm
paulatim. Inſtitut. de teſtamen. ibi, ob teſtamen-
torum ſinceritatem vt nulla fraus adhibeatur, vt
per manus teſtatoris vel teſtium hæredis nomen
exprimatur, quod cum in cæco id obſeruare non
poſſet, Imperator nõ abſq; ratione ſtatuit, vt ta-
bularius aut octauus teſtis adderetur qui teſtato
ris officium quod eſt ſcribendi teſtamenti, ſi ſcri-
bere velit impleat, ſimiliter & codicillorum. Et
minus obſtat quod quarto loco Iaſon pro capi-
tali aſſumpſit, dum dixit, ſequi poſſe vt in codicil
lis is qui codicillos facere vellet, hæredem inſti-
tueret. demiror tantum virum qui iterum nõ re-
petijt quod recte cogitauit in Alexand. de Imo.
Nam text. dictæ. l. hac cõſultiſsima. prohibet ab
expreſſo hæredis inſtitutionem in ſimilibus codi
cillis fieri, in verſi. quæ nõ in eandem, ibi, quam-
uis non hæredes inſtituere, quare nõ poteſt con-
30 ſideratio inſtituendi hæredis ſubſiſtere. † Secun
do quicunq; declarat ſe tãtum codicillari & non
teſtari velle non poterit hæredem inſtituere, & ſi
in illis tabulis hæredem nominauerit vel inſtitue
rit, non poterit hæredis inſtitutio validari, quan-
tumcunq; formam teſtamẽti obſeruauerit: quia
magis intẽtio quàm formæ obſeruatio conſide-
randa eſt, propter declaratam à teſtatore volun-
tatem. Et ita ille text. vult, & l. quærebatur. §. fin.
& l. quod dicitur. §. miles, in argumentum. ff. de
teſta. milita. & ideo quamuis lex eũdem modum
obſeruari voluerit in codicillis cæci, qualem in
teſtamẽtis: tamen hæredis inſtitutionem excepit,
vt dictum eſt. & ſic vbi cæcus moriẽs ab expreſ-
ſo dicit ſe ſolum codicillari, non autem teſtari, vt
in ſimili dicitur in. l. fina. §. fina. C. de codicil. non
valebit hæc hæredis inſtitutio: quia noluit vim
teſtamenti obtinere ſed codicillorum tantùm, &
in argumentum induci poteſt. l. quoties. in prin.
31 ff. de hæredi. inſti. † Et de iure in codicillis hære-
ditas directe relinqui non poteſt. l. hæreditatem.
C. de codicil. l. ij. §. fina. ff. de iure codicillo. & ad
id induco. text. qui mihi videtur expreſſus in. l.
quærebatur. in fi. ff. de teſtamen. milita. in his ver
bis, niſi aliud teſtatorem ſcripſiſſe probetur. Et
idem ſentire videtur gloſ. in. l. ſi miles vnum. ff.
eod. de teſtamen. milita. Et vltra eam pondero
text. in. l. Titius. in fin. ff. de teſtamen. milita. ibi,
ſed planè feciſſe teſtamentum eum interpretan-
dum eſt, qui ſe velle teſtamentum, quòd antè fe-
cerat, valere aliquo modo declarauit. Idem in. l.
centurio. eo. titu. vbi verò teſtator ſuam volun-
tatem expreſſe non declararet, locum eſſe præ-
ſumptioni putarem, & eo quod ſolennitas teſta-
menti obſeruata eſſet, teſtatorem voluiſſe teſta-
mentum, non autem codicillos facere. l. iij. ff. de
milita. teſta. vel ſi codicillos tantùm fecerit, quia
quinq; teſtes ſolùm interuenerint, ſi in eis hære-
dem inſtituerit, neq; de expreſſa eius volũtate ali
32 ter appareat, † quia omnino dixerit ſe velle codi-
cillari, tamẽ propter hæredis inſtitutionẽ præſu-
mit lex voluiſſe eum teſtari, non autẽ codicillari.
l. non codicillũ. C. de teſta. Ideo per illũ tex. non
valebit illud elogiũ, neq; vim teſtamenti neq; co
dicilli obtinebit. l. j. ff. de iure codicil. Imò etiã ſi
formam legis obſeruari ſolitã in teſtamẽtis ſerua
uerit, nõ valebit neq; iure teſtamẽti, neq; codicil
lorum, d. l. fi. §. ſi. C. de codicil. Alex. autẽ in. d. l.
non codicillũ. & Moder. poſt eum illhic vtranq;
partem examinant, & demũ Alex. cum quadã di
ſtinctione eã abſoluit & hi qui ſecus ſentiunt ꝙ
ſuprà dixerim, præſertim mouenť per dictã. l. nõ
codicillũ. quæ nihil prorſus facit, vt ſuprà dictũ
eſt, quoniã illa lex loquitur, quãdo dubiũ eſt, an
teſtator qui corã quinq; teſtibus hæredẽ inſtituit
voluerit teſtari an vero codicillari, & dixit illhic
Iurecõſultus propter hæredis inſtitutionẽ voluiſ
ſe teſtari, & ideo illã voluntatẽ neq; vt teſtamen
tũ ſeruandã eſſe, quia defecit ſolẽnitas teſtamẽti,
neq; vt codicillos, cùm nõ fuerit intentio codicil
landi. & ideo quod non valet ꝙ ago vt ago, non
valet vt valere poteſt, per illũ tex. niſi expreſſe ſit
hæc clauſula, ſi nõ valeat vt teſtm̃, valeat vt codi-
cillus. l. j. ff. de iur. codi. & ita recte Pet. intelligit.
Secũdo mouenť p. l. teſtm̃. C. de teſt. & licet Pa-
pi. Mod. Iaſ. in. d. l. nõ codicillũ. & in. d. l. hac cõ
ſultiſsima. ſic poſt alios quos Alex. cõmemorat
in dicta

in dicta.l.non codicillum.ita ſenſerit, tamen in
dicta.l.teſtamentū.verum illius.l.teſtamentum.
ſenſum recognouit,non enim illa.l.teſtamētum.
33 † hoc vult vt is qui codicillari tantum voluit
expreſſe voluntatem ſuam declarando vt Ange.
recte ſentit in dicta.l.non codicillum.nō autem
teſtari ſua voluntas, non vt teſtamentum ſed vt
codicillus cenſeri debeat,præſertim ſi non pec-
cet in teſtamenti forma,ſed ſuis omnibus nume-
ris conſiſtat. Sed illa.l.teſtamentum, vult ſolùm
dicere,ſi teſtator varijs nominibus etiam contra
rijs,inquit illhic Petrus, teſtamētum ſuum nun-
cupauerit,vt quia dixerit hoc eſſe ſuū vltimum
elogium,vel vltimam voluntatem, vel vltimam
diſpoſitionem,vel alia huiuſmodi verba, illa ſu-
perfluitas verborum teſtamentum non infirma-
bit. Secundo in vltimo reſponſo dicit, ſicut ne-
ceſſaria omiſſa cōtractum minuunt,ita & teſtan-
tis officiunt voluntati, nō abundās cautela. Vn-
de illæ leges,nihil prorſus iuuare poſſunt: quo-
niam voluntas teſtatoris omnino reſiſtit, ſed vt
dixi, hoc procedit vbi expreſſe ſic declarauit nol
le illam ſuam vltimam voluntatem vim teſtamen
ti ſeu condicillorum tantum habere. Oportet
34 enim tria in hoc commemorare. † Primo teſtan-
di facultatem,vt dixi ſuprà.Secundo teſtandi vo
luntatem. Tertio teſtamenti ſolennitatem. Alio-
qui vno iſtorum deficiēte virtus teſtamenti ſub-
lata eſt. Sed vbi teſtatoris voluntas nō eſt clara,
neq; manifeſta, recurrendum eſt ad iuris conie-
cturas, quæ ſunt. Primo ſi ſolennitas iuris in eo
ſeruata ſit: Hoc caſu præſumendum eſt teſtato-
rem potius teſtari quàm codicillari voluiſſe, di-
cta.l.non codicillum. Nam & lex eam habet de
teſtatore opinionem,quod potius teſtari deſide-
ret & voluntatem ſuam vim teſtamenti quàm co
dicillorum obtinere.l.iij.ff.de teſtamen. milita.
argumento eſt dicta.l. quærebatur.in ſecundo
reſponſo,& in verſicu.vtrum.ff.de teſta.milita.
& ita tenet Bald.in.l.filij.in vlti.quæſtio. C.fami
liæ erciſc. Cuius meminit Alexan.in dicta.l.non
codicillum.vbi plus dicit, inter liberos id non
poſſe obtinere,in quo cōtradicit omnino diſtin-
ctioni Alexan.in dicta.l.non codicillum, dum
extraneos hæredes inſtitutos ſeu nominatos à
conſanguineis diſtinguit.in hoc autem omnino
placet conſideratio Pauli de Caſt.in.l.nemo po-
teſt.ff.de lega.primo. Cuius etiam meminit Ale-
35 xan,in dicta.l.non codicillum.dicit enim, † licet
teſtator moriens efficere non poſsit vt teſtamen-
tum minus ſolenne vim teſtamenti habeat, cùm
nemo facere poſsit quin in ſuo teſtamento leges
locum habeant,dicta.l.nemo poteſt.cùm hoc in
beneficium Reipublicæ ſtatutum ſit.l.fina. C.de
fideicommiſ.& dicta.l.hac conſultiſsima. C.qui
teſtamen.face.poſ.l.teſtandi. C.de teſta. Sed vbi
adhibetur ſolennitas & forma, & ſiciuri publi-
co omnino quātum ad formam ſatisfit: reliquum
in diſpoſitione eius manere debet,vt dixi. Iſtud
dictum Paul.de Caſtro probatur, in dicta.l.hac
conſultiſsima.in fi. C.qui teſta.face. poſſ.ſecun-
dum glo.intellectū,in verbo, teſtandi.quamuis,
inquit, ſolennitas teſtandi poſita in dicta.l.hac
conſultiſsima. in fauorem cæcorum introducta
ſit,non tantum circa teſtamenta, verumetiam &
codicillos,ob id tamen cæci prohibēdi non ſunt
ſi volunt,eandem in codicillis, qualem in teſta-
mentis ſolennitatem obſeruare.& id ſecundum
gloſ.intellectum. Pet.autem alium intellexit: di-
xit enim ſic legi debere, vt in cæcis non tantum
recipiat teſtandi licētiam, ſed vt nec locum qui-
dem vllum relinquat inſidijs &c. quaſi dicat, nō
cæcus teſtabitur vel ſecure teſtabitur. Ego verò
aliter intelligendum eſſe puto illum text. vt dicat
Imperator,per eam formā quam cæcis circa ſua
teſtamenta tradidit,non tantū teſtandi licentiam
conceſsiſſe,ſed ſecurè teſtandi formam præbuiſ-
ſe abſq; vlla inſidiarum aut falſitatis ſuſpitione.
& ratio. quoniam quaſi impoſsibile videtur rem
tot oculis ſubiectam poſſe falſificari, & quamuis
Accurſ. intellectus in illa lege nō recipiatur,aut
36 verus eſſe nō poſsit, † dubium tamen eſſe non
poteſt,quin vnuſquiſq; in ſuo teſtamento nō tan
tum ſeptem poſsit aut octo,aut plures teſtes ad-
mittere ſeu introducere dicta.l.hæredes palam.
in princi.ff.de teſta.l.cum tabulæ.ff.de bon.poſ.
ſecundum tabulas,pauciores autem non poteſt:
quia lex prohibet,id pro forma teſtandi neceſſa-
ria,dicta.l.hac conſultiſsima. C.de teſta. &.l.non
poteſt.ff.de lega.primo. Cæterùm vbi teſtator
clarè ſuam voluntatem nō expreſsit, an codicil-
lari,an verò teſtari voluerit.ad coniecturas, &
iuris præſumptiones recurrendum eſt, ſicuti ſu-
prà dictum eſt,vt ſi hæredē inſtituerit, & forma
teſtandi non ſeruata fuerit,lex præſumit propter
hæredis inſtitutionem teſtari potius,quàm codi-
cillari voluiſſe,dicta.l.non codicillum. C.de co-
dicil. Multo magis dicendum eſt, vbi omnes te-
ſtamenti formas ſeu ſolennitates moriens obſer-
uauit, per rationē illius legis,&.l.iij.ff.de teſta.
milita.quare Bald.& ſuorum ſequacium ſenten-
tia verior eſſe videretur,ſi per illam legem abſol
uenda eſt præcedens quæſtio, quamuis illa lex
varias admittit interpretationes. Nā & id quod
pro Salice.& Paul.de Caſt.deductum eſt, plus
vrgere poteſt. Primo quòd leges non tantam in
faciendis codicillis ſolennitatem admiſerunt,
quantam in teſtamentis,cùm non tam grande fu
turum ſit in codicillis periculum quantum in te-
ſtamentis, vt in dicta.l.fina. C.de codicil.& alijs
legibus,ſuprà memoratis. Secundo quoniam ali
quando dubitatum eſt, An codicilli ſub cauſa te-
ſtamenti comprehendi deberent. Et in hoc text.
& ſimilibus hæc erat dubitandi ratio.vnde ſi ali-
quando dubitatū eſt, An appellatione teſtamen-
37 torum codicilli comprehendi deberent, † recte
dici poteſt in aliquibus differre teſtamenta à co-
dicillis, non tamen tanta differentia eſſe poteſt,

vt ſub vltima voluntate codicilli compræhendi
non debeant dicta.l.fina.C. de codicil.l.conſi-
ciuntur.§.codicilli. &.l.ab inteſtato.§.fina.ff.de
iure codicil.&.l.j.§.j.ff.de tabul.exhiben. vnde
vt breui quæſtiones Ludoui.Roma.abſoluam,
dico ſi ſtatutum maiorem ſolennitatem inducat
circa teſtamenta,vt trahi non debeat ad codicil-
los.& ratio eſt,quoniã ſtatutum ſic debet inter-
pretari,vt minus quàm fieri poterit ius commu-
ne lædat.l.fina.C.de teſta.milita.&.l.ij.C.de no
xali.actio.l.ſi quando.C.de inofficio.teſtamen.
Secundo alia ratione,caſus omiſſus à ſtatuto,de-
bet vt omiſſus haberi,& in iuris diſpoſitione re-
manere, argumento.l.ſi vero.§.de viro.&.l.ſi
cùm dotem.in princi.ff.ſolu.matri.l.Gallus.§.&
quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu. Et hac ratio-
ne non obſtabit.l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.
face.poſ.quoniã non videtur eſſe inconueniens,
vt illa lex quæ ſingulari ratione voluit cæcis pro
uidere,trahi debeat ad hos caſus quibus ratio rei
adaptari non poteſt.l. cùm pater.§.dulciſsimis.
ff.de legatis ſecundo, quia ceſſante ratione legis
ceſſat. & lex.l.cùm ratio.ff.de legi.l.j.ff.ad mu-
nicipal.l.doctic ij.&.l.neque Dorotheum.C. de
decurio. lib.x. è diuerſo in.ij. quæſtione, dicen-
dum eſt, vbi ſtatutum minorem teſtium nume-
rum quàm ius ſcriptum poſtulat introduceret,
in codicillis non idem numerus neceſſarius
erit qui per ſtatutum,in teſtamentis limitatus eſt,
ſed ſufficiet duorum teſtium numerus,licet Bar-
to.in dicta.l.ij.ff.de legat.primo, cõtrarium ſen-
38 tiat,dum ait, † non poſſe minorem numerum cir
ca codicillos deſiderari quàm circa teſtamẽtum,
cum nulla lege ſcriptum inueniatur in codicillis
ſufficere duos teſtes,& licet ferè omnes cũ Bart.
conueniant. Ego autem.vt dixi, putarem mino-
rem numerum ſufficere in codicillis quàm in te-
ſtamentis, dummodo adminus duo teſtes in-
teruenirent. Ratio enim ſtatuti ſpectãda eſt,quæ
in eo in quo maius eſt periculum contenta fuit
pauciore numero, quanto magis æſtimãdum eſt
quod idem legislatores in codicillis ſtatuiſſent
ſi interrogati fuiſſent,argumẽto.l.fina.ff.de hæ-
redi.inſti.&.l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& poſt-
humis. & ad id induco quod ſingulariter ſu-
prà dictum eſt, de teſtamento militari, dum di-
ctum eſt, licere militi in expeditione exiſtenti
quoquomodo teſtari vel codicillari voluerit.l.
milites.C.de teſta.milita.l.j.&.l.ſi certarum.§.ſi
miles.&.l.ſi vero.ff.de teſtamen.milita.nam mi-
les illhic codicillos poſt militiã fecerat. Si autem
in militia feciſſet, idem fieret de legatis, & fi-
deicommiſsis in codicillis iudicium quod & de
his quæ in teſtamento facta erant,dicta.l.ſi vero.
&.l.milites codicillis.eo.titu. Alia conſideratio
ex illis legibus eſt, huic argumento ſimilis cùm
priuilegium teſtandi non ſeruata Iuris ordinarij
ſolennitate in cõtemplationem militum tantùm
facta eſt.l.j.ff.de teſtamen.milita.& Inſtitut. de
teſtamen.milita.in princi.& tamen extant princi
39 pum reſcripta quæ non tantum militibus conce-
dunt hoc teſtandi genus,ſed & cuicunq; exiſtẽti
in hoſtili loco, ſi illhic decedat quoquomodo te-
ſtari voluerint teſtari permittit propter identita-
tis rationem, & in his ſufficit illa forma qualis
qualis eſſe poteſt, dummodo volũtas eorũ pro-
bari poſsit.l.diuus.&.l.Lucius.ff.de teſta. mili-
ta.Simile dico in caſu propoſito in codicillis &
in teſtamento inter liberos confecto.l.hac con-
ſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſtam. Tertio
alia ratione, quoniam lex in codicillis minorem
ſolennitatem ſemper deſiderauit, quàm in teſta-
mentis:cùm non tam graue præiudicium in eis
generari poteſt,quàm in teſtamentis.non mirum
eſt igitur ſi dicatur,codicillos recipiendos & va-
lidos eſſe ſi duobus teſtibus ſignati & vallati fue
rint,& id verum puto, & ad id induco.l.fina.C.
de fideicommiſ.&.§.fin.Inſtitu.de fideicommiſ.
hæredi.quos text.ampliore ſtylo,ſuprà declara-
uimus, & coniugo.c.cùm eſſes.&.c. iudicante.
&.c.relatum.extra de teſta. Nam de iure cano-
nico debet teſtamentum coram parochiano &
duobus teſtibus fieri,ſi autẽ fiat legatum ad pias
cauſas aut aliter,ſufficit quod conſtet de volunta
te legantis.quamuis Roma.hic diſtinguat,an ſta
ſtutum tantùm duos teſtes in caſu neceſsitatis
permitat:quia idem in codicillis dicendum erit
& iſtud abſq; dubio eſt,per rationem.l.fina.C.
de teſta.vbi autem diſponeret in omni caſu duos
teſtes in teſtamentis ſufficere, ſicut de iure cano-
nico dicitur.c.cum eſſes.non in codicillis trahen
dum eſſet,quod non puto verum, vt ſuprà dixi:
quia minor ſolennitas in codicillis eſſet neceſſa-
ria quàm in teſtamẽtis: & ratio omniũ legum de
codicillis tractantium ſubuerteretur, per quas
minor numerus in codicillis quàm in teſtamen-
tis exigatur,& per ſtatutum fieret cauſa codicil-
lorum grauior,cõtra legis rationem. & ad id in-
duco rationem decidendi dicti cap.cùm eſſes.&
cap.ſequen.extra de teſtamen.& caſus eſt clarus
in princi.Inſtitu.de codicil. Fateor autem illa ſta
tuta plurimum detrahere à ratione iuris commu
nis,per.l.fin.§.cùm enim, verſicu.lex etenim.C.
de fideicommiſ,&.l.diuus.§.fina.ff.de teſta. mi-
40 lita. eo † quod lex ſeptenarium numerum ſta-
tuit,vt falſitatibus quæ circa teſtamẽta fieri poſ-
ſunt occurratur, & eadem ratione ſtatutus eſt
octonarius numerus in teſtamento cæci in dicta
l.hac conſultiſsima.C.qui teſtamen.facere poſſ.
Sed non eſt inconueniens ſi alia conſideratione
ſtatutum aliam formã introducat, per rationem
dicti cap.cùm eſſes.& cap.relatum,pariter quod
ſuprà dictum eſt de codicillis & fideicommiſsis
militis,vbi non maiorẽ vim teſtium in codicillis
quærit quàm in teſtamentis militis vt ſufficiat le-
gitimis probationibus oſtendere.§.plane.Inſtit.
de teſta.mili.qui collectus eſt.ex.l.diuus.ff.de te
ſta.milita.& in dicta.l.Lucius.eod.titu.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 Cedens actionem nulliter an incidat in edictum, ſtante ſtatuto &c.
2 Delictum punibile eſt lege factum ſolum cum affectu animi conſiderante.
3 Teſtamentum contra legis prohibitionem apertum ſi fuerit, non ob id annullabitur.
4 Factum contra legem, non ſemper pro infecto eſt habendum.
5 Actus quando annulletur per contrauentionem.
6 Pœna impoſita quando actum vitiet & annullet.
7 Venditio vnius rei duobus facta in odium venditoris ſuſtinetur.
8 Annullatio actus quando pœna eſſe præſumatur.
9 Qualitas actus quando annullari dicatur, & quando ſubſtantia.
10 Pœna à lege impoſita quando actum vitiet cui accidit.
11 Actus non redditur nullus ſi lex aliquid iure ſpeciali prohibens, etiam vltra procedat pœnam imponendo.
12 Alienabiles ſunt cunctæ res communi iure, niſi ſpeciali quodam iure alienari prohibeantur.
13 Lex qualiter actum annullare cognoſcatur.
14 Pœna actui adiecta cum actus nullitate eſt exigenda.
15 Pœna in quibus & quando exigatur.
16 Prælato hæretico vel ſchiſmatico nil quæri poteſt ex promiſſione ſibi facta.
17 Mulier intra annos luctus nubens infamis efficitur, ſed matrimonium quod contraxit non dirimitur.
18 Dominicani ſuæ regulæ tranſgreſſores non incidunt in mortale peccatum, ſed in pœnam tantùm taxatam.
19 Nullitas actus quare non veniat pœnæ nomine.
20 Prohibitio à lege facta ad vnguem eſt ſeruanda.
21 Subſtitutiones pupillares dicuntur pars & ſequela teſtamenti paterni.
22 Aperiens tabulas pupillares etiam nulliter factas, punitur.

Verſ. Siue iure ualeat.

cto prætoris de dolo.de quo in. l. j. ff.de dolo.
45 quæ † actio licet infamet, vt inquit illa.l.j.& ob
id in omnibus,neq; aduerſus omnes concedat̃.l.
non debet.& legibus ſeq.ff.de dolo. Ideo de ea
videndum eſt,præſertim de ea actione quæ ex il-
lo prætoris edicto procedit ſecũdũ quam hic ar-
ticulus expediet̃. & Bar.in.l.quoties.ff.ſi famil.
fur.feciſ.dica.non minus pulchram quã longam
perſecutus diſtinctionẽ,& ſuccincte illam expe-
diam.Primo enim dixit quandoq; ex conuentio
ne aliquis ad rem & pœnam promiſſam obligat̃
& de ea remittit ſe ad.l.ita ſtipulatus.ff. de verb.
oblig.dixi in.l.eadem.§.Cato.ff.eo.hic vnũ tan-
tũ cõmemorabo qđ aliqñ notaui in.l.quod pœ-
næ.ff.de ſolutio.& in.l.apud Celſum.§. Labeo
ff.de exceptio.quando debitor pœnã promiſit ſi
rem certo tempore nõ traderet,ſi rem cõſecutus
eſt fruſtra ad pœnã agit,ſed vbi rem cũ pœna cõ
ſequi vellet prius ad pœnã demum ad rem agere
debet.l.ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig.quod ſen
tire videtur.l.etiã ſi.§.pen.ff.de peti.hæred.&.l.
Stichum.§.dolo.ff.de ſolutio. dũ diſtinguit : an
primo rei poſſeſſor,an vero doloſus cõueniatur,
& ſic q primo poſſeſſorẽ cõuenit doloſum per-
ſequi nõ põt ſi rem cõſequat̃ integrã: qa ſua am-
plius non intereſt,Si verò doloſum prius conue
niat,nõ ꝓhibet̃ rei poſſeſſorẽ cõuenire: qa forte
ſua intereſt rẽ habere, & agẽdo contra doloſum
ad quadruplũ aut duplũ obligatũ.primò agat ad
pœnã q̃ ad rẽ, licet in duplo aut quadruplo res
cõprehẽdat̃,vt ſuprà dixi & infrà apertius decla
rabo:& iunges vtrũq;. Qñq; vnus debet rem &
alius pœnã,vel alius æſtimationem.& hunc arti-
culũ copioſe.Barto.diſtinguit. Sed iſte articulus
nõ ſatiſfacit omnino huic textui, neq; noſtræ di-
ſputationi.Nam iſte tex.& illi ſimiles loquuntur
quando plures ad pœnam obligantur : nõ quod
res aliqua ſit in reſtitutiõe,ſed pœna ſolũ in exa-
ctione ſeu ꝑceptione.igit̃ diſtinctiõi Bar.hũc ar
46 ticulũ addẽdũ eſſe putaui. † Qñq; plures ad pœ
nã ſolum tenẽtur,quia legi contrauenerunt. ſed
iſte articulus ſuprà ſatis eſt abſolutus , quia o-
mnes inſolidum tenentur , neque vnus alterum
liberat, neque quod ſoluit,repetet. lege ſi quis
id quod

id quod. & l. ſeq. ff. de iuriſdic. omnium iudic. l.
item Mela. §. j. ff. ad. l. Aquil. l. j. §. ſi. ff. ſi quis te-
ſta. lib. eſſe iuſ. fue. l. j. §. planè. ff. de tute. & ratio.
diſtrahen. ad Bartol. diſtinctionem declinemus.
dixit enim, aut actio eſt realis, vel mixta cum illa
qua vterq; tenetur. Aut, inquit, Primò rem pro-
ſequor, & non poſſum poſtea rei æſtimationem
proſequi. l. etiam ſi. §. penul. ff. de petitio. hæredi.
l. ſtichum. §. dolo. ff. de ſolutio. Certè cum reue-
rentia. Barto. dixero, non puto Barto. illos text.
recte conſideraſſe: in primis. l. etiam. ſi. §. penul.
ff. de petitio. hæredi. contradicet Bartol. ibi, niſi
potentijs intereſt. ex eo enim quod rei poſſeſſor
iudicium ſuſcepit, non prohibetur dominus rei
petere quod ſua intereſt. Et Paul. de Caſt. in illa
lege hoc ſatis præſenſit, dum dixit nō eſſe rei do-
minum prohibendum rei deteriorationem per-
ſequi, per. l. ſi cùm dies. §. ſina. cum. l. ſeq. ff. de ar
bit. Idem dicas, ſi rem cum fructibus & omni cau
ſa non reſtituerit, vt dicitur in. l. ſi cum exceptio-
ne. §. Labeo. & l. ſi mulier. §. quoniam poſſeſsio-
nem. ff. quod met. cauſa. Idem in. l. aut in id. eod.
titulo. ff. quod metus cauſa. dicitur, aut in id da-
bitur aduerſus cæteros actio quod minus ab illo
exactum eſt, neq; ceſſat legis ratio, donec deſie-
rit domini intereſſe. Ita dicit argumēto à contra-
rio ſenſu. l. ſi dolo. §. fina. ff. de re iudi. ibi, & pu-
to improbum eum eſſe, qui velit iterum cōſequi
quod accepit. ſimiliter. l. ſi plures. ff. de dolo. in
his verbis, & vnus reſtituerit, & iterum, quod ſi
vnus quanti ea res eſt præſtiterit, vbi igitur non
erit conſequutus rem cum cauſa ſua, cùm adhuc
petitoris interſit, agere poterit quantum ſua in-
tererit, dicta. l. etiam ſi. §. penul. ff. de petitio. hæ-
redi. qui tex. eſt clarus in his verbis, ne fortè eua-
neſcat aduerſus eum, qui deſijt, litis æſtimatio.
Et magis euaneſcere ait, niſi petētis intereſt, vbi
igitur petentis intererit, prohibendus non erit
agere. Imo nec illa. l. Stichum. §. dolo. ff. de ſolu-
tio. huic conſiderationi contradicit, ſed magis
confirmat in his verbis, ſi poſſeſſor corpus aut li-
tis æſtimationē præſtiterit, ea res tibi, id eſt, do-
47 loſo proderit, quia nihil petitoris intereſt, † Et
ſic in optione actoris eſt, aut rem, aut æſtimatio-
nem ab initio petere, ſed ſi res cum fructibus, &
omni cauſa ſua reſtituta eſt vel quāti res ipſa eſt
cæteri liberantur, Ita eſt text. in dicta. l. ſi plures.
ff. de dolo. & ratio eſt, quia petitoris deſinit in-
tereſſe, vbi igitur non erit facta rei reſtitutio vel
æſtimationis eius: peti ab alio poterit, quod mi-
nus receptum eſt, quia petitoris intereſt.

Hic ergo primus articulus eſt aliter abſoluen-
dus, aut petitur res ab vno ex his qui dolū com-
miſerunt, ſeu doli ſunt participes: & tunc poteſt
contra vnumquenq; eorum inſolidum agere, &
vno rem reſtituente cum fructibus, & omni cau-
ſa ſua, ſic quod petitoris intereſſe deſinat, vel
vno rei æſtimationem reſtituente, ſeu melius
quanti ea res erat, cæteri liberantur, ſed ſi parata
eſt actio, non tantùm aduerſus doloſos, ſed &
tertium poſſeſſorem qui dolo caret, & tunc poſ-
ſeſſore primo conuento & iudicium ſuſcipiente,
& demum rem cum omni cauſa ſua reſtituente li-
beratur doloſus, quia deſinit petitoris intereſſe,
ſed ſi minus poſſeſſor reſtituerit, quia rem cū fru-
ctibus & omni cauſa ſua nō reſtituit, vel deterio-
ratam rem reſtituit, ex eo quod petitoris intereſt,
non prohibebitur cōtra reliquos in eo quod mi-
nus exactum eſt agere, dicta. l. etiam ſi. §. pen. ff.
de peti. hæred. dicta. l. ſi cum exceptione. §. fin. &
l. ſeq. ff. quod met. cauſa. & alijs legibus ſuprà no
tatis. Idem etiam vltra quàm dictum fuerit proba
tur duplici ratione. Prima quòd poſſeſſor non ſa
tisfecit, & ſic actio non eſt extincta, argumēto. l.
penul. §. ſin. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi exi.
& l. ſi cum exceptione. §. fina. cum. l. ſeq. ff. quod
met. cauſa. Secunda præcedentis conſecutiua eſt,
quia non deſinit intereſſe petitoris, dicta. l. etiam
ſi. §. penul. et dicta. l. Stichum. §. dolum.

Secundus artitulus diſtinctionis Bart. eſt, Aut
is qui conuenitur ad rei æſtimationem compelli-
tur: & tunc dicit Bartol. aut is qui conuentus eſt,
ratione doli conuētus eſt quòd dolo deſierit poſ
ſidere, & ab eo rei æſtimatio percepta eſt, & ſolu
tione facta ab eo rei poſſeſſor, qui in dolo parti-
cipauit ad rei reſtitutionem conueniri non pote-
rit ſi cōtra poſſeſſorem regreſſus haberi poterat,
per dictā. l. quoties. ff. ſi fami. furt. fecis. dica. Ego
non puto illam legem à Barto. recte fuiſſe intelle
ctam. Imò ſi recte finis illius legis conſideretur,
probare videtur oppoſitum hac ratione. Intendo
48 per ſingulas partes illam. l. totam declarare. † In
prima nanque parte loquitur illa lex quando do
minus ignorās familiam deliquiſſe ex familiæ de-
licto conuenitur, vt ſi pro familiæ delicto tantun
dem ſoluerit quantū ſi vnus liber homo deliquiſ
ſet, præſtitiſſet, liberatur ipſe & tota eius familia,
& non tantum dominus liberatur. ſed ſi cōtingit
alterum ſeruorū alienari bonæ fidei emptori, ſo-
lutione facta à domino familiæ liberat̃ ſerui em-
ptor. Idem ſi poſt ſolutionem à domino factam
vnus ſeruorum manumiſſus eſt. & ratio eſt, quia
per domini ſolutionem tota familia liberata eſt,
& dominus ipſe, & omnis alius poſſeſſor, & iſte
eſt caſus primæ partis illius legis vſque in verſic.
quod ſi prius. qui non poteſt eſſe caſus. Bart. At
in dicto verſic. quod ſi prius. dicitur de ſeruo ma
numiſſo antequā dominus pro familia quicquā
ſoluiſſet: qui ſi aliquid vnus ſoluerit, non liberat
dominum pro reliqua familia quæ ſimul cum eo
deliquerat. Ratio in illo tex. eſt, quoniam nō po-
teſt dici à familia, aut pro familia præſtitū quod à
ſolo manumiſſo præſtitum aut ſolutum eſt. in ver
ſi. planè. in quo eſt ſecunda pars illius legis, quæ-
ritur de emptore qui ſeruum emerat, qui cum re-
liqua familia furtum commiſerat, & qui pro fur-
to à familia commiſſo damnumvel rei æſtimatio-
nem ſoluit, nec intelligas illum text. de emptore

familiæ,quæ ſimul deliquerat:quoniam ille verſ.
conſecutiuus eſt, & interpretatiuus primæ partis
illius legis in his verbis, verũetiam aduerſus em-
ptorem dũtaxat,ſi forte quis eorum qui ſimul fe-
cerant venierit. Et reſpondet Vlpianus ad quæſi
tum,& dicit per ſolutionẽ ab emptore factam do
minum ſerui venditorem liberari,quia ſolutionẽ
à venditore quodammodo factam eſſe dicẽdum
49 eſt. † Et ratio quare videatur quodãmodo à ven
ditore facta ſolutio:quoniã emptor aduerſus ven
ditorem regreſſum habet, præſertim ſi venditor,
cùm ſeruum vendidit furtis noxijsq; ſolutum eſſe
promiſit,& illud verbum ſolutũ probat quod ſu-
prà dixi videlicet verſi.plane,intelligendum eſſe
de ſeruo vendito qui de familia erat quæ furtum
commiſerat in verſi.ſed an ſi legati ſerui nomine,
quæſtio ſit de ſeruo legato vel donato,qui cũ fa-
milia erat cum furtum cõmiſit qui & ipſe erat fur
ti particeps,ſi cum donatario, vel legatario actũ
eſt,an cæteros ſeruos & dominũ ipſum liberet,
quod videbatur,eo quod ſerui emptor dominũ
liberat,pari ratione legatarius & donatarius vi-
debatur poſſe dominum familiæ,id eſt,hæredem
vel donatorem liberare,ſed cõtradicit & duplex
ratio eſt poteſt. Prima,quia legatarius & donata
rius titulum habent lucratiuum,non autem em-
ptor,vnde cauſa diuerſa eſt.l.apud Celſum.§. au
toris.ff.de exceptio.doli.Secunda eſt, quoniam
aduerſus donatorem,vel hæredem,qui doli non
ſunt participes,de euictione regreſſus nõ datur,
l.ad res.ff.de euictio. & recte Accur. in dicta.l.
quoties.præſenſit in verbo,donatus,& in verbo,
ſed an ſi,per.l.ſi a ſubſtituto.§.hæres ſeruũ.ff.de
lega.j.in verſicu.huius edicti,vbi eſt quarta pars
illius legis.ille tex.videtur omnino Bart.contra-
dicere dum in eo dicitur, vt non tantum edicti le
uamentum quod ſuprà cõmemorauimus , proſit
domino qui familiam integram poſſidet quam
ignorauit deliquiſſe, pro qua tantundẽ quantũ ſi
liber homo furtum commiſiſſet,verum etiam ei
qui dolo deſijt,familiam vel familiæ partem poſ-
ſidere:& ſic dolus ſuperueniens circa rem vitio
furti affectam non auget delictum, neq; cauſam
eius duriorẽ facit aut reddit. ecce quomodo ille
50 tex.omnino probat contra Bar. † vt ſicut domi-
nus qui in nullo furti particeps eſt , liberat ſe &
rei poſſeſſorem : ſimiliter & qui dolo deſijt poſ-
ſidere ſi ſoluit pro familia liberabitur & rei poſ-
ſeſſor.quare nõ recte ſentire videtur Bart.in hoc
primo mẽbro ſuæ diſtinctionis, & ratio illius le-
gis eſſe poteſt,quia dolus ille in delicto ipſo cõ-
miſſus non eſt,licet poſt cõmiſſum delictum cir-
ca rem aliquid doloſe actum eſt. Secunda ratio
præcedentis cõſecutiua eſt,quia per ſolutionem
æſtimationis furti familia furti quantum ſi liber
homo furtum cõmiſiſſet dominus rei furto ſub-
ſtractæ conſequitur quod ſua intereſt:nõ mirum
ſi iterum contra poſſeſſorem non agit dominus
rei furto ſubſtractæ, neq; ex hoc delicto cõueniẽ
dus eſſet poſſeſſor ad rei reſtiutionem niſi forte
domini rei ſubſtractæ intereſſet potius rem ꝙ rei
æſtimationem conſequi,quoniam illo caſu agere
poſſet dominus ad rem contra poſſeſſorem reſti-
tuta tamẽ rei æſtimatione pereeptæ à domino fa-
miliæ.l.ei qui.ff.de furt.& ita debet intelligi di-
ctũ Petri & Cyni in.l.j.C.de condi.furti.Et ideo
non obſtabit. l.Stichum. §.dolo.ff.de ſolutio. &
l.etiam ſi.§.penul.ff.de petitio hæredi.quia in eis
agebatur principaliter cõtra eum qui dolo deſijt
51 poſſidere,& qui ſuo dolo rem affecerat † ideo ſi
doloſus.j.conueniatur non liberat petitorẽ:quia
doloſus pœnam ſuam tãtum ſoluit,per dictam.l.
pe.§.fi.&.l.fi.ff.ne quis eũ qui in ius voca.vi exi.
non ſic ſi prius poſſeſſor conuẽtus rem reſtituit,
intellige,integram, & cũ cauſa ſua tota , vt ſuprà
dixi,per.l.ſi cum exceptione.§.Labeo.&.l.ſi mu
lier.§.j.ff.quod met.cauſ. ſic quod petitoris am-
plius non interſit, dicta. l.etiam ſi.§.pen.verſi.&
magis.ff.de petitio.hæredi.& dicta.l.Stichum.§.
dolo.verſi.quod nihil intereſt petitoris.ff. de ſo-
lutio,& in dicta.l.ſi dolo.§.fina.ff.de re iudi.alio
quin per illas leges non erit actio extincta per
quas puto ſecundum mẽbrum diſtinctionis Bar.
in dicta.l.quoties. ff.ſi famil.fur.feciſ.dica.abſo-
lutum eſſe, dum dicit,aut non eſſet habiturus re-
greſſum,& poterit agi ad rem quia non ſic debet
intelligi ſed eo modo quo ſuprà dixi. Tertio lo-
co dicebat Bar.quando exactus eſt qui non fuit
conuentus ratione doli vt quia poſſeſſor conuen
tus eſt,ſed quia rem nõ reſtituebat, facta fuit æſti
mationis rei exactio,& ſic propter dolum fuit ex
actus,tunc ad rẽ non poteſt agi,dicta.l.Stichum.
§.dolo.ff.de ſolutio,demiror plurimum Bar.qui
verbis magiſtralibus in hac diſtinctione vſus eſt,
& eo magis,quod in illa lege probetur oppoſitũ
eorũ quæ dicit Bart.nã prima pars illius.§.loqui
tur quando is qui dolum commiſerat , quia rem
dolo poſſidere deſierat conuẽtus non eſt , ſed rei
poſſeſſor tantum à quo res aut rei æſtimatio per-
cepta eſt,vt illa rei,aut æſtimationis rei præſtatio
doloſum liberet & ei proderit, ſi poſtea conue-
niatur,& ratio in illo text. eſt cuius ſuprà memi-
52 nimus,quia amplius petitoris nõ intereſt. † Sed
ſi doloſus ſeu qui dolo poſſidere deſijt ante con-
ueniatur quàm rei poſſeſſor, etiam ſi doloſus ra-
tione doli conuentus rei æſtimationem præſti-
terit : illa præſtatio rei poſſeſſorem non releuat,
& ratio quia intereſt forte petitorio rem habere.
plerunq; enim expedit potius rem ꝙ rei æſtima-
tionem conſequi.l.libertus.ff.de bo.liber.§. hũc
autem.inſti.de actio.l.mulieris.§.fi.ff. de verbo.
ſignifica.Et idem dicitur in dicta.l.etiam ſi.§.pe.
ff. de peti.hæredi. alia ratio aſſignatur à Paul. de
caſt.in dicto.§.dolo.qui dolo poſſidere deſijt te-
netur vtili actione vendicationis ad intereſſe.l.
electio.§.quod ſi is.ff.de noxa.actio.ſi ergo poſ-
ſeſſor rẽ reſtituit , deſinit obligatio.l.ſi procura-
torem.§.mandati actio.ff.manda. ſed ſoluto in-
tereſſe

tereſſe non perdit dominium, ideo non tollitur
rei vendicatio contra poſſeſſorem, ſed contra id
fortè duo obſtarēt, quoniam qui æſtimationem
recipit rem vendere videtur.l.plerunq;.ff.de iu-
re dot. Secūdò rem ipſam remittere videtur pro
precio accepto, qui ſciens ſic accipit, facit.l. res
in dotem datæ. ff.de iure do.&.l.ſi ipſa.in fin.ff.
quod met.cau. l.Labeo. vbi glo.ff.de verb.ſign.
præterea vt ſuprà dixi in illa.l. Stichum.§. dolo.
ff.de ſolutio. ſufficit quod à poſſeſſore aut cor-
pus aut æſtimatio ſoluatur.idem in dicta.l.ſi plu
res. ff.de dolo. vnde puto præcedentem rationē
meliorem, quoniam leges intereſſe domini tan-
tum conſiderauerunt & conſulere domino ſic vt
ſuum intereſſe ceſſet: præterea obſtat dicta.l. ſi
53 pro fure.§.j.ff.de condi.furti. † per quam proba
tur actionem furti nō impedire condictionē fur-
tiuam neq; econtra condictionem furtiuam non
impedire actionem furti per quęcunq; ſolui, vel
rei æſtimationem per ſolutionem dupli aut qua-
drupli, ideo licet rei æſtimatio ſoluta ſit intereſſe
non ceſſat, nō mirum ſi iterum agit ad rem facta
tamē æſtimationis acceptæ reſtitutione, alioqui
illi.l.etiam.§.fi.& dicto.§.dolo.fortiter obſtaret
dicta.l.ei qui.ff.de furt.dum ille text.ait ſi domi-
nus cui res furto ſubſtracta eſt furti actione ad-
uerſus furem experiatur, vt rei æſtimationē cum
pœna quæ eſt dupli vel quadrupli conſequatur,
licet petitor rem & pœnam percipiat manet ta-
men condictio aduerſus poſſeſſorē, ſed dicit nō
debere iudicem qui de rei proprietate cogno-
ſcit preciſe furem cogere rem reſtituere niſi peti-
tor condictionem remittat. ecce quomodo non
poteſt aduerſus poſſeſſorem agi vbi reus etiam
ex delicto obligatus prius ex ſuo delicto conuē-
tus eſt, & litis æſtimationem ſoluit niſi prius pe-
titur qui litis æſtimationem accepit & nihilomi-
nus contra poſſeſſorem ad rei reſtitutionem age
re deſiderat, quod à fure accepit omnino reſti-
tuat quod acceperat, & iſta Pomponij deciſio
54 plena eſt rationis & æquitatis. † abſurdum enim
eſt & contra bonam fidem, vt ſemel ſolutum, ſic
quod amplius petitoris non interſit, iterum exi-
gatur et huc ratione vtitur Pau. Iureconſul. in di
cta.l.ſi dolo.§.fi.ff.de re iudica. Improbū inquit
eum eſſe qui velit iterum cōſequi quod accepit.
regula bona fides.de regu.iur.in.vj.&.l. qui bis
idem.ff.de verbo.obliga. Sed Pomponius in di-
cta.l.ei qui.in fin.ff.de fur. recte ſentit dum ait ſi
petitor qui litis æſtimationē acceperat vult quod
à fure accepit reſtituere æquum eſſe, vt poſſit à
poſſeſſore rem petere, & ſi poſſeſſor neget eam
petitori reddere vt poſſit poſſeſſor quanti in litē
iurauerit petitor condemnari, & puto ſecūdum
illam.l.ei qui dictus.l.Stichum.§. dolo.&.l. etiā
ſi.§.pen.& ſimiles debere intelligi & moderari
vel dic vt ſuprà dixi in primo articulo diſtinctio
nis Bar.ad.l.ita ſtipulatus.ff.de verb. obligatio.
que ratio non videtur reſpuenda dum dicitur in
dicta.l.apud Celſum.§.Labeo ait.ff.de excep.do
li.petitorem qui hominem vēdicat & pœnam pe
tit exceptione eſſe repellēdum, iniquū enim eſſe
& hominem poſsidere, et pœnam exigere. Tamē
non ineleganter Petr. et Cin.poſt eum in dicta.l.
j.C.de condic.furti. mea opinione dixiſſe viden-
tur in hac noſtra quæſtione non eſſe diſtinguen-
dum, an primo res, an vero æſtimatio exigatur,
per dictam.l.ei qui. &.l.ſi plures. ff.de dolo. l.j.
§.deieciſſe.verſic.quoties.ff.de vi et vi arma. Sed
ſolum conſiderari an rei dominus conſecutus eſt
ſolum rei æſtimationem, fortè ignorans eum qui
conuentus erat rem habere æquum eſſe, vt ſi æſti
mationē rei acceptam reſtituere velit poſsit rem
ipſam petere per dictam.l.ei qui. in vlti.reſpōſo.
55 ibi, quod ſi ex condictione. † nam condictio ad-
uerſus rei poſſeſſorem conceditur, quæ per furti
actionem non extinguitur vt ſuprà dictum eſt.l.
ſi pro fure.in princi.§.j. ff.de condict.furt.& no-
tatur in dicta.l.j.ff.de condic.furt.ſi petitor, quia
litis æſtimationem accepit ab eo qui cōdictione
furtiua conuentus eſt, non prohibetur à quocūq;
poſſeſſore rem petere oblata prius æſtimationis
rei reſtitutione, licet altero accepto contingat li-
beratio. Et pro Pet. & Cin.pōdero text.in.l.me-
tum.§.licet.ff.quod met.cauſa.ibi verum non ſi-
ne ratione dicetur ſi in quadruplum quis egerit
finiri in rem actionem vel contra, & in dicta.l.ſi
cum exceptione.§.fin.ibi, ſed ex ſentētia quadru
plum reſtituerit, verius eſt & ſic perimi aduerſus
cæteros quod metus actionem, & in.l.quod dixi
mus.in princip.ff.quod met.cauſa.ibi, dicendum
erit & ſi ad alium res peruenerit & alter metum
adhibuit. Ecce quomodo ſufficit aut rem, aut rei
æſtimationem petitam ſoluere, ſi alterum tamen
primo petitum eſt. Idem in dicta.l.ſi plures. ff.de
dolo. & idem ſentit dicta. l.Stichum. §.dolo. ff.
de ſolutio.ibi, ſi poſſeſſor corpus, aut litis æſtima
tionem præſtiterit. Et, vt ſatisfaciam his quæ ſu-
prà dixi propter.l.etiam ſi.§.fi.ff.de peti.hæredi.
ibi, niſi petentis intereſt. dico vltra quam ſuprà
dixi ſi petitor ad rem agat vt eam conſequatur,
ſi ei offeratur, caueri ſibi debet ne deterior facta
ſibi reddatur.tex.in dicta.l.metum.§.ex hoc edi-
cto.ff.quod met.cauſa.ibi, & ſi per vim res tradi
ta eſt, retradatur, & de dolo, ſicut dictum eſt, re-
promittatur, ne fortè deterior res ſit facta. idem
in.§.idem Iulianus.eadem.l. & iſtud quod dixit
tex.dictæ.l.etiam ſi.§.pe.ibi niſi petētis intereſt,
vt quia inquit Accuſ.res deterior facta vel data
eſt, & hac ratione ſuprà dixi dictū Pomponij ple
num æquitate eſſe.in dicta.l.eum qui, in fi.ff. de
furti. quod Pet.recte conſiderauit in dicta.l.j.C.
56 de condi.furti. † vt nō debeat petitor prohiberi
rem petere ſi forte illi expediat potius rem quàm
æſtimationem accipere, & id verum eſt, vnde nō
poteſt Barto.diſtinctio per prædicta ſubſiſtere.
Quarto loco dicit Bar.quando doloſus ratione
doli non fuit exactus, ſed conuentus ſolū exem-

plum. Bar. eſt, vt ſi per ſentẽtiam is qui dolo de-
ſijt poſſidere, non fuerit exactus, ſed per pactum
aut tranſactionem ſeu aliam conuentionem libe
ratus eſt Et proderit poſſeſſori, ſi cauſam à dolo
ſo habeat, ſiue aliàs ſit poſſeſſor habiturus regreſ
ſum, quia emptor ſiue non ſit habiturus quia do-
natarius. l. ſi tibi. §. pactum cõuentum. ff. de pac.
Certe iſte articulus huic diſputationi non conue
nit, non enim ille tex. neceſſario induci poteſt, in
malefidei vẽditore, neq; in eo qui obligatus eſt
ex dolo circa rem commiſſo, Nam inter obliga-
tos ex dolo fit differentia an obligatio perſona-
lis ſit, an vero realis ſeu in rem ſcripta: vbi enim
realis eſt, vel in rem ſcripta, ſed ab vno ſatis non
fuerit factum electione non tollitur, quoniam in
reliquos datur actio in eo quod minus exactum
eſt, dicta. l. quod autem diximus, in prin. ff. quod
met. cauſ. & alijs legibus ſuprà alleg. Sed in obli
gatione perſonali electione tollitur. l. electio in
princi. ff. de noxa. actio. Et idem notatur in dicta
l. etiam. §. pe. ff. de peti. hæredi. ſed in dicta. l. ſi ti-
bi. §. pactum cõuentum. Idem fit de vtraq; actio-
ne reali & perſonali iudicium. Aliâ ratio colligi
poteſt, ex. l. & hæredi. §. fi. & . l. niſi hoc actum. ff.
57 de pact. † vt alia ſit debitorum conditio inſoli-
dum obligatorum, & alia eorũ qui pro parte vi-
rili tantum obligati ſunt, & in. l. ſi vnus. in princ.
eod. titu. vnde articulus iſte diſtinctioni. Bar. nõ
multũ confert. Et ex conſequente, Secunda pars
huius articuli. dum Bart. dicit, ſi vero non habet
cauſam à me, tunc ſecus, per. l. ſi pactus. §. ante o-
mnia. ff. de pact. nam aduerſus doloſum ratio nõ
diſtinguit an ab eo poſſeſſore cauſam habeat, an
ab alio quoniam obligatus eſt ex delicto. l. locũ.
§. condemnatio. ff. de tabul. exhiben. ibi quia pœ
na contumaciæ præſtatur ab eo qui nõ exhibet.
& in. l. pen. §. fi. & . l. ſeq. ff. ne quis eum qui in ius
voca. per rationẽ. l. item Mela. §. j. ff. ad. l. Aquil.
cum pœna ſit, alleg. Pet. in dicta. l. j. C. de condi.
furt. l. ſi plures. ff. de adminiſtra. tuor. & facit. l. is
qui dolo. ff. de rei vendica. Cy. vero in eadem di-
cit Pet. ſic diſtinxiſſe, aut plures actiones perſecu
toriæ ex eodem facto procedunt ſi contra vnum
peto & obtinuero, nõ poſſum amplius aduerſus
alium agere. l. j. §. quoties. ff. de vi & vi arma. ſi ex
diuerſis factis, & tunc aut rem prius cõſequutus
ſum, & non poſſum amplius agere, ſi primo æſti
mationem & tunc ſi cauſam vnus ab alio habet,
non poteſt amplius agi, aliàs ſic, dicta. l. Stichum
§. dolo. ff. de ſolutio. l. etiam ſi. §. pen. ff. de peti.
hæredi. Sed Petrus omnino cõtradicit vt dixi ſu-
prà & recte vt hoc caſu diſtinguendum non ſit.
an primo res an vero æſtimatio petita ſit. Et dũ
quinto loco. Bar. dicit, reus quando non ratione
doli ſed culpæ tantum cõuentus eſt, nec exactus,
& ſolutio eius proderit poſſeſſori per iura prædi
cta, quæ nullo modo hoc probant quamuis hic
articulus in ſe verus ſit, vt dixi, maxime vbi poſ-
ſeſſor regreſſum habiturus eſſet aduerſus eum,
qui de culpa tantum aut ex facto alieno arguitur
ſecũdum caſum dictæ. l. quoties. in princi. Idem
ſi poſſeſſor primo conuentus eſt. §. plane. ead. l.
Sed vbi non eſſet habiturus regreſſum, ſecus. §.
ſed an ſi legati. ea. l. ſed intelligitur cum declara-
tiõe & moderatiõe ſuprâ tradita quã nõ repeto.
58 † SEXTO LOCO. Bar. in perſonalibus di
ſtinguit, aut cõpetit ad ſpeciẽ, aut quãtitatẽ: ſi ad
ſpeciẽ, & eadẽ ſit adhibẽda diſtinctio ea quã ſu-
prà cõmemorauit ſecũdũ gl. ſentẽtiã in dicta. l. j.
C. de cõdi. furti, quãuis. Cin. aliter dixerit Secun
dũ eũ & ſuprà repetij in præcedẽte articulo. Sed
vt ex prædictis cõſtare põt. Bar. & Accur. diſtin
ctio deficit nec vera eſſe poteſt ideo circa eã non
inſiſto. Si ad quantitatem & diſtinguit, an debea
tur quantitas reſpectu certæ ſpeciei, aut ſimplici-
ter debetur. Secundo caſu à quocunq; ſoluatur,
nõ repetitur. l. ſi dolo. §. ſi. ff. de re iudica. Primo
caſu aut quãtitas reſpectu certæ & præfinitæ ſpe
ciei debetur, & vnus ſoluens cæteros liberat. l.
de illo. in fi. ff. de noxa. actio. & . l. ſi ſeruus nauẽ.
in fin. ff. de furt. Aut eſt plurium ſpecierum vt
vnius familiæ, & tunc aut is contra quem vis age
re eiuſdem conditionis eſt cum primo cum quo
egiſti, quia alius eſt dominus & ignorãs factum,
& ꝓderit. l. ſi familia. ff. ſi fami. furt ſeci. dica. Aut
eſt alius habens cãm à domino & diſtinguit an
primo ſoluit vel manumiſit, & prodeſt, etiam ha-
benti titulum lucratiuum, aut ſoluit, poſtquã alie
nauit vel manumiſit, & non prodeſt niſi habenti
titulum nõ lucratiuum. Si verò primo ſoluit qui
cauſam habet à dño, & diſtinguit. aut talis eſt qui
poteſt habere regreſſum, & prodeſt, ſi nõ poteſt
habere regreſſum, ſecus: dico banc Barto. diſtin-
ctionem ſuperuacaneam eſſe, Siue enim certa res
ſit in obligatione ſiue quantitas non refert, ſed
dolus tantum aut delictum eſt in conſideratio-
ne ſicut ſupra dictum eſt. Et prædictis adde text.
qui non videtur mihi hac re indignus in dicta. l.
metum. §. ex hoc edicto. ff. quod met. cau. Prima
enim pars illius. §. loquitur quãdo res ablata eſt.
Secunda pars, quæ eſt in verſi. vſq; adeo. loqui-
tur quando pecunia debita erat, & in vtraq; idẽ
fit iudicium. præterea in. l. locum. §. cõdemnatio.
ff. de tabul. exhiben. non dicitur an res certa eſſet
vel determinata in ſpecie cõſiſtẽs vel in quantita
te. ſed tantum dicit legatum ſub conditione reli-
ctum in qua poteſt etiam ſpecies, & quãtitas in
legato eſſe. Similiter neq; leges ſuprà allegatæ ad
id conuenire poſſunt. Et quantum ad longam
Bart. diſtinctionem de delicto à familia cõmiſſo
breuioribus verbis abſoluiſ in dicta. l. j. & . l. quo
ties. & . l. ſi familia, quàm dicat. Bar. ſuprà cõme-
moraui. ſufficient quæ diximus. & Papiẽ. moder.
dicta Bar. repetit in. l. ſi familias circa, fi. ſui cõmẽ
tarij. ff. de iuriſ. om. iudi. nouiſſime Bar. aliũ arti-
culũ attigit quãdo vnus ad æſtimationẽ exactus
eſt, & conuentus actione perſonali contra alium
59 agere vult actione perſonali. † Aut, inquit, ille
qui

qui ad rē cōuenitur cauſam habet à primo cōuē-
ro,& non poteſt conueniri.l.illicite.ff. de re. eo
qui ſub tutel.vel cura ſunt.Si cauſam non habet
ſecus,exemplum Bar.eſt.Si egi aduerſus cōmo-
datarium,& habui æſtimationem,poſſum agere
ad rem contra poſſeſſorem,licet rei æſtimationē
acceptam reſtituere debeam.l.ſi fullo.ff. de con-
dictio,ſine cauſa.l.in commodato. in ſi.ff. com-
moda.Sed vt ſuprà dixi non congruit huic diſpu
tationi,quoniam in.l.illicitæ,nō conueniebātur
tutores de dolo,quæſtio autem noſtra eſt,quan-
do ratione doli actio naſcitur,& id.glo.præſen-
ſit in dicta.l.illicitæ.ſed vltra quàm dicat.glo.vo
lo te præſupponere,pupillo propter rem ſuā per
obreptionem,aut doloſe alienatam etiam cū præ
toris decreto duas actiones competere, vnam in
rem, alteram vero in perſonam.l.magis puto.§.
ſi.ff.eo.de reb.eor.qui ſub tutel. vel cura ſunt,&
vna electa altera nō tollitur ipſo iure,ſed de æqui
tate prohibetur agere,vt actionem ſibi competē
tem contra rei detentorem cedere etiam ſi tutor
male circa tutelæ adminiſtrationem verſatus ſit.
Primum probatur in dicta.l.illicitæ. Secundum
probatur in dicta.l.Stichum.§.ſi mandato.ff. de
ſolutio.in verſi.& adhuc pertinet.vbi ſi pupillus
cui competebat actio tutelæ egerit aduerſus tu-
torem qui neglexerat à debitore pecuniam ſibi
debitam exigere vel debitorem conuenire actio
contra debitorem ex ſua obligatione etiam ſi à
tutore per actionem tutelæ debitum acceperit ex
tincta non erit,neq; obligatio,Ideo contrario tu
telæ iudicio pupillus tenebitur ſuas actiones tu-
60 tori aduerſus debitorē cedere. † non ſic eſt in eo
qui obligatus eſt ex delicto vel ex ſuo dolo,vt ſu
prà dictum eſt,quoniam nulla competere poteſt
aduerſus petitorem actio vt ſuas actiones cedat,
imo vbi ceſſerit,nihil ceſſio operari poterit dicta
l.j.§.plane.ff.de tutel.& ratio. diſtrahe. Tamen
ego putarem poſſe pupillo ſubueniri etiam poſt
acceptam à tutore rei æſtimationem vt ſi illi po-
tius expediat rem habere quàm rei æſtimationē
tunc beneficio prætoris facta æſtimationis iacce-
ptæ reſtitutiōe rem ipſam repetere poterit per ra
tionem.l.ſi in emptionem.ff.de minori.c.conſti-
tutus.extra.de integ.reſtitutio.l.lex quæ tutores
C.de adminiſtra.tutor.&.l.libertus.ff. de bo. li-
berto.iuncta ratione dictæ.l.ei qui in fina.ff. de
furt,licet illa.l.ei qui in actiōe ex maleficio ꝓce-
dēte intelligatur,quoniam in amiſſione rei facto
tutoris læſus eſt,reſtitui igitur poteſt dicta.l.ſi in
emptionem.ff.de minori.Et minus conuenit di-
ctum Bar.in.l.commodato.ff.in ſi.ff. commoda
ti.&.l.ſi fullo.ff.de condic.ſine cauſa,nam longe
differt caſus illarum legum à noſtro,quoniam in
eis de repetitione ſoluti domino facti agitur, in
cuius poteſtatem res quæ à fullone & commoda
tario ablata erat peruenerat poſtea quā fullo &
commodatarius rei æſtimationem domino ſolue
rent:noſtra vero quæſtio eſt de domino qui con
tra poſſeſſorem agit,aut cum qui in dolo eſt quo
minus res reſtitueretur,vel alias circa rem ipſum
dolum commiſit, qua actione poterit dominus
rem aut rei æſtimationem petere,& vbi æſtima-
tionem rei accepit an rem ipſam petere poſſit, &
ecōtra,quod longe diuerſum eſt,ab illis legibus:
quāuis Pau.de ca.in dicta.l. Stichum.§. dolo.ff.
de ſolutio.Et Moder.vbiq; in dicta.l. ſi quis id.
quod.& in.l.ſi familia.ff.de iuriſdi.omnium iu-
di.& in dicta.l.pen.§.fi.& in.l.ſi.ff. ne quis eum
qui in ius voca.ſubtilem eſſe dicant Bart. diſtin-
ctionem.& re vera Bar.magiſtralibus verbis cir
ca eam vſus eſt:non tamen videtur mihi vera, vt
ex prædictis videre vnuſquiſq; poteſt. Non præ
termitto quod notatur in.l.huiuſmodi.§.j.&.l.ſi
plures.§.j.ff.de leg.j.& in.§.ſi res aliena.inſti. de
legatis.in quo Iaſon quærit rationem illius tex.
61 † quare qui petit rem & conſequitur,non poteſt
amplius æſtimationem petere,ſed qui æſtimatio
nem percepit rem petere poteſt, & dicit non in-
ueniri aliquem qui aſſignet,tamen ipſe dicit eſſe,
quoniam res ſemper eſt in obligatione, etiam ſi
non poteſt ſolui,non autem æſtimatio & ſic ſem
per agi debet ad rem,ideo ſi rem conſequitur nō
poteſt amplius agere ad æſtimationem. Secundū
gloſ.illhic in verbo cōſequi,&.l.ſi ſeruum.§.effe
ctus.ff.de verbo.obliga.ſed agere debet ad rem:
ſed ſi circa rem concurrēt duæ cauſæ lucratiuæ,
quod tolerari non poteſt per illum tex.qui pri-
mo cōſecutus eſt æſtimationem ſi poſtea agit ad
rem audiendus non eſt,quia ad diuerſa agit per
illum tex.in his verbis,& in eādem rem. nec ob-
ſtat ſi dicatur precium loco rei ſuccedere, eſt ve-
rum fictæ ſed non veræ:vnde attendi debet an in
veritate res diuerſæ ſint licet in effectu ſorte idē
ſunt.l.ſi ſeruus legatus.§.j.ff.de lega.j.tandem re
linquit cogitandum. Ego vero contra eum dico
eſſe tex.in.l.plane.§.j.ff.de leg.j.ibi,ſufficitq; vel
rem conſequi vel æſtimationem.& in dicta.l.hu-
iuſmodi.§.j.ff.eo.ibi,& Meuius precium fundi
ab hærede Titij acceperit.Si ex teſtamēto Sēpro
nij fundum petere velit exceptione repelli poteſt
ſi precio fundi contentus non erit.in quibus ar-
gumentatione opus non eſt,an precium loco rei
habeatur.Et dicas ad illum tex.& illi ſimiles vt ſi
æſtimationem primo conſecutus eſt, quod fortè
res tradita non erat,cum in poteſtate hæredis nō
eſſet rem tradere,ob id æſtimationem cōſecutus
ſit,vt cum actio ex teſtamento ad rem competat
reſtituta æſtimatione per eum recepta poterit ni-
hilominus ad rem agere aduerſus eum qui rē ha-
bet quia omnino vterq; teſtator voluit legatariū
rem habere.Non abs re eſt ſi poteſt æſtimationē
receptam ad rem agere,niſi forte recipiendo æſti
mationem,ea fuerit contentus,quia tunc repelle-
tur exceptione ſolutæ æſtimationis volūtarie re-
ceptæ,dicta.l.huiuſmodi.§.j.&.l.plane.§.j. euita
ri poteſt,quia loquitur quando ab vno eodē res
in teſtamento bis legata repetitur,quia præſum-

ptio eſt teſtatorem ſemel tantum velle deberi, &
tamen lex dicit ſufficere aut precium aut rem cõ-
ſequi, ſed intellige eo modo quo ſuprà dixi hæc
dicta eſſe putentur vt occaſio inueſtigandæ veri-
tatis præbeatur. Et progrediamur ad verſic. non
tantum.

SVMMARIVM.

1 Hæres facinus familiæ nullatenus occultare debet.
2 Hæres quare ad defuncti mortem vindicandam inui-
tetur.
3 Rationes plures ſi in lege comperiantur ſtatutæ, vna
ſublata adhuc remanent aliæ.
4 Lex quandoque trahitur ad ea quæ in ea non expri-
muntur.
5 Aperiens teſtamentum inualidum æquè punitur, atque
ſi iure factum eſſet.
6 Serui in teſtamento manumiſsi non ſunt de facili in ius
trahendi aut torquendi.
7 Vindices mortis ſe conſtituere dedignantes, omni ſunt
commodo hæreditario priuandi.

Verſi. Non tantum.

VLPIANVS SVA IN-
terpretatione tria addit ad hoc
edictum quæ ſub edicto ſeu ver
bis edicti dicit cõprehendi, quã-
uis verba edicti de teſtamento,
& his quæ ad cauſam teſtamenti
ſolum pertinent, loquantur. Cæ
terùm ratione edicti potẽs eſt ſecundum Vlpia.
cauſam inteſtati comprehendere, cum in vtraque
par eademq́ ſit ratio. Secundò edicti verba de
aperientibus teſtamentum, recitantibus aut de-
ſcribentibus tantum diſponebant, de his autem
qui non aperto teſtamento neque codicillis ne-
que alio quod ad teſtamentum pertineret hære-
ditatem adiuerant, ſeu bonorum poſſeſſionẽ pe-
tierant nullatenus tractabant, vnde non videba-
tur rationi cõuenire ad alios caſus diſſimiles poſ
ſe extendi. dixit tamen Vlpianus debere ex ſen-
tentia edicti extendi. tertio ratio in hoc tex. poſi-
ta videbatur plurimum edicti verba, & ſenten-
tiam reſtringere, dum in hoc tex. dicitur ne fami-
liæ facinus hæres occultet: quid enim ſi familia
non deliquerit, vel in hæreditate nulli ſerui, ſed
extranei tantum in dominum ſæuierunt & occi-
derunt, non videbatur hæc ratio edicto ſatiſface
re, imò ab eo diuerſari. Cum in edicto caueatur,
ſuppliciumq́ de noxijs ſumptũ ſit, idq́ amplio-
re ſtylo. in. §. quod ad cauſam ſuprà ea. l. declara-
uimus: vbi ergo in hæreditate non eſſet familia
aut ſi extra domũ occiſus eſſet dominus, in quo
certum erat familiam non fuiſſe, imo dominũ fa-
miliam excuſaſſe vel illi pœnam remiſiſſe, vt di-
ctum eſt in. l. j. §. fi. & in. l. diuus. ſuprà eo. fruſtra
1 ratio huius literæ conſideretur, † quæ eſt, ne hæ-
res familiæ facinus occultet, cum in nullo cõſtet
familiam peccaſſe: vbi ergo ſic conſtaret in hære
dis facultate eſſe hæreditatem adire, aut bonorũ
poſſeſſionẽ poſtulare, eo quod ceſſat legis ratio,
l. adigere. §. quãuis. ff. de iure. patro. non fuit hæc
conſideratio edicti, ſed omnino prohibere hære
ditatis aditionem, ſeu bonorum poſſeſsionẽ non
tantum ex teſtamento verumetiam ab inteſtato,
ante ſupplicium de noxijs ſumptum & iſtud ver-
ba edicti manifeſtãt, vnde eadem ratione dico ſi-
cut aliquando dixi poſt Bart. in. l. demonſtratio.
§. ſin. in fin. ff. de conditio. & demonſt. dum quæ-
rit Bart. Pone quòd ſalſum ſit Calphurniam non
auertiſſe ſellam prætori ſeu prætorẽ non inquie-
taſſe, certe nihilominus manet adhuc lex prohi-
bens mulieres poſtulare, quoniã tales cauſæ ma-
gis impulſiuæ quàm ſinales cenſendæ ſunt, vt in
l. ij. §. fin. ff. de donatio. Idem dixit gloſ. in. l. j. §. j.
in verbo, cauſam. ff. de poſtulã. ex quo elicio me-
lius dicendum eſſe, vt verbo Iureconſulti in eadẽ
l. vtar, quod alia erat ratio prohibitionis, ne con-
tra pudicitiam ſexui congruentem alienis cauſis
ſe immiſceant, vel ne officijs virilibus fungantur.
Vnde licet prima ratio Calphurniæ ceſſet, quia
mulier fortè aliqua inueniatur ſapiẽtiæ plena ma
nebit adhuc alia legis ratio. Sic eſt in hoc edicto,
quamuis familia non ſit ea quæ peccauerit, neq́
peccare potuerit, cum nulli eſſent hæreditarij ſer
ui cùm dominus occiſus eſt, manent autẽ aliæ ra-
tiones aditionem & petitionem bonorum poſſeſ
2 ſionis prohibẽtes, † videlicet vt hæres tam ex te-
ſtamento quàm ab inteſtato ad occiſi ſucceſſionẽ
vocatus ſpe conſequendæ hæreditatis facilius ad
mortis defenſionem, id eſt, proſecutione inuite-
tur. Secunda ratio eſt ne mors inulta remaneat vt
dictum eſt in. l. j. in princi. per illum tex. ſuprà eo.
In qua tertia ratio datur cum aliàs nulla domus
tuta eſſe poſſet, niſi periculo capitis in ſeruis, &
in liberis de morte non ſuſpectis niſi periculo a-
miſsionis hæreditatis ad vleiſcendã defuncti mor
tem inuitarentur, vt hic, & in. l. neceſſarios. §. non
aliàs. ſuprà eod. Quarta erit quæ in hoc text. po-
nitur, ſi forte familia in hæreditate inueniatur rea
mortis defuncti ne familiæ facinus hæres occul-
tet vt dixi in. §. quod ad cauſam. ſuprà ead. l. quæ
ratio maxime conuenit caſui huius legis quando
aliquis haud dubiæ hæres eſſet, aut ex teſtamen-
to. Sed vbi teſtamẽtum eſſet nullum vel in eo ex-
traneus hæres eſſet inſtitutus qui ab inteſtato nõ
eſſet futurus hæres, tunc ceſſaret huius. §. ratio.
Ideo lex omnibus caſibus curauit prouidere, vt
quamuis edicti verba de teſtamento aut cauſa te-
ſtamenti loquerẽtur, etiam ad cauſas inteſtati vo-
luit extẽdi, & ſic hoc modo lex omnibus caſibus
voluit prouidere, præſertim his qui verbis legis
tantum adhærere volũt ratione legis omnino re-
miſſa: licet vis legis in ratione conſiſtat. l. cùm pa
3 ter. §. dulciſsimis. ff. de leg. ij. † Ex hoc infero vbi
in lege plures rationes ſtatutæ comperiũtur vna
ſublata

ſublata adhuc alia manet,argumento.l.ſi domus
ff.de ſeruit.vrba.prædi. Et probatur in dicta.l.j.
§.ſexum.ff.de poſtulan.l.liberorum.§.j.ff. de his
qui notan.infa. Bar.notat plenius in extrauagã.
ad reprimẽdum in verbo.abſentia,& addere po-
tes quæ in capite prioris.§.tractauimus. ſimiliter
hic dicendum eſt quanquã ceſſaret huius.§.ratio
quia certum eſt familiam nõ deliquiſſe eo quod
cum domino familia non erat cum occiſus eſt, vt
dictum eſt in.l.j.§.ſi cum in villa &.l.diuus ſuprà
eo. Et ideo propter familiam facinus non occul
taret,adhuc tamen aliæ rationes manẽt quarum
ſuprà meminimus,& in dicto.§.quod ad cauſam
ſuprà ea.l.vnde Barto.hic dixit ſupplendum,aut
intelligẽdum eſſe ad dictum.§.quod ad cauſam,
quod hic dicitur de prohibita hæreditatis aditio
ne,ſeu petitione bonorum poſſeſſionis ante ſum
ptum de familia,& de cæteris noxijs ſupplicium.
ego vero nihil ſupplendũ eſſe exiſtimo,eo quod
Vlpianus iurecõſultus hic ab expreſſo dicat edi-
ctum iſtud non tantum ad cauſam teſtamenti, ve
rumetiam inteſtati pertinere. Et ſic ſecũdum Vl-
pia.aditionem comprehendet,& bonorum poſ-
ſeſſionem:poſtquam ergo à iureconſulto ſic ſta-
tutum eſſe cõperimus non eſt opus alienum ſup-
pletionis ſuffragium mendicare. Ex hoc tex.
4 † nota abſurdum non eſſe legem ad non expreſ-
ſa in ea trahere etiam in cauſa criminali pœnam
ſanguinis,vel bonorum amiſſionis ingerente vel
alicuius iuris priuationẽ inducente,nam hic cau-
ſa teſtamenti ad cauſam inteſtati trahitur.& hoc
ideo quia alioqui lex reipublicæ non cõſuleret,
niſi vtranq; cauſam comprehenderet. Sed hoc ve
rum intellige,quando ratio legis,vel ſententia le
gis capax eſt ſimilis extenſionis.l.diuus.§.& qua
tenus.ff.ad.l.cor.de falſ.l.miles.§.quidam accu-
ſare.ff.ad.l.iul.de adulte.l.ſed ſciendum.ff.ad.l.
Pompei.de parri.l.j.in princi.ff.de tabu.exhibẽ.
nec admittenda in hoc erit illorum ratio dicen-
tium,in pœnalibus omiſſum debere pro omiſſo
haberi.l.ſi cum dotem.in princi.&.l.ſi vero.§.de
vno.illhic plenius.per Roma.ff.ſoluto matrimo
nio.l.commodiſſime.ff.de liber.& poſthu.cum
reſpublica iacturam pateretur,quod non licet.l.
ita vulneratus.ff.ad.l.aquil. Et quod extenſio
Vlpiani conuenire videtur edicto, ſatis conſtat
ex his quæ dicta ſunt in.§.itẽ ſine iure valeat, ſu-
prà eadem.l.&.l.ij.§.teſtamentum.ff. quẽadmo.
5 teſta.aperiã.& dicta.l.j.ff.de tab.exhibẽ. † dum
æque voluit pœnam imponi aperienti teſtamen-
tum non iure factum vel aliter inualidum, & ex
quo inſtitutus hæres,nihil conſequi poteſt mul-
to magis hæres vbi ex cauſa defuncti commodũ
hæreditatis conſequi debet condemnandus eſt,
iuxta verba edicti poſita in.§.quod ad cauſam.ſe
cundo ſi vbi teſtamentum eſt non iure factum &
ob id ad cauſam inteſtati reducitur,prohibetur te
ſtamentum aperiri, vel bonorum poſſeſſio peti
huiuſmodi prohibitio legis ſine ratione non eſt,
illa ergo ratio manet vt facilius hæres inuitetur
ſpe conſequendæ hæreditatis. Secunda pro bene
ficio reipublicæ ne delictum inultũ maneat, ſed
prius de morte defuncti à noxijs ſupplicium exi
gatur. Prædictis alia cõſideratio addi poteſt,qua
re ratio huius tex.nõ concluderet neceſſariò, eſt
quia libertates etiam de iure antiquo & legata ex
teſtamento etiam inualido,vel ad cauſam inteſta
ti redacto deberi poſſunt,& peti.vt in.l.fin.ff.de
hæredi.inſtituen.quod de iure nouo ſatis abſolu
tum eſt per authen.ex cauſa.C.de libe.præte.vel
6 exhæreda. † vnde ſi in teſtamento ſerui manu-
miſſi eſſent,non ita faciliter aduerſus eos proce-
dendum eſſet,per ea quæ dicta ſunt in.l.j.§.ſed
in eo.& in.l.iij.§.de his ſuprà eo. titul.vnde hoc
caſu nullum intereſſe pateretur,ſicut nec vbi fa-
milia ſuſpecta non eſt neq; eſſe poteſt, recte dici
põt quod hæres familiæ facinus occultare velit:
ratio prioris dicti eſt,quia manumiſſus ex teſta-
mento deſinit hæredis extranei libertus eſſe.l.ij.
l.mater.l.licet.C.de oper.liberto.eo quod inui-
tus cogitur manumittere neq; operas imponit,
per illos tex.quare ceſſabit ratio,ne hæres fami-
liæ facinus occultet.cum nulla ſpes commodita-
tis hæredi prouẽtura ſit quoniam vbi hæres ac-
cuſabit,aut de noxijs ſupplicium aſſumere pro-
curabit,omnino ſerui liberi ſiant. Et ſi non eſſet
huius edicti extenſio ab Vlpiano facta recte poſ
ſet hæres excuſari per rationem.l.impuberem.§.
ſi dominus.ff.ad.l.cor.de falſ.ibi,qui compẽdio
ſuo nullo modo proſpexit,vnde in caſibus præ-
dictis iure dici non poſſet compẽdio ſuo proſpi-
cere familiæ facinus occultando. Eadem ratio po
nitur in eadem.l.impuberem.§.ſed & ſi.ei. cuius
meminimus in.§.itẽ ſiue iure, ſuprà ea.l.quoniã
inquit illa lex,neq; legatũ neq; hæreditas bonæ
fidei poſſeſſori acquiritur,dicimus eũ pœna exi-
mendum eſſe. Cæterum vbi familia de morte do
mini conſcia aut ſuſpecta eſſet, recte huius legis
7 ratio conſideranda eſſet,quam volo notari † con
tra eos qui beneficium acceperunt,& accepti be
neficij immemores dedignantur ſe vindices mor
tis conſtituere.quos lex propter indignitatem o-
mni hæreditario commodo priuat & fiſco appli-
cat.vt dixi in.§.de his ſuprà ca.l.dicetur in.l.ne-
ceſſarios.§.nõ aliàs infrà eo.qui declaratiuus eſt
huius verſi.quoniam hic Vlpianus non declarat
cui hæreditas qua hæres priuatur applicari de-
beat, illhic dicetur.

SVMMARIVM.

1 Tempus non currit ei qui legitimè impeditus eſt.
2 Legata & libertates conſequantur & tranſmittuntur le-
gitimè impedito.
3 Legatum non niſi hæreditate adita iure antiquo quæ-
ritur.
4 Legatarius iure antiquo dominium rei legatæ non ac-
quirebat nec tranſmittebat.

De Senatuſconſulto Sillaniano

5 Impedimentum caſuale an prohibere poſſit ne canonica portio petatur per curatum.

6 Hæreditas an poſſit tranſmitti ante hæreditatis aditionem.

7 Acquirere nequit qui non eſt allibratus aut in matricula deſcriptus.

8 Statutum poteſt filiam ad ſucceſſionem non admittendo excludere.

9 Extraneus hæres eſſe poteſt, etiam ſi non allibratus non poſſit acquirere.

10 Impedimentum legis, ſtatuti aut Senatuſconſulti nemini damnoſum eſſe poteſt.

11 Reſtitutio in integrum an poſſit concedi aduerſus præſcriptionem ob facti impedimentum incurſam.

12 Impedimentum iuris quando noceat impedito, & quãdo facti impedimentum.

13 Præſcriptio quando currat impedito.

14 Præſides prouincias ſuas ingreſſi nec agere nec contrahere poſſunt.

15 Præſidibus an ſit ius reddendum pro contractibus initis ante ingreſſum ſuum in prouinciam.

16 Reſtitutio non concedenda ei qui intra tempus à iure præfixum non egit, niſi impedimento ceſſante egerit.

17 Officium rectoris quantum tempus durans poſſit.

18 Actio ciuilis ex contractu deſcendens in quo differat à famoſa, & criminali.

19 Impedimentum ſuperueniens poſt actionem natã quãdo agere impedito præiudicet.

20 Præſes aliquo caſu durante officio agere poteſt & litem conteſtari, & ſic actiones ſuas tẽpore perituras perpetuare. & nu. ſeq.

21 Actiones famoſæ differunt ab actionibus ex contractu deſcendentibus.

22 Præſes prouinciæ qui tempore officij iniuriam fecerit, conueniri durante eo nequibit.

24 Præſides prouinciarum tametſi durante officio nec agere nec conuenire poſſunt, non ob id extinguũtur actiones illis competentes.

25 Ius quando & qualiter dici poſſit præſidibus ſeu magiſtratibus pro eorum actionibus ante magiſtratum natis.

26 Actio perit illi, qui cùm tẽpore permiſſo agere potuit, actionem expirare ſiuit.

Prohibitus agere per legem non perdit actionem facto legis.

27 Iudices à ſubditis laceſſiri non debent.

28 Iudex non ſic patiens eſſe, aut conuerſatione æquali familiaritatem admittere debet, ne contemnatur.

29 Conteſtatio litis, rerum exhibitio & ſimilia, iudicij ſunt tantum præparatoria.

30 Delegatus in ſua cauſa haud quaquam iudicare poteſt, ordinarius autem cum adiuncto ſibi de cauſa recuſationis cognoſcere poteſt.

31 Odioſi ſunt legi qui ſibi ius dicere auſi fuerunt.

32 Legatus non prohibetur iuriſdictionem capere à proconſule: at non ob hoc ſequitur, legatum eligi ab eodem.

33 Creditores hæreditarij aduerſus hæredem agere nequeunt ante lapſum tempus inuentarij conficiendi.

34 Hæredi menſes quatuor ad deliberandum an hæres eſſe velit conceduntur, vltra biennium appellanti conceſſum ad proſequendam appellationem.

35 Hæres inuentarij conficiendi tempore non poteſt vt hæres conueniri.

36 Seruus hæreditarius de iudicio ſiſti cautionem accipiens, actione ex ſtipulatu agere non poteſt.

37 Hæreditas iacens quando per procuratorem ſeu curatorem agere poſsit.

38 Dies ſatiſdationis ilico cedere incipit, cùm hæreditarius ſeruus ſatis acceperit.

Experiri quis iure nequeat.

39 Præſcriptio an currere poſsit aduerſus eum qui licet valetudine detineatur aduerſa, procuratorem tamen, qui ſuo ageret nomine, conſtituere potuit.

40 Obligationes reorum ex conditione agentium, ſeu eorum qui agunt, extendi impoſsibile eſt.

41 Hæreditate ſuſpenſa ſuſpenſum cenſetur quicquid hæreditati quæritur.

42 Seruus aliquo caſu agere nequit & nihilominus præſcriptio currit eidem.

43 Dies vtilis cedere non poteſt, niſi ex eo tempore quo actor agere & conueniri potuit.

44 Præſcriptioni ſatius occurrẽdum, quàm cauſæ iam vulneratæ remedium quærendum.

Actio filio competere poteſt, at eiuſdem exercitium nequaquam.

45 Dies actionis cedere præſumitur cùm cumulatiue duplici agi poteſt actione, & neutra agitur.

46 Abſtinere ab hæreditate hæredi non licebat quondam, quinimò & adire & hæreditatem reſtituere cogebatur creditorum fauore.

47 Priuilegium ne quis feriarum aut nundinarum tempore conueniri poſsit, qualiter intelligendum.

48 Legati quando & in quibus iniuriarum actionem intẽtare poſsint.

49 Reſtitutio conceditur aduerſus præſcriptionem, quæ dum currere cœpiſſet iuris impedimentum quo minus agereretur acceſsit.

50 Tempus integrum an ſit concedendum, vbi iuris ſuperuenit impedimentum.

51 Præſcriptio non currit impedito agere, ſi impedimentum obligationem reſpexerit.

52 Præſcriptio quando impedimento ſuperueniente prohibeatur currere.

53 Domino agere nonvalenti commodè, præſcriptio currit, ſed reſtituitur.

54 Præſcriptio qualiter fiat, & quæ ad ſui eſſe requirat.

55 Mulier quare matrimonio conſtante nequeat ad dotem agere.

56 Bona fides aut titulus à non domino habitus non iuuat, lege præſcriptionem aut vſucapionem prohibente.

57 Præſcriptio ante matrimonium inchoata, eodem durante non dormit, ſed currit.

58 Legatus quando conueniri poſsit.

59 Præſcriptio initium capere non poteſt impedimento iuris durante.

60 Præſcriptio inchoata an poſſit interrumpi vitio rei non interueniente.

61 Fundus dotalis quare vitio nequeat dici affectus.

62 Res minoris ob alienationem non ſolẽniter factam non deſinit eſſe minoris.

63 Res pupillares differunt à rebus vitio affectis.

64 Bona fides poſsidenti non prodeſt, ſi lex vſucapionem prohibeat.

65 Vis domino rei illata quo caſu bona fide poſsidenti non noceat.

66 Res pupillares differunt à rebus vitio affectis & furtiuis.

furtiuis.
67 Fundus poſt præſcriptionem factam dotalis factus, nō ob id cenſetur realiter vitio affectus.
68 Vſucapi non poteſt aut præſcribi, quod ad fiſcum ſpectat.
69 Præſcriptio cœpta in fundo antequam dotalis efficeretur, impedimento ſuperueniente non interrumpitur.
70 Præſcriptio inchoata ob abſentiam in effectu interrumpitur.
71 Res principis & fiſci qualiter poſſideri & præſcribi poſſint.
72 Continuatio præſcriptionis ſeu vſucapionis impeditur ſi poſſeſſio medio tempore ab aliquo teneatur.
73 Emptor bonæ fidei rem emptam à malæ fidei venditore de iure ciuili poteſt præſcribere.
74 Hæreticus non poteſt poſſidere Chriſtianum mancipium.
75 Impedimentum iuris quando impedito ſuffragari poſſit & quando non.
76 Impedimentum iudicis iniuria illatum nō nocet impedito. & nu. 78.
77 Præſcriptio ad caſum deuoluta à quo incipere non potuit, omnino interrumpitur.
79 Præſcriptione medio reſtitutionis in integrum reſciſſa nullum contingit præiudicium.
80 Appellans illæſus ſeruari debet ipſo iure abſq; reſtitutionis beneficio.
81 Proteſtationis velamine tarditatem affectans, non minus punietur.
82 Appellator impotentia iudicis impeditus proſequi, illæſus debet ſeruari.
83 Appellator impeditus proſequi, obtinet remedium nō ipſo iure, ſed per beneficium reſtitutionis.
84 Reſtitutio in integrum non competit aduerſus inſtantiam facto iudicis peremptam.
85 Inſtantia non perit, ſi iudicis culpa intra tempus à lege ſtatutum lis non terminetur.
86 Dies vtiles debent accuſatori computari, quibus accuſationis ſolennia implere potuit.
87 Inſtantiarum non admittenda diſtinctio, vbi culpa iudicis prætermiſſa dilatio.
88 Inſtantia non perit nec tempus currit quãdo iudicis dolo dies expirare permittitur.
89 Actio perempta reſtitui debet, ſi fauore aut ſordibus iudex corruptus ius parti non dixerit.
90 Iudex partium ſumptibus & expenſis parcere debet.
91 Biennium quando concedatur ei qui appellationem non valuit proſequi. & quando non.
92 Magiſtratus à lege prohibitus conueniri & agere, prohibetur etiam actum facere conteſtationi litis æquipollentem.
93 Tempus abſentiæ quo caſu reſtituendum.
94 Præſcriptio in re dotali cœpta à bonæ fidei poſſeſſore, quando noceat marito.
95 Itali ſtudio contradictionis nonnunq; & non argumentis ducuntur.
Minoris vigintiquinq; annis ſuo aut alieno contractu læſus, edicto prætoris eſt reſtituendus.
96 Reſtitutio in integrum hodie quibus caſibus concedatur læſis minoribus.
Præſcriptio decem vel viginti annorum iure nouo minoribus non currit.
97 Iura digeſtorum vno tantum caſu circa vſucapionem rerum pupillarium emendata ſunt.
98 Pupillus & adultus per alienationem rerum ſuarum læſi, in integrum reſtituendi ſunt.
99 Alienatio rerum pupillarium facta, legis forma omiſſa eſt iure ipſo nulla.
100 Minores & eccleſia quo caſu non reſtituendi.
101 Minor condemnatus an debeat reſtitui ſi non appellauerit.
102 Vilitas precij non venit in diſputationem, quando in alienationem Senatuſconſulti autoritas contempta eſt.
103 Iura noua quo caſu in præſcriptionẽ decem vel viginti annorum ſint emendata.
104 Ius digeſtorum quo caſu differat à iure codicis.
105 Immobilia ſecundum iura digeſtorum nuſquam præſcribi poterant, niſi ab initio præſcriptionis poſſeſſor fuiſſet bonæ fidei.
106 Præſcriptio triginta annorum quando de iure ciuili locum obtineat in rebus prophanis.
107 Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum cum mala fide & abſque titulo introducta eſt iure nouo.
108 Attingere annum quando & in quibus ſufficiat.
109 Imperatores Romanorum non iure, ſed iniuria occupauerunt omnia.
110 Adoleſcentia etiam curatoris eget auxilio,
111 Præſcriptio an ſit ſecundum conſcientiam & ius diuinũ licita.
112 Bona fides in omnibus præſcriptionibus eſt prorſus neceſſaria.
113 Meum quod non eſt ſcire debeo ad quempiam aliũ modis omnibus pertinere.
114 Poſſeſſor malæ fidei non excuſatur petentis negligentia.
115 Ius canonicum in præſcriptione bonam fidem exigit.
116 Præſcriptio hodie nulla eſſe poteſt, niſi titulo iuſto, bona fide, & domini negligentia concurrentibus.
117 Poſſidens bona fide ſi ante triginta annorum lapſum nouerit rem alienam eſſe, an tutus ſit in foro conſcientiæ.
118 Legatarius præſcribere poteſt rem donatam titulo pro donato, quamuis donator præſcribere non valuerit.
119 Præſcriptio triginta & quadraginta annorum quo iure introducta.
120 Maiores ſuis læſi contractibus an poſſint reſtitui. & nume. ſeq.
121 Actio de peculio quandiu perpetua ſit.
122 Quadriennium minoribus conceſſum ad petendam reſtitutionem in integrum, à quo tempore incipiat currere.
124 Pupillus cùm primum adoleuerit, præſcriptionis paſſiuæ capax iudicatur.
125 Læſio minoris impleta dici nequit quouſque præſcriptio, quæ in minori ætate initium ſumpſit, finem acceperit.
126 Maiores reipublicæ cauſa abſentes in integrum reſtituũtur læſi.
127 Reſtitutio in integrum non requiritur, vbi contractus inofficioſi reſcinduntur.
128 Contractus initus debita ſolennitate omiſſa, reſcinditur: nec tunc reſtitutio neceſſaria iudicatur.
129 Pupilli in quibus ab adultis differentes ſint iure Digeſtorum.

130 Præſcriptio triginta & quadraginta annorum in minori cœpta ætate, quare minoribus currat factis adultis.
Præſcriptio quando currat maiori abſenti.
131 Maiori decem vel viginti dierum ſpatio abſenti, tantidem temporis reſtituetur.
132 Vſucapiens non debet eſſe melioris conditionis quàm is qui non vſu cepit.
133 Negligentia ſua cuique imputanda.
134 Tempus integrum reſtitui debet, quando impedimentum ſequentes totum tempus abſorbet.
135 Abſens vnico die tantum non tenetur vno & eodem die reſtitutionem petere, litem ſuper ea conteſtari, & terminari.
136 Dies quot pauciſſimi ſint cenſendi.
137 Læſus de rigore non tenetur intra vnum diem poſtulare reſtitutionem, et eodem dir litem conteſtari & finire.
138 Diei vnius ratio in vſucapione habẽda: in præſcriptionem verò non item.
139 Annus vtilis conceditur ad poſtulandam in integrum reſtitutionem pro abſentia vnius aut plurium dierum.
140 Reſtitutio in integrum intra quantum tempus peti poſſit.
141 Reſtitutio quando fieri debeat officio iudicis, & quando ſine temporis interuallo per legem iure ipſo.
142 Tempus ad quod quis reſtituitur, differe ab eo tempore intra quod reſtituitur: nec confunduntur. & nu. me. ſeq.
144 Actio in factum nata ex edicto, quæ in fraudem creditorum fiunt, annum tantum durat.
145 Emens ſeruum captum, etiam ſi prudens emat, ſuum facit.
146 Actiones temporales & perſonales plurimum differunt ab officio iudicis reſcindente.
147 Actio nulla ad rei reſtitutionem competit, niſi conceſſa & obtenta in integrum reſtitutione.
148 Reſtitutio in integrum prius peti debet, quàm iudicis officio diffiniatur an iure poſtulata ſit.
149 Rei vendicatio quando intentari poſſit ab eo cuius res vſucapta eſt.
150 Quadriennium nedum ad petendam in integrum reſtitutionem conceditur, verum & vt ſuper in integrum reſtitutioni lis conteſtetur, & fine debito terminetur.
151 Eccleſiæ læſæ quantum tempus concedatur ad petendam in integrum reſtitutionem.
152 Iudicium reſciſſorium quando ſimul cum reſcindente proponi poſſit.
153 Tempus ad petendum in integrum reſtitutionem currere incipit à tempore læſionis.
Eccleſia in quibus à maiore & minore differat.
154 Minor à quo tempore incipiat læſus dici.
155 Tempus quod minori conceditur poſt vigeſimumquintum annum, potius maiori quàm minori cenſetur concedi.
156 Maiores & minores abſentes quare æqualiter reſtituendi.
157 Dies pauciſſimi dici poſſunt, qui ad litem conteſtandam ſufficiunt.
158 Differens rei ſuæ reſtitutionem petere, non eſt audiendus.
159 Quadriennium pro vno die concedi durum eſt, ſed durius pro vno tantũ die cauſam vſucapionis aut præſcriptionis longiorẽ fieri, quàm ſi nullo modo cœpta eſſet.
160 Quadriennium minoribus & maioribus datur ad petẽdam reſtitutionem in integrum.

161 Reſtitutionis in integrum cauſa intra quadriẽnium continuum à tempore læſionis terminari debet.
162 Maior ob ſuam abſentiam non reſtituitur ſi reuerſus tẽpus idoneum habuerit ad præſcriptionem interrumpendam.
163 Parentes & patroni & alij ſine permiſsione prætoris in ius vocari non valentes, non iuuantur reſtitutione in integrum ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa &c.
164 Pater vendens rem filij, emptorem debet reddere certiorem.
165 Pater volens rem filij vendere, emptorem docere debet, cuius iuris ea ſit.
166 Filius tacens, nec contradicens patri bona ſua alienanti, non præiudicat ſibi.
167 Poteſtas patria ſola conſenſum filij & ſui contractus validitatem impedit.
168 Pater impigrè & diligenter circa res filij neceſſariò tenetur verſari.
169 Filia quando validè renunciare poſsit hæreditati paternæ.
170 Iuramentum nonnunquam valere facit, quod aliàs inualidum eſſet.
171 Pactum à filia factum ſuper futura patris ſucceſsione, iuramento validari poteſt.
172 Acceſſorium potius quàm principale à iure canonico attenditur.
173 Contractus vi, dolo aut metu initus eſt nullus, aut certe annullandus.
174 Conſenſus ſpontaneus neceſſarius eſt in his in quibus debet liberum interuenirr hominis arbitrium.
175 Metus ex perſonarum qualitate illatus aut non illatus conijcitur.
176 Pater cum filio in poteſtate non poteſt experiri, ſeu litem mouere.
177 Filius metu reuerentiali contrahens dicitur inuitus contrahere.
178 Matrimonium metu contractum annullari debet propter liberi conſenſus defectum.
179 Metus reuerentialis ab alio quouis metu non differt.
180 Præſcribi non poſſunt res eius qui ſui iuris non eſt.
181 Metus reuerentialis obſtat patri filio contrahenti.
Taciturnitas quando præiudicet tacenti.
182 Tacens quando conſentire præſumatur.
183 Actus quilibet à filio geſtus in præſentia patris, ob reuerentiam metum ſuſtinuiſſe dici poteſt.
184 Reuerentia quando metui ſit æquiparanda.
185 Filius quando ob nimiam reuerentiam ſiluiſſe præſumatur, aut pro contradicente haberi debeat.
186 Parentes plerunque abutuntur paterna libertate.
187 Parentes pro filijs conſilium capere debent.
188 Filio emancipato conſentienti expreſſe alienationi factæ per patrem, ius canonicum præſtat reſtitutionem.
189 Alienatione prohibita, cenſetur etiam pignoris conſtitutio prohiberi.
190 Prohibitio facta à teſtatore quando vſucapionem impediat.
191 Princeps non debet alienare res vſibus publicis deſtinatas.
192 Præſcriptio longiſsimi temporis, triginta ſcilicet & quadraginta annorum iure Digeſtorum fuit incognita.
193 Præſcriptio triginta annorum à maiore incipiens, & in tempus minoris incidẽs, an impleri poſsit in perſonam minoris.

minoris.
194 Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum illico poſt pupillarem ætatem incboari,& cõtra adultos perfici poteſt.
195 Præſcriptio longiſsimi temporis de iure eſt odioſa.
196 Abſentes cauſa legitima à legibus permiſſa, reſtituuntur aduerſus præſcriptionem decem vel viginti annorum.
197 Præſcriptio decem vel viginti annorum nõ incipit aduerſus minores,niſi minori finita ætate.
198 Dotis cauſa mulierum primò fauore, demum Reipublicæ introducta eſt.
199 Præſcriptiones hodie non currunt aduerſus minores.
200 Res pupilli vel minoris ideo præſcribi nequeunt, quia alienari non poſſunt.
201 Alienatio rei prohibitæ alienari quando valere poſsit.
202 Res ſacræ cum decreto alienari poſſunt.
203 Prohibitio facta à lege circa rerum pupillarium alienationem,perſonalis eſt.
204 Vſucapio vt plurimum in iure capitur pro præſcriptione.
205 Res pupillares iure Digeſtorum antiquo alienari nequibant abſque decreto.
206 Emptor errans in iure,non excuſatur: ſi autem in facto errauerit,excuſari poterit.
207 Res mobiles pupilli,ab ignorante pupilli ætatem poſſunt vſucapi.
208 Pupillus pubes non prohibetur alienare res ſuas mobiles.
209 Alienatio rei pupillaris vel minoris vigintiquinque annis, ſine tutoris & iudicis autoritate, nulla eſt ipſo iure.
210 Res pupilli precioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, abſque iudicis decreto alienari nequeunt.
211 Præſcriptio aduerſus pupillum nõ incipit, ſed incepta contra defunctum in pupilli tempus incidens, ſuſpenditur.
212 Præſcriptio,finita pupillari ætate currit minori abſenti & militi abſque aliquo abſentiæ diſcrimine.
213 Præſcriptio triginta annorum quieſcit aduerſus filiumfamiliàs,donec ſui iuris efficiatur.
214 Præſcriptio triginta annorũ ad quod vſq; tempus peruenire poſſit.
215 Finis quare in legali præſcriptione attendatur, & non initium.
216 Præſcriptio quibus modis interrumpi poſſit.
217 Abſens legitima abſentia reſtituitur aduerſus præſcriptionem.& nume.ſequen.
219 Annus vtilis conceditur minoribus læſis ratione contractus.
Minor quo caſu non reſtituatur.
220 Hæredi minori,qui præſcriptionem ignorauit quando concedatur reſtitutio aduerſus eandem.
221 Reſtitutio hærede minori conceditur, ſi prope vigeſimumquintum annum præſcriptio finiatur, cœpta cum defuncto.
222 Minor an poſsit aliquo caſu reſtitui aduerſus præſcriptionem triginta annorum.
223 Ætas pupillaris ſola. & non minor ætas ſupra pupillarem facit dormire præſcriptionem.
224 Minor ſeu pupillus an prohibeatur omnino contrahere.
225 Alienatio ſuarum rerum penitus pupillo & adoleſcenti etiam puberi prohibetur, niſi cum decreto fiat.
226 Adulto curatorẽ habenti quo caſu currere poſſit præſcriptio.
227 Validum effici nõ poteſt tractu temporis,quod ab initio nullum fuit iure ipſo.
228 Adultus curatorem habens contrahere non poteſt ſine ſolennitate à iure introducta.
229 Præſcriptio non currit agere impedito.
230 Sententia lata contra minores indefenſos, tutorem vel curatorem non habentes,nulla eſt.
Minori curatorem habenti bonis interdicitur.
231 Maior vigintiquinque annis abſens, qui hæreditati paternæ renunciauit,inter triennium poſt lapſos quatuor annos maioribus impeditis conçeſſos, pœnitere poteſt.

§. Eleganter.

IMPEDITVS legis autoritate hæreditatem adire non tantum actiones vtiles,ſed & hæreditatem ipſam totam etiam non aditam tranſmittit. hoc dicit.vel
1 ſic, † Impedito legali impedimẽto tempus non currit & ſic non tantum præſcriptio dormit,ſed & ad acquirendum prodeſt,hoc dicit hic tex.plane materiam.l. ventre.ff.de acqui. hære. aperit ſimiliter &.l.iij. C.de repu.hære. &.l.vnicæ.§.in nouiſſimo. C.de cadu.tollen.cuius hic meminit Accur.in verbo, ante aditionem.

Cæterùm quantum huic tex.conueniet proſequemur iuxta Bar.ſententiam.in dicta.l.ventre. iij.colum.in fine.& princi.ſeq.verſicu.tertius caſus,& id poſt gl.illhic.in verbo,relinquere. quæ nouem' caſus recenſet,quibus hæreditas non adita tranſmittitur,licet iure ordinario non niſi adita tranſmittatur hæreditas, vt recte illhic inquit glo.quæ ad id alleg.l.iij.C.de repudi. hæredi.& dictum.§.in nouiſsimo. Ex hoc tex. Bar.in loco prædicto regulam elicit limitatiuam dictæ.l. ventre.quoties quis timore pœnæ legalis tantũ impeditur adire,quoniam hæres metu huius Senatuſcõſulti prohibetur adire donec quæſtio de familia,& ſupplicium de noxijs ſumptum fuerit non aditam hæreditatem delatam tamen ad hæredes tranſmittit.hoc dicit iſte tex.& in.§.ſeq. in primo reſponſo,& in.l.ſeq. in fi. infrà eo. Adde illi glo.ſimilem in.l.j.§.fi.in glo.fi.C.de anna.exceptio.quæ plures addit huic legi concordantes. alia eſt glo.fi.in.l.vnica.C.de his qui ante apertas tabul.Addo aliam in.l. cùm Sillanianum. in verbo,oratio.C.eo.quæ etiam ad id illud tex.no
a tat,& recte & vlterius per illã legẽ † dicit legata, & libertates conſeruari & tranſmitti. Sed Alex. de Imo.Accur.reprehẽdit.dicit enim illã legẽ intelligẽdã eſſe de legatis ſeruo factis, cui libertas

à defuncto conceſſa erat, cui non cedunt legata
niſi ab adita hæreditate. l.vnica. §. libertatibus.
C.de cadu.tollen.ſed in legatis homini libero fa-
ctis nõ erat neceſſaria huius Senatuſcõſulti, neq;
orationis diui Marci prouiſio, quia trãſmittebat
à die mortis teſtatoris dicta.l. vnica. §.cũ igitur.
C.de caduc.tollen. Dicit autem Alexan. illam le-
gem vnum nouiter ſtatuere legatarijs vtile, vt ſi
propter vltionem defuncti aditio differatur fru-
ctus rei legatæ interim ab hærede percepti reſti-
tuuntur,per illum text. qui aliàs non reſtituerен-
tur.l. Herennius. aliàs incipit fructus. ff. de vſur.
hoc verum niſi à die moræ, vt in.l.j. & fina. C.de
vſur. & fructi.rei lega. Ego puto Accurſ. in dicta
l.cum Sillanianum. recte locutum fuiſſe,cùm ad-
huc.l.vnica.C.de caduc.tollen.à Iuſtiniano facta
3 non eſſet. † Nam clarum eſt de iure antiquo non
acquiri legatum,niſi adita hæreditate vt in.l.ſi ti-
bi homo. §.cum ſeruus. ff.de lega.j. & in dicta.l.
vnica.in princ.C.de cadu.tollen.de quo per glo.
in.l.ij.ff.quando dies lega.ced. hoc velle videtur
l.vnica. C.de his qui ante apert. tabul. dum ille
text.ſpeciale eſſe dicat in aſcendentibus & deſcẽ-
dentibus vt hæreditatem non aditam & legatum
ante aditam hæreditatem ad ſuos tranſmittant,in
contrarium igitur eſt ius commune.l.j. ff.ad mu-
nicipa. Imo legatarius fructus rei legate ab hære-
de non repetebat niſi à die litis conteſtatæ, vt in
l.ſina. C.de vſur. & fruct.rei lega. quod intellige
ſecundum communem gloſ.& doctorum diſtin-
ctionem. Tertiò neceſſaria fuit dicta.l.cum Silla-
nianum. quia fructus vult à die mortis teſtatoris
quibuſcunq; legatarijs reſtitui & omne commo-
dum quod ſeruis quibus cum libertate aliquid le
gatũ eſt,quibus omnibus dicta.l.vnica. C.de ca-
du.tollen.non prouidebat.Sed vltra quàm dictũ
ſit,volo declarare prædicta quæ ad intellectum,
huius.§.mihi videntur eſſe neceſſaria. In primis
puto duo præſupponenda eſſe.Primum eſt de iu
re hæreditatem non aditam non tranſmitti exce-
ptis aliquibus caſibus poſitis per Accur.in dicta
4 l.ventrem.ff.de acquiren.hæredi. † Secundũ le-
gatarium de iure antiquo dominum rei legatæ
non acquirere neq; tranſmittere,niſi poſt aditam
hæreditatẽ dicta.l.vnica.C.de his qui ante apert.
tabu.& dicta.l.vnica.§.j.&.§.in nouiſſimo.C.de
cadu.tollen.dicta.l.ſi tibi.§.cum ſeruus.ff. de le-
ga.j.licet ficte ſecundum aliquos à die mortis te-
ſtatoris acqreret.l.à titio.ff.de fur.ſed nõ quoad
tranſmiſſionẽ. Similiter neq; libertates tranſmit
tebantur,dicto.§.libertatibus.in.l.vnica.C.de ca
du.tollen.Et ratio erat,quia legatarius, & ſerui
qui manumitti debebant de manu hæredis lega-
ta,& libertates recipere debebãt.hac ratione Sil
lanianum Senatuſconſultum leges antiquas mo-
derat,propter impedimentum ab eo introductũ
quia prohibet hæreditatem adiri per hæredẽ do-
nec ſupplicium à noxijs ſumptum ſit, hac conſi-
deratione legatarijs legata,& ſeruis libertates cõ
ſeruat,& ad ſuos tranſmittere permittit quamuis
adita non ſit hæreditas. Et id ſecundum Alexan.
in apoſtil. Bar.non tantum in legatis pure factis
obtinet ſed etiam in cõditionalibus,allegat Bal.
in.l.vnica in ſecunda oppoſitione.C.vt actio.ab
hære. & contra hære. incip. qui hoc tenet per.§.
ſeq.Sed intellige ſecũdum diſtinctionem.§. ſeq.
quando conditio potuit infra diẽ à teſtatore præ
ſtitutum purificari,ſeu impleri,aliàs nõ, vt illhic
dicetur.& eſt tex.in dicta.l.vnica.§.ſinautem ali
quid ſub conditione.C.de cad.tollẽ. circa quod
Bal.in.l.ſi quis ad declinandam.colum. penulti.
verſicu.ſeptimo,iuxta hoc quæritur.C. de epiſc.
& cleri.facit pulchram quæſtionem de Hiſpano
qui peruſij deceſſerat,& ſepulturam in Hiſpania
elegerat in domo quorundẽ fratrum minorum:
mortuo Hiſpano non potuit corpus ſeu cadauer
in Hiſpaniam portari vt illhic ſepeliretur,fratres
minores legatum illis ſactum ob ſepulturam pe-
tunt.parochianus curatus Hiſpaniæ quartã por-
tionem petit,iuxta.c.j.c.de his.c.cũ ſuper.& ple-
raque alia.c.tit.extra. de ſepultu.opponunt fra-
tres parochiano curato nihil deberi, quia ſepul-
tus apud eos nõ fuit Hiſpanus:curatus ex aduer-
ſo proponebat teſtatorem apud eos ſepulturam
5 elegiſſe. † Quærebatur an illud caſuale impedi-
mentum curatum prohibere poſſit, ne canonicã
portionem exigat. dicit Bal.quartam deberi cu-
rato neq; in conſiderationem eſſe,caſuale impe-
dimentum,per.l.cæſar.ff.de publi. & vecti. pla-
cet mihi Bal.diffinitio quæ etiam confert ad de-
ciſionem alterius quæſtionis factæ per Bar. in di
cta.l.ventre,quarta colum.ff.de acquirẽ.hæredi.
cuius etiam hic meminit Roma.ſtatutum erat pi-
ſis quod nullus forẽſis quoquo titulo poſſit ſub
certa pœna in ciuitatem quicquã acquirere, niſi
allibratus fuerit:proximior conſanguineus teſta
toris venit ad ciuitatem vt allibrari ſe faceret &
dum id procuraret deceſſit,dixit eam hæreditatẽ
etiam non aditam tranſmittere cum facto ſtatuti
ſeu legis municipalis,tamẽ adire prohibitus eſt,
qui ſtatim potuiſſet adire,& in hoc ꝓcedit ratio
huius tex.tñ Ange. illhic impugnauit dictũ Bar.
plerique diſputauerunt de ea,vt refert Areti.in di-
cta.l.ventre.ff.de acqui.hære. Et hic Roma. ſtu-
det Bar.ſaluare.ab Ang.impugnationibus.Simi
liter. Areti.in dicta.l.ventre. poſt Ioan. de Imo.
Sed vltra quã dicat Ang.in dicta.l.ventre.& hic
pro Ang. vrgere põt,quod Frederi.in ſuis quæ
ſtionibus & conſilijs quæſtione decima, dixit in
quæſtio per Bal.diſputata in dicta.l.ſi quis ad de
clinandam.prout etiam idem Bal. in ea recenſet
conſiderandum eſſe quod lex factum cõſumma-
tum deſiderat.l.ea quidem. C.ſi mancip.ita fuer.
alie. vt manumit. &.l.j. in ſin.ff.quod quiſ. iur.
6 † vult enim aditam eſſe hæreditatem priuſ-
quàm hæreditas vel legatum tranſmitti poſ-
ſit . Sed faciliter huic obiecto reſponderi
poteſt , verum eſſe niſi lex impedimentum
afferret

afferret eademq́ꝫ remedium concederet.l. cū hic
ſtatus.§.oratio.ff.de dona. inter vir & vxor. ibi,
Nam quæ oratio donationem prohibuit, eadem
beneficium datum implorauit.l. manumiſſiões.
ff.de iuſti.& iur. Ad id quod Ange. contra Bar.
dixit,non bene Bar.conſuluiſſe,cum in propoſi
ta quæſtione per Bartol.præſupponitur hæredē
tribus temporibus non fuiſſe habilem quod pro
forma inſtitutionis neceſſarium eſt.l. ſi alienum.
§.in extraneis.ff.de hæredi. inſti. §. in extraneis.
inſti.de hære.quali.& differentia. Cum igitur il-
le neque tempore teſtamenti,neque inſtitutionis
capax eſſet,imo neque tempore mortis,quomo-
do poteſt hæreditatem trāſmittere cuius incapax
erat, acquirendi? reſpondet hic Roma. Aut fuit
hæres inſtitutus qui aliàs ab inteſtato eſſet ſucceſ
ſurus,& verum dicit Barto. neque tales videtur
ſtatutum comprehendere,argumento.l.cum pa-
ter.§. quod inter.ff.de leg.ij.&.l.pater.§. Iulius.
ff.de lega.iij.& alleg.Bartol.in.l.ſi ita quis.§. ea
lege. ff. de verborum obligationibus. aliàs locū
habet Ange.opi.Sed hæc Roma. diſtinctio non
poteſt ſubſiſtere,cum ſtatutum omnes etiam eos
qui de iure ab inteſtato ſucceſſuri eſſent incapa-
ces ſucceſſionis facit,niſi allibrati ſint, & ſic in ci
uium matricula deſcripti.argumēto.l.vnicæ. C.
non lice.habita.metroco.li. xj.ibi,non licere ei,
niſi ad habitatorem aſſcriptum &c. Nec in conſi
deratione eſſe poteſt, quod is qui inſtitutus erat
futurus erat hæres ab inteſtato , quoniam id fal-
7 ſum eſt.eo quod † ſtatutum prohibet nō allibra
tos acquirere, nec in hoc ratio legis Romanæ iu
uare poteſt per.§.hoc autem notandum.qui feu.
dare poſ.colla.x.quicquid dicat lex.tu autem ſer
ua ſtatutum quamuis durum.l. proſpexit.ff. qui
et à quibus manumiſ.liber accipi.imò ratio legis
communis iuuat ſtatutum quia vult factum im-
pleri vt dictum eſt,vnde dicit Bald. in.l. prima.
§.ius naturale.ff.de iuſti.& iur. ſtatutū poſſe ius
ſuccedendi tollere ſicut tollitur emancipatione.
l.tutelas.ff.de capi.diminutio.l.prima.ff. de con
iungen.cum emanci.liber.quamuis ius cognatio
nis tollere non poſſet,dicto.§.ius naturale. &.§.
ſed naturalia.inſtit.de iur.natura. gent. & ciui.l.
iura ſanguinis.ff.de regulis iur. Patet in materia
feudali quoniam fœminæ excludūtur extātibus
vel non extantibus maſculis.c.& quia, qui feud.
dar.poſ.c.fin.de ſucceſ.feud.Fœminæ em̄ quan
doque à ſucceſſione excluſæ ſunt de iure Roma-
no,vt in.l.maximum vitium.C.de liber.præteri.
vel exhæreda.§.j.in authē.de hæredi. ab inteſta.
venien.& iura prætoria quæ bonorum poſſeſſio
nes introduxerunt hoc indicant. plura alia recen
ſeri poſſent quæ plus laboris quàm vtilitatis ad
ferrent.hoc etiam manifeſtant fere omnium gen
tium conſuetudines,& hæ potiſſimū quæ in ple-
riſque regni Franciæ prouincijs obſeruari palā
eſt,præſertim in Britannia,Normania,Pictauia,
Lugdunenſi,& alijs denique prouincijs.quibus
adde eundem Bal.in.l.ij.C.de liber.præteri. vel
8 exhæreda.dum dicit in.iij.colum. † ſtatutū poſ-
ſe contra iuris communis regulas filiam exclude
re ad ſucceſſionem non admittendo. Notat etiā
Cardi.Alexan.in dicto.c.& quia.col.xvj. qꝫ feu.
dar.poſ. vide quod ſcribitur Numeri.xxvij.Ho
mo inquit cum mortuus fuerit abſque filio ad fi-
liam eius tranſibit hæreditas . Ecce quomodo
ex legibus Moſis filia à paterna hæreditate exclu
debatur extante filio,non igitur abſonum eſt di-
cere ſtatutum poſſe extraneum ſi habitator non
eſt ciuitatis omnino à ſucceſſione ſuorum paren
tum excludere,ſicuti et cōſuetudine et iure regni
non regnicolæ qui iura regni à principe non im-
petrauerunt ſucceſſorem alium non habere præ-
ter Regem.videmus etiam in iure ſcriptum vſu
& conſuetudine plurium regionum filios mater
nam originem ſequi in.l.prima.ff.ad municipal.
l.doctitij,&.l. neque dorotheum.C. de decurio.
lib.x.quamuis iure Romano ſecus ſit.l.origine.
C.de municipal.& origi.lib.x.l.aſſumptio.§.fin.
ff.ad municipal.licet Ioan. de Imol. in dicta.l. ſi
ita quis.§.ea lege.ff.de verborum obligatio. ar-
gumento illius tex.dicat eum qui eſt prohibitus
alienare,non eſſe prohibitum inſtituere,præſer-
tim eum qui futurus eſt hæres ab inteſtato , &
mouetur hiſdem legibus quibus et Ludo.Rom.
hic.& omnes huiuſmodi argumentationes Fran
ciſ.Areti.in dicta.l.ventre,ampliſſimo ſtylo pro
ſequitur:ſufficiet mihi quantum ad id remiſſio.
9 Sed vltra quàm dicat Areti.ex verbis.Bar. † vi-
detur nō poſſe prohiberi extraneum quominus
hæres eſſe poſſit,licet prohibeatur acquirere do
nec allibratus fuerit, & ordini ciuium addictus,
vt ciuium onera ſubire teneatur,etiam cum pœ-
næ adiectione,non quod incapacem omnino fa
ciat acquiſitionis,ſicut nec iſte text.facit.& idem
§.ſeq.melius quouis altero probat. & vt intelli-
gas quomodo induco.Clarum eſt vt dixi eū cui
legatum factum eſt ſub conditione non poſſe le-
gatum tranſmittere,ſi antequàm conditio adue-
nerit hæres decedat hæreditate non adita,dicta
l.vnica.§.ſi autem aliquid ſub conditione. C.de
caduc.tollen.Si tamen is qui ſub conditione hæ-
res inſtitutus eſt quam infrà præfinitum diem im
plere tenebatur non potuit propter ſenatuſcon-
ſulti Sillaniani prohibitionem implere,quia adi-
re non potuit,neque conditionem implere, quā
ignorauit.vult iſte tex.hæredi ſuccurri vt hæredi
tatem non aditam tranſmittat , cum neceſſitate à
lege impoſita implere conditionem teſtamento
adiectā impeditus ſit, ſimiliter & is qui propter
ſtatuti prohibitionem non potuit adire cum ad-
huc allibratus nō erat hanc facultatem ſe allibrā
di cum iure ſuccedendi tranſmittere argumento
iſtius tex.& puto hanc fuiſſe Bartol. intentionē,
quæ videtur æqua & iuſta.argumento.l.ij.ff. qꝫ
ordo in bo.poſ.ſer.& Barto. opinio iuuatur iu-
ris regula.quæ etiam ex hoc tex.&.§.ſeq. colligi

ſolet et allegari impedito iuris impedimento tē-
pus non concurrere ſeu impedimentum non no
cere. hic autem impeditur impedimento ſtatuti,
& caſu non potuit allibrari quia morte præuen-
tus iuxta dictum Bald. ſuprà relatum, & cum fre
quens ſit & tritum iuris prouerbium ideo de eo
vidēdum eſſe putaui quod Luc. de Pen. aperuit,
& moderatus eſt in. l. q grauatos. C. de cēſ. & cē
ſitor. lib. xj.
10 Regula autem erit, † legis vel ſenatuſconſulti
aut etiam ſtatuti impedimentum nemini damno
ſum eſſe debere, vt hic & in dicta. l. q grauatos. l.
prima. C. de annu. excep. l. fi. §. donec. C. de iur.
deliber. Ex quibus legibus alia iuris regula pri-
mæ conſecutiua referri ſolet, Impeditis legali im
pedimento præfinitum à lege tempus non curre
re. l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcrip. trigin.
anno. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. &. §. fin.
ff. ex quibus cauſ. maior. & per dictam. l. fi. §. do
nec. C. de iur. deliber. Paul. de Caſt. in eodem. §.
donec. & in. l. naturaliter. ff. de vſucapio. & in. l.
ſi quando per illum tex. C. de tempo. in integ. re
ſti. peti. reprehendit. Bart. in dicta. l. naturaliter.
ij. colum. verſi. quæro. an iſta vſucapio inquan-
tum dixit de iure ciuili nō inueniri caſum in quo
præſcriptio dormiat, præterquàm in caſu. l. ſicut.
C. de præſcrip. xxx. anno. Nā dicit Paulus de Ca
ſtro duos eſſe alios caſus, vnū in dicto. §. donec.
& Moder. Papien. in eodem. §. dicit Bart. illius.
§. non fuiſſe recordatum in dicta. l. naturaliter.
Sed prius eo hoc dixerūt Paul. de Caſt. & Alex.
in dicto. §. donec. Alterum caſum dicit eſſe Paul.
de Caſt. in. l. ea quæ, §. ſi quando. verſic. cum ve-
ro. C. de tempo. in integ. reſti. peti. Tamen Alex.
in dicto. §. donec. dicit Paul. de Caſt. forte verū
dicere in caſu dicti. §. donec. ſed nō in caſu dictæ
l. ea quæ. Addit & alios caſus Paul. de Caſt. in di
cta. l. naturaliter videlicet in. l. quoties. C. de præ
cib. imperato. offeren. in auth. ſi tamen. C. de tē-
po. appel. cle. quàm diu. extra, de appella. et tem
pore peſtis ſecundum Barto. illhic. & facit quod
idem Bartol. notat in. l. ſciendum. &. l. de ætate.
ff. ad Trebellia. & vide in. l. cū notiſſimi. §. imo.
ij. &. iij. colum. C. de præſcrip. xxx. anno. Hic au
tem non examino iſtos caſus per Paul. de Caſt.
recitatos. Sed vide Alexand. in dicta. l. ea quæ. §.
ſi quando. & Feli. in. c. examinata. extra, de præ-
ſcriptio. de quo in. c. prima actione. et. c. ſeq. xvj.
11 quæſtio. iij. † Secus autem vbi impedimentū fa-
cti tantum interuenit. l. & Attilicinus. ff. de ſeru.
ruſti. prædio. licet aduerſus præſcriptionē in inte
grum reſtitutio concedi debeat. l. prima. §. ſi quis
propter inundationem. ff. de itine. actuq; priua.
Sed cum inter doctores variatum fuerit non pi-
gebit ſingulorum diſtinctiões referre. In primis
Iaco. butriga. in dicta. l. prima. in prima oppoſi-
tione. C. de anna. exceptio. circa vtranque regu-
lam ſic diſtinxit. aut inquit impedimentū ex per-
ſona ſeu parte præſcribentis propter malam eius
fidem proceſſit, & ꝓhibetur præſcriptio inchoa
ri, ſed inchoata continuari non prohibetur. l. vni
ca. §. hoc tatummodo. C. de vſufruc. transferen.
Addit Bartol. idem dicendum eſſe vbi vitiū rem
afficit, atque ob id impræſcriptibilis effecta fuit,
vt in. l. ſi fundum. ff. de fund. dota. Secundo loco
Iaco. butrig. dicebat, aut ex parte agentis ſeu age
re volentis impedimentum procedit & ſubdiſtin
guendum eſſe ait, Aut inquit, agens omnino age
re, & non tantum inchoari prohibetur, ſed & in-
choata nihil vtilitatis affert dicta. l. prima. C. de
anna. except. & dicta. l. fi. §. donec. C. de iure de-
liberan. Aut agere poteſt, ſed non commode &
currit præſcriptio, licet aduerſus eam reſtitutio
conceditur. l. ſenatuſcōſulto. ff. de offi. præſi. vbi
Barto. hanc diſtinctionem Iaco. butrig. poſtquā
eam recenſuit reprehendit & reſpondet ad omes
Iaco. butri. conſiderationes. & cum tibi patēs ſit
liber. Barto. aliter recenſere non putaui.
Aliam diſtinctionem Petrus & Cin. tradunt
in dicta. l. quoties. in. iiij. quæſt. per eos diſputa-
ta. C. de præci. impera. offeren. quæ fuit etiā Gu-
liel. de cuneo. in dicta. l. ſenatuſconſulto, & quā
12 Barto. illhic refert † diſtinguit enim iuris impedi
mentum ab impedimento facti. Si iuris eſt impe-
dimentum ante inchoatam præſcriptionem pro-
ueniens, & non nocet neque tempus impedito
currit, dicta. l. prima. §. fina. C. de anna excep. Si
verò poſt ceptam præſcriptionem contingat, &
currit præſcriptio ſed aduerſus eam in integrum
reſtitutio conceditur ex clauſula illa generali, ſi
qua mihi iuſta cauſa videbitur. l. ſed & ſi. §. feriæ.
ff. quibus ex cauſ. maior. & Guliel. de cuneo. ad
id retrahebat illam. l. ſenatuſconſulto. ff. de offic.
præſi. Cui recte cōuenit dicta. l. ſed & ſi per præ
torem. §. hæc clauſula. ff. ex quibus cauſ. maior.
Adde gloſſ. in. l. arbitrio. §. dolo. in verbo, dolo.
in fi. ff. de dolo. quæ vltra allegat. l. properandū.
§. fina. C. de iudi. Eadem gloſ. in. l. ſi appellatiōe.
C. de tempo. appella. gloſ. in. c. ex ratione. extra,
de appella. Si verò facti eſt impedimentum & di
cunt Petr. & Cin. aut facto tertij prouenit, et tem
pus currit, neque aduerſus præſcriptionē in inte
grum reſtitutio concedetur. niſi ille tertius eſſet
non ſoluendo. l. fina. in princi. &. §. j. ff. de eo per
quem fact. eſt, & hunc articulum non attigerunt
Guliel. de cun. & Barto. in dicta. l. ſenatuſcōſul-
to. Si verò caſu fortuito impedimentum contin-
git, & præſcriptio currit, ſed datur reſtitutio, di-
cta. l. & attilicinus. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. &
dicta. l. ſed & ſi. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſ. ma-
ior. Hunc articulum Guliel. & Barto. attigiſſe vi
dentur ſub alijs tamen terminis, dicunt enim, aut
iuſtum fuit impedimentum, & currit præſcriptio
13 ſed datur reſtitutio, dicta. l. & attilicinus. † Si ve
rò iuſtum non fuerit effectualiter currit, quoniā
non dabitur reſtitutio. l. ij. §. ſi quis tamē. ff. ſi qs
cautio. Tertiò, dicūt Petr. et Cin. ſi facto eius ad
uerſus quem præſcribebatur impedimentū con-
tingit,

tingit, & nõ currit præſcriptio.l. male agitur. C.
de præſcrip.xxx.anno.§.j.in authen.de appella.
colla. ix. & iſtius articuli non meminerunt Gu-
liel.de cun.& Bartol.refert autem Bart.Iaco.bu
tri.& Guliel.diſtinctionem ſuprà relatam Petr.
& Cin.impugnare quam tamen Bartol.defendit
de ea infrà videbitur. Comperio autem Floria.
de ſancto Petro in dicta.l.& attilicinus.ff. de ſer
uitu.ruſti.prædio. vtranque diſtinctionem Petr.
Cin.Guliel.& Barto.hiſdem medijs impugnare
Quibus Barto.Iacobi butrig. diſtinctionem re-
prehendit.Primò enim Floria.dixit non eſſe ve-
rum primum diſtinctionis Petr. & Cin. caput,
dum dixerunt præſcriptioni non eſſe locum ſi an
te eam inchoatam iuris impedimentum ſuperue-
nit.l.prima.C.de anna.except.& dicta.l.ſenatuſ
conſulto.ff.de offic.præſi.In eo quod Accurſ.eã
legem interpretatur de officiali qui durante offi
cio contraxit.& ſic ab initio impedimentum erat
Barto.autem huic obiecto reſpondet,& fuit Ia-
co.butri.obiectio in Guliel.de cuneo dixit enim
Barto.illum tex.neque Accurſ.quicquàm illorũ
meminiſſe ſeu cogitaſſe. neque ille text.ſecundũ
eum dicit currere præſcriptionem,& dari reſtitu
tionem aduerſus præſcriptionem,ſi impedimen-
tum ſuperuenit,antequàm actio cœperit compe
tere,Sed ſolum dicit Accurſ.ius illis reddi nõ de
bere.Imo tex.ſecundum eum oppoſitum voluit.
14 Nam † ſi præſides poſtquàm prouinciam ingreſ
ſi ſunt contraxerunt,non licet eis agere, neq; ius
illis dici debet: multo magis igitur concedenda
eſt reſtitutio.Item In.ij.diſtinctionis membro di
cebat Iaco.butriga.non rectè Guliel. de cun.di-
xiſſe ſuperueniens impedimentum, poſtquàm
actio cœpit competere, non prohibere præſcri-
ptionem quamuis aduerſus eam reſtitutio conce
datur dicta.l.ſenatuſconſulto.dicebat Iaco.præ-
dictus eſſe falſum.l.fin.§.donec.C.de iur. delibe
ran.Aduerte ad primum dictum Iaco.butrig. &
Floria.quod ſecunda pars illius.l. ſenatuſconſul
to ſi legatur in.ij.reſponſo,initio.nõ autem inul-
to. probare videtur intentionem eorum contra
Petr.& Cin.vtrunque tamen in meo volumine
eſt.in tex.eſt initio,& in glo.Inulto. & ratio hu-
ius erit.quia non erit opus reſtitutione ſi ipſo iu-
re impedimentum erat ante natam actionem, &
Bartol.idem ſentit cautius tamen erit ſecundum
Accurſ.ſi vtroq; caſu durante impedimento præ
ſes ſeu magiſtratus litem conteſtetur,aut alio mo
do actionem perpetuet,& vbi actionem ſuã per-
petuam facere voluerit ius illi denegandum non
erit,ſed reddendum.& hoc modo ille tex. intelli
gi debet.l.ſed & ſi reſtituatur.§. ſed & ſi dies. ff.
de iudi.in prima enim parte illius legis ſenatuſcõ
15 ſulto, † refertur ſenatuſconſultum quo caueba-
tur præſides rectores comites aut eorum liberti-
nos ſi antequàm prouinciam ingreſſi fuiſſent cũ
aliquo ſuæ prouinciæ ſubiecto contraxerant, ne
que ante ingreſſam prouinciã ex illo contractu
prius inito actionẽ inſtituerat parciſſime ius eis
reddi debere,ſed poſtquàm prouinciam exceſſe
rint actiones ex eo contractu quæſitas ſibi reſti-
tui volebat.& verbum parciſſime Accurſ. ſic in-
terpretatur,vt per executorem perpetuatio vel li
tis conteſtatio fiat,ſicuti in fi.illius legis dicitur.
Ego verò puto verbum parciſſime, ſic poſſe in-
terpretari prout & Barto.ſenſit pro nullo modo
ſibi reddi quandiu in prouincia rectores aut præ
ſides erunt.ſed poſtquam exceſſerint reſtituẽtur
ſi forte tempus agendi quod ex eo contractu il-
lis competebat durante officio quod in prouin-
cia exercuerũt expirauit,& duo verſic.illius.l.re
cte probãt.Primus eſt ibi ita vt actiones quæ ob
eam cauſam inſtitutæ non eſſent per quæ innui-
tur actionem ex contractu ante prouinciæ ingreſ
ſum inito ſibi competentem inſtitutam non fuiſ-
ſe.& tamen ſenatuſconſultum quod prohibebat
eos conſtante officio agere, voluit poſt finitum
officium.& prouinciæ egreſſum actiones eis re-
ſtitui probant ſequentia verba, eiuſdem verſicu.
ibi,poſtea quàm quis eorum eam prouinciam ex
ceſſerit reſtituerentur,& ſecundum hanc declara
tionem ille tex.eſt ſingularis,vt ſi alicui actiones
competenr,quibus potuit experiri & non eſt ex-
pertus,ſi ante lapſum tempus infrà quod actio fi
nire ſolet impedimentum iuris ſuperueniat pro-
pter quod ſuis actionibus agere non valeat fini-
to impedimento actiones integraliter ſibi reſti-
tui debent quod videtur eſſe contra Petr.opinio
nem in.l.ab hoſtibus.§. ſed quod ſimpliciter, &
l.ſeq.ff.ex quibus cauſ.maior.quã Papiæ diſpu-
tando ſecuti ſumus,dum voluit Petr.per dictum
16 §.ſed quod ſimpliciter.&.l.ſeq. † non debere eũ
reſtitui, qui infrà tempus à iure præfinitum non
egit ſi poſtquàm impedimentum ceſſauerit age-
re potuit. & hoc pacto actionem ſuam perpe-
tuam facere, ſed in hoc illa. l. ſenatuſconſulto.
non obſtat,quoniam tempus actionis experiun-
dæ durante impedimento expirauerat,non mirũ
ſi actio quæ per lapſum tempus ſecundum iuris
rigorem euanuerat reſtituitur,ſed non integrum
tempus ad agendum reſtituetur ſed dies tantum
repetetur,quo durauit impedimentum.§.rurſus.
inſti.de actio.melior tex.in dicta.l.prima.ſi quis
propter inundationem.ff.de itine,act.pri.ibi,re-
petita die hoc interdicto,vti per in integrum re-
ſtitutionem ex illa parte ſi qua mihi iuſta cauſa vi
debitur,&.§.rurſus.verſicu.de præſcriptione.in
authen.vt ſponſa. largi.dixi in repetitione.l.con
tractus.circa fi.ff.de regu.iur.Quibus ego addo
l.ſed & ſi per prætorem.§.quoties. ff. de minor.
ibi,reſtitutio aduerſus me vnius diei faciẽda eſt,
& prius dixerat de eo qui cœpit abeſſe cauſa rei
publicæ vno tantum die reſtãte,cui ſit vnius diei
tantum reſtitutio ipſo reuerſo,ſed non ſic erat in
dicto Petr.in dicto.§.ſi ſimpliciter, quoniam nõ
fuerat integrum tẽpus præſcriptionis,ſed ſuper-
erant dies competentes quibus præſcriptionem

interrũpere potuit. Ob id nõ reſtituit. & pro Pe
tro facit. l. ſi fundũ. in ſt. ff. de fund. dota. Reuer-
tamur ad verſic. ſi quid tamen initio in dicta. l. ſe
natuſconſulto. quem dico nõ obſtare cum in eo
dicitur litem poſſe conteſtari, vt res ablata exhi-
beatur & deponatur, &c. Nam in eo. verſi. actio
cœpit naſci præſidi & comiti ſuo poſteaquã pro
uinciam ingreſſi ſunt & adminiſtrare cœperunt.
& actiones illæ quæ præſidi acquiſitæ erant qua
rum ille verſic. meminit, anno tantum durabant,
cum prætoriæ ſint, & famoſæ, videlicet iniuriarũ
& furti actiones. §. primo. inſtitu. de perpetu. &
tẽpora. actio. l. in honorarijs. ff. de actio. & obli-
gat. l. ſi non conuicij. C. de iniur. quæ poſtquàm
lapſæ ſunt vix reſtituuntur. l. ſi vnus. §. pactus ne
17 peteret. ff. de pact. l. finali. C. de dolo. † & offi-
ciũ rectoris ſeu magiſtratus quandoque durat
biennio vel triennio, vt in. l. pars literarum. ff. de
iudi. §. iuſiurandum. in authen. de defenſor. ciui-
ta. colla. iij. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. l. ij. ff.
de in ius vocan. l. primicerius. C. de offic. præfec.
vrb. de quo per Feli. in. c. ſignificauerunt. extra,
de iudi. quamquàm conſules aut procõſules: alij
denique magiſtratus, qui prouincias aut populi,
aut imperatoris nomine regebãt ſua conſtitutio
ne anno tantum magiſtratum exercebant. Cæte-
rũ aucto populi Romani imperio, & exorta con
plurium bellorum adminiſtrandorum cura ob-
ſeruari cœptum eſt, vt quo quique anno conſu-
les fuiſſent, ſequenti proconſules remanerent, ta
metſi proconſulis officium non ante ſucceſſoris
miſſionem dèſinebat quàm prouinciã ſucceſſor
ingreſſus fuiſſet. l. meminiſſe. ff. de offi. procon-
ſul. meminiſſe inquit Vlpia. oportebit vſque in
aduentum ſucceſſoris omnia debere proconſu-
lem agere. cum ſit vnus proconſulatus, neque an
te deponit imperium quàm Romæ portã ingreſ
ſus fuerit. l. fin. ff. de offi. proconſul. qua occaſio-
ne poteſt proconſulatus imperium annum & biẽ
nium excedere & honorariam actionem interim
poſſe expirare. vnde cum difficile aut verius im-
poſſibile fuiſſet propter ſenatuſconſulti reſiſten
tiam intra annum agere. hac ratione lex permiſit
poſſe actionem per citationem vel litis conteſta-
tionem aut poſtulationem exhibitionis ſeu depo
ſitionis rei ablatæ aut ſatiſdationis de iudicio ſi-
bi perpetuare quibus actio ſalua erit, donec fini
to officio agere poſſit. In his actionibus tempore
perituris præſidi agẽdi neceſſitatẽ imponit, alio
qui cadet ab actione ſua ſi forte nõ egerit. & vbi
agere voluerit, permittetur ei tñ̄ actum facere
per quem actio perpetuari ſolet. & hoc ſentire
videtur glo. in dicta. l. nec magiſtratibus. ff. de in
iur. ibi, & quando actio tempore periret &c. &
18 hoc modo intellectus ille verſi. probaret † diſtin
guendam eſſe ciuilem actionem ex contractu de
ſcẽdentem ab actione famoſa & criminali, vt cri
minali debeat perpetuari, altera verò non, vel ſi
vis te Accurſ. ſubſcribere & interpretari verbũ,

parciſſime, vſque ad litis cõteſtationem per quã
actio perpetuatᷣ nihil obſtabit his quæ dicta ſunt
imò iuuabit, quoniam ſi reſtitui debent vbi nul-
lo modo actum eſt, quanto magis vbi conteſta-
tio facta erit, actio quæ ante inceptum officium
nata eſt & durante officio expirauit reſtitui debe
bit. Secundò, Si actio nata antequàm prouinciã
præſes ſeu proconſul intraret perpetuatur. etiam
ſi durante officio non egerit multo magis, ſi poſt
ingreſſam prouinciã in initio officij cœpit actio
competere, et ratio, quoniam actio ab initio quo
naſci cœpit inuenit circa actionis exercitium im-
pedimẽtum propter officium, quia factum legis
non debet homini obeſſe per hunc tex. Si autem
legas inuito non ſic interpretãdum eſſe puto, vti
ſenſit Accurſ. dum dicit inuito liberto, vel alij fa
miliari ſuo non autem ſibi, quoniam nõ cõgruit
illi legi hæc expoſitio: nõ enim illa lex rationem
liberti præſidis aut comitis, ſeu rectoris prouin-
ciæ magis quàm ipſius præſidis aut rectoris ha-
buiſſe. Sed iſte eſt ſenſus illius legis ſiue præſidi,
ſiue comiti, ſiue eius liberto inuito quicq̃ accide
rit, & quare dixit inuito, declarat ille tex. dum ait
veluti ſi iniuriam vel furtũ paſſus quæ homines
inuiti recipiunt, & ſic non de conſenſu præſidis
ſed magis eo inuito nata ſit ſibi actio. et hac ratio
ne prima pars legis vt ſuprà dixi intelligi debe-
ret quando ex conſenſu, ſeu ex contractu volun-
tarie facto cũ aliquo actio ſibi quæſita eſt, vt pro
bat ille tex. in verbo, comperiẽr. & ſic intellectus
totius legis erit vt prima pars intelligatur quan-
do præſidi, aut comiti. vel liberto ſuo ratione cõ
tractus quæſita eſt actio priuſquàm prouinciam
19 ingrederentur. † Secunda Pars quæ erit in verſ.
ſi quid tamen. intelligatur quando non ex cõtra
ctu ſed ex delicto, & ſic inuito quæſita eſt actio,
vt vtroq; caſu impedimentum ſuperueniẽs poſt
natam actionem præiudicet impedito agere quã
uis à lege impedimentum proceſſit. Nam in pri-
mo caſu præiudicat niſi reſtituatur. ſecũdo caſu
nõ reſtituetur ſi durante officio perpetuata non
fuerit per litis conteſtationem. & alijs modis, de
quibus in illa lege. Item in primo caſu ſi actiões
reſtituentur non obſtabit eis quod ante ingreſ-
ſum prouinciæ potuerunt agere. Id enim in con-
ſideratione non erit, quominus actio conſtante
officio expirata reſtitui debeat, repetita die ſup-
uenientis impedimenti, id eſt, vt tantum tempus
ad agendum concedatur, quantum fuit propter
officium impeditus, vt dixi ſuprà. §. rurſus. verſi.
de præſcriptione. in authen. vt ſponſa. lar. collat.
ix. conſultius tamen erit ſecundum Accurſ. ſi dũ
officium agit litem conteſtetur, ſiue actio ciuilis,
ſiue criminalis ſit, ſed ſi velis & recte actiones cri
minales et famoſas ab actionibus ciuilibus ex cõ
tractu deſcẽdẽtibus diſtinguere, nõ erit vera Ac
cuſ. interpretatio, quia ſi actio per litis conteſta-
tionem ſit facta perpetua, poſt finitum officiũ re
ſtitutione opus non erit. & ideo lex quæ non vo
luit

luiſt actionibus famoſis ſimilem fauorem conce-
dere qualem actionibus ex contractu deſcendē-
tibus,eo quod lapſas & extinctas actiones reſu-
ſcitare non vult.l.qui res.§.aream.ff. de ſolutio.
20 introduxit aliud remedium † vt conſtāte officio
agere poſſint. & litem conteſtari. & alijs modis
in illa lege expreſſis actiones ſuas tempore peri-
turas perpetuare. & vt ſuprà dixi hoc Accur. ſen
tit in.d.l.nec magiſtratibus dū dicit limitādo.d.l.
nec magiſtratibus quæ dicit magiſtratus q merū
aut mixtū hn̄t imperiū q ſine fraude in ius vocari
nō poſſet expectādū eſſe q̄d à magiſtratu abeāt.
fallit inquit Accurſ.quādo tn̄ officio delinquūt,
& ſic poſt cœptum officium.l.iubemus.C.ad le-
gem Iuliam repetun.& quando actio tēpore pe-
riret vſque ad litis conteſtationem vel hodie ad
executionem vt ſuprà de officio præſidis.l. ſena-
tuſconſulto. &. C.de annali exceptio.l.vt perfe-
ctus. Ecce quomodo Accurſ.per dictam.l.ſena-
tuſconſulto ſentit non reſtitui illas actiones, dū
poſtquàm expirauerint niſi litis cōteſtatione aut
aliter perpetuæ factæ ſint. quamuis ſecus ſentiat
in dicta.l. ſenatuſconſulto. in verbo, cōteſtetur
quæ mouetur per principium illius.l.ſenatuſcon
ſulto,quæ non poteſt conuenire ſuæ ſentētiæ: vt
ſuprà dixi quia prima illius legis de actione lo-
quitur ex contractu deſcendente. & ſic quæ volē
ti ſuo facto quæſita eſt, non autem de ea quæ in-
uito quæſita eſt qualis eſt furti,& iniuriarū actio
de quibus verſic.ſi.illius legis loquitur. Tametſi
fere tota legiſtarum caterua.illum ſecuta ſit, &
hoc pacto illa lex vtrunque dictum admittit ſecū
dum literæ varietatem videlicet actionem fuiſſe
prius natam quā legis fuerit vel ſuperuenerit im
pedimentum. Prima enim pars illius legis, vt di-
xi, de præſide,vel proconſule.vel rectore loqui
tur qui priuſquā prouinciam ingreſſi fuiſſent cū
prouinciali contraxerant,ex quo contractu iam
actio nata erat,exercitium autem actionis iā quæ
ſitæ propter adeptum poſt officium præcluſum
21 eſt. In ſecūda parte ſi legas,initio.loquitur † quā
do poſt ingreſſam prouinciam & in initio exerci
tij magiſtratus cœpit actio iniuriarū vel furti aut
aliàs famoſa naſci.quia magiſtratui iniuria facta
eſt,aut furtum paſſus eſt & vtroq; caſu actionem
ſuſpendit donec ſitutum erit officium. Cōſultius
tamen erit ſi durante officio litem cōteſtetur aut
poſtulet rem furto ſubſtractā exhiberi. & depo-
ni aut de iudicio ſiſti ſibi caueri, per quos actus
& ſimiles ſolet actio perpetuari. l. & ſi reſtitua-
tur.§.ex quibus.ff.de iudi.& actionis dies diffun
detur tunc vſque in diem finiti officij.l.ij.§. lega
tis.&.§.ſeq.ff.de iudi.& ideo prima pars illius le
gis contra Floria.& Iaco.butriga fortiter obſta-
ret. in verbo,reſtituerētur quod ſentire videtur
tempus impedito currere, ſed reſtitutionem de-
bere illi concedi. Si legas inuito, & referendus
eſſet ille verſicu.ad princi.l.ſic legendus eſſet,vt
ante ingreſſum prouinciam facta fuiſſet præſidi,
aut proconſuli iniuria,neque iniuriarum actione
egerat nō multo poſt receptam iniuriam præſes,
aut proconſul effectus prouinciam ingreſſus eſt
vt illa actio per lapſum antui extincta nō reſtitua
tur ſi litem conteſtatus non eſt,aut aliter litē per-
petuam facere conſtāte officio neglexit,vt in hoc
differat actio famoſa ab actione ciuili ex contra-
ctu procedente dicta.l.ſed & ſi.§.ſed & it. ff. de
iudi.& hoc modo. ll.prædictæ concordari poſ-
ſent cum dicta.l.ſenatuſconſulto quamquàm di-
22 ci poſſet ex eadē.l.in vltimo reſpōſo † ſiue actio
iniuriarum aut alia famoſa actio incipiat ante vel
poſt cœptum officium ſi durante officio expirat
aut expirare poteſt agendi facultas non liceat ma
giſtratui finito tempore agēdi amplius ex ea age
re niſi actionem illam perpetuam fecerit litem
conteſtando,aut alijs modis agēdo durante offi-
cio neque aduerſus lapſum tempus poterit reſti-
tui,vt in hoc illæ famoſæ actiones ab actionibus
ex contractu deſcendentibus differant.l.fina.C.
de dolo. Per quam idem notat glo.in dicta.l. ſed
& ſi reſtituatur.§.ſed & ſi dies. in verbo, conte-
ſtetur.ff.de iudi.& hic intellectus placuit Bar.in
dicta.l.ſenatuſconſulto.vt prima pars eius intel-
ligatur de actione ex contractu per præſidem fa-
cto antequàm prouinciam ingrederetur,vt ſi du
rante officio amiſſæ ſunt actiones finito officio
reſtituuntur. & hoc pacto opus ſit reſtitutione.
Si verò criminalis ſit actio quæ præſidi cœpit cō
petere & currit præſcriptio neque competet re-
ſtitutio ſi durante officio litem non ſit conteſta-
tus quoniam actio non reſtituitur,ſi forte cōtin-
gat reum decedere,priuſquàm lis cum eo ſit con
teſtata. Sed vt dixi Accurſ.non placuit hæc inter
prætatio,in illa.l.ſenatuſcōſulto.in verbo,parciſ
ſime,vt ſuprà dictum eſt. Non enim vult illi reſti
tutionē denegari,ſed quod in capite legis dixit,
parciſſime ius dicatur.explicat vt litem conteſte
tur præſes,vel proconſul,vt patet in ſi. illius le-
gis,& vtroque caſu ſiue actio ciuilis, ſiue crimi-
nalis fuerit, vbi potuit litem conteſtari durante
officio non poſſet amplius agere,ſed actio extin
guetur. Pro quo bene poteſt induci.l.nec magi-
23 ſtratibus.ff.de iniur. † Nam ſi iniuriam fecerint
durante officio conueniri non poſſunt, ſic ergo
nec agere,& ſic aduerſus eos actio nō extingue
tur.ſed dormit,interim dum dicit expectandum
eſſe donec à magiſtratu abeat, quia lex prohibet
eum cōueniri, & multominus litem cōteſtari,nō
eī̄ eſſe pōt litis conteſtatio niſi poſt cōuentionē
l.j.cū ſua auth. C.de lit.cōteſta.Idē in.l.ij.ff.de in
ius vocan.in actionibus ciuilibus bene facit lex
pars literarum. ff. de iudi. dum ait in quo magi-
ſtratu ſunt anno illo non ingrediantur iudicium
proprium neque proſequendo, neque fugiēdo,
& in ſi.l.ibi,cum aūt exierint magiſtratū,& ipſis
aduerſus fugiētes, & fugientibus aduerſus illos

24 introducenda ſunt iudicia. † Ecce quomō neq;
agere neque conueniri poſſunt, ſi agere. aut con-
ueniri non poſſunt propter legis prohibitionem
durū eſſet actionem extingui: vt inquit iſte text.
per rationem. l. j. C. de anna. except. ibi, quis em̄
incuſare eos poterit. ſi hoc non ſecerint. quod &
ſi maluerint minime adimplere lege obuiante va
lebit. l. in rebus. C. de iur. doti. l. j. C. de bo. mat.
l. ſi. §. donec. C. de iur. deliber. & ſi legas illū tex.
vt ſit in verſic. ſi quod tamen verbum initio, attē
tari poſſet ex illo tex. vt debeat eſſe differētia, an
actio ante cœptum, an verò poſt cœptum officiū
nata ſit, ſic tamen ſi ante incœptum magiſtratum
potuit agere, ſit opus reſtitutione propter prio-
rem negligentiam, ſecus ſi poſt ingreſſum pro-
uinciæ incipiat naſci. & om̄ino prohibeatur age
re, quia durante officio extincta ſit actio, quoniā
tunc nō eſt quod ſibi imputari poſſit. & ideo nō
non ſit opus reſtitutione, dicta. l. prima. §. ſin. C.
de anna. exceptio. Conſultius tamen erit ſi litem
conteſtetur durante officio. Sed vt ſuprà dixi.
Accurſ. in ſe diuiſus eſt. Nam in dicta. l. nec magi
ſtratibus. cum interpretatione Bartol. conuenit,
ſed in dicta. l. ſenatuſconſulto. in verbo, conteſte
tur. contradicit omnino. & his rationibus illa. l.
ſenatuſconſulto, redditur plurimum dubia: tamē
mea opinione recipit intellectum Bartol. vt ve-
riorem, per ea quæ ſuprà dixi, neque dignū fuiſ
ſe. Petr. reprehenſione neque Cin. quicquid Flo
ria. in dicta. l. & attilicinus. ff. de ſeruit. ruſti. præ
dio. ſenſerit.

Et vt intelligatur non pigebit repetere quod
dixi ſuprà. Nam in. ij. parte legis non vult Iure-
conſultus reſtitutionem concedere, quoniā aliàs
fruſtra dixiſſet litem conteſtandam eſſe in furti
aut iniuriarum actione. quamquàm Accurſ. di-
cat in verbo, conteſtetur. qua non conteſtata re-
ſtitutio datur. l. prima. ff. ex quib. cauſ. maio. niſi
cum Accurſ. in verbo, parciſſimè. in capite legis
ſentias, vt in vtroque caſu illius legis velis, hæc
verba, parciſſime ius dicatur. accommodare, &
dicere finem legis ad illorum verborū interpre-
25 tationem plurimum iuuare. † Et hoc pacto ſiue
actio ciuilis ſit, ſiue criminalis cœpit magiſtratui
durante magiſtratu ſiue ante magiſtratum com-
petere, ſed propter ſuperuenientem magiſtratū
prohibitus eſt actione iam nata experiri, non ſic
prohibetur quin poſſit parciſſime durante magi
ſtratu ius ſibi dici ſaltem vſque ad litis conteſta-
tionem rerum exhibitionem & depoſitionem. in
reliquis ſuſpenſo iudicio donec abeat, ſi tamen
actiones ſic ſibi quæſitas non inſtituerit, nihilo-
minus reſtituentur. & vt dixi. l. pars literarum. ff.
de iudi. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. l. ij. ff. de
in ius vocan. & ſimiles plurimum confirmat Ac-
cur. ſententiam in dicta. l. ſenatuſconſulto ſic in-
ductæ illæ leges, vt ſuprà diximus.

Sed vt dixi, verior videtur altera interpretatio
cui ipſe idem Accurſ. conſentit in dicta. l. nec ma
giſtratibus. quam ſuprà annotaui amplius non
repeto. & ſecundum illum intellectum. ex illa le-
ge duo inferuntur ſi magiſtratus durante officio
moreretur, & tempus illarum actionū elapſum
eſſet, non poſſent ex ea hæredes agere nec con-
ueniri ſecundum. l. vnicam. C. ex delic. defunct.
26 l. in hæredem. ff. de cal. † Secundum eſt. Cui cō-
petit actio ſi poteſt in tempore perpetuare agen
do, & litem conteſtando ſi id non fecit actionē
amittit ſi permittat eā expirare. intellige ſi actio
criminalibus erat. non autem ſi ciuilis erat ex cō
tractu procedens quia licet currat tamē propter
iuris impedimentum reſtituetur actio per illum
textum.

Ex hoc reſpondetur ad. l. primam. §. fin. C. de
anna. excep. & ſimiles, vt intelligantur in actio-
nibus ciuilibus non autem in criminalibus, & fa-
moſis. Ego autem puto alteram ſententiā æquio
rem & maiori ſeu potiori ratione confirmatam,
durum enim eſſet vt prohibitus per legem agere
& conueniri facto legis actionem amittat. In pri
mis mouet me iſte text. quod vtiles actiones ad
hæredes tranſmittat. Secundò dicta. l. prima. §.
finali. C. de anna. exceptio. dicta. l. ſina. §. donec.
C. de iur. deliber. & aliæ leges, quarum ſuprà me
minimus. Tertiò, lex quæ iuſta eſſe debet quan-
dam iniquitatem introduceret contra. l. memine
27 rint. C. vnde vi. † Quid enim magis reipublicæ
noxium. aut ad debitum iudicibus honorem ex-
tirpandum facilius quàm ſinere iudices, qui prin
cipis imaginem repræſentant iuris & iuſticiæ for
mam, & figuram oſtendunt. l. prima. &. ij. C. de
offi. vicar. l. vnica. ff. de offi. præfec. prætor. l. ſi-
quis. C. ad legem Iuliam maieſta. à ſubditis laceſ
ſiri, & probris ſeu contumelijs affici. §. j. ad ſi. in
authen. de appel. & intra quæ tempora. l. illud. j.
ff. de appel. l. prætor edixit. §. ſin. ff. de iniur. l. de-
buit. ff. de his qui notan. infa. c. deus omnipotēs.
§. quādo aut crimen. ij. quæſtio. j. c. dilectus. ex-
tra, de pœnis quod proſequere vt per Moder.
Papien. in. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omniū
iudi. & quod notatur in ca. vt debitus. per illum
tex. extra, de appella. & quod iniuria iudici ſacta
quæ omnino cohibenda eſt & coercēda. l. aut fa
cta. §. perſona. ff. de pœ. impunis euadat ſatis à ra
tione alienum eſſe videtur, vnde principis maie-
ſtas minui dicitur dum magiſtratus offenditur in
l. j. ff. ad legem Iuliam maieſta. & hac ratione à le
ge conceſſum eſt magiſtratui ſuæ poteſtatis iuriſ
ditionem tueri & defendere pœnali iudicio in. l.
vnica. in princip. ff. ſi quis ius dicen. non obtem-
per. & l. ſi quis id quod, & duabus. ll. ſeq. ff. de
iuriſdict. omnium iudi. vnde Aſconius in Cice-
ronem in Verrem. ait qui poteſtatem ſuam in ad
miniſtrando non defenderit imminuti magiſtra-
28 tus veluti maieſtatis læſæ reus eſt. † Non enim
oportet proconſulem aut iudicem ſic patientem
eſſe, aut conuerſatione æquali familiaritatem ad-
mittere vt contēptibilis eſſe videatur. l. nec quic-
quàm

§. vbi decretum.ff. de offic. proconſul. l. obſer-
uandum.ff.de offi. præſi. & Gellius. noctium atti
carum. libro. ij.capitulo.ij.de Quinto Fabio ma
ximo meminit, qui filium tunc conſulem col-
laudauit quod in ſe proconſulem imperium
quod populi erat conſeruaſſet quod pater pro-
conſul filio conſuli equo vehens obuiam ve-
niſſet, deſcendere iuſſit:& Plutarchus refert Ca-
ium Bicturium vltimo ſupplicio affectum à Ro
manis quod tribunoplebis de via non diſceſſiſ-
ſet in foro ambulanti, cùm inſtituto antiquo oẽs
ei cedere moris eſſet, imo nec de iure magiſtratui
inferiori licet quod ſuperiori conceſſum eſt vſur
pare. l.ij. C. de exactor. & executor. lib. xij. nedũ
inquit hoc ſibi inuicem mutui officij licentia par
tiuntur agant cuncti quod ſingulis credebatur,
huic nõ plurimũ differt. l. prima. ad fi. C. de offi.
præfect. vrb. ita vt inferior gradus meritum ſupe
rioris agnoſcat atque ita ſuperior poteſtas ſe exe
rat, vt ſciat ex ipſo nomine quid præfecto debea
tur annonæ, cui diſſetanea nõ eſt. l. nihil. C. de pa
la. ſacr. largit. li. xij. & Liuius in. iiij. de Aemilio
Mamerco loquens dum ait, Cenſores egrè paſſi
Mamercum quod magiſtratum populi Romani
minuiſſet ob id tribu. mouerũt. Ne igit̃ tãta prin
cipi iniuria fiat, ſuiq; magiſtratus muniatur auto
ritas putarem cum Accurſ. ſentiendum in dicta
l. ſenatuſconſulto. ff. de offic. præſi. vt actio iniu-
riarum ſibi quæſita propter officium non aufera
tur, ſi per legem agere prohibetur donec abeat.
Sed ſi tempus agendi durante magiſtratu expira
uit, reſtituatur. intellige vt dixi quantum per offi
cium agere nõn licuit: quamquàm rigor illius le
gis fortè priorem intellectũ veluti literæ magis
amicum admitteret, vt dixi. Tametſi fortaſſis cõ-
ſultius præſes, aut proconſul aget, ſi cauſam per
litis conteſtationem perpetuauerit. & ſecundum
Accurſ. intellectum nouiſſimum in dicta. l. ſena-
tuſcõſulto. in verbo, inuito. allegari ſolet illa lex
29 vt † iudex de cã ſui domeſtici cognoſcere poſ-
ſit vſq; ad litis conteſtationem, rerum exhibitio-
nẽ, & ſimilia illhic expreſſa quæ iudici ſunt præ-
paratoria tantùm. l. locum. §. hoc interdictum. ff.
de tabul. exhiben. l. iij. & per totam pene legem
præſertim in verſicu. iudex. ff. ad exhiben. & illũ
tex. ad id notat glo. in. l. vnica. C. ne quis in cauſ.
ſua. iudi. præſertim hoc locum obtinet ſecũdum
Petr. Cin. & Bal. in his quæ tẽpore peritura ſũt,
ſed non puto recte probari in illa lege vt poſſit
iudex de iniuria ſibi aut ſuis familiaribus aut do-
meſticis illata cognoſcere, imo verba illius legis
cõtrarium ſonant, dum in ea dicitur, ea tenus ius
dicendum eſt, & prius dixerat parciſſime ius di-
catur, non autem quod ſibi ius dicat ſed quod ab
alio ius ſibi & ſuis libertis dicatur. Hoc idem di-
cit. l. pars literarũ. ff. de iudi. magiſtratus in quo
magiſtratu ſunt anno illo non ingrediantur pro
prium iudicium, neque perſequendo, neq; fugiẽ
do, neq; de his rebus, pro quibus tutores aut cu-
ratores fuerant iudicent, & in fi. ponderant̃ hæc
tria vocabula, introducenda ſunt iudicia, in. l. ij.
ff. de in ius vocan. dicitur in ius vocare nõ opor-
tet, neq; conſulem, neq; præfectum &c. Simile di
citur in dicta. l. nec magiſtratibus. in verbo, con-
ueniri. & ideo ſi lis conteſtanda eſſet, non coram
ſeipſo, ſed coram altero iudice agere deberet aut
conueniri, donec lis conteſtata eſſet. & dum dicit
Bald. in dicta. l. vnica. C. ne quis in cauſa ſua iu-
di. Petri & Cin. dictum lege non probari, dum
30 diſtinguunt delegatum iudicẽ ab ordinario † vt
delegatus nullo mõ iudicare poſſit in cauſa ſua,
ſed recuſari poterit. ordinarius verò adiunctum
habebit qui ſecum de cauſa recuſationis cogno-
ſcet, vt in. l. apertiſſimi. & ſua authen. C. de iudi.
de quo in. l. finali. C. de ſenten. & interlo. omniũ
iudi. in. c. ſuſpicionis. extra, de offi. delega. in. ca.
ſecundò requiris. &. c. cum ſpeciali. extra, de ap-
pella. In eo enim quod perſonam ſuam tangit ſu
ſpectus eſt, ſecundum eos quod Bal. nõ placuit,
in dicta. l. vnica, et dicat non probari lege dictũ
Petr. & Cin. & ob id diſtinctiõi Iaco. de Are. ad
hæret. quam vide per eum recitatam: ſimiliter per
Petr, & Cin. Sed ſi recte Petr. & Cin. legiſſet, vti
que Bald. in eis aliquas intellexiſſet quæ ſic iudi
cibus prohibent ne in ſua cauſa iudicent. In pri-
mis citant plures quæ in inimicitia cauſantur vt
eſt. l. liberi. C. de inof. teſt. l. ſi inimicitiæ. ff. de his
quib. vt indig. l. lex Cornelia. ff. de iniur. l. ſi pari
ter. ff. de liber. cauſ. & pleriſque iſtiuſmodi. ratio
eius eſt quoniam forte iudex execatus defenſio-
nes non audiret vt inquit. l. ſi qui orthodoxæ. C.
de hæreti. quæ ratio probatur in dicto capitu.
ſuſpicionis. extra, de offi. delega. ibi, nõ ipſe qui
forſan prouocatus obeſſet. Tertia ratio eſt, ne
quis arbitrio ſui aduerſarij committatur. l. ſi
idem. ff. de iuriſdict. omnium iudi. expreſſius no
tatur in. c. contingit primo. extra, de ſenten. ex-
communica. Cuius meminit Bartol. in. l. prima.
§. vſque adeo. ff. de iniurijs. & recte facit Cle.
paſtoralis. §. nunquid. de ſenten. & re iudi. Sed
expreſſius ponderat dictam. l. vnicam. C. ne qs
in cauſa ſua iudi. §. ſi verò egerint. in authen.
de deſenſo. ciuita. collatio. iij. vbi lex vult ſupe
riori referendum eſſe, vbi inferiori iudici iniu-
rioſum quid factum erit. Idem probatur in ca.
dilectus. extra, de pœn. quod vt ſuprà dixi Mo
der Papiẽ. dilatant in. l. quæ iuriſdictioni preeſt,
ff. de iuriſdictione omnium iudi. quam. l. Cin.
non prætermiſit. Addit & recte. ca. inter quære-
las. xxiij. diſtinct. ſed corruptus eſt liber. Nam il
le canon, & cap. de occidendis. poſiti ſunt. xxiij.
quæſt. iiij. & ad id inducit etiam dictam. l. ſena-
tuſconſulto. ff. de offi. præſid. l. ſi adulterium. §.
finali. &. l. capite quinto. ff. ad legem Iuliam de
adulter. Plura alia Cin. addit poſt Petr. quæ quiſ
31 que diligens lector videre poteſt. † lex enim
odio eos habuit, inquit Petr. qui ſibi ius dicere
quærunt. l. extat. ff. quod met. cauſ. l. pe. ff. ad. l.

Iuliam de vi priua. &.l.fina.C. de epiſco. audiẽ.
Adde quod notatur in dicta. l. illud prima. ff.
de appella. Idem de domeſticis dicendum eſt
ſecundum Ioan. Fabr. in.l. præſenti. §. finali.
C. de his qui ad eccleſ. confug. per illum tex.
dixi in.l.prima.in princi.ſuprà eodem. in verbo
domeſticis.hic non repeto. Barto.vero in dicta
l.ſenatuſconſulto, ſtudet vtranque opinionem
concordare quantum eſt de familiaribus iudi-
cis per.l.ſi quis ſorte. §. ſi quis. ff. de pœn.
Aut delictum factum eſt per familiam circa offi
cium,& cognoſcet,ſi vero delinquat circa aliud
non cognoſcet, ſed videtur hoc non poſſe pro-
conſulem facere, cum de ſua familia reſponde-
re teneatur. l. obſeruare. ff. de offi. proconſul.
Poteſt addi.§. his qui cauſas.in princip.& verſ.
neceſſitatem. in authen. de iudi. collatio.vj. per
quam poſſe aliter diſtingui. aut enim familia à iu
dice electa eſt, & non videtur poſſe cognoſcere,
quoniam in cauſa ſua iudicaret. Si vero ab alio
& poterit,pariter & punire.l. ne diu.C.de pœn.
& dicta.l.ſi quis ſorte. §.ſi quis.ff.de pœ.l.nul-
li.C. quorum appel. non recipiun. quia in dicta
l. obſeruare. in princip. proconſuli prohibetur
ſtratores ſibi eligere & vice eorum milites mini
ſterio in prouincijs funguntur.& id,vt dixi,pro
bari videtur in dicto.§.his qui cauſas.verſic.ne-
ceſſitatem.in authen.de iudi.colla.vj.ibi,neceſ-
ſitatem habentibus & competẽtibus iudicibus,
ſi eis interpellatio fiat præparare modis omni-
bus eos qui ex officijs ſuis aut ſcholis aut ſcri-
nijs eligunt miniſtrantes huic læſis damnum cu
rare.l.prima.C.ad.l.Iuliam repetund.&,vt Vo-
piſcus in Probo ait, patribus, vt ex magnorum
iudicum appellationibus cognoſcerent,procõ-
ſules crearent, legatos conſulibus darent, ius
prætorum præſidibus darent, ſenatuſconſulto
permiſſum eſt. Vlpia. autem aliter ſentire vide-
tur in dicta.l.obſeruare. §. ſinali.ff. de offi. pro-
conſul.ibi,mãdare iuriſdictionem legato ſuo de
bet, neq; ante hoc facere quàm fuerit prouinciã
32 ingreſſus, ſed id faciliter euitatur. † Non enim
probibet legatum à proconſule iuriſdictionem
accipere,ſed ex hoc non probari legatum à pro-
cõſule eligi:ſed electo ſeu dato ſibi legato à prin
cipe, aut populo nullã competere iuriſdictionẽ
niſi quam proconſul,aut præſes dabit. hac ratio
ne cum legati perſona à proconſule non eligatur
de ea non reſpondet,ſi forte in officio delinquãt
qui aliàs pro eis reſponſales eſſent ſi eos eli-
gerãt quemadmodum & pedanei iudices eligũt
in dicto.§.his qui cauſas.&.§. iudices itaque. &
§.vetus autẽ ſchema.in auth.de iudi.colla.vj.de
his in.l.prima.&.ij.C.de pericul. nomina. libro
xj.Sed dices obſtare dictam.l.ſi quis ſorte.§.ſin.
ibi,verum ſeruos quoque ſuos pœna affecerũt.
Adde tu contra Bartol.illum tex.probare,in his
verbis,non tantum officialium ſuorum nec ſub
ſe agentium, ſimiliter & dicta.l.ſenatuſcõſulto.
in principio.ibi, libertini eorum, quorum non
vult ille tex.præſidem idoneum eſſe iudicẽ etiã
eorum quæ in officio minime fecerunt. Nanque
priuſquàm prouinciam ingreſſi fuerant, contra-
xerant,& in vltima legis parte præſes prouinciã
ingreſſus erat.vñ ſi de comite præſidis aut lega-
to aut libertino legatur,iam magiſtratum gere-
bat cum actio naſci cœpit.vnde puto prohibi-
tum non eſſe domino & magiſtratui domeſticũ
coercere,& punire,ſi velit:non autẽ pro eo iudi
cem ſe conſtituere,ſed teneri eum iudici compe-
tenti remittere propter domeſticitatem. & idem
notat Bartol.in dicta.l.ſenatuſconſulto. in ſi. &
bñ facit dicta.l. qui iuriſdictioni.ff.de iuriſdi. o-
nium iudi. Sed hæc dicta intelligantur de iudici-
bus quorum finitum aut ſuſpenſum eſt officium
propter recuſationem aut aliam ſimilẽ cauſam,
noſtra aũt diſputatio eſt,de eo qui propter legis
prohibitionem agere neque conueniri poteſt,vt
actio interim expirata reſuſcitari poſſit bñficio
reſtitutionis in integrũ vel ſecũdũ dictã.l.primã.
§.ſi.C.de anna.except.&.l.ſi.§.donec.C.de iure
deliberã.vt non ſit opus reſtitutione,ſed interim
actio dormiat,& quieſcat. Quibus Iaco.butrig.
in dicta.l.j.§.ſina.C.de anna.except.& Flori.de
ſancto Petro.in dicta.l.& Attilicinus.ff.de ſerui
tu.ruſtico.prædio.aduerſus Cin.Petr.Guliel.de
cu.& Bar.mouebantur.de his parumper viden-
dum eſt.

In primis Barto.in dicta.l.ſenatuſconſulto.ff,
de offi.præſi.reſpõdet,& dicit in dicto.§.donec.
impedimentum ſuperueniſſe ante competentem
actionem contra hæredem deliberãtem vel inuẽ
tarium facientem. & ſolutio Bar.ad illum tex.ſic
33 declarari poteſt. † Prius enim quã aduerſus hæ-
redem per creditores hæreditarios agi poſſit, de
bet tempus à lege conceſſum ad conficiendum
inuentarium eſſe lapſum. probat text.in dicto.§.
donec.in verbo,inquietare,vel ad iudicium vo-
care,vel res hæreditarias,quaſi hypothecarias vẽ
dicare quæ recte Cin.illbic cõſiderauit. Mirum
igitur non eſt, ſi creditoribus hæreditarijs circa
præſcriptionẽ nullum generetur præiudiciũ. &
ſi dixeris huic ſolutioni obſtare præſcriptionem
viuo defuncto cœpiſſe.& ſic prius actio quæſita
erat creditoribus. Nam hæres & hæreditas de-
functi perſonam repræſentant.l.hæres. & hære-
ditas.ff.de vſucapio.& dicit tex.in.l.ſi tertius.§.
finali.ff.de aqua pluuia.arcen.quod auth. is qui
cui hæres ſuum fecit perinde extat quaſi ego ipſe
feciſſem ſolet etiam allegari,vbi actio originem
habuit à defuncto,vel contra defunctum dum vi
ueret perſona hæredis nõ attendit̃.l. apud Iulia-
num.ff. quibus ex cauſ.in poſ.ea. Actiones au-
tem in dicto.§.donec. creditoribus cœperant cõ
petere aduerſus defunctum, vnde facto hæredis
ſuperuenit impedimẽtum,quia deliberare poſtu
lat,an adire vel repudiare velit hæreditatem, &
per legis beneficium ſimiliter tempus quod hæ-
redi à

redi à lege conceditur ad faciendum inuẽtariũ,
vt certus eſſe poſſit de viribus hæreditarijs. l. fi.
§.j. C. de iure deliber. Ne contingat eum ex alie-
no facto obligari. l. finali. C. ſi penden. appel.
mors interue. Ex qua. l. ſumo aliũ caſum in quo
præſcriptio dormit, ſicut in. §. donec. ſi dicere de
34 bemus præſcriptionem dormire. † Nam hæredi
vltra biennium quod appellanti conceditur ad
proſequendam appellationem conceduntᷣ qua-
tuor menſes vt hæres deliberet an hæres eſſe ve
lit, interim quatuor menſes quieſcunt. & ſi ille
hæres decedat præſcriptio dormit, imo nullo
modo currit, quoniam vltra tempus ad deliberã
dum à lege datum conceduntur ei quatuor men
ſes per illum tex. Adde etiam quod notatur in. l.
cum antiquioribus. C. de iure deliberan. in quo
ſolutio Barto. vera eſſe non videtur. Nam licet
impedimentum creditori cœpiſſe videatur priuſ
quàm aduerſus hæredem actio exerceri poſſit,
quoniã hæreditarijs creditoribus nulla actio in
hæredẽ competit, donec adierit, & interim dum
deliberat, & inuentarium facit, ſi deliberare &
inuentarium facere poſtulauerit, nulla actio à
creditoribus intentari poteſt, licet aduerſus de-
functum creditoribus actio nata & acquiſita
fuiſſet, & ſic impedimentum non præuenit actio
nem quæ poſſet in hæredem competere ſi adijſ-
ſet & multo minus præuenit præſcriptionẽ iam
inchoatam per defunctum quæ in hæreditate ia-
cente poteſt repræſentari. & tamen ille tex. dicit
circa temporalem præſcriptionem nullum credi
toribus hæreditarijs præiudicium generari, & ſic
præſcriptionem ſuſpẽdit eo quod actio ſeu exer
citium actionis quod creditoribus competebat
ſuſpenſum eſt donec hæres inuentarium fecerit.
& hac ratione dixit Paulus de Caſt. præſcriptio-
nem dormire. Nam verum eſt exercitium actio-
nis tantum differri, non autem dicit ille tex. actio
nem non competere, quia clarum eſt creditori-
bus actionem competere, ſed exercitium eius dif
ferri. & quod ſic ſit pondero illum tex. in verbo,
inquietare & alia quæ ſuprà annotauimus. Nam
ille tex. tollit tantum licentiam inquietandi, aut
in ius vocandi hæredem, vel res hæreditarias vẽ
dicandi, quaſi ex hypotheca, donec inuentarium
conſcribatur. Ecce quomodo non dicit actionẽ
non competere, ſi abſtineat hæres remanet in hæ
reditatem actio, ſi non abſtineat ſed adeat cũ bñ
ficio inuentarij adhuc in hæredem exercebitur
quantum erunt facultates hæreditariæ. &, vt ſu-
prà dixi, imperator in dicto. §. donec. in fi. non at
tingit cauſam actionis ſed præſcriptionis tãtum,
dum ait, nullo. ſ. ex hoc interuallo creditoribus
hæreditarijs circa temporalem præſcriptionem
præiudicio generando. vnde vt refert Cin. in di-
cto. §. donec. poſt eum Ioan. Fab. & alij plerique
35 dicunt † hæredem dum inuentarium facit non vt
hæredem poſſe conueniri, ſed vt quemlibet aliũ
poſſeſſorem. l. de eo. §. ſi. ff. ad exhiben. & Ang.
illhic addit. l. neſennius. §. fundũ. ff. de re iudica.
quia licet effectualiter hæres non ſit numine ta-
men hæres erit. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg.
ſubſtit. §. reſtituta. inſtit. de fideicommiſ. hæred.
vnde aduerſus ſolutionem Bart. plurimum ob-
ſtat. l. ſi ſeruus. ff. de diuer. & temp. præſcrip. vbi
lex non vult impedimentum exercẽdæ actionis
conſiderari, ſi forte aduerſus eum qui obligatus
eſt actio exerceri non poteſt, per eum qui rem in
obligationẽ deduxit inquit ille tex. intueri enim
debemus an experiendi poteſtas fuerit aduerſus
eum qui obligatus eſt non an is agere poterit
qui rem in obligationẽ deduxerit. Idem in. l. pri
ma eodem titulo. ff. de diuerſ. & tempo. præſcri.
& ſic licet hæres vt hæres illa actione conueniri
non poſſit, aut propter eam aliter inquietari nõ
videbatur tamen prohibita actio, quin aduer-
ſus hæreditatem iacẽtem agi poſſet, curatore bo
nis dato. l. prima. & ſecunda. ff. de cura. bo. dan.
vnde videbatur præſcriptionem potuiſſe interrũ
pi aut facere eam ceſſare quare tempus præſcri-
tionis currere debet ſi creditores litem conteſta-
ti nõ ſunt, vt in. l. ſed et ſi reſtituatur. §. ſed ſi dies.
ff. de iudic. licet fortè poſtea creditores reſtitui
poſſent. l. ſed & ſi per prætorem. §. fin. ff. ex qui-
bus cauſ. maior. Cui aduerſari videtur. l. ſi ſeruus
hæreditarius. ff. de ſtipul. ſeruo. quam gloſſ. il-
lhic ſignauit pro contraria, & ratione cuius varie
tatis longa eſt inter ſcribentes diſputatio. Gloſſ.
enim in dicta. l. prima. in verbo, niſi actor. ff. de
diuerſ. & tempo. præſcrip. tres aſſignat ſolutio-
nes: nouiſſimam Bar. poſt Din. Petr. & Cin. ap-
probat, quamuis Bald. poſt Andr. de Piſis eam
improbauerit, in. l. quoties. in. j. q. C. de preci. im
pera. offerẽ. Prima Accurſ. ſolutio fuit vt currat
p̃ſcriptio, licet aduerſus eã reſtitutio cõcedatᷣ. Se
cũda qđ in. d. l. j. ff. de diuer. & tẽp. p̃ſcrip. de vti
libus diebus tracteᷣ, nõ aũt in. d. l. ſi ſeruus eo. ti.
Tertia eſt, cui Accur. adhæret in. d. l. j. & l. ſi ſer-
uus. ff. de diuerſ. & tpa. p̃ſcrip. & in. d. l. ſi ſeruus
hæreditarius. ff. de ſtipula. ſeruu. qđ in. d. l. ſi ſer-
uus. ff. de diuer. & tẽpo. p̃ſcrip. ſeruus ſtipulatus
erat iudicio ſiſti in actione in qua agere poterat,
videlicet in cauſa momẽtaneæ poſſeſſiõis, vel in
turbata poſſeſſiõe. Sed Bar. in. d. l. quoties. dicit
illã ſolutionẽ diuinare, quũ in illa. l. ſi ſeruus. nul
lũ verbum fiat de qualitate actionis imo contra
illũ tex. eſt. Ego puto Bald. verũ dicere vt illa ſo
lutio nõ tm̃ diuinet, imò expreſſe contradicit illi
textui, vt nũc diceᷣ: q̃uis idẽ Bar. in dicta. l. ſi ſer
uus. ff. de diuerſ. & tẽpo. præſcrip. dicat illã. l. ſic
36 intelligere, † vt ſeruus hæreditarius q̃ de iudicio
ſiſti cautionẽ accepit, actione ex ſtipulatu agere
non poſſit. d. l. j. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip.
ſed prima actione agere poterit. d. l. ſi ſeruus. eo.
tit. & prius ſentit glo. in. d. l. ſi ſeruus. ff. eo de di-
uerſ. & tempo. præſcript. glo. & Bar. cõtradicũt
om̃ino illi legi in ratione ſui, ibi. alioquin erit ini
quiſſimũ ex cõditione actorũ obligatiões reorũ

extendi &c. Prætcrea non comperio Petr. &
Cin. cum gloſſ. illa conuenire, imo neque vl-
lum verbum de ea facere. & vt dixi ſuprà, gloſ.
in dicta. l. prima. in verbo, niſi actor, dicit non
ſibi placere quod illa lex intelligatur de ſtipu-
latione: & non de iudicio principali. & quam-
uis Bald. in dicta. l. quoties. poſt Andr. de
piſis vt ſuprà dixi aliam ſolutionem aſſignaue-
rit & dicat aut ſeruus ſibi, aut hæreditati ſti-
pulatur & currit præſcriptio, aut hæredi futu-
ro, & non currit quia interim non naſcitur actio
antequàm adeatur hæreditas & id pro veritate
ſequendum conſtanter Bald. affirmat rationem
tradens quoniam in primo caſu impedimentum
eſt accidentis: in ſecundo caſu impedimentũ eſt
37 obligationis, vel clarius inquit † in primo caſu
in perſona miniſtri eſt impedimentum, non au
tem in perſona domini cui principaliter ius ac-
quiritur. Nam ſtatim hæreditas agere poteſt
per procuratorem ſeu curatorem hæreditati dã-
dum. At in ſecundo caſu impedimentum eſt cir
ca eum ad quem principaliter negotium ſpectat
quod curator hæreditatis non poteſt agere ad
debitum hæreditatis. Aduerte quamuis hanc ſo
tionem Accurſ. aperiat in dicta. l. ſi ſeruus hæ-
reditarius. ff. de ſtipula. ſeruo. & Angel. il-
lhic eam amplectitur non poteſt eſſe vera. Nam
ſi ſeruus hæreditarius futuro hæredi ſtipulare-
tur inutiliter ſtipularetur. l. ſeruus hæreditarius.
ff. de ſtipula. ſeruo. l. finali. §. finali. ff. de vſu-
cap. & ratio ſecundum illum text. eſt, quia ſti-
pulationis tempore hæres dominus eius nõ fuit
l. per hæreditarium. ff. de acquiren. rer. do. l. j.
§. veteres. ff. de acquiren. poſ. l. hæres per ſeruũ.
ff. de acquiren. hæredi. Quare neutram illarum
ſolutionum puto veram eſſe. & ſi recte illæ le-
ges conſiderentur, mea opinione ſaluari pote-
runt, quamquàm ex earum lectura pugnare in-
ter ſe plurimum videãtur. In primis. l. ſi ſeruus
hæreditarius. ff. de diuerſi. & tempo. præſcrip.
38 ait, † ſi ſeruus hæreditarius, aut eius qui ab ho-
ſtibus captus eſt ſatis acceperit continuo dies
ſatiſdationis cedere incipiet. & ratio, inquit il-
le tex. eſt: intueri enim debemus, an experiun-
di poteſtas fuerit aduerſus eũ qui obligatus eſt,
non an is agere poterit qui rem in obligatio-
nem deduxerit. & ſic perſona tantum quæ con-
niri poteſt ſpectatur an conueniri poſſit non au
tem an is qui ſtipulatus eſt agere poteſt in. l. pri
ma. eiuſdem titu. Aliter interpretari videtur Vl-
pianus hæc verba experiundi poteſtatem habe-
re, vult enim facultatem eſſe debere agendi, ne-
que ſufficere reum ſecum poteſtatem facere ex-
periundi. Secundò, inquit Vlpianus, is dicitur
non habere experiundi poteſtatem qui neque
per ſe experiri poteſt neque mandare veluti eſt
is qui ab hoſtibus captus eſt, vel qui cauſa rei-
pu. abeſt vel qui in vinculis aut aliqua tempe-
ſtate in certo loco vel regione detinetur, & in
primo reſponſo prius dixerat neq; ſufficiet reo
experiundi ſecum facere poteſtatem vel habere
eum qui ſe idonee defendat, niſi actor quoque
nulla idonea cauſa impediatur experiri imo plus
idem Vlpi. in. l. ſed & ſi per prætorem. §. fin. ff.
ex quibus cauſ. maior. dicit eos dignos reſtitu-
tione etiam ſi procuratorem habere, aut non ha
bere potuerint. & quæſo illum tex. ſigna, quo-
niam ſingularis mihi videtur cum Idem Vlpia.
39 in dicta. l. prima. verſicu. planè dicat eũ † qui ad-
uerſa valetudine detinetur, qui mandare poteſt,
id eſt per procurationem conſtituere, qui ſuo no
mine agat non excuſari, imo dies vtiles præſcri-
ptionis aduerſus eum currere. Venuleius autem
Iureconſultus in dicta. l. ſi ſeruus hæreditarius.
ff. de ſtipula. ſeruo. in ſeruo hæreditario ſtipu-
lante ab Vlpiano differre videtur, Non enim
diem ſtipulationis à ſeruo factæ aduerſus hære-
ditatem aut hæredem inſtitutum à die ſtipula-
tionis, ſed à die aditæ hæreditatis cedere per-
mittit. Idem in ſeruo captiui ſtipulante ait, vt
non cedat dies niſi ex quo dominus poſtlimi-
nio reuerſus eſt. & ille tex. inquit ex quo cum
eis promiſſoribus agi à domino poterit, in quo
illa. l. ſi ſeruus cum. §. donec. in. l. finali. C. de iu-
re deliberan. conuenire videtur: Venuleius au-
tem & Caſſius Iureconſulti cum Vvlpiano ſen
tiunt in dicta. l. prima. ff. de diuerſ. & tempo.
præſcript. vt non cedant dies vtiles præſcriptio-
nis niſi cum facultas actori eſt agendi, & in. l. ſi
ſeruus hæreditarius. ff. de ſtipul. ſeruo. nondũ cõ
petere agendi poteſtatem dicit donec dominus
ab hoſtibus reuerſus ſit, aut hæreditas adita fue
rit, differunt autem à Labeone in dicta. l. ſi ſer-
uus hæreditarius. ff. de diuerſ. & tempo. præ-
ſcript. cum in ea Labeo dicat continuò à die
ſtipulationis diem cedere, neque conſiderandũ
eſſe, an is qui ſtipulatus eſt agere poſſit, ſed an
reus conueniri poteſt. Et vlterius ratio illius
legis plurimum alijs duabus legibus obſtat. di
40 cit enim † iniquiſſimũ eſſe ex conditione actorũ
obligationes reorum extendi per quos nihil
actum eſt, quo minus cum his agi poſſit. &
re vera leges illæ in caſibus ſuis plurimum in-
ter ſe pugnant. Nam exempla illarum legum
eadem ſunt videlicet de ſeruo capti ab hoſti-
bus aut hæreditario ſeruo ſtipulantibus. Ego
verò puto ex dicta. l. ſi ſeruus hæreditarius.
ff. de diuerſ. & tempora. præſcript. illarum le-
gum conuenientiam ſic colligi poſſe, quod in
illa. l. ſi ſeruus. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip.
dies certus & determinatus adiectus fuerat ſti-
pulationi intra quẽ voluit expromiſſor poſſe cõ
ueniri, neque in vlteriorem diem obligationem
ſuam protendi ſeu extendi poſſe, verba illius le-
gis ſunt, ex quibus hanc ſolutionẽ elicio. aliogn
inquit, erit iniquiſſimum ex cõditione actorum
obliga

obligationes reorum extendi.per quos nihil fa-
ctum erit quo minus cum his agi poſſit. & hac ra
tione ductus eſt Labeo dicere cõtinuo diem ſa-
tiſdationis cedere incipere,vt non vlterius obli-
getur contrahens quàm ſua promiſſione obliga
ri voluit,nec inutilis erit ſerui ſtipulatio hoc mo
do concepta,dummodo ex re domini ſeu pecu-
liari competit.l.iuſto.§.nõdum.&.§.fina.&.l.fi.
§.fi.ff.de vſuca.argumẽto etiã eſt.§.ſed cùm fa-
ctum.&,§.ſeq.in verbo,nominatim.inſti.de ſti-
pul.ſeruo.quando nominatim ſic cautum eſt.ar-
gumento eſt.l.niſi hoc actum ſit.ff.de pactis.&
quod notatur in.l.ſeruo inuito.in princip.ff.ad
Trebel.& in.l.cùm proponas.C.de hæredi.
inſtitu.maxime cùm hæreditati ſtipulatus eſt,cui
acquirere poteſt iacente & non adita hæredita-
te.l.hæreditas.ff.de acquirendo rer.do.vnde ſi
ſtipulatus eſt hæreditati,cùm adhuc hæres non
adierit,in ſuſpenſo hæreditas eſt donec delibe-
ret hæres,dicta.l.fina.§.donec.C.de iur.deli-
41 ber.† & ſicut in ſuſpenſo eſt hæreditas,ſimi-
liter & quicquid hæreditati acquiritur.verum
eſt niſi ſpecificè & nominatim contrahens obli-
gationem ſuam arctauerit & limitauerit,quam
non licet eo inuito extendere etiam ſi is qui
conuenit & obligationem quæſiuit agendi in-
capax fuerit per illum text.& hac ratione di-
ci non poſſe ſolutionem.gloſſ.communiter à
Bartol.& cæteris approbatam veram eſſe dum
dicunt illam.l.ſi ſeruus hæreditarius,intelligi
debere de actione in qua conueniri & conue-
nire poteſt ſeruus vt pote in turbata aut mo-
mentanea poſſeſſione quoniam hæc conſidera-
tio omnino illi legi aduerſatur vt ſuprà dictum
eſt,dum ille tex.ait intueri enim debemus an
experiundi poteſtas fuerit aduerſus eum qui
obligatus eſt,an non is agere poterit qui rem in
obligationẽ deduxerit.Ecce quomodo Labeo
innuit ſeruum capti ab hoſtibus,aut ſeruum hæ
reditarium non potuiſſe actione neque ex ſtipu
latu neque alia actione per eos quæſita age-
re.Non enim dubium eſſet,quin ſeruus agere
potuiſſet,ſi cauſa originem à domino,aut hæ-
reditate,aut à peculio ſerui habuiſſet,dicta.l.
iuſto.&.§.finali.&.l.finali.§.finali.ff.de vſucap.
42 Sed non admittit hoc ille tex.† ſeruus enim in
illo tex.nullo modo agere poterat.& tamen di
cit ob id præſcriptionem non differri,neq; ob
hoc voluit Labeo diem poſſe cedere,quamuis
ſeruus qui ſatis acceperat agere non potuiſſet.
Non ergo verum eſſe põt ſicut Accurſ.& Bar.
volunt,illum text.ſic debere legi vt intelliga-
tur quod actio talis erat qua ſeruus agere po-
terat quoniam ille tex.expreſſe contrariũ ſen-
tit,nam de actione tantum loquitur qua non
potuit ſeruus agere,& tamen Labeo voluit
diem ſatiſdationis continuò cedere à die ipſo ſa
tiſdationis,neque aliter euitari rectè poſſe exi-
ſtimo illarum legum contrarietatem quam ſu-
prà dixi,& ſecundum rationem legis ſi ſeruus
hæreditarius.ff.de diuerſ.& tempo.præſcript.
§.donec.in.l.ſina.C.de iur.deliber.induceret
quandam iniquitatem quoniam ſi aduerſus hæ-
redem & ipſam hæreditatem iacentem conti-
nuo dies præſcriptionis cedat,eadem ratiõe pro
hærede & hæreditate iacente dicendum eſſet,
quoniam ſecundum Labeonem in illa lege ini-
quiſſimum eſſet ex conditione actorum obli-
gationes reorum extendi per quos nihil actum
eſt,quominus agi poſſet curatore hæreditati da-
to,dicta.l.j.&.ij.ff.de cura.bo.dan.& per hoc re
ſponderetur tacito argumento quod fieri poſſet
ex illo.§.donec.quod in illo.§.per hæredem fa-
ctum eſt,quominus agatur cùm tempus ad deli-
berandum poſtulauerit infrà quod omnis actio
creditoribus excluſa aut ſuſpenſa eſt verum eſt
aduerſus hæredem ſed non aduerſus hæreditatẽ,
vt dixi.& tamen illa.l.ſi ſeruus hæreditarius.ff.
de ſtipula.ſeruo.cõuenit cum ratione imperato-
43 ris in dicto.§.donec.† vt non cedat dies niſi ab
eo tempore quo actor agere,& cõueniri poteſt.
& vtrunque exemplum poſitum in illa lege.pri-
mum in hærede deliberante.ſecũdum in ſeruo ca
pti ab hoſtibus non admittit cedere diem priuſq;
adita ſit hæreditas,aut dominus ab hoſtibus re-
uerſus ſit:quæ exempla ſimiliter poſita ſunt in di
cta.l.ſi ſeruus hæreditarius.ff.de diuerſ.& tem-
po.præſcrip.Quare aliter illarum legum contra
rietatem euitari poſſe non exiſtimo.quibus con-
uenit dicta.l.iuſto.§.nondum.&.§.fina.&.l.fin.
§.fina.ff.de vſucap.dixi ſuprà amplius non repe
to.Sed vt redeamus vnde digreſſi ſumus.ad di-
ctum.§.donec.in dicta.l.fina.C.de iure deliber.
actio nata iam erat,ſed exercitium eius dilatũ eſt
donec deliberat hæres & inuentariũ facit,id eſt,
vſque in tempus quo agi poteſt,vt dicit dicta.l.
ſi ſeruus hæreditarius.ff.de ſtipu.ſeruo.Interim
lapſus temporis actionis creditoribus præiudi-
cium non affert.& ſi punctualiter verba illius.§.
donec.accipienda eſſent,ille tex.expreſſe non di
cit,non currere præſcriptionem,ſed nullum præ
iudicium generare,vtique præiudicium non ge-
nerabitur ſi aduerſus præſcriptionem reſtitutio
44 conceditur:† niſi forte dicas melius eſſe præſcri
ptioni occurrere quàm poſt vulneratam cauſam
remedium quærere,vt dicitur in.l.finali.C.ex
quibus cauſ.in integ.reſti.non eſt neceſ.quod
facile concedendum eſſet ſi expreſſe lex hoc di-
ceret,tamen ſecundum gloſſam in lege.ſed &
ſi reſtituatur.§.ſed & ſi dies,in verbo.co-
gnita.ff.de iudic.quam Lancelo.illhic ſingu
lariter notat.aliter ſentiendum eſſet.Sed ſi com-
muni opinioni adhæreas,cui faciliter conſen-
tio,propter legis impedimentum argumento hu
ius tex.noſtri &.l.j.§.fina.C.de anna.except.&
aliarum quarũ ſuprà meminimus rectè dico præ
ſcriptionẽ non occurrere,ſed actio iam nata erat
priuſquã præſcriptio cœpta eſſet,nec me mouet

quod Bart. dicit non fuiſſe natam aduerſus hære
dem donec adierit, hoc, vt dixi, falſum eſt, ſed ve
rũ eſt agi non poſſe donec adita ſit hæreditas, vt
dicit illa. l. ſi ſeruus hæreditarius. ff. de ſtipul. ſer
uo. & ſic vis eſt ſolùm circa exercitium actionis.
& vt ſuprà dixi verbũ, inquietare, & reliqua po-
ſita in dicto. §. donec. demõſtrãt aliud eſſe, actio-
nem non habere, & aliud actionis exercitium.
Nam filio actio acquiri poteſt, ſed exercitium ei
non competit. l. prima. C. de bo. mat. l. ſi lõgius.
§. j. ff. de iudi. l. in rebus. C. de iur. dot. Sed in di-
cto. §. donec competebat creditoribus actio: ſed
non actionis exercitium. & ita etiam notat idem
Bald. in. l. prima. in. xxj. oppoſitione. C. qui ad-
mit. ad bo. poſ. poſ. & addit. l. ij. §. pen. ff. de iudi.
& licet per Iaco. butrig. inducantur. l. contra ma
iores. C. de inoffi. teſtamen. non poteſt illa lex in
conſideratione eſſe, quoniam ab initio nullum
eſt iuris impedimentum quo minus agere liceat
aut querela inofficioſi teſtamenti aut de nullita-
te teſtamenti, licet nõ cumulatiuè, electiue tamẽ.
de quo dic vt in. l. quod in hæredem. §. eligere. ff.
de tribu. actio. in. l. ſed & ſi pupillus. §. itẽ ſi plu-
res. ff. de inſti. actio. in. l. ſcire autem. §. ſcire. ff. de
excuſa. tutor. per Cin. & omnes in dicta. l. cõtra
maiores. Ioan. Fab. & reliquos in. §. qui autem.
45 inſti. de excuſa. tutor. † Si aũt cumulatiuè vtraq;
actione agi poteſt & non agitur, cedit dies actio-
nis, dicta. l. ſcire. §. ſcire. ff. de excuſa. tutor. Cui
adde meliorem tex. in. l. ſi maritus. in princi. & l.
miles. §. quidam. ff. ad legem Iuliam de adulter.
Per Ioan. Fab. & Cin. in dicta. l. contra maiores.
licet Bald. aliter diſtingat in dicta. l. quoties. col.
ij. C. de precib. impera. offeren. de cuius diſtin-
ctione paulò pòſt diſſeremus. Item in alio nõ vi-
dentur Iaco. butri. & Floria. recte diſtinxiſſe, an
impedimentum ex parte præſcribentis, an verò
eius in quem præſcribitur procedat quoniam ex
parte eius cõtra quem præſcribitur faciliter poſ-
ſet præſcriptio interrũpi. l. vt perfectus. C. de an-
na excep. l. ſi præſens. C. de epiſco. audien. l. hæc
autem. et. l. fulcinius. ff. ex quibus cau. in poſ. ea.
Neque obſtabunt. l. is qui reipu. l. ſed & ſi p præ
torem. §. quoties. ff. ex quib. cauſ. maio. quia cur
rit præſcriptio licet reſtituãtur. et in. §. rurſus, In-
ſtitu. de actiõ.

Quare dico nihil eſſe quod obſtet diſtinctio-
ni Petri & Cini, ſi iuris eſt impedimẽtum & non
currit præſcriptio, vt hic, & dicta. l. prima. §. fina.
C. de anna. except. per rationẽ illius legis & alias
ſuprà recitatas. Si facti eſt impedimentum abſq;
tamen hominis facto & currit præſcriptio, ſed re-
ſtitutio conceditur. vt in. l. prima. §. ſi quis pro-
pter inundationem. ff. de itinere actuq; priua.
l. & Attilicinus. ff. de ſerui. ruſti. prædio. in cauſa
ſimili ſunt hi qui reip. cauſa abſunt, & alij de qui-
bus ſuprà dictum eſt per. l. ſed & ſi per prætorẽ.
§. fina. ff. ex quib. cauſ. maior. Nec obſtabit. §. do
nec. in. l. finali. C. de iure delib er. quoniam impe
dimentum magis legis autoritate quàm facto ho
minis proceſſit: quoniam lex eſt quæ homini fa-
46 cultatem conceſſit, † cùm de iure antiquo nõ li-
ceret abſtinere, & vbi abſtinebat hæres, nomine
tamẽ hæres erat, & ob id cogebatur hæres adire,
& aditam hæreditatẽ reſtituere, vt creditoribus
aut fideicommiſſarijs aſſignaretur. l. cogi. ff. ad
Trebel. l. ſed & ſi reſtituatur. in princi. ff. de iudi.
& ita huic opinioni conſentit Alexan. in dicto. §.
donec. quando autem ex capite ignorantiæ ad-
uerſus præſcriptionem reſtitutio conceditur, in
§. ſeq. dicetur neque dici poteſt vt ſuprà declara-
tum eſt impedimentum proceſſiſſe actionem in
dicta. l. finali. §. donec. C. de iur. deliberan. Sed
exercitium actionis impeditum fuiſſe tantum &
hac ratione ſecundum Bal. in dicta. l. prima. xxj.
oppoſitione. C. qui admit. ad bo. poſ. poſ. Non
currit præſcriptio per illum tex. & l. ij. §. penul.
verſic. in omnibus. ff. de iudi. ſed hæc in actione
intelligas cuius inſtantia reſtaurari poteſt, ſecus
autem vbi nullo modo inſtaurari poteſt, quoniã
opus erit litis conteſtatione. & hoc probatur in
dicta. l. ſenatuſconſulto. in vltimo legis reſpon-
ſo. ff. de offic. præſi. quã ſuprà declaraui in actio-
ne furti. & iniuriarum, & alia famoſa actione, &
dicta. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ſed et ſi dies. ff. de iu-
di. ibi, aduerſus eũ iudicium prætor dare debet
vt lis conteſtetur ita vt in prouinciam transfera-
tur. glo. notat in. l. fina. C. de ferijs. per quas An-
ge. in. l. ij. §. penult. verſicu. in omnibus. ff. de iu-
47 di. dicit vnum annotatione dignũ, † ſi priuilegiũ
tempore feriarum, aut nundinarum conceſſum
eſt, vt nemo cõueniri poſſit. & vti dicunt arreſta-
ri, ſi tamen actio peritura eſt, vel in debitorem ſu
ſpicio eſt vt aliàs conueniri non poſſit, non ob-
ſtante illo priuilegio conueniri poterit donec de
iudicio ſiſti caueat. Addit. l. quæſitam. ff. de pi-
gnor. & induci poteſt. l. in lege Aquilia ſi dele-
tum. ff. ad legem Aquiliam. Ego verò hoc dictũ
expreſſius probo. Nam legatus dum in legatio-
ne eſt habet ius reuocandi domum ſi conuenia-
tur. l. ij. §. legatis. & l. ſi quis in legatione. ff. de
iudi. & ex his cauſis quibus iudicium accipere
cogendus non eſt contrſtari, neque iuuare, aut
alium huiuſmodi actum facere poteſt, qui litis
conteſtationem æquipolleat dicta. l. ſed & ſi reſti
tuatur. §. ex quibus. ff. de iudi. & tamen cauſa co-
gnita præſertim vbi ſuſpicio eſſe poteſt, cauere
tenebitur de iudicio ſiſti ſtatuente prætore diem
in quem promittat, excuſabitur autem ſi promit-
tat, neque aliter cauere cogendus eſt, dicta. l. ij. §.
ſi dubitetur. ff. de iudi. l. in ſacris. iij. C. de proxi.
ſacro. ſcri. l. xij. vel ſi actio omnino exitura eſt,
cogendus erit litem conteſtari, dicta. l. ſed &
ſi reſtituatur. §. ſed & ſi dies. ff. de iudi. &
dicta. ſenatuſconſulto. ff. de offic. præſi. Glo.
autem dicit vbique reſtituendum eum ſi forte

non ege

non egerit.aut litem conteſtatus non eſt.hoc re-
petit in.l.fi.C.de dolo.ſimiliter in dicto.§.ſed &
ii dies,& dicta.l.Senatuſconſulto.
Ego puto Accur.ſententiam iuſtiſſimam eſſe,
licet leges per eum allegatæ hoc non dicant ſed
pro eo me mouet æquiſſima Vlpiani Iureconſul
ti ratio in.l.ij.§.ſed ſi agant.ff.de iudi. dum ait,
alioquim,vt & Iulianus eleganter ait. aut impu-
nè contumelijs & damnis afficientur, aut erit in
poteſtate cuiuſq; pulſando eos ſubijcere ipſos
iuriſditioni,dum ſe vindicant.quam ſic induco.
48 † nam legatis actione iniuriarum aut furti agere
licet,ſi dum legationis officium agunt iniuria eis
aut furtum fiat,neq; reconueniri alia actione poſ
ſunt,& ſic fauor ille conceditur vt contra iuris re
gulas conuenire.& non conueniri poſſint,per ra
tionem ſuprà relatam. Abſonum itaq; nō erit for
tiori ratione dicere,licere poſt finitum magiſtra-
tum actionem ſuam reſtituere, quia forte agere
non potuit multis negocijs occupatus. vt conſi-
derauit.gloſ.in dicta.l.Senatuſconſulto. in ver-
bo reſtituerentur.ff.de offi. præſid. Alioquin li-
centia omnino eſſet iudicem damnis & contume
lijs afficere qui regulariter dum in magiſtratu eſt
agere prohibetur dicta.l.pars literarum.ff.de iu-
di.& ſic qui iudici comminarentur,impunes eua
dere poſſent,eo quod iudex qui forte lites exe-
crabatur diſtulit agere,vt in.l.item ſi res.§.j.ff.de
alie.iudi.mut.cauſa fac. vel qui clientelas eorum
qui iniuriam aut vim aliquam ſibi fecerunt veri-
tus eſt,vt inquit.l. iuſtiſſimos. C. de offic. recto.
prouinci.aut populi illius clamores,quæ vt plu-
rimū,imò ſæpius gratia aut precio cōmouentur.
c.ſi ergo.viij.q.j.& dicta.l.iuſtiſſimos.quibus.l.
omnino reſiſtit in.l. ſi priuatus.ff. qui & à quib.
manumiſ.liber.accip.l.diuo.C.qui manumit. nō
poſ.l.decurionem.C.de pœnis.
49 † Prædictæ autem diſtinctioni Petri & Cyni
ſolet addi.ſi præſcriptione incepta impedimentū
iuris ſuperueniat quo minus agi poſſit præſcri-
ptio currit,ſed reſtitutio conceditur,dicta.l. Se-
natuſcōſulto.ff.de offi.præſi.poteſt hoc dictum
adiuuari ex dicta.l.j.§.fi.C.de anna.exceptio.ibi
niſi ex quo actionem mouere poterant. Si igitur
aliquando potuerunt actionem mouere, currit
præſcriptio: licet reſtitui poſſint.l. ſed & ſi per
prætorem.§.fi.ff.ex quib.cauſ.maio.iuuatur alio
argumento.nam reſtitutio ad integrum tempus
non conceditur,ſed dies tantum impedimenti re
ſtituitur.dicta.l.ſed & ſi per prætorē.§. quoties.
in prin.ff. ex quib.cauſ. maior.§.rurſus.Inſti. de
actio.&.§.rurſus.in authē.vt ſponſa.lar.col.ix.l.
ij.ff.quis ord.in poſ.ſer.dixi ſuprà quare benefi-
cio reſtitutionis actio tantum reſtituitur.
Tertio vrget quod ſuprà dictum eſt,ſi impedi
mento ceſſante ſuperſunt aliqui dies præſcriptio
nis,quibus actionis proponendæ tempus inter-
rumpi poteſt.& non agatur:beneficium reſtitu-
tionis denegatur.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſim-
pliciter.&.l.ſeq.ff.ex quib.cau.maior.igitur vbi
non ſuperfuerūt dies,quibus agi potuit,præſcri-
ptio currit,ſed reſtitutio, cauſa cognita concedi
debet. Quibus addo hunc tex.in verbo, explora
tum eſſe debere:quæ verba cauſæ cognitionem
deſiderāt,vt recte hic Accur.conſiderauit in ver
bo,ante aditionem.dum dicit hoc conſtare debe
re.igitur præſcriptio non deſinit quæ iam cœpta
50 erat,quamuis reſtitutio concedatur. † Circa pri-
mum an integrum tempus concedatur vbi iuris
ſuperuenit impedimentum,obſtare videtur.l. fi.
C.ſi pendē.appel.mors interue.l.contra maiores
C.de inoffic.teſta.vbiq; enim integrum tempus
conceditur.l.ſi maritus. in princi.ff.ad.l.Iul. de
adult. Quare Bal.vt ſuprà dixi in dicta.l.quoties
col.ij.verſicu.modo venio ad ſecundum mem-
brum pet.C.de preci.Impera.offerē. fecit longā
diſtinctionem contradicens Pet.qui dixerat cur-
ſum præſcriptionis inchoatæ non intermitti pro-
pter iuris impedimentū ſuperueniens,dixit enim
Bald.Si iuris impedimentum ſolum litis inſtan-
tiam reſpiciat & illud impedimentum ſingulari
beneficio introductum eſt vt ipſo iure non cur-
rat præſcriptio dicta.l.ij.§.in omnibus.ff.de iud.
Aut impedimentum de iure communi introdu-
ctum eſt & ſubſtinguit,aut inquit, lex vltra ſta-
tuendo procedit vt interim præſcriptio non cur
rat,& nō currit.l.fi.§.donec.C.de iure deliberā.
Aut lex non procedit vlterius ſtatuendo,& cur-
rit præſcriptio,ſed reſtitutio conceditur, dicta.l.
Senatuſcōſulto.ff.de offi.præſi.&.l.ſed & ſi per
prætorem.§.ſed ſi feriæ.ff. ex quib. cauſ. maior.
51 † Si verò impedimentum obligationem reſpicit,
vt eſt in dilatione conuentionali, & interim non
currit præſcriptio.imo ſi dilatio ſpecialis eſt ad
certum debitum & non cōditionata inducet præ
ſcriptionis interreptionem , non artem per ver-
ba generalia ſed curſum interim impediet.l.cum
quis.§.ſi quis pro reo.ff. de ſolutio. Tamen com
munis opinio cōtra Bal.eſt in dicta.l.Senatuſcō-
ſulto & per Bartò.& Alexan.in.l.j.§.ſi quis pro
pter inundationem .ff. de itinere, actuq; priua.
Moder.Papien.in.§.rurſus,inſti.de actio. tranſ-
plantat apoſtil. Alex.ad Barto.in dicto.§. ſi quis
propter inundationem. Feli.in.c.venerabilis.ex
tra. de iudi.cum illa opinione eſt.
Sed circa.hunc articulum Iaco. Butriga.in.l.j.
C.de anna.except.aliter diſtinxit. Et illius diſtin
ctionem amplexus eſt Flori.de ſancto Petro in
dicta.l.& Atilicinus.ff.de ſerui.ruſti.prædi. di-
52 cit enim Iaco.prædictus. † Aut ex parte præſcri
bentis concurrit impedimentum propter malam
fidem eius,& inchoanda non autem inchoata im
peditur.l.vnica.§.hoc tantummodo.C.de vſuca-
pio.transfor. Aut rei vitium.l. ſi fundum.ff. de
fund.dot. Addit. Flor.l.j.C.ſi aduerſ.vſuca. Si ve
rò ex parte domini agentis impedimentum pro-
uenit. Aut,inquit,prohibetur omnino agere: &
impeditur inchoata & inchoanda.l.j.§. fin.C. de

anna excep.&.l.fi.§.donec.C.de iur. delib. Ad-
dit. Flori.quaſi inchoata dormiat dicto.§.donec.
quēadmodum in præſcriptione aduerſus pupil-
lum inchoata.l.ſicut.C. de præſcript.xxx. anno.
in quo Pau.de caſt.vt ſuprà recenſui dixit illum
§.donec probare præſcriptionem dormire, licet
Barto.dixerit in.l. naturaliter.ff.de vſucap. non
reperiri in iure cautum præſcriptionem dormi-
re,præterquā in dicta.l.ſicut. cùm alij ſint caſus
in quibus præſcriptio dormiat.aliquos etiā Bal.
repetit in.l.cùm notiſſimi.§.Imò.col.ij.& ſeq.C.
de præſcrip.xxx.anno.Feli.in.c.ex tranſmiſſa.ex
tra.de præſcrip.præſertim Pau.de caſt.dixit eſſe
caſum in dicto.§.donec.vbi Alexan. dicit Paul.
de caſt.forte verum dicere in illo.§.nō in cæteris
caſibus per eū relatis dixi ſuprà.Moder. Papiē.
in dicto.§.donec.dixit Barto. non aduertiſſe ad
dictum.§.donec.vt ſuprà recenſui.dicā nunc ali-
qua. redeamus ad Iaco. Butrig. diſtinctionem.
53 † Aut inquit,dominus agere poteſt,ſed non cō-
modè:& currit præſcriptio,ſed reſtitutio aduer-
ſus eum concedetur,dicta.l. Senatuſconſulto.ff.
de offi.præſid. Et hoc verum dicit Floria.proba-
ri in ea.l.ſecundum glo.lecturam in verbo,reſti-
tuerentur.reuoluamus parumper ſingulos prædi
ctæ diſtinctionis articulos.

In primis aduerte Iaco.Butrig. diſtinctionem
in vſucapione & præſcriptione longi temporis
locum obtinere cum ab initiò requiratur titulus.
& bona fides dicta.l.vnica.§. hoc tantummodo.
C.de vſuca.transfor.§.j.Inſti.de vſucap.ſed non
in præſcriptione longiſſimi tēporis.xxx.aut.xl.
annorū.l.ſi quis emptionis.C. de præſcrip.xxx.
anno.Secundo niſi ante finitam præſcriptionem
ſuperfuiſſent dies quibus potuit præſcriptio in-
terrumpi dicta.l.ſi fundum.in fi.ff.de fund.dota.
&.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.&.l.ſeq.
ff.ex quib.cau.maio.

Præterea hæc diſtinctio in hoc præſertim arti-
54 culo in conſideratione eſſe non poteſt. † opor-
tet enim ſic præſcriptionem poſſe fieri vt omnes
partes habeat quæ ad eſſe præſcriptionis à lege
ſpecifice deſideratæ ſunt,quales ſunt bona fides,
& iuſtus titulus,nā qui ab initio cœptæ præſcri-
ptionis rē abſentis iuſta abſentia bona fide emit
nihil habet in quo præſcriptio peccare poſſit.Si-
militer & pupilli idē in fundo dotali in quo ma-
ior non eſt prohibitionis ratio præſcriptionis
quàm in ceteris rebus dum modo bona fide &
iuſto titulo præſcriptio inchoata ſit per dictā.l. ſi
fundum.ff.de fund.dota.omnia enim quæ in re-
liquis rebus obſeruantur in dotali fundo locum
obtinent per dictam.l.ſi fundum. in qua proba-
tur dotalem fundum bona ſide poſſeſſum longi
temporis præſcriptionem poſſe præſcribi,neque
præſcriptum poſſe mulierem reuocare ſi dum in
dotem traditus eſt viro à bonæ fidei poſſeſſore
iuſto titulo vſucapi cœpit & mariti negligentia
præſcriptio interrupta non eſt.Et completa præ-
ſcriptione mulier aduerſus maritum ſolum aget.
à qua liberatur maritus,ſi dum matrimonium diſ
ſolutū eſt paucilſimi dies ſupererant quibus mu-
lier agere potuit,& hoc medio præſcriptionem
interrumpere.in hoc autem ille tex.ſundo dotali
fauet ſi antequam in dotem datus eſt præſcriptio
cœpta non eſt non nocebit mulieri præſcriptio,
etiam ſi is qui emit bona fide à marito emerit &
longiſſimo tempore etiā triginta aut quadragin-
ta annorum poſſederit ſic quod non prohibebi-
tur mulier ſoluto matrimonio rem etiam præſcri
ptam repetere:& ratio,quia alio iuris impedimē
to prohibetur mulier conſtante matrimonio age
re.l.in rebus.C.de iure dot.præterquàm in caſu
55 l.ſi conſtante.in prin.ff.ſoluto matrimo. † Et ra-
tio quare mulier prohibetur agere,eſt quia con-
ſtante matrimonio commoditas rei dotalis vſus
& vſusfructus ad maritum ſpectat,vt dixi in.l.j.
§.ſi vir.ſuprà eo.ſed qui vendit vtitur,qui donat
vtitur.l.arboribus.in princi.ff. de vſufruct. non
abs re ſi mulier non repetit. Et illa ratio in re do-
tali ſingularis nō eſt,ſed generaliter in omnibus
concludit qui à lege agere prohibentur. dicta.l.
j.§.fi,C. de anna excepi. Similiter vſusfructus à
proprietate diſtinctus ſi vſufructuarius fundum
vſufructuarium vendat bonæ fidei emptori &
longiſſimu tempore bonæ ſidei poſſeſſor obti-
neat mortuo vſufructuario proprietarius à bonæ
fidei emptore rem non obſtante præſcriptione
vēdicabit,per rationem dictæ.l.arboribus.§.j.&
§.de illo.in fi.quia qui vendit vtitur, qui donat
vtitur.& hac ratione non præſcribit quoniā poſ-
ſeſſio eius non eſt ſufficiēs ad præſcriptionem.l.
naturaliter.ff.de acquiren.poſſeſ.l.certe.§.is qui
rogauit.ff. de precar.& ad id facit.l. cum ſcimus
§.fi.C.de agri & cenſi.lib.xj.l.male.&.l. cum no
tiſſimi.§.ſed cū illud.&.§.illud.&.§.fi.C.de præ-
ſcrip.xxx.anno.l.quamuis.§.j.ff. de acquir. poſ.
nec ante finitum vſumfructum ſeu emphyteoſim
aut locationis tempus expiratum præſcriptio in-
cipere poteſt quia dominus per vſufructuarium
emphyteotam, colonū,inquilinum poſſidet di-
cta.l.naturalem &.l.communi diuidundo.§. pe.
ff.communi diuidun. & dicta.l.male agitur,&.l.
56 cùm notiſſimi.§.fi.C.de præſcri.xxx.anno. † vbi
enim lex prohibet vſucapionem ſeu præſcriptio
nem nō iuuat bona fides neq; titulus ab alio quā
à domino habitus.l.bonæ fidei.§.j.ff.de acqurē.
rer.do.l.vbi lex.in prin.ff.de vſucap.quare. hoc
non erit in fundo dotali aliquid ſingulare.

Ad ſecundum diſtinctionis.Butrig.articulum
declinemus, dū ait,qui prohibetur agere,& con
ueniri non præſcribit,neq; aduerſus eum præſcri
bitur,& prohibetur inchoari:& inchoata dormit
dicta.l.fi.§.donec.C. de iure deliberā.&.l.j.§.fi.
C.de anna.exceptio.Iſte articulus iuuat quod in
priore diximus articulo & aduerſus eum repeto
inſtantiam,cuius ſuprà meminimus prohibetur
magiſtratus conueniri,& agere.l.pars literarum
ff. de

ff.de iudi.& tamen currit aduerſus eum præſcri-
ptio.l.ſed & ſi per prætorẽ.§. hæc clauſula.ff. ex
quib.cauſ.maio.niſi litem conteſtetur dicta.l.Se
natuſconſulto ſecũdum communem illius legis
interpretationem:iuuatur autem in integrum re-
ſtitutione dicto.§.hæc clauſula. præterea mulier
conſtante matrimonio pro re dotali agere nõ po
teſt,ſed omnis actio marito ſoli conceſſa eſt.l.do
ce ancillam.C.de rei vendi. & tamen ſi maritus
ad inopiam vergat conſtante matrimonio poteſt
ad dotem agere.l.ſi conſtante. in princi.ff. ſolu.
matri.l.vbi autem.C. de iure dot. & ſtatim quo
poteſt agere,ſi nõ agit præſcriptio aduerſus eam
incipit.l.in rebus.C.de iure dot.dicam infrà licet
57 iuuetur reſtitutione. † Itẽ præſcriptio cœpta ſeu
inchoata ante matrimonium quandiu durat ma-
trimoniũ & ſic iuris eſt impedimentum,nõ dor-
mit ſed currit,dicta.l.ſi fundum.ff.de fund.dota.
igitur iuris impedimentum ſuperueniens præ-
ſcriptionem inchoatam non ſuſpendit,neqꝫ tem-
ſideratione eſſe debere, quod aliter negocium
dum meſſes erant non eſſet proſecutus,quia huic
rei curia non ſederet, dum cauſa in curia diſpu-
87 tabatur, lis tranſactione finita eſt. Ex his † di-
co nullam recipiendam eſſe inſtantiarum diſtin-
ctionem vbi dilatio facto, aut culpa iudicis præ-
terierit, dummodo pars etiam remorata non ſit,
aut culpæ particeps non fuerit, dicta.l. ſed & ſi
per prætorem. in principio. &. §. ait prætor. in
principio. & verſicu. item per magiſtratum. ibi,
nam id egit litigator. & verſicu.actio. ibi, adijci-
tur. ff.ex quibus cauſis maiores. Et text.in dicto
§.primo.in authenti.de his qui ingredi.ad appel-
latio.collatione.v. vbi Accurſ. vult non currere
omnino tempus ex cauſis in illo text. expreſsis
præſertim quando per iudicem factum eſt,vt fa-
talia appellationis tempora laberentur, per di-
ctum. §. hoc quoque. in authentica vt ſpon-
ſalitia largitas. collatione nona. Ad diſtin-
ctionem reuertamur. Non video per aliquem

bene reſponſum eſſe dictæ.l. ſed & ſi per præto-
rem. §.ait prætor. in princip. & verſicu.item per
magiſtratum.ff.ex quibus cauſis maior. quæ vult
reſtitutionem concedi, vbi magiſtratus per gra-
tiam vel ſordes corruptus, ius non dixerit, niſi
quòd gloſſ. illhic dicat differentiam eſſe inter in-
ſtantiam & actionem, ſed vt ſuprà vidiſtis nõ tan
tum inſtantia perit, ſed & actio, & cauſa ipſa to-
ta, ex eo quod ſtatur iudicatis in caſu dicti.§. hoc
quoque.in authentic.vt ſponſa.larg. collatio.ix.
& in.§.primo.in authenti.de his qui ingre.ad ap-
pella.collatio.v. Et tamen in.§.primo.verſic.plu
rimum cauſa ceſſationis facto iudicis procedens
ignominioſa non erat, cùm non per gratiam aut
ſordes contigerat: ſed, inquit ille text. propter
quaſdam forſan ineuitabiles occupationes. Et ta
men dicit non currere ipſo iure, vt in dicta.l.ſe-
cunda. §.dies. &.§.ſequen. ff.quis ord. in bono.
poſſeſsio.ſerue. Et nihilominus protelat ad bien
88 nium vſq; fatalem appellationis diem. † Sed vbi
per dolum iudicis fatalis dies expirat ipſo iure
non currere dicit in dicto. §. hoc quoque. in au-
thenti.vt ſponſa.largi.collatio.ix. quare illi text.
inter ſe pugnant, quoniam dictus. §. ait prætor.
verſicul.actio exempta. ait actionem exemptam
ſic accipiendam eſſe, ſi deſijt poſſe agere quaſi
præſupponat lapſu temporis extinctam eſſe ipſo
iure, licet reſtitutio concedatur ex illa cauſa quia
per magiſtratum per gratiam aut ſordes corru-
ptum, factum eſt vt tempus proponendæ actio-
nis exiuerit. Quare Iacob.de bel.viſ.qui aperuit
hoc argumentum, ſed non ita clare neque perfe-
cte, in dicto.§.primo. in authentic.de his qui in-
gred.ad appella. pariter in dicto. §.hoc quoque.
in authenti.vt ſponſal.largi.ſic voluit abſoluere,
aut inquit impeditur pars culpa aduerſæ partis,
aut dolo & datur reſtitutio, aut facto principis
vel iudicis ſecus, & licet Bartol. cum eo tranſeat
tamen non eſt verum, vt dixi ſuprà. Et directe eſt
contra caſum dictæ.l.ſed et ſi per prætorem.§.ait
89 prætor. † quia loquitur quando per gratiam aut
ſordes corruptus iudex aut aliàs parti ius non di
cit. Et dicit actionem exemptam debere reſtitui,
& ſic non ipſo iure. Quare idem Iacob. in.§. ad
hæc. in authenti.de appellatio. & intra quæ tem-
pora.collatio.iiij. dicit iura illa antiqua correcta
eſſe per illum text.ibi, non ex hoc litem periclita-
ri. Item ſi cauſa intacta permaneat, & in dicto.§.
hoc quoque.in authenti.vt ſponſal.largi.dicitur
nullum præiudicium partibus, aut vni earum ex
hoc penitus fieri, eodem modo dicitur in capitu.
ex ratione. extra, de appellatio. vbi dicit & recte
hanc ſententiam in illo capi.approbari ibi nolu-
mus quòd inſcitiæ veſtræ præiudicium debeat
generare. Et Canoniſt. omnes ita illhic ſentiunt,
praxis autem Gallica in omnibus etiam caſibus
in quibus ipſo iure actus nulli ſunt deſiderat in
integrum reſtitutionem à principe impetrari, &
princeps ſolus circa in integrum reſtitutionem
prætoris officio fungitur & obſeruatur. l. ſed &
ſi per prætorem. §.hæc clauſula. &.§.ſequen. ff.
ex quibus cauſis maior. & Bartol. in dicto. §. ad
hoc. tenet cum Iacob.de bello viſ. per rationem
Iacob.alioquin ſi reſtitutione opus eſſet, præiu-
dicium in hoc ſibi generaret, quia ſumptibus &
expenſis vexaretur.quibus tex.in.§.illud.eodem
titu. &.§.primo. in authenti.vt omnes obedi.iu-
90 dic.prouincia. collatio.v. vult † vt ſtudeat iudex
parcere ſumptibus, illi etiam adhæret propter di-
ctum capi.ex ratione. iuncta Bernar.interpreta-
tione, cui omnes Canon.ſe ſubſcribunt. Et quòd
Imperator nouam legem facere voluerit teſtatur
Iuſtinianus in.§.primo.verſicu.quid ergo. in au-
thentic.de his qui ingred.ad appella. collatio.v.
effectus autem maximus eſt, an ipſo iure an vero
per reſtitutionem iudicium reintegratur ſecun-
dum Antoni.de butr. in dicto capitu.ex ratione.
quia ſi ipſo iure fiat ſecundus fatalis dies integer
dabitur, neque opus erit diſcutere quid infrà.pri
mum fatalem petatur. capi.ſignificante. extra, de
appellatio.§.primo. in authenti.de his qui ingre-
di. ad appellatio. Si vero per reſtitutionem fiat,
non concedetur niſi tempus quo durauit impe-
dimentum dicta.l. ſed & ſi per prætorem. §.ſi fe-
riæ. ff.ex quibus cauſis maior. §.de præſcriptio-
ne. in authenti.vt ſponſal.largi. quare circa iſtud
Antoni.poſt Innocen. diſtinguit cauſas impedi-
mentorum. Et inhærendo illi ſolutioni Iacob.de
bello viſ.dicit per.§.hoc quoque.in authentic.vt
ſponſa.largi.collatione.ix.correctum eſſe.§.pri-
mum. in authenti.de his qui ingredi. ad appella.
collatione.v. Certe ille.§.primus.concordat cum
dicto.§.hoc quoque. Et ideo ſi qua correctio eſ-
ſet legis antiquæ. §.primo. verſic.quid ergo. vbi
Iuſtinia.aperte dixit: Quid ergo, inquit Iuſtinia-
nus agere oportebat, niſi ad aliam legem reſpi-
cere quæ dignè cauſam iuuaret. & licet illhic Ac-
curſ.in verbo, iuuaret. dicat per reſtitutionem in
integrum: tamen ipſe idem in eodem.§.in verbo,
occurrit. contrarium dicit, & rectius ſecundum
omnes. Et Anto.de Butrio.coniungit. §.ad hoc.
in authentica de appellatio. & intra quæ tempo.
collatione quarta.cum.§.hoc quoque. in authen
tica vt ſponſal.largi. collatione nona. ſed Anto-
nius de Butrio.in dicto capitulo ex ratione. poſt
Ioan.de Imol. dat alium effectum procedentem
91 ex hoc † an ipſo iure non currat tempus an vero
per reſtitutionem: quoniam ſi ipſo iure non cur-
rit, non concedetur biennium, ſed tantum tem-
pus ſaluum erit quantum durauit impedimen-
tum, quod idem eſſet, ac ſi reſtitutionem obti-
neret quia tempus tantum reſtituetur vt dixi ſu-
prà per.§.præſcriptione. in authentica vt ſponſa.
largi. &.l.ſed & ſi per prætorem. §.ſi feriæ. ff. ex
quibus cauſis maiores. & ſic remaneret ſola ratio
Iacob.de bello viſ.de expenſis. & dubium quod
ex iudicio reſtitutionis contingere poſſet per. l.
minoribus. ff. de minorib.quæ duæ difficultates
tolluntur

tolluntur ſi ipſo iure ſaluum erit tempus. Sed vl-
tra quàm dicat Antoni. & Ioan. de Imol. ſaluum
erit biennium per dictum. §.primum. in authen-
tic. de his qui ingredi. ad appellatio. ſed declara
vt per Henric. Bohic in dicto capitu. ex ratione.
extra, de appella. dicam forte infra. Aut non tam
præciſum eſt legis præceptum ſed ex cauſa per-
mittit aliquem agere aut conueniri poſſe, & di-
co litem conteſtari aut actum aliquem fieri debe
re qui litis conteſtationi æquipolleat & retenta
inductione ſuperius facta de.l.ij.§. legatis.&.§.
in omnibus.ff. de iudi. dum ille text. ait in omni-
bus in quibus protelatur admonitio ſine tempo
rali damno creditoris procedere oportet. vbi igi
tur à lege actio exitura non protelatur cauſa co-
gnita prætor iudicium dabit, vt lis conteſtetur
aut actus cõteſtationis æquipollens fiat, vt actio
non exeat, ſed perpetua fiat. l. ſed & ſi reſtituat̃.
§.ſed & ſi dies. ff. de iudi. dicta. l. ſenatuſconſul-
to. ff. de offi. præſi. & ita dico ſic debere. l. ſed &
ſi per prætorem. §. hæc clauſula. ff. ex quib. cauſ.
intelligi. & ratio vltra quàm ſuprà dictũ ſit, eſt,
92 quoniam † in his in quibus lex non permittit ma
giſtratum aut aliam quamuis perſonam conueni
ri neque agere, non tantum prohibet magiſtra-
tum non cogere litem conteſtari, ſed nec actum
permittit facere qui conteſtationi litis æquipol-
leat. tex. eſt in dicta. l. ſed & reſtituatur. §. ex qui
bus. ff. de iudi. ibi, ex quibus, inquit, cauſis non
cogetur legatus iudicium accipere, nec iurare co
gendus eſt ſe dare non oportere quia hoc iuſiu-
randũ in locum litis cõteſtatæ ſuccedit. Quæ au-
tem ſint cauſæ quibus agere aut conueniri poſ-
ſunt & quibus non hoc lex iudicãtis arbitrio cõ
mittit, ſi cum cauſæ cognitione actio ſic exitu-
ra eſt, vt ſuſcitari, aut alias agi non poteſt qualita
te priuilegij conſiderata dicta. l. ſed & ſi. §. ſed &
ſi dies. ff. de iudi. exempla collige ex dicta. l. ij. §.
legatis. &. §. ſeq. ff. de iudi. in verſicu. omnes. ibi,
ſi non ibi contraxerint. & in verſicu. item ſi ex-
tra. & in. §. ſed ſi agant. in quo. §. hoc declaratur.
in verſicu. ſed & ſi dubitetur ibi ipſe prætor de-
bet cauſa cognita intueri. & vbi actum non erit
puto ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa
videbitur in integrum reſtitutionem conceden-
dam eſſe. & dicta. l. ſed & ſi per prætorem. §. hæc
clauſula. ff. ex quib. cauſ. ma. per quem tex. puto
dictam. l. ſenatuſconſulto. interpretandam & re-
gulandam eſſe.

93 Si verò † aliunde quàm à lege aut legis mini-
ſtro impedimentum prouenit, vt puta iuſtæ ab-
ſentiæ, vel per caſum inopinatum, qui cogitari,
aut præuideri non poterat in cauſa abſentiæ, ius
nouum cum antiquo iure digeſtorum conuenit
vt reſtitutione opus ſit per quam reſtituetur tem
pus abſentiæ tantum, dicta. l. ſed & ſi per præto-
rem. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſ. maior. dicto. §.
de præſcriptione in authen. vt ſpõſa. largi. colla
tio. ix. §. rurſus. Inſtit. de actio. l. prima. §. ſi quis
propter inundationem. ff. de itine. actuq; priua.
ibi repetita die. & ſi poſt finitam abſentiam po-
terat interrumpi agendo de ſtricto iure non cõ-
cedebatur in integrum reſtitutio. per. l. ab hoſti-
bus. §. ſed quod ſimpliciter. &. l. ſeq. ff. ex quib.
cauſ. maio. l. ſi fundum. in fi. ff. de fund. dota. quẽ
tex. volo te notare vltra ea quæ dixi in repetitio-
ne. l. contractus. in fin. ff. de reg. iur. tex. dictæ. l.
ſi fundum. in fi. dicit plane ſi pauciſſimi dies ad
perficiendam longi temporis poſſeſſionẽ ſuper-
fuerint nihil erit quod imputabitur marito. Ecce
94 caſus illius legis eſt † de muliere quæ marito de
dit in dotem fundum cuius præſcriptio à bonæ
fidei poſſeſſore cœpta erat quæ ſi conſtante ma-
trimonio completa eſt periculo mariti erit, & ſo-
luto matrimonio æſtimationem fundi in dotem
dati cœpti præſcribere cuius præſcriptio imple-
ta eſt conſtante matrimonio reſtituetur maritus.
Si verò ſoluto matrimonio præſcriptio perfecta
non erat ſed pauciſſimi adhuc dies ad implen-
dam præſcriptionem reſtabant, quibus mulier
agere poterat & præſcriptionem interrumpere
ſi mulier non interruperit cum potuit in illis pau
ciſſimis diebus nihil erit quod imputabitur mari
to, ſed erit periculo mulieris. Ecce quomodo il-
lud medium tempus non iuuat mulierem quæ ta
men illo medio tempore agere non poterat, vt ſu
prà dixi per. l. doce ancillam. C. de rei vendica. ſi
paulo ante finitam præſcriptionem potuit præ-
ſcriptio per eam interrumpi, & ſigna illa verba
pauciſſimi dies. & quamuis Moder. Papiẽ. in. §.
rurſus. xj. colum. Inſt. de actio. adhæreat opi. Io.
& Bald. quæ fuit etiam Accurſ. in dicta. l. ab ho-
ſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſ.
maior. &. l. quod tempore. C. de reſti. mili. & in
§. rurſus. reprobata vti ſolet, opinione Marti. Pe
tri Cin. Ioan. Fab. & noſtratiũ ductus vnico fun
damento quod optimo ſimili dicit eſſe confirma
tum & fuit glo. ſecundum eum in. l. fi. in verbo,
illuxerit. C. de tempo. in integ. reſti. peten. quam
vti ait ſequitur illhic Bar. vbi voluit quod ſi præ
ſcriptio fuit incepta in minori ætate, & in maiori
ætate completa iſto caſu non eſt denegãda in in-
tegrum reſtitutio ſed concedenda & tempus nõ
currit niſi pro tempore maioris ætatis.

95 Et † cum videam ſtudio quodam cõtradictio-
nis tranſmontanos in noſtros inſurgere nullo cu
iuſq; diſputationis facto diſcrimine in hoc potiſ-
ſimum iuris articulo: Nonnulla igitur de præſcri
ptione & minorum & maiorum reſtitutione di-
cere inſtitui, non vt velim in verba noſtrorum iu
rare vbi à iure aut vera iuris ratione diſceſſerint.
& vt noſtram diſputationem abſoluã breues ali-
quas iuris cõcluſiones p̄mittere neceſſum viſum
eſt, demum quid ſentiam explicare.

Prima igitur iuris concluſio quam præmittere
curaui eſt, minorem. xxv. annis ex ſuo cõtractu
aut alio geſtu læſum prætoris edicto vſque ad an
num. xxv. debere in integrum reſtitui etiam ſi ali-

quis res ſuas adminiſtrare conſueuerit.l. prima. §.fin.&.l.ait prætor.in princi.ff.de minor.

Secunda, Poſt annum.xxv.iure antiquo vtilẽ annum minoribus.xxv.annis ad poſtulãdum in integrum reſtitutionem cõceſſum fuiſſe. Hodie loco vtilis anni quadriennium datum eſſe.§. rurſus.Inſtitu.de vſucap.l.fi.C. de tempo. in integ. reſti. peten.& conceſſio quadriẽnij à Iuſtiniano facta eſt propter varias vtilis anni interpretationes quæ de iure antiquo fieri ſolebant,in. l. prima.ff.de diuerſ.& tempo.præſcrip.quarum glo. meminit in dicta.l.fin.

Tertia, de iure antiquo pleroſq; caſus eſſe q̃bus minores à prætore non reſtituebantur etiam aduerſus vſucapiones aut præſcriptiones quos Accurſ.poſuit in.l.auxilium.ff.de minor.& in.l.fi.C.in quibus cauſ.in integ. reſti. non eſt neceſ. & in.l.vnica.C.ſi aduerſ. vſuca.dixi aliquãdo in l.dudum.C.cõtrahen.emptio.& in.l.cõtractus. ff.de regu. iur. & adhuc hodie non reſtituuntur dicta.l.finali.C.in quibus cauſ.in integ.reſti. nõ eſt neceſ.

95 Quarta, In his † caſibus ſolum quibus de iure antiquo minoribus læſis reſtitutio cõcedebatur hodie vſucapio aut præſcriptio ipſo iure nõ currit,& in his ſolum iura antiqua per Iuſtinianum immutata ſunt dicta.l.fi.C.in quibus cauſ. in integ.reſti.non eſt neceſ.In his verò quibus reſtitutio non concedebatur per illam.l.fi.nihil immutatum eſt vt conſtat in fine eiuſdẽ legis vt in præcedente concluſione diximus.

Quinta, Ius digeſtorum in præſcriptiõe. xxx. vel.xl.annorum, de iure Codicis mutatum non eſſe neque poſſibile eſt potuiſſe variari cùm illo iure præſcriptiones illæ incognitæ eſſent ſecundum Accurſ.in.l.qui occidit.ff.ad legem Aquil. in.l.Iulianus.ff.ex quibus cauſ.maio.in.§.j. in authen.vt eccleſ.Roma.gaudeat centũ anno. præſcript.colla.ij.cui ego cõſentio vt ſuprà dixi licet Iuſtinianus in illa.l.fin. dicat exceptiõibus. xxx. vel.xl.annorum in ſuo ſtatu remanentibus quæ ad leges anteriorum imperatorum poſitas in titulo de præſcript.xxx.vel.xl.annorum.lib.vij. Codicis referri debent. Ita etiam gloſſ.notat in. §. j. Inſti. de perpetu.& tẽpo.actio. & p illã.l.fi.ſatis conſtat Iuſtinianum illjs legibus adhærere: & robur illis tribuere, vbique etiam cõſirmat dum de eis loquitur latius infrà explicabimus.

Sexta, quemadmodum de iure nouo præſcriptio.x.vel.xx.annorum minoribus nõ currebat. & ob id aduerſus eas reſtitutione non egebant, dicta.l.fina.C.in quibus cauſ.in integ.reſti. non non eſt neceſ. l. non eſt incognitum. C.qui.non obſ.long.tempo.præſcrip.&.l.prima.&.l. fina. C.ſi quis ignor.rem mino.eſſe compara. Similiter de iure digeſtorum erat. per rationem. l. bonæ fidei.ff.de acquirendo rer.domi.&.l.j. ff. de re. eo.qui ſub tutel. vel cur. ſunt.per eas eñ res pupillorum & adultorum ſine decreto iudicis tutorum vel curatorum autoritate alienari prohibebãtur, & aliter alienatæ vſucapi aut præſcribi non poterant.l.vbi lex.ff.de vſucapio.cum alienationis verbo, vſucapio.& præſcriptio veniãt. l.alienationis verbo.ff.de verbo.ſignifica.

97 Septima, Iure digeſtorum. † in vno caſu tantũ circa rerum pupillarium vel adultorum vſucapionem emendata ſunt, videlicet in caſu.l.ij. §. ſi à pupillo.ff.pro emptio.Si bona fide res pupilli à pupillo emptæ ſunt quem bonæ fidei emptor adultum eſſe credebat.hic enim illo iure bonæ fidei emptor vſucapiebat nulla inter res venditas diſcretione facta.

Ex ea axioma in eadem. l. colligitur ſecũdum Bar. & expreſſius Ange. in eadem.l.adultos. ſine curatore iudicis've decreto illo iure poſſe ſuas res alienare ex eaque alienatione vſucapiendi cõditionem præberi, vtrunque probatur in dicto §.ſi à pupillo. Primum in capite. §. ibi dicemus. vſucapionem ſequi.Secundum eſt in eadem parte.§.ibi.quem puberẽ eſſe putẽ. Itẽ in his verbis, vt hic plus ſit in re quàm in æſtimatione. Nõ eñ à legiſlatore emptor ab emptione rei adulti excuſatus fuiſſet ſi non licuiſſet ei ſine curatore rem adulti mobilem emere, imo vſucapio non proceſſiſſet per dictam.l.bonæ fidei.ff.de acquiren.rerum domi.vbi gl.hoc notat. ſimilis gloſ.eſt in dicto.§.ſi à pupillo.quas illhic Barto.Ange.& reliqui omnes veras eſſe dicunt. Cæterùm per Iuſtinianum in dicta.l.lex quæ tutores.in princ. C. de adminiſt.tuto. in precioſis rebus pupilli emẽdatum eſt cum in earum alienatione eandem iuris ſolennitatem vult obſeruari qualem in alienatione prædiorum minorum tam vrbanorum quàm ruſticorum & ſuburbanorum, vt quemadmodum ſine decreto res pupillorum & adultorum immobiles alienari neque vſucapi poſſunt. ſimiliter neque precioſæ res mobiles pupillorũ & adultorum ſolennitate permittit alienari. et ea ratione non poſſe præſcribi ait per regulam dictæ.l.vbi lex.ff.de vſucap.& aliarum quarum ſuprà meminimus.

In alijs igitur non precioſis rebus mobilibus pupillorum & adultorum.§.ſi à pupillo. in. l. ij.
98 ff.pro empto.immutatus non eſt. † atqui inficiãdum non eſt pupillum & adultum qui ſic alienauerunt,ſi ex ea alienatione læſi inueniantur poſſe illo iure antiquo digeſtorum in integrum reſtitui dicta.l.prima.&.l.ait prætor.in princip.ff. ff.de minori.Idem de iure Codicis erat.l. vnica. C.ſi aduerſ.vſuca.Hodie verò Iuſtinianus dicit reſtitutione opus non eſſe dicta.l.fin.C.in quib. cauſ.in integ.reſti.non eſt neceſ.

Octaua, Iure antiquo minoribus in integrum reſtitutio non concedebatur, niſi quatenus læſi inuenti erant.l.iij.§.ſciendum.ff.de mino.l. nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de minori. Hodie per Iuſtinianum in dicta.l.fi. vbi læſi ſunt reſtitutione opus non eſt,& Iuſtinianus recta & vera opinio

ne motus

ne motus eſt, ne inquit dum in integrum reſtitu-
tionem expectamus aliquod emergat obſtaculũ
per quod huiuſmodi beneficio minor vti nõ poſ
ſit vel ne ſubſtantia eius ſubuertatur. Alia ratio
conſecutiua huius eſt in fine eiuſdem legis, me-
lius eſſe intacta eorum iura ſeruari ꝙ poſt cau-
ſam vulneratam remedium quærere.
99 Axioma ex prædictis elicio, † vbi à lege certa
forma aut ſolennitas circa pupillarium aut adul-
torum rerum alienationem introducta eſt, quic-
quid non ſeruata ſolennitate à lege ſtatuta factũ
fuerit nullum erit, etiam ſi in ipſa alienatione nul
la læſio interuenit: quare ſi res pupillorum adul-
torum vel eccleſiæ non ſeruatis ſolennitatibus à
iure circa earum alienationes introductis aliena-
tæ fuerint nullæ erunt ipſo iure etiam ſi ex eis pu
pilli vel adulti læſi non ſint vel eccleſia læſa imo
nõ, licebit vllo etiã pacto ſuper læſiõe diſputare,
neque huiuſmodi exceptionem non læſæ eccle-
ſiæ pupilli aut adulti admittere. Imo neque par-
tes ſuper ea audiri. Hanc regulam Ioan. Fab. no
tat in. §. j. argumento illius. tex. Inſti. de eo cui li-
ber. cauſa bo. adic. dum alleg. l. cum hi. §. cauſa.
ff. de tranſac. Puto eum voluiſſe allegare. §. eam
tranſactionem. &. §. ſi prætor aditus. ff. de tranſ-
act. vltra id Io. Fab. addit. c. quia propter. extra,
de electio. quamquàm in ſpecie contrarium in ec
cleſia ſentiat per dictam. l. eum hi. §. eam cauſam,
ff. de tranſact. Et tandẽ remittit ſe ad ea quæ ſcri-
pſit in authẽ. ſi quas. C. de ſacroſanc. eccleſ. in ea
nihil ſcripſit. ſed in authen. perpetua. hanc regu-
lam tractat quam procedere dicit vbi ſolennitas
à lege in fauorem publicum introducta eſt. Non
ſic vbi in fauorem alicuius priuati inuenta eſt. &
100 hac ratione dixit † non eſſe minores, neque eccle
ſiã reſtituẽdos vbi ex contractibus læſi nõ ſunt,
ſed cauſa eorũ melior & vtilior effecta eſt. & id
recte probari dicit in dicta. l. cum hi. §. eam tranſ
actionem. ff. de tranſac. ſic inducit. Non enim ſu
per alimentis ſine prætore tranſigere licet dicta
l. cum hi. §. ſi prætor aditus ſi tamen is cui alimen
ta debentur ſine prætore tranſegit. & ex illa trãſ-
actione vtiliorem conditionem ſuam fecerit non
reſcindetur tranſactio. licet forma ab illa lege in-
troducta ſeruata non fuerit. Addit Ioan. Fab. in
dicta authen. perpetua. C. de ſacroſanc. eccleſ. nõ
alien. tex. in. c. vt ſuper. in fi. extra. de reb. eccleſ.
non alienã. vbi tex. permittere videtur alienatio-
nes rerum eccleſiæ fieri poſſe dum tamen vtiles
ſint eccleſiæ neque damnũ aliquod afferant. Pro
Io. Fab. eſt deciſio Cardi. de zaba. in cle. prima
in. xxix. quæſtione de reb. eccleſ. non alienan. dũ
quærit. Quid ſi tanta eſt eccleſiæ neceſſitas quæ
tantam celeritatem deſiderat, vt difficile ſit, aut
verius impoſſibile ſuperioris conſenſum petere,
vel petitum obtinere, dicit nõ eſſe locum pœnæ
dictæ cle. j. neque cuiuſuis alterius regulæ iuris
communis. alleg. gl. in. c. placuit. xij. quæſtio. ij.
gl. in. l. diuus. ff. de peti. hæredi. l. tutor qui reper
torium. ff. de adminiſtra. tutor. Poſſet hic addi ra
tio. l. j. in fi. ff. de exerci. actio. Nam interdum lo-
cus & tempus non patitur plenius deliberandi
conſilium &. l. ij. §. ſi non propter. in fi. ff. ſi quis
cautio. ibi, niſi anguſtiæ non patiebantur terra
iter metiri vel circuire. melius in. l. edicto. §. ex-
tat. ff. de iure ſiſci. ibi, & ideo per anguſtias tem-
poris deſerre ſe non potuerit. et relatum eſt mihi
pluribus ſenatuſconſultis pariſijs ſecundum Io.
Fabri ſententiam deciſum fuiſſe, idq́ à paucis re
troactis annis, cùm aliquando pluries ſecus iudi
catum fuiſſe intellexerim ſecundum Barto. opi-
nionem in dicta. l. cum hi. §. eam tranſactionem.
& in. §. ſi prætor aditus. ff. de tranſact. poſt gloſſ.
in. l. ſi fundus. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cu-
ra ſunt. quæ tamen non ita aperte ſicuti Bart. re-
cenſet, dixit in verbo, mouere. ex qua Barto. ſuæ
ſententiæ fundamentum elicuit. Sed pro Bar. eſt
quod ipſe idem dicit & ſequuntur alij in dicta. l.
finali. colum. ſin. C. in quibus cauſ. in integ. reſti
101 non eſt neceſ. dum quærit † de minore condem-
nato qui non appellauit. an eo quod non appel-
uerit reſtitui debeat. dicit, ſi certum eſſet bñ fuiſ-
ſe iudicatum non poſſet reſtitui, e diuerſo vbi cer
tum eſſet male iudicatũ fuiſſe reſtitui debet. Sed
vbi dubium eſt dici poteſt minorem eo ſolo con
ſiderato quod tempus appellandi, labi permiſe-
rit læſum eſſe iuxta dictam gloſſ. in. l. ſi minor. §.
fina. in verbo, iure deſiderant. ff. de minor. Alia
& melior ratio eſt, quam ponit Barto. in dicta. l.
cum hi. §. ſi prætor aditus. ff. de tranſact. quia cũ
forma à lege tanquàm neceſſaria introducta eſt,
non licuit eam prætermittere per illum tex.
Ego verò vltra quàm dicat Bartol. neq; alius
in caſu indiuiduo, quod cõtractus ipſo iure nul-
lus ſit vbi forma à lege introducta ſeruata nõ eſt
etiã ſi pupilli aut adulti, vel eccleſia læſi non ſint:
imò quod de læſione diſputare non liceat neque
reum conuentum petentem ſuper læſione inqui-
ri audire. habeo duos tex. hanc quæſtionem mea
opinione prorſus abſoluentes. Primus eſt in. l. ſi
quidem. C. de prædi. minor. ſine decre. non alie.
ibi, ſuperuacuum eſt de vili precio tractare, cùm
ſenatuſconſulti autoritas retento domino alienã
di viam obſtruxerit. ſenatus autem cõſultum cu-
ius illa lex meminit poſitũ eſt in. l. prima. in prin-
ci. ff. de re. eo. qui ſub tutel. vel cura ſunt, illhic
formam præbet quam iubet in alienatione rerũ
pupillarium & adultorum obſeruari. Ecce quo-
102 modo illa. l. ſiquidem. non permittit † de vilita-
te precij diſputari vbi in alienatione autoritas ſe
natuſconſulti mutilata vel contempta eſt. & in vl
timo reſpõſo legis dicitur de vilitate precij quæ
rendũ eſſe quando in alienatione forma ſeruata
eſt quia inquit interpoſito decreto facta eſt tunc
cauſa cognita in integrum reſtitutio concedẽda
eſt. qui tex. vt opinor abſque vlla cauillatiõe eſt.
Secundus eſt in. l. ij. eiuſdem titu. C. de prædi. mi
nor. Non eſt vobis inquit neceſſaria in integrũ

reſtitutio ſi tutores vel curatores veſtri poſſeſ-
ſionem licet pignori noxam vendiderunt ſine
decreto. Ecce quomodo ſola illa ratione quia, ſi
ne decreto à tutore vel curatore res vēditæ ſunt
nulla declaratur rerum pupillarium vel adulto-
rum alienatio ſic vt neceſſaria non ſit in integrū
reſtitutio, vt in hoc ſatis adultus vel pupillus di-
catur læſus ſi ſolennitas in rerum ſuarum aliena-
tione non interuenerit. Idem in eccleſia dicendū
eſt cum pari paſſu ambulent. capi. auditis. extra,
de in integ. reſti. & ipſe idem Ioan. Fab. in dicta
authen. perpetua. C. de ſacroſanc. eccleſ. nō per-
ſeuerauit in ea opinione qua fuit in dicto. §. j. In-
ſtit. de eo cui liber. cauſ. bo. addi. quia quamuis
vtile ſit eccleſiæ alienationem facere tamen inqt
ſuperioris autoritas neceſſaria eſt ca. apoſtolicæ.
extra, de donatio. c. dudum. de rebus eccleſ. non
alienan. libro. vj. & recte etiam probat dicta. l. ſi
fundus. in princip. ff. de rebus eor. qui ſub tutel.
vel cura ſunt, dum dicit non mouere ſi dicat fun
dum infructuoſum eſſe cum vtique pro fructuū
modo precium inuēturus ſit. §. quia verò leotis.
in princip. &. verſi. ſi quis igitur emere præſum-
pſerit. &. §. ſicut damnoſas. in authē. de non alie-
nan. reb. eccleſ. collatio. ij. &. §. fina. in authen. de
aliena. & emphite. collatio. ix. & Ioan. Fab. in di
cto. §. j. Inſti. de eo cui liber. cauſ. bo. addi. prædi
ctam regulam ſic intelligendam eſſe aut vbi ſolē
nitatem lex neceſſario obſeruari iubet eo caſu ad
probandam actus nullitatem ſatis eſt dicere ſolē
nitatem iuris ſeruatam non fuiſſe hoc etiam dicit
Bar. in dicta. l. cū hi. §. ſi prætor aditus. ff. de trāſ-
act. ſequitur. Aret. in dicta. l. mutum ad finem. ff.
de acquiren. hæredi.

103 Nona † iura digeſtorum Codicis & inſtitutio
num in præſcriptione decem vel viginti annorū
de iure authenticorū. in vno caſu emendata ſunt
videlicet vbi res à malæfidei poſſeſſore bonefi-
dei emptori vendita fuerit & decem vel. xx. an-
nis bona ſide poſſeſſa domino ignorāte rem ſuā
præſcribi. non enim illo iure authenticorum no-
cebit domino huiuſmodi præſcriptio etiā ſi em-
ptor rei alienæ conſcientiam intra illos decē vel
xx. annos non habuerit. & ad triginta vſque an-
nos rem ſuam dominus recte vēdicabit, ſecus au
tem ſi dominus ſciuerit rem ſuam venditā & poſ
ſeſſam eſſe quod ſecus erat illis iuribus dum
modo emptor ſui auctoris acceſſione non vtere
tur. Idem in hærede qui bonam fidē habuit quia
putauit rem fuiſſe defuncti. & pro hærede. x. vel
xx. annis poſſedit quia præſcribebat. l. an in vi-
tium. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip. Imo de iu-
re Codicis ſuperueniēs ſcientia malæfidei vel ma
la fides ſucceſſoris etiam ſingularis non nocebat
præſcriptioni. l. vnica. §. hoc tantummodo. C. de
vſuca. transfor. de iure Inſtitutionum eſt text. in
104 §. quod autem. Inſti. de vſucap. † Ius autem dige
ſtorum à iure Codicis differt vbi emptor acceſ-
ſione ſui autoris vti volebat. Oportebat enim nō
tantum autorem bonæ fidei fuiſſe poſſeſſorē, ve-
rumetiam oportebat ipſum emptorem eſſe bo-
næ fidei poſſeſſorem. & ideo quamuis venditor
bonæ fidei fuiſſet ſi emptor rei alienæ conſcien-
tiam habuiſſet non præſcribebat. l. ij. §. ſi eā rem.
ff. pro emptor. l. pomponius. §. fina. ff. de acqui-
renda poſſeſ. glo. notat in. §. inter venditorem. in
verbo, tempora. Inſtitu. de vſuc. vbi vero em-
ptor bonam fidem habuit. licet venditor malæ
fidei fuiſſet dummodo ſui autoris acceſſione nō
vteretur præſcribebat decem vel. xx. annis, vt ſu
prà dixi, niſi res reali vitio affectæ fuiſſent. l. ſe-
quitur. §. ſi tu vi. &. §. Labeo. & pleriſq; alijs. §. il
lius legis. ff. de vſucap. §. furtiue. Inſtitu. de vſu
cap. l. vitia. C. de acquirenda poſſeſſio. l. ſi quis
emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. C. de præ-
ſcript. xxx. annorum. Hodie ſecus eſt iure au-
thenticorum. §. rurſus. in authen. vt ſpōſa. largi.
collatio. ix. ibi, non valente dicere eo qui res
hoc modo poſſedit, quia ipſe bona fide poſſidet
quando ipſe à malæ fidei poſſidente hoc accepit
qui text. ab Irnelio poſitus eſt in authen. malefi-
dei. C. de præſcrip. long. tempo. præſcribebatur
autem. xxx. annis. nunc dicam in ſequen. conclu-
ſionibus.

105 Decima iure digeſtorum † res immobiles nul
lo tempore præſcribi poterant, niſi ab initio cœ-
ptæ præſcriptionis iuſto titulo & bona fide poſ-
ſeſſæ fuiſſent. l. ij. in princi. ff. pro empto. §. j. In-
ſtitu. de vſuc. l. vnica. in princip. C. de vſuca. trāſ-
for. & ratio quoniam de iure digeſtorum. xxx.
vel. xl. annorum præſcriptiones incognitæ erant
vt ſuprà dictum eſt poſt gloſſ. in. l. qui occidit. ff.
ad legem Aquiliam. & alias. gloſ. quarum ſuprà
meminimus. & ita etiam notat gloſſa in. l. ſi quis
emptionis. in princi. in verbo, veteres. C. de præ-
ſcript. xxx. annorum. niſi tāto tempore poſſeſſæ
res eſſent, cuius initij nō extabat memoria. & ra
tio erat quoniam illa tam lōgæua præſcriptio lo
co cōſtituti erat. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de
aqua quotid. & æſtiua. Simile eſt de iure canoni
co. c. ſi diligenti. & capit. vigilanti. extra, de præ-
ſcriptio. regula. poſſeſſor. de regu. iur. in. vj. poſ-
ſeſſor malæ fidei nullo vnquam tempore præſcri
bit bonæ fidei autē poſſeſſor ſine titulo præſcri-
bit ſi bona fide tanto tempore cuius initij non
extat memoria poſſedit. cap. j. de præſcrip. in. vj.
capitu. ſuper quibuſdam. extra, de verborum ſi-
gnifica. quamuis Bonifaciana conſtitutio Inno-
cētio quarto nō placuerit in rebus eccleſiaſticis
præſcribēdis. voluit em̄ cū bona fide titulū eſſe
106 neceſſariū in dicto. c. ſi diligenti. † in rebus autē
prophanis dicit præſcriptionem. xxx. anno. de iu
re ciuili introductam tunc locum obtinere ſi bo-
na ſide impleta eſt, aliàs non. c. fin. extra. de præ-
ſcrip. vt dicam infrà, intellige autem dictū. c. j. de
præſcrip. in. vj. & dictum. c. ſuper quibuſdam. in
his in quibus titulus eſſe poteſt vel conſtitutum
vt dicam abundantius in. l. neceſſarios. §. non
aliàs.

aliàs.infrà eodem titulo. illhic remitto. & ad id
facit.l.via publica.ff.de via publi.reſi.Item in re
bus eccleſiaſticis requirit̃ vt titulus ab eo ſit ha-
bitus qui poteſtatem habuit titulum conferendi
c.dudum.extra,de deci.&.ca.ad decimas. extra,
de reſti.ſpolia.& cum illo titulo longæua inter-
ueniat poſſeſſio.l.iubemus.ij. C. de fund. patri-
mo.lib.xj.dicto.c.diligenti.&.c.veniens. extra,
de præſcript.imo de iure canonico ſuperueniens
mala fides ante impletum præſcriptionis tẽpus
xxx.annorum præſcriptionem interrumpit di-
cto.c.ſi diligenti &.c.fi.extra,de præſcript. licet
iuri canonico Imperatorum leges & conſtitutio
nes contradicant. Sed vt inquit Berna. in dicto
c.fin.extra,de præſcrip.cum peccati materia tan
gatur iuri canonico non ciuili ſtandum eſſe dicã
in ſequenti concluſione quoniam ius digeſtorũ
cum iure canonico ſentit vt ſuprà dixi.

107 Vndecima,† Imperatores ius nouum præſcri
bendi inuenerunt videlicet. xxx.vel. xl. annorũ
etiam abſque titulo & cum mala fide.Iurecõſul-
ti enim æquitate pleni nõ niſi quod æquum aut
iuſtum erat diffinire voluerunt.l.prima.ff.de Iu-
ſti.& iur.nullam ob id præſcriptionem admiſe-
runt niſi cum iuſto titulo & bona fide, vt ſuprà
dictum eſt,imo oportebat poſſeſſionem bonæ fi
dei continuari vt in diffinitione vſucapionis con
ſtare poteſt in.l.iij.ff.de vſucap.l.ij. in princi. &
per totam pene legem.ff.pro emp.l.vnica.§.cum
autem antiqui.C.de vſuca.transfor.in rebus mo
bilibus triennium continuum neceſſarium erat
in immobilibus decennium inter præſentes. &
xx.anni inter abſentes.licet in vſucapiõibus diẽ
vltimum vſucapionis cœptum pro completo ha
berent.l.in vſucapionibus.&.l.ſeq. ff. de vſuca.
l.in vſucapione.in princi.ff.de diuerſ.& tempo-
ra.præſcrip.quamuis in pleriſque non ſufficie-
bat illo iure diem cœptũ eſſe quod pulchre Ho-
ſtien.in ſumma declarat in titulo de electione.§.
quis eligitur.in princip.ibi,dum quæritur,an ſuf
108 ficiat annum attingere:dicit † aut quærimus de
honoribus conſequendis.& dicit ſufficere annũ
attingere.l.ad rem publicam.ff.de muner. & ho
nor.c.cũ in cunctis.§.inferiora.extra,de electio.
vel in vſucapione fauorabili.& dies cœptus pro
completo habetur dicta.l.in vſucapionibus. aut
de odioſa & odioſis actionibus quales ſunt præ
ſcriptiones.xxx.annorum vel quæ modico tem-
pore expirant.ſicuti eſt redhibitoria,& quãti mi
noris in illis dies cœptus pro completo non ha-
betur.l.in omnibus temporalibus.ff.de actio. &
obliga.quandoque tamen de momento in mo-
mentum computabant.l.iij.§.minorem.ff. de mi
nor.& facit.l.fin.C.de tempori.in integ.reſti.pe
ten.ibi,ex quo viceſimiſexti dies illuxerit. §. mi-
norem natu.Inſti.de adoptio.§.fi.Inſti. quib. ex
cauſ.manu.non licet.ibi.xvij.annum impleuerit
109 &. xviij.annum attigerit. † Cæterùm Imperato
res qui non iure ſed iniuria & vi omnia occupa-
uerunt vt plenius in tracta.an rex Franciæ ſupe-
riorem in temporalibus recognoſcat,diſſerui,ab
enſe inquit Angel.in.l.deprecatio. ff. ad legem
Rhodi.de iact.proceſſit imperium, & Hoſtien.
in ſumma de adul.§.quæ pœna,dicit Iulium Cæ
ſarem ſua autoritate non populi conniuentia im
perium vſurpaſſe & recte ſentit vt in tracta. ex-
plicauimus:iterum fuſius diſſeremus in dicta. l.
neceſſarios.§.nõ aliàs.infrà eo.et vt dominia per
eos ſic vſurpata conſeruarent ſpreta Iureconſul-
torum veritate,æquitate, atq; iuſticia pro voto,
proque arbitrio,leges & conſtitutiones ſuis mo
ribus correſpõdentes facere non neglexerũt ſce-
ptrum aut tridentẽ in manu ſemper geſtantes,vt
tonitrua,fulgura & radiorum iaculatiões ſua in-
uidia imitarentur.Omnia enim dominia iure vel
iniuria occupari poſſe ſuis legibus permiſerunt
ea ſic.xxx.vel.xl.annis poſſeſſa perpetuo iure re
tineri voluerunt non abſentiæ parcentes non ſe-
xui qui iura ſua tueri neſcit,non militiæ tametſi
ſuo iuſſu militauerint eos've pro impio cõſeruã-
do pro tuẽda've republica abeſſe voluerint. Nõ
furioſi ratione habita non prodigi qui patrimo-
niũ ſuum paſſim effundit lege prætoria & æqui-
110 tate reſiſtentibus. † Solos enim pupillos excipe
re curauerunt, donec ad annos qui ad curatoris
ſolicitudinem pertinere dignoſcuntur peruene-
rint quamquàm illa etas adhuc curatoris auxilio
egeat,vt inquit Vvlpia.in.l.prima.in fi.ff. de mi
nori.Hoc lex Archardij & Honorij tyrannorũ
indicat in.l.ſicut.C.de præſcrip.xxx.anno. Hoc
etiam Anaſtaſij hæretici cõſtitutio confirmat in
l.omnes. C.eodem,de præſcript.xxx.annorum.
Archadius enim & Honorius,hi fuerunt qui le-
gibus ſanguinarijs ſuum imperium confirmare
ſtatuerunt vt populis terrorem incuterent ſuæ fe
ritatis fomite multaque tyrannide ſtabilire poſ-
ſent.Ob id cautatiſſimam illam.l.quiſquis.C.ad
legem Iuliam maieſt.ad Alexandri exemplũ cõ-
pillauerunt quam poſtea ſuæ ſæuitiæ non imme-
mores dum ſuis legibus imperium ſua opinio-
ne ſatis firmũ eſſe exiſtimauerunt quas ducti pœ
nitentia reuocare non dubitauerunt in. l. ſanci-
mus.C.de pœ.quo factum eſt vt dum Honoriũ
aliquis prioris vitæ illius recordaretur exiſtima-
retq; eum ob id ſecundum illam.l.quiſquis. quã
in rebelles & perduelles tulerat, ſæuire interro-
rogaret cur rebelles non occideret,Honorius re
ſpondit,vtinam,inquit,mihi poſſibile eſſet mor-
tuos ad vitã reuocare:tametſi in Chriſtianos ſæ-
uire non ceſſauerit. Anaſtaſius præterea in Chri
ſtianos cum plura moliretur faueretq; Ioãni Ar
riano & Cõſtantinopolitano epiſcopo Hormiſ
da. tũc ſummõ põtifice qui propter hæreſim ſe-
dulo vtrunque adhortabatur recti verique pon
tificis officium dum impleret fulmine ictus Ana
ſtaſius interijt. Hic non tantum Archadij & Ho
111 norij legẽ quæ de.xxx.annis erat laudauit, † Cæ
terùm ſingulari arte illi nõnihil addere curauit,

ſtatuitq́; nullum ius priuatum vel publicum eſſe
in quacunque cauſa vel perſona quod. xl.anno-
rum extinctum eſſet iugi ſilentio moueretur. Ec
ce quomodo Hæreſiarcha ille infeſtiſſimus nul-
lo ordine nullave iuris ratione alienas res ſic oc-
cupare & retinere cōceſſit in.l.omnes. C. de præ
ſcript.xxx.anno. Cæterùm ſuæ tyrannidis iuſto
dei iudicio pœnas æternas luit. Poſtremo Iuſti-
nianus aliquarum ſuarum conſtitutionum imme
mor Archardij, Honorij, & Anaſtaſij leges ap-
probauit roburq́; illis tribuere feſtinauit. Tandē
hominem creſcente malitia & impietate contra
dei & eccleſiæ præcepta apud omnes fere gentes
qua neſcio infidelitate contra fas inualuerunt iu-
re diuino & canonico huiuſmodi præſcriptio-
nibus & cōſtitutionibus toto nixu reſiſtētibus,
dicto.c.vigilanti.&.c.ſi diligenti.c.veniēs. &.c.
fin.extra,de præſcrip.Nam & lege euāgelica nō
remittiť pctm̄ niſi reſtituať ablatū.c.j.xiiij.quæ-
ſtio.vj.regula peccatum.de reg.iur.in.vj.& ideo
glo.in.c.dudum.extra,de deci.quam refert & ſe
quitur Archi.in.c.quia cognouimus.x.quæſtio.
iij.dixit de Iure canonico nullam eſſe inter præ-
ſcriptionē.x.vel.xx.vel.xxx.vel.xl.vel plurīū an
norum differentiam dicto.c.veniens.in fi.&. ca.
112 fina.extra,de præſcriptio. † Semper enim in om̄i
bus præſcriptiōibus bona fides neceſſaria eſt di-
cto.c.primo.de præſcrip.in. vj. etiam ſi præſcri-
ptio ſit cuius initij non extat memoria per illum
tex.Plus Inno.in dicto.c.ſi diligenti, non tantū
bonam fidem ſed & titulum deſiderauit præſer-
tim in rebus eccleſiaſticis præſcribēdis in rebus
autem prophanis conſentit ſufficere cum tempo
re bonam fidem abſque titulo eo quod nō ſit in
hoc expreſſe ius ciuile per canonicum immuta-
tum.Secundò, Quod in.c.fi. extra,de præſcrip.
de bona ſide tantum cum tempore non etiam de
titulo mentio fiat dicam infrà. & Iuſtinianus hu-
ius canonicæ rationis quandoque memor in.l. ſi
quis in tantam. C.vnde vi,eum prædonem dice-
re voluit qui ſua autoritate res alienas vel poſ-
ſeſſiōes vſurpat : ridiculūq́; eſſe dicere vel audi-
re quod per ignorātiam alienam rem aliqs qua-
113 ſi propriam occupauerit † cum omnes ſcire de-
beant quod ſuum non eſt,hoc ad alios modis o-
mnibus pertinere furemque illum dicendū eſſe
cui furti diffinitio conuenit.mirū igitur eſt quo-
modo permittere Iuſtinianus hoc voluerit ex hu
iuſmodi improbis occupationibus rem à domi-
no poſſe vſurpari iureque quaſi dominij reti-
neri contra vſurpatoris conſcientiam cum tēpus
excuſationem præbere nequeat.c.quanto.extra,
de conſuetu.tanto enim grauiora ſunt peccata,
quanto infelicem animam detinent alligatam ne-
moque ſanæ mentis ſit inquit ille text. qui nō in-
telligat naturali iuri cuius trangreſſio periculum
ſalutis inducit quacumque conſuetudine poſſe
aliquatenus derogare. Idque etiam Iuſtinianus
probat in.§.j.in authen. de litigio. collatio. viij.
male inquit adinuenta, malaſque conſuetudines
neque ex longo tempore, neque ex longa cōſue-
tudine poſſe confirmari, quæ enim & qualis ra-
tio eſſe poteſt vt ius meū quod forte ignoro mi-
hi competere vel non audens vendicare, vt in-
quit lex cum vero.§.apparet.ff. de fideicommiſ.
liberta.dicatur ab alio poſſe per iniuriam occu-
pari & retineri cōtra rationem dictæ.l.ſi quis in
tantam. & dicti.§.rurſus.in authen. vt ſponſ.lar-
gi.colla.ix.Non valente, inquit, dicere eo q̄ res
hoc modo poſſidet quando ipſe à mala fide poſ-
ſidente hoc accepit: quanto minus is qui mala fi-
de accepit hoc dicere poteſt. & iiſdē rationibus
114 vtitur glo.in.c.fi.extra,de præſcrip. † canon, in-
quit, qui præſcribentis mala fide peccatum conſi
derat vt neque petentis negligentia vſurpatorē
excuſet: quare propter legis Imperialis autorita-
tem à peccato vſurpator excuſari nequit. & ideo
inquit illbic Berna.canō legem ciuilem propter
animarum periculum corrigere voluit quamquā
in ſeculari iudicio non obſeruetur. Sicuti neque
aliæ canonicæ conſtitutiones quæ de vſuris tra-
ctant & male ſecundum eundem. Non diſſimili-
bus rationibus vſa eſt. glo.j.in.c.j.xiiij.quæſtio.
vj.Quibus adhæret illic Archi.& in.ca.ii virgo.
xxxiiij.quæſt. ij. Nolo vnū prætermittere quod
eſt Ius ciuile quantacūque iniquitate in hoc præ
fulgeat dominiū tamen ex ea longiſſima præſcri
ptione acquiri noluit, niſi is qui præſcripſit cum
titulo & bona fide præſcripſerit ſed ſolam præ-
ſcriptionis exceptionem aduerſus dominum qui
rem ſuam tanto tempore vendicare neglexit con
ceſſit in.l.ſi quis emptionis.§.quod ſi quis. C. de
præſcript.xxx.annorū.E diuerſo ſi poſt finitam
præſcriptionem apud dominum rei vel credito-
rem præſcriptæ poſſeſſio forte reuertatur de do-
minio rei ſuæ excipere p̄mittit, adeo vt illis præ-
ſcriptionis exceptio obſtare non poſſit, per illū
tex.qui repetitur in.c.placuit.xvj.quæſtio.iij.ni-
ſi is qui abſque titulo præſcripſit bona ſide.xxx.
annos poſſederit.tex.autem in dicto.§.rurſus.in
authen.vt ſponſal.largi.colla.ix. de eo intelligi-
tur qui cum titulo & mala fide. xxx. annis poſſe
115 dit. in quo iuri canonico cōtradicit, † quoniam
ius canonicum bonam fidem omnino deſiderat.
alioquin præſcriptionem huiuſmodi cōdemnat.
& propterea optima ratione Feli.in dicto.ca.vi-
gilanti extra,de præſcrip.dixit aliud eſſe poſſeſ-
ſionem fundi acquirere & aliud dominiū acqui-
rere.Nā is qui poſſedit.x.vel.xx.vel.xxx. annis.
rem iuſto titulo & bona fide dominium acquirit
& illi rei vendicatio concedetur etiam aduerſus
eū qui aliàs dominus fuit dicta.l.ſi quis emptio-
nis.§.j.C.de p̄ſcrip.xxx.anno.dicto ca. placuit.
xvj.quæſt.iij.quia præſcriptione dominium ac-
quirit.Non ſic eſt in eo qui ſine titulo & mala fi-
de rem.xxx.annis poſſedit quia per huiuſmodi
præſcriptionem ſolam rei poſſeſſionem acquirit
& præſcriptionis exceptionem tantum aduerſus
omnes,

omnes,ſed non dominium quia qui dominus an tea erat adhuc dominus eſt. & effectus dominij apud eum remanet,vt ſuprà dixi. & in.l. prima. §.j.ſuprà eodẽ titulo.& elate declarat ille.ca. pla cuit.xvj.quæſtio.iij. quem tu bone lector perlege cum dicta.l.ſi quis emptionis.C.de præſcrip. xxx.annorum.

Axioma ex prædictis eſt, præſertim ex dicto §. rurſus.in authen. vt ſponſa. largi. collatio.ix. ius digeſtorum, Codicis & Inſtitutionum immutatũ eſſe in hoc quod lex ſimpliciter permittebat rẽ poſſe præſcribi.x.vel.xx.annis ſi ab initio bona fide & iuſto titulo poſſeſſa erat.Namq; ſic Iuſtinianus moderari voluit, vt aduerſus eos qui ſciunt rem ſuam à tertio poſſideri. x. annis inter præſentes &.xx.inter abſentes quaſi remvi deantur ex huiuſmodi negligentia pro derelicta habuiſſe argumẽto.l.primæ.&.ij.ff. pro derelic.

116 Et † ſic tria concurrere hodie eſt neceſſe iuſtum titulum bonam fidem & domini negligentiam quam lex rei ſuæ amiſſione coercere voluit:intellige dum tamen manus poſſeſſoris fortis non fuerit propter quam forte dominus timuerit agere.l.finali.in princip.C.de præſcrip.xxx. annorum.dicta.l.cum vero. §. apparet.ff.de fideicommiſ.liber.Hoc notat Innocen.in dicto capitu.ſi diligenti.per.c.nullus.prima quæſt. j. capi. quia cognouimus.x.quæſtio.iij. præſumitur inquit Innocen.ex timore potius quàm ex debito præſtitiſſe qui talibus longiſſimo tẽpore aliquid ſoluit.Ego autem puto eum debere interim præ ſtari. l.vnica.C.ſi quacun.prædi.poteſtate.l.fin. C.de his qui propter met.iudi. non appel. C. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de no. oper. nunciа.niſi forte potentiam hominis vereretur ne in eum ſæuiret ſi forte eum proteſtatum fuiſſe intel ligeret argumẽto.l.nouiſſime.ff.quod falſ.auto. Notat Cin.in.l.ij.C.de his quæ vi metus've cauſ. ſi.& in hoc caſu Alani ſententia in dicto capitu. vigilanti.extra,de præſcrip.ſuſtineri poſſet dum

117 dixit eum † qui.xxx.annis bona fide & iuſto titulo poſſedit & ante lapſos.xxx.annos rei alienæ notitiam non habuerit vt in foro conſcientiæ propter legis autoritatem tutus ſit licet forte fini ta præſcriptione rei alienæ conſcientiam habere inceperit.hoc gloſſ.præſenſit in dicto capitu.pri mo.xiiij.quæſtio.vj.& in dicto capitu. veniens. & capit.fin.extra,de præſeriptio. cum quibus vi detur eſſe Innocen. in dicto capitu.ſi diligenti. extra, de præſcrip.vbi plus Innocen. dicit bonã fidem cum tẽpore in prophanis rebus ſufficere per capitu.fina. extra de præſcrip.eo quod in eo de bona fide non etiam de titulo mentio fiat. & quod ius ciuile à iure canonico expreſſe nõ inue niatur mutatum. Cæterùm gloſſ. in hoc vltimo dubitauit in dicto ca. j. xiiij.quæſtio.vj.& quod ſuprà dixi de eo qui cum titulo & bona fide poſ ſedit habet plurimum rationis, & æquitatis cum is qui emit de damno vitando certet:in eo autem qui ex titulo lucratiuo poſſediſſet non videretur hæc ratio militare argumẽto.l. apud Celſum §.authoris.ff.de excep.doli.verumtamen.l.an in vitium.ff.de diuerſ.& tempo.præſcriptio.lucratiuum titulum ab oneroſo titulo non diſtinguit,

118 vult † enim donatarium rem donatam præſcribere poſſe titulo pro donato.licet is qui donauit præſcribere non potuerit. & ideo per eam dici poſſet cum Innocen.& Alano vt is ſit in foro cõ ſcientiæ tutus qui cum bona fide poſſedit ab initio & cum titulo,licet poſtea rei alienæ conſcientiam habeat. In eo autem qui abſque titulo licet bona fide poſſederit difficilior ratio eſſe videtur tamen communis eſt canoniſtarum ſententia vt tutus ſit qui.xxx.annis cõtinue bona fide poſſedit etiam ſine titulo.

Duodecima præcedentis conſecutiua,Iure no uiſſimo Codicis omnes res & actiões.xxx.& ad ſummum.xl.annis præſcribi exceptis rebus pupillaribus dicta.l.ſicut.et.l.omnes.C.de præſcri. xxx.annorum.Neque aduerſus eam ſcriptum in vlla lege inuenio dari in integrum reſtitutionem fauore minoris ætatis quicquid Accur.& qui eũ ſequuntur dicant in dicta.l.ſicut.& in.l.fin.C.in quibus cauſ.in integrũ reſti.nõ eſt neceſ.& in iu ris abſolutione ſufficit dicere, hoc non eſſe iure cautũ.§.conſideremus in auth.de trien. & ſemiſ. collat.iij.ibi,vel nec qualibet eſt lex hoc dicens, vt inquit tex.in.§.cum autem.verſicu.optimum. in authen.de non eligen. ſecundò nuben. collatione prima.vel fine.l.inuenitur vt inquit.l.fina li.C.de conſuli.libro.xij.vel neque lege aliqua. de hac re cautum eſſe, neque per ſenatuſconſultum.l.iij.in fi.ff.de præuarica.Si autem argumẽtis & rationibus id probandum eſt in vnam & alteram partem plura deduximus: aliqua etiã ſcripſerunt Ioan.de Imo.& Rapha.Cuma. in. l. vbi

119 lex.ff.de vſucap. † & recte dixiſſe puto iure Codicis inuentam fuiſſe huiuſmodi præſcriptionem xxx.vel.xl.annorum cum de iure digeſtorũ incognitæ eſſent vt ſuprà dixi. Quibus adde gloſſ. in.l.ſi quis emptionis, in princi. in verbo, veteres. C. de præſcrip. xxx.annorum. & idem tenet Bal.in dicta.l.ſicut.C.eo. de præſcri. xxx. anno.

Decimatertia iure prætoris minoribus ex ſuo contractu vel ex ſententia, aut aliter læſis poſt lapſos. xxv. annos ad poſtulandam in integrum reſtitutionem annus vtilis concedebatur.§.rurſus.Inſtitu.de actionibus dixi ſuprà.ſimiliter & maioribus ex contractu vel ex ſententia vel ex cauſa abſentiæ vel alterius iuſti impedimenti læſis infra annum vtilem ac tempore læſionis vel finitæ abſentiæ numerandum in integrum reſtitutio à prætore cõcedebatur ex clauſula illa generali ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. l. j. & l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. & plerisque alijs legibus. ff. ex quibus cauſis maiores.

Mm

l.prima.ij.&.iij.C.de reſtitu.milit. & eorum qui
120 reipu.cauſ. abſue. licet Accurſ. † dicat maiores
ex ſuo contractu non poſſe reſtitui etiam ſi læſi
ſint per.l. ea quæ à patre. C. de reſti.milit. quæ
nihil facit quoniam de minore loquitur ſuccedē
te maiori ex capite maioris defuncti quem læ-
ſum fuiſſe dicebat qui viuens quæſtus non erat
quare Bartol.quem fere omnes ſequuntur con-
tradicit Accurſ.in.l.finali.C.de tempo.in integ.
reſti. peti. & obſtat totus titulus ex quib.cau-
ſis maiores. ff. & . C. & titu . de dolo. & quod
met. cauſ. hodie loco vtilis anni quadriennium
conceſſum eſt per dictam. l. fina. C. de tempo.
in integrum reſtitu. peten. Sed in abſente intel-
lige quando præſcriptio durante abſentia cœ-
pta & finita eſt, tunc ad petendam in integrū
reſtitutionem quadriennium reuerſo concedi-
tur à die regreſſus computandum dicta.l.finali.
Si verò in præſentia cœpta erat præſcriptio fini
ta autem durante abſentia reſtituebantur ſolum
tanti dies quanti abſens fuit aut impedimentum
durauit, dicta.l.ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ
&.§.quoties.ff.ex quibus cauſis maior. hoc etiā
dicit illa.l.finali.in fi. C. de tempor.in integrum
reſti.petē.l.quod tempore.in verbo, vltra.C.de
reſtitu.milit.Idem erat vbi facto naturali rei im-
pediebatur.l.prima.§.ſi quis propter inundatio
nem ibi repetita die.ff. de iti. actuque priua.quā
declara vt per Petr.in.l.fi.C.de præſcrip.xxx.an
121 norum. † Si autem in præſentia præſcriptio fini-
ta eſt, dum tamē poſt reuerſionem idoneam tem-
pus ad litem conteſtandam & hoc modo interrū
pendam præſcriptionem ſupererat, licet in abſen
tia cœpta fuerit vel medio tempore abſens fuit
de iuris rigore non reſtituebatur.l. ab hoſtibus.
§.ſed quod ſimpliciter.&.l.ſeq.ff.ex quibus cau
ſis maiores.ſecundum Martin.antiquum gloſſa.
quem Petr.& noſtri ſequuntur.licet Bar.varius
ſit in hac tamen Bald.& cæteri omnes tranſmon
tani Bulga.ſecuti ſunt, contrarium ſentientes à
Petr.& Mart.in quo vis diſputationis noſtræ ſu
pra omiſſæ eſt propter Iaſo.fundamētum per cū
poſitum in dicto.§.rurſus.Inſti.de actio. & licet
aliqua ſcripſerimus in repetitione.l. contractus.
ff.de regulis iuris.tamen ampliore ſtylo hic pro-
ſequamur.repetamus igitur hic Iaſo.argumentū
quo in noſtros inſurrexit, dicit enim opinionem
Bulgari comprobari vno ſimili quo Accur.vſus
eſt in dicta.l.fina.in verbo, illuxit. C. de tempo.
in integ.reſti.peten. dixit enim gloſ. illhic quam
Barto.& Bald.illhic ſequuntur quod ſi præſcri
ptio in minori ætate cœpta fuit, & in maiori æta-
te completa non eſt iſto caſu deneganda imo cō-
cedēda reſtitutio neq; tempus illi currit, niſi pro
tempore maioris ætatis & conſequenter dum re
ſtituetur ſubducetur tempus minoris ætatis : &
non cōputabitur ſibi tempus niſi maioris ætatis
quo in negligentia fuit. Hoc vere glo. dixit, ſed
non ita clarè vt Iaſon eam recenſuit. glo. autem
nulla alia lege mota eſt quàm.l.prima.§. annus.
ff. quando de pec. actio. anna. ſit. quæ omnino
gloſſ. contradicit. infra dicetur. & ob id tanti no
minis virum demiror quod tam debili ratione in
noſtros inſurrexerit, cum plures & longe melio-
res Ioan. Fab. pro Accurſ. rationes deduxerit in
dicto.§.rurſus. Quibus plus æquo reſpondet et
maxime dictæ.l.j.§.annus. hac ratiōe diſputatio-
nem Accurſ.& Marti.doctoris Gallici & mon-
tiſpeſſulani repetam, & in ea pauca ex his quæ p
eos dicta ſunt tranſſcribam, pariter etiam eorum
quæ in dicta.l. contractus. ſcripſimus. & vt Ac-
curſ. argumentum intelligas ex dicto. § . annus.
122 aſſumptum, præſuppone † actionem de peculio
perpetuam eſſe quandiu filius aut ſeruus ſuper-
ſtites erunt, & in poteſtate patris, vel dñi remane
bunt: poſt mortē vero filij vel ſerui, vel poſtquā
in poteſtate domini vel patris eſſe deſierint an-
nalis tantum erit dicta.l.prima.ff.quando act.de
pec.anna.ſit.in.§.annus, quæritur quid ſi obliga
tio qua ſeruus aut filius obligati erant conditio-
nalis erat annus actionis de peculio quando inci
piet reſpondet finita conditione incipere.neque
ob id antea creditoribus annum currere quia an
te impletam cōditionem nulla creditoribus agē-
di facultas competebat . Ideo annus donec peti
poteſt non currit.l.prima.ff.de diuerſ.& tempo.
præſcrip.l.ij.ff.quis ord.in bo. poſ.ſerue.dixi in
repetitione. l. dudum.C. de contrahen. emptio.
In minore igitur idem dicendum eſſe voluit cum
non niſi poſtquàm dies primus.xxvj. anni illuxe
rit agendi facultas competere non incipiet. eadē
ratio ſecūdum eos in maiore abſente eſt. Cui nō
licuit per abſentiam agere, non debet igitur tem
pus illi currere quo fuit abſens. Sed vlterius pro
greditur Accurſ.quàm dicat Iaſon & Petr. in il-
la.l.fina.C.de tempo.in integ.reſti.pet.recte de-
clarat & Cin.poſt eum.& vt clare intelligas Pe-
123 trus quæſtionem facit † pone, inquit, vltimo die
xxv.anni præſcriptio.xl.annorum cœpta eſt, nū
quid quadriēnium quod minoribus datur ad pe
tendam in integrum reſtitutionem ſtatim ex eo
die incipiet. Certe dicit Accurſ.non ſed à tempo
re læſionis tantum incipiet currere.l.prima.§. an
nus.ff.quando de pec.actio anna.ſit.& hoc con
firmatur quod dicit Accurſ.in.l.ſicut.C.de præ-
ſcrip.xxx.annorum.dum dicit concedēdam eſſe
minori reſtitutionem aduerſus præſcriptionem.
xxx.annorum contra eum inceptam ſed quando
dixit Accur.in dicto verbo illuxerit non à die ſo
lum quo.xxvj.annus illuxit, ſed à die læſionis
à quo quadriennium computandum eſt . dicunt
Petr.& Cin.ſi Accur.dictum verum eſſet in præ
ſcriptione.xl.annorum agere poſſet minor cum
decrepitus eſſet & annorum.lxix. vel ſi præſcri-
ptio.xxx.annorum eſſet vſque quo attigiſſet an-
num ſexageſimum in integrum reſtitui poſſet,
quod

quod quàm ridiculum eſt dicere, vnuſquiſq; co-
gitet. Nam præſcriptiones illæ initium non acci-
perent donec minor factus eſſet. xxx. annorum
& finiretur præſcriptio in anno ætatis ſuæ quin-
quageſimoquinto. & hoc medio poſt lapſum. lv.
annum quo tunc læſio inciperet quadriennium
initium acciperet: & ſic vſque quo minor ſexage
geſimum annum attigiſſet non eſſet tutus is qui
cum minore contraxiſſet. Sed dici poteſt nõ eſſe
legem quæ vſquã hoc cogitauerit. & ob id. Pau-
lus de Caſt. in. l. quod tempore. C. de reſti. milit.
plurimum admiratus eſt, quomodo Accur. Bar.
& cæteri, qui ſe illis ſubſcribunt hanc opinionẽ
attentauerint. Non enim dicta. l. prima. §. annus.
ff. quando de pecu. actio anna. ſit. hoc dicere co-
gitauit imo. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. annorum
124 vult † pupillum ſtatim quo adultus factus eſt ca
pacem eſſe præſcriptionis paſſiuæ, quoniã aduer
ſus eum ſtatim huiuſmodi præſcriptionem inci-
pere vult abſque vlla reſtitutionis ſpe. & ideo Ia
cob. de Rauẽ. vt illud obiectum euitaret quam-
quàm cum Marti. ſentiret dixit non eſſe verum
quod tanto tempore in integrum reſtitutio du-
ret ſed ſtatim cum præſcriptione. xxx. annorum
quadriennium reſtitutionis perendæ incipiet ſci
licet cum maior effectus erit eo quod in minori
ætate læſus eſt. & cauſa reſtitutionis minoris erit
quia actio ſibi abbreuiatur quod eſt legitimum
intereſſe. l. ſi creditori. ff. de lega. j. Sed Petrus &
poſt eum Cin. admirantur Iaco. de Rauen. quo-
modo tam debili ratione à prima ſua opiniõe de
clinauerit, quoniam inquit, Petr. in integrum re-
ſtitutio ex eo non conceditur quod actio abbre
uiatur. l. pater. §. fina. ff. de caſt. pecu. quem text.
idem Petr. notauit in dicto. §. rurſus. Inſtitu. de
actio. Addit etiam. l. pantonius. ff. de acquiren.
hæredi. Secundo alia ratione Bulga. & Accurſ.
125 opinio vera eſſe non poteſt: † quia læſio mino-
ris non poteſt recte dici impleta donec finita ſit
præſcriptio quæ initium in minori ætate tantum
accepit. Tertio ſi læſio in tempore minoris æta-
tis completa non eſt de tempore reſtitutionis tra
ctandum non eſt, quia non eſt minori reſtitutio
neceſſaria de his quæ in minori ætate egit. l. in
cauſæ. ff. de minori. Cui ego addo tex. in. l. adole
ſcentiæ. C. in quibus cauſ. in integrum reſti. non
eſt neceſ. ibi, impleta igitur ætate legitima nõ eſt
in integrum neceſſaria reſtitutio. quia non inte-
gratio amiſſæ cauſæ his datur ſed integra ĩpa cau
ſa ſeruatur. Idem in maiore abſente in tempore
idoneo ad agẽdum reuerſo cui integra cauſa ſal-
ua eſt, dicta. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimplici-
ter. &. l. ſequenti. ff. ex quibus cauſis maiores.
& ideo Paulus de Caſtro. in dicta. l. quod tem-
pore. iiij. columna. C. de reſti. milit. demiratur, vt
ſuprà dixi, Bartol. & Bald. quomodo in ſenten-
tiam Bulga. declinauerunt. Hac ratione ductus
Petr. ait dictam. l. fina. C. de tempo. in integrum
reſti. pet. ſimpliciter vti iacet abſque vlla ſupple
tione legendam eſſe, videlicet quadriẽniũ quod
hodie minoribus læſis conceditur, incipere ſta-
tim à die impleti. xxv. anni. Hoc dicit illa lex in
his verbis, quod non ſolum in minorum reſtitu-
tionibus in quibus vtilis annus incipit currere
ex quo xxvj. anni dies illuxerit, ſimiliter inquit
Petr. per eandem legem in maioribus dicendum
126 eſt. † Nam ſequitur in eadem lege, ſed etiam in
maiorum. Hoc etiam adhiberi ſancimus. & ite-
rum in fi. eiuſdem. l. dicitur. ita & in maiorũ tem
pus quo reipublicæ abſuerint, vel alijs legitimis
cauſis quæ veteribus legibus enumeratæ ſũt fue-
rint occupati om̃e excipiatur. & nõ ab ſimilis ſit
in hac parte minorum & maiorum reſtitutio. &
ideo ad abſoluendam hanc noſtram diſputatio-
nem circa illius. l. ſina. materiam dico aut læſus
eſt minor. xxv. annis ex ſuo contractu vel alio
quocunque à ſe geſto ſicut. l. ait prætor. in prin-
cip. ff. de minor. interpretatur & vſque ad annũ.
xxv. reſtituebatur. & vlterius poſt finitos. xxv.
annos vtilis annus minori læſo ad poſtulandam
in integrum reſtitutionem concedebatur loco
cuius hodie quadriennium conceſſum eſt dicta
l. finali. C. de tempo. in integ. reſti. peten. & me-
lius probatur in dicta. l. fina. C. de repud. hæred.
neque vlterius ex illo læſionis capite in integrũ
reſtitutio protelari poterat. aut etiam vbi per viã
nullitatis aut alio iuris ordinario remedio ſubue
niri poſſet dicta. l. in cauſæ. ij. ff. de minor. dicta
l. adoleſcentiæ. C. in quibus cauſ. in integrum re-
ſti. non eſt neceſ. l. ſi curatorem habens. C. de in
integ. reſti. mino. Hodie verò per Iuſtinianum in
dicta. l. fin. C. in quibus cauſis in integ. reſti. non
127 eſt neceſ. † Nec vberiori beneficio ſubuentum
eſt, quoniam ipſo iure quatenus læſi inueniũtur
contractus nulli reputantur. Ideo reſtitutione
opus non eſt per illum tex. Aut minor in tempo
re aut lapſu temporis læſus eſt & iterum diſtin-
gue. Aut minoris tutorem aut curatorem haben
tis res ſine decreto iudicis & tutoris vel curato-
ris autoritate alienatæ. x. vel. xx. annis præſcri-
ptæ ſunt & omni iure tam digeſtorum quã Co-
dicis contractus nullus erit. l. prima. in princip.
ff. de rebus eorum qui ſub tutel. vel cur. ſunt.
l. ſi curatorem habens. C. de in integrum re-
ſtitu. minor. & ſicut alienari per contractum
non poterant nullo etiam tempore præſcribi
poterant. l. vbi lex in principio. ff. de vſuca-
pionibus cum alienationis appellatione illo iu-
re veniat præſcriptio. l. alienationis verbũ. ff.
de verborum ſignificatione. & ideo dixi de iure
digeſtorum nullo tempore præſcribi poſſe eo
quod præſcriptio. x. vel. xx. annorum non noce-
bat minoribus læſis, ſimiliter nec. xxx. anno-
rum nocere poterat, cum illius præſcriptionis
nulla ratio haberetur eo quod illo iure incogni
ta erat, vt ſuprà dixi, de iure Codicis non curre-
bat præſcriptio. x. vel. xx. anno. l. nõ eſt incogni
tũ. C. de quib. nõ obijci. longi. tẽpo. præſcrip. l. j.

& fin. C. ſi quis igno. rem mino. compara. &
ratio quia contractus erat nullus: & ideo re-
ſtitutione opus non erat, dicta.l. ſi curatorem
habens. C. de integrum reſti. minor. Nec requi-
rendum erat an minor læſus eſſet.l.ij.&.l.ſi qui-
dem. C. de prædi. minor. ſine decre. non alienã.
128 ſufficit † enim illo iure inquirere an contractus
ſolenniter eſſet factus necne, & vbi contractus
ſine iuris ſolennitate factus erat aliter de læſio-
ne inquirere non licebat dicta.l.ſi quidem.&.l.
ij. C. de prædi. minor. ſine decre. non alienan.
& ideo non poterat præſcriptio locum habere
propter nullitatem tituli & iuris reſiſtẽtiam quæ
malam fidem inducit.l.ij.§.ſi à pupillo.ff. pro em
pto. cum in præſcriptione.x. vel.xx. annorũ bo-
na fides & iuſtus titulus omi iure neceſſaria ſint
§. j. Inſtitu. de vſuca.l. vnica. C. de vſucap. tranſ-
for. Si vero ſolenniter factus erat contractus
ſed ex eo læſus eſt minor, & reſtitui debebat
vt dixi.l. prima.&.l. ait prætor. & dicta.l. in cau-
ſæ.ij.ff. de minor. dicta.l.ſi quidẽ in fi. C. de præ-
di. minor. ſine decre. non alienan. neque præſcri-
ptio.x. vel.xx. annorum aduerſus eos admitteba
tur, ſed illis effectis maioribus & non antea ini-
tium præſcriptio aſſumebat, dicta.l. non eſt in-
cognitum. C. quib. non obijci. longi tempo. præ
ſcrip.l. prima. & fin. C. ſi quis ignu. rem minor.
129 eſſe comparauer. † Cæterùm in vſucapione iure
digeſtorum pupilli ab adultis plurimum differe
bant. Quoniam res pupillorum ſi ſciẽter emptæ
erant non vſucapiebantur ſecus ſi ignoranter,
quoniam paſſim res adultorum mobiles vſuca-
piebantur dicto. §. ſi à pupillo. dixi ſuprà non
repeto, ſed aduerſus eam reſtituebantur.l. vni-
ca. C. ſi aduerſ. vſuca.l. etiam ei. ff. de minor. Sed
hodie melius & fauorabilius minoribus ſuccur-
ſum eſt per dictam.l. ſina. C. in quibus cauſis re-
ſti. in integrum non eſt neceſ. quoniam illis reſti
tutione opus non eſt. & repete quod ſuprà dixi
res mobiles precioſas à non precioſis diſtinguẽ-
do. & ſi dicas quomodo eſſe poteſt vt præſcri-
ptio. xxx. annorum locum habeat ex tali alie-
natione nulla ipſo iure, cui ius reſiſtit dicta.l. ſi
quidẽ. C. de prædi. minor. dic rationẽ eſſe quod
lex Codicis iniquitate plena titulum non deſi-
derat neque bonam fidem ſed ſolum quod res
xxx. annis poſſeſſæ ſint dicta.l.ſi quis emptionis.
§. primo. C. de præſcript. xxx. annotum. & ſatis
eſt illo iure dicere quia.xxx. annis poſſedi neq;
alia melior ratio reddi poteſt ea quam nunc di-
130 ximus. † Si de præſcriptione. xxx. vel.xl. anno-
rum quæras: & currit quibuſcunque minori-
bus, incipitq; ſtatim quo contractus cum eis ſa
ctus eſt abſque vlla reſtitutionis ſpe, dicta.l. ſi-
cut. C. de præſcri. xxx. anno. & rõ potiſſima quæ
potuit Imperatorem mouere ea eſt cuius ſuprà
meminimus quia cum poſt lapſum tempus mino
ris ætatis & tempus quo reſtitui poterant, tem-
pus idoneum illis ſupereſt ad interrumpendam
xxx. aut. xl. annorum præſcriptionem in minori
ætate cœptam & quemadmodum maioribus im
putatur ſi præſcriptionem non interrumpant li-
tem conteſtando cum potuerunt poſtquàm re-
uerſi ſunt aut impedimentum ceſſare incœpit di
cta.l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter.&.l. ſe-
quenti.ff. ex quibus cau. maio.&.l. ſi fundum.ff.
de fundo dota. Pari ratione aduerſus eos currit
præſcriptio. xxx. annorum quia poſt finita tem-
pora reſtitutionis petendæ tempus idoneum il-
lis ad agendum ſupereſt. Si de maiore quæras ab
ſente dic aut præſcriptio.x. vel.xx. annorum cœ-
pta & finita eſt durante abſentia & currit, ſed re
ſtituitur.l. quod tempore. C. de reſti. milit.l. pri-
ma.&.ij.&.l. ab hoſtibus. C. quibus non obijci.
long. tempo. præſcrip. quas Accurſ. Bald. Paul.
de Caſt. & alij in neceſſaria non autem in volun-
taria abſentia intelligunt per.l. ſicut. C. de præ-
ſcript. xxx. annorum. Si lex ſicut ad neceſſariam
reſtringeretur ſingularis eſſet & admirabilis de-
claratio ad dictã.l. ſicut. vt aduerſus præſcriptio-
nem. xxx. vel.xl. annorum abſenti ex iuſta & le-
gitima cauſa concedatur in integrum reſtitutio.
Ego non puto.l. ſicut. hanc interpretationẽ poſ-
ſe admittere propter verbum, militia, poſitum in
dicta.l. ſicut. Clarum eſt autem per dictã.l. quod
tempore.&.l.j. C. quib. non obijci. long. tempo.
præſcrip. legitimam dici abſentiã quæ cauſa mili
tiæ fit. & quod Accurſ. in eadẽ.l. ſicut. in verbo,
militia, dicit abſentibus & militibus cumpetere
in integrum reſtitutionẽ per.l.j.ff. ex quib. cauſ.
maio. Ego non puto in præſcriptione. xxx. anno
rũ poſſe verificari, imo.l. omnes. C. de præſcrip.
xxx. annorum excludit omne ius tam publicũ q;
priuatum & ex quacunque cauſa & perſona mo
ueatur & per.xl. annos extingui. Conſentio autẽ
cum eis in præſcriptione.x. xx. vel paucorum an
norum reſtitutionem in integrum cõcedi in præ
ſcriptione. xxx. vel.xl. annorum non puto poſ-
ſe hoc admitti. Nam etiam de iure veteri ad hoc
vt quis propter abſentiam reſtitui poſſet opor-
tebat abſentiam eſſe legitimam.l. item hi qui &
l. ſequenti.ff. ex quibus cauſis maiores. §. rurſus.
Inſtitu. de actioni. & continuo abſentia durauerit non ſi ante finitam abſentiam vſucapio finita
ſit & interrumpi potuit dicto. §. ſed quod ſimpli
ter. de quo p glo. in.l. ſi.ff. de reſti. in integ. Qua
re non poſſum huic diſtinctioni accommodare
dictam.l. ſicut. & quod ſuprà dixi de maiore ab-
ſente qui poteſt reſtitui. Quæro quod tempus
& infra quod tempus reſtituetur. & in his dua-
bus quæſtionibus longa eſt inter doctores diſ-
putatio. & vnus in alterum inſurgit pro Bul-
gario & Accurſio tota fere tranſmontanorum
caterua ſentit cum Marti. antiquo gloſſatore &
Gallico omnes Galli conueniunt. Cum eis etiã
Azo. ſentit in ſua ſumma. C. titu. de reſtitutio.
milit.

milit. dixit enim Azo Bulga. opi. maiori æquita te moueri, eam vero quæ Marti. eſt maiore auto ritate legum fulciri. & ideo tenendam potius & ſequendam eſſe. Ioand. Andr. in dicta Cle. j. de in integ. reſti. ſubſcribit ſe Petr. & Marti. Paul. de Caſt. in dicta. l. quod tempore. C. de reſti. milit. dixit Marti. & Petr. ſententiam veriorem eſſe & haud dubie probari in dicta. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter & .l. ſeq. ff. ex quibus cauſis maior. Quibus dicit non videri reſponſum poſſe dari: leges autem quæ pro Bulga. & Accurſ. adducuntur faciliter euitari poſſe. & ideo admiratur Bartol. & Bald. quomodo à Marti. opinione declinauerunt. Cin. cum noſtris ſentit & veniam à Din. præceptore ſuo petit cum oporteat eū in his duabus quæſtionibus in ſecunda maxime ab eius ſentētia declinare. Bar. ipſe varius fuit in dicto. §. ſed quod ſimpliciter, ſicuti dixi in repetitione legis contractus. ff. de regu. iur. de vtraque igitur videamus. & vt intelligatur clarius quis iuſtius arma induerit recenſebo duas quæſtiones quas Petr. ex mēte diſputationis Bulga. & Marti. aſſumpſit. Prima eſt, Præſcripſi rem tuam decem annis vno minus die quo tu reipublicæ cauſa abeſſe cœpiſti. an propter vnius diei abſentiā concedetur quadriennium. Secunda, Non plurimum à præcedente differens vltimo die. xxv. anni cum minore contraxi ex quo contractu læſus eſt minor. Nunquid eodem die reſtitutio in integrum & præſcriptio. xxx. vel. xl. annorum incipiet & ad inueſtigandam dubitādi rationem huius nouiſſimæ quæſtionis præſuppone Accurſij opinionem quam poſuit in dicta. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. anno. & in. l. fina. C. in quib. cauſ. in integ. reſti. non eſt neceſ. in. l. fin. C. de tempo. in integ. reſti. peten. in. l. quod tempore. C. de reſti. milit. & in. §. rurſus. Inſtitu. de actio. videlicet minorem. xxv. annis aduerſus præſcriptionem. xxx. vel. xl. annorum poſſe in integrum reſtitui has duas quæſtiones aperuit Accur. in. l. ſed & ſi per prætorē. §. ſi feriæ. & in. §. quoties. in verbo, vnius. & in. l. necnon. §. ſi ſæpius, in verbo, & puto. ff. ex quibus cauſ. maior. vbique ad confirmationem ſuæ ſentētiæ plures leges allegat quibus omnibus ſingulariter à Petr. Cin. & Ioan. Fab. reſponſum eſt. Pariter à Ioan. Andr. qui ſe Petr. ſententiæ ſubſcripſit in Cle. j. de in integ. reſtitu. pro quibus expediendis aduerte.

In primis neminem eſſe qui de prima quæſtione ſuprà propoſita dubitet. Non enim poteſt is qui legitime abſens fuit aut iuſto impedimento impeditus maius tempus per beneficium reſtitutionis obtinere quàm abſens aut impeditus fuit & vltra. l. quod tempore. C. de reſti. milit. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. & §. ſequenti. ff. ex quibus cauſis maiores. ſoleo ſingulariter text. clarum allegare in. §. rurſus. verſiculo, de præſcriptione. in authen. de ſponſa. larg. collatio. ix. ibi, alios tantos ei annos ſuper decennium adijci quantos ex ipſo decennio abſens fuit. Quare tota vis diſputationis in. ij. quæſtione conſiſtet. Quando & infra quod tempus reſtituetur minor maior factus vel maior qui abſens fuit quas vt abſoluam, Primo recenſebo gloſſ. Bartol. Bald. Angel. & cæterorum diſtinctionem per eos poſitam in dicta l. finali. C. de tempo. in integrum reſti. peten. & in dicta. l. quod tempore. C. de reſtitu. milit. Angelus Aretinus & Iaſon in dicto. §. rurſu. Inſtitu. de actioni. à quibus exiges eos qui cum Bulga. & Accurſ. ſentiunt. Dicunt enim aut læſus eſt maior ex contractu vel ſententia & tempus vniforme eſt. Olim annus, hodie quadriennium. & id ſine dubio eſt dicta. l. finali. C. de tempo. in integrum reſti. peten. & dicta. l. finali. C. de repu. hæredi. Aut ex curſu temporis læſus eſt. & ſubdiſtingunt. Aut tempus in quo læſus eſt maius eſt quadriennio. & quadriennium tantum conceditur. l. quod tempore. C. de reſtitu. milit. ibi, intra annum vtilem. & ibi, vltra autem ius poſſeſſoris lædere contra eum inſtitutum non oportet iſtud dictum in præſcriptione. x. vel. xx. annorum. non poteſt eſſe verum dicto. §. rurſus. verſiculo. de præſcriptione. in authen. vt ſponſa. larg. colla. ix. quē ſuprà pōderaui in his verbis alios tantos ei annos ſuper decennium adduci quantos ex ipſo decennio abſens fuit. Neque illi tex. obſtat. l. quod tempore. C. de reſtit. milit. Imo conuenit ipſi quicquid velint: & pondera illam l. quod tempore. In his verbis intra annum vtilem amota præſcriptione medij temporis poſſeſſionem vendicare permiſſum eſt: vltra autē ius poſſeſſoris lædere contra eum Inſtitutum non oportet. Nota hæc verba amota præſcriptione quæ verba omnino abſorbent poſſeſſionem medij temporis quo fuit abſens. Pro quo abſorbendo aut petendo eam abſorberi datur annus vtilis loco cuius eſt quadriennium, vt quocunque tempore medio dictæ poſſeſſionis abſens fuerit ſiue ſex aut ſeptem aut pluribus annis abfuerit integrum illud tempus abſentiæ vult omnino amoueri & ad petendum illud amoueri poſt regreſſum abſentis illi abſenti dat vtilem annum. & per Iuſtinianum loco vtilis anni datum eſt quadriennium dicta. l. finali. C. de tempo. in integrum reſti. peten. & .l. finali. C. de repu. hæredi. tantundem dicit tex. §. rurſus. Inſtitu. de actio. ibi, reſciſſa vſucapione eam petere, id eſt, ita petere vt dicat poſſeſſorem vſu non non cœpiſſe. & ſic quocunque tempore abſens fuerit non nocet ei abſentia nec poſſeſſio interim habita poſſeſſorē iuuabit. & vt dixi ſuprà, melius quocunque altero declarat dictus. §. rurſus. in authen. vt ſponſa. largi. colla. ix. Ad diſtinctionem eorum redeamus.

131 Si verò † minori tempore abſens fuerit, vt puta
x. diebus vel pluribus vel anno aut biennio re-
ſtituetur illi tantum tempus quantũ abſens fuit
& non vltra. & id verum eſt vt ſuprà dixi dicta
l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. &. §. quoties.
ff. ex quibus cauſ. maior. & nemo eſt qui diſſen-
tiat. Sed Bulga. Accurſ. Bartol. Bald. Ange. Sa-
li. Ange. Aretin. & reliqui omnes vltramontani
exceptis his quorum ſuprà meminimus & nunc
in diſſolutione legum per eos allegatarum repe-
temus. Addunt in dicta. l. ſed & ſi per prætorẽ.
§. quoties. & in dicta. l. quod tempore. &. l. fi. C.
de tempo. in integ. reſti. peten. in dicto. §. rurſus.
Inſti. de actio. vt is qui læſus eſt in vno die tantũ
vel decem diebus aut pluribus vel paucioribus
tenebitur infrà vnum diem qui ſibi reſtituetur ſi
vno die tantum abſens fuit vel illos dies quibus
contingit eum abijſſe petere in integrum reſtitu-
tionem, & in cauſa reſtitutionis litem conteſtari
eamque terminare. Alioqui amplius non audie-
tur. allegant ipſi. l. fina. ff. de minori. l. cum poſt.
ff. quando act. de pec. anna. ſit. l. debitrix. ff. ad
Velleia. l. ait prætor. §. præterea aliàs eſt. §. par-
tum. verſ. præterea. & in verſ. ſi conditionalis. ff.
quæ in fraud. credi. fi. quæ lex videtur eſſe indiui
dua. allegatur etiam dicta. l. ſed et ſi per prætorẽ.
§. ſi feriæ. §. quoties. l. necnon. §. ſi quis ſæpius. l.
ergo. in fi. ff. ex quibus cauſ. maior. Secundò, ad
132 dunt. † Nam is qui vſucapit non debet eſſe me-
lioris conditionis quàm qui non vſucepit. decla
ra mentem eorum quoniam ſi maius tempus con
cederetur quadriennio ſorte contingeret vt is q
vſucepit propter vnum diẽ abſentiæ habeat qua
driennium. & ſi præſens fuiſſet res potuiſſet in
triẽnio vſucapi & hoc pacto propter vnius diei
abſentiam vltra triennium habebit quadrienniũ
& ſic loco triennij quo poſſedit minus vno die
propter illum diem rei poſſeſſor non vſucapiet,
niſi poſt ſeptem annos eo quod ad petendam in
integrum reſtitutionem quadriennium concede
retur. & ſic propter vnum diẽ abſentiæ nõ eſſet
poſſeſſor tutus niſi poſt ſeptem annos elapſos
quod plenum eſſet iniquitate. Tertio, addunt
non debere abſentem melioris conditionis eſſe
quàm ſi res ſua non fuiſſet vſucapta. Nam ſi non
fuiſſet vſucapta ſtatim quo reuerſus eſſet præſcri
ptio incœpiſſet & infrà tres ſubſequentes annos
potuiſſet vſucapi & tamen ſi contingeret eum
poſſe infrà quadriennium reſtitui daretur que ad
petendam in integrum reſtitutionẽ propter vnũ
diem abſentiæ quadriennium nihil releuaret poſ
ſeſſorem triẽnalis vſucapio, quod ridiculũ eſſet
dicere. Non enim videtur hoc de mente legum
fuiſſe: imò contradicunt. l. videlicet. &. l. primæ.
in ſi. ff. ex quibus cauſ. maior. quare dicunt infra
illum diem, poſtquàm reuerſus erit, teneri in in-
tegrum reſtitutionem petere & eam facere termi
nare iuxta. l. fin. C. de temp. in integ. reſti. peten.
& ſi dicatur rigoroſum eſſe nimis vt omnia vno
die fiant videlicet petere in integrum reſtitutio-
nem, litem ſuper ea conteſtari, litemq́ diffinire,
133 Ad † id reſpondent Bulga. & Accurſ. imputan
dum eſſe illi qui ſe ita arctauit. & tandiu rem ſuã
neglexit. l. ij. §. pe. ff. ſi quis cautio. Addit Bart.
in dicta. l. fi. C. de tempo. in integ. reſti. peten. tẽ-
pus negligentiæ abſorbere tempus quod ſibi de
bet reſtitui: licet canoniſtæ ſecundum eum ali-
ter ſentiant in Cle. vnica. de in integ. reſti. & Mo
der. adhærentes Barto. dicunt iſtud recte proba
ri in dicta. l. ſed & ſi per prætorẽ. §. ſi feriæ. &. §.
quoties. Tamen idem Bar. in dicta. l. ſina. C. de
tempo. in integ. reſti. peten. in hoc ab Accurſ. nõ
diſſenſit quod voluit abſentem tam præciſe ar-
ctare, vt teneatur vno & eodem die reſtitutionẽ
petere litem conteſtari litemque infra eundẽ diẽ
terminare, ſicuti Bulga. & Accur. voluerũt quo-
niam inquit Bartol. poſtquàm in integrum reſti-
tutio poſtulata erit poteſt lis quatuor annis &
pluribus durare. Non eſſet igitur ſecundum Bar
tol. rationi congruum vt propter litem tãdiu cul
pa rei dilatam beneficio reſtitutionis in integrũ
priuaretur. ſed ſatis erit. inquit Bartol. petere in-
fra diem vel dies quibus abfuit & intra quadriẽ-
nium terminare, dicta. l. ſin. C. de tempo. in inte-
grum reſti. peten. Hanc autem Bar. & Bald. mo
derationem limitauerunt Ange. Areti. & Iaſon
in dicto. §. rurſus. Inſtitu. de actio. in caſu autem
ſi minor. &. l. petendæ. C. de tempo. in integ. re-
ſti. peten. Sed prius Bartol. poſt Accurſ. ſic mo-
deratus erat in dicta. l. fina. C. de tempo. in inte-
134 grum reſti. peten. † Secundò niſi impedimentũ
ſequens abſorberet totaliter omne tempus quia
tunc integrum tempus reſtituendum eſſet. tolle
exemplum ſecundum eos, datus eſt mihi menſis
ad aliquid probandũ: acta cauſæ perierunt, qua-
re probare non potui propter actorum carentiã
certe integrum tempus ſecundum eos mihi con-
cedẽdum erit. l. ita ſtipulatus eſſem. &. l. ſeq. vbi
dicunt, Barto. ita notare. ff. de verborum oblig.
qui tex. nihil probat, quicquid ipſi dicant. Qua-
re aliter ſentiunt Marti. & Petr. noſtrates cũ qui
bus eſt Ioan. Fab. in dicto. §. rurſus. Inſtitu. de
actionib. in dicta. l. quod tempore. C. de reſtitu.
milit. in. l. ſinali. C. de tempo. in integrum re-
ſti. peten. in. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpli-
citer. ff. ex quibus cauſis maior. Azo in ſum-
ma. C. de reſtitutione militum. Ioan. Andræas
in dicta Clemen. vnica de in integ. reſti. Pau-
lus de Caſtro & Rapha. fulgo. in dicta. l. quod
tempore. & prius eis Cin. C. de reſtit. militũ.
& à Din. præceptore ſuo, qui cum Accurſio
& Bulga. ſentit, veniam petit quod ab eo diſ-
ſentiat & Odofredus cum Marti. & Petro ſen-
tit. Dicunt enim poſt Petrum non eſſe verum
135 quod † vno & eodem die qui vnico die tan-
tum abſens fuit teneatur reſtitutionem petere
litem ſuper ea conteſtari & terminare, neque
legem eſſe quæ hoc dicat. Et dicit Ioannes
Andr.

Andræ. in dicta clementi. vnica. Si ita lege cau-
tum eſſet, mirabilis eſſet rigor. Et vltra quàm Pe
trus,& noſtri dicant non obſtat.l.ij. §.penul.ff.ſi
quis cautio . dum per eam dicunt Bulga. & Ac-
curſ.imputandum eſſe illi qui ita ſe arctauit quo-
niam ſi illa ratio in hoc noſtro caſu recipienda eſ
ſet,ſequeretur, vt nullo modo ei qui vno tantum
die abſens fuit in integrum reſtitutio conceden-
da eſſet per rationem dictæ.l.ij. §.pen.ibi, ſi quis
tamen , cum poſſet non incidere in tempeſtatem,
vel in fluminis vim, ſi ante profectus eſſet,vel tẽ-
pore oportuno nauigaſſet , ipſe ſe arctauerit. Si-
militer ſi is cuius res vſucapiebatur , vel præſcri-
bebatur recte ſibi cauiſſet in tempus non incidiſ-
ſet , imputandum igitur illi eſt quare ita ſe arcta-
uerit , reſtitui ergo non debet per rationem Bul-
ga.& Accurſi. cum imputandum ſit ei qui in ne-
ceſſitate ſe conſtituit,& nõ tantum dicam de vno
die , ſed etiam vbi plures paucißimi tamen dies,
vt puta quinq; aut ſex dies ſupereſſent adhuc re-
ſtitui non deberet,quod falſum eſt. Et ad id pon-
dero text.in.l.ſi fundum.in fine.ff.de fund.dota.
ibi,plane ſi paucißimi dies ad perficiendam lon-
gi temporis poſſeſſionem ſuperfuerunt,nihil erit
quod imputabitur marito.& ſic mulier quæ poſt
diſſolutum matrimonium potuit poſſeſsionẽ in-
terrumpere quod ante matrimonium inceperat,
& conſtante matrimonio cucurrit quo tempore
mulieri agere non licebat,præſcriptio marito nõ
imputatur ſed mulieri tantum, ſi poſt diſſolutum
matrimonium aliqui dies præſcriptionis implen-
136 dæ ſupereſſent , licet paucißimi. † Paucißimos
dies puto interpretandos ſecundum dictam.l.ab
hoſtibus. §.ſed quod ſimpliciter. &.l. non enim.
ff.ex quibus cauſis maior.Imputet enim ſibi mu-
lier ſi non egit cum agere potuit,& agendo præ-
ſcriptionem interrumpere , ſimiliter imputãdum
ei eſſet qui in neceſsitate ſe conſtituit cum tanto
tempore neglexerit vt ex vſucapione vel præſcri
ptione tam pauci dies ad implẽdum tempus præ-
ſcriptionis ſupereſſent. Sed hæc ratio in conſide-
ratione eſſe non debet in quæſtione propoſita,et
contra eos retorqueo dictam.l. ſed & ſi per præ-
torem.§.ſi feriæ. ff.ex quibus cauſis maior.ibi,ſo
lẽnium enim feriarum rationem haberi nõ debe-
re,quia proſpicere eas potuerit,et debuerit actor
ne in eas incidat,ſed cum feriæ repentinæ tempus
eximant reſtitutio duntaxat ipſorum dierum fa-
cienda eſt non totius tẽporis quare vana eſt Bul-
ga.Accurſ.Barto.Bald.& ſequacium ratio.Præ-
terea non erat veriſimile legiſlatores ſic voluiſſe
actores arctare vt reſtitutionis beneficium tam
præcipiti acceleratione inutile redderent.l.conti
nuus.§.cum ita. ff.de verbo.obliga. l.quod dici-
mus.&.l.ratum.ff.de ſolutio.l.quo enim. §.Iulia
nus. ff. rem ratam haberi. Alioqui vt recte dixit
Ioan.Andr.in dicta clementi.vnica.de in integr.
137 reſtit. † mirabilis eſſet rigor,quòd læſus vno die
aut paucißimis diebus teneretur intra vnũ diem
aut paucißimos dies poſtulare in integrum reſti-
tutionem in ea litem conteſtari & finire , licet re-
ſtitutio ſua natura quatuor annis durare debeat
dicta.l.ſina.C.de tempo.in integ.reſti.peten.ibi,
memorata continuatio tẽporis obſeruetur ad in-
terponendam conteſtationem finiẽdamq; litem.
Ecce quomodo quadriennium integrum ad hæc
omnia explenda conceſſum eſt,tantundẽ dicitur
in dicta clemen.vnica.de in integrum reſtitu.

Secundò inquit Ioan.Andr.in dicta clem.vni-
ca.Si ratio Bulga. Accurſi. Bartol.& ſequacium
vera eſſet,ſequeretur quadrienniũ à lege conceſ-
ſum non eſſe ad præſcriptionem & vſucapionem
vniforme quoniam trienniũ tantum in vſucapio-
ne conceditur, & tamen ad præſcriptionem qua-
driennium conceditur, neq; altera Bulga.& Ac-
curſ.ratio ad id ſe extenderet,cum ad eam implẽ-
dam decennium inter præſentes,&.xx.anni inter
abſentes neceſſarij ſint , & tamẽ lex tantos annos
vult ad decennium adijci quantos ex ipſo decen-
nio abſens fuit dicto.§.rurſus. verſic.de præſcri-
138 ptione.in authent.vt ſponſa.larg.colla.ix. † & in
vſucapione lex rationem vnius diei habere vult
in dicta. l.ſed & ſi per prætorem . §.ſi feriæ. ff.ex
quibus cauſis maior.Quare lex ad effectum con-
ſequendæ reſtitutionis in integrum,propter legi
timam abſentiam non diſtingueret vſucapionem
à præſcriptione,quod verum non eſt,vt in prædi
ctis legibus ſatis conſtare poteſt.

Reſtat ad leges per Bulga.Accurſ.et ſequaces
allegatas reſpondere.In primis dicunt Petr.Cin.
Ioan.ſab.Ioan.And.& reliqui qui ſe Marti.ſub-
ſcripſerunt nullam eſſe ex legibus per Bulga.&
Accurſi.allegatis quæ diffiniat, intra quod tẽpus
reſtitutio diei vel plurium quo minor abſens fuit
concedi debeat: recte autem diffiniunt quantum
tempus reſtitui debeat. Et primo.§.ſi feriæ.in di-
cta.l.ſed & ſi per prætorem.in verſic.Iulianus,di
citur:Iulianus lib.iiij.Digeſtorũ ſcribit reſciſsio-
nem vſucapionis ita faciendam eſſe, vt hi dies re-
ſtituerẽtur,quibus actor agere voluit & interuẽ-
tu feriarum impeditus eſt.Secundò.§.quoties.in
eadem.l.tantum.dicit reſtitutio vnius diei aduer-
ſus me facienda eſt , & iterum in fine eiuſdem di-
citur. Et generaliter quotieſcunq; quis ex neceſ-
ſitate non ex voluntate abfuit, dici oportet ei
ſubueniendum.

Eandem ſolutionem,& recte tradunt ad.l.nec-
non.§.ſi ſæpius.ff.ex quibus cauſ.maior.Et vlte-
rius inquit Ioan.Andr.in dicta elementi.vnica.ſi
dixeris illum: §.ſi ſæpius. loqui de tempore intra
quod reſtitutio peti debeat , quod nõ eſt verum.
Tamen Bulga. adhuc & Accurſ. directe contra-
dicit,in duabus ſuis partibus . Prima eſt in his
verbis ex nouißimo reditu tempus reſtitutionis
eſſe ei computandum. Secunda eſt in his verbis,
ſed ſi omnes quidẽ abſentiæ annum colligant ſin
gulæ minus anno , vtrum ei annum damus ad re-
ſtitutionem , an vero tantum temporis quantum

eius nouiſsima abſentia occupauit. Et puto an-
139 num dandum. † Ecce ſi velis illum text. dictæ. l. necnon. §. ſi ſæpius. ad. §. quoties. dictæ. l. ſed & ſi per prætorẽ, referre ſicut & fieri debet cum vno cõtextu legantur, cõſtabit pro poſtulanda vnius diei aut plurium abſentiarum per in integrum reſtitutionem annum vtilem concedi loco cuius eſt quadriennium, et ſic non tantum ad petendam in integrum reſtitutionem dãtur totidem dies quot abſens fuit, ſiue vna, ſiue plures fuerint abſentiæ, & ſi minus anno durauerint adhuc annus vtilis integer datur, & quod dicitur in illo text. ſi omes abſentiæ annum colligant annum dandum eſſe, il le tex. non poteſt de illo anno qui ad poſtulandã in integrum reſtitutionem cõceſſus eſt, intelligi: ſed intelligitur de tempore quo abſens fuit, qui anno abfuit, qui reſtitui debet, & quia dubium erat propter interpollatas abſentias, an vtriuſque abſentiæ tempora coniungi deberent, vt tantum temporis reſtitueretur, quantum in vtraq; abſentia, abſens fuit. An vero nouiſsima tantum conſiderari deberet propter rationem Bulga. quæ ponitur in dicta. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. verſic. ſolennium. quia debuit ſibi imputari, cum ſemel ſe abeſſe nouiſſet, cauere ne iterum in ſimilem abſentiam incideret. Et dicit annum ſibi dari quanto abſens fuit: non autem dicit non habere niſi annum ad petendam in integrum reſtitutionem, quoniam vt dixi in ea. l. dubium non fuit an annus vtilis, qui illo iure concedetur deberet cõcedi vel minui, ſecundum abſentias, ſed ſolum an annus quo abſens fuit omnibus abſentijs ſimul iunctis reſtitui ſibi deberet. Et hoc clare demonſtrat ille text. ibi, vtrum ei annum damus ad reſtitutionem: an verò tantum temporis quãtum eius nouiſsima abſentia occupauit. quare ille tex. non meruit ſignari. & id eſt quod Ioan. Andr. dicere voluit, in dicta clementi. in illo text. tempus infra quod præcedere tempus ad quod. et ibi, hæc duo tẽpora dantur diuerſis, ſicuti ſi diceremus læſum in quadriennio reſtitui ad quadriennium, ſed verus eſt intellectus illius legis quem nunc explicuimus.

Ad. l. fin. ff. de minor. eodem modo reſpondẽt omnes & præſertim Ioan. Andr. in dicta clemen. vnica. & ponderat text. dictæ. l. fin. in his verbis, ſine dubio quod de temporali actione in qua interceſsit minor ſenſiſti, puto verius, ideoq; & pignus quod dederat prior debitor manet obliga-
140 tum. † Et vt Ioan. Andr. mentem intelligas, aduerte quòd Iunius Diophantus Pomponium Iureconſultum cõſulebat, an recte interrogatus reſpondiſſet dum Iunius interrogatus eſſet de minore. xxv. annis qui nouandi animo interceſſerat pro eo qui temporali actione tenebatur, & eo tẽpore quo interceſsit decem dies tantũ ſupererant interrogatus eſt, an creditor qui pariter reſtitui poſtulabat plenius decem diebus reſtitui poſſet. Iunius reſponderat, Ex tẽpore in integrum reſtitutionis tantundem temporis præſtandum quantum ſupererat. Pomponius Iunij reſponſum laudat & confirmat. Et aliter in ea nullum verbum fit de tempore infra quod creditor reſtitutionem petere debeat, ſed ſolum quæſtio erat quantum tempus creditori deberet ex ſua temporali actione nouata per minoris interceſsionem reſtitui, ex qua quoniam minor interceſſerat decem dies tantum ſupererant, reſpondit decem dies tantum, & non plures ſibi debere reſtitui. Quare igitur principij tantum eſt repetitio, quoniam non quærit intra quod tempus reſtitutio illorum decem dierum à creditore peti debeat.

Ad. l. debitrix. §. fin. ff. ad velleia. dupliciter reſpondent, & potiſſimè Ioan. Andr. in dicta clem.
141 vnica. † Primò, quod in ea reſtitutio fiat per officium iudicis. Idem illhic glo. ſentit in verbo, reſtitueretur. Secundò, quòd ſine temporis interuallo ipſo iure per legem prima actio reſtituatur. patet in illo text. ibi quamuis ſtatim atque interceſſerit mulieri competierat. Sed vltra quàm ipſi dicant mirandũ eſt quomodo illa. l. debitrix. à Bulga. & Accur. ſic fuit intellecta, quæ ſi recte ſentio omnino illis contradicit, inquit ille text. ſi mulier pro eo qui temporali actione tenebatur interceſſit, actio creditori reſtituetur. Sed quando reſtituetur reſpondet, ſtatim quo mulier Senatuſconſulti velleiani beneficio erit reſtituta, in verſic. ſic tamẽ iterum quærit ad quid reſtituetur creditor, ſeu quantum tẽpus creditori ad agendum aduerſus debitorem ſua temporali actione cõcedetur, reſpondet, Quamuis ſtatim atq; interceſſerit mulier prima actio aduerſus debitorẽ competierit: quia tamen intercedendo mulier efficaciter non fuit obligata: ex præcedenti cauſa tempora poſt reſtitutionem numerabũtur. Ex his duo colligo. Primum quamquam de iuris rigore nullo inſtanti dato ex eo quòd ſecunda mulieris obligatio accedens principali obligationi efficaciter mulierẽ nõ obligabat ſtatim creditor agere prima actione tenebatur ſaltem infra tempus primæ obligationi adiectũ. Alioqui actione ſua cadebat, quia cogitare debuit qualitatẽ mulieris cum qua contrahebat, & ſcire eã inefficaciter intercedere. Tamen lex rigorem illum ſequi noluit, ſed eam quãuis expiratam propter lapſum tempus obligationi adiectum reualidat: & veluti dormire eam facit donec mulieri cuius interceſſione prior obligatio nouata erat in integrum reſtituta fuerit à iudice. Et ex eo die quo per iudicis ſentẽtiam reſtituta erit tẽpus quod ex priore obligatione reſtabat creditori dum per mulierem nouata eſt credi-
142 tori incipiet currere, & nõ antea. † Ecce quomodo duo ſunt diuerſa tempora, videlicet tẽpus ad quod quis reſtituitur, & tempus infra quod reſtituitur. Et quomodo tempus ad quod non extinguitur donec inſtantia reſtitutionis quæ eſt temporis intra quod reſtitutio conceditur finita fuerit, ſeu currere non incipiet tempus quod ex prima act

ma actione ſupererat, donec per iudicis ſenten-
tiam pronunciatum fuerit reſtituẽdum eſſe illud
tempus quo abſens, aut legitime impeditus fuit.
Et iſtud vt ſuprà dixi, clare probat text. ille in his
verbis ſic tamen vt ex præcedente cauſa continua
tempora numerẽtur poſt reſtitutionem quamuis
ſtatim atq; interceſſerit mulier competierat. Ego
non puto poſſe in text. aliquo melius aut clarius
intentionem Marti. & Petr. de bella perti. & ſe-
quaciũ probari quàm in illo text. Non enim vult
ille text. tempus agendi creditori currere donec
per ſententiam iudicis officio latam mulier reſti-
tuta fuerit aduerſus interceſsionẽ à ſe factam, ſed
ſententia lata tempus quod ex prima actione cre
ditori reſtabat tunc cum per ſecũdam obligatio-
nem nouata eſſet prima incipiet, & non antea. tã-
tundem dicit tex. in dicta. l. fin. ff. de minori. qua-
re Ioan. Andr. in dicta clemen. vnica. recte dicit
ambas illas leges vnica ſolutione diſſoluendas
eſſe. Et iterum in dicta. l. fin. ff. de minor. ponde-
ra illum text. Primo ibi, vtrum reſtitutio quæ cre
ditori aduerſus priorem debitorem datur decem
dierum ſit, an plenior. Secunda ibi, ego didici ex
tempore in integrum reſtitutionis tantundẽ tem
143 poris præſtandum quantum ſupererat. † Ecce
quomodo iſta duo tempora non confunduntur
ſicuti volunt Bulga. Accurſi. & ſequaces, nõ ob-
ſtat. l. cum poſt. in princip. ff. quando de pec. act.
anna. eſt. quæ plus alijs vrgere videtur dum in ea
dicitur quantũcunq; de peculio actio poſt mor-
tem filij, & ſerui aduerſus patrem aut dominum
annalis ſit. Si tamen prima actio qua ſilius, & ſer
uus obligati erant minus anno durabat, ſicuti eſt
redhibitoria illa actio de peculio non durabit an
no, ſed ſex mẽſibus tantum poſt mortem ſilij vel
ſerui aduerſus patrẽ vel dominum. Plus ille text.
vult idem dicendum eſſe, in quibuſcunq; tempo-
ralibus actionibus. idem igitur in reſtitutione in
integrum dicendum eſt, quæ ad conſeruationem
principalis actionis conceditur quæ de iuris rigo
re extincta eſt. l. Pantonius. ff. de acquiren. hære-
di. huic non diſsimilis eſt dicta. l. ait prætor. §. par
tum. verſic. ſi conditionalis. ff. quæ in fraudẽ cre-
di. Et propter illam videtur præciſius opinio Bul
ga. & Accurſi. probata quàm in nulla alia lege vt
admirari debeamus Marti. Petr. Cin. & reliquos
quomodo tam temeriter in ſua opinione perſeue
144 rarint. Dicitur in ea † actionẽ in factum quæ ex
illo edicto, quæ in fraudem creditorum fiunt, na-
ſcitur, anno tantum durare. Pone inquit obliga-
tionem quæ creditori competebat cõditionalem
vel in diem fuiſſe nunquid actiones illæ credito-
ri per edictum ſi quid in fraudem creditorum ſi-
bi reſtituentur, reſpondet ſibi reſtitui. iterũ quæ-
ritur, quomodo reſtituentur, & reſpondet intra
tẽpus quod obligationi ſupererat, cum fraus cre-
ditori facta eſt, non autem intra annum niſi forte
tantum tempus ex principali obligatione ſuper-
eſſet quando fraus per debitorem commiſſa eſt.

Et ideo ſi ſex tantum menſes aut pauciores reſta-
bũt creditor agere tenebitur illo edicto infra ſex
menſes, alioqui amplius non audietur, quamuis
actio illa prætoria anno duret. §. j. Inſtitu. de per-
petu. & tempo. actio. l. in honorarijs. ff. de actio.
& obligatio. Et ſic illa actio prætoria regulabi-
tur ſecundum tempus actionis, cui deſeruit: dum
tamen annum non excedat: minui autem poterit
ſi actio cui deſeruit, nõ tandiu duret. iuuabit ver-
ba legis referre, hæc ſunt ſi tamẽ ea actio erat, cu-
ius dies ſinitur, poteſt dici reſtitutionem intra id
tempus poſſe poſtulari quod tempus ſupererat
obligationi, non vtiq; intra annum. Idem in. l. in
bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capti. & poſtlimi. re-
uerſ. quãuis ille text. forte euitari poſſet eo quòd
vſucapio quæ in caſu illius legis interuenerat ad
iuris redimentis ſeruum confirmationem acceſſe
rat, per quod ſtatim ſerui dominum acquiſiuerat
145 cum ignorauit alienum fuiſſe ſeruum. † In hoc
autem pro eis eſt quia qui ſeruum captum, etiam
ſciens emit ſuum facit, licet infra triẽnium redimi
poſsit per conſtitutionem de redimẽdis captiuis
factam, ſi autem ignorãter redemit dubium fuit,
an potuit vſucapi, quod non videbatur, quia con
ſtitutione ſuus factus erat, neq; ſuæ rei vſucapio
ſit, dicit tamen poſſeſsionem triennalem ſerui re-
dẽpti efficere vt dominium redimentis confirme-
tur, tam ex vi conſtitutionis de redimendis capti-
uis factæ quàm ex vi legis vſucapionem introdu-
centis rei mobilis bona fide & iuſto titulo poſſeſ
ſæ, quem text. deduxi in. l. j. §. ſi vir. ſuprà eod. ad
cõfirmationem eiuſdem opinionis meæ circa in-
tellectum vel melius declarationem. l. ſi credito-
ri. ff. de lega. j. Et quamuis per tot clara iuris lu-
mina leges illæ intellectæ ſint, tamen illis puto à
Petr. Cin. Ioã. Andr. & Ioã. fab. ſatisfactũ fuiſſe.

Primo dicunt in illis legibus nullum etiam mi-
nimum verbum fieri reſtitutionis in integrum,
neque officij iudicis quo reſtitutio concedi ſolet.
vnde lata eſt inter illas leges et diſputationem no
ſtram differentia quam Petr. & Cin. in prima ſo-
146 lutione recenſent. † Dicunt enim plurimum dif-
ferre actiones temporales & perſonales ab offi-
cio iudicis reſcindente ſeu quod ad reſcindẽdum
maioribus & minoribus conceditur per. l. fin. C.
de tempo. in integ. reſti. peten. ibi, & non abſimi-
lis ſit in hac parte minorum & maiorum reſtitu-
tio nam clarum eſt reſtitutionem quæ minoribus
datur ex officio iudicis concedi. l. quod ſi minor.
§. ſin. ff. de minor. Reſtitutio autem in illis actio-
nibus per viam actionis, & non iudicis officio da
tur. hoc etiam ſentir Accurſ. in dicto. §. ſin. Secun
dò in officio iudicis per litis conteſtationem nul-
la ſit perpetuatio dicta. l. ſi. C. de tempo. in integ.
reſtitu. peten. quoniam per illum tex. debet intra
quadriennium peti, & ſuper ea lis cõteſtari & ter
minari. Idem dicitur in dicta clemen. vnica. de in
integ. reſti. Non ſic eſt in illis actionibus tempo-
ralibus & perſonalibus quæ litiſconteſtatione

perpetuantur.l.ſicut.&.l.fin.C.de præſcrip.xxx. anno.l.j.§.ad hæc.C.de annal.excep.§.j.Inſtit.de perpetu.& tempor.actio.Non mirum eſt ergo ſi actiones illæ prætoriæ ſecũdum actiones quibus deſeruiunt regulantur:dicam abundantius infrà.

Alia eſt ſolutio Petri quam Ioan.fab. in dicto §.rurſus.vj.&.vij.colum. breuiter & clare,prout vir fuit clari & acuti ingenij,abſoluit.Et Accurſ. eam commemorauit in dicta.l. quod ſi minor. §. fin.in verbo,nulla.in fi.Licet Accurſ. tunc recor datus non ſit cum Bulga.ſe ſubſcribebat,tametſi Ioan.fab.neque alius gloſſ.illius meminerit. Dicunt enim in illis legibus maxime in illa. l. cum poſt. & in dicto.§. ſi conditionalis. nullam fieri de temporis reſtitutione mentionẽ,ſed de re ipſa ſolum reſtituenda,pro qua actio in factum datur abſque vlla alia reſtitutione in integrum.Mirum igitur non eſt ſi tempus currat. Caſus autem no-
147 ſter longe diuerſus eſt, † quoniam nulla actio in effectu cõpetit ad rei reſtitutionem, niſi poſt con ceſſam & obtentam in integrum reſtitutionem. Ante igitur tempus actionis currere non poteſt, quàm ſuper reſtitutione eiuſdem pronunciatum fuerit, ſed cum pronunciatum erit reſtitutionem concedi debere ſtatim effectualiter actio extincta per lapſum temporis reuiuiſcit beneficio reſtitutionis in integrum tãto tempore, quãto quis abſens fuit argumento dictæ.l.j.§.annus.ff.quan do de pecu.acti.anna.ſit.quam in Accurſi.retorqueo,nam actio de peculio quæ annalis eſt, non antea competere poteſt quàm obligatio conditionalis expirauerit. Ecce quomodo vnum per aliud non confunditur.Et verba Accurſ.in dicta l.quod ſi minor. §.fina. in verbo,nulla hæc ſunt. quia primo inquit Accurſi. per officium petitur reſtitutio,vt in dicto.§.fina.qua data prima actio vtilis datur, vt in contrarijs ex quibus clarè conſtat cõtra eum vt qui facto legis ſua actione prohibetur agere illi antea non poſſet tempus currere priuſquam declaratum ſit à iudice an velit ſua prima actione agere. Quare ſi hoc præambulum eſt, vt ſatis Accurſi. confitetur quomodo poteſt opinio Bulga.& gloſ.ſubſiſtere,impoſsibile eſt.
148 † Neceſſe eſt igitur concludere prius petendam eſſe in integrum reſtitutionem,qua petita iudicis officio diffinietur an recte & iure poſtulata ſit,& ſi pronũciauerit concedẽdam eſſe actionem quæ expirauerat ſua ſententia reſtituet, qua ſic reſtituta aget, neque amplius aut plenius tempus iudex per reſtitutionem concedere poteſt quàm ſibi ſu pererat ante abſentiam,aut aliud iuris impedimẽ tum, ſicuti ſuprà dictum eſt quãuis hodie inquit Ioan.Andr. in dicta clemen.vnica. praxis id non obſeruet, quia vtrunque iudicium reſcindens & reſciſſorium ſimul proponuntur iuxta doctrin. Specula.in titul.de in integrum reſtitu.in quarta parte. verſicu. ſed nunquid in eodem. & re vera praxis Gallica ita vtitur.Et ideo dicunt Ioan.Andræ.& Ioan.fab.poſt Pet. licere etiam in vna die læſo reſtitutionem illius diei vſque ad quadriennium petere, licet per euentum eius non poſsit, niſi in illa die reſtitui vt ſuprà dixi per.l.debitrix. §.ſi pro eo.ff.ad velleian.quam in Accurſi.ſuprà induxi.Non obſtat ratio Dini,qua pro corporali vſus eſt in dicto.§.rurſus. Inſtitu.de actio.quæ eſt,ſi vera eſſet Marti.& Petr.opinio ſequeretur quòd melior eſſet eius conditio cuius res vſucapta eſt, vno minus die quàm cuius non eſſet vſucapta neque vſucapi cœpta. Nam ſi res vſucapta non eſt triennio vſucapitur, ſi vſucapta eſt vno minus die, propter vnum diem non quadriennium tantum ſufficiet, ſed anni ſeptem vno minus die neceſſarij erunt. Nam,inquit Ioan.Andr. in dicta element.vnica. & Cin.poſt Iacob.Balduynum. in.l.fina. C.de tempor.in integrum reſtitu. peten. inter vtrumque latam eſſe differentiam.
149 † Nanque is cuius res vſucapta eſt,rei vendicatione agere non poteſt, priuſquam ab eo reſtitutio petita,& officio iudicis obtenta fuerit.Itaque diffinita reſcindente iudicio quod eſt reſtitutionis integrum, reſciſſorio id eſt, rei vendicatione aget neque aliter iudicium reſciſſorium effectum habere poteſt,niſi ſententia ſuper reſcindente iudicio lata. Cæterum ille cuius res præſcribitur ſtatim ipſo facto vendicare à poſſeſſore poterit: vt autem plenius dictis Din.ſatisfaciam viſum eſt mihi eiuſdem Din. diſtinctionem per eum poſitam in dicto.§.rurſus. Inſtitu.de actio.recenſere. diſtinxit enim,aut læſio in toto quadriennio con tingit, & habebit læſus integrum quadriennium ad petendam reſtitutionem. Si in maiori tempore læſus eſt,vt quia in ſeptennio, aut nouem annis,& non habebit vltra quadriennium,non diſſentio à Dino. quadriennium concedi ei qui in quadriennio læſus eſt. quod & ſi in tanto tempo re nõn eſſet læſus, quadriennium adhuc competeret.vt ſuprà dixi,nõ repeto.Cæterum vltimum Dini dictum verum non eſt, vt ſæpius diximus per.§.rurſus. verſicu.de præſcriptione.in authen ti.vt ſponſali.largi.collatio.ix. ibi,alios tantos ei annos ſuper decennium adijci quantos ex ipſo decennio abſens fuit. Si vera eſſet ratio Dini & aliorum ſuprà relata, ſequeretur non eſſe læſo concedendam in integrum plenariam reſtitutionem, contra caſum dictæ.l.fina. C.de tempor. in integrum reſtitutione peten. quæ propter abſentiam, & quatenus maior propter eam læſus eſt
150 reſtitui integrum quadriennium. † Verum eſt autem quadriennium non tantum ad petendam in integrum reſtitutionem conceſſum eſſe, ſed etiam ad id vt ſuper in integrum reſtitutione lis conteſtetur & debito fini tradatur,dicta.l.finali. verſicu. ſed etiam in maiorum. C. de tempor. in integrum reſtitutione peten. quod non ſic eſt in perſonalibus actionibus vt ſuprà dictum eſt. Et hac ratione motus Odofred.in dicta.l.fina. C.de reſtitutio.milit. quem Nicol. Spinel. ſecutus eſt in.§.rurſus. Inſtitu.de actionibus.diſtinxit aliter quàm

quàm fecerit Din. dicit enim,aut quærimus de tẽ
pore ad quod reſtituitur & tempus abſentiæ vel
impedimenti integraliter reſtituitur aut de tẽpo
re intra quod reſtitui debet,& integrum quadri
ennium conceditur ad petendam in integrum re
ſtitutionem,litem ſuper ea conteſtandam & finiẽ
dam,dicta.l.fin. C.de tempo.in integ.reſti.petẽ.
Et hanc ſententiam Clemens quintus in dicta cle
men.vnica.de in integ.reſti. approbauit vt illhic
plene Ioan.Andr.notat pariter & Ioan.fab.in di
cto.§.rurſus.Inſtit.de actio.Primò enim vult ec
cleſiam in tempore læſam ad integrum tempus la
pſum reſtitui.Secundò cauſam reſtitutionis peti
tam infra quadriennium à die læſionis computã
dum terminari. hoc dicit in verſicu.& cauſa reſti
tutionis etiam ſi minus quadriennio tempus læ
ſionis exiſtat. In quo opinio Bulga. Accurſ.Di
ni,Barto.Bald.Saliceti,Ange.Are.Iaſonis & ſe
quacium clare eliditur.Intelligit autẽ illhic Ioan.
Andr.tex.dictæ clemen.in verbo,finiri.niſi pars
aduerſa in cauſa eſſet quo minus lis in tempore le
gitimo cœpta terminaret : quia telam iudicij ſua
arte dilationibus protelaſſet.l. intra vtile. ff. de
minor.regula,imputari.de regul.iur.in.vj.à quo
Bartol.moderationem ſuam per eum poſitam in
dicta.l.fina. C.de tempor.in integrum reſtit. pe
ten. aſſumpſiſſe videtur, ſed melius conuenit di
ctis per Ioan.Andr.in dicta clemen.vnica.
151 Tertiò licet † quadriennium ad petẽdam in in
tegrum reſtitutionem litemꝙ ſuper ea finiẽdam
concedatur,per euẽtum iudicij, aut reſtitutionis
beneficium non plenius tempus eccleſiæ læſæ cõ
ceditur quàm quatenus læſa inuenietur, vt ſi in
anno læſa eſt dabitur annus tantum,ſi minus an
no aut plus anno tantũdem temporis reſtituetur
quantum læſa eſt.hoc dicit finis illius clement.in
his verbis, ſed non fiat reſtitutio niſi ad tantum
tempus quantum ſe læſam fore probabit, & cla
re dicta clementi.duo illa tempora oſtendit quæ
doctores dubitare fecerunt. Primum eſt tempus
intra quod reſtitutio peti debet, & eſt quadrien
nium ad quod reſtitui debebit, vt ſi in anno læſa
eſt,ſi duo menſes,totidem menſes per eandem re
ſtitutionem concedentur prima pars clemen.ibi,
quadriennium continuum à tempore læſionis,
etiam ſi minus quadriennio tempus læſionis exi
ſtimaui,vltima pars vltra quàm dixit declarat tẽ
pus ad quod reſtituitur ibi,ſed non fiat reſtitutio
niſi ad tantum tempus quantum ſe læſam proba
bit. Et quamuis per dictam clementi.vnicam. in
verſic.& cauſa reſtitutionis.iudicium reſcindens
quod eſt reſtitutionis in integrum per illum tex.
intra quadriẽnium terminari debeat, non tamen
neceſſe eſt reſciſſorium intra quadriẽnium finire
quod de iudicio reſciſſorio nullumverbum fit, &
ſecundum Accurſi.opinionem in dicta.l. quod ſi
minor.§.fin. ff.de minori. ſi non poteſt iudicium
reſciſſorium intentari niſi finito iudicio reſcindẽ
te,& liceat cauſam vſque in quadriennium conti
nuare,aut ſaltẽ ſufficiat illud intra quadriennium
finire. Igitur actione prima poſt quadriennium
agere licet, & id extra omnem aleam eſt. Aduer
te plurimum huic opini.obſtare.l.ab hoſtibus.ij.
C.de captiuis & poſtlimi.reuerſ.Innuere enim vi
152 detur † reſciſſorium ſimul cum iudicio reſcinden
te proponendum eſſe,verum recte intellecta cõ
uenit. Tamen Ioan.Andr.in fi.illius glo.magnæ
ait poſt Specul.in titu.de in integ.reſti. in quarta
parte.verſicu.ſed nunquid in eodem. Licet iudi
cium reſcindẽs prius terminari debeat,hodie pra
xis inualuit quæ permiſit vtrunque iudicium cu
mulari, & ſolet eodem iudicio & ſententia ſuper
vtroꝗ ordinata tantum ius fieri vel reddi primo
reſciſſa vſucapione vel præſcriptione vel contra
ctu,in quo læſus eſt minor,aut maior aut eccleſia
læſa actio principalis diffinitur, dum tamen ad id
eodem litis proceſſu actum fuerit.Et ſolẽt aduo
cati ſic concludere, petimus contractum nullum
declarari, & quatenus reſciſſione opus eſt reſcin
di,quo reſciſſo rẽ petunt reſtitui vel ſi de re præ
ſcripta agitur,petunt nõ obſtante vſucapione ſeu
præſcriptione vel quatenus opus eſt reſciſſa vſu
capione vel præſcriptione rem ſibi reſtitui.Et im
perator in dicto.§.rurſus. Inſti.de actio.ſatis hãc
concluſionis formam oſtẽdit ibi,intra annum re
ſciſſa vſucapione eam petere. id eſt, ita petere vt
dicat poſſeſſorem vſu non cepiſſe, & ob id ſuam
eſſe rem.Et licet Ioan.fab.in dicto.§.rurſus.Inſti
tu.de actio.dubitauerit,an per dictam clem.vni
cã.ſit reuocata deciſio.l.ab hoſtibus.§.ſed quod
ſimpliciter.&.l.ſeq. ff.ex quibus cauſis maio.die
153 non eſſe reuocatam eo quòd per illum text. † vti
in tempore læſio eſt tempus ad petendum in inte
grum reſtitutionem currit à tempore læſionis,&
ſic à fine præſcriptionis & nihilominus fit reſtitu
tio ad tantum tempus quantum quis fuerit læſus.
Sed Ioan.fab.inquit ille text.loquitur in eccleſia
quæ ſemper fuit præſens,& quæ ita præſens ſicut
abſens reſtituitur,quod non eſt in maiore cui re
ſtitutio non conceditur, niſi ex cauſa & quando
nihil ei imputari poteſt, in eccleſia & minore ſe
cus,quia conceditur reſtitutio,etiam ſi totum tẽ
pus præſcriptionis eis præſentibus cucurriſſet.
Ioan.Andræ.ſentire videtur,eccleſiam differre à
maiore & minore, in dicta clemẽ.vnica.in verbo
à tempore læſionis. Dicit enim eccleſiam ſic à mi
nore & maiore differre, quia minori præſcriptio
currere incipit à primo die vigeſimi ſexti ãni quo
maior factus eſt.l.fin. C.de tempo.in integ.reſti.
petẽ.maiori à die quo reuerſus eſt,dicta.l.ab ho
ſtibus.§.fin.Non ſic eſt in eccleſia per illum text.
& ca.j.&.ij.de reſtitu.in integ.lib.vj.
Tamen nullam puto in hoc differẽtiam eſſe.In
primis.l.fin.C.de tempo.in integ.reſti.peten.ean
dem dicit eſſe cauſam,& rationem maioris abſen
tis & minoris.Secundò à pari iudicantur eccleſia
& minor.ca.auditis.extra,de in integ.reſtitu.ibi,
quod vtraꝗ eccleſia fungatur iure minoris. Et ſi

reddideris ſingula ſingulis,ille text. circa tempus
reſtitutionis concedēdum minori vel maiori vel
eccleſiæ non differt: licet illa clemen. vnica,de ec
cleſia tantum loquatur. Nec obſtat dum in ea di-
citur,à tempore læſionis concedendum eſſe qua-
154 drienníum. † Nam minor non eſt perfecte læſus
donec lapſus dies nouiſsimus anni. xxv. ſit, &
dies. xxvj. anni illuxerit,cum illud ſit tēpus quod
minoribus à prætore præſixum erat petendæ in
integrum reſtitutionis. l. j. ff. de minori. Et maio-
ribus non niſi poſt finitam abſentiam & imple-
tam præſcriptionem durante abſentia vtilis an-
nus concedebatur quia non erat perfecte læſus
niſi poſt finitam abſentiam & completam duran-
te abſentia præſcriptionem dicta. l. ab hoſtibus.
§. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſis maio.
quia inuenit ſe ipſo iure excluſum. l. Pantonius.
ff. de acquiren. hæredi. Et ideo tempus metitum
eſt à legiſlatore à die ceſſantis impedimenti, &
perfectæ læſionis: hac ratione vniforme tempus
tam minoribus quàm maioribus conceſſum eſt,
quemadmodum eccleſiæ conceditur, quæ cum
ſemper præſens ſit ſtatim quo vſucapio perfecta
eſt, vel cōtractus celebratus eſt, perfecte læſa eſt.
Ideo ſolum ei quadriennium à die læſionis conce
dit, & in hoc pondero dictam. l. fin. C. de tempo.
in integ. reſti. peten. primò in his verbis, Et quē-
admodum omnis minor ætas excipitur, in mino-
rum reſtitutionibus, ita & in maiorum tempus,
quo Reipublicæ cauſa abſuerunt. & id ſequitur
in ſin. eiuſdem verſic. & in ſine eiuſdem legis. Se-
cundò dum dicit & non abſimilis ſit in hac parte
minorum & maiorum reſtitutio. Ecce quomodo
excipitur tempus minoris ætatis & abſentiæ, &
demum illis exceptis quadrienniū concedit, cum
per illa tempora æqualis ſit vtriuſque ratio. per
155 quæ verba dico † tempus quod minori concedi-
tur poſt. xxv. annum non tanquā minori, ſed tan-
quàm maiori conceditur, quem veluti abſentem
iudicat, dum per ſe agere nequit: ſed per curato-
rem dicta. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. anno. l. j. §.
fin. ff. de minorib. l. ſi curatorem habens. C. de in
integ. reſti. mino. Et cum ſtatim poſt. xxv. annum
rerum ſuarum notitiam adhuc non habeat lex ite
rum miſerationis cauſa annum vtilem poſt fini-
tam minorem ætatem conceſsit, hodie quadrien-
nium concedit: & non diſſimilem rationem vtilis
anni, vt ſuprà dixi, admittit. l. j. ff. de diuerſ. & tē-
por. præſcript. Non obſtat vna ratio cuius memi
nerunt Petr. & Cin. in dicta. l. fin. C. de tempo. in
integ. reſtitu. peten. Per quam videtur differentia
inter maiorem & minorem aſsignata per Ioan.
Andr. in dicta clemen. vnica. de in integr. reſtitu.
poſſe recte defendi: nam per dictam. l. ab hoſti-
bus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſ. ma
ior. abſenti reuerſo non ſtatim tempus currit, ſed
modicum tempus ei conceditur, vt quærat aduo-
catum, ſarcinas colligat, reiq; ſuæ conſulat, quod
non eſt in minore, ſtatim enim quo vltimus. xxv.
anni dies elapſus eſt & dies. xxvj. anni illuxit,
quadriennium currere incipit.

Sed hæc ratio, vti opinor, faciliter euitari po-
teſt. Oportet enim iuris rationem conſiderare,
quare dilationem ad quærendum aduocatū, ma-
iori concedat. & quare reſtitutionem negat ſi re-
uerſus ſibi non conſuluerit præſcriptionem inter
rumpendo per litis conteſtationem aut alio debi
to iuris medio. Dic igitur rationem. l. fina. C. de
156 tempo. in integ. reſti. peten. † Quare minores &
maiores abſentes æqualiter reſtituit, quia maior
abſens reuerſus per abſentiam læſus eſt, & ideo
reſtituit, nec dicta. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſim-
pliciter. contradicit, imo auget rationem dictæ. l.
fin. quæ loquitur in eo caſu ſolum quando finita
eſt præſcriptio vel vſucapio durante abſentia, &
§. ſed quod ſimpliciter. loquitur etiam ſi in præ-
ſentia finita eſt vſucapio, vult maiorem aduerſus
præſcriptionem poſſe reſtitui, ſed id cum tempe-
ramento dummodo inquit reuerſus ante finitam
vſucapionem vel præſcriptionem, litem conteſta
ri non potuerit, neque tempus reſtans ad imple-
mentum præſcriptionis tam diffuſum ſit, vt poſ-
ſit reuerſus rebus ſuis recte ordinatis & conſul-
tis litem ſuper ea conteſtari, ſi id facere nequit,
non vult præſcriptionem in præſentia finitam il-
li nocere: alioqui indignū eum facit in integrum
reſtitutione ſed ob id non probatur annum vti-
lem vel quadriennium non ſtatim poſſe incipere
quo reuerſus eſt, è diuerſo ſi potuit litem conte-
ſtari vel aliter poſſeſſionem interrumpere et non
fecit, priuatur beneficio reſtitutionis, lex enim re
deuntem nō tam præcipitare voluit, quin habeat
reuerſus aliquid ſuſpirij vt rebus ſuis conſulere
poſsit. Non diſsimili ratione vtitur. l. ij. §. fina. ff.
ad. l. Iuli. de adulter. ibi, marito non negligente,
neque retardante ſed accuſationem parante, &
probationibus inſiſtente & imminente, eodēmo
do lex interpretata eſt in dicta. l. Senatuſconſul-
to. ff. de offic. præſi. in. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ſed
& ſi. &. l. ij. §. ſed & ſi. ff. de iudi. ibi, ſtatuente præ
tore in quem diem promittat. per quas puto di-
ctam. l. ſi fundum. in ſi. in verbo, paucisſimi dies.
157 ff. de fundo dotali. interpretari poſſe, † vt ſic pau
ciſsimi dies exiſtimari debeant, qui ad litem con-
teſtandam ſufficiant aut intra quos præſcriptio
iure interrumpi poſsit. Vbi igitur poſt reditum
tempus idoneum nō erit ad litem conteſtandam
abſens reſtitutione non priuabitur, alioqui non
obſtante abſentia incapax erit reſtitutionis: lex
enim illi vult imputari, qui cum potuit agere non
egit. Quare idem Petr. & Cin. dicunt tempus ad
effectum priuationis ſuæ actiotis ordinatum fu-
iſſe, ſed ad effectum reſtitutionis petendæ vt cur-
rere incipiat à die reditus, non obſtat vt dixi ſu-
prà dicta clemen. vnica. de in integr. reſtitu. dum
quadriennium concedit eccleſiæ à tempore læſio
nis quia ſicut contractu facto ſtatim læſa eſt, ſic
maior ſtatim quo reuerſus eſt læſio perfecta eſt,
dummodo

dummodo eo abſente præſcriptio impleta fue-
rit,vel vſucapio,idem in minore qui perfecte læ-
ſus dicitur : ſtatim quo dies.xxvj.anni illuxit, &
nõ ante & ideo ab eo tempore minoribus & ma-
ioribus quadriennium incipit. Et ad hanc conſi-
derationem pondero text. dicta.l.ab hoſtibus.§.
358 ſed quod ſimpliciter. in verſicu. † nam eum qui
differt reſtitutionem ſcilicet petere rei ſuæ , non
eſſe audiendum . Idem dicitur in dicta.l.nõ enim
negligentibus.in verbo,reſtituat.ſi non negligẽ-
tia,ſed temporis anguſtia nõ potuerint litem con
teſtari. Et verbum,reſtituat. aliter quàm dicat il-
lhic glo. intellige ſcilicet quantum tempus ex tẽ-
pore præſcriptionis abſens fuit , dicto.§. rurſus.
in authenti. vt ſponſal.largi.colla.ix.ibi,quantos
ex ipſo decennio abſens fuit , dicta.l.ſed & ſi per
prætorem.§.ſi feriæ.&.§.quoties. ff.ex quib.cau
ſis maior. l.j. §.ſi quis propter inundationem. in
verbo,repetita die hoc interdicto vti. ff.de itine.
actuq; priua.reſciſſa vſucapione ſeu præſcriptio-
ne.§.rurſus.Inſtitu.de actio.& non vltra.l.quod
tempore.C.de reſtitu.mili.Sed ſi poſt abſentiam
potuit reuerſus ante ſinitam præſcriptionem vel
vſucapionem litem conteſtari, vel aliter præſcri-
ptionem iure interrumpere non reſtituetur de ri
gore iuris,dicta.l.ab hoſtibus. §.ſed quod ſimpli
citer. &.l.non enim negligentibus. ff. ex quibus
cauſis maior.dicta.l.ij.§.ſed & ſi.&.l.ſed & ſi re-
ſtituatur.§.ſed & ſi.ff.de iudic.dicta.l.ſi fundum.
in fin.ff.de ſundo dot.ibi plane ſi pauciſsimi dies
ad perficiendam longi temporis poſſeſsionem ſu
perfuerint nihil erit quod imputabitur marito li-
cet maritus conſtante matrimonio poſſeſsionem
non interruperit , & eo conſtante mulier agere
nõ potuerit, vt ſuprà dixi in.l.j.§.ſi vir. ſuprà eo.
per.l.doce ancillam. C.de rei vendica.l.in rebus.
C.de iure dot. ſed imputatur mulieri quæ in illis
pauciſsimis diebus agere neglexit , in quo clare
eſt probata Petr.opinio quæ vera eſt.

Vltimo loco non poteſt in conſideratione eſſe
vna ratio quæ pro Bulg.& Accurſ.ſuprà memo-
359 rata eſt, † durum eſſe pro vno die quadriennium
cõcedi,iterum durius eſſe,vt pro vno tantum die
cauſa vſucapionis aut præſcriptionis lõgior fiat,
quàm ſi nullo modo cœpta eſſet,quia ſi vſucapio
nõ fuiſſet cœpta poſſeſſoris cõditio poſt lapſum
triennium certa & indubitata eſſet:eius autem cu
ius res poſſeſſa eſt triennio vno minus die vſuca-
pio abſolui non poterit , cum infra quadriẽnium
propter illum diem beneficio reſtitutionis in in-
tegrum repetere poterit . Dic nõ eſſe de ratione,
aut legis duritia loquendum,vbi lex certa eſt vul
gata.l.proſpexit. ff.qui & à quib.ma. liber. acci-
pi. quoniam in his certa ratio reddi non poteſt,
niſi quòd legiſlator ſic arbitratus eſt.tex. in.l.pri
ma.§.pueritiam. vbi eſt gloſſ. pulchra, in verbo,
ratus. ff.de poſtulan. hoc notat Domi.in capitu.
vbi periculum. in verbo,ſacro. de electio.lib.vj.
Et clarum eſt per.l.final. C.de temporib. in inte-
160 grum reſtitu.peten. † dari quadriennium mino-
ribus & maioribus ad petendam in integrum re-
ſtitutionem:de ratione igitur contendẽdum non
eſt,niſi quia Imperator ita ratus eſt , vt dicit text.
in dicto.§. pueritiam . Tamen ad hanc rationem
Petr.& Cin. in dicta.l.fina. C.de temporibus in
integrum reſtituti.peten. & Ioan.Andr. in dicta
clemen.vnica. reſpondent & dicunt cauſam eius
qui præſcripſit , ſeu vſucepit nõ eſſe deteriorem,
Imo ſecundum eam is cuius res in minoritate vel
abſentia vſucapta eſt per eam grauiter læſus eſt,
quia minor poſſet ſtatim maior factus vel maior
reuerſus rem ſuam vſucaptam vendicare, & agẽ-
do vſq; in quadraginta annos perpetuare : quod
facere non poteſt in integrum reſtitutionem pe-
tendo quia litem proſequi & finire infra quadri-
ennium tenebitur abſque vlla reſtitutionis ſpe vt
ſuprà dictum eſt per dictam.l.ſin. C.de tempori-
bus in integrum reſtitu.peten. ibi, pro vtili anno
memorata continuatio temporis obſeruetur ad
interponendam conteſtationem , finiendamq; li-
tem,dicta clementi.vnica.de in integrum reſtitu.
161 ibi,& † cauſa reſtitutiõis huiuſmodi finiri debet
infra quadriennium continuum à tempore læſio-
nis,& ſi minus quadriennio tempus læſionis exi-
ſtat,ſed non ſiat reſtitutio niſi ad tantum tempus
quantum ſe læſum probabit.vnde cum lex in hoc
eum grauauit priuando eum perpetuatione ſuæ
actionis,in alio releuare curauit iuxta.l.eum qui.
in princip.ff.de iureiurand. Et quamuis Ioan.de
Imol.videatur declinare ab hac opin. in dicta cle
menti.vnica. dum dicit, quod forte in foro ciuili
Bartol.opinio ſeruaretur, licet in foro canonico
autoritas Ioan.Andr.præualeret.Tamen ſi recte
cõſideres quæ ſuprà diximus plus ſatis dictis per
Ioan.de Imol.reſponſum eſt præſertim.l.necnõ.
§.ſi ſæpius. ff.ex quibus cauſis maiores. qui text.
Accurſ.& ſequacibus, omnino aduerſatur vt ſu-
prà videre poteſtis.hac ratione puto in his duo-
bus articulis Petr.de bella pertic. Cin. Ioan.ſab.
Ioan.And.Paul.de caſt.& eos qui ſe Marti.ſub-
ſcripſerunt verum dicere . Primò , tempus intra
quod reſtitutio concedi poteſt eſſe vniſorme , ſi-
ue minus, ſiue plus quadriennio abſens , aut mi-
nor fuit,imo ſi vno die tantum abfuerit,ſed reſti-
tutione facta beneficio reſtitutionis maius tem-
pus minori vel maiori non reſtituetur , quàm in
quo læſus eſt , vt ſi vno die tantum abſens fuit,
reſtituetur illi tantum vnus dies:ſi plures,pariter
& plures.dicto.§.rurſus. in authenti.vt ſponſali.
largi.collatio.ix.dicto.§.rurſus.Inſtitu.de actio.
l.in honorarijs.verſicu.ſed reſciſſa.ff.de actio.&
obligatio.l.ſed & ſi.§.ſi feriæ. &.§.quoties. ff.ex
quibus cauſis maiores.l.debitrix.ff.ad Vellcian.
l.finali. C.de temporibus in integrum reſtitutio.
peten. Idem in eccleſia,dicta clemen.vnica.de in
integrum reſtitutio. nulla inter minorem & ma-
iorem,abſentem & eccleſiam facta differentia ſu
162 prà dictum eſt,nõ repeto. † Secundò nõ reſtitui

maiorem propter ſuam abſentiam ſi reuerſus tē-
pus idoneum habuerit ad interrumpendam præ-
ſcriptionem, dicta.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſim-
pliciter.&.l.ſequen.ff.ex quibus cauſis maiores.
dicta.l.ſi fundum.in fin.ff.de fundo dota.quibus
hactenus non vidi congruum dari reſponſum, &
idem vt dixi ſuprà Azo in ſumma. confeſſus eſt
pariter & Pau.de caſt.vt ſuprà meminimus.Ideo
concludo ſicuti aliàs dixi in dicta.l. contractus.
in fine.ff.de regu.iuris.veram eſſe de iuris rigore
illam concluſionē currere tempus aduerſus eum
qui medio tempore abſens fuit et reuerſus potuit
cœptam præſcriptionem interrumpere.l.Panto-
nius auitus.in princip. ff.de acquiren.hæredi.ibi
ex perſona defuncti reſtitutionem in integrum
implorabat quæ ſtricto iure non competit, quia
intra diem aditionis auitus obijſſet, ſed humani-
tatis gratia diuum tamē Pium contra conſtituiſſe
in eo qui Romæ legationis cauſa erat: & in filio
qui matris delatam poſſeſsionem abſens amiſe-
rat, in integrum reſtitutionem conceſsiſſe & id
verum eſt.

Iuuari poteſt hæc deciſio autoritate. l.ſed & ſi
reſtituatur.§.hæc clauſula. verſic.ſed nec ad eos.
ff.ex quibus cauſis maior.dum ille text.non vult
163 † eos in integrum reſtitutione iuuari ex illa clau-
ſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur
qui ſine permiſſu prætoris in ius vocari non poſ-
ſunt, quales ſunt patroni & parentes, ſi eos in tē-
pore legitimo impetrata prius venia non conue-
nerant cum, inquit ille text. aditus prætor potuit
permittere. Et ille text. plurimum confirmat opi-
nionem Ioan.fab. in.l.prima. C.de bonis mater-
nis. dum quærit de filio cui aliqua actio compe-
tebat, & qua poterat cum autoritate patris vti, vt
in.l.cum non ſolum. C.de bonis quæ liber.ſi pa-
trem non requiſiuit: vt permitteret eum agere,
tempus ſibi currit, motus hac ratione quoniam
impedito currit tempus ſi non procurat impedi-
mentum ſibi tolli.l.fina.§.illud.in fin. C.de tem-
por.appellatio.& in cap.fin.extra, de electio.ſed
pro eo melius facit.l.in rebus.§.fina. verſicu.mi-
nus idoneis. C. de iure dot. & in dicta.l. ſed & ſi
per prætorem.§.primo.verſicu.ſed nec ad eos.ff.
ex quibus cauſis maiores. vbi ille tex.ſola illa ra-
tione contra filium aut libertum mouetur qui li-
cet patrē, aut patronum in ius ſine permiſſu præ-
toris vocare non poſsint. l.quicunque. §.prætor
ait.ff.de in ius vocan. tamen non excuſentur cum
potuit prætor aditus permittere: ſed putarē con-
tra Ioan.fabr. plurimum facere dictam.l.primā.
C.de bonis matern. in his in quibus filius iuſtam
habet contradicendi cauſam, vt in.l. ſecunda. §.
voluntatem. &.l.dotem. ff. ſoluto matrimonio.
ſicuti eſt in caſu. l.primæ. C. de bonis maternis.
quando bona filij pater vendit: quoniam illa lex
non tantum filij perſonam conſiderat, ſed & pa-
tri formam tradit, quam omnino à patre vendi-
tore bonorū filij vult obſeruari.ibi, docere enim
pater debet proprij iuris eam rem eſſe quam do-
nat aut diſtrahit. nec ille text. vult conſiderari an
164 emptor ſciēs ſit, vel ignorans. † Et ratio eſſe po-
teſt eo quod lex patri neceſsitatem imponit cer-
tiorandi emptorem: non prohibet autem empto-
rem, quo minus à patre fideiuſſorem accipiat qui
de euictione caueat, vt in.l.apud Celſum. §.item
Labeo.ff.de exceptio.dol.l.ſi fundum. C.de eui-
ctiotib. ſed quicquid emptor agat non præſcri-
bit aduerſus filium ſed poterit filius quandocūq;
rem ſuam à patre alienatam vendicare, non ob-
ſtante quacunque præſcriptione niſi tricennali,
inquit.authenti.niſi tricennale. eodem titulo.ſed
quando incipiet illa præſcriptio triginta anno-
rum aduerſus filium, reſpondet ille text. cum fi-
lius ſuæ poteſtatis eſſe cœperit, neque ante inci-
pier, vt ſuprà dixi. non obſtabit, quod ſuprà pro
Ioan.fab. deductum eſt, quotiam vera ſunt, vbi
perſona tantum eius qui interpellari debet con-
ſideratur, vt ſi non fecerit quod potuit curret illi
tempus abſque vlla reſtitutionis ſpe, dicta.l. ſed
et ſi.§.primo.verſicu.ſed nec ad eos.ff.ex quibus
cauſis maiores.l.ſecunda.§.ſi mater.in principio.
&.§.confeſtim. ff.ad Tertullian.dicta.l.fina.§.il-
lud.in ſine.C.de temporibus appellatio. Sed vbi
lex in illis ſitibus non ſtat, ſed vlterius diſponen-
do procedit, ſi id quod diſponit lex non obſer-
uatur, quicquid aduerſus eam factum erit, nul-
lum erit.l.non dubium. C.de legi.l.quemadmo-
dum. C. de agricolis & cenſi. libro.xj. Sed legis
prohibitio non tantum filij perſonam ſeu fauo-
165 rem reſpicit † ſed & patris malam fidem conſide-
rat, qui debuit docere emptorem cuius iuris res
erat quam venalem faciebat per dictam.l.primā.
C.de bonis maternis. Præterea cum rigore iuris
accipiendum non eſt, ſi forte filius patri non con
tradixit, argumento.l.ſi extraneus.ff.de iure dot.
Cui ego coniungo. l. ſi cum dotem. §. eo autem
tempore.ff.ſoluto matrimo.ibi, quid enim ſi filia
verecunda per abſentiam patri contradicat. &.l.
Pantonius.in princip.ff.de acquiren.hæreditate.
poſſet induci dicta.l. ſecunda. §.confeſtim. ff.ad
Senatuſconſul.Tertullian. ibi, niſi forte infirmi-
tate impedita eſt, vel alia magna cauſa, quæ etiam
mandare eam ad petendos tutores impediret. l.
penulti.in fin. &.l.qui vas.§.vetare.ff.de ſurtis.l.
filiusfamilias.§.inuitus.iuncta doctri. gloſſ.ff.de
procurato. repeti poſſet materia.l.primæ. §.quæ
onerandæ. ff.quarum rerum actio non datur. Et
ita ſentit Cin.in dicta.l.prima. & poſt eum Bald.
C. de bonis maternis. Et quamuis iſte articulus
diuerſitate doctorum inueniatur dubius de qui-
bus per Bartol. Alexand. Sozi. & Moder. in di-
cta.l.ſecunda. §.voluntatem. Bartol. & Alexan.
in.l.quæ dotis.ff.ſoluto matrimo. Et ab Alexan.
habebis doctores ſuper eo articulo diſsidentes.
Cui adde Angel. Areti. in.§.quadrupli. tertia &
quarta colum. Inſtituta, de actionib. Contra cu-
ius cōcluſionem allegaui.l.cum vero. §.apparet.
ff.de

ff. de fideicommiſſa. liberta. dum Angel. Aretin.
dixit ſolum metum reuerentialem non eſſe tantæ
potentiæ quod faciat reſcindere contractum. &
illum. §. notaui contra Angel. in his verbis, vel
per autoritatem vel per dignitatem eorum à qui-
bus relicta eſt vel ſerius petitur, vel in totum non
petitur fideicommiſſa libertas, quæ lex obeſſe li-
bertati non debet. l. penulti. ff. de furtis. ibi, ma-
gna verecundia.
Ego abſoluam quid ſentio, & cum quibus ſen
166 tio † in his in quibus filius tacendo vel non tacē-
do habet cauſam contradicendi patri alienanti,
vel adminiſtranti non puto præſentiam, ſeu ſilen
tium eius, imo neque conſenſum ipſum filij præ-
iudicare filio. In primis quòd filij ſilentium quā-
tuncunꝗ diutinum etiam quadraginta aut quin-
quaginta annorum non præiudicet filio eſt. text.
qui non poteſt euitari in dicta. l. prima. in fin. C.
de bonis mater. ibi, quia nullam poterit præſcri-
ptionem opponere filijs quandocunꝗ rem ſuam
vendicantibus. Secundò pondero authentic. niſi
tricennale. quæ ſequitur illam. l. j. & tex. authen-
tici. vnde illa authent. ſumpta eſt qui text. fortius
ſtringunt legē Codicis & probant ſolam pater-
nam poteſtatem ſufficere ad impediendum effe-
ctum alienationis per patrem factæ ſeu cuiuſcūꝗ
alterius contractus per patrē facti de re filij dum
ille text. prohibet præſcriptionem triginta anno-
rum rei filij per patrem alienatæ poſſe incipere
contra filium donec filius ſuæ poteſtatis eſſe ap-
paruerit, dum illi text. dicunt tricennale tempus
in filios, aut filiorum præiudicium non incipere
donec filius ſuæ poteſtatis fuerit. verba, authent.
niſi tricennale. ſunt tempore incipiente filijs cur-
rere, ex quo ſuæ poteſtatis eſſe apparuerint. text.
authentici dicit incipiente filijs tempore currere
ex quo ſuæ poteſtatis apparuerint exiſtentes aut
167 maiores facti. † Ecce quomodo ſola paterna po
teſtas impedit conſenſum & validitatem contra-
ctus imo plus text. authentici vtitur hac prohibi-
tione in patrem vt omnē poteſtatem tollat, dum
dicit, & ita certa talium lex eis erit, vt neque alie-
nationem vllam permittat parentibus in talibus,
neque hypothecam ſed vel ſi quid egerint paren-
tes, mox eorum obligat eis ſubſtantiam, non vt
prohibeat eos aliquid agere in his quæ voluerūt
ſcilicet parentes, & ratio ſequitur, erubeſcit enim
lex caſtigatores filios genitoribus ſtatuere, &
paulo poſt, in verſicu. ſequen. dicitur, vel ſi quid
omnium egerint tale erit quale, neque geſtum
neque ſcriptum, quod factum ēſt. Et ſic ſola ra-
tio paternæ poteſtatis ſufficit ad infirmandum,
imo nullum faciendum ſeu declarandum quod à
patre de re filij factum erit. Plus dicta. l. prima. C.
de bonis matern. prohibet emptori quoquo pa-
cto à patre res filiorum accipere ſiue ſciens, ſiue
ignorans, nam & ſola patri adminiſtratio com-
miſſa eſt per illum textum circa quam Imperator
168 neceſſitatem † patri imponit non impigre circa
eas verſari, ſed quibuſcunque litem inferentibus
reſiſtere, per ſe vel per procuratorem, tanquam
ſolidum perfectumꝗ dominium earum ei acqui-
ſitum fuiſſet. Repeto hic text. dictæ. l. ſi cum do-
tem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio.
vbi ex eo ſolo quòd filia abſens eſt per verecun-
diam, ne forte à patre iudicatur conſentire illi do
tem exigere, aut à marito accipere ſatis contradi-
cere videtur. ſingulariter pondero verbum vere-
cundiæ, in illo text. poſitum, & l. penulti. in fine.
ff. de furtis. cuius rationem puto conſiderandam
eſſe, dum ille text. ait. Et is cuius magna verecun
dia, ei quem in præſentia pudor ad reſiſtendum
impedit, & in dicta. l. prima. §. quæ onerandæ. ff.
quarum rerum actio non datur. ibi, nimia reue-
rentia per quem text. iuncta illhic gloſſ. Bald. in
dicta. l. prima. C. de bonis matern. dicit filij ſilen-
tium pro contradictione accipiendum eſſe. Et Ci
nus in eadem. l. prima. addit ſi lex ſilentium filio
imponat, dum pater ſic de re filij diſponit, dicto
§. ſi vero expectet. verſicu. ſed quod ſancitum. a-
liàs eſt. §. in authenti. de nupt. non debet illa legis
prohibitio filio eſſe nociua. l. prima. C. de his qui
veni. æta. impe. ne decipiatur filius autoritate le-
gis quod eſſe nō debet. l. meminerint. C. vnde vi.
Et in filia etiam nupta, vel quæ nupta fuit, dicit
procedere cum in patris vinculis etiam nupta re-
maneat. l. ſi vxorē. C. de conditio. inſertis. Et in
hac parte Bartol. fuit varius in dicto. §. eo autem
tempore. & in dicta. l. quæ dotis. Nam illhic dif-
fert ab his quæ dixit in dicta. l. prima. §. quæ one-
randæ. & in. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi me-
tus've cauſa fiunt. Alexand. & omnes Moderni.
opinioni Barto. in dicto. §. quæ onerandæ. adhæ-
rent. præſertim Alexand. ſimiliter Sozi. & Mo-
dern. in dicta. l. ij. §. voluntatem. ff. ſoluto matri-
mo. Idem Alexan. in dicta. l. quæ dotis. eod. titu.
& in apoſtil. Barto. in dicto. §. quæ onerandæ. In
quibus omnibus locis tranſſcribit dicta per An-
gel. Areti. in dicto. §. quadrupli. Inſtitu. de actio.
vbi etiam Papienſ. Moder. tranſſcribit omnia fe-
re dicta per Alexan. in locis prædictis. Similiter
& Angel. Areti. illhic. Sed cum Ange. Aret. opi-
nioni me non poſſum ſubſcribere per ea quæ ſu-
prà dixi. reſtat reſpondere his quæ in contrarium
opponuntur. Primò Ang. Areti. pro capitali fun
damento inducit tex. in capi. quamuis. de pact. in
vj. cui conuenit. c. licet. de iureiuran. eo. lib. & ca.
169 cum contingat. extra, de iureiuran. † vult enim il
le text. renunciationem à filia factam de paterna
hæreditate valere, niſi vi aut dolo ad renuncian-
dum filia inducta fuerit. de metu non loquitur il-
le tex. non dixerim reuerentiali prout Are. & alij
ad id inducunt, ſed nec de quocunꝗ metu etiam
ſi in cōſtantem virū cadere poſſet, hoc pacto per
illū text. probabitur mulierē teneri ſeruare pactū
etiā per metū qui in conſtantē virū cadere poteſt
factū erit, dūmodo vis aut dolus nō interuenerit.
Sed non puto tam inſani capitis fuiſſe cōditores

illarum decretalium voluiſſe ſtatuere huiuſmodi
pacta ita inuiolabiliter obſeruari vt nullo vnquã
tempore ab eis diſcedi poſsit,neque quocunque
modo reclamari neq; aduerſus contractum me-
tu factum nullum à iure remediũ conceſſum fuiſ-
ſe dicant illi quicquid velint remanebit igitur in
diſpoſitione iuris communis. ca.j.&.ij. extra,de
noui operis nuncia. Secundò,etiam ſi ad metum
extendas,non eſſet bona conſequentia,dum in il
lis capitulis dicitur, niſi vi vel dolo vel metu filia
inducta ſit. Igitur ſolus reuerentialis metus non
conſideratur ſi alius metus non interuenerit,cum
ſecundum communem lècturam illius decretalis
170 † iuramentum facit validum quod aliàs eſt de iu-
re inualidum, dummodo vi aut dolo extortum
non ſit:idem dicerem ſi de metu ſimpliciter dice-
ret,quoniam dici poſſet illum tex.non aperire de
quo metu ſentiat, vnde ſatis eſſet dicere ſufficere
talem metum interueniſſe qui à iure iuſtus iudi-
catur:quòd autem metus reuerentialis patris iu-
ſtus ſit,clarum eſt ex prædictis iuſtum eſſe.c.cum
virum. extra,de regula.quem text. ad id notat il.
lhic Anto. de Butr. & text.in ca.puellæ. xx.qõ.j.
ſic inducas,illi enim text.volunt liberum debere
vouentium ſeu religionem ingredientium eſſe ar
bitrium ſic vt præſentia parentum libertatem il-
lam tollat,vt dicitur in illa.l.pen.in fin.ff.de furt.
in his verbis cuius magna verecundia ei quem in
præſentia pudor ad reſiſtendum impedit,& ſic il
le tex.ſolam præſentiam patroni,aut illius cui re-
uerentia iure debetur conſiderat. Sed vltra præ-
dicta propius ad illam decretalem quãuis de pa-
ctis in.vj.accedamus. Nõ poſſum ſatis tantos pa
tres demirati qui tantum circa illum text. immo-
rati ſunt,non enim verũ eſt illum tex.dicere con-
tractum non eſſe metu extortum vbi reuerentia-
lis tantum metus interuenit. Secundò ille tex.cõ
tractum non conſiderans ſed iuramentum ſolum
non vi,non dolo,extortum plane fatetur renun-
ciationem à filio factã de iure fuiſſe nullam pro-
pter dolum.Idem de metu dicendum eſſet, ſi tex.
171 ille de metu intelligi debet, † ſed propter iura-
mentum vult pactum ſuper futura ſucceſſione pa
tris factum à filia inuiolabiliter obſeruari: non
quòd validet contractus, ſed ne in periurium fi-
lia in ſalutis ſuæ diſpendium incidat. Sed cum de
metu verbum non faciat:igitur non dixerim tan-
tum de paterno, ſed de quouis alio metu cuiuſ-
cunque qualitatis ſit ille metus, dici non poterit
in eo probari metum reuerentialem non ſuffice-
re ad informationem huiuſmodi contractus,imo
oppoſitum probaret: quia ſi in tali contractu iu-
ramentum non interueniſſet contractus nullus
eſſet,ſicuti de iure erat, ſed propter iuramentum
contractum vult obſeruari,effectum tamen non
habet neque vult obſeruari,niſi iuramentum pa-
cto interuenerit, text. etiam in dicto capitu.cum
contingat.extra,de iureiuran.tantundem de mu-
liere doti ſeu donationi propter nuptias cum iu-
ramento renunciante dicit, vt illud obſeruare co
gatur, dummodo non vi aut dolo exactum ſeu
extortum fuerit iuramentum,& in vtraque decre
tali eadem ratio poſita, cum iuramentum,inquit
illud et pactum in diſpendium ſalutis eternæ non
vergat. Eadem ratio repetita eſt in dicto capi.li-
cet. extra,de iureiurand. quam volo conſiderari
dum ait vt animæ conſulatur: Et ſic propter ſo-
lam cauſam iuramenti mouetur ius canonicum.
& hac ratione Bernard.in dicto capitu.cùm con-
172 tingat.in verbo,debent. † dicit iura canonica ac-
ceſſorium magis quàm principale conſiderare,
ſed iuramento obſeruato quod illi pro tempore
paritum fuerit reuocatio contractus ſeu pacti iu-
ſtè poſtulabitur,capitu.debitores.& capi.ad no-
ſtram.j.&.ij.extra,de iureiuran.vel petita à ſupe-
riore abſolutione à iuramento, cum ſuperioris
autoritas reſeruetur,capitu.venientes. & capitu.
ea te.extra,de iureiuran.l.fin. ff.qui ſatiſdare co-
gan.ſtatim peti poteſt ex capite iuſti metus reuo-
catio,& idem tenet Chriſtopho.porc.in.§.extra-
neis.extra,de hæred.quali.& differentia. Bartol.
in.l.quæ ſuperſtitis.ff.de acquiren.hæredi. Licet
Modern. Papienſ. ab hac ſententia diſcedat, in
authenti. ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ.ven-
di. Et ſi dixeris, iſta erit repetitio principij, quia
ſi iuramẽtum iuſto metu extortum non erit, non
infirmabitur: ſed reuerentialis metus non eſt iu-
ſtus,igitur &c. Non reperio text. qui mihi dicat
reuerentialem metum non eſſe iuſtum, & patres
noſtri qui tantum inſudauerunt propter illam
decretalem,quamuis.de pactis.in.vj.& cap.cùm
contingat.capitu.ad noſtram.j.&.ij. capitu.debi
tores.extra,de iureiuran. capitu.ſignificante.ex-
tra,de pignori. Sed inaniter mea opinione labo-
rauerunt. Et ſi dixeris in oppoſitum vanam eſſe
hanc noſtram conſiderationem, cùm plus æquo
illæ decretales metum conſiderauerunt dum de
vi & dolo locutæ ſunt. Certe ſi hoc verum eſſet
fruſtra in ſuperſcriptione titulorum quas rubri-
cas appellamus facta eſſet de vi & metu mentio,
non tantum in iure ciuili,ſed & canonico in titu-
lo de his quæ vi metus've cauſa fiunt.& ſuperua-
canea iura varias pœnas in eos qui vim aut me-
tum ſtatuerunt introduxiſſent, in.l.prima,ſecun-
da & tertia. &.l.extat. ff.quod metus cauſa. in.l.
penult.ff.ad legem Iuliam de vi priua.in.l.ſi quis
ad ſe fundum.C.ad legem Iuliam de vi public.&
in omnibus titulis Digeſtorum Codicis & De-
173 cretalium. † Præterea concedamus illam decre-
talem, quamuis. & ſimiles de metu ſicut & de vi
aut dolo diſponere: & tollamus de contractu il-
lo in quouis,dolus aut metus interuenit,iuramẽ-
tum quod illi contractui inſertum eſt: quid ex il-
lis decretalibus reſultabit? Certe ex eis reſulta-
bit quod illi tex. dicunt de iure ciuili cautum eſſe
contractum nullum aut annullandum eſſe. Pri-
mò hoc probat illa decretalis, quamuis.de pact.
in.vj.quamuis inquit pactum patri factum à filia
dum

dum nuptui tradebatur vt dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbat lex ciuilis, ſi tamen iuramento non vi nec dolo præſtito firmatum fuerit ab eadem omnino ſeruari debebit, cum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium. Ecce quomodo propter iuramentum vult obſeruari, ſi igitur non eſſet iuramentum neceſſitatem nõ imponeret obſeruandi. Idem in capit. licet. de iureiuran. eodem libro. clare hoc dicitur ibi ſeruare iuramentum huiuſmodi non vi nec dolo præſtitum de iure canonico teneantur. Ecce quomodo canon iuramentum ſolum conſiderat, non autem pactum niſi propter iuramentum. Idem dicitur in capit. cum contingat. extra, de iureiurando. Et expreſsius ibi, ne tali tamen prætextu viam contingat periurijs aperiri, mulieres ipſæ ſeruare debent huiuſmodi iuramenta ſine vi vel dolo ſponte præſtita. In quo nota ver-
174 bum ſponte, vt dixi ſuprà. † Lex enim in his in quibus debet liberum hominis arbitrium interuenire aut accedere, plurium ſpontaneum conſenſum poſtulat: è diuerſo metum liberum arbitrium tollentem reſpuit habita ratione metum inferentis & metum paſsi. hoc dicit text. in dicto capitu. puellæ. in princi. xx. quæſtio. j. in his verbis ſpontaneo iudicio virginitatis, ſimiliter authentic. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. in verbo, ſponte. & dicto capitu. cum contingat. ibi non vi vel dolo ſponte præſtita. Non obſtabit quod Bartol. in. l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. dixit gloſſ. illhic verum dicere ſufficere in perſonis ſubiectis, nimiam reuerentiam interueniſſe, vt pote in filio, in muliere, in clerico, & in ſubdito. Et ob id inquit Bartolus, quòd pater aut maritus aut dominus, aut epiſcopus eſt, metus illatus præſumi debeat, niſi minæ aut verbera præceſſerũt æſtimandum non eſt. l. interpoſitas. C. de tranſactionib. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi metus've cauſa fiunt. Et Angelus Aretin. in loco prædicto addit Bald. in capitu. item ſacramenta. de pace tenen. & iuramen. firmand. collatio. x. dum Bald. illhic remittit ſe ad Bartol. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui operis nunciatio. in qua Bar-
175 tol. conſiderat † an pater aut maritus aut vir auſteri ſeu ſeueri ſint, ſolitiq; minari filio vel vxori ſibi non conſentientibus, eoſq; verberibus afficere. Dico licet Bald. ſe ad Bartol. remittat in. §. ſi quis ipſi prætori. ad probandum quando metus velatus ſit vel in corde retentus, vt ex qualitate perſonarum coniectuɾetur. Bartol. tamen de patre aut domino non loquitur: in iudice fateor de iure ſolam magiſtratus autoritatem non ſufficere per dictam. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi metus've cauſa fiunt. cum ab eis appellari poſsit. Et ideo oportet eum qui vim à iudice patitur, proteſtari alioquin non excuſatur. l. finali. C. de his qui propter metum iudicis non appellauer. l. vnica. C. ſi quacunque prædítus poteſta. l. vt per fectius. ſecundò reſponſo. C. de annali exceptio. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui operis nunciatio. Non ſic eſt de iure in patre & domino quia ſola patris aut domini præſentia ſufficiens eſt. Et in hoc Areti. in dicto. §. quadrupli. qui niſus eſt euitare, dictam. l. penulti. ff. de furt. non rectè illam ponderauit in ratione legis quæ ſolam præſentiam domini conſiderat. pudorem, inquit, ſeruo aut filio, aut liberto afferentem, pro pter quem ſi non egerint ſalua nihilominus maner eis actio, & tamen text. in dicta. l. ſed & ſi per prætorem. §. hæc clauſula. ff. ex quibus cauſis maiores. non excuſat filios aut libertos, ſi prætorem adire negligunt. quamquam illa lex finalis reſeruet aduerſus dominum actionem propter furtum à domino factum: non quod eis concedat furti actionem. l. ſecunda. ff. de obſequi. patron. præſtan. Quid igitur ad. l. ſed & ſi per prætorem. §. hæc clauſula. ff. ex quibus cauſis maiores. Reſpondendum eſt, dic illam legem intelligi de filio emancipato & liberto qui ſui iuris facti ſunt, filius per emancipationem, libertus per ma-
176 numiſsionem. † Lis enim eſſe non poteſt cum patre & filio in poteſtate exiſtente. l. lis nulla. ff. de iudicijs. ſimiliter neque cum ſeruo. l. vix certis. ff. eodem, de iudicijs. ſed cum filio emancipato & liberto eſſe poteſt permiſsione à prætore petita, ſcilicet venia. l. quique. §. primo. ff. de in ius vocando. Imo inter patrem & filium naturalem vel adoptiuum nulla lis eſſe poteſt. l. parentes. & l. adoptiuum. ff. de in ius vocand. Dic ergo ad dictam. l. ſed & ſi per prætorem. §. hæc clauſula. nulla enim metus ſuſpitio erat, ideo filij qui cum patre agere voluit cum permiſſu prætoris, qui renuunt à prætore veniam impetrare non excuſantur cum ſuæ poteſtatis ſunt, ſecus vbi ſuæ poteſtatis non ſunt. l. prima. §. finali. C. de annali exceptione. Secundò text. in dicta. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio. non reuerentiam patris ſed indignitatem patris ſolus conſiderat, ibi ſi tam turpis patris ſit perſona vt verendum ſit, ne acceptam dotem conſumat. Tertiò, vt dixi dicta. l. prima. & authentica, niſi tricennale. C. de bonis maternis. fortius obſtant, cum in eis ſola patria poteſtas ſpectetur. ſimiliter in. l. prima. §. finali. C. de annali exceptione. ibi, nullam temporalem exceptionem opponi, niſi ex quo actionem mouere poterant, id eſt, poſtquàm manu paterna vel eius in cuius erant poteſtate conſtituti fuerant liberati. Ecce quomodo ſola paterna aut dominica poteſtas conſideratur. Præterea non poſſum ſatis mirari eos qui allegant. l. ſi patre cogente. ff. de ritu nuptiarum. quæ omnino probat contrarium. Primò, dum dicitur, in ea quam non duceret ſi ſui arbitrij eſſet. Secundò, dum dicitur,

Nn 3

contraxit tamē matrimotium quod inter inuitos
contrahitur. Tertiò dum ait, maluiſſe hoc tamen
videtur. Et inquit illhic Accurſi. in verbo, vide-
tur. maluiſſe, inquit, videtur quàm odium patris
incurrere. Ex hoc habes quatuor quæ cōtra eos
probant. Primò quòd text. ille de metu reueren-
tiali loquitur dum dicit maluiſſe hoc tamen vide
177 tur. † Secundò filium ab initio contrahentē du-
ctum metu reuerentiali dici inuitum contrahere,
neque ſui eſſe arbitrij, dum contrahit. Tertiò me
tum illum reuerentialem talis tantæq; eſſe poten
tiæ vt faciat cēſere matrimonium eſſe per metum
contractum & eo metu qui matrimonium impe-
dit, dum ille tex. ait contraxit tamen matrimoniū
quod inter inuitos contrahitur. Ecce quomodo
ille tex. nullam facit differentiam inter matrimo-
nium per metum reuerentialem, aut alium quen-
cunq; metum contractum quoniam æqualiter di
cit talem eſſe talis've effectus & potentiæ vt per
metum reuerentialem inter inuitos contractum
cenſendū ſit. Quartò per illa verba, maluiſſe hoc
tamen videtur probari, vt filius patre quāuis co-
gente matrimoniū ab initio contraxerit, ſi tamen
in eodem matrimonio perſeuerare maluit quàm
odium patris incurrere: in hoc metum purgaſſe
cenſebitur, ſed ſi in eo matrimonio perſeuerare
noluiſſet, certe per illum text. matrimonium nul-
lum ſeu annullatum fuiſſet, eo quòd à non ſpon-
taneo, & in ſuo libero arbitrio conſtituto, cōtra-
ctum extitiſſet iuxta. l. nec filium. & l. neq; filio.
C. de nup. l. filiofamilias. ff. de ſponſa. l. ſi mulier.
§. ſi dos. ff. quod metus cau. l. ij. C. de inuti. ſtipul.
178 † Et tamē quantūcunq; matrimonium ab initio
per metum contractum nullum ſit propter liberi
conſenſus defectum annullari ſaltem debet: ſi ta-
men vim paſſus in iam contracto per metum ma-
trimonio voluntariè perſeueret purgatus eſt ſta-
tim omnis prior metus, neque amplius diuertere
poterit. c. ad id quod. extra, de ſponſa. ca. cum vi-
rum. extra, de regu. capi. puellæ. xx. q. j. Ita notat
Innoc. in ca. cauſam matrimonij. extra, de officio
delega. Imo & ſi per vim coactus contraxiſſet fi-
lius, aut filia. ca. de illis. ij. extra, de deſponſa. im-
puber. Et ratio eſt quoniam coacta voluntas vo-
luntas eſt, dicta. l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod me
tus cau. Ideo libera voluntate ſuperueniente pur
gatur illud metus vitium. l. ij. C. de his quæ vi me
tus've cauſa fi. ſicuti in ſimili ſuprà dictum eſt de
re furtiua quæ deſinit furtiua eſſe quàm primum
in poteſtatem domini reuertitur. l. ſequitur. §. La
beo. & §. ſequen. ff. de vſucap. Et ideo de iure ca
nonico vbi metus in contrahēdo interueniſſe di-
citur is qui metum allegat ſeparari ſtatim debet
ab his quos metum induxiſſe dicit vt iudex de-
mum conſtantiam eius videat, dicto cap. cum lo-
cum. extra, de ſponſal. vt metum prius illatum li-
berius reuocare poſsit. cap. matrimotium. xxvij.
q. ij. Ecce quomodo per dictam. l. ſi patre cogen
179 te. † probatur non differre reuerētialem metum
ab alio metu, cum vterque metus liberum tollat
arbitrium & quòd per occaſionem reuerentialis
metus factum eſt ab inuito factum eſſe dicitur, &
ille tex. plurimum aduerſus eos ſtringit. Et quòd
Ange. Are. dixit in. §. quadrupli. Inſtit. de actio.
Ingreſſum religionis deſiderare meram, puram,
& ſpontaneam voluntatem merito imperium pa-
ternum quod reddit voluntatem filiæ non ex to-
to liberam vitiare facit actum, quaſi eadem nō ſit
ratio matrimonij, & alterius contractus qui mu-
lieri aut filio præiudicium affert, non videtur mi-
hi illa ratio alicuius ſucci eſſe, imo eſt ab expreſ-
ſo contra caſum capi. primi. extra, de his quæ vi
metus've cauſa fi. vbi papa non maiorem ratio-
nem in religionis ingreſſu quàm in matrimonio
conſtituit, ſimiliter in dicto capi. cum virum. ex-
tra, de regular. eandem etiam conſiderationem et
vt verius dicam ſtrictiorem ciuilia iura in dote &
donatione propter nuptias quàm in cæteris re-
bus mulierum habuerunt: voluerunt enim alie-
nationem earum etiam cum expreſſo & libero
mulieris conſenſu factam non valere. §. primo. in
authenti. vt immobi. ante nupt. dona. collatio. v.
authentic. ſiue à me. C. ad Velleian. l. vnica. §. &
cum lex. C. de rei vxor. actio. quanto magis di-
cendum eſt vbi conſenſus non modo liber non
eſt, ſed coactus reuerentiali metu. Idem dicēdum
eſſe puto in rebus filiorum, quorum alienationē
180 lex prohibet. † Et vlterius non vult præſcriptio-
nem poſſe incipere donec filij ſui iuris effecti ſint
dicta. l. prima. & authentica, niſi tricennale. C. de
bonis mater. Et id propter ſolam paternam reue
rentiam: igitur ſola paterna reuerentia ad tollen-
dum liberum filiorum arbitrium, & præbendam
filijs iuſtam metus cauſam ſufficit, cum propter
eam ſolam præſcriptionis curſus, et natiuitas eius
impediatur per prædicta. Inſuper adducebatur
per Alexandr. & Modern. contra hanc noſtram
ſententiam alius text. in. l. fideiuſſor. §. Seij. ff. de
pignori. Cuius Bartol. prius eis meminit in dicta
l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio. poſt gloſ. in. l.
Gaius. ff. de pignora. actio. ad quem gloſſ. illbic
reſpondet, dixit enim, vbi ſubſcribens inſtrumen
to adhibetur tanquam conſenſum præbens, &
obligatur, & quamquam illa ſolutio quantum
ad regulam illius legis ſatisfaciat, dum in ea quæ-
ritur, an tacens pro conſentiente habeatur huic
tamen noſtræ diſputationi non ſatisfacit, quia ſal
tem per eum probaretur reuerētialem metum fi-
lij obligationem non prohibere, quare Bald. in
eadem. l. fideiuſſor. §. pater. aliter reſpondet, di-
cit enim. l. primam. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer.
181 actio non dat. intelligi debere † quando pater &
filius inter ſe contrahunt, tunc patri metus reue-
rentialis obſtabit: ſecus autem ſi cum tertio con-
trahitur, etiam in patris fauorē dicto. §. pater Seij.
filius enim domum ſuam pignori ſeu hypothecæ
creditori patris obligauerat, obligationemq; ſua
manu filius ſcripſerat. Hac ratione dicit ille text.
volunta

voluntarie filium non autem per metum conſenſiſſe verba illius tex. ſunt Modeſti. reſpondet cū ſua manu pignori domum ſuam futurā ſeiua ſcripſerat cōſenſum ei obligationi dediſſe, & ſic nō per metum ſed voluntarie filius conſenſit qui ex eo præſumitur quod ſua manu apodiſſam ſeu inſtrumentum ſcripſerat, & quamuis hæc ſolutio Bald. cum his quæ ſuæ ſolutioni addidimus ſufficeret non pudebit alteram Bartol. ſolutionem addere, quam in dicta. l. quæ dotis. colum. finali. ff. ſoluto matrimonio. tradidit: Dixit enim Bart. aut talis eſt actus qui prohibendo impediri non poterat, & non præiudicat taciturnitas dicta. l. Caius. ff. de pignor. actio. l. Titia. §. lucia. ff. de lega. ij. l. ſæpe. ff. de re iudi. fallit inquit Bart. rōne cōiūctiōis. l. ſi ſeruus. ff. de do. inter vir. & vxor. & in. l. q patitur. ff. māda. niſi talis ſit coniūctio. quæ in ſe reuerentiam haberet dicta. l. prima. §. quæ onerādæ. ff. qua. re. actio non dat. & l. pen.

182 ff. de furt. † Si verò tacens poterat contradicendo impedire: & tacens conſentire præſumitur dicta. l. fideiuſſor. §. pater ſeij. ff. de pignor. & dicta l. ſæpe. ff. de re iudi. Iſta reſponſio, quantum eſt ad dictam. l. fideiuſſor. §. pater ſeij. ſicut notat illhic Accurſ. in dicta. l. Caius. vera eſſe poteſt, dū intelligunt illam legem fideiuſſor. §. pater. de tacente. Nam tacēs non fuit, ſed expreſſe patri voluntarie conſentiēs eo quod obligationē ſua manu ſcripſit, ſua enim ſcriptura inquit ille tex. conſenſum manifeſtat, in ſimili de muto teſtante, & teſtamentum ſua manu ſcribente vel etiam ſubſcribente dicit. l. diſcretis. C. qui teſta. facer. poſ. Cui addo. l. primam. verſicu. atque ſi ſua manu. C. de his qui ſibi aſcrib. in teſta. l. ſi ergo. §. dotis. verſi. plane. ff. de iur. dot. ibi, eumque libellū marito offerre vt is ſubſcribat quaſi res accepεrit. l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. in verbo, ſubſcribente. ff. de verborum obligatio. de quo vide Felin. in. c. cum inter. colum. iij. extra, de re iudi. eundem in. c. fina. extra, de offi. delega. à quo plura tranſumpſit Moder. Papien. in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. quæ eadem repetit in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & ſic nullus in illo tex. fuerat metus ſed perfectus conſenſus, neque ſola erat taciturnitas ſeu ſilētium, quare Rapha. Fulgo. in eodem. §. pater. dum reſpondet ad l. cum antiquitas. C. de teſtamen. quæ pro cōcor. poteſt allegari dicit in dicto. §. pater. aliquid plus eſſe quàm in dicta. l. cum antiquitas. quoniā præſentia erat cum ſcriptura per quæ ſecūdum eum Modeſtinus Iureconſultus dixit verum filij conſenſum probari. Sed contra hanc ſolutionem dici poſſet ſatis non facere eo quod obiectum eſt

183 vt † patris præſentia moueat metūque tam in ſeribendo quàm conſentiendo inducat: quare oīa actus per filium geſtus propter reuerētiam quæ patri debetur metum ſuſtinuiſſe dici poſſet per dictam. l. pen. ff. de furt. & l. primam. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. act. non dat. Sed ad id reſponderi poteſt in caſu illius legis nullum fuiſſe metum à patre inductum ſed ſola breuis perſuaſio quæ metum non inducit vt inquit in ſimili tex. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionem. ff. de iniur. ibi, leuis territio non pertinet ad hoc edictū l. fina. ff. ſi quis aliquem teſta. prohibu. ibi, non p vim nec dolum quo minus vxor contra eum mutata voluntate codicillos facere interceſſerit ſed vt fieri aſſolet offenſam egre mulierem maritali ſermone placauerat in crimen nō incidiſſet nec ei quod teſtamento fuerat datum auferendum. Et hanc conſiderationem ex dicta. l. fideiuſſor. §. pater ſeij. ff. de pigno. elicio in his verbis facile perſuaſit. & ſic neque metus neque territio fuit, tex. autem in dicta. l. prima. §. quæ onerande. ff. qua. re. act. non da. vtitur his verbis metu ſolo,

184 vel nimia patroni reuerētia in quo ille tex. † metum & nimiam reuerentiam æquiparat. nō quod cum illa reuerentia neceſſe ſit quod à patre minæ interceſſiſſent, quia abſque dubio eſſet. Alioqui non eſſet inter reuerentialem metum & metum cuius occaſione facti ſunt tituli in digeſtis. C. & decretalibus de his quæ vi metus've cauſ. ſiu. differentia. Cæterum de metu per minas aut verbera inducto loquitur tex. in. c. ex literis. extra, de deſponſatio. impuber. quia minæ interuenerant. per hoc ſatis eſt factum Moder. Papien. in dicto. §. quadrupli. inſti. de actio. qui propter dictum. c. de his, tantum aduerſus hanc ſententiam inſtiterat. & ideo tex. in dicto. c. puellæ. xx. quæſtione. j. ait, puellæ quæ non parētum coactæ imperio ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum atque habitum ſuſceperunt. et ſic non abare dictus. §. onerādæ. nimiam reuerentiam conſiderauit quam metui æquiparat æqualeq; de vtroq; iudicium facit. Similiter. l. primæ. ff. de furt. quæ bis verbis vtitur & is cuius magna verecundia ei quem in præſentia pudor ad reſiſtendum impedit. Ecce quomodo ille tex. magnam verecundiā conſiderat, & pro reuerentiali & vero metu accipit. & iſta ratione tex. in. l. fin. ff. de his quib. vt indig. dicit taciti fideicommiſſi ſuſpicionem ſolam rationem paternæ affectionis non admittere, quamuis inter tam proxime coniunctos iura ciuilia facile fraudes ſuſpicantur. l. data. C. de dona. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credi. fi. l. debitor. ff. de pigno. actio. ſed vt argumentum tollatur dic illum tex. nimiam reuerentiam conſiderauiſſe, eiuſque rationem habuiſſe, traho in argumentum dictam. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matri. in his verbis, nimia circa maritum non merentem. licet non ad propoſitū quæſtionis ſeu diſputationis noſtræ illa verba dicta ſint.

185 † Sed ſi quæras quando iudicari debeat ob nimiam reuerentiam paternam aut filiuſſe filium aut patri conſenſiſſe, vel melius quando filius aut filia pro contradicēte haberi debeat, dic quando contractus qui inſtigante patre fit damnum filio eſt allaturus vel re ipſa damnoſus eſt

filio, tunc enim non tantum ſilentium pro cõtra
dictione habebitur verumetiam ſi expreſſus filij
conſenſus interueniat aut accedat tunc iudican-
dum eſt per metum potius quàm ſponte & libe-
re contraxiſſe. & iſta eſt Iureconſulti interpreta-
tio in dicta. l. ij. §. voluntatem. & l. dotem. ff. ſo-
lu. matri. In qua volo te notare illum text. dũ ait
maxime dum ab eo ſcilicet patre poſtea amplio-
re ſumma dotata ſit per quæ verba Iureconſul-
tus manifeſtare vult, quando pater ex pietatis
officio & paterno mouetur affectu, & non inten
tione fraudandi filium vel diſtrahendi rem filij.
argumento eſt. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. non
diſſimilis conſideratio datur ab Vlpia. in. l. ſed
ea. ff. de ſponſa. diſſentiendi, inquit, à patre licen
tia conceditur, ſi indignum moribus vel turpem
186 ſponſum pater ei eligat. † Nam plerũque pater-
na libertate parentes abutũtur. §. hæc autem diſ-
poſuimus. in authen. vt cum de appel. cognoſci.
colla. viij. ibi, in aliquo autem negocio diſceptan
tes inuenimus pulcherrimam filiam gratam qui-
dem à ſua genitrice dictam exhæredatam aut te-
ſtamento nominatam tam in paternis quã in ma-
ternis facultatibus. §. non licebit. in authen. de
trien. & ſemiſ. ibi, ſi non vult filiorum non repẽ-
te famæ morientium, & viuere valentium vo-
cari pater. l. hoc colore. ff. de inoffi. teſta. ibi, ſed
recte quidem fecit teſtamentum ſed non ex offi-
cio pietatis cui conuenit ratio. l. Titia. §. impera-
tor. &. §. fin. ff. de lega. ij. l. pater. C. de inoffi. do-
na. & ob id à lege remedia inuenta ſunt quæ ſimi
les patris volũtates cohibeãt nullitatis videlicet
teſtamentorum & contractuum querelæ inoffi-
cioſæ teſtamenti bonorum poſſeſſionis cõtra ta-
bulas idque fit dum contra debitum ſeu paternũ
quod pietatis eſt officium aliquid facit. l. prima.
C. de his qui ſib. aſcri. in teſta. ibi, dulci functus
officio. l. j. C. de his quib. vt indig. aufer. hæredi.
ibi, qui debitum officium pietatis ſcientes omiſe
runt. quæ licet in hærede loquantur, fortiori ra-
tione in patre forte filij hærede dicẽdum eſt. Cui
ad do. l. ſi filius. & l. congruentius. C. de pat. pot.
alibi maiore etiam ratione quod Iureconſultus
Papinianus ait in. l. nec in ea in fi. ff. ad. l. Iuliam
187 de adulter. † Plerunque pietas paterni nominis
pro liberis conſilium capit. vbi ergo paternã pie
tatem pater offendit iam non paterno cõſilio vti
tur quod eſt, dum filiorum bona alienat, neq; iu
dici conſtat in beneficium filiorum alienationes
feciſſe, & ita conſiderauit dicta. l. prima. & auth.
niſi tricennale. C. de bo. mater. quæ hac ratione
nõ admittũt emptorẽ poſſe aduerſus filiũ pſcri-
ptionem cuiuſcunque qualitatis ſit incipere, niſi
poſtq; filius ſuæ poteſtatis eſſe cœperit. et ex illo
text. puto reſultare aliã ſolutionẽ ad. d. l. fideiuſ-
ſor. §. pater ſeij. ff. de pig. quã nemo hactenus cõ
ſiderauit, qm̃ ille. §. pater de filio emancipato. &
ſic ſuæ poteſtatis effecto loquitur, qui domũ ſuã
patris nomine pignori ſeu hypothecæ obligauit,
& obligationẽ ſua manu ſcripſit, vnde filio nõ li
cuit è cõtractu ſua volũtate facto diſcedereq; po
tuit cum ſui iuris eſſet cõtradicere, nõ ſic eſt in ca
ſu. d. l. j. C. de bo. mater. qm̃ filius in pr̃is erat po-
teſtate. ob id ille tex. vult alienationẽ viribus nõ
ſubſiſtere ſed poteſtatẽ filio cõcedit ſui iuris effe
cto rem ſuã à patre alienatam qñcũq; vendicare,
quacũq; iuris pſcriptiõe nõ obſtãte: ſed auth. niſi
trecẽnale legẽ Codicis in eo quod in præſcriptio
ne locuta erat ad præſcriptionem. xxx. anno. re-
ſtrinxit. Cæterũ cũ grano ſalis intelligenda eſt il-
la auth. Noluit enim præſcriptionẽ in filium inci
pere donec filiusfa. ſuæ poteſtatis factus fuerit,
& hæc cõſideratio nõ abſq; rõne eſt, ſicut de mi-
nore ſuprà dictum eſt aduerſus quẽ præſcriptio
initium non ſumat donec maior effectus ſit dicta
l. non eſt incognitum. C. quib. non obſt. long. tẽ
po. præſcrip. dixi ſuprà.
188 Sed aduerte † quod q̃uis filius emãcipatus cõ
ſentiat expreſſe alienationi per patrẽ factæ, tamẽ
aduerſus illũ cõſenſum ius canonicũ reſtitutio nẽ
cõcedit. tex. eſt in dubius in. d. c. cõſtitutus. extra,
de in integr. reſti. vbi filij qui patri conſenſerunt
ſuas res alienãti aduerſus illũ cõſenſum reſtituti
fuerũt qua reſtitutione conceſſa beneficio cõſue
tudinis paroſinẽſis infra annũ & diẽ rẽ à pr̃e alie
natã retraxerũt. tex. eſt illhic ibi vel tñ adhuc exi
ſtant infra tempus ad obtinendũ beneficiũ in in-
tegrum reſtitutionis. Rapha. autem Fulgo. in. d.
§. pater. aliã ſolutionẽ dare conatus eſt, diſtinxit
em̃ inter hypothecã bonorũ et dominij alienatio
nem vt filius propter hypothecã cõtradicẽdi cau
ſam nõ habeat, quia non eſt æque præiudicialis
ſicuti dñij alienatio, argumẽto. l. fi. C. quæ res pi-
gno. obliga. poſ. Nã graue eſt præiudicium filio
cum rerũ ſuarũ dñium alienatur quæ. l. ſt. probat
cõtra Fulgo. Nã illa lex tantũ hypothecæ exiſti-
mat præiudiciũ q̃tum alienationis dominij quia
quibuſcũq; verbis contractus concipiatur hypo
theca cõtrahitur. & propter eam venire poſſunt
res pignori aut hypothecæ obligatæ ſic quod p
generalem hypothecam non tantũ præſentes ſed
& futuræ res debitoris vendi poſſint. Nõ ſic eſt
in alienatiõe alicuius rei ſingularis, quare ab alie
natione pignoris aut hypothecæ obligatio non
189 differt quantum ad præiudicium filij. † Ideo
vbicunque lex alienationem ſeu venditionem
prohibet, ſimiliter & pignoris ſeu hypothecæ
conſtitutionem ſiue à lege vel legis miniſtro
vel à teſtatore aut partium conuentione pro-
hibitio facta ſit. d. l. fi. C. de reb. alie. nõ alienã.
& ideo Rapha. Fulg. tandẽ Modeſtini rõnẽ vo-
luit in hac re potiſſimũ cõſiderare & ea veluti ca
pitali vſus eſt cũ Modeſtinus in illa. l. dicat filiũ
vere & libere conſenſum patri præſtitiſſe cũ do-
mũ ſuã pignori obligauit, qm̃ ſua manu obliga-
tionem ſcripſit, quæ ratio bona eſt, ſimiliter &

præcedens ſed pro Fulgo. melius facit. l. alie-
nationem.ff. de verborum ſignificatione. dum
dicit ille tex.alienatum proprie nõ eſſe quod ad
huc in dominio manet, venditum tamen recte di
citur, ſed, vt ſuprà dixi, aliter interpretatũ eſt in
dicta.l.finali.C.de re.alie.non alienan.ca.impe-
rialem.de prohibi.feud.aliena.per Frederic.col
latio.x.c.nulli.extra, de reb.eccleſ. non alienan.

Quoddam eſt legis impedimentum conſecu-
tiuum earum quæ nunc nunc in præcedente di-
ximus, cum à lege aut legis miniſtro, vel à teſta-
tore aut homine aut partium conuentione prohi
bitio alienationis fit, vt inquit Bartol.in dicta. l.
vbi lex.in qua Ioan.de Imo.diſſentit poſt eundẽ
Bartol.in.l.filiusfamilias.§. diu. ff. de legatis. j.
190 inquantum Bartol. † de prohibitione à teſtato-
re facta loquitur quæ vſucapionem impediat, ve
rum eſt ſi prohibitio teſtatoris cum prohibitio-
ne legis conueniat, aliàs non.l. qui exceptione.
§.ſi pars.ff.de conditio.indebi. & ita reſpondet
ad.l.ij.C.de vſucapio.pro empt.de quo tamẽ dic
vt per Moder.poſt Cin.in.l.fin.§.penul.C.com
munia de lega.in reliquis conſentit & cæteri ſe-
quuntur, vt vſucapio, & præſcriptio non tantum
incipere prohibeatur ſed cœpta aut dormiat aut
ſuſpendatur quandiu impedimentum manebit. l.
bonæ fidei.ff.de acquiren.re.do.&.l. vbi lex.in
princi.ff.de vſucapio.& ratio huius eſt cuius ſu-
prà meminimus quoniam alienationis appella-
tione vſucapio & præſcriptio comprehendũtur
l.alienationis verbo.ff.de verborũ ſignifi.quem
tex.ego aliquãdo induxi vt quemadmodum res
principis patrimoniales alienari prohibentur ſi-
militer & præſcribi.dicam copioſius in.l. neceſ-
ſarios.§.non aliàs.infrà eodem. Plus conſidero
illum tex.dum ait, vix eſt.gloſſ. exponit nunquam.
& recte ſequitur in tex. vt non videatur alienare
191 quæ patitur, vſucapi. † & ideo ſi princeps permit-
tat res publicas vſibus deſtinatas, & tacito popu
li conſenſu vel expreſſo pro tuitione reipublicæ
reſeruatas per ſingularem aut priuatum quẽ ho-
minem vſurpari, non dixerim vſucapi aut præ-
ſcribi, alienare dicitur quod illo iure prohibetur
propter iuramentum ab eo præſtitum.c.intelle-
cto.extra, de iureiuran.Sed vt ſuprà dixi Barto.
in dicta.l.fin.C.in quib.cauſ.neceſ.non eſt in in-
teg.reſti.diſtinxit cauſas alienationis, & formas
prohibitionis quæ à lege fiunt, & fuit Petr. dixit
enim aut ſimpliciter fit prohibitio alicuius rei alie-
nandæ & in ea non cadit vſucapio, ſi cõtra legis
prohibitionem alienatio facta fuerit, ſecus vbi
prohibitio fit alienandi abſque iudicis decreto
& illa præſcribi poteſt. & licet aliquid ſuprà teti
gerimus pleniori tamẽ ſtylo aperiemus propter
dictam.l.fi.in.fi.C.in quibus cauſ.in integ.reſti.
non eſt neceſ. vbi Imperator iura antiqua circa
præſcriptionem.xxx.&.xl.annorum in ſuo ſta-
tu manere vult. In quo vis ſequentis diſputatio-
nis.l.ſicut.in fi.C.de præſcrip.xxx.vel.xl.anno.
conſiſtit.& cum propter hanc difficultatem va-
riatum ſit etiam per ipſummet Bartol. vt refert
Alexand.in apoſtil. Bartol.in dicta.l. vbi lex.ff.
de vſucap.ſcitiſque ſunt omnes in iure ſcriben-
tes propter dictam.l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.
reſti.non eſt neceſ.&.l. non eſt incognitum. C.
qui.non obijci.lõgi tempo.præſcrip. & dictam
l.ſicut.C.de præſcrip.xxx.annorum.l.auxilium.
ff.de minori.l.fina.C.de tempo.in integ.reſti.pe
ten.vt difficile ſit certam & determinatam in hac
diſputatione concluſionem firmare & propter
eas tota legiſtarum & canonicorum ſchola tur-
bata eſt, & longum & tedioſum nimis eſſet ſin-
gulorum opiniones & diſtinctiones recenſere,
quicquid tamen in hac re tam dubia & difficili
ſentio ſuccincte aperiam.

192 In primis † præmittendum eſſe putaui vnum
quod de iure digeſtorũ triuiale eſt, & cuius plu-
ries ſuprà meminimus præſcriptionem longiſſi-
mi temporis.xxx.vel.xl.annorum illo iure dige
ſtorum incognitam fuiſſe, vt notat Accur.à quo
pauci ſunt qui diſſentiãt, in.l.qui occidit. in prin
cip.in verbo, amiſit.ff.ad legem Aquiliam.& in
§.primo.in verbo, antique. in authen. vt eccleſ.
Roma.gaud.cent. annorum præſcrip.colla.ij.in
l.Iulianus.in gloſ.j.ff.ex quibus cauſ.maior. nul
la inquit Accurſ.eſt lex digeſtorũ quæ iſtius præ
ſcriptionis longiſſimi temporis mentionem fa-
ciat, & illarum gloſſ.meminit Rom.in.l. prætor
ait.§.hoc interdictum.ff.de no.oper. nũcia. licet
illhic nonnullas glo. Accurſij recenſeat, quæ ali-
ter ſecundum eum ſentire videntur præſertim ea
quæ ponitur in illo.§.hoc interdictum.ſed nulla
eſt quæ hoc dicat.neque ab Accurſ.aut Ro. ſeu
quouis alio reperi aliquam in libris digeſtorum
recitari vel melius citari quæ de ea loquatur.qua-
re veræ ſunt, & ſine ſcrupulo gl. Accurſ.ſuprà re
latæ. Secundò, Aliam eſſe cauſam præſcriptionis
x.&.xx. annorum, & præſcriptionis.xxx.vel. xl.
annorum.dixi in.l.prima.§.primo.ſuprà eodem.
poſt gloſſ.in.l.fin.C.de edict.diui Adri. tollen.
& circa hoc ſecundum præſuppoſitum tota vis
noſtræ diſputationis conſiſtit in duobus potiſſi-
me. Primum, an præſcriptio.xxx. vel.xl. annorũ
à minore incipere poſſit, & contra perſonam mi-
noris maioris facti continuari & perfici. Secũdũ
conſecutiuum huius ſi finire poteſt an aduerſus
eam reſtitutio in integrum concedi poſſit, ſic vt
debeat tempus minoris ætatis ad implementum
xxx.vel.xl. annorum ſubduci. Tertiò, Etiã ſuc-
cedaneum præcedentium, an illa.l.fi. C. in quib.
cauſ.in integ.reſt.non eſt neceſ.aliquid noui ad
ius antiquum addat.

Secundum principale ex præſuppoſitis reſul-
193 tans eſt an † præſcriptio.xxx. annorũ quæ à ma-
iore incœpit & in tempus minoris incidit com-
pleatur in perſonam minoris nulla minoris æta-
tis ratione ſeu diſcretione habita: quod videtur de
indubitabili eſſe, propter.l.ſicut. C. de præſcrip.

xxx.annorum.quæ pupillarem ætatem ſolū exci
pit,de ea tamen aliquid diſcutiemus.
Iſtius ſecundi articuli conſecutiuum eſt.Si tē-
pus currat in eum, an reſtitutione in integrum
adiuuari poſſit,vt poſt lapſum præſcriptionis tē
pus quadriennium concedi debeat cum abſens
& minor æquiparentur in.l.fina.C.de tempo.in
integ.reſti.peten.& abſenti tempus abſentiæ de
ducitur,& ſubducitur.& hoc vltimum abſolutū
eſſe videtur per dictam.l.ſicut. in verbo. abſen-
tia,& de ratione differentiæ inter præſcriptionē
xxx.vel.xl.annorum,& præſcriptionem decem
vel.xx.annorum videndum eſt.Nāque præſcri-
ptio.xxx.annorum, etiam aduerſus minores &
maiores etiam iuſto impedimento agere impedi
tos currit dicta.l.ſicut. & authen.niſi tricennale.
C.de bon.mater.non ſic eſt de præſcriptione. x.
vel.xx.anno.Seriatim de vtraq; videamus.
Primò,Communi omnium conſenſu indubia
194 videtur hæc iuris concluſio, † præſcriptionem
xxx.vel.xl. annorum ſtatim poſt impletam pu-
pillarem ætatē incipere,& aduerſus adultos per
fici poſſe tempore minoris ætatis non ſubducto
dicta.l.ſicut.Secundò, à præſcriptione. xxx. vel
xl.annorum cœpta, vel incipienda, tempus pu-
pillaris ætatis tantum ſubduci dicta.l.ſicut. & di
cta.l.ſi.in fin.C.in quib.cauſ.reſti. in integ. non
eſt neceſ.ibi videlicet exceptiōibus.xxx. vel.xl.
annorum in ſuo ſtatu manentibus. Sed quomo-
do & ad quid Iuſtinianus illis verbis in ſuo ſtatu
manentibus,vſus eſt,cum nulla ſit lex in priori-
bus titulis Codicis & præcedentibus titulis in
qbus cauſis in integ.reſti.non eſt neceſſaria quæ
de præſcriptione. xxx. annorum circa minores
aliquid diffiniat. Prætcrea vt ſuprà dixi poſt
Accurſ.cum nulla ſit lex in pandectis quæ de ea
loquatur ſeu mentionem faciat,ſed illo iure pror
ſus erat incognita, referre igitur neceſſe eſt finē
illius legis & ad id quod in dicta.l.ſicut.per Ho
norium & Archadium imperatores deciſum eſt
vt ea ſint iura antiqua de quibus illa lex ſi. loqui
tur dum de præſcriptione.xxx.aut.xl.annorum.
meminit. Hoc etiam Accur.in.§.j.in verbo,con
ſtitutionibus.inſti.de perpe.& tempo.actio. ſen
tire videtur, vbi eas antiquas conſtitutiones di-
cit Accurſ.eſſe, quæ in dicta. l.ſicut.&.l.omnes.
C.de præſcrip.xxx.annorū poſitæ ſunt in.l. pri-
ma.C.de anna.except. quæ eſt Iuſtiniani &.l.ij.
C.de conſtit. pecu. quæ pariter eſt Iuſtiniani.l.
præſcriptio.&.l.neque mutui.C.quibus nō obij
ci.longi tempo.præſcript.quæ ſunt Diocletiani
& Maximiani.l.vnica.C.de vſucapio.transfor.
quæ lex, eſt Iuſtiniani.& leges Honorij & Ar-
chadij Diocletani & Maximiani & Anaſtaſij tē-
poribus Iuſtiniani iam antiquæ erant cum Dio-
cletianus & Maximianus autores dictæ. l. præ-
ſcriptio,&.l.neque mutui Honorius & Archa-
dius conditores dictæ.l.ſicut. Anaſtaſius hæreti
cus Imperator autor dictæ. l.omnes.multis an-
nis Iuſtinianum præceſſerint in imperio. Nanq;
Anaſtaſio hæretico qui illorum nouiſſimus fuit
ſucceſſit Iuſtinus pater Iuſtiniani. Sed huic con-
cluſioni plurimum obſtare videtur quod ſuprà
dictum eſt de longi temporis præſcriptione. x.
vel.xx.annorum.quæ aduerſus minores non in-
cipiet ſed differetur in aduentum maioris ætatis,
195 & † tamen longiſſimi temporis præſcriptiones
xxx.vel.xl.annorum. quæ prorſus odioſæ ſunt
de iure, vt in dicta.l.fina.C. de edic. diui Adria.
tollen.l.ſi quis emptionis,in prin.C. de præſcri.
xxx.annorum ſtatim poſt pupillarem ætatē inci
piunt.Quod autem non incipiat præſcriptio.x.
vel.xx.annorū.niſi finita minori ætate ſatis pro-
batur in dicta.l.non eſt incognitum.C. quib.nō
obſt.long.tēpo.præſcri.& alijs legibus ſuprà re
latis.Secūdò,Obſtat aliud quod Accur. nō præ
termiſit in dicta.l.vnica.C.ſi aduerſ.vſuca. quē-
admodum res pupillares & minorum. xxv. an-
nis de iure digeſtorum alienari non poterāt pro
hibente.l.bonæ fidei.ff.de acquirē.rer. domi.&
ſenatuſconſulto quod factum eſt Theophilo &
Clemēte Conſ.& ex oratione Seueri Imperato-
ris quorum meminit Vulpianus in.l.j.et in.l.ma
gis puto.ff.de reb.eo.qui ſub tutel.vel cur.ſunt.
ſic nec præſcribi poterant dicta.l.vbi lex.in prin
ci.ff.de vſucap. cum ſub alienationis vocabulo
præſcriptio comprehendatur.l.alienationis ver-
bo.ff.de verbo.ſign.Quomodo igitur pōt præ-
ſcriptio ab adulta ætate,et ſic ſtatim poſt decimū
quartum annū impletum initium accipere, nō vi
detur hoc de iure poſſe fieri. Prætterea cum eadē
ſit minorū et abſentium cōditio.l.ſi.C. de temp.
196 appella. † & abſentes cauſa legitima & legibus
permiſſa aduerſus præſcriptionē.x.vel.xx.anno
rū reſtituunt minoribus etiā aduerſus cōtractus
ſuos poſt finitos.xxv.annos à die finiti. xxv. an-
ni computandos quadriennium conceditur pari
ratione aduerſus.xxx.annorum præſcriptionem
concedi debet cum præſcriptio ſub alienationis
vocabulo comprehendatur, ſaltem poſt finitam
præſcriptionem aduerſus eam annus vtilis aut lo
co illius quadriennium concedi deberet: & ſi an
teriorum Imperatorum conſtitutiones à Iuſtinia
no ſic emendatæ ſint, vt vbi reſtitutio concede-
batur hodie per dictam.l.fina. C.in quibus cau-
ſis reſti.in integ.non eſt neceſ.reſtitutione opus
non ſit.ſimiliter aduerſus præſcriptionem. xxx.
anno.dici debet,ſaltem ad effectū illius quadriē
nij quod loco vtilis anni eſt conſequendi. d.l.ſi.
C.de repudi.hæredi.iuxta dictam.l.ſuperuacuā.
C.de tempor.appel. Cui adde.l.ab hoſtibus ſe-
cundam.C.de capti.& poſtli.reuerſ.Iſta duo ar-
gumenta non inuenies ſic expreſſa prout ea recē
ſui,& propter illa articulus iſte dubius adeo in-
uentus eſt, vt illi non videatur poſſe ſatisfie-
ri. In primis Bartolus. & prius eo. Petr. Cin.
& alij antiqui in dicta.l.finali. C.in quibus cau-
ſis in integr. reſti.non eſt neceſ. dixit plurimum

differre, an lex ſimpliciter alienationem prohi-
beat, an verò permittat cum decreto vel ſeruata
certa ſolennitate, vt primo caſu procedat. l.vbi
lex.ff.de vſucap. & ſimilia argumenta. Secundo
caſu non ideo res minoris quæ cum decreto alie
nari poſſunt præſcribi poterunt. Alij, vt quidam
vltramontani, quos Marti.ſilua. ſecutus eſt, di-
ſtinguebant, an prohibitio à lege propter rei na-
turam ſit, quia ſacra aut religioſa & quemadmo
dum alienari non poſſint ſic nec vſucapi. an verò
fauore perſonæ prohibitio fiat, vt puta minoris
& præſcribi poterit. Sed Bart. male citramonta-
nos citat quoniã Martini Siluani fuit hæc diſtin-
ctio. ſicuti Iaco. Butrig. refert in dicta.l.fin.C.in
quibus cauſ.in integrum reſti.non eſt neceſ. quã
tamen non approbat Ang. tamen ſequitur eam
& dicit eſſe Iaco. Aretin. in illa.l. ſed Butri. dicit
eſſe Marti.ſilua.non autem Iaco.de Areti. quo-
niam ſecũdũ Iaco. Butrig. dicebat Iaco. de Aret.
res quæ erant inalienabiles & ex conſequẽte im
præſcriptibiles hodie factæ ſunt præſcriptibiles.
ſed hoc nihil eſt dicere, quoniam nos videmus p
197 dictam.l.non eſt incognitum † aduerſus mino-
res.xxv.annis præſcriptionem.x.vel.xx.annorũ
non incipere niſi finita minori ætate, neq; aduer
ſus filiumfamil. habere locum præſcriptionem
xxx.annorum niſi poſtquàm ſuæ poteſtatis fa-
ctus fuerit.l.prima.& authen. niſi tricennale. C.
de bo.mater.l.prima.§.finali.C. de anna. excep.
Idem in re pupillari quæ hodie non eſt præſcri-
ptibilis durante pupillari ætate dicta.l. ſicut. C.
de præſcrip.xxx.annorum. Tertiò, argumentũ
quod factum eſt de.l.fina.C.de tempo. in integ.
reſti.peten.minori.xxv. annis poſt finitos. xxv.
annos conceditur quadriennium, ſimiliter & ab
ſenti finita abſentia. Quartò.l. ſi fundum. ff. de
fund.dota.rem dotalem poſtquàm dotalis facta
eſt prohibet alienare, pariter & præſcribere, ne-
que permittit niſi finito matrimonio præſcriptio
nem incipere excepto caſu.l.in rebus.in fi.C. de
iur.dot.Si maritus conſtãte matrimonio ad ino
piam vergat quo tempore mulieri agendi pote-
ſtas conceſſa eſt, imo plus de iure authenticorũ
ſi maritus ſoluto matrimonio non eſt ſoluendo,
ſeu ex bonis mariti non poteſt dos mulieri ſalua
eſſe, mulieri actio de dote conceditur aduerſus
eum qui emit quomodocunque contraxerit, &
ſi pluries conſenſerit vxor.§.fi.in authen. vt im-
mobi.antenupt.dona.collatio. v.authen. ſiue à
198 me.C.ad Velleia. † & tamen principaliter cauſa
dotis fauore mulierum introducta eſt: ſecũdario
autem in fauorem reipublicæ.l.prima.ff. ſoluto
matri.hoc dicitur in dicto.§.j.in authẽ.vt immo-
bil.ante nup.dona.l.vnica.§.& cũ lex. C. de rei
vxor.actio.& tamen præſcribi non poteſt dicta
l.in rebus.vnde Ioan.de Imo.in dicta.l. vbi lex.
dicit dictam.l.fin.C.in quib.cauſ.in integ. reſti.
non eſt neceſ. debere de rebus pupilli ruſticis vel
ſuburbanis, vel rebus mobilibus precioſis intel
ligi. ſomniauit hoc Ioan.de Imo.& Rapha.Cu-
ma.in dicta.l.vbi lex, qui omnes ſolutiones do-
ctorum cognouit de iure ſubſiſtere non poſſe.ci
tat Paul.de Caſt.in dicta.l.fina.C.in quib. cauſ.
in integ.reſti.non eſt neceſ. ſolutiones datas ad
dictam.l.non eſt incognitum.veras non eſſe di-
xit, eaſque omnino illi.l.non eſt incognitum &
alijs legibus ſimilibus contradicere, dum dicunt
nõ incipere præſcriptionem aduerſus minorem
niſi finita minori ætate. Quare idem Paul.de Ca
ſtro ad dictam.l.non eſt incognitũ.aliter reſpon
dit, dixit enim debere intelligi, & exemplificari
in præſcriptionibus actionum prætoriarum quæ
anno tantum vel minori tempore durãt vt redhi
bitoria, vel quanti minoris, vel actione de dolo.
196 quæ biennio tantum durat.l.fin.C.de dolo † ho
die vero illæ præſcriptiones aduerſus minores
non currunt, per dictam.l.fin.C.in quib.cauſ.in
integ.reſti.non eſt neceſ.in præſcriptione autem
actionum realium cum præſcribuntur vel vſuca
piuntur res pupillorum vel minorum, per quas
rei vendicatio tollitur, non poſſunt illæ leges
exemplari eo quod de iure antiquo minori non
currebant, vt patet in dictis legibus, neque etiã
hodie Accur. neque alijs hæc ſolutio placuit, ne-
que etiam video quomodo.l.prima.&.l.fina.C.
ſi quis igno.rem minor. & dicta.l. non eſt inco-
gnitum poſſint in actionibus prætorijs quæ an-
no aut ſex mẽſibus vel biennio aut alio breui tẽ-
pore durant verificari, cum nulla earum hãc in-
terpretationem admittere poſſit, imo neque ver-
bum vllum earum hoc pati poteſt, ex aduer-
ſo quod de rerum immobilium pupillarium præ
ſcriptione tantum loquatur, ſatis illæ leges mani
feſtant quia de præſcriptione longi temporis ſo-
lum tractant quæ eſt decem vel.xx.annorũ. Qua
re non video quonam pacto Pauli de Caſt. ſolu
tio ſuſtineri poſſit. Tandem idem Paul. de Caſt.
reiectis duabus alijs ſolutionibus glo. primæ, dũ
præſcriptionem in minorem non currere dixit,
verum eſt inquit gloſſ. in effectu, ſed dicit Paul.
hanc ſolutionem omnes illas leges penitus euer-
tere. Secunda quæ etiam argumentum.l. bonæ fi
dei.ff.de acquir.rer.do.&.l.vbi lex. ff. de vſuca-
200 pio. comprehendit † per quas dicitur non poſſe
res minoris vel pupilli præſcribi quoniam alie-
nari prohibentur.l.alienationis verbo.ff.de ver-
borum ſignifica. dicebat Accurſ. non ſemper ve
rum eſſe regulam illam propter caſum.l. ſi fun-
dum.ff.de fund.dota. quæ nihil obſtat ſecũdum
Pau.de Caſ.& alij prius eo dixerũt vt ſuprà dixi
quoniam oppoſitum probat. Nam res poſtquã
facta eſt dotalis, ſicut nec alienari poteſt ſimiliter
nec præſcribi. Si autem poſt cœptã præſcriptio-
nem dotalis facta ſit non ob id interrumpit præ-
ſcriptio.& ideo Paul.de Caſt. ad Cin. ſolutionẽ
refugit quam dicit eſſe citramontanorum, ſed nõ
ita eſt vt dixi vere eſt Cin. excepto eo qđ in pri-
mo articulo exemplum de re ſacra non tradit &

per eam Paul. regulæ prædictæ. l. vbi lex. ff. de
vſucapio. l. bonæſidei. ff. de acquir. rer. domi. &
l. alienationis verbo. ff. de verbo. & rerum ſigni
fi. dicit eſſe ſatisfactum interdum, inquit, aliena-
tiõis prohibitio in rem eſt, quia ſacra aut religio
ſa eſt, & ſicut alienari non põt, ſimiliter nec præ-
ſcribi: interdum in perſonam eſt prohibitio, qua
lis eſt minoris vel eius adminiſtratoris, vt in. l. j.
ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt & tunc ſi
per perſonam prohibitam alienatio fiat cum nul
la ſit alienatio, & ex conſequente nullus ſit titu-
lus qui in decem vel viginti annorũ præſcriptio-
ne ſeu vſucapione neceſſarius eſt, & in vim talis
alienationis vſucapi, aut præſcribi non poterũt.
201 Si † verò perſona quæ alienauit non erat aliena-
re prohibita, vt quia is q̃ vẽdidit extraneus erat,
vel etiam tutor, dum tamen non tutorio ſed pro
prio nomine vendat, & valebit alienatio in præ
iudicium alienantis. l. ſed & ſi is. C. de prædi. mi-
nor. non tamen in minoris præiudicium neque
etiã præſcribi poterit donec maior factus appro
bauerit expreſſe aut tacite per lapſum temporis,
finita autem minori ætate ſolum præſcriptio inci
piet dicta. l. non eſt incognitum. & l. prima. & fi.
C. ſi quis iguor. re minor. ſine decre. compara. &
ſibi placet hæc Cin. ſolutiu quamuis Bartol, di-
xerit ſic debere intelligi regulã dictæ. l. vbi lex.
ff. de vſucap. quando ſimpliciter alienatio prohi
betur non ſi prohibetur res alienari abſque iudi
cis decreto aut autoritate ſicuti eſt res minoris
quæ Bartol. diſtinctio Paul. de Caſt. non placet
neque verã eſſe dicit. & vltra quàm ſuprà dictũ
eſt, addo res pupilli & adoleſcentis & ſic adulti
ſine decreto hodie ſicuti neque olim alienari poſ
ſe, neque inter vtrunq; differentiam eſſe. l. nõ ſo-
lum. C. de prædi. minor. ſine decre. non alienan.
dicta. l. bonæ ſidei. ff. de acquir. rer. do. & quod
de re ſacra dixit Paulus quæ ſimpliciter alienari
202 prohibetur: dico † res etiam ſacras poſſe cum de
creto alienari maxime ſi cum cauſa fiat. l. ſanci-
mus. C. de ſacroſanc. eccleſ. Secundò, in alio di-
co inter rem pupilli & eccleſiæ differentiam non
eſſe: quemadmodũ enim res pupilli ab extraneo
vel etiam à curatore abſque iudicis decreto ven-
dita in præiudicium pupilli nõ tenet, licet in præ
iudicium venditoris valeat dicta. l. & ſi is. C. de
prædi. minor. Idem in re eccleſiæ dicitur in dicto
§. ſi quis igitur emere præſumpſit in auth. de nõ
alienan. aut permutã. re. eccleſ. collatio. ij. Qua-
re non poſſunt res ſacræ vel eccleſiæ illa ratione
à rebus pupillaribus diſtingui. Neque facio vim
an is qui rem pupillarem vendidit ſuo, an verò
curatoris vel tutorio nomine vendiderit. l. cum
emãcipatis. C. de prædi. minor. & hac ratione nõ
poteſt ſecũdus articulus diſtinctionis Paul. quẽ
dicit eſſe Cin. & citramontanorum ſubſiſtere,
nam etiam ſi pupillaris res à venditore nõ vt pu-
pillaris ſed vt propria venditoris bonæ ſidei em-
ptori vẽdita ſit, quoniã forte emptor rem pupilli
eſſe ignorauerit, cauſam tñ præſcribendi emptor
non habebit, niſi poſtquàm minor cuius res ven
dita eſt maior fuerit effectus dicta. l. prima. iũcta
glo. interpretatione ab omnibus approbata. C. ſi
quis ignor. rem mino. eſ. compara. in. ij. reſpõſo
illius legis, ibi, ſi verò vt ſuam diſtraxit. Idem in
dicta. l. nun eſt incognitum per quam dico non
eſſe verum. l. illam. & l. primam. & l. ſi. C. ſi quis
ignor. rem minor. &c. debere intelligi de actioni
bus quanti minoris redhibitoria, de dolo, et alijs
quæ breui tempore expirant quas temporales il
la. l. fin. C. In quibus cauſis in integrum reſti. non
eſt neceſ. appellat. nam de rebus immobilibus
minorum. xxv. annis ſiue ab ipſo pupillo vel tu-
tore eius, vel curatore, vel à quocunque alio ex-
traneo alienatis loquitur: & tamen effectus cau-
ſandæ præſcriptionis longi temporis ex illo titu
lo ſuſpenditur donec minor maior effectus ſit.
Hac ratione non inſiſto circa præcedẽtem Paul.
de Caſ. diſtinctionẽ. licet re vera Cin. eam cõme
morauerit. Cui Pau. ſe ſubſcribit. † Neq; enã ve
203 rum eſt prohibitionem quæ à lege fit circa aliena
tionem rerum pupillarium vel minorũ eſſe per-
ſonalem, imo realis eſt, & res ipſas afficit dicta. l.
bonæ ſidei. ff. de acquir. rer. do. quia ſiue à maio-
re, ſiue à tutore aut curatore ſiue ab extraneo fiat
abſque iudicis decreto nulla eſt. Primò de patre
rem filij minoris alienante vt abſque decreto nõ
valeat probatur in. l. cum emancipatis. C. de præ
di. minor. ſine decre. non alienan. de tutore & cu
ratore in. l. ij. C. eo. & extat ſenatuſconſultum in
l. prima. in princi. ff. de reb. eo. qui ſub tutel. vel
cur. ſunt. de tertio poſſeſſore in. l. prima. & l. poſ
ſeſſiones. & l. fin. C. ſi quis ignor. rem minor. ſi-
ne decre. compara. in dicta. l. poſſeſſiões. nota il
la verba, nec à ſecundo poſſeſſore recte tenentur
& in dicta. l. fin. verba, quæ ſequuntur aduerſus
emptorem ad quem ex perſona eius cui contra
ſenatuſconſultum donata res eſt & in dicta. l. pri
ma. & l. poſſeſſiones. & l. ſi. dum titulum. qui ex
aliqua cauſa habitus eſt non ſeruata iuris ſolenni
tate cauſam non præbere præſcribẽdi donec mi-
nor cuius res ſic alienata eſt maior effectus fue-
rit, nec ante poſſe incipere dicit illa. l. non eſt in-
cognitũ. non obſtat. l. ij. §. ſi à pupillo. ff. pro em-
pto. ſecundum glo. & Barto. illhic & in dicta. l.
bonæ fidei. ff. de acquir. rer. do. quod ille. §. ſi à
pupillo. intelligatur de rebus mobilibus pupilli
à pupillo emptori bonæ ſidei venditis. l. bonæ
fidei intelligatur de rebus immobilibus. & vltra
quàm ſit à glo. Bart. Paul. & alijs conſideratum,
nota illam. l. bonæ ſidei. in his verbis, nec intereſt
ea res quam bona ſide emi longo tempore capi
poſſit necne, & ſic non de vſucapione ſed de lon
gi temporis præſcriptione, & de rerum immobi
lium præſcriptione: hoc pariter in verſicu. eiuſdẽ
legis dicitur quia perſeuerare per longum tem-
204 pus vſucapio, an ante fructus meos faciam, † &
ſic verbum, vſucapio. pro præſcriptiõe ſumitur,
ſicuti

ſicuti & alibi ſæpe à Iureconſultis accipitur.l.fur-
tum.et.l.ſeq.ff.de vſucapio. dũ de fundo vi poſ-
ſeſſo quæris,an vſucapi poſſit longo tempore,&
l.ſi ſolum. eo.titul. vbi ſolum non vſucapitur. l.
non ſolum. §.ſi dominus. eo.titul. vbi prædium
vſucapitur.l.nunquàm. in princi.eo.tit. l.vnica.
C.de vſucap.transfor.Præterea hoc demonſtrãt
verba principij illius legis dum de fructuũ perce
ptione à bonæ fidei emptore facta loquitur,cum
bonæ ſidei emptor loco dñi pene eſt fructus o-
mnes à ſolo ſeparatos ſuos faciat vt in. l. ij. C. ſi
ſi quis ignor.rem minor.&c tamen hæc ſolutio à
Bar.ſimpliciter recepta non eſt neque à quouis
alio in dicto.§.ſi quis à pupillo. & per Angel.in
eod.§.ſecuti in hoc.glo.in.l.eum qui. C.de auto-
ritate præſtan. vbi gl.voluit rem pupilli mobilẽ
non poſſe ſine iudicis decreto alienari ſicut nec
immobilem,& rationem dixit Bart. eſſe quod.l.
bonæ fidei,aliqd ſingulariter in pupillo ſtatuere
voluit ad adulti differentiam quod Ang.non pla
cuit per rationem quam ſuprà ſignaui ex dicta.l.
bonæ ſidei,quæ non pōt invſucapione intelligi,
ſed de longi tēporis præſcriptione:vſucapio aũt
de re eſt mobili.§.j.Inſti.de vſucap.l. in ſeruorũ.
C.in quib.cauſ.ceſ.long.temp.præſcrip. tñ cum
205 Barto.ſentit † vt res mobilis pupilli ſine decreto
alienari iure digeſtorũ nõ poterat. & hoc clare il
le.§.ſi à pupillo,declarat,dum in eo tex, excuſa-
tur emptor qui à pupillo rem emit quem puberẽ
eſſe credebat,cuius excuſatio recepta non fuiſſet
ſi æque res adulti prohibita fuiſſet illo iure ſine
creto alienari.de immobilibus pupilli & adulti
clarum eſt prohibitas eſſe alienari.d.l.j.l.qui ne-
que.&.l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de re.eo.qui
ſub tutel.vel cur. ſunt. Quare dicunt Bartolus.
Ang.Ioan.de Imo.& Paul.de Caſ.dictum.§.ſi à
pupillo.debere intelligi de re aliena à pupillo vẽ
dita bonæ fidei emptori credẽti rẽ adulti ſeu pu-
beris eſſe ſine decreto iudicis.& in hoc dicas Ac
cur.ſolutiones in .d.§.ſi à pupillo, traditas, & in
dicta.l.bonæ fidei coniungendas eſſe,dicunt em̄
rem pupilli etiam mobilem prohibitam eſſe de
iure abſq; iudicis decreto alienari:& ob id vſuca
pi nõ poſſe à bonæ ſidei emptore ſciat,vel igno
ret emptor rem vẽditam pupilli eſſe,& ideo præ
ſcribi non poſſe,dicta.l.alienationis verbo.ff.de
verborum ſignific.& dicta.l.vbi lex. Si verò res
aliena mobilis à pupillo vendatur bonæ fidei em
ptori ſine tutoris autoritate et iudicis decreto nõ
transfert dominium cum dominus non ſit,tranſ-
fert autem vſucapiendi conditionem per illũ tex.
in immobili ſecus dummodo ſciuerit emptor vẽ
ditorem minorem fuiſſe annis.xxv.per dictam.l.
primam.ff.de reb.eor.qui ſub tutel. vel cur.ſunt
206 neque † excuſatur emptor ſi in iure errauerit,ſe-
cus ſi in facto errauerit quia minorem fuiſſe cre-
diderit,quoniam præſcribet dicto.§.ſi à pupillo.
in princi.de quo in.l.nunquam. in princip. &.l.
Celſus.ff.de vſucap.& hãc interpretionem poſt
Accuſ.dicunt in eodem.§.ſi à pupillo,probari in
his verbis,vt hic plus ſit in re quàm in æſtimatio
ne.In re inquit Accurſ.& reliqui poſt eum,plus
enim eſt quod res eſt aliena, quàm opinari rem
eſſe pupilli. Certe non poſſum in verba eorum
iurare,ſed quod Iurecõſultus potius per illa ver
ba vt plus ſit in re &c. intellexerit plus fuiſſe in
veritate quàm in opinione,quia is qui vendide-
rat vere pupillus,& non adultus, ſeu pubes erat
quamuis emptor bona ſide opinatus ſit eum pu-
berem fuiſſe.& quod ille text.de re aliena à pu-
pillo vendita non intelligatur:Imo quod pupil-
lus qui putabatur pubes rem ſuã vendiderit pro
bat ille tex.ibi,quod ſi ſcias pupillum eſſe, putes
tamen pupillis licere res ſuas ſine tutoris autori-
tate adminiſtrare non capies vſu quia iuris er-
ror nulli prodeſt,& ſic circa rem dubitatio non
erat,an pupilli vel adulti ſeu puberis eſſet: Sed
ſolum an emptor qui pupilli rem & à pupillo
emerat ſine tutoris autoritate & iudicis decre-
to credens non pupillum ſed adultum fuiſſe cũ
vendidit errans emptor in facto id eſt in pu-
pilli ætate non autem in iure an vſucapere poſ-
ſit. & iſta eſt veritas quicquid dicant.Quid igi
tur dicendum erit ſeu quomodo illud argumẽ-
tum diſſoluetur,non abs re ille tex.à gloſſatore
Bartol.& cæteris doctoribus repertus eſt diffi-
cilis,quare dicunt illum.§.hodie non habere lo
cum propter.l.lex quæ tutores. C. de admini-
ſtrati.tutor.dicam infrà. Sed ob id contrarietati
illarum legum non reſpondetur. Quare dico
recte diſtinctas fuiſſe de iure digeſtorum res
mobiles ab immobilibus,& in vtriſque bonam
fidem commoditatem emptori concedere.In pri
207 mis per dictum.§.ſi à pupillo. † licet enim alie-
natio rei pupillaris prohibeatur alienari ſi tamẽ
ab ignorante rem eſſe pupillarem ſed veluti pu
beris ſeu adulti empta fuerit , vſucapi poterit
& ſic non ſimpliciter prohibebatur alienatio
rei mobilis pupillaris.alioquin vſucapi nõ poſ-
ſet à bonæ fidei emptore donec pupillus adultus
factus fuiſſet,quò tempore adultus rectè vende-
bat neque reſtituebatur niſi ex venditione læſus
inueniebatur.l.ait prætor.§.ſi minor. ff. de iure-
iuran.l.verum.§.ſciendum.&.l.non omnia.ff.de
minori. & hac ratione quia emptor fuit bonæ
fidei,neque ex illa venditione læſus inuenitur
pupillus , ſi tutor non egerit aut non curauerit
rem reuocari , ſed tanto tempore ſiluerit quod
res vſucapta ſit confirmabatur vſu venditio quia
re ſic vendita, ſi vſucapta fuerit exceptio vſuca
pionis emptori competebat, in hoc bona fides
emptori proderit.Similiter in re immobili mino
ris bona fides emptori vtilitatem circa lucrũ fru
ctuum afferebat.Nam fructus perceptos emptor
bonæ ſidei ſuos faciebat:licet longo vſu non ca
peret dicta.l.bonæ ſidei.ff.de acquirendo rerum

domi. & per hoc nõ obſtabit. l. vbi lex. ff. de vſu-
capio. & l. alienationis verbo. ff. de verborũ ſi-
gnificatione. quia verum eſt procedere vbi ſim-
pliciter à lege alienandi poteſtas omnino ſubla-
ra eſt. Sed in rebus mobilibus pupilli non erat
iſtiuſmodi prohibitio de iure digeſtorum. per di
ctum. §. ſi quis à pupillo, in quo conuenio cum
208 Ange. recte in illo tex. vtrunque probari † non
fuiſſe puberi per ſenatuſcõſultum prohibitũ res
ſuas mobiles alienare, nec etiam pupillo om̃ino
ſic eſſe prohibitum qui vendendo cauſam vſuca
piendi transferre t in bonæ fidei emptorem cir-
ca factũ id eſt pupilli ætatẽ errãtẽ nõ vbi in iure
erraret: non enim iuris error ad acquirendum
prodeſt. l. ſed & ſi lege. §. ſcite. ff. de peti. hæredi.
& notatur in dicta. l. nunquàm. in princip. & l.
Celſus. ff. de vſucapio. & dicto. §. ſi à pupillo qui
tex. vtrumque probat, neque ſenatuſconſultum
de rebus eorum qui ſub tutela vel cur. ſunt, fa-
ctum de mobilibus rebus pupilli aut puberis lo
quitur ſed de immobilibus tantum ſi tamẽ ab eo
emptio rei mobilis pupillaris facta fuerit qui nõ
ignorauit rem pupilli eſſe non acquirit titulũ ne
que vſucapiendi conditionem dicta. l. vbi lex &
dicto. §. ſi quis à pupillo. Non ſic erat illo iure di
geſtorum in rebus immobilibus pupilli vel adul
ti qm̃ per illud ſenatuſconſultum nullo modo
res pupillares aut puberis abſque decreto aliena
ri poterant, & aliter emptæ non tribuebant titu-
lum & ex conſequente cauſam vſucapiendi bo-
næ fidei emptori, dicta. l. bonæ fidei. ff. de acqui-
ren. rer. do. l. iij. C. de aucto. præſt. neq; puto dif-
ferentiam per Bartol. datam in. l. fina. C. in quib.
cauſ. in integ. reſti. non eſt neceſ. diſtinguentem,
an ſimpliciter prohibitio alienandi fiat, an verò
209 niſi cum decreto. † & ratio eſt, quia ſi ſine tuto-
ris autoritate & iudicis decreto fiat alienatio rei
pupillaris vel minoris. xxv. annis nõ valebit alie
natio neq;, vt dixi, titulum præbebit contractus
ſic de re minoris factus, à quocunque factus ſit,
ſiue à patre, ſiue à tutore etiam tutorio nomine,
ſiue à quouis extraneo, neque cauſam vſucapien
di præbebit donec minor maior factus fuerit, q̃a
prohibitio in rem fit non in perſonam, licet per-
ſonis propter rem fiat. dixi ſuprà nõ repeto quo
tempore ſolum præſcriptio currere incipiet, &
non antea dicta. l. ij. C. quib. non obij. longi tem
por. præſcrip. l. prima. & l. poſſeſſiones. & l. fi-
na. C. ſi quis ignor. rem eſſe minor. compara. vbi
etiam ignorantia vel bona fides non prodeſt em
ptori, & ita intelligatur dicta. l. bonæ fidei. l. vbi
lex. & l. alienationis verbo, Sed iure Codicis an
tiquo aduerſus vſucapionem reſtitutio concede
batur. l. vnica. C. ſi aduerſ. vſucap. In quo ego pu
to poſſe. l. etiam. ij. ff. de minori. quæ in fortiori-
bus terminis loquitur videlicet de præſcriptione
quæ initium à maiore acceperat & in tempus mi
noris inciderat. Hodie verò per Iuſtinianum &
reliquos imperatores quorũ ſuprà meminimus
210 aliter in pupillo & adulto cautum inuenit. † Nã
res pupilli precioſæ & quæ ſeruando ſeruari poſ
ſunt, ſine iudicis decreto, & tutoris autoritate vẽ
di non poſſunt. & hoc ius Codicis ad ius digeſto
rum addit, & ideo reſtitutione opus non eſt ſi ſe
cus factum fuerit. l. lex quæ tutores. C. de admi-
niſtra. tuto. Nam in fine legis inquit ille tex. tam
ergo venditio tutoris nulla ſit ſine interpoſitiõe
decreti exceptis his duntaxat veſtibus quæ detri
tæ ſeu vſu corruptæ ſeruando ſeruari non pote-
runt, et ſolida erit in rebus mobilibus hoc modo
antiqua regula, vt res quæ alienari prohibentur
vſucapi nõ poſſint per dictam. l. vbi lex. ff. de vſu
capio. quia prohitio nũc præciſa eſt, ſi aliter quã
cum ſolẽnitate illius legis fiat, neque bona fides
releuat, neque ignorãtia. In re immobili hoc cla
rum & expeditum eſt, vt nõ ſit aduerſus præſcri-
ptionem longi temporis opus reſtitutione. l. ij. et
l. ſiquidem. C. de prædi. minor. ſine decret. non
alienan. & per hoc non plurimum inſiſto circa di
ctam. l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſti. nõ eſt ne-
ceſ. imo plus text. in. l. eũ qui. C. de aucto. præſt.
tollit omnem ſpem defenſiõis emptori, aduenie-
te autem maiori ætate præſcriptio incipiebat di-
cta. l. j. l. poſſeſſiones. l. fi. C. ſi quis ignor. rem mi
no. compara. & l. non eſt incognitũ. C. quib. nõ
obij. lõgi temp. præſcrip. de præſcriptione. xxx.
vel. xl. annorum nunc videndũ eſt propter dictã
l. fin. C. in quib. cauſ. reſti. in integ. non eſt neceſ.
in hoc tota vis eſt diſputationis dictæ. l. fin. C. in
quib. cauſ. in integr. &c. & l. ſicut. C. de præſcri.
xxx. anno. & aliarum legum quarũ ſuprà memi-
nimus. Circa quam puto Petr. de bel. perti. cla-
rius quocunque alio fuiſſe locutum in dicta. l. fi.
C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſ. vbi
211 ſingulos extricauit. † De pupillo nõ eſt q̃ dubi-
tet vt p̃ſcriptio aduerſus pupillũ non incipiat &
inœpta contra defunctum ſi in tempus pupilli
incidat ſuſpenditur ſeu dormit, donec pupillus
hæres annum decimumquartum exceſſerit, dicta
l. ſicut. ſed poſt annũ. xiiij. an ſtatim incipiat qđ
non videbatur ex eo quod longi temporis præ-
ſcriptio non incipiat aduerſus minorem niſi fini-
ta minori ætate dicta. l. non eſt incognitum. C.
quib. non obijci. longi. tẽp. præſcrip. vnde opor
tet longam præſcriptionem eſſe priuſquã ad lon
giſſimam. xxx. annorum perueniatur cum de tẽ-
pore in tempus & de momẽto in momentũ præ-
ſcriptio fiat. l. iij. §. minorẽ. ff. de minori. l. ſuper-
uacuam. C. de tempo. in integ. reſti. peten. Sed ſi
ſtatim impleto. xiiij. anno præſcriptio longiſſimi
temporis initium accipiat fruſtra dictum fuit
non incipere longi temporis præſcriptionem ni
ſi finita minori ætate quia nihil proderit minor
ætas cui iura tantum fauere voluerunt propter
ætatis fragile & lubricum conſilium. l. j. ff. de mi
nor. l. finali. §. ipſum autem. in fin. C. de bo. quæ
liber. dicta. l. finali. C. in quibus cauſis in integrũ
reſtit. non eſt neceſ. vt omnia beneficia illis tam
iure anti

iure antiquo quàm nouo collata videantur per
dictam.l.ſicut.eſſe ſublata ſi finita pupillari æta-
te ſtatim.xxx.vel.xl.annorum præſcriptio inci-
pere debeat. Quare cum tex.in dicta.l.fina.C.in
quibus cauſis in integ.reſtit. non eſt neceſ.dicat
exceptionibus. xxx. vel.xl.annorum in ſuo ſta-
tu manentibus. quis erit hic ſtatus: & cum à Iuſti
niano Imperatore autore illius legis declaratus
non ſit doctores diſputandi occaſionem habue-
212 runt, Accurſio dicēre † præſcriptionem poſt pu
pillarem ætatem currere minori abſenti militi &
ſexui nullo abſentiæ diſcrimine facto, neque fu-
roris, quamuis in.l.ij.in princi.excepti ſint furio
ſi, plus tex.in.l.omnes.C.de præſcrip.xxx.anno
rum, his verbis vtitur in præſcriptiõe. xl. anno-
rum, nullum ius priuatum vel publicum in qua-
cunque cauſa, vel in quacunque perſona quod
prædictorum.xl.annorum, extinctum eſt iugi ſi-
lētio moueatur, demum in ſine legis ait ſit liber.
& præſentis ſaluberrime legis pleniſſima muni-
tione ſecurus, & tamen contingere poteſt aduer
ſus poſthumum vel infantem vno die natū præ-
ſcriptionem incipere, & ſic cõtinget præſcriptio
nem.xl.annorum, non præbere pleniſſimam ſe-
curitatem, quia ſaltem poteſt vltra protelari præ
ſcriptio.xxx.&.xl.annorum, vſque ad. xliij. an-
nos & octo menſes & dies.xxix.ſupra.xl. annos
ſi locum obtineat.l.ſicut.C.de præſcrip.xxx.an-
norum, quia tempus pupillaris ætatis quod ſub-
ducēdum eſt non currit ſed dormit interim præ-
ſcriptio. Secundò, Obſtant illi.l.omnes. & duæ
aliæ leges ſeq.l.præſcriptionem. &.l. comperit.
eo.titu.l.ſi.C.de fund.patrimo. li.xj. ſi ab initio
nactæ poſſeſſiõis rei patrimonialis principis nõ
poſſederit quis patrimonialem fundū ſine princi
pis reſcripto aut titulo ab initio conſecutæ poſ-
ſeſſionis cum titulo. Obſtat.l.fi.C.de fund.patri
mo.lib.xj. Obſtant etiam.l.prima.§.fi.C. de an-
na.excep.l.j.C.de bo.mater.l.in rebus.C. de iu-
re deliber.l.via publica.ff. de via publi. refici. l.
longe.iuncta doctr.glo.ff.de mor.inſer.& idem
in alijs caſibus commemoratis per gloſ. in dicta
l.ſicut.dicendū eſt. Plerique alij ſunt caſus quos
nunc longum eſſet recēſere, & vt ſuprà diximus
per dictam.l.j.& authen.niſi tricēnale.C.de bo.
213 mater. † in quibus quieſcit præſcriptio.xxx.an-
norum, videlicet aduerſus filiumfa. donec pater
familiàs ſeu ſuæ poteſtatis effectus ſit, & eo ſui
iuris & poteſtatis effecto ſtatim. xxx. annorum,
præſcriptio incipit. & non ante, quod in minore
videbatur dicendum ſicut in præſcriptione lon-
gi temporis. Idem in re dotali per maritum alie-
nata quæ non currit mulieri conſtante matrimo-
nio, dicta.l.in rebus.C.de iure dot.idem in re ec
cleſiæ quandiu viuet prælatus.cap.ſi ſacerdotes.
xvj.q.iij.gloſſ.in.c.ij.extra, de præſcrip. idem in
re vi poſſeſſa donec vitium purgatum ſit.l.ſequi
tur.§.ſi tu vi.ff.de vſuca.& in pleriſque alijs caſi
bus ſuprà memoratis maxime in.l.via publica.ff.
de via publi.reficiē.in.l.fi.C.de fund.limitroph.
libro.xj.c.j.de prohi.feud.aliena. per Frederic.
collatio.x. Quomodo igitur dixerit Imperator
in dicta.l.omnes.ex quacūq; cauſa et ex quacūq;
pſona omne ius ſiue publicū, ſiue priuatū.xl. an-
nis extinguitur: in quo igitur cõſiſtet ſtatus præ-
ſcriptionis.xxx.vel.xl.annorum.& dicebat Pe-
trus in dicta.l.fina.C.in quibus cauſ.in integ.re-
ſti.non eſt neceſ. Maledicat Imperator quod nõ
dixit quis eſt ille ſtatus, Accurſ.in dicta.l.fin. C.
in quibus cauſis in integrum reſti.non eſt neceſ.
dicit poſt Ioan. antiquum gloſſatorem præſcri-
ptionem ſtatim aduerſus adultum incipere quo
pupillaris ætas finita erit dicta.l.ſicut.C.de præ-
ſcrip.xxx.annorum. Sed aduerſus eum reſtitue-
tur minor quia læſus in præſcriptione. l. prima.
C.ſi vt omiſ.hæredi.vel bo.poſ.&c. In eadē opi-
nione perſeuerauit idem Accur.in dicta. l. ſicut.
214 & in.l.vnica.ſuprà ſi aduerſ.vſuca. † Nam præ-
ſcriptio.xxx.anno.inquit illhic gl.peruenire põt
vſq; ad.xliij.annos, & verum dicit, imo vſq; ad
octo mēſes cum.xxix.diebus ſupra.xliij.annos.
& in præſcriptiõe.xl.annorum, vſq; ad quinqua
ginta quatuor annos, & octo mēſes, &.xxix.dies
quoniam aduerſus eum qui in vtero eſt incipere
præſcriptio non põt.l.etiā et.ff.de minor. Bar.in
hoc fuit varius, quia in.l.ſicut.opinionē Accurſ.
dicit eſſe veram, in dicta.l.ſi.contradicit Accur.
Aldricus ſecundū Accurſ. in dicta.l.fi. in verbo
in ſuo ſtatu dixit præſcriptionem. xxx. annorū,
efficaciter ſine ſpe reſtitutionis currere aduerſus
minorem. Alij vero dixerunt, vt Iaco.de Rauen.
minorem reſtitui aduerſus præſcriptionem quæ
cõpleta eſt in maiori ætate eius q̃tū fuit læſus p
ipſam præſcriptionē pro eo tempore quo minor
fuit ante finitā præſcriptionē quia actio minori
cõpetēs facta eſt breuioris vitæ, vt in. l. ſi quod.
ff.de lega.j.quæ in perſona defuncti patris incœ
perat per.l.quo tempore.C.de in integ.reſti.mi-
lit.Petr.autem contradixit Iaco.de Rauen. præ-
ceptori ſuo per.l.pater qui caſtrenſe. ff.de caſtr.
pecu. æquitas enim non ſuadet reſtitutionem.li-
cet actio effecta fuerit breuioris vitæ per dictā.l.
pater.& quod neglexit agere cum potuiſſet. l. ſi
creditor.ff.de lega.ij. Alij verò diſtinguebāt, an
præſcriptio cœpta eſſet cum maiore ſed cum mi-
nore finita, vt pro eo tempore quo cum minore
finita eſt, tantumdē tempus ei reſtituetur. & hoc
215 dixit Petr.in dicta.l.fin. † ratio, quia in præſcri-
ptione legali ſpectamus finem, & non initium.
Ideo quia finita eſt cum minore cœpta cum ma-
iore in hoc reſtituitur. Sed ſi cum minore incœ-
pta eſt, non poteſt cum minore impleri.ideo ſine
ſpe reſtitutionis currit per dictam. l. ſicut, quia
poſt finitam minorem ætatem ſupereſt ſibi ido-
neum tempus quo de re ſua curare poteſt, &
præſcriptionem interrumpere per rationem. l.
ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. &. l. ſe-
quenti.ff.ex quibus cauſis maiores. Sed vt hanc

noſtram diſputationem abſoluam. Aldri. cuius
Accurſ. meminit in dicta. l. fin. C. in quib. cauſ. in
integrũ reſti. non eſt neceſ. dicit & recte præſcri
ptionem. xxx. vel. xl. annorum abſorbere benefi
cium reſtitutiõis in integrum per dictam. l. ſicut.
quæ ſtatim finita pupillari ætate aduerſus mino-
rem incipit, neq; in hoc lex rationem habuit præ
ſcriptionis lõgi temporis. x. vel. xx. annorũ quæ
titulum & bonam fidẽ deſiderat, cũ præſcriptio.
xxx. annorũ, neq; titulum neq; bonam fidem ex-
pectet: imo abſq; eis præſcriptio locum obtinet
de iure ciuili dicta. l. ſi quis emptiõis. §. j. &. ſeq.
216 C. de præſcrip. xxx. anno. † & in ſola negligen-
tia domini res ſuas nõ repetentis cauſata eſt qua-
ſi dñs, qui tanto tempore ius ſuum neglexit non
prohibitus agere, & poſſeſſionẽ rei poſſeſſæ in-
teruertere ſeu præſcriptionem interrumpere iu-
diciaria conuentione in ius vocando præſcriben
tem. d. l. ſicut. &. §. j. in auth. de litigio. colla. viij.
ibi, aut per iudiciariam conuentionẽ aut per pre
ces principi oblatas & inſinuatas iudici ac per eũ
aduerſario interpellatoris cognitas. & ideo cum
faciliter præſcriptio interrumpi poteſt ſi hoc nõ
fecerit præſcriptio effectum ſortietur qualiſcũq;
perſona ſit, quaſi rem ſuam pro derelicto habue
rit. d. §. rurſus. in auth. vt ſponſal. largi. colla. ix.
Neque diſtingo, an præſcriptio cũ maiore incœ
perit & cum minore completa ſit niſi forte ex ca
pite iuſtæ ignorantiæ minori ſuccurreretur qui
ius ſibi competere ignorauit cum in ius tertij ſuc
ceſſerit & tempus breue ſibi ſuperfuit ſecũdum
rationem. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter.
ff. ex quibus cauſ. maior. & argumento dictæ. l.
quo tempore. C. de reſti. milit. ad ſimilitudinem
217 abſentis † iuſta et legitima abſentia à lege appro
bata, qua durante finita eſt præſcriptio vt quem-
admodum tempus ſubducitur abſentiæ, & quã-
tum abſens fuit reſtituitur, vt ſuprà dixi per. l. ſed
& ſi per prætorem. §. quoties. ff. ex quibus cauſ.
maior. §. rurſus. Inſtitu. de actio. Similiter de mi-
nore dicerem, non ſic autem vbi tempus idoneũ
ſuperfuit minori inquirendi, & inquiſitiõe facta
poſſeſſorem interpellandi ad ſimilitudinem ab-
ſentis per dictũ. §. ſed quod ſimpliciter. q̃m. l. ſi-
cut. C. de præſcrip. xxx. anno. omnem ætatẽ præ
ter pupillarem excludit, pariter & abſentiã, etiã
ſi cauſa militiæ cõtigerit, & ſexũ. neq; reperio le-
gem aliquam quæ minori. xxv. annis aduerſus
præſcriptionem. xxx. anno. contra conſtitutionẽ
dictæ. l. ſicut. ex capite minoris ætatis in integrũ
reſtitutionem concedat: imò oppoſitũ mihi pro-
bat. §. rurſus. in authen. vt ſponſa. largi. collatio.
ix. vbi ſubductionem temporis propter abſentiã
temporis. x. vel. xx. annorum tantum cõcedit nõ
autem in tricennali præſcriptione. in verſi. ſi au-
tem ignorat. & id etiam Petr. dicere & confirma
re viſus eſt, in dicta. l. C. in quibus cauſis in inte-
grũ reſti. non eſt neceſ. & vtitur hac ratione quã
218 ſuprà commemorauimus. † Similiter, & Pau. de
Caſtro propter magnam negligẽtiam quæ com-
mittitur in tacendo tanto tempore. Nam à tem-
pore vigeſimi noni anni quo finitur tempus con
cedendæ reſtitutionis minoribus ex ſuo contra-
ctu deceptis, vel quadriennium quod maioribus
reuerſis conceditur quod loco vtilis anni eſt. l. ſu
peruacuam. C. de tempo. in integrum reſti. petẽ.
vſque ad implementum præſcriptionis. xxx. an-
norum, anni quindecimi reſtãt ſeu magis ſuper-
ſunt, quod tempus longius eſt præſcriptione de-
cem annorum, quo res præſentium longo tem-
pore præſcribuntur, quare non videtur mirum ſi
voluerunt imperatores Honorius & Archadius
in dicta. l. ſicut. C. de præſcriptione. xxx. annorũ,
abſentes & minores ſexum etiam excludere, ne-
que aliquem eorum excuſari poſſe. Similiter &
Anaſtaſius in dicta. l. omnes. C. de præſcrip. xxx.
annorum, quia agere impediti non ſunt in tanto
tempore, quale eſt. xxx. vel. xl. annorum, vbi ve
ro impedimentum agendi cõtinuauerit lex recte
ſuccurrit non tantum minori verumetiam maio-
ri per. l. ptimam. §. fina. C. de anna. excep. & alijs
legibus ſuprà memoratis. & ideo. l. fin. C. in qui-
bus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſa.
non comprehendit imo ab expreſſo excipit præ-
ſcriptionem. xxx. vel. xl. annorum. & vt ſuprà di
xi. l. ſuperuacuam. C. de temp. in integrum reſti.
219 peten. loquitur tantum † de anno vtili, qui mino
ribus læſis ratione contractus conceditur, nõ au
tem ſolo curſu tẽporis læſi ſunt, ſicuti eſt in præ-
ſcriptione. xxx. annorum, Excipit Bart. poſt Pe-
trum in dicta. l. finali. C. in quibus cauſis in inte-
grum reſti. non eſt neceſ. niſi quadrienniũ, quod
hodie loco vtilis anni eſt, cœperit acquiri maiori
cui minor ſucceſſit, vel niſi ipſi etiam minori ex
ſuo contractu incœperit competere, quia ſtatim
poſt contractũ à minore factum inciderit in tem
pus quadriennij. Tolle exemplũ minor. xxv. an-
nis maior autem. xxiij. annis ſine curatoris auto-
ritate & iudicis decreto rem ſuam alienauit cla-
rum eſt quod illi competere poteſt quadrienniũ
ad petendam in integrum reſtitutionem ex capi-
te læſionis ſi egerit officio reſcindente, et non eſt
proſequutus proderit minori quia reſtituetur. &
iſta erat Iaco. de Rauen. ſententia, quæ Petr. non
placuit, vt ſuprà dixi. & Iaco. de Butri. in dicta. l.
finali aliter diſtinxit, aut enim præſcriptio ex cõ-
tractu defuncti incœpit & in tempus minoris in-
cidit, & impleta eſt, & non reſtituitur minor. Pri
mò, Quia obſtat contractus maioris aduerſus
quem non reſtituitur. l. emilius. ff. de minori. l.
apud Iulianũ. ff. ex quib. cauſ. in poſ. ea. l. ea quæ
à patre. C. de reſtitu. milit. l. ij. C. ſi aduerſ. vendi.
pig. ergo neque aduerſus cauſatum à contractu
defuncti, id eſt, aduerſus præſcriptionem. Secũ-
dò, Quod initium præſcriptio à defuncto acce-
perit argumẽto. l. vnicæ. §. hoc tm̃mõ. C. de vſu-
cap. trãsfor. l. in omnibus. &. l. an in vitium. ff. de
220 diuerſ. & tempora præſcri. † Si verò à cõtractu
defuncti

defuncti non cauſatur præſcriptio,ſed ſolum in-
cœpit, hoc incœpto debet currere.ſed aduerſus
eam hæredi minori qui præſcriptionem ignora-
uit reſtitutio concedetur.l.j.ff.de minori.l.vni-
ca.C.ſi aduerſ.vſuca.& quamuis communis do
ctorum ſententia ſit vt illa lex vnica.C.ſi aduer.
vſucap.intelligatur de præſcriptione quæ à de-
functo incœpit hoc non videtur mihi verum qm̃
neq; vllum minimũ verbum illius legis hoc ſen-
tit imo contrarium aperte probant, dum in ea di
citur contra eos qui res minorum tenent, quæ
verba demonſtrant res minorum non quæ maio
rum ſuorum fuerunt præſcribi.Præterea ex alio
capite illa lex.non poteſt aliquid facere.cum de
vſucapione rerum mobilium pupillarium ſolum
tractet de qua non poteſt eſſe dubium,&.l.j.ff.
de minori.non poteſt Iaco.Butri.neq; ſequaces
adiuuari cum de præſcriptione.xxx.annorũ.illa
lex intelligi non poſſit, ſed de his quibus minor
contrahendo ſui facilitate deceptus eſt, hoc ver-
ba edicti illius tituli demonſtrant dum in eo dici
tur,eis auxiliũ prætor hoc edicto pollicitus eſt,
& aduerſus opitulationem.Secundò,Cum præ-
ſcriptio.xxx.annorum illo iure non eſſet cogni-
ta vt ſuprà dixi.& quod ſuprà dictum eſt de qua
driennio quod minoribus conceditur, certe ſta-
tim à die finiti.xxv.anni.incipit competere dicta
l.fi.C.in quibus cauſ.reſti.in integ.reſti. non eſt
221 neceſ. † & hoc pacto ſi prope.xxv.annum finire
tur præſcriptio cœpta cum defuncto videretur
concedendam eſſe reſtitutionẽ minori infra qua
driennium poſt finitam præſcriptionem.cœptã
cum defuncto maiore,& vt hoc argumentum ti
bi pateat,dico ſic minor aduerſus alienationem
à ſe factam habet annum vtilem hodie quadrien
nium ad perendam in integrum reſtitutionem di
cta.l.fin.C.de tempo.in integ.reſti. peten.ſed.l.
alienationis verbo.ff.de verbo.ſignifi.dicit eum
vere alienare qui permittit rem ſuam vſucapi aut
præſcribi. igitur ſi vſucapio veniat appellatione
alienationis & minor.xxv.annis aduerſus aliena
tionẽ reſtituat̃ vſquequo fuerit annorũ.xxix. &
annũ.xxix. impleuerit. pari rõne aduerſus hmõi
p̃ſcriptionẽ reſtitui debebit.& ſi infra tẽpus ido
neum non acceperit propter ignorantiam quam
habuit præſcriptionis,ſic ex capite illius edicti,ſi
qua mihi iuſta cauſa videbitur reſtitui debet per
l.primam.&.l.ſed & ſi per prætorem.§.quoties.
ff. ex quibus cauſ. maior.ſimiliter minor, maior
factus.& iſta ſunt duo ſolidiora fundamẽta quæ
pro hac opinione conſiderari poſſunt, licet non
222 inuenies ea ita diſtincte poſita. † Sed vt ſuprà di
xi non reperio legem aliquam quæ mihi expreſ-
ſe imo neq; tacite dicat minorẽ aduerſus præſcri
ptionẽ.xxx.ãno.poſſe reſtitui ſiue à maiore ſiue
à maiore incipiat.neq; iſtius minoris ætatis p̃ter
pupillarem ætatem recolo in iudicando rationẽ
habitam fuiſſe,niſi quatenus is contra quem præ
ſcriptum eſt iuſto impedimẽto fuiſſet impeditus
agere,vt in caſu dictæ.l.primæ. C. de bo. mater.
&.l.primæ.§.finali.C.de anna.excep.l.in rebus.
C.de iure dot. contra quos præſcriptio.xxx. vel
xl.annorum non incipit,niſi demum cum impe-
dimẽtum ceſſare cœpit,vel niſi de ſe res eſſet im-
præſcriptibilis qualis eſt res ſacra aut religioſa,
vel principis vt dicam in.l. neceſſarios. §. non
aliàs.infrà eodem. quamuis in re principis plu-
res inſiſtant.illhic dicam,neque vim facio, an ex
contractu defuncti cauſata eſt, quoniam illa ſine
dubio eſt,& miror quomodo ita circa hunc arti
culum inſtiterunt:quia aut maior fuit qui contra
xit,& nõ poterat niſi ex capite læſionis enormis
aut doli vel metus ſeu impreſſionis aut alia legiti
ma cauſa in titulo ex quib. cauſ. maior. compre-
henſa reſtitui. & illa reſtitutio ſiue cum minore,
ſiue cum maiore habet ſua tempora quæ propter
minorem hæredem non prolongabantur de iure
digeſtorum,hodie lex ſuffragata eſt minori,vt tã
tum tempus minori concedatur q̃tum maiori re
ſtabat hodie quadriennium cõceditur.l. ea quæ.
§.ſi qñ.C.de tempo.in integ.reſti. petẽ. & in hoc
manebit firma illa lex in caſibus ſuis quæ cum ti-
bi pateat amplius de ea non diſcutio. Si ex negli
gentia minoris præſcriptio incœperit,& in tem-
223 pus minoris hæredis cõtinuauerit, † cum hodie
ſola pupillaris ætas,non autem minor ætas ſuprà
pupillarem faciat eam dormire. & hoc abſolutũ
tum eſt per dictam.l.ſicut. C.de præſcrip.xxx.an
norum,quæ omnem in integrum reſtitutionem
excludere videtur quicquid illhic dicat Accurſ.
Primò dum illa lex dicit nam cum ad eos annos
peruenerint qui ad ſolicitudinem pertinent cura
toris neceſſario eis, ſimiliter vt alijs annorum.
xxx. interualla ſeruanda ſunt. Ecce quomodo
lex ætatem conſiderat in qua quis per ſe aut per
alium curam rerum ſuarum habere poteſt vt pro
pterea veluti maior iudicandus ſit.Secundò,dici
tur in fine illius legis poſt hanc vero tẽporis diffi
nitionem nulli monendi vlterius facultatem pa-
tere cenſemus,etiam ſi ſe legis ignorantia excuſa
re tentauerit.Ecce quomodo excludit omnẽ ſpẽ
cuiuſcunq; iuris remedij in eo qui poteſt rerum
ſuarũ curã habere.& licet minor vẽdere ꝓhibea
tur abſq; iudicis decreto,& ſi ſecus fecerit nulli-
ter contrahit:verum eſt ſi ex eo contractu læda-
tur.l.iij.§.j.&.l.ait prætor.§.j.ff.de minor.l.nam
& poſtea.§.ſi minor.ff. de iureiur.l. puberes. ff.
224 de verborũ obliga. † vnde cum non omnino ſit
prohibitus etiam ſine decreto contrahere,licet ſi
captus aut læſus ſit minor reſtituatur, vel contra
ctus nullus dici poſſit, vel ſaltem annullari de-
beat,vt ſi dum cõtraxit curatorem haberet & ſi-
ne curatoris autoritate contraxit.l.ſi curatorẽ ha
bens.C.de in integ.reſti.mino.ſi tamen curatorẽ
non habet non eſt nullus contractus, ſed reſtitui
tur infra tempora à lege diffinita.l. ſi minorem.
C.de in integrũ reſti.minor. & in toto titulo. C.
de temp.in integ.reſti.peten.præſertim in illa. l.

ſi.&.l.ea quæ.& id quatenus factus ſeu læſus in
uenietur. Ex his reſpōſum eſt argumento quod
ſuprà factum eſt de.l.vbi lex.ff.de vſucap.l.alie-
nationis verbo.ff.de verbo.ſignif.l.bonæ fidei.
ff.de acquiren.rer.domi.quia adulto curatorem
non habenti alienatio prohibita non eſt. cū poſt
pubertatem lex adminiſtrationem puberi præ-
bet ſuarum rerum,adeovt inuitus curatorem nō
recipiat.§.itē inuiti.inſti. de curato.l. qui habet.
§.ſi pupillus.ff.de tutel.Præterea ſenatuſconſul-
tum quod factum eſt de rebus pupillorum vel
adultorum non alienandis:de pupillis, & adul-
tis,tutorem aut curatorem habentibus loquitur
vt verba,ſenatuſcōſulti poſita in.l.prima.in prin
ci.ff.de reb. eo.qui ſub tutel.vel cur.ſunt.aperte
demonſtrant,ſimiliter & tituli ſuperſcriptio ſu-
prà commemorata à qua licite argumentū aſſu-
mi poteſt.l.Imperatores.ff.de in dic adiect. Cui
tamen obſtare videtur.l.non ſolum.C.de prædi.
225 minor.ſine decre.non alie. † vbi non tantum pu
pillo,ſed & adoleſcenti & ſic puberi prohibita
eſt alienatio ſine decrero quocunque modo alie
natio fiat,ſiue per tranſactionem,permutationē
aut donationem,& demum in illo tex.adduntur
hæc verba vel alio quocunque modo ea tranſ-
ferre,ſed intellige ſecundum dictam.l. ſi curato
rem habens.C. de in integrum reſti. minor. vbi
plus dixit Paul.de Caſt.& recte in his ad quæ cu
ratio ſeu curatoris adminiſtratio non extēditur,
perinde eſt atque ſi curatorem nō haberet adul-
tus dum cōtrahit.l.j.§.fuit quæſitum,vbi hoc no
tant glo.& Bar.ff.ad ſenatuſcōſ.trebel.& alleg.
l.in copulandis.C.de nupti.Nam in illo tex.dici
tur adultum iuſſum à teſtatore hæreditatem ſuo
curatori reſtituere,poſſe ſine curatore reſtituere
quod per illum tex.pupillo non liceret, & illhic
glo.in hac eſt opinione vt alienatio ſeu admini-
ſtratio quæ adulto prohibetur ſecundum illam
legem.l.ſi curatorem habens.intelligenda eſt.nā
& tex.in dicta.l.ſicut.C.de præſcrip.xxx. anno.
ſi recte inſpiciatur hoc ſentit dum in ea dicitur.
Nam cum ad eos annos peruenerint qui ad ſoli-
citudinem pertinēt curatoris ꝗa annū pupillaris
ætatis exceſſerint ſcilicet.xiiij.annū.§. j. Inſti.de
curat.&.§.j.Inſt.qb.mo.tut.finia.neceſſario,in-
qt, illa. l.ſicut.ſil'r vt alijs annorū.xxx.interualla
ſeruanda ſunt.& per illa verba colligi nō videt
poſſe debere illam legem intelligi de adulto,qui
curatorem haberet,cuius res præſcripta eſt , ſed
potius de eo qui curatorem non haberet , & qui
ſuarum rerum adminiſtrationem aſſumpſerit,ne
que curatorem habere voluit ſi res eius præſcri-
ptæ ſunt de eo ſicuti de alijs maioribus qui ſuas
res curant & adminiſtrant vt annorum. xxx. in-
terualla ſeruanda ſiut.neque videretur hæc opi-
nio ab æquitate aliena,& per quam Accurſ.ſen-
tētia ſuſtineri poſſet dum dixit † adulto præſcri-
226 ptionem.xxx.annorum currere per dictam.l.ſi-
cut.ſed aduerſus eā reſtitui,vt intelligas in adul-
to curatorem habente,cuius res præſcripta eſt,ſi
dum curatorem haberet præſcriptio rei minoris
xxv.annis ſecuta fuerit aduerſus eam reſtitui de-
beat.& ſuadetur optima ratione ex dicta.l.ſi cu-
ratorem habens:minor enim curatorem habens
æquiparatur prodigo cui bonis eſt interdictum,
ſic quod alienatio per ipſum facta nulla eſt ipſo
iure ſecundum glo.Bar.& aliorum doctorū ſen
tentiam,in.l.is cui bonis.ff.de verbo.obliga. ta-
men ille tex.vtitur his verbis hunc contractū ſer
uari non oportet ſi alienatio ſine curatore facta
nulla eſt ipō iure,ſic vt aduerſus eam opus nō ſit
reſtitutione per illum tex.imo etiam facta à cura
tore ſine decreto iudicis nulla eſt ipſo iure,vt nō
egeat adultus reſtitutione.l.ij.&.l.ſi quidem. C.
de prædi.minor.Non videtur rationi cōgruere
vt tempus quod non eſt modus inducendæ obli
gationis.l.obligationū fere.ff.de actio.& oblig.
ſic confirmet & validet actum ipſo iure nullū, vt
actionem producat & dominij acquiſitionem in
ducat.Nam iſta eſt vera & indubitata iuris regu-
227 la, † non poſſe tractu tēporis cōualeſcere,quod
ab initio nullum fuit ipſo iure.l. quod ab initio.
&.l.pe.ff.de reg.iur.c.nō firmatur.de reg.iur.in
vj.l.nā & ſi ſub cōditiōe.§.poſt defectū.ff.de in-
iuſ.rup.& irri.teſta. p̄ſertim nullitas qn̄ à lege in
troducta eſt pro ſubſtātiali forma.l.cum hi. §. eā
tranſactionē.ff.de tranſactio.c.quia propter.ex-
tra,de electio.Plene notatur in.l.ſi expreſſim.ff.
de appel.hāc regulam expreſſe notat Io. Fab. in
§.fi.Inſtit.de eo cui liber.cā bo. addi. & in auth.
ſi quis.C.de ſacroſanc.eccleſ.vbi ponderat. l. fi.
ff.de fund.dot.hanc regulam proſequitur Fran-
ciſ.Are.in.l.mutū.ff.de acquir.hæred.poſt Bar.
in.d.l.cum hi.§.ſi prætor aditus.ff.de tranſact.&
Bar.iſtius regulæ meminit in.d.l.ſi curatorē ha-
bens.C.de in integ.reſti.quare nō videt̄ æquita
ti cōuenire,vt quod nō ſeruata iuris ſolennitate
factū eſt tēpore cōfirmetur.Suadet̄ hæc ſentētia
alia rōne quæ ex.d.l.ſi curatorē habens colligit̄,
minorē curatorē habentē prohiberi ſine curato-
re agere:melius probatur in.l.ij.C.qui legiti.per
ſo.ſtandi in iudi.habe.inquit illa lex,adultus cō-
ſentiente curatore litem & intendere & excipere
debet.& gl.in.d.l.ſi curatorem.ſyllogiſmum fa-
cit quem Bar.non reſpuit.is cui bonis eſt interdi
ctum ſimilis eſt pupillo.l.certi condictio.§.idem
quæri. ff. de reb.eredito.ſed adultus curatorem
228 habens ſimilis eſt prodigo. † Igitur adultus cu-
ratorem habens ſimilis eſt pupillo qui ſine ſolen
nitate à iure introducta cōtrahere nō pōt, ſed vt
ſuprà dixi nullo mō ſine curatore agere pōt. d.l.
ij.C.qui legi . perſonā ſtād.in iudi.hab. vel non.
Igitur ſicuti impedito agere præſcriptio.xxx. an
norū non currit,ſimiliter adulto curatorē haben
ti currere non debet.& per illum tex.illhic.Pau.
de Caſt.improbat gl.in.l.cū & minores.C.ſi ad-
uerſ.rem iudi.quæ dicere auſa eſt nō reperiri iu-
re cautū prohiberi minorē. xxv. annis curatorē
non hab

non habentem agere, ſine curatore, quoniam di-
cit Paul. de caſt. probari in illa. l.ij. quæ indiſtin-
ctè de adulto ſeu minore loquitur, vt non niſi cõ
ſentiente curatore litem intendere, & excipere
poſsit, neq; illa lex diſtinguit, an tutorem habeat
vel non habeat. Ego puto illã. l.ij. præſupponere
adultum ſeu minorem curatorem habere, quem-
admodum de pupillo principiũ legis loquitur &
ait, ſicut pupillus tutore authore agit, & ſic præ-
ſupponit pupillum habere tutorem ſine quo nõ
agit. Nam & illa clauſula affirmatiuè poſita eſt.
Similiter & dicta. l. cum & minores. C. ſi aduerſ.
229 rem iudica. † Vbi igitur minor. xxv. annis à lege
agere imo in iudicio ſtare ſine curatore & eo cõ-
ſentiente prohibetur, quomodo poteſt aduerſus
eum cum effectu præſcriptio currere, cum lex di
cat impedito agere non currere præſcriptionem
triginta annorum, quandiu impedimentum iuris
durat, dicta. l.j. §. fin. C. de annali except. Non ſic
eſſe poteſt in eo qui curatorem habere noluit qui
agere non erat prohibitus, ſicuti neque contrahe
re dicta. l. ſi curatorem habens, ſed cum curatorẽ
habet ſibi agere non licet, ſicut nec contrahere.
Præterea minor ſi vult curatorem petere poteſt,
dicta. l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tutel. l. mu-
tus. §.j. ff. de procura. ſi non petierit quicquid in-
terim agit, videtur rectè agere. l. ſi impuberi. in fi
ne. ff. de tutor. & cura. dat. ab his, ſed læſi reſtituũ
tur. l.j. & l. ait prætor. ff. de minorib. Addi poteſt
quod notat gloſ. fin. in. l. acta. §. fin. ff. de re iudic.
230 dum ille text. † contra indefenſos minores tuto-
rem vel curatorem non habentes latam ſenten-
tiam nullam eſſe dicit. ſimiliter & in dicta. l. cum
& minores. C. ſi aduerſ. rem iudi. Idem dicit gloſ.
ſi haberet curatores, ſed adeſſe iudicio nolunt, ar
gumento. l.j. §. & quidem. ff. quod cuiuſque vni-
uerſit. nomine. ſi nolunt, & ea ratione res eorum
præſcribentur aduerſus illud tempus in quo læſi
ſunt eo quòd actio eorum tẽpore abbreuiata eſt
debent reſtitui in eo quòd læſi ſunt, dicta. l. ea
quæ. §.j. C. de tempo. in integr. reſti. peten. Et iſta
opin. Accurſ. ſic moderata plena eſt æquitatis &
rationis propter iuris impedimentum, quia quo-
dammodo lex minori curatorem habenti bonis
interdicere videtur, eo quòd curatorem illi dedit
dicta. l. ſi curatorem habens. Et vt dixi, illa. l. ſi-
cut. ſatis hanc limitationem admittit, dum tẽpus
ſolum cõſiderat, quo adultus curationem rerum
ſuarum accipere ſolet, inquit illhic tex. Nam cum
ad eos annos peruenerint qui ad ſolicitudinem
pertinent curatoris, licet curatorem non accepe-
rint, ſed ipſi ſeipſos curent. neſcio ſi hæc interpre
tatio à iudicãtibus reciperetur, cùm noua ſit hæc
noſtra conſideratio. & quæ ad hanc materiam cõ
ferunt quæ hic omiſſa ſunt, in. §. ſequ. ſupplebun
tur. Ego autem in hac materia volo te conſidera-
re. l. fin. C. de repudi. hæredi. quæ in caſu ſuo viſa
eſt mihi plurimũ ſingularis in tribus. Primò dum
231 ex ea colligitur † maiori. xxv. annis abſenti qui
renunciauit paternæ hæreditati poſſe infra trien-
nium poſt lapſum quadriennium, quod maiori-
bus abſentibus & legitime impeditis conceditur
licere pœnitere & paternam hæreditatem adire
in quo illa lex dat pulchram declarationem ad. l.
filij. ff. ad Tertullian. & l. mancipiorum. ff. de op-
tio. lega. l. ſtatuliberi. §. fin. ff. de ſtatuliber. Secun
dò minori eandem facultatem cõcedi etiam poſt
lapſum. xxv. annum, imò etiam poſt lapſum an-
num vtilem loco cuius eſt quadriennium, inquit
ille text. etiam ad res venditas tempore & duran-
te ſua minori ætate concedi triennium, & id per
beneficium reſtitutionis quando res venditæ ſue
rint, ſi autem venditæ non ſint ipſo iure poterit
ſine reſtitutione reuocare, quemadmodum et alij
maiores, ſi autem venditæ ſunt dum minor eſt po
terit vſquequo. xxix. annum impleuerit repetere
ſed poſt annum. xxix. non niſi per beneficium re-
ſtitutionis reuocabit res alienatas.

SVMMARIVM.

1 Ignorantia ob legis impedimentum proueniens, quando excuſet.
2 Præſcriptio quando currat ignoranti & quando non.
3 Ignorantia duplex eſt, iuris ſcilicet & facti, & vtraque rurſus in plura membra ſubdiuiditur.
Ignorantia iuris naturalis regulariter ignoranti officit.
4 Ius gentium dicitur quaſi naturale, cuius ignorantia etiam nocet ignoranti.
5 Mater excluditur à filij impuberis ſucceſsione, cui tutorem dari non curauit, niſi in quibuſdam caſibus. & nume. ſequen.
7 Intellectus miſerrimi eſſe is dicitur, qui nil cõſulere cuipiam audet, ni prius ab alio conſultum repererit.
8 Inceſtus quandoque mitius punitur quàm adulterium.
9 Mater ruſtica nõ petens curatorem impuberi filio, non excuſatur, niſi legitimè nouerit adminiſtrare.
10 Mater filio tutorem non petens, nullo modo excuſatur: niſi alioqui tutelam legitimè adminiſtrauerit.
11 Conditionem non implet, qui quum decem dare iuſſus eſſet, quinque tantum tribuit.
12 Ignorantia iuris inofficioſa eſt, neque in præſcriptione excuſatur.
13 Iuris ignorantia nemini in vitando damno nocet: officit verò in lucro captando.
14 Error quando reuocari poſsit.
15 Sciens ſe non poſsidere ſi liti ſe obtulerit, ante cœptum iudicium pœnitere poteſt.
16 Error cadens in dolum aut culpam dolo proximam, non poteſt excuſari.
17 Mulier in iure errans non releuatur, etiam per in integrum reſtitutionem, quãuis de damno vitando certet.
18 Excuſatio ignorantiæ iuris quando admitti poſsit.
19 Mulieres de lucro certantes non excuſantur à iuris ignorantia ſi peritiores conſulere potuerunt.
20 Ignorantia iuris à quibus proponi poſsit.
21 Filij & filiæ hæreditatem paternam vendicantes, non dicuntur proſequi debitum ſibi, eo quòd illis lucro ſit eadem.
22 Hæreditas paterna nedum filijs eſt quaſi debita, ſed verè illis debetur.
23 Iudices ſententias laturi, peritiores conſulere debent.
24 Iudex iniquitatem ob iuris errorem ab altera partium

prouenientem ſuſtinere non debet.
25 Error iuris non nocet ei, cui non ineſt iura ſcire.
26 Appellare non licet à Senatuſconſultis, ſed intra biennium principi poteſt ſupplicari.
27 Ius ſuum cuique non reddi impium eſt, vbi partis iniuria nota eſt.
28 Emens rem eccleſiaſticam à prælato qui ſolẽnitate non ſeruata alienauit, non obſtante iuris ignorantia ad reſtitutionem tenetur: fructus tamen induſtriales ſuos efficiet.
29 Poſſeſſor bonæ fidei non poteſt exiſtimari, qui errans in iure acquiſiuit.
30 Vxor fructus perceptos ex re ſibi à viro donata, ſuos facit.
31 Fructus qui percipiuntur ex re mariti vxori donata, efficiuntur vxoris.
32 Bona fides in retinendo prodeſt, ſed non in acquirẽdo.
33 Poſſeſſor bonæ fidei an fructus naturales ſuos efficiat.
34 Poſſeſſor bonæ fidei titulum habens omnes fructus naturales tam à ſe quàm ab alio perceptos & percipiendos facit ſuos.
35 Poſſeſſor bonæ fidei ſiue titulum habeat ſiue non, omnes fructus induſtriales ſuos facit.
36 Fructus quilibet iure ſoli percipitur, & non iure ſeminis.
37 Poſſeſſor bonæ fidei, qui cum iuſto titulo & bona fide acquiſiuit, loco veri domini habendus eſt.
38 Fructuum induſtrialium nomine veniunt lac, lana, pilus, & ſimilia.
39 Fructus quare naturales dicuntur quidam, & quare alij induſtriales.
40 Lac, lana, pilus, hœdi, agni, & vituli ſunt poſſeſſoris bonæ fidei.
41 Emptor rei eccleſiaſticæ nedum ad rei reſtitutionem, ſed etiam fructuum omnium tenetur, quamuis ſit bonæ fidei.
42 Alienatio rerum eccleſiaſticarum eadem prohibetur ratione qua pupillarium.
43 Emptor ſeu poſſeſſor an cenſeatur malæ fidei eſſe, qui contra iura mercatus eſt.
44 Ignorantia iuris quando excuſet, & quando non.
45 Error iuris regulariter non nocet ei qui de damno vitando certat.
46 Legitima quæ iure naturæ debetur, an cenſeatur verè debita.
47 Libertas ſi inventre exiſtenti fuerit per fideicommiſſum relicta, illi dabitur, dum ſolem videbit.
48 Filius iure duodecim tabularum erat patri neceſſarius hæres, nec abſtinere ei licebat.
49 Hæreditas patris cenſetur filijs verè debita.
50 Hæreditas paterna adeo debetur filio, vt ſtatim patre mortuo ei quæratur abſque alio iuris miniſterio.
51 Decedere nemo poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.
52 Tempus hæredi conceditur ad deliberandum an ei ſit vtile adire vel repudiare.
53 Hæreditas potius ad damnum quàm ad lucrum accommodatur per legis interpretationem.
54 Hæreditas dicitur ius vniuerſum quod defunctus habuit.
55 Ignorantia iuris conſecutiua ignorantiæ craſſæ & ſupinæ facti, etiam in damnis non excuſatur.
56 Ignorantia iuris excuſat à dolo.
57 Ignorantia iuris imputatur ei qui peritiores conſulere potuit.
58 Bonum & æquum dicitur manere in iuris & iudicis diſpoſitione.
59 Ignorantia iuris prodeſt ei qui ius ſuum repetit, niſi in culpa ſit. & nume. 61.
60 Reſtituere quilibet cogitur æquitate canonica quod alienum eſt.
61 Ignorantia iuris an etiam in damnis vitandis excuſet. & nume. 64.
62 Turpitudinem ſuam allegans cum iniuria alterius, audiri non debet.
65 Ignorantia iuris præſcriptionem impedit.
66 Actiones perſonales præſcribi nequeunt minori tempore, quàm triginta annorum.
67 Pater omittens cauſam teſtamenti cùm peculium non eſt ſoluendo creditoribus, dolum non videtur committere.
68 Præſcriptio currit aduerſus ignorantem ius ſuum, ſed reſtitutio conceditur eidem.
69 Filius iuris ſibi quæſiti ignarus reſtituitur aduerſus præſcribentem.
70 Poſſeſſionem bonorum petitam confirmari volens per ratihabitionem, debet in tempore ratam habere quo eandem petere poteſt.
71 Ignoranti ius ſibi competere præſcriptio currit quandoque.
72 Tempus an poſſit alicui currere ante rei habitam notitiam.
73 Præſcriptio quare & quo fine fuerit introducta.
74 Dominium & quodcunque ius incorporale perditur in triginta annorum præſcriptione.
75 Allegans ſui iuris ignorationem aduerſus triginta annorum præſcriptionem, non auditur.
76 Ignorantia iuris ſui non poteſt allegari aduerſus præſcriptionem decem vel viginti annorum.
77 Præſcriptio extraiudicialis currit ignoranti.
78 Bonorum poſſeſſio non petitur via actionis, ſed officio iudicis.
79 Præſcriptionum quarundam tempus vtile eſt initio, vbi verò currere cœpit, continuum.
80 Actio de dolo durat biennium continuum.
81 Error in facto quando excuſare poſſit errantem.
82 Creditor qui debitori ſuo triginta annos dedit ad ſoluendum, an dicto termino lapſo poſſit agere ad debitum.
83 Ignorantia iuris in quo differat ab ignorantia facti.
84 Ignorantia facti non præſumitur in facto proprio.
85 Prætoris intereſt cognoſcere an facti ignorantia ſupina ſit, aut probabilis.
86 Cautio iudicatum ſolui ei imputari nequit, cui iure prohibitum eſt in iudicio ſtare.
87 Excommunicationis & banni ſeu relegationis eadem ratio, & idem iudicium.
88 Relegati quibus ciuitas & libertas adimitur, & bona confiſcantur, deportatis ſunt ſimiles, qui procuratorem conſtituere nequeunt.
89 Committere ſe fragilitati cautionis, ſtultiſsimum eſt.
90 Abſens etiam ex cauſa culpabili, poteſt quandoque reſtitui.
91 Abſens iuſta & legitima cauſa non tenetur procuratorem mittere.
92 Exul an debeat procuratorem conſtituere ne abſentia ſua ſibi noceat. & nume. ſequen.
94 Prætor an differat à præſide prouinciæ, & an quilibet magiſtratus prætor dici queat.
95 Exul conuentus in locum à quo exulat, offerre ſe poteſt

teſt iudicium ſubiturum in loco in quo exulat.
96 Excommunicatus conuentus cogi poteſt ad conſtituendum procuratorem, & hoc in eius odium ſancitum eſt. & nume.ſequen.
98 Cautio iudicatum ſolui non poteſt ei imputari qui per ſe in iudicio ſtare nequit.
99 Donator cauſa iudicij mutandi aliquid donans militi, ea non obſtante donatione litem proſequi tenetur.
100 Milites ſtipendiarij quanta cum libidine & iniuria hodie in homines & deos ſæuiant.
101 Exul ante exilium procuratorem cõſtituere poteſt, qui ſuo nomine experiatur, & in cauſa tueatur.
102 Tempus an currere poſsit ei qui in vinculis detinetur.
103 Relegatus procuratorem non habens, quandoque reſtitui poteſt.
104 Hæredi emphyteotæ concedi debet reſtitutio ex clauſula, ſi qua mihi &c. ſed non ſtricto iure. & nume. ſeq.
106 Priuatio dominij pœna quædam eſt.
107 Præſcriptio non currit impedito quinimò ſi curreret, reſtitueretur.
108 Hæredi quando in integrum concedenda ſit reſtitutio.
109 Minor reſtituitur aduerſus præſcriptionẽ legalem, quæ etiam à maiore incepit, & in minorem ætatem incidit.
110 Minor non reſtituitur, quando ſtipulatio ob non factum committitur.
111 Hæres emphyteotæ quamlibet minor priuilegio minoribus conceſſo non vtetur.
112 Emphyteota interpellationem a domino expectare nõ debet, ſed vltro ſe ad ſoluendum offerre debet.
113 Dies legalis inter partes deſignatus, an conſtituat debitorem in mora.
114 Ignorantia hæredis, qui in ius ſucceſsit alterius, potius attendi debet quàm ætas pupillaris aut minor ætas.
115 Reſtitutio minori à iure conceditur aduerſus diei legalis lapſum.
116 Tutor non petens reſtitui pupillum, tanquàm ſuſpectus poteſt a tutela remoueri.
117 Contractus facti cum pacto legis commiſſoriæ, in fraudem vſurarum facti cenſentur.
118 Ignorantia duplex in pupillis reperitur.
119 Dominium rei ſuæ amittit, qui eam ſciens præſcribi, intra decem vel viginti annos præſcriptionem non interrumpit.
120 Hæres ignorantiæ gratia non reſtituitur, ſi contractus ſiue actus a defuncto factus ſit.
121 Scientia defuncti ita hæredi obeſt quemadmodum illius ignorantia huic prodeſt.
122 Præſcriptio an etiam ignoranti currat in actu in quo mora vel negligentia attenditur.
123 Pœna quando pacto committatur aduerſus hæredem ignorantem.
124 Hæres adire nolens ex teſtamento, ab inteſtato adiens, actione in factum perinde tenetur, ac ſi ex teſtamento adijſſet.
125 Reuocari non debet factum defuncti quando tempus idoneum inquirendi ſupereſt hæredi.
126 Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum pleniſſime ſuccurrit præſcribenti.
127 Reſtitutio in integrum prohibitione tolli poteſt.
128 Epiſcopus pauperes, in quos diſtribuatur teſtatoris legatum, eligere nequit, etiam executore negligente, niſi duobus concurrentibus.
129 Voluntas vltima teſtatoris intra annum à morte eiuſdem computandum executioni debet mandari.
130 Executor quando in mora exequendi dicatur cõſtitui.
131 Legatario ab hæreditatis aditione incipit tempus currere.
132 Hæres nemo nominari poteſt ante aditionem hæreditatis.
133 Annus à iure conceſſus pro exequendis teſtamẽtis non currit executori ignoranti.
134 Eccleſia non debet ex tempore iacturam pati.
135 Executori ignoranti vltimam voluntatem non currit tempus, niſi monitione præcedente.
136 Tempus à lege præfinitum, papæ etiam ignoranti currit, adeo vt nequeat mora purgari.
137 Tempus ignoranti non currit, ſed negligenti tantum.
138 Executores teſtamentorum ob ſuam negligentiam priuantur exequendi poteſtate.
139 Conſtitutiones epiſcoporum in terminis iuris ſcripti factæ, regulari debent ſecundum ius commune.
140 Epiſcopus ante annum lapſum monere poteſt executorem, vt teſtamentum mandare curet executioni.
141 Executoris ſolius officio incumbit teſtatoris exequi voluntatem.
142 Epiſcopus qua ratione detur executori teſtamenti adiunctus.
143 Negligentia per præſumptionem probari poteſt.
144 Epiſcopus non expectato lapſu temporis à lege præfiniti monere poteſt executorem ad exequendum teſtamentum.
145 Executori negligenti licet detur adiunctus, non tamen ſtatim incapax redditur.
146 Detentores oblationum per defunctos factarum, vt infideles ab eccleſia ſunt abijciendi.
147 Res legata cum fructibus a tempore mortis perceptis reſtitui debet.
148 Vſuræ, fructus & mercedes veniunt tantum a tempore litis conteſtatæ.
149 Hæres ſciens rem legatam a teſtatore & iuſſus tradere, eam tenetur cum fructibus reſtituere.
150 Cauſa teſtamentaria bonæ fidei præſumitur, de qua vt de bonæ fidei contractibus iudicatur.
151 Hæres legitima ratione motus executionem differre teſtamenti, excuſatur.
152 Hæres aut executor neſciens ſe hæredem aut executorem, ante inſinuationem non poteſt in mora conſtitui.
153 Negligentia ignoranti nequit imputari, ni forte craſſa ſit aut ſupina.
154 Ignorantia quando pro euitanda pœna proſit.
155 Dominium rei legatæ executori, ſtatim eidem acquiri præſumitur.
156 Executor cui, vt exequeretur, legatum factum eſt, illud perdit, ſi exequi renuerit.
157 Ignorantia quando excuſet ignorantem.
158 Interpellatio expectari non debet, tempore in contractu ſpecificè determinato exiſtente, ſed ſponte, quod in obligatione eſt, offerri debet.
159 Purgatio moræ admittitur aduerſus temporis determinationem a teſtatore factam.
160 Emptor volens rem emptam redhibere, vt precium a ſe datum recipiat, prius rem cum illius augmento offerre debet, quàm ad precij recuperationem agere.
161 Tempus conditioni aut diſpoſitioni teſtatoris adiectũ, quando cedere incipiat.
162 Teſtator non præſumitur condere teſtamentum inutile.
163 Præfinitio temporis a teſtatore facta quid operetur.
164 Dies mortis potius quàm teſtamenti debet ſpectari, ſi in perſonam alterius quàm hæredis implenda ſit volun

tas teſtatoris.
165 Hæres non implens conditionem teſtamenti excuſatur, ſi ſubſit iuſta ignorantiæ cauſa.
166 Hæres qualiter cognoſci poſsit non adijſſe Sillaniani Senatuſconſulti ductus timore.

§. Si cõditioni. Cum L. Qui poſthumos.

DVOBVS dictis concluditur
hic.§.cum.l.ſequ. Primum eſt in
capite.§. Secundum eſt in verſi-
culo. Et ſi aliud.cum quo.l.qui
1 poſthumos.cõuenit. † Ignoran
tia propter legis impedimẽtum
cauſata excuſat, dummodo cum
legis impedimẽto aliud impedimentũ non inter-
ueniat. Et in concurſu duorum impedimentorũ,
quorum vnum nocet, & alterum prodeſt, potius
quod nocet quàm quod prodeſt ſpectãdum eſt,
hoc dicit. Secunda pars eſt in verſic. Et ſi aliud.
Bal.in.l.vnica.in princi. C.vt actio ab hære.&
contra hære.incip.dicit hunc tex.ſingularem eſſe
ad id vt conditionale legatum ad hæredem lega-
tarij non adita teſtatoris hæreditate tranſmitta-
tur, eo quòd conditio propter ignorantiam im-
pleri non potuit. addit.l.cui fundus. in fine.ff.de
condi.& demonſtra. Et vt latius de ea videamus
collige regulam ſatis in iure frequentatam.
2 Regula igitur eſt, † ignoranti præſcriptionem
currere, hanc tradit Bal.in.l.j.in.xxiiij.oppoſ. C.
qui admi.ad bon.poſſeſ.poſ.per.l.fin. C.de præ-
ſcrip.long.temp.niſi ignorantia à lege cauſata ſit
& ex cauſa neceſſaria inducta, vt hic vel niſi cau-
ſata ſit ex tali abſentia quæ beneficium mereatur
l.cum antiquioribus.vltimo reſponſo. C.de iure
deliberand.l.cum quidam. &.l.Pantonius. ff.de
acquiren.hæredi.de qua etiam per Barto.& Ale
xand.in.l.j.§.ſi quis propter inundationem.ff.de
itiner.actuque priua. Bald.in authenti.niſi tricen
nale. C.de bon.matern.Barto.& Sozin.in.l.ſi in
diem.in princip.ff.de conditio.& demonſtratio.
Feli.copioſe in capi.vigilanti.in princi. extra,de
præſcrip. Et licet ex dictis eorum,& Areti.in di-
cta.l.Pantonius. plura colligere poſsis, ego ali-
quid de ea tractare intendo.
In primis volo te præſupponere multiplicem
3 eſſe ignorantiã. † Quædam eſt iuris,& quædam
eſt facti ignorantia, iuris item ignorantia eſt mul
tiplex: quædam enim eſt iuris naturalis ignoran-
tia, quædam quaſi iuris naturalis ſeu gentium ex
ratione quadam naturali introducti, alia eſt iuris
ciuilis ignorantia : & quædam iuris municipalis,
vel ſtatuti, vel conſuetudinis vel conſtitutionis
ignorantia. Iſtarum meminit gloſ. in.l.regula.in
prima gloſ. ff.de iuris & facti ignoran. in capitu.
ignorantia.de regu.iur.in.vj.
Secundò præmitte iuris naturalis ignorantiam
regulariter ignoranti nocere.l.venia. C.de in ius
vocan.& ille tex. vbique ſingularis reclamatur à
Bald.primum & Angel.in.l.j. C.de interdic.ma-
tri.inter pupil.& tutor.Paul.& Aretin.in.l.Clo-
dius.ff.de acquir.hæred. Ange.& Alexan.in.l.ſi
quis id quod.§.dolo.ff.de iuriſd.om.iud. Sali.in
l.Senatuſconſulto. C.de his qui ſibi aſſerib.in te-
ſta. Cui adde tex.in.l.ſi non ſortem. §.libertus.in
verbo,natura.ff.de condict.indeb.& in.l.ſi adul
terium cũ inceſtu.in princ. ff.ad.l.Iul.de adulter.
glo.& Bart.in.l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.dixi
ſuprà ea.l.in verſ.ſi quis ignorans.in verbo,igna
4 rus. † Idem vbi in quaſi iure naturali, quod ius
gentium eſſe dico quod ex naturali quadam ra-
tione inductum eſt. De quo in.§.ſingulorũ.Inſti.
de rer.diuiſio.l.j. ff.de acquir.rer.domi. Et ad id
pondero dictam.l.ſi adulterium cũ inceſtu.in his
verbis an cõtumacia,iuris & ſanguinis contume-
lia concurrant. Et iterũ dum dicitur in verſi.ſeq.
ibi,cum inceſtum iure gẽtium prohibitum admi-
ſerit,& gloſ.in dicta.l.regula. iſtius iuris natura-
lis vel quaſi naturalis exemplum tradit, vt ſi ma-
ter ſilio impuberi intra annum mortis patris tuto
rem petere neglexerit iuxta.l.ſciant. C.de legiti.
hæred. propter illam negligẽtiam iura ciuilia ma
5 tri pœnam ſtatuerunt. † Nam ſi filius impubes
decedat,cui mater tutorem dari non procurauit,
à filij ſucceſsione excludetur, dicta.l.ſciant.&.l.
matres.quæ eſt ſin. C.ad Senatuſconſ. Tertullia.
Et ratio eſt, quia mater in iure naturali vel quaſi
naturali peccauit,dicta.l.ſin.vbi id notat gloſ. C.
qui pet.tuto.& eam Paul.& Areti.ſequuntur,in
dicta.l.Clodius.ff.de acquiren.hæredita.& Mo-
dern.omnes in dicta.l.venia. C.de in ius vocand.
Et iſtud verba.l.matris. in verbo, pietas. C. qui
pet.tuto.demonſtrant. Excipiuntur duo caſus ab
hoc exemplo per Iureconſultum in.l.ſecunda. §.
ſi mater tutores.verſicu.conſeſtim.ff.ad Senatuſ-
6 conſul.Tertullian. † Primus caſus eſt niſi mater
morbo aut alia iuſta & magna cauſa legitime im-
pedita fuerit. Secundus niſi morte filij ſit præuen
ta,ſic vt ea ratione ſilio prouidere non potuerit.
Tertius caſus in eadem.l.§.ſi mater.verſicu.quid
ſi pater.ſi ſorte filij egeni ſunt. Et in eadem.l.ver
ſicu. & ſi forte. ibi, & nihil habenti ſilio tutores
non petierit. Quartus niſi à libertis aut cognatis
intempeſtiue præuẽta ſit, cum ſorte abſens eſſet,
inquit ille text. Paul.de caſtr.in dicta.l.Clodius.
addit alium caſum quem ſæpe dicit practicaſſe,
niſi mater ruſtica eſſet,& hac ratione illius ſolen-
nitatis iuris ciuilis inſcia, dum tamen interim filij
bona adminiſtrauerit: ex eo enim quòd filij bona
adminiſtrauit in iure naturali vel quaſi non pec-
cauit, ſed in forma tantum à lege ciuili introdu-
cta, ſecus autem vbi non adminiſtraſſet per di-
ctam.l.final. C.qui petant tutores. Et iſtud dicit
ita verum

ita verum eſſe ſicut Deus. quamuis gloſſ.in dicta l.ij.§.ſi mater.in verbo,legitimè. ff.ad Senatuſcõ ſul.Tertullian. ſecus ſentiat. Et dum caſus ſemel contigiſſet ita conſuluit, licet plures ſe huic opinioni ſubſcribere timerent cùm nullus alius doctor eſſet,qui prius eo conſuluiſſet,ſed vanus eſt, inquit Paul. de caſt. huiuſmodi timor,vbi tam bo
7 na adeſt ratio, † miſerrimiq́ eſſe intellectus,dixit nolle quicquam conſulere niſi prius ab alio cõſultum fuiſſe inueniant, & ſi,inquit,antiqui ſic ciſſent non ita adaucta fuiſſet iuris ciuilis peritia & doctrina. Et hoc modo dicit eſſe intelligẽdam dictam.l.fina. C.qui pet.tuto.huic opinioni ſubſcribit ſe Alexan.in.l.iuris ignorãtiam.in fin.ſuæ lecturæ. C.qui admit.ad bono.poſſe.poſ.pariter & Moder.Papienſ.ſequitur in dicta.l.venia. C. de in ius vocan. Et Areti.in dicta.l.Clodius. vbi addunt etiam matrem poſſe excuſari ſi formiter inuentarium non fecerit iuxta.l. tutor qui repertorium.ff.de adminiſtra.tutor.&.l.ſin. C.de iure deliber. de quo tamen vltimo dic vt per Alex. in dicta.l.iuris ignorantiam. Et Angel.in.l.prætor ait.§.interdictum.ff.de no.oper.nuncia.dicit huiuſmodi deciſiones ſingulariter notandas, cum inquit, tanto ſono bone le leze quanto lo homo le ſa reduere in practicqua. Et pro eis vltra quàm dicant induco dictam.l. ſi adulterium cum inceſtu.in princi.ibi, nam ſi ſola iuris noſtri obſeruatio interueniat mulier ab inceſtis crimine erit excuſata,& in eadẽ.l.§.idem pollioni. ibi,inceſtum autem quod per illicitam matrimonij cõiunctionem admittitur excuſari ſolet, ſexu vel ætate,vel puniendi coërcitione. Clarius in capite eiuſdem
8 legis,in verſic.nonnunquam dum ait, † nonnunquam tamen et in maribus inceſti crimina quamquam grauiora ſunt, natura humanius tamen quàm adulterij tractare ſolent,ſi modo inceſtum per matrimonium illicitum contractum eſt. Ecce quomodo ſexui & ignorantiæ ſuccurritur,etiam ſi in natura peccatũ eſt, præſertim in forma. Sed vt recte Paul. recenſuit in dicta.l.Clodius. videtur Accurſi.contrarium ſentire per illum text. & Bartol. illhic ſequitur Accurſi. per illum text. in his verbis nec legitime tutelam adminiſtrat, per quæ non videtur vera Pau.de caſt.ſentẽtia,quoniam ſiue pater moriens voluerit matrem tutricẽ eſſe filijs,ſiue non ordinauerit eam,ſed non petito tutore filijs tutelam filiorum adminiſtrauit,nõ autem legitime ille text. vult eam puniri non tan-
9 tum Romæ verumetiam in prouincijs. † Ad hoc igitur vt mater ruſtica excuſari poſsit, oportet eã legitimè adminiſtrare : & ſic nõ ſufficit matri adminiſtrare, ſed debet legitime adminiſtrare alias non excuſabitur. illi adde quod in eadem lege, dicitur in eodem.§.verſic. quod ſi non compulit. in his verbis,& cum plenum officium à matre deſideramus,& in verſicu.non ſolum.ſi mater minus idoneos tutores permiſerit filijs dari,etiam ſi prætor eos approbauerit adhuc vult puniri inquit ille text. Iam quidem prætoris delictum eſt ſed & matris punimus conſilium, & iterum in eodem verſi.nota verbum defunctoriè. & in.l.cùm à matribus. C.qui pet.tuto.ibi,ſedulum petendi tutorium officium. Ex quibus elicio iuncto dicto verſicu. quid ſi non compulit. non eſſe matrem excuſandam etiam ruſticam cum lex eam nõ excuſet, niſi plenum officium impleuerit, ſicuti neq; alias excuſatur in.l.j. C.de his quib. vt indig.l.propter veneni.§.ſin. infrà eod. illhic dicemus imo in matre.l. matris. C.qui pet.tuto.ruſticitatem non excludit à pœna legis,dum ille tex.ait matris pietas inſtruere te poteſt quos tutores filio tuo petere debes:quæ verba denotant quale debet eſſe naturæ officium,vt in.l.penul. ff.de obſeq.patro.præſtan.et.l.hoc colore.ff.de inofficio.teſta.l.j.C.de his qui ſibi aſſerib.in teſta.quæ neceſsitatẽ quandam inducũt excuſatione indignam, niſi plenum pietatis officium à matre etiam ruſtica impletum ſit:cùm id ſoli naturæ committatur per illum tex. Et ob id Ioan.fab.in dicta.l.fina.C.qui pet.tuto.
10 † dicit matrẽ nullo modo excuſandam eſſe quia quod ſcire tenetur cum ſit quotidianum & naturale alioquin mater debitum pietatis officium omittit.l.cum in iure. &.l.ſeq. C.qui pet.tuto. nec iuris ignorantia eas excuſat in.l.fin.eo.titu. C.licet in pleriſque alijs vt ſuprà dixi.ſexui parcatur, & in.l.ij.§.ſina.ff.de iure fiſc. per Modern.in.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi.omnium iudic.

Si tamen mater legitimè tutelam adminiſtrauerit ſatis excuſandam eſſe,text. ait in dicta.l.ij. §.ſi mater.ff.ad Senatuſconſul.Tertul. alioquin non videtur poſſe excuſari per ſuprà dicta, & id de iuris rigore procedit,idem in.l.j. C.de interdic.matri.inter pupil.& tutor. Adde in iure naturali vel quaſi non excuſari eum qui non impleuit debitũ officium,dicta.l.j.C.de his quib.vt indig. Aequitas autẽ plurimum ſuadet vt ſexui parcatur, ſi eo modo quo pater,adminiſtrat:et intelligas verbũ, legitimè.ſecundum perſonæ poſsibilitatem,vt dixi in.§.vtrum.ſuprà eod. Et idem ſentit Are.in.l. ij.C.de in ius vocand. Pro ratione Pauli de caſtr. induco tex.in.l.qui putat. ff.de acqui.hæred.ibi,
11 at ſi quinq; &c. † qui quinq; tantum putat ſe iuſſum dare cum decẽ dare iuſſus eſt, & dat quinq; non implet conditionem ſed vt, inquit ille text. aliquid proficit, vt ſi adimpleuerit reliqua aliorũ quinque datione videatur conditio eſſe impleta, ſic mater quæ ignorans adminiſtrauit aliquid iuris naturalis officij impleuit:ideo ei aliquid proficere debet per illum text.

Si de iuris ignorantia quæris,etiam traditiones in hoc communes ſunt,quas gloſſ.recenſet in dicta.l.regula.ff.de iur.& fac.ignor.& in.l.j.& ſin. C.eod. Dm.in.c.ignorantia.extra,de regu.iur. in vj.Bart.Paul.Alexã.Areti.& alij in dicta.l.Pantonius.&.l.Clodius. ff.de acquir.hæredi.& in.l. in bonorum.ff.de bono.poſſ.in.l.iuris ignorantiam.vbi Alexan.& Modern.Papien.plene exa-

minant. C.qui admit.ad bon.poſſ.poſ.& plenius
Feli.in.c.vigilanti.extra,de præſcrip.Bar.in.l.ij.
ff.de confeſ.& in.l.nunquàm.in princi. &.l.Cel-
ſus.ff.de vſucapi.l.ij.§.ſi à pupillo. vbi per Imol.
& Cuman. ff.pro empto. & Ioan.fab.in.l.error.
C.de iuris & facti ignoran.Henric.Bohic in.c.is
qui.extra,de ſolutio. vbi Din. diſtinctionem re-
colligit,& text.in.c.turbatur.§.notandum. j.qõ.
iiij. aliquam diſtinctionem tradit, ſimiliter Luc.
de Pen.in.l.generali. C.de tabul.lib.x.Henri.au
tem & Luc.de Pẽ. huic diſtinctioni addunt iuris
diuini ignorãtiam,quam vt per eos proſequere.

Cæterum quantum ad iuris ciuilis ignorãtiam
attinet in paucis diſcrepant omnes doctor.in lo-
cis prædictis. Quibus adde Areti. in.l.ſi duo. ff.
de acquiren.hæredi.vbi gloſ. hanc regulam cum
quibuſdam limitationibus aſſumpſit.

12 Iuris † igitur ignorantia nocet, neq; excuſatur
in præſcriptione.l.ſin. C.de præſcrip.long.tẽpo.
l.omnes.&.l.ſicut.in fin. C.de præſcript.xxx.an-
no.ibi, etiam ſi ſe legis ignorantia excuſare tenta
uerint.l.error. C.de iur.& fac.ignor.l.iuris igno
rantiam. C.qui admit.ad bon.poſſ.poſ.l.regula.
ff.de iur.& fact.ignoran.Et Din.in dicto.c.igno
rantia.de reg.iur.in.vj. quem ſequitur Cin.in o-
mnibus in dicta.l.error. C.de iur.& fact.ignorã.
vbi Ioã.fab.aliam diſtinctionem facit quam Flo-
ria.tranſſcribit in dicta.l.regula. Et quam Felin.
in.c.quoniam.ij.col. extra,de ſimonia.per ſallen
tias expedit, quas tranſplantat Moder.Papienſ.
Iaſon in dicta.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.
iudi.dum de ruſtico ius ignorante tractat.& in.l.
iuris ignorantiam.C.qui admit.ad bon.poſ.poſ.
tex.in dicto.c.turbatur. §.notandum.j.qõ.iiij.ſic
13 orditur, † iuris ciuilis ignorantia nemini obeſt
in damno vitando, & id ſumptum eſt ex.l. iuris
ignorantia.ij.&.l.ſeq.ff.de iur.& ſac.ignor.&.l.
ſin. C.de iur.& facti ignoran. Din.vero in dicto
c.ignorantia.regulam illam ſic præmittit ignorã-
tia facti non iuris excuſat & ſtatim eam ſua diſtin
ctione reſtringit. Feli.vero in dicto.c.quoniam.
extra,de ſimonia. ſic proſequitur & dicit regula-
riter iuris ignorantiam neminem excuſare,per di
ctam.l.iuris ignorantia.&.l.error.ff.de iur.& fa-
cti ignorã.etiam ſi mulier ſit: niſi in caſibus exce-
ptis in.l.fin. C.de inris & facti ignor. quos illhic
gloſ.commemorat,& in.l.regula. ff.de iur.& fa-
cti ignor.Quam non ſimpliciter admittit Din.in
dicto ca.ignorantia. ſed diſtinguit, aut erratur in
14 iudicio aut extra iudiciũ † ſi in iudicio,ſubdiſtin-
guit,aut ante litem conteſtatam, & reuocari po-
teſt error probata legitima erroris cauſa.l.de æta
te.§.qui iuſto.&.§.Celſus.ff.de interrog.actio.ſi
poſt litem conteſtatam,ſecus dicto.c.ignorantia.
&.l.non fatetur.ff.de confeſ.l.quidam in iure.ff.
de donatio.& idem cum Din.ſentit Bart.in dicta
l.nõ fatetur. Sed Ioan.ſab. in dicta.l.error.C.de
iuris & facti ignorã.dicit gloſ.aliter ſentire in di-
cta.l.de ætate.§.qui iuſto. ſed hoc nõ dicit in illo
§.qui iuſto.ſed in.§.celſus.in verbo,actoris.cum
qua Specu.ſentit in tit.de confeſ.§.ſequitur.ver-
ſic.iij.& in.§.poſtremo.verſi.cæterum. Pro quo
addit ca.ſtatutum.§.cum vero.in fin. de reſcript.
lib.vj.vbi errans condemnatur in expenſis.ca.vt
circa.de electio.lib.vj.ca.inter monaſterium.ex-
tra,de re iudica.ſed pro prima gloſ.allegat.l.edi-
ta.C.de edend. Cui ego addo aliam gloſ.in.l.er-
ror.in gloſ.ſin.in fin.ff.de iur.& facti ignor.quæ
idem ſentit cum ea quæ eſt in dicta.l. quidam in
iure.Bar.in.l.non fatetur.ff.de confeſ.cum Din.
ſentit,& alleg.l.is qui ſe obtulit.ff.de rei vendic.
15 illa lex de ignorante non loquitur, † imò de ſcien-
te ſe non poſsidere, qui liti nihilominus ſe obtu-
lit,quem dicit ante cœptum iudicium poſſe pœ-
nitere,dummodo actor ignoret reum ſe liti obtu
liſſe,& ob id actor nihil damni paſſus eſt alioqui
videretur contrarium ſentiendum eſſe, per illum
text.argumento à contrario ſenſu, & gloſ.j.in di
cta.l.non fatetur. idem ſentit vt illa.l.is qui ſe liti
de ſciente, & nõ de ignorante intelligi debeat &
verum eſt, imo puto recte attentari poſſe etiam
poſt litem conteſtatam audiendum eſſe eum qui
iuſto errore ductus aliquid erroneum confeſſus
eſt, dummodo ex illa reuocatione nulla captio
actori ſequatur, dicta.l.de ætate.§. qui iuſto.et.§.
Celſus.& puto vtrũq;.§.intelligi debere de reuo
catione cõfeſsionis facta poſt litem conteſtatam.
Primò puto probari in.§.qui iuſto. dum in eo di
citur, qui iuſto errore ductus negauerit ſe hære-
dem, & ſic negatione ſua litem conteſtatus eſt.l.
j.C.de lit.conteſt.at in.§.Celſus.dicitur licere re-
ſponſi pœnitere,& ſic poſt litem cõteſtatam.ſuf-
ficit enim quòd iacturam nõ patiatur actor,alio-
quin in expenſis condemnandus eſt,ſicut Specu.
voluit,quia talis cõfeſsio damnum actori attulit.
& hoc modo poſſet.l. non fatetur. ff.de confeſſ.
intelligi. Nam ſecundum gloſ. in.l.ſi per errorẽ.
ff.de iuriſdi.om.iud.in facto & in iure etiam poſt
litem conteſtatam erratum erat, & lite iam conte
16 ſtata.Intellige, † niſi talis error caderet in dolum
aut culpam dolo proximã,dicta.l.de ætate.§.qui
iuſto.vnde alioqui dicunt eum non excuſari à do
lo,ſaltem à culpa dolo proxima, quam ipſi latam
vocant quam latiorem eſſe dico in.l.quod nerua.
ff.depoſi. differentia enim eſt inter culpam dolo
proximam & latam culpam.l.mulier.§.ſed enim.
ff.ad Trebel.in his verbis,culpæ plane rationem
reddere ſed eius quæ dolo proxima eſt,& verſic.
ſed & ſi.cum diſtrahere deberet,nõ fecit: lata cul
pa nõ leui et rebus ſuis conſueta negligẽtia.Ecce
quomodo ſtatuitur differentia inter culpam do-
lo proximam & latam culpam.ad rẽ reuertamur
ſi in iure errauit,ita dicit glo.in dicto.§.qui iuſto.
& Bart.vbiq; ſequitur, præſertim in dicta.l.non
videtur. ego dico dolo proximam latiorem eſſe
vt dixi plenius ſuprà ea.l.§.ſi quiſquam. Et hanc
iuris ignorantiam quæ dolum aut culpam dolo
proximam nõ admittit dico in delictũ nõ ſonare.

l.regula

l.regula. in princi. verſic. & ideo.ff.de iuris & facti ignoran. ibi, ſicut non eſt delictum, ſed iuris ignorantia. Prius enim tractauerat de cauſis quibus mulieri ob iuris ignorantiam parcitur, quia delictum in ea non eſt, ſed ſola iuris ignorantia probabilis,& excuſabilis. Angel.verò in dicta.l.
17 non fatetur cum gloſ.& Bartol.tranſit, † vt mulieri in iure erranti etiam per beneficium reſtitutionis non ſuccurratur quamquam mulier de damno vitando certet & aduerſarius de lucro. l.iij. ff.de confeſ. Ego non video quonam pacto Angel.ex illa.l.iij.neq; in.l.ſequen. hoc elicere poſſit,imo directè illi aduerſatur. l.error. ff.de iuris & facti ignoran. & non tantum fœminis,ſed nec maribus iuris error in damno nocet, imo gloſ.in dicta.l.regula. in verbo,in quibuſdam.ſingulari ratione aliquos caſus admittit in quibus mulieri non autem maſculis ſuccurritur,ſimiliter gloſ.in dicta.l.fin. C.eo.de iuris & facti ignoran. Sed videtur Angel. dictum ſaluari poſſe ex dictis per Bald. in dicta.l.iuris ignorantiam. C.qui admit. ad bono.poſſeſſ.poſ. quem fere omnes ſequi videntur,vt mulier prætextu ignorantiæ iuris excuſari non debeat vbi peritiores conſulere potuit, etiam ſi de damno vitando tractet.l.in bonorum. ff.de bono.poſſeſ.l.ij.§.fin. ff.quis ord.in bono. poſſ.ſerue.& dicta.l.regula.& Feli.in dicto cap. quoniam.in tertia fallentia.extra,de ſimonia.hãc limitationem Bal. admittit,etiam vbi de vitando damno quæſtio eſt:Din.autem in dicto ca.igno-
18 rantia.de regu.iur. in.vj.hanc † ignorantiæ excuſationem non admittit,niſi vbi extra iudicium cõfeſſio per iuris errorem facta eſt, non autem vbi in iudicio. & id ſequitur Henric. in dicto capi.is qui.extra,de ſolutio. Felin.dicit Barto.hoc dicere in.l.j.ff.de bono.poſſ.Sed non reperio Barto. iſtud dicere, ſed prius eis ita Petr. declarat in dicta.l.iuris ignorantiam.et poſt eum Ioan.fab.ſed Cin.cui Modern.ſe ſubſcribunt poſt Accurſi.ſic voluit limitare per dictam.l.in bonorum.Et dici poteſt hanc eſſe omnium ſententiam vt ſexui in iure erranti non parcatur ſi potuit peritiores conſulere etiam ſi mulier de vitando damno tractet. Pro eis eſt text.in.l.ſi auiam. C.de ingenu.& manumiſ.ibi, ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes facile cognoſceres, cuius meminit Feli. in capi.de quarta.viij.colum.extra,de præſcript. Ego autem vt poſteris diſputandi occaſionem concedam,non poſſum ſic cum eis ſentire. Et plus mihi placet glo.opinio in dicta.l.in bonorum. ff.de bono.poſſ.quæ voluit illum text.ſic debere intel
19 ligi † vt mulieres tunc à iuris ignorantia nõ excuſentur ſi peritiores nõ conſuluerũt dum de lucro certant, non vbi de damno tractant per dictam l.error.ff.de iuris & facti ignoran. Clarius declaratur per Accurſ.in.l.regula. in gloſ.prima.circa medium.eodem titu.ibi,de tertia,ſcilicet iuris ciuilis &c.& ſequitur in eadem gloſſ.& in hoc tertio membro, ſubdiſtingue, aut certat de damno vitando,& tunc non nocet, vt ſuprà eodem.l.iuris ignorantia. hoc tamen fallit in indebito, vbi per ignorantiam iuris ciuilis ſolutum eſt, dummodo naturaliter debeatur non repetitur. C.eodem.l.error. Ecce quomodo clare illhic gloſſ.in damno vitando non vult iuris ignorantiam cuiquam obeſſe. Et Accurſi.in dicta.l.ſecunda.§.fina.ff.quis ordo in bonorum poſſeſsio.ſerue. approbat vtranque gloſſ. ſuam in dictis duabus legibus, & puto eum verum dicere, quia non video quomodo reſpondei poſsit dictæ. l. iuris ignorantia. &.l.error.quæ ſtatim ſequitur. ff. de iuris & facti ignorantia.& capitu.turbatur. §.notandum.j.quæſtio.iiij. quæ non tantum excuſant fœminas, verumetiam mares nullo inter mares facto diſcrimine, ruſticus,ſeu plebeius,an nobi-
20 lis ſit. † Cæterùm quod de maſculis dictum eſt, ego ſanè intelligendum eſſe puto de his quorum officio aut artificio vel qualitati iura ſcire non incumbit, alioquin doctori vel circa iura verſanti non concederem licere iuris ignorantiam proponere.l.prima. C.qui & aduerſus quos, per rationem.l.ſecundæ. §.ſeruus. ff.de origine iuris. turpe,inquit,eſt patricio, & nobili viro & cauſas oranti ius in quo verſatur ignorare. l. profeſsio. C.de profeſſis & medi. libro decimo. Profeſsio enim & deſiderium inter ſe diſcrepaent. & Iureconſultus in dicta.l.in bonorum. ff.de bonorum poſſeſsio.& in dicta.l.ſecunda.§.fina. ff.quis ordo in bonorum poſſeſsio.ſeruetur.his verbis vtitur dum verbum,ſcientiam.interpretatur.Scientiam, inquit, non eam accipi quæ viris prudentibus inſit.nota in ea verbum,inſit. vel quibus per artis peritiam ineſſe debet.In prooemio Digeſtorum. §.his igitur. in verbo,peritia. addit prædictis Accurſ. l.ſed & ſi pupillus.§.proſcribere. ff. de inſtito.actio. & vt perſunctoriè vnum dicam, non poſſum mihi perſuadere,quomodo neceſſariò.l.de ætate.§.qui iuſto.&.§.Celſus. ff.de interrogato.actio.l.is qui ſe obtulit.cum.l.ſequen.ff. de rei vendicatione. poſsint de errante in iure & iura ignorante neceſſario intelligi. Imò ego puto verba illarum legum ſonare de facti ignorantia.Secundò nullus eorum eſt qui diffiteatur.l.in bonorum.ff.de bono.poſſeſ. &.l.iuris ignorantiam. C.qui admit.ad bono.poſſ.debere intelligi de lucro captato ab eis quibus bonorũ poſſeſsio ad conſequendam hæreditatem aut partem eius competebat. imò plus Modern.dicunt non tantum illas leges de lucro interpretandas eſſe, verumetiam de quaſi lucro.& hoc dicũt in.l.ſi poſt diuiſionem.C.de iuris & facti ignor. Et ob id il-
21 las leges extendunt † ad filios & filias hæreditatem paternam vendicantes, vt non dicantur ſibi debitum proſequi,cum hæreditas paterna quantumcũq; oneroſa ſit eis lucro vel quaſi lucro eſt. & allegant Moder.Papien. poſt Alexan.gloſ.in l.iij. C.de iur.& facti ignor.iuncto tex.& gloſ.in l.ſi duo.in verbo,ſcire potuit.ff.de acqui.hæred.

Pp

&.l.& quia. in verbo,quaſi debita. ff.pro ſocio.
l.fina. §.ſinautem perpetuo. C.de cura.furioſ. &
Barto.in.l.fina.ff.de liber.agnoſcen.pro hac par
te & prius eis Petrus inducebat text.dictæ.l.fin.
C.de cura.furi.l.ij.&.iij.C.de iuris & facti igno-
ran.Imo plus dixit Petr.in dicta.l.iuris ignoran-
tiam. C.qui admit.ad bono.poſſe.poſ.paternam
hæreditatem non eſſe filijs debitam, etiam quan-
tum ad legitimum bonorum ſubſidium,ſed qua-
ſi debitum,per dictam.l.fina. C.de curato.furio.
Item cauſam lucratiuam vel quaſi lucratiuam de
iure æquiparari. l.apud Celſam. §.ſi quis ex cau-
ſa.ff.de exceptio.doli. Pro Petro adde text.in.§.
primum itaque.in authentic.de hæredi.& falcid.
collatio.j.ibi, alijs quidem neceſsitatem imponit
lex diſtribuere quandam partẽ perſonis quibuſ-
dam tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis
debeatur quale eſt filijs & nepotibus.& nota di-
ctionem,tanquam. quæ nota eſt improprietatis,
22 cap.ſolitæ.extra,de maior.& obedien. † ſed hæc
differẽtia inter debitum vel quaſi debitum in pa-
rentum ſucceſsione videtur in verbis vim magis
facere quàm in verborum ſubſtantia , quia dico
non tantum quaſi debitam filijs patris hæredita-
tem,ſed vere debitam,& ita Iuſtinianus interpre
tatur in.§.aliud quoque.in authent.vt cum de ap
pella.cognoſ.colla.viij.ibi,nec ſe per quamlibet
donationem vel legatum , vel fideicõmiſſum vel
alium quemcunque modum eis dederit legibus
debitam portionem . Et quomodocunq; ſit ſiue
dicas lucrum vel quaſi lucrum eſſe filijs paternã
hæreditatem , cum tamen in vtroque idem iudi-
cium fiat,ſecundum eos recte Accurſ. concorda
uit.l.iuris ignorantia.&.l.error. ff.de iuris & fa-
cti ignoran.vt.l.in bonorum.ff.de bono.poſſeſ.
in lucris intelligi debeat. an peritiores mulier cõ
ſulere potuit vt iure non excuſetur,ſi non conſu-
luerit: in damnis vero facienda non ſit huiuſmo-
di diſtinctio: cùm in illa.l.iuris ignorantia. dica-
tur,ſuum verò petentibus non nocere,& in.l.er-
ror.quæ ſequitur in vltimo reſponſo dicitur,cæ-
terum omnibus iuris error in damnis amittendæ
rei ſuæ non nocet.in eadem.l.in princi.vltimi re-
ſponſi,mares à fœminis non diſtinguit, neque in
hoc mulierum conditio eſt melior , præterquam
in caſibus expreſsis in dicta.l. regula. ff. de iuris
& facti ignoran. & quos illhic Accurſ.in verbo,
in quibuſdam.commemorat. & in.l.fina.C.eod.
de iuris & facti ignoran.nec obſtat.l.ſi auiam.C.
de ingenu.& manumiſ.nam illa lex dirigitur cui-
dam feliciſsimo,qui cum dubitaret an ea quæ de
ſtatu quæſtionem patiebatur cum re vera inge-
nua eſſet ſi pendente lite filios produxit an inge-
nui eſſent,cùm ridiculoſam interrogationem eſſe
Imperator agnoſceret,reſpondit, ſi cum peritio-
ribus tractatum habuiſſes facile cognoſceres.
quare lex illa quantum ad hanc noſtram diſputa-
23 tionem nihil affert. Et per eam illhic Bald. † di-
cit iudices rectius facere ſi ad ferendas ſententias
cum peritioribus tractatum habeant , cum vt in-
quit text.in.l.dubium. C.de repud.quæ conſilio
geruntur,rectius agi atque ob id iure meritóque
effectu & firmitate maiore vti , quamuis de iure
hoc neceſſe non habeatur ſecundum Bal.per.l.
qualem.ff.de arbi. Hodie ex legibus regijs iudi-
ces conſiliarios habere debent , alioqui ſi in iure
errauerint tenentur.capitu.ſtatutum.§.primo.de
reſcriptis.in.vj.ſed nec inficiendum eſt, ſi mulier
peritos conſuleret quin conſultius ageret , ſi ta-
men ſimplicitate mota peritiores non conſuluit
nihilominus ei ſuccurri debere, ne quis rem eius
contra conſcientiam occupet.l.fina.C.vnde vi.l.
ſed & ſi lege. §.quod autem ait. ff.de petitio.hæ-
redi.quæ huiuſmodi detentores prædones appel
lat, eo quòd nullam poſsidendi cauſam habeant
& in.§.ſequen. eiuſdem.l. Fulgo. autem in dicta
l.regula.hanc doctrinam limitabat, niſi aduerſa-
rius forte etiam de damno vitando tractaret , ſi-
cut in ſimili dicitur vbi de facti ignorantia tracta
tur in.l.quamquam. ff.ad Velleia.l.ſi fideiuſſor.
§.non male.ff.mandati. Et hæc limitatio Fulgoſ.
iuuari poſſet ex dicta.l. de ætate. §.Celſus. ff.de
interroga.actio. ibi,ſi nulla captio ex eius pœni-
tentia ſit actoris,alioqui non eſt ſuſtinendum vbi
rei veritas detegi poteſt rẽ aliter ſe habere quàm
confeſſum ſit vt text.dicti.§.Celſus.inquit,maxi-
me ſi quis poſtea plenius ſui iuris inſtructus fue-
rit inſtrumentis , vel epiſtolis amicorum. quam-
uis vt ſuprà dixi ille text. non recte de errante in
iure intelligatur tamen ratio legis præber maxi-
24 mum argumẽtum pro limitatione Fulgo. † quo-
niam non debet iudex iniquitatem propter iuris
errorem ab altera partium prouenientem ſuſti-
nere , neque permittere.l. cum fideicommiſſum.
ff.de confeſ.cum obſtet poſſidenti rei alienæ con
ſcientia,dicta.l.finali. C.vnde vi. vbi vero de da-
mno vterque certat videtur poſsidentis conditio
potior eſſe. Sed hæc limitatio Fulgoſ. non vide-
tur vera per dictam.l.ſi fideiuſſor.§.non male.ff.
mandati. Nam fideiuſſor in iure errabat ſoluen-
do indebitum ciuiliter , cum debitori aduerſus
creditorem exceptio competeret , licet de dam-
no vitando certet , non tamen repetet à debitore
quod ſoluit , & ſic error iuris ei non proderit ,
quantumcunq; de damno vitando certanti.Petr.
in dicta.l.iuris ignorantia. C.qui admit.ad bon.
poſſeſ.poſ. in præſcriptione & condictione inde
biti limitabat dictam.l. error. ff. de iuris & facti
ignoran.de ea infrà dicam.vnum tamen non omi
ſerim quod Iacob.de Rauen.in dicta.l.non fate-
25 tur. ff.de confeſſ.dixit † eum qui ſe in iure errare
aſſerebat,dummodo talis perſona ſit, quæ facili-
ter iura ignorare poteſt, vel cui non ineſt iura ſci
re,vt non noceat ei iuris error:intellige,nõ quòd
ipſo iure non noceat , ſed beneficio reſtitutionis
in integrum iuuetur , & id probare videtur dicta
l.cum fideicommiſſum.ff.de confeſſis.licet aliter
illhic Angelus ſentiat , nec facienda eſt vis an lis
conteſta

contestata ſit necne, imo illa.l.cum fideicommiſ-
ſum.admittit in integrum reſtitutionem à præto-
re concedi poſſe vbicunque cauſa erroris legiti-
ma prætori apparet. Et iſta opinio eſt plena æqui
tatis, licet hodie per ſupplicationes quæ principi
offeruntur iuxta leges regias quas ordinationes
vocant, id obtineri debeat, tamen putarem iure
poſſe, imo debere prætoris ſeu iudicis officio ad-
mitti cum error à parte proceſsit, & in hoc iudice
hoc admiſit Imperator, vt Vlpian.refert in.l.di-
ui fratres. ff. de iure patrona.ſed in.l.diui fratres.
ff. de pœnis.lex reſtitutionem in integrum à prin
cipibus ſolum poſſe concedi ait, poſtquàm iudi-
cium interuenit. adde.l. primam. §. ſed an vltro.
ff. de quæſtio. & text.in.l.cùm putarem.ff.famil.
erciſcun. differentiam facit quando ſuper errore
interuenit ſententia & quando nulla ſubſecuta
eſt ſententia. In hac re iudicia variare vidi, dum
de Senatuſconſultis reuocandis quæſtio ſuborta
eſt propter autoritatem eorum, de qua in authen
tica, quæ ſupplicatio. C.de preci.imperato.offe-
ren.& in.l.vnica.C.de ſenten.præfect.prætorio.
26 † quoniam ab illis appellare non licet. l.prima.
ff.à quibus appell.non lic.ſed ſupplicare tantum
principi intra biennium dicta.l.vnica. C.de ſen-
ten.præfec.prætor. neque leges regiæ admittunt
iuris errorem poſſe proponi, ſed iſte non eſt ca-
ſus noſter: quæſtio autem noſtra eſt de errore
partis aliquando in curia auditæ cui per benefi-
cium reſtitutionis in integrum, tantum ſubueni-
tur vbi clare de errore eius cõſtitit iuxta dictum
§. Celſus.&.l.cum fideicommiſſum.ff.de confeſ.
ſi coram iudice ordinario erros commiſſus eſt in
cauſa appellationis paſsim beneficio ſupplicatio
nis principi porrectæ quæ iudicanda curiæ remit
titur aut beneficio literarum à principe obtenta-
rum cognitum eſt de errore, & ſuper eo deciſum
iuxta dictam.l.diui fratres.ff.de pœnis.l.diui fra-
tres.ff.de iure patron.in qua Imperatores ter va-
27 riaſſe cõpertum eſt in caſu illius legis. † iniquum
eſt enim vbi de iniuria vel non iure partis conſtat
vt vnicuique quod ſuum eſt non reddatur, & ob
id iuſtitia dicitur eſſe ars boni & æqui, in.l.pri-
ma.ff.de iuſtitia & iure.quia vnicuique quod ſu-
um eſt redditur.l.iuſtitia. §.iuris præcepta. ff.eo.
de iuſtitia & iur.§.iuris præcepta. Inſtitu.eodem
capi.primo.prima diſtinctio.& hac ratione prin-
ceps dicitur philoſophia plenus in.l.penulti. C.
de his quibus vt indign.ſimiliter & hĳ qui à prin
cipe electi ſunt, non aliter iudicaturi, quàm prin-
ceps ipſe iudicaturus eſſet.l.vnica.ff.de offi.præ-
fec.prætor.§.illud.in authent.de appella.& intra
quæ tempor. quibus inquit ſine ſpe appellatio-
nis cum dei & legum timore decidendas commit
tit Imperator per illũ text.ſimiliter facit.l.Aemi-
lius.ibi, quia tamen lex commiſſoria diſplicebat
ei pronunciauit in integrum reſtituendam. ff. de
minorib.& ſic æquitas ſingulariter ſuperioribus
iudicibus cõmiſſa eſt, non tamen in tantum æqui
eſſe debent vt æqui fiant, vt inquit Ange.in.l.be
ne à Zenone. C.de quadrien.præſcriptio. Et ra-
tio dicti.§.Celſus. in.l.de ætate. ff.de interrogat.
action.eſt æquitatis plena. ſi autem iuuari poſſet
hæc deciſio illa frequenti diſputatione quæ fieri
ſolet in.l.admonendi.ff.de iureiuran. &.l.diuus.
&.l.imperatores. ff.de re iudica. An propter in-
ſtrumenta de nouo reperta, liceat à iudicatis di-
ſcedere, & quæ in ea referri ſolent huic noſtræ
diſputationi conuenire poſſent quæ cõſulto præ
termitto. & Felin.in dicto capi.quoniam.in pri-
ma fallen.extra, de ſimoniac.ad confirmationem
28 ſuprà dictorum inducebat quæſtionem † de præ
lato, qui iuris ſolennitate omiſſa rem eccleſiæ a-
lienauit, vel in caſu non permiſſo vendidit: vt em
ptor quamquam propter iuris ignorantiam à re-
ſtitutione rei non excuſetur, à reſtitutione tamen
fructuum induſtrialium excuſabitur, alleg.Spe-
cul.in titu.de fructib.& inter.§.primo. Roma.in
l.quod vxor. ff.de acquiren.poſſeſ.mouetur Ro
man.autoritate gloſ.illius legis, quæ allegat.l.de
fructibus. ff.de donatio. inter virum & vxorem.
quia in eis bonæ fidei emptor loco domini eſt.l.
bonæ fidei. ff. de acquirendo rerum dominio.
l. qui ſcit. §.alieno. ff.de vſuris. hunc articulum
plenius proſequitur Felinus in capitul.de quar-
ta.ix.columna. extra, de præſcriptionibus. Ad-
uerte quòd.l. bonæ fidei. &.l. qui ſcit. §.alieno.
poſſent faciliter euitari, ſimiliter. l.ſed & ſi. §.ſci-
re. ff. de petitione hæreditatis. in qua Felin. ſin-
gulariter poſt Bartolum, Paulum, & Roma-
num, in dicta.l.quòd vxor.ff.de acquirenda poſ-
ſeſſione. & in dicto. §.ſcire. præcipuè motus eſt,
& gloſſ. in dicto. §. ſcire. in ſecunda ſolutione,
quam illhic gloſſ. approbat, ita ſentit. non enim
ex eis conſtat de eo qui contra iura cum præla-
ro, aut quouis alio nulliter, vel inutiliter merca-
tus eſt, vt eum excuſet iuris ignorantia etiam cir-
29 ca fructuum induſtrialium perceptionem: † quo
niam, ſecundum eos, non poteſt bonæ fidei poſ-
ſeſſor iudicari qui in iure errauit, dicta.l. quod
vxor. Imo prædo eſt per illum text. Et idem te-
ner Antoni.de Butr.in capitu.ad noſtram.in fin.
extra, de rebus eccleſ.non alienand. alleg.l.pro-
hibitum. C.de iure fiſci. libro decimo. l.qui fun-
dum.ff.de rei vendicatione.non obſtabit.§.ſcire.
qui aperte contradicere videtur, dum in eo dici-
tur non puto eum prædonem eſſe qui dolo ca-
ret quamuis in iure erret, non tamen ex eo dicit
eſſe bonæ fidei poſſeſſorem, ſed prædonem non
eſſe. Et Bartolus, ob id dicit inter bonam fi-
dem & malam fidem aliquid medium eſſe, vi-
delicet, non bonam fidem, & non malam fi-
dem, vel ſecundum Ioannem de Imola. aliud
eſt errare in titulo, vel in iure. Pone inquit in
eo qui rem in hæreditate inuenit quam hæredi-
tariam putabat, & pro hærede ſic poſſedit. hic cir
ca cauſam tituli errat, & id videntur ſonare ver-
ba, dicti. §. ſcire. ibi, putauit enim recte factum

teſtamentum, cùm inutile eſſet, vel cum eum præ
cederet agnatus ſibi potius deferri. & in.l.penul.
§.fin.ff.pro ſuo. &.l.Celſus.ff.de vſucap.allega-
tur.l. qui ſcit. §.alieno. circa fin. & melius.l.fru-
ctus.ff.de vſur.l.de fructibus.ff.de donatio.inter
virum & vxorem. ſed illæ leges ſic interpretan-
30 tur † de re aliena donata à viro vxori, vt fructus
perceptos ſuos faciat. Sed quicquid dicatur ego
hanc rei veritatem eſſe puto, in dicta.l. fructus.
maritum rem ſuam vxori donaſſe & quamuis do
natio nulla ſit.l.j. ff.de dona.inter virum & vxo-
rem. fructus autem non reſtituit, ſed ſuos facit,
dummodo induſtriales ſint, nō autem naturales.
Ego idem dico ad dictam.l.de fructibus. quia in
telligitur de fructibus à muliere ex re mariti per
maritum ſibi donata perceptis, in quibus dicit va
lere donationem quemadmodum de vſura perce
pta ex re donata. Et vt clare intelligas quare Iu-
reconſultus in dicta.l.de fructibus. dixit fructus
quoq; vt vſuras licitam habere donationem, noli
intelligere vt recte illhic Accurſ. ſenſit quòd fru
ctus fundi nominatim donati fuerint vxori quia
inutilis eſſet donatio. l.pro oneribus. C.de iure
doti.quatenus ex illa donatione mulier locuple-
tior fieret, ſed quòd fructus ex re donata perce-
pti ab vxore ſui fiant quemadmodum vſura.nam
in.l. quid ergo.eo.titu.quæ præcedit dictam.l.de
fructibus.quæſtio fuit de quinquaginta aureis ex
centum qui apud debitorem mariti erant, id eſt,
quæ marito ſub vſuris debebantur: ex quibus
quinquaginta donatis mulier à debitore alia qn-
quaginta accepit. dubium fuit an quinquaginta
quæ in ſorte erant cum alijs quinquaginta per
vxorem nomine vſurarum receptis maritus ab
vxore repetere poſsit. & dicit maritum non du-
plicata quinquaginta repetere, ſed quinquaginta
tantum quæ donauerat. & ſic vſura lucro eſt vxo
31 ri. & ideo in.l.de fructibus.pariter dixit † vt fru-
ctus percepti ex re mariti vxori donata fiant vxo
ris in eisq; licitam eſſe donationem quemadmo-
dum vſura ex debito mariti proueniens, & per il
las tres leges dico ex contractu inutili etiam vbi
in iure erratum eſt circa ipſum contractum fru-
ctus non venire in reſtitutionem, ſed intellige de
induſtrialibus tantum non autem de naturalibus
dicta.l.fructus.ff.de vſuris. Nec obſtabit.l.quod
vxor. ff.de acquiren.poſſeſſi. dum dicitur virum
prædonem eſſe qui rem ab vxore donatam poſ-
ſidet: intellige verum eſſe quantum ad effectum
vſucapionis quia vſucapere, vel præſcribere non
poterit. Iuris enim error, in vſucapione non pro-
deſt.l.iuris ignorantia.j.ff.de iuris & facti ignor.
l.nunquam. & dicta.l.Celſus. ff.de vſucapio. ſed
quantum ad fructus prædo non erit, imò bonæ fi
dei poſſeſſor æſtimabitur, & quemadmodum bo
næ fidei poſſeſſor fructus induſtriales perceptos
ſuos facit. l.qui ſcit. in princip. & in.§.in alieno.
& dicta.l.fructus.ff.de vſuris. & dicta.l.bonæ fi-
dei. ff.de acquirend.rerum domin. ſimiliter & is
qui titulum habet, licet inutilem, ſed iuris errore
32 vtilem æſtimatum, † & ſic bona fides in reti-
nendo prodeſt, licet in acquirendo non proſit di
cta.l.ſed & ſi lege. §.ſcire. ff.de petitio.hæredita.
Ex illis legibus puto Felin. ſententiam & eorum
quorum opinionem approbauit recte probari,
& melius quàm in nulla alia lege, de quo vide
quæ Canoniſtæ fere omnes ſcribunt poſt gloſ.in
capitu.grauis. extra, de reſtitutio.ſpolia. reliqua
proſequere vt per Felin.in dicto capi.de quarta.
ix.&.x.colum.extra, de præſcript. eundem Feli.
in capi.cum cauſa.colum.viij.verſi.reſpectu fru-
ctuum.extra, de re iudica. Anton.& Abb.in cap.
ad noſtram. extra, de rebus eccle.non alienan.&
Bartol.poſt Accurſi. in.l. at ex diuerſo. ff. de rei
vendicati.dixit in induſtrialibus bonæ fidei poſ-
ſeſſorem ſiue cum titulo, ſiue abſque titulo fru-
ctus ſuos facere à quocunque perceptos & dicit
Barto.omnes cum Accur.in fructibus induſtria-
libus conuenire. Cæterum ab Accurſi. diſſentit
Bartolus, in fructibus naturalibus. aduerte quid
Accurſi.circa lucrum fructuum induſtrialium &
naturalium dicat in dicta.l.at ex diuerſo. & in di-
cta.l.fructus.ff.de vſuris. & in.§.ſi quis à non do
mino. Inſtitu.de rerum diuiſio.& in.l.certum. C.
33 de rei vendicatio. † Dicit enim nullum poſſeſſo-
rem bonæ fidei fructus naturales ſuos facere per
dictam.l.fructus. ff.de vſuris. licet inquit videa-
tur debere eum ſuos facere per. l.bonæ fidei. ff.
de acquiren. rerum domini. ſed non ita eſt. ideo
Accurſ. verbum omnes in illa lege poſitum intel
ligit ſiue à ſe ſiue à quouis alio ſuo nomine perce
ptos ſuos facit.l.qui ſcit.§.præterea. ff.de vſuris.
Clarius gloſſ. explicat in dicta.l.fructus. dum in
dicta.l.bonæ fidei.dicitur omnes fructus fieri bo
næ fidei poſſeſſoris, ſcilicet non ſolum quos ipſe
percepit vel ſua cultura, ſed & quos alius dum-
modo ſint induſtriales. Sed hæc gloſſ.interpre-
tatio Bartol.non placuit in dicta.l. at ex diuerſo.
dicit enim dictum gloſſ.aperte eſſe contra caſum
dictæ.l.bonæ fidei. ibi, non tantum eos qui dili-
gentia & opera eius peruenerunt: ſed omnes, in-
quit Bartol. vt illa aduerſatiua, ſed aliquid ope-
retur ſic oportet illam legem interpretari, ſed o-
mnes etiam ſi quos ſua diligentia non percepit,
vt aliquid aduerſetur. Et ideo, inquit Barto.poſt
34 Iacobum de Areti.& Oldrad. † bonæ fidei poſ-
ſeſſorem habentem titulum omnes fructus natu-
rales, non tantum quos percepit, vel qui ab a-
lio percepti ſunt ſuos facere, ſed etiam omnes,
id eſt, quos non percepit ſua diligentia. Si ve-
ro inquit Bartol. poſt Iacobum de Areti. & Ol-
dradum, in dicta. l. bonæ fidei poſſeſſor. titu-
lum non habeat, vel ſi habet inutilem tamen,
& non facere ſuos, dicta. l. fructus, quid ſen-
tiam in hac re nunc dicam dum explicauero quid
de induſtrialibus Accurſius ſentit, quem Bar-
tolus approbat, & dicit omnes cum Accur-
ſio ſentire.

De indu

De induſtrialibus fructibus dicit Accurſi.bo-
næ fidei poſſeſſorem ſiue cum titulo, ſiue abſque
titulo percipiat ſuos facere ſecundũ omnes, quã-
uis non inueniatur ſecundum Accurſi. hoc lege
aliqua ſcriptum, ſed loquuntur omnes leges quã
do cum titulo bonæ fidei poſſeſſor percipit. §. ſi
quis à non domino. Inſtitu. de rerum diuiſi. l. qui
ſcit. §. in alieno. ff. de vſur. & ſubiungit, ſed ſatis
exprimit dicta. l. fructus. ff. de vſur. Clarius Ac-
35 curſi. exponit in. §. ſi quis à non domino. † dicit
enim bonæ fidei poſſeſſorem ſiue cum titulo ſi-
ue abſq; titulo poſsideat induſtriales tantum fru-
ctus per ſe ſine facto poſſeſſoris aut alterius per-
ceptos ſuos facere, non autem naturales dicta. l.
fructus. & dicta. l. in bonæ fidei. hoc dicunt duæ
gloſ. in dicto. §. ſi quis à non domino. in verbo,
iuſta. & in verbo, fructus.

Aduerte ad dictam. l. bonæ fidei. ff. de acquir.
rerum domi. ſi hæc dictio aduerſatiua perfecte ca
piatur, iuuat quod dicunt per eam Iaco. de Aret.
& Oldra. bonæ fidei poſſeſſorem nõ tantum fru-
ctus quos ſua cura, opera, & diligentia percepit,
vel cuiuſuis alterius opera percepti fuerint ſuos
facere, ſed & omnes non dixerim induſtriales tan
tum ſed & naturales neque in hoc ſit bona inter
naturales fructus & induſtriales diſtinctio, dum-
modo is qui poſſeſſor eſt cum iuſto titulo & bo-
na fide poſſideat, neq; dictio illa vniuerſalis, om-
nes, poſsit imo non debeat in illa. l. bonæ fidei.
tam arctari, vt intelligatur de fructibus induſtria
libus tantum quos ipſe aut alius percepit, & ver-
ba illius legis quæ ſequuntur, nõ tantum eos qui
diligẽtia & opera eius peruenerint, tam ſtrictam
non admittunt interpretationem, vt ſolos indu-
ſtriales fructus comprehẽdant. Ratio illius legis
indicat, dum in ea dicitur, quia quod ad fructus
attinet loco dominij pene eſt. eadem ratio poni-
tur in dicta. l. qui ſcit. in princip. & §. in alieno. &
§. fina. ff. de vſur. In capite illius. l. qui ſcit. dicitur
36 † quia omnis fructus non iure ſeminis, ſed iure
ſoli percipitur, in. §. in alieno. eiuſdem. l. dicitur
quoniam in percipiendis fructibus magis corpo
ris ius ex quo percipiuntur quàm ſeminis ex quo
oriuntur, & hoc probat illius legis exemplum de
eo qui in fundo ſuo frumentum alienum ſeuit, ſe-
getes inquit, & quod ex meſsibus collectum fue-
rit meum fiet. Tertiò in eodem. §. verſicu. porro,
dicitur bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis fru-
ctibus id iuris habet quod dominis prædiorum
tributum eſt. & in. §. præterea. eiuſdem. l. dicitur
bonæ fidei poſſeſſorem in percipiẽdis fructibus
potius ius fructuario habere, nam fructuarius nõ
niſi à ſolo ſeparatos ſuos facit bonæ fidei poſſeſ-
ſor ſtatim quòd percepti ſint, vel à ſolo ſeparati
eius fiunt, idem in. l. ſi vſufructuarius meſſem. in
fine. ff. quibus modis vſufruc. amitta.

Reſtat tantum reſpondere ad. l. fructus. in fin.
ff. de vſur. qui text. videtur eſſe adeo clarus pro
Accurſ. vt vana ſit hæc noſtra diſputatio, dum in
fine illius legis dicitur, nam ſi pomum decerpſe-
rit, vel ex ſylua ceciderit, non fit eius, ſicuti nec
cuiuslibet bonæ fidei poſſeſſoris, quia non ex fa-
cto eius is fructus naſcitur. quæ verba generali-
ter in quocunque poſſeſſore concludere viden-
tur, ſiue cum titulo, ſiue abſque titulo poſsideat.
Sed dic ad illa verba cuiuslibet poſſeſſoris bo-
næ fidei ſine titulo, vel cum titulo non idoneo ad
dominij acquiſitionem. & ſimili interpretatione
vtitur glo. in. l. ſi fugitiui. in verbo, quælibet alia.
37 C. de ſeruis fugitiu. † Secus igitur in bonæ fidei
poſſeſſore dicendum eſt, qui cum iuſto titulo, &
bona fide rem acquiſiuit, quia ille loco domini
eſt per dictam. l. bonæ fidei. & quemadmodum
dominus ratione dominij non tantum fructus in-
duſtriales ſuos facit, ſed & naturales: ſimiliter de
bonæ fidei poſſeſſore dicendum eſt, qui bona fi-
de & iuſto titulo poſsidet, alioquin quantum ad
percipiendos fructus loco domini non eſſet, con
tra caſum dictæ. l. bonæ fidei. & dictæ. l. qui ſcit.
Et ſicut dominus, non tantum induſtriales, ſeu
quos ſua diligentia, & opera percepit ſuos facit,
ſed & omnes, id eſt naturales, ſiue per ſe aut quẽ-
cunque alium percepti fuerint, eodem igitur mo
do in bonæ fidei emptores dicendum eſt, & text.
in dicto. §. ſi quis à non domino. Inſtituta, de re-
rum diuiſione. de eo bonæ fidei poſſeſſore loqui
tur, qui cum iuſto titulo habili ad dominij acqui-
ſitionem rem poſsidet vt fructus ex fundo ſua
cultura & cura perceptos ſuos faciat. In quo tex.
nota verbum, cura. quod æque fructus compre-
hendit, qui naturales reputantur, quemadmo-
dum & induſtriales. quamuis Bartol. in dicta. l.
at ex diuerſo. ff. de rei vendicatione. plurimum
dubitet propter gloſſ. in dicto. §. ſi quis à non do
mino. in verbo, cura. quæ ſecũdum eundem Bar-
38 tol. vult † lac, lanam & pilum appellatione fru-
ctuum induſtrialium venire. Aduerte primò lac,
lanam, hœdos, agnos, & vitulos, pleno iure eſſe
bonæ fidei poſſeſſoris, & fructuarij. l. in pecu-
dum. ff. de vſuris. & non attendi in fructuario il-
lam rationem an perceperit, ſed dicit ſtatim fie-
ri pleno iure fructuarij. Et Imperator in. §. in pe-
cudum. Inſtituta, de rerum diuiſione. dicit ſtatim
naturali iure dominij fructuarij eſſe. Ecce quo-
modo diuerſa eſt ratio ſatorum, ſeu fructuum in-
duſtrialium, lactis, lanæ, agnorum, hœdorũ & vi
tulorum. Et ideo naturalium fructuum appella-
tione venire, cum ille. §. in pecudum. dicat natu-
rali iure ſtatim ſieri dominij fructuarij. quare
non eſt hæſitandum, quin veniant appellatione
fructuum naturalium, quamuis circa illorum per
ceptionem multa cura neceſſaria ſit, imo factum
hominis circa perceptionem, & conſeruationem
eorum neceſſarium eſt, vt inquiunt Petr. & Cin.
in. l. certum. C. de rei vendicatione. Et ideo ali-
ter fructus naturales ab induſtrialibus, diſtin-

xit, quàm fecerit Accurſ. in dicta.l. at ex diuerſo.
39 † dixit enim ideo fructus naturales dici, quia in
eis plus natura quàm hominis induſtria operatur
induſtriales vero econtrario vbi plus induſtria
& cultura hominis quàm natura confert. Et hanc
diſtinctionem Angel. Aretin. in dicto.§.ſi quis à
non domino.ſequitur, licet de Petr. mentionem
non faciat.

Addo aliam conſiderationem ſi ius bonæ fidei
poſſeſſoris in percipiẽdis fructibus fundi potius
ſit iure vſufructuarij: & indubitatũ ſit fructus ar-
borũ fructuarij eſſe.l.item ſi fundi. &.l.ſeq. &.l.
arboribus.ff.de vſufruc.Igitur in bonæ fidei poſ
ſeſſore idem iudiciũ eſſe debet, vt fructus arborũ
qui naturales ſunt percipere debeat. Nam & in
re ruſtica cura eſt, vt teſtis eſt Horatius in epod.
Ergo, inquit, aut adulta vitium propagine altas
maritat populos, aut in reducta valle mugentiũ
proſpectat errãtes greges, inutilesq́ falce ramos
amputans feliciores inſerit, aut præſſas puris mel
la condit amphoris aut tondet infirmas oues. Et
quod ſequitur apud eundem Horatium in eodẽ
ca. in quo vitam ruſticam laudat, atq́ ob id beatã
eſſe dicit cum omnium iſtorum tantum curam ha
40 beat. † quòd autem lac, lana, et pilus, agni, hœdi,
& vituli bonæ fidei fiant poſſeſſoris. text. eſt cla-
rus vltra quàm dixi ſuprà in dicta.l. bonæ fidei.
in fin. ff.de acquir.rer.domi. ibi, & ouium fœtus
in fructu ſunt. Et ideo ad bonæ fidei poſſeſſorẽ
pertinẽt, & ſequitur in eadem.l. Et ſane quin lac
ſuum faciat quãuis plenis vberibus venierint du-
bitari non poteſt, idq́ in lana iuris eſt. Ecce quo-
modo illa gloſ. in dicto. §.ſi quis à non domino.
in verbo, cura. Inſtit. de rer. diuiſio. non ſic intel-
ligenda eſt, ſicuti Barto. dixit, neque de his dubi-
tari debeat quemadmodum & Bart. dubitauit in
dicta.l. at ex diuerſo. ff.de rei vendica. Idem dici-
tur in.l.ſequitur.§.lana. ff.de vſucapioni. Primò
enim de lana apud furem detonſa quæſijuit Iure-
conſultus, an vſucapi poſſet, & dixit nõ poſſe. cõ-
tra autem inquit ſi apud bonæ fidei emptorẽ eſt
quoniam in fructu eſt, & ſtatim fit emptoris, idẽ
in agnis dicendum eſſe ait. Quare inter poma, pi-
ra, lac, mel, lanam, & pilum, tametſi cura circa illa
habenda ſit, diuerſa tamen ratio eſſe non poteſt.
Et hanc conſiderationem habuit Petr. in dicta.l.
certum. C.de rei vẽdicati. Intellige ergo dictam
l.fructus.ff.de vſur. de bonæ fidei poſſeſſore, qui
ſine titulo, aut cum titulo inualido tantum poſsi-
det, vt naturales ſuos non faciat, ſed induſtriales
tantum. ſecus autem in bonæ fidei emptore, aut
alio bonæ fidei poſſeſſore, qui cum iuſto titulo
poſsidet, vt inquit dictus. §. ſi quis à non domi-
no. Inſtitu. de rerum diuiſio. Et in hac opini. fuit
Iacob. de Are. poſt Oldra. in dicta.l. bonæ fidei,
ff.de acquiren. rerum dom. Cuius meminit Iaſon
in apoſtil. ad Chriſtopho. Porc. in dicto.§.ſi quis
à non poſſeſſore. Inſtitu. de rerum diuiſ. Et prius
eo Bartol. vt ſuprà dixi, in dicta.l. at ex diuerſo.
tertia colum. ff.de rei vendicati. licet Bartol. non
alleget, & Barto. ſubſcribit ſe opin. Iaco. de Are.
& Oldra. & ego illis conſentio. Nam & vera eo-
rum eſt opinio. & Anton. de Butr. in cap. grauis.
extra, de reſtitutio. ſpoliator. cum Bartol. ſentire
videtur eo quòd Bartol. opinio. nouiſſimam re-
fert. Neque in iudicijs vbi ſæpius de hac re tracta
tum eſt dubitatio vnquam facta eſt, tametſi cum
Accurſi. dici poſsit communem opinionem legi-
ſtarum eſſe, præſertim Roma. Pauli, Rapha. Cu-
ma. & Moder. omnium in dicta. l. quod ſi vxor.
ff.de acquiren. poſſeſſio. Chriſtoph. Porc. & An
gel. Areti. in dicto.§.ſi quis à non domino. Inſti-
tu. de rerum diuiſio. Angel. de Peruſ. in dicta.l.
at ex diuerſo. ff.de rei vendicatio. Floria. de ſan-
cto Petro, in dicta.l. fructus. ff.de vſur. gloſ. in di
cto capi. grauis. extra, de reſtituti. ſpoliato. quam
ſequitur illhic Hoſtienſ. & communiter Canoni.
omnes, Cin. & Bald. in.l.certum. C.de rei vendi-
catio. Idem Bald. in dicta.l.fructus. ff.de vſur. Et
quotquot ſunt cum Accurſi. mouentur, per di-
ctam. l.fructus. neque aliud præter illam legem
habent. Cui, vti opinor, plus æquo ſatisfactum
eſt. Itaque cum Iacob. de Aret. Oldra. & Bartol.
tranſeo, quicquid ab Accurſi. & ſequacibus ſuis
dictum fuerit. Felin. autem in dicto cap. cum cau
ſa. colum. penulti. in princip. extra, de re iudica.
poſt Abba. illhic, & Lauren. de Rodol. in capit.
ſine exceptione. xij. quæſtio. ij. per illum text. &
capitu. ſi quis præsbyterorum. extra, de rebus ec
41 cleſ. non alienand. † dicit emptorem rei eccleſia-
ſticæ teneri non tantum ad rei reſtitutionem ſed
etiam omnium fructuum quantumcunque bonæ
fidei emptor. Nec excuſabit eum iuris error eo
quòd alienationi rei eccleſiaſticæ ius expreſſe re-
ſiſtat. Et argumentis quæ fiunt in contrarium re-
ſpondet ex doctrina Bartol. in dicta.l.ſed & ſi.§.
ſcire. ff.de petitio. hæredita. dum reſpondet ad.l.
quemadmodum. C.de agricol. & cenſi. libro. xj.
Quando lex actui reſiſtit dici poteſt contraueni-
entem legi malam fidem habere, & ideo teneri
ad fructuum reſtitutionem, ſecus vbi lex non aſ-
ſiſtit neque omnino reſiſtit, vt ſi teſtamentum mi
nus ſolenne fiat lex non aſsiſtit, non autem om-
nino reſiſtit & iſto caſu non teneretur ad fructu-
um reſtitutionem. Sed hec Barto. diſtinctio pati-
tur inſtantiam ex prædictis: nam donationi inter
virum & vxorem lex reſiſtit, & tamen fructus in-
duſtriales bonæ fidei poſſeſſor ſuos facit dicta.l.
de fructibus. ff.de donation. inter virum & vxo-
rem. & dicta.l.fructus. ff.de vſur. quantumcunq́
prædo circa rei acquiſitionem iudicetur in dicta
l.quod vxor. ff.de acquiren. poſſ. Non autem cir
ca lucrum fructuum dicta.l.ſed & ſi lege. §.ſcire.
ff.de peti. hære. Secundò qui de re pupilli ſciẽter
mercatur, nulliter agit, niſi cum iuris ſolennitate
acquiſierit dicta.l.ij. &.l.ſi quædam. C.de prædi.
minor. &.l.j. ff.de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura
ſunt. & tamen bonæ fidei emptor rei pupillaris

fructus

fructus ſuos facit dicta.l.bonæ fidei.ff.de acqui-
42 ren.rer.domi. † Tertiò, Eadem eſt prohibitio-
nis ratio eccleſiaſticorum, et pupillarium rerum.
c.auditis.extra, de in integ.reſti.l.qui ſolidum.§.
etiam.ff.de lega.ij. Ergo exemplum Bart. quod
de his facit quæ propter iuris ſolennitatem in ea
rum alienatione obmiſſam nulla eſſe putat in o-
mnibus concluderet quod Feli.negat, vt ex præ
dictis clare conſtat. Nõ videtur ergo hæc Bart.
diſtinctio ſubſiſtere.non obſtat.c.ſi quis presby
terorum.in ſi.extra, de re. eccleſia.non alien.qm̃
intelligit̃ de fructibus quos bonæ fidei emptor
ſuo labore non percepit.hoc dicit tex.in.c.ad no
ſtram.vbi hoc notat gloſſ.communiter ab omni
bus præſertim Innocen.Hoſtien. & Ioan. And.
approbata.extra, eo.de re. eccleſ.non alien. vbi
Hoſtien.inducit.text.cum gloſſ.in.c.vulterane.
xij.q.ij.Nam quantum ad eos fructus non eſt in
mala fide.& omnes bonæ fidei poſſeſſores indu
ſtriales fructus ꝑceptos ſuos faciãt.d.l.fructus.
ff.de vſur.intellige de perceptis añ litẽ cõteſtatã.
l.certum.C.de rei vẽdica. licet in iudicio vniuer
ſali percepti poſt conuentionem ſeu motam con
trouerſiam reſtitui debeãt.l.ſed & ſi lege. §.ſi an
43 te litem cõteſtatam.ff.de peti.hæredi. † & quod
dicitur eum qui contra iura mercatur malæfidei
emptorem ſeu poſſeſſorem eſſe. l. quẽadmodũ.
C.de agrico.& cenſi.libro.xj.verum eſt quantũ
ad rem ipſam non autem quãtum ad fructus vbi
etiam cum bona fide iuris error concurrit, vt ſu-
prà dixi, vel niſi eſſet res quæ omnino in cõmer-
cium deduci prohibita eſt, qualis eſt res ſacra,
aut publica, quarũ rerum emptio nullius momẽ
ti eſt ipſo iure.l.ſed & Celſus.in princip.&.l. pa
cta.§.fin.l.ſi in emptione.§.omnium.ff. de cõtra
hen.emptio.c.dudum.extra, de deci.ſi tamen bo
na fide & ignoranter emptæ ſint aduerſus vendi
torem ad intereſſe actio conceditur. l.& liberi.
ff.de contrahen.emptio.§.fin.Inſti.de emptio.&
venditio.Idem in re eccleſiæ ignoranter empta.
prælatus qui rem eccleſiæ minus ſolenniter ven-
didit ad intereſſe bonæ fidei emptoris condem-
nabitur. §.ſi quis igitur emere præſumpſerit.in
authen.de non alienan.aut permutan. re. eccleſ.
colla.ij.ita notat gloſſ.in dicto.ca.vulterane.xij.
quæſt.ij. & Hoſtien.in dicto.c.ſi quis presbyte
rorum.& in.ca.ad noſtram.extra, de reb eccleſ.
non alienã.& ita vſus & praxis obſeruat, & hoc
etiam notauit Hoſtien.& Ioan.Andr.poſt gloſ.
in.c.cura.in verbo.legitima.extra, de iure patro
na.& Petr.in dicta.l.certum. C. de rei vendica.
Bartol.poſt glo.in dicta.l.at ex diuerſo.ff.de rei
vendica.

Progrediamur vltro ad Din.diſtinctionem in
44 d.c.ignorantia. † dixit enim in ſecũdo diſtinctio
nis articulo, aut is qui errat, extra iudiciũ errat.
& ſubdiſtinguit: aut is qui errat de damno vitan
do certat, aut de lucro, ſi de damno, aut, inquit
Din.in eo facto errat̃ in quo verus dolus requiri
tur, & iuris ignorantia excuſat.§.ſi quis ignorãs.
ſuprà eadẽ.l.Si verò in eo facto erratur, in quo
præſumptus dolus aut lata culpa requiritur, &
tunc ſi factum publice notum errat vere vel iu-
re præſumptione vt ſi poſt edicti publicationẽm
lapſi ſint duo menſes, & iuris ignorantia nõ ex-
cuſat.l.leges.C.de leg.aliàs iuris ignotãtia excu
ſat.l.fi.ff.de decret.ab ordine facien.cum hac di-
ſtinctione Din.tranſit Henri. Bohic in dicto ca.
is qui.extra, de ſolutio.Iaco.Butrig.in dicta.l.er
ror.C.de iur. & fact. ignor. plura effundit quæ
cum longum eſſet referre conſulto ꝑtermitto ne
cathas occupare videar cum in multis cum eo
nõ ſentitem. Ioan.Fab.in dicta.l.error.breuius
45 abſoluit, † dicit enim errorem iuris regulariter
in damno vitando non nocere, dicta.l. error.ff.
de iur. & fact.ignor. Fallit ſecundum cum in ca
ſu.l.ſi duo.ff.de acquiren.hæredi.&.l.regula. ff.
de iur.& fact.ignoran.& ratio quare in illa lege
noceat iuris error ponitur illhic in glo.in verbo,
ſcire.in ſecũda ſolutione qm̃ damnum illhic con
tingens originem à lucro habet: ideo magis lucri
quàm damni cauſam, aut naturam ſapit.& hanc
ſolutionem glo.Bartol.illhic approbat, & ſequi
tur Bald.qui ſe remittit ad ea quæ poſt Barto.&
Accurſ.ſcripſit in.l.ſed emancipata.C. de iur. &
fact.igno.vbi poſt glo.& Barto.dicit tria eſſe cõ
ſiderãda.vnum quod vere eſt debitum, aliud ve
re lucrum, & aliud medium, quod magis lucrum
quàm debitum iudicatur, quantum ad id vt iuris
error noceat: & quod iure naturæ debetur non
proprie debitum eſt ſecundum illam glo. quam
Bartol.& omnes illhic approbant, & illam dicit
Barto.tenendam eſſe menti.l.fi.C.de cura furio.
46 Sed † ego non puto verum eſſe legitimam iure
naturæ debitam non dici vere debitam: quoniã
dico vere eſſe debitam, dicto.§.aliud quoque.in
authen.vt cum de appella.cognoſci.colla.viij.l.
nam & parentibus.in princi.ff.de inofficio teſta.
Cui ego coniungo.l.ſcripto hærede. ff. vnde li-
ber.ibi, non ſic parentibus liberorum, vt liberis
parentum debetur hæreditas.imo lex dicit filios
dum adhuc parentes viuunt eſſe quaſi olim do-
minos.l.in ſuis.ff.de liber.& poſthu.§.ſui. Inſti.
de hære.quali.& differ. & viuo patre quodam-
modo dominos exiſtimari, vt nullo momẽto di-
ci poſſit hæreditatẽ patris vacaſſe.l. placet. ff. de
acquiren.hæredi. Adde.l.ſed interim. in princi.
ff.de dona.inter vir.& vxor.& quod in ſimili di
cit tex.in.l.cum inter veteres. C.de fideicommiſ.
47 liber. † de eo qui adhuc in ventre eſt, cui liber-
tas eſt per fideicommiſſum relicta vt libertatem
ſimul cum ſole videat, in qua recte probari puto
generalem huius regni conſuetudinem qua dici-
tur mortuum ſaginare viuũ, id eſt, impinguare,
ſicut ſcribit diuus Hieronymus in epiſtola cõtra
Iouinianũ cap.xxxviij.dictum Galeni Hipocra-
tis interpretis referens, Athletas quorum vita &
ars ſagina eſt nec viuere poſſe diu ait, nec ſanos

eſſe, animaſque eorum, ita nimio ſanguine & adi
pſbus quaſi luto inuolutas, nil tenue, nil cæleſte,
ſed ſemper de carnibus & victu, & ventris inglu
uię cogitare. & Varro de re ruſtica. lib. vij. Pul-
los anſerum includunt in ſaginario, ibique pol-
lentem, & pollinem aqua madefactam dant ci-
bum, ita vt per dies ſaginent &c. iſtius conſuetu
dinis, vt ſæpe dicere ſoleo, meminit Cin. in. l. ea
lege. C. de condit. ob cauſam dat. Areti. in. l. pri-
ma. colum. x. princi. ff. de acquir. poſ. idem Aret.
poſt Paul. de Caſt. in. l. hæres in omne. ff. de ac-
quiren. hæred. Alex. in. l. cum hæredes, in princ.
ff. de acquiren. poſſeſ. Quibus adde tex. in. l. fin.
C. communia de manumiſ. ibi, vt ſit mors domi-
ni libertatis eorum exordium. & dicit illhic Bal.
48 mortuum viuentis oculos aperire, † ſimile eſt in
filio, & maxime de iure ciuili id eſt duodecim ta
bularum, quo iure filij ſui & neceſſarij patris hæ
redes erant, vt nolint velint hæredes ſunt neque
illo iure licebat abſtinere. l. neceſſarijs. ff. de ac-
quirē. hæredi. dicto. §. ſui. Inſti. de hære. quali. &
differ. Plus dico hæredis nomē retinere licet præ
toris beneficio aut aliàs à patris ſucceſſione ab-
ſtineant. §. reſtituta, Inſti. de fideicommiſ. hære.
l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor.
l. ex facto. §. Iulianus lōginus. ff. de vulga. & pu-
pil. ſubſtitu. imo de iure in quarta debita non po
terit neque poteſt pater grauamen aliquod im-
ponere. l. ſcimus. C. de inofficio teſta. neq; etiam
ea filium quoquo pacto priuare. l. ſi quis in ſuo.
§. legis. C. de inofficio teſta. niſi cauſa ſubſiſtente
ingratitudinis, dicto. §. aliud quoque. & ſeq. in
auth. vt cum de appel. cognoſci. collatio. viij. di-
xi plenius in authen. ex cauſa. C. de liber. præte-
49 ri. nihil vlterius hic repetam. † Ex quibus con-
ſtat recte dici non lucrum ſed vere debitam filijs
patris hæreditatem eſſe. & licet tex. in dicta. l. ſi.
§. ſui autem parentes. C. de cura furio. Has ratio-
nes ſatis cogitaſſe videatur dum ait, cū illico ap-
pareat vt ſuus hæres ſuis exiſtat parētibus. & ob
id Accur. illhic ſic illum tex. moderatur, vt id ea
ratione non dicatur ſuus hæres, vt ſtatim hæredi
tarijs creditoribus obligetur, & non poſſit abſti
nere, ſed Accurſ. recte dicit propter ius præto-
rium quod filijs abſtinendi facultatem conceſſit.
Sed de ciuili iure antiquo videlicet legis. xij. ta-
bularum filijs non licebat abſtinere, quare ſui &
neceſſarij hæredes parentibus erant, vtrunque
probatur in dicto. §. ſui. Inſti. de hæred. quali. &
differentia, & in dicta. l. neceſſarijs. ff. de acquir.
hæredi. & hoc etiam recte ſenſit Accurſ. in dicta
l. fina, in verbo, ſuis, in fine, & quod in illa. l. fin.
dicitur, quaſi debita, & in cæteris legibus, in qui
bus dictio, quodammodo, ſed ob id poſita eſt,
quia adhuc parentes viui exiſtant, & viuētis pro
prie non ſit hæreditas. l. quæ ſuperſtitis. & . l. ne-
minem. ff. de acquir. hæredi. & hoc modo ſentire
50 videtur gloſſ. in. l. nolle. eodem titulo. ff. † mor-
tuo autem patre ſic debita eſt vt ipſo iure filio

abſq; alio iuris miniſterio acquiratur. §. ſui. Inſti
tu. de hæredi. quæ ab inteſ. defer. ibi, nec curato-
ris aſſenſu acquiratur furioſo, ſed ipſo iure. &
ideo ſtatim creditoribus hæreditarijs tenentur,
dicta. l. neceſſarijs. imo quantum ad poſſeſſionē
nullum eſt dabile tempus medium iuris diſpoſi-
tione inter patrem & filium. l. cum miles. in prin
ci. ff. ex quibus cauſis maiores. & placet mihi gl.
declaratio in eadem lege cum reſpondet ad. l. cū
hæredes. in princi. ff. de acquir. poſ. dum filiū ab
extraneo hærede diſtinguit, quoniam, vt inquit
dictus. §. ſui. Inſti. de hæred. quæ ab inteſ. defer.
filijs ignorantibus, & mutis, & pupillis, & furio
ſis ipſo iure etiam abſque facto eorum vel ſuorū
tutorum, vel curatorum acquiritur, & hoc dicit
tex. in. l. in ſuis. in princ. ff. de liber. & poſthu. in-
quit illa lex in ſuis hæredibus euidentius appa-
ret continuationem dominij eorum perducere,
vt nulla videatur hæreditas fuiſſe quaſi olim hij
domini eſſent. Quid igitur ad. l. ſi duo. ff. de acq
ren. hæredi. dicendum erit in qua probatum eſſe
videtur iuris ignorantiam etiam in damnis noce
re, dupliciter reſpondetur. Primo in illa lege Iu-
reconſultus hoc in fauorem teſtantis inducere,
51 ne † pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus de
cedat, quod admitti non debet. §. hæreditas. ver
ſicu. neque autem. Inſti. de hære. inſti. Hoc pro-
bant. l. prima. & . ij. & . l. ſi quis hæres. ff. de acqui
ren. hæredi. ideo inuito & ignoranti portio deſi-
ciens accreſcit. l. hæredi. & . l. qui ex duabus. §. ſi.
ff. eodem. nō mirum igitur eſt, ſi in dicta. l. adiēs.
in parte ſit in totum hæres altero cohærede por
tionem repudiante. Secunda ratio colligi poteſt
ex. l. cum hæres. §. ſina. ff. eod. de acquir. hæredi.
dū ille tex. quærit de eo qui pro parte hæres pu-
re inſtitutus eſt, & in parte ſub conditione quo-
niam ſi pro ea parte qua eſt pure hæres inſtitu-
tus hæreditatem adiuerit fruſtra alterius condi-
tionis euentus expectabitur, quoniam in totum
hæres erit, niſi in ea parte qua ſub conditione
hæres eſt inſtitutus, ſubſtitutus datus fuerit, &
ideo vniuerſaliter hæres erit: licet non cogitaue-
rit ſe velle niſi pro parte obligare. & ratio eſt, qa
hæres debuit conſultius deliberare, vel conditio
nis euentum expectare priuſquàm in parte adi-
ret. & iſta ratione vti videtur tex. in dicta. l. in bo
norum. ff. de bonorum poſſeſ. & in. l. ij. §. primo.
ff. quis ordo. in bono. poſſeſ. ſerue. & in dicta. l.
ignorantia. C. qui admit. ad bo. poſſeſ. poſſunt.
l. fina. in princi. C. de iure deliber. verſic. cum igi
52 tur. † & iſta ratione tempus à lege ad deliberan-
dum conceditur hæredi, an vtile ſit ei adire, vel
repudiare, idq; à prætore impetrare debet. l. pri-
ma. ff. de iur. delibera. Ex quibus inſero vbi lex
tempus alicui concedit vt actum gerat, ſi incon-
ſulte hoc faciat habet qđ ſibi imputet. l. ſi auiā.
C. de inge. manumiſ. Addo huic rationi aliā con
ſiderationem. ius enim prætorium abſtinendi be
neficium inuenit, dicta. l. neceſſarijs. ff. de acqui-
renda

ren.hæredi.§.ſui.Inſti.de hære.quali.& differen
tia,& ob id centum dies ad deliberandum conce
dit.l.prima.&.l.ij.ff.de iur.deliber.Hodie verò
nouem mẽſes à iudicibus & à principe annus cõ
ceduntur.l.fin.§.& hæc quidem.C.de iur.deli-
ber.Prætor autem dum tempus concedere vo-
luit ſic moderatus eſt,vt ſi non petito die ad deli
berandum hæres inconſulte adierit prætextu iu-
ris ignorantiæ excuſari non poſſit,ſed oneribus
hæreditarijs aſtringetur,dicta.l.ſina.§.j.verſicu.
cum igitur.C.de iur.deliber. Quare ſeruãda eſt
lex in ſuis terminis,quam neque tranſgredi licet
niſi principis beneficio,dicto.§.& hæc quidem.
Ex his ergo liquido conſtat filium non contẽde
re paternam hæreditatem vt ei ſit luero,cum ſor
te damnoſa eſt,vti ſæpius cõtingere ſolet.l.obli
gare.§.j.in princ.ff.aucto.tuto.§.neque.Inſtitu.
de aucto.tuto.quãquàm luero ſa eſſe putetur ne
53 que ex ea vllum damnum habere poſſunt.† Ec
ce quomodo bæreditas magis ad damnum quã
ad lucrum legis interpretatiõe accommodatur.
neque etiam in cõſideratione eſt damnum,quod
ex immixtione hæres patitur,ſi priuſquàm ſe im
miſceat de hæreditarijs facultatibus ingrere ne-
gligat dicto.§.cum igitur,& has conſideratiões
habuiſſe videtur tex.in.l.cum ratio naturalis,in
princi.ff.de bo.damna.quem ad id ſingulariter
& diligenter leges.Aliter poteſt & ſecũdo ad di
ctam.l.ſi duo,reſponderi,& id ex glo.in verbo,
non poſſe eadem.l.nam in caſu illius legis pater
duos filios habebat ſuos et neceſſarios hæredes,
quos pro æquis portionibus hæredes inſtitue-
rat.alter filiorum poſtquàm prior abſtinuerat
hæreditati paternæ ſe immiſcuit ille tex.dicit hũc
qui ſe immiſcuit non poſſe recuſare,quo minus
vniuerſa onera hæreditaria ſubeat,ratio eſt,nam
quando paternæ hæreditati ſe immiſcuit ſciebat
aut ſcire poterat fratre abſtinente hæreditatẽ nõ
fuiſſe lucroſam.Quare imputet ſibi qui recta via
adire maluit aliter non diſquiſitis prius hæredita
rijs facultatibus dicta.l.fi.§.j.verſic.cum igitur.
C.de iur.deliber.& iſtud eſt quod illhic gloſſ.in
verbo.non poſſe dicere voluit,dum dixit impu-
tandum eſſe illi ſi adiuit ſciens alium abſtinuiſſe.
Secundò,Scire debuit poſtquàm frater abſtinue
54 rat ſolum ſe ſuturum hæredem † cum hæreditas
ſit ius vniuerſum quod defunctus habuit.l.hære
ditas.ff.de acquir.re.do.l.nihil aliud eſt hæredi-
tas.ff.de reg.iur.& ideo cum vnus hæredum ab-
ſtinet perinde eſt ac ſi vnus tantum hæres inſtitu
tus eſſet,vt ſuprà dictum eſt.imo non tantum in
paterna hæreditate hæres erit,ſed & in pupilla-
ri hæreditate ꝑ ius accreſcẽdi.l.ꝗ patri.ff.de acꝗ
ren.hæredi.& iſta eſt vera illius legis conſidera-
tio videlicet quod prius ſe abſtinuerat cohæres,
& ſciens illum abſtinuiſſe hæreditati ſe immi-
ſcuit,igitur ſi ignorauiſſet eum abſtinuiſſe,vel
poſtquàm adiuit cohæres abſtinuit,facilius au-
diendus eſſet is qui ſe immiſcuit volens ſe in to-
rum abſtinere.l.cum hæreditate.ff.eo.de acquir.
hære.ſed vbi prius eo ſciente frater abſtinuit de-
buit apud ſe cogitare,an etiam abſtineret,& ſic
non tam fuit iuris quã facti craſſa & ſupina igno
rantia ex temeraria immixtione procedens,vt ſu
prà dixi,per dictam.l.ſi.§.primo.verſicu.cũ igi
55 tur.C.de iure deliber. † Nõ mirum ſi iuris igno
rantia conſecutiua craſſæ & ſupinæ ignorantiæ
facti etiam in damnis non excuſetur.Quare ſatis
eſt factum dictæ.l.ſi duo.ff.de acquiren.bæredi.
neque in hoc contradicit.l.regula.§.ſed iuris.ff.
de iur.& fact.igno.imo illa lex in verſicu.ſed fa
cti ignorantia,cum declaratione data ad dictam
l.ſi duo,conuenit.dum in ea dicitur facti ignorã
tia,ita demum cuiꝗ; non nocet ſi non ei ſumma
negligentia obijciatur.Nam illa ſumma eſt hære
dis ignorantia inquirendi de facultatibus hære-
ditarijs dum videt cohæredem abſtinere quare
cohæredem nõ inquiſierit,cur abſtinuerit,ſecus
autem ſi poſtquàm adijſſet abſtinuiſſet.in hoc ca
ſu tolerraretur,vt ſaltem non cogeretur ad om̃ia
onera hæreditaria.& ideo in hoc tex.in.l.cũ hæ-
reditatem.ff.de acquiren.hæredi.dicit conditio-
nem,id eſt electionem ei dãdam,aut totam agno
ſcere aut à tota hæreditate recedere,& ita ſe abſti
nere propter alium qui per ſuam perſonam non
poterat.& quod dicitur in dicta.l.regula.§.ſed
iuris.declaratur dicta.l.ſi duo.ibi,dum aliam ra-
tionem addit,quæ de facti & iuris ignorantia lo
quitur,inquit illa lex.qui enim ſcit,aut ſcire po-
tuit illo abſtinente ſe omnibus fore implicitum
ea conditione adire videt̃,ex quibus verbis vtra
que ignorantia complexa eſt,Primo facti craſſa
ignorantia,cum inquit illo abſtinente ſcilicet fra
tre & cohærede conſecutiua huius eſt iuris igno
rãtia qui priuſquàm ſe immiſceret fratre abſtinẽ
te inquirere debuerat peritiores cõſulẽdo,an de
iure om̃ia onera hæreditaria ſubire teneret̃,quæ
eum non excuſat,ſicut dicit illa.l.regula.§.ſed iu
ris.ibi,vt cui facile ſit ſcire & detrimentum ſit iu
ris ignorantia,non quia hæreditas ſit ei lucrum,
quia re vera ei damnoſa erat,aut potius imagina
ri & recte opinari,& à ſeipſo inſtructus eſſe po-
terat ſuſpectam eſſe hæreditatem,quia cohæres
abſtinuerat,& dicta.l.regula,dicit eum non ex-
cuſari,vel qui in ſumma facti eſt,negligentia,vel
iuris ignorãtia quæ conſulto peritiore ſi ſua pru
dentia inſtructus non erat,tolli poterat.
56 Ad Ioan.Fab.diſtinctionem redeamus,† dicit
enim cum Dino in dicto.c.ignorantia.de regu.
iur.in.vj.iuris ignorantiam à dolo excuſare.§.ſi
quis ignorans.ſuprà eadem.l.cum quælibet cau
ſa etiã iniuſta à dolo excuſet.l.igitur.ff.de liber.
cauſ.de quo per Nicol.Spinel.in.l.miſſi opina-
tores.C.de exacto.tribu.lib.x.& in.§.fin.Inſti.
de obliga.quæ ex quaſ.delic.naſcun.quomodo
hoc intelligatur,dixi in dicto.§.ſi quis ignorans.
ideo hic non repeto.A culpa autem non excuſat
per.l.Diuus Claudius.ff.ad legem Corneliam

de falſ. intellige verum ſi dolo proxima non eſt.
l. de ætate. §. qui iuſto. ff. de interroga. actio. Su-
per lucro captãdo tolleratur dummodo cum al-
terius iniuria non proponatur, vt in vſucapione.
l. nũq̃. ff. de vſucapio. l. iuris ignorãtia. §. ff. de iu
ris & fact. ignor. Cui adde dictam. l. de ætate. §.
Celſus, ibi, ſi nulla captio ex eius pœnitentia ſit
actoris. Sed vltra quàm ſuprà dictum eſt aduer-
te Iureconſultum in hac iuris ignorantia lucrum
à damno non diſtinguere, in. l. regula. §. ſed iuris.
ff. de iur. & facti igno. vbicunque Iuriſconſulto-
rum copia haberi poteſt, quorum conſilio talis
57 ignorantia purgari poteſt. † & ideo ſufficere ad
imputandum ei qui iuris ignorantiam proponit
quod peritiores cõſulere facile potuiſſet, in qua
vt ſuprà dixi. nota hæc verba, cui facile ſit ſcire
ei detrimentum, & hoc verbum, detrimentum.
nota ſicuti & aliàs ponitur in. l. quod te. ff. de re-
bus credi. & dicta. l. in bonorum. ff. de bonorum
poſſeſ. &. l. ij. §. finali. ff. quis ord. in bon. poſſeſ.
ſerue. Concedo in pœnalibus iuris ignorantiã
à dolo, & latiore culpa excuſare, vt pœna exigi
non debeat. Secundò, dum quis ſuum proſequi
tur, & id non tam ratione eius qui iuris allegat
ignorantiam conceſſum eſſe puto quàm quod
lex exoſum habeat, vt cum aliena iactura quiſ-
quis locupletetur. l. nam hoc natura. ff. de con-
ditio. indebi. per rationem. l. ſi quis in tantam.
C. vnde vi. & id eſt quod dici ſolet ex bono
& æquo iudicare. l. quæſitum. ff. de ſepulch. vio
la. ibi, dixi recte eum ea actione experiri quæ in
bonum & æquum concepta eſt. l. iij. eodem titu
lo. & in. l. non ſolum. in princip. ff. de iniur. dici-
tur actionem illam ex bono & æquo eſſe. l. ſi ſer
uum. §. ſequitur. ff. de verborum obliga. ibi, ſcri-
bit enim hanc quæſtionẽ eſſe de bono & æquo.
58 l. ij. §. ſi quis tamen in finali. ff. ſi quis cautio. † id
enim quod bonum & æqum eſt, in iure ſeu iuris
& iudicis diſpoſitione manet: alioquin cõtra iu-
ris præcepta peccaret, q̃a non redderet vnicuiq;
quod ſuum eſt dicta. l. iuſticia. §. iuris præcepta.
ff. de iuſti. & iur. dixi ſuprà. Sed vbi ex parte con
uenti eſſet bona fides & iuſtus titulus acquiren-
di dominij hac ratione non obtineret, per ratio-
nẽ dictæ. l. de ætate. §. Celſus. ibi, ſi nulla captio
ex eius pœnitentia ſit actoris quæ eſſe poſſet ſi
iuris ignorãtiam allegãs audiretur, cum ſcire po
tuit aut debuit ſuo, aut alieno cõſilio inſtructus,
dicta. l. regula. §. ſed iuris ignorantia, vt ſuprà de
claratum eſt. Quare vt breui abſoluã dico iuris
ignorantiam non prodeſſe in vſucapione, dicta
l. iuris ignorantia. prima. ff. de iur. & fact. ignor.
l. Celſus. l. nunquàm. &. l. iuſto. l. ſi fur. ff. de vſu-
capio. l. ij. §. ſi à pupillo. ff. pro empt. in præſcri-
ptione. idem. l. finali. C. de præſcrip. long. temp.
l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. annorum. Secundò,
in lucris vel quaſi lucris non prodeſſe, dicta. l. iu
ris ignorantia. ij. &. l. ſequenti. ff. de iur. & facti
59 ignoran. † Tertiò, in damnis vitandis, id eſt, ſuũ
repetentibus, niſi in culpa ſit is qui ſuum ius re-
petere vult iuris ignorantiam allegat, dicta. l. de
ætate. §. qui iuſto. ff. de interro. actio. & ego cul-
pam appello ſecundum quod declarat illa. l. re-
gula. §. ſed iuris. ff. de iur. & fact. igno. l. in bono
rum. ff. de bonorum poſſeſ. l. ij. §. fina. ff. quis or-
do in bonorum poſſeſſione ſeruetur. quando is
q̃ iuris ignorantiam allegat ſuo conſilio vel alie-
no faciliter inſtrui poteſt, & ſibi non cauet, &
non poteſt niſi cum graui alterius iniuria fieri.
Cæterum ſi is qui rem detinet in mala fide eſt,
vt quia conſcientiam rei alienæ habeat æquum
& bonum & iuſtum eſſe puto circa id latiſſimũ
debere iudicis officium eſſe, vt cogat malæ fidei
detentorem ad reſtituendum beneficio. l. finali.
60 C. vnde vi. † & iſtud eſt quod canoniſtæ dicere
volunt ex æquitate canonica cogendum eſſe
vnumquemque reſtituere quod alienum eſt. ca.
ſi diligenti. & capi. vigilanti. & cap. finali. extra,
de præſcript. & regula peccatum. de regulis iu-
ris, in. vj. Sed vbi is qui poſſidet bona fide poſſe
dit, & cum iuſto titulo non videtur faciliter au-
diendum eſſe volentem, in alterius iniuriam iu-
ris ignorantiam allegare, vt ſuprà dictum eſt, q̃a
in hoc captio ſequeretur bonæ fidei poſſeſſori
quod non admittit illa. l. de ætate. §. Celſus. ff.
de interroga. actio. in quo videtur eorum opi-
nio formata dicentium eum qui. xxx. vel. xl. an-
nis bona fide & iuſto titulo præſcripſit non tene
ri ad reſtitutionẽ etiam ſi poſt. xl. annos elapſos
ſcientiam rei alienæ habere incipiat, cuius gloſſ.
meminit in dicto capitu. vigilanti. moti per ratio
nem dicti capitu. fin. ibi, vnde oportet vt q̃ præ-
ſcribit in nulla temporis parte rei habeat con-
ſcientiam alienæ. à contrario ſi poſt lapſum legi-
timum præſcriptionis tempus conſcientiam rei
alienæ habeat non nocet. ſimiliter articulus di-
ſtinctionis Ioã. Fab. in dicta. l. error. C. de iur. &
fact. ignor. probari poteſt, dum in lucris nõ pro-
deſſe iuris ignorantiam dicit, ſi cum alterius iniu
61 ria iuris ignorantia proponatur. † Ego vero vl-
tra quàm dicat Ioã. Fab. puto non tantum in lu-
cro id conſiderandum eſſe, verumetiam in dam-
nis vitandis extendendum cum diſtinctione ta-
men præcedente, niſi forte titulus lucratiuus vel
prope lucratiuus ſit: non autẽ ſi onerosus eſſet,
iuxta diſtinctionem dictæ. l. apud Celſum. §. au-
toris. ff. de except. doli. Sicut & olim Alanus an-
tiquus gloſſator diſtinguebat, in dicto. c. vigilã-
ti. vt illhic Bernardus in gloſſ. meminit. extra, de
præſcrip. in quo caſu recipi poſſe exiſtimo illam
Iurecõſulti cõſiderationẽ poſitã in. d. l. regula. §.
ſed iuris. ibi, ſi Iurecõſulti copiã, vel ſua prudẽtia
inſtructus vt cui facile ſit ſcire ei detrimẽtũ ſit iu
ris ignorãtia in qua põdero verbũ detrimẽtũ. nã
ſi is q̃ iuris ignorantiam allegat ſatis ſua erat aut
eſſe debeat prudentia inſtructus de ſe querat̃, vt
ſuprà

ſuprà dixi. l. prima. C. qui & aduerſ. quos &c.
62 & † ideo ſuam turpitudinem ſeu iuris ignorãtiã
allegans, cum alterius iniuria audiẽdus nõ eſſet,
vt ſuprà dixi poſt Fulgo. ipſe enĩ deſpicere prius
debebat, vt inquit in ſimili. l. prima. C. de eden.
ipſe inquit, diſpice. Hoc idem dicit dicta. l. in bo
norum. & . l. ij. §. finali. ff. quis ord. in bo. poſ. ſer
ue. Secundò, Si ſuo conſilio ſatis inſtrui non po
teſt cõſilium prudentium petat, dicta. l. in bono-
rum, argumento dictæ. l. ſi auiam. C. de ingenuis
manum. & . l. dubium. in princip. C. de repud. q̃d
commemorauit Bald. in dicta. l. iuris ignorãtia.
C. qui admit. ad bono. poſ. poſ. intellige vt ſta-
tim diximus dummodo alterius captio non ſit.
Sed p̄dictis, dicta. l. error. ff. de iur. & fact. igno-
rã. plurimum aduerſatur quæ nulla ſexus diſcre
tione habita iuris errorem in damnis, id eſt amiſ
ſione rei ſuæ nocere non vult. & . l. iuris ignoran
tiam. ij. ff. de iur. & fact. igno. clare hoc dubium
63 abſoluit dum ait † ſuum petentibus iuris ignorã
tiam nõ nocere, acquirere autem volentibus nõ
prodeſſe. Ecce quo non diſtinguit, an is qui cõ-
uenitur bona fide, an verò mala fide poſſideat,
aut rem detineat, neque ex qua cauſa, an onero-
ſa ſit, vel lucratiua ſeu quaſi lucratiua, & an in iu
dicio vel extra iudicium error iſte iuris proceſſe
rit, ſeu interuenerit. iſtud æquius et iuſtius eſſe vi
detur, per ea quæ ſuprà dicta ſunt, ſed ex præce-
dentibus vtrunque ſaluari poteſt: non repeto.

Reuertamur ad Din. diſtinctionem, in dicto
c. ignorantia. de reg. iur. in. vj. quam Henri. Bo-
hic proſequitur, vt ſuprà dixi in. ca. is qui. extra,
64 de ſolutio. † Si erratur in eo, in quo requirit̃ do
lus præſumptus, vel lata culpa, aut melius latior
culpa, ſiquidem publicæ notum erat vere vel iu-
ris præſumptione, vt ſi à tempore publicatæ le-
gis, aut conſtitutionis lapſi ſunt duo menſes &
huiuſmodi ignorantia iuris non excuſat. l. leges
generales. C. de legi. alioquin ſi non eſt publice
notum vere vel præſumptiue excuſat. l. fin. ff. de
decre. ab ordi. faciẽ. Ego autem, vt dixi in. §. ape
rire ſuper verbo, ignarus, ſuprà eadem. l. non tã
puto ignorantiam quàm ignorationẽ debere di
ci. §. primo. in authẽ. vt fac. no. cõſtiti. colla. viij.
ibi, cur enim culpabimus eos qui poſitas noſtras
ignorauerint conſtitutiones vel ſi poſt paulũ for
te quàm ſcripta lex eſt & adhuc ignorata. & in
princi. illius tituli, ibi, quia licet factæ ſint leges
tamen non ſunt cognitæ. & in. §. prouinciarũ ve
rò præſides. eo. titu. ibi, vt nullus de cætero occa
ſionem ſumat cuiuslibet ignorationis. & ſi dixe-
ris poſt duos menſes non licere legem publica-
tam ignorare, & veluti ius perpetum & fixum
erit huiuſmodi lex poſtquàm publicata fuerit, &
ideo ſicut de iure dudum ſcripto ignorantiam di
cimus, ſimiliter de huiuſmodi conſtitutione poſt
duos menſes quàm publicata eſt dicendum ſit.
Sed adhuc recte ignoratio dici poteſt quamuis
ignoratio excuſabilis non ſit, vt dicit ille tex. in
§. prouinciarum præſides. in auth. vt fact. no. cõ-
ſti. tamen ignoratio dici debet, quia adhuc forte
omnibus nota non ſit, & ideo ignorata dici de-
beat. §. ſi vero nulla. in verbo, ignorata, in authẽ.
65 hæc conſt. interpre. prior. colla. vj. † Clarum eſt
autem legis ignorantiam præſcriptionem impe-
dire, dicta. l. ſicut. in. fi. C. de præſcrip. xxx. anno
rum. Sed in caſu illius legis non poteſt probabi-
lis eſſe ignoratio quia poſt. xxx. annos non licet
dicere ſe ignoraſſe conſtitutionem nouam ſuper
xxx. annnorum præſcriptione factã poſt lapſos
xxx. annos, cum non niſi duo menſes ad notitiã
legis habendam concedantur, dicto. §. j. in auth.
vt fact. no. conſti. collatio. viij. Non enim tã diu
turna ignorantia excuſat, quia vera non ignora-
ta dici poteſt, ſed vera iuris ignorantia quæ non
prodeſt in vſucapione, neque in præſcriptione,
vt ſuprà dictum eſt, dicta. l. ſicut. & . l. fina. C. de
præſcrip. long. tempo. l. Celſus. l. nunquàm. l. iu-
ſto. ff. de vſucap. l. iuris ignorantia. j. ff. de iur. &
fact. ignoran. l. ij. §. ſi à pupillo. ff. pro empt.

Quando autem lex incipiat ligare, & ad quæ
negocia trahitur dic copioſe, vt per Feli. in. c. ca-
nonum ſtatuta. & in. c. cognoſcẽtes. & in. c. quæ
in eccleſiarum. extra, de conſtitu. & quod notant
omnes in. l. leges generales. C. de legi. in dicto ti
tu. in authen. vt factæ no. conſti. in. l. ſed & ſi pu
pillus. §. de quo palam. ff. de Inſti. actio. in. l. fin.
C. de ſacroſanct. eccleſ. §. fin. in authẽ. vt in med.
litis non ſi. ſacr. iuſſio. colla. viij. c. cum in tua. ex-
tra, qui matr. accuſa. poſ. & ex eorum diſputa-
tione recenſebo ibi quæſtionem quæ nunc in fa
66 cto occurrit † iuris diſpoſitiõe perſonales actio
nes minori tempore quàm. xxx. annis nõ præſcri
bunt̃. l. prima. C. de anna. excep. & dicta. l. ſicut.
Pone quod lege Regia tempus illarum actionũ
abbreuiatum fuerit, ſicuti re vera ita eſt in actio-
ne reſciſſoria ex capite doli, vel fraudis, quoniam
decem annis tantum durat, an regia lex ſeu con-
ſtitutio futuros contractus tantum aut actiones
quæ poſt publicationem naſci incipiũt reſpiciet,
an verò ad iam quæſitas actiones trahenda ſit vt
ſi infra decem annos à die publicatiõis dictæ cõ-
ſtitutionis actum non ſit actione quæ iam cœpe-
rat ante publicatam conſtitutionem competere,
an poſt decem annos à die publicatæ conſtitutio
nis computãdos creditor præſcriptione nouæ le
gis excludetur. Scio communes traditiones eſſe
verba legis conſideranda eſſe, an velint ad præ-
teritas actiones aut negocia præcedentia legem
ipſam trahi. & id de indubitabili eſſe, dicta. l. le-
ges generales. in fi. C. de legi. §. ſuper hoc. in au-
then. in med. lit. non ſi. ſacr. iuſ. alioquin futuras
tantum comprehendit, dicta. l. leges generales.
§. de præſcriptione. in auth. vt ſponſa. largi. col-
latio. ix. ibi, non in præteritis, ſed in futuris tantũ
poſt præſentem legem negocijs atque cauſis va-
lere præcipimus, dicto. c. cognoſcentes. extra, de
de conſtit. Tu verò ſi vis ſatiari vide quæ copio-

ſe cumulauit Iaco.de bel.viſ.in.§.primo.in auth.
vt cū de appel.cognoſ.collatio.ix. vbi multa &
multa in vnam & alteram partem, & trium alia-
rum quæſtionum recenſuit.quibus in multis ad-
hæret illhic Barto.ideo hic plura non dicam, eo
maxime cum ſuper hac nouiſſima quæſtione ni-
hil adhuc deciſum ſit.Interim tamen non omitto
tibi notare tex.in.l.pater qui caſtrenſe.in fi.ff.de
caſtren.pecul.quem pro ſingulari notauit Petr.
in.§.rurſus.Inſti.de actio.Idem Petr.in.l.fin. C.
de tempo. in integ. reſti. peten.cuius memini in
proximo præcedente.§.per quem probatur non
competere in integrum reſtitutionem, licet facto
hominis actio abbreuiata fuerit,non dixerim fa
cto legiſlatoris imo facto hominis, inqt ille tex.
67 Cæterum † ſi teſtamenti cauſam pater omiſit, cū
peculium creditoribus ſoluendo nō eſt,nihil do
li videtur feciſſe quamuis temporis incurrat cō-
pendium.& illum tex.dicit illhic Barto.eſſe ſin-
gularē & à Petr.de bel.pertica didiciſſe, & pro-
ſequitur eius materiam in.l. qui bis. idem. ff. de
verborum obliga.& in.l.ſi creditori.ff. de lega.
j.& in.l.& ſi poſt tres.circa fi.ff.ſi quis cautio.Si
verò loquamur de eo qui ſibi ius cōpetere igno
rauit, & ob id ius ſuū amiſiſſe dicat, & licet hic
articulus forte conuenire poſſet ſuper articulo
diſtinctionis Din.& aliorum dum de facti igno
rantia loquuntur.Ego autē non puto à iure alie-
num ſi hunc articulum ab illo diſtinguamus, &
in hoc comprehēdat materiam.l.qui in alterius.
ff.de reg.iur.l.mater decedens.ff.de inofficio te-
ſtamen.l.cum vero.§.apparet.ibi per ignorantiā
iuris ſui.ff.de fideicommiſ.liber.l.fina.ff.de nau
ti.fœno.& eam Barto.aperit in.l.prima.§.ſi qs.
propter inundationem.ff.de itine.actuq; priua.
Copioſius Felin.in dicto.c.vigilanti.in. v. limi-
tatione.extra, de præſcrip.& fuit maxima cōcer
tatio inter doctores propter.l.fin.C.de præſcri.
longi tempo. & dictū.c.vigilanti,& ob id quæ-
ſtio ſatis vulgata tractari ſolet.an tēpus emphy-
teotæ ignoranti ius ſuum currat:ſimiliter & va-
ſallo qui infra annum tenetur fidem domino
facere.ca.j.de mili.vaſ.qui contu.eſt, collatio.x.
& in.c.vnico.de controuerſ.in.do. & empto.&
in.ca.ſi vaſallus feudum,ſi de feud.fuer.contro;
inter dominum & agna.colla.x.per Alexand.in
l.cum filiusfamiliās.§.in hac.ff.de verborū obli-
ga.Moder.Papien.tractant in.l.ij.C.de iur.em-
phy.de quibus paulo inferius aliqd diſſeremus,
& Bartol.in dicta.l.prima.§.ſi quis propter in-
68 undationem.ff.de itine.actuq; priua.† dicit ad-
uerſus eum qui ius ſuum ignorauit currere præ-
ſcriptionem licet aduerſus eam reſtituatur per iſ-
ſum tex.& hoc modo dicit concordare illū tex:
cum dicta.l.fina.C.de præſcrip.long.tempo. Pe
trus de peruſ. in tractatu canonicæ epiſcopalis:
ca.ij.ad fi.tenet ignoranti ius ſuum reſtitutione
opus non eſſe,cum aduerſus eum nō currat præ
ſcriptio.eius dictum Felin.refert in dicto.c.vigi
lanti in.v.limitatione.Sed aduerte non recte mo
ueri Barto.per dictum.§.ſi quis propter inunda
tionē.ille enim nō erat ſui iuris ignarus,ſed pro-
pter inundationem nequiuit cœptā præſcriptio-
nem continuare.Ob id lex reſtitutionem conce-
dit,ſed pro Bartol.eſt clarus.tex.in dicta.l. pan-
tonius.ff.de acquir.hæredi.dum de abſente cau-
ſa legationis loquitur,et melius dum de filio ab-
ſente ſua cauſa tantum,& non aliena, qui matris
hæreditatem agnoſcere nō potuit.hic enim quā-
uis ſtricto iuris rigore hæreditatem non agnitā
tranſmittere non poſſet,beneficio tamen reſtitu
69 tionis in integrum admiſſus eſt eius hæres.† Ec-
ce quomodo ignarus filius iuris ſibi acquiſiti ſeu
eius hæres reſtituitur,nec.l.fi.C.de præſcrip.lon
gi tempo.x.vel.xx.anno.intelligi poteſt de eo q
ius ſibi competere ignorauit, ſed de eo loquitur
q ſciuit rem ſuā poſſideri,& præſcribi, vel igno-
rauit rem ſuam præſcribi,& in hoc puto verū di-
xiſſe Petr.de peruſio,qui ad id ponderat dictum
c.vigilanti.ſed quod aduerſus huiuſmodi perſo-
nas quæ ius ſibi competere ignorauerint,nō cur-
rat præſcriptio, non recte puto eum dicere per
dictam.l.pantonius.& licet Paul. de Caſt. illhic
aduerſus Accurſ.inſiſtat quia non dicitur in illo
tex.tempus ad adeundā hæreditatem conceſſum
Pantonio auito hæredi inſtituto non cucurriſſe.
imo potius in ea contrarium probari,cum Panto
nius auitus hæres ante deceſſerit quàm aditionis
dies præterijſſe.& ideo nō cucurrit tempus,alio
q ſi cucurriſſet hæres læſus fuiſſet. et ideo ex per
ſona Pantonij in integrum reſtitutio competijſ-
ſet.Sed puto non obſtante Paul. de Caſt. conſi-
deratione recte in illa lege probari, puto ignorā
ti ius ſibi competere tempus currere,licet illi re-
ſtitutio concedi debeat. Nam clarum eſt Panto-
nium auitum quandiu vixit ignoraſſe hæreditatē
ſibi delatā fuiſſe.hoc probat ille text. dum ait an
te vita deceſſerat quàm ſe hæredem inſtitutū co-
gnoſceret.& quod ille tex.poſtea ſubiūgit, quia
intra diem aditiōis obijſſet, cōcedo propter pro
curatorem Pantonij auiti dictum fuiſſe qui bo-
norum poſſeſſionem ſecundum tabulas nomine
eius petierat quam hæres ratam habere non po-
tuit,quia defunctus viuens ratam non habuit. &
ideo non tranſmiſit ad hæredem.fruſtra igitur ra
70 tam eam habere hæres contendiſſet, † quoniam
is qui per ratihabitionem vult petitam bonorum
poſſeſſionem confirmari oportet eum in tempo-
re ratificare,quo bonorum poſſeſſionem petere
poteſt,nec ante petere exiſtimatur quàm ratā ha-
buit.l.bonorum.ff.rem rat. habe. & iſtud illhic
glo.conſiderauit in verbo, non potuerat, hæres
autem Pantonij petere non poterat qui ad eum
tranſmiſſa non erat,igitur &c.Sed conſidero ra-
tionem decidendi qua Iabolenus ductus eſt in il
lo caſu dicere ex æquitate reſtitutionem hæredi
Pantonij concedendam eſſe. Primò, dum dixit
Pantonius prius deceſſerat quā hæredem inſti-
tutum

tutũ ſe cognoſceret. & ſic ex capite illo quia Pan
tonius ius quod ſibi competierat viuens ignora
uit. & ex capite illius ignorantiæ voluit Iabole-
nus, hæredem Pantonij debere reſtitui exemplo
reſcripti diui Pij Imperatoris qui primo reſtitu-
tionem conceſſerat ei qui legationis munere fun
gebatur: & interim hæreditatem quam ſibi dela-
tam eſſe ignorauit, amiſerat. Secũdò, quod reſti-
tutionem pariter cuidam filio conceſſit, cui dela
ta erat matris hæreditas quam abſens, & ſic ius
ſuum ignorans amiſerit non facta in vtroq; caſu
diſtinctione, an ante vel poſt exactos dies qui ad
adeundam hæreditatem vel bonorum poſſeſſio-
nem petendã de iure conceduntur reuerſus fuiſ-
ſet, & adire, vel bonorum poſſeſſionem petere
potuiſſet. Sed omnino reſtituendos eſſe iuſſit, qa
ius ſibi in illis hæreditatibus competere ignora-
uerit. Similiter & in caſu dictæ legis Iabolenus
Pantonij hæredem ex æquitate reſtituendũ eſſe
voluit, quia ius ſuum hæres ignorauit. & hæreq
quoquomõ ſibi acquirere nõ valuit tametſi Pan
tonij procurator viuo Pantonio bonorum poſ-
ſeſſionem petijſſet. & voluit hæredem Pantonij
reſtituendum eſſe, atq; ſi viuens Pantonius hære
ditatem adijſſet aut bonorum poſſeſſionem peti
tam intra tempus iuris ratam habuiſſet, eo quod
Pantonio culpa, aut negligentia imputari nõ po
tuit, quia ius ſuum ignorauit ſeu ſibi competere
non cognouit. Ecce quomodo in parte deciſa il
lius legis Pantonius tẽpus ignoranti currere di-
cit licet aduerſus temporis lapſum reſtitutionẽ
ex æquitate concedendam Iureconſultus reſpõ-
71 dit. † Quod autem ignoranti ius ſibi competere
præſcriptio currat, Feli. refert tex. in. l. ſi partem.
§. ſi per fundum. ff. quẽadmo. ſeruit. amit. Si per
fundum meum viam tibi legauero, & adita mea
hæreditate per conſtitutum tempus ad amittẽdã
ſeruitutem ignoraueris eam tibi legatã eſſe amit
tes viam non vtendo. illum text. prius eo contra
Bart. alleg. Alex. in apoſtil. ad eundem Barto. in
dicta. l. j. §. ſi quis propter inundationẽ. ff. de iti-
ner. actuq; priua. Bál. etiam prius eis in dicta. l. fi
na. C. de præſcrip. longi tempo. x. vel. xx. anno.
& glo. fin. in. l. & attil icinus. ff. de ſeruitu. ruſti.
prædio. Bar. in. l. corruptionem in prima oppoſi
tione. in declaratione illius legis, in verbo non
vtendo. C. de vſufruct. Secundò, Ad id pondera
tur. tex. in. l. j. C. qui admit. ad bono. poſ. poſ. ibi,
cum ignorante quoq; patre poſſit peti emolumẽ
tum etiam patri allatura ſi ratam petitionem pa-
ter habuerit amittitur tranſacto tempore. Ecce
quomõ patri ignoranti ius ſibi competere per la
pſum temporis à lege definiti ad petendã bono-
rum poſſeſſionem emolumẽtum ſucceſſionis fi-
lio petitæ tollitur & perditur, tamẽ reſtitutio cõ-
cedẽda eſt ex legis humanitate dicta. l. Pãtonius.
ff. de acquiren. hæredita.

Neque obſtare poteſt. ſi pro Petro de peruſio.
& qui pro eo ſunt dicas poſt gl. primam in dicta
72 l. Pantonius. † non debere illud tempus abſen-
tiæ currere ignoranti cum vtile ſit. l. ij. C. qui ad-
mit. ad bono. poſſeſ. poſ. l. nõ poſſunt. C. de dol.
præſertim cum multæ ac multæ leges ſint, quæ
dicunt tempus non currere cuiquàm niſi à tem-
pore ſcientiæ. l. annus. ff. de calum. l. genero. ff.
de his qui notan. infa. l. poſt rem iudicatam. ff. de
tranſactio, authen. hodie. C. de appel. l. quinqua
ginta. C. de excuſa. tuto. l. ſcire. §. quinquaginta.
ff. de excuſa. tutor. capitu. quia diuerſitatem. in
fina. extra, de conceſ. præben. capi. primo. de cõ-
ceſ. præben. in. vj. & in Cle. vnica. de conceſ. præ
ben. Secundò, quod idem Petr. de peruſio dice-
bat in præſcriptione duo eſſe neceſſaria, lapſus
temporis & negligentia illius cuius res præſcri-
bitur, dicta. l. finali. C. de præſcrip. long. tempo.
x. vel. xx. annorum. & præſertim ea quæ eſt. xxx.
annorum, quæ in odium negligentium tantũ in-
troducta eſt, eo quod mala fides poſſeſſoris etiã
non noceat. l. ſi quis emptionis. in prin. C. de præ
ſcrip. xxx. annorũ. l. finali. C. de edic. diui Adria.
tollen. Sed ignorans ius ſibi competere non põt
dici ius ſuum negligere, dicta. l. annus. et dicta. l.
genero. l. j. §. dies. ff. quando appel. ſit. c. q; ſit, in
verbo, diſtulerit. de electio. lib. vj. adeo vt non
ſufficiat vnum interuenire niſi ſimul illa duo re-
quiſita concurrant eodem tempore. §. affinitatis.
Inſtitu. de nupti. l. ſi adulterium cum inceſtu. vbi
per Bar. ff. ad. l. Iul. de adult. c. licet. extra, de pro
ba. l. procula. vbi per Bart. ff. de probatio.

Primò, ſecundum Felin. in dicto. ca. vigilanti.
quia ex multis alijs cauſis poteſt cauſari ignorã-
73 tia propter quas reſtitutio cõcedi debeat. † Sed
ego aliter dico ad omnia priora argumenta, licet
præſcriptio introducta à lege ſuper negligentia
non proſequentis ſuum & ob id quaſi pro dere-
licto rem ſuam habentis cauſata ſit. non tamen
finalis eſt legis ratio, ſed iſta eſt ratio publicæ vti
litatis ne dominia diu in incerto ſint. l. prima. ff.
de vſucapio. Secunda vt ſit aliquis litium finis. l.
finali. ff. pro ſuo. & conſidera quod in fin. illius
legis dicitur ad excludendam ignorantiam cum
ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatu-
ti temporis ſpatium. idem in. §. primo. Inſtitu. de
vſucap. & in. l. vnica. C. de vſucap. transfor. Sed
vt ſæpe dixi finalis ratio legis, non autem cauſa
impulſiua ſpectari debet. l. ij. §. finali. ff. de dona
tio. negligẽtia autem ſuper qua præſcriptio cau-
ſata eſt non niſi impulſiua dici poteſt. Nam &
ſi illa ratio ceſſaret aliæ manent. idem in ſimi-
li dicit Bartol. in. l. demonſtratio, in fin. ff. de
conditio. & demonſtratio. per. l. primam. §. ſe-
xum. ff. de poſtulan. & ad id pondero text. non
inelegantem in. §. primo. in authen. de tempo. nõ
ſolu. pecu. collatione. vij. ibi, ſitq; hæc etiam
non noſtra aduerſus aliquos pœna, ſed liber-
tatis ſubiectorum diligentia. quem text. notat

Bald.in.c.ſi quis.per.xxx.annos, ſi de feu.fuer.
74 contẽ.inter domi.& agna.collatio.x. † Tamen
in præſcriptione.xxx.annorum, lex iure quodã
ſingulari introduxit dominij, & cuiuſcunque iu
ris incorporalis amiſſionem,in dicta.l.ſicut.l.o-
mnes.l.cum notiſſimi,&.l. ſi quis emptionis. C.
de præſcrip.xxx.annorum,vt ſufficiat tanti tem-
poris ſpatium dominis ad inquirendas res ſuas,
ſicut de iure antiquo ſufficiebat annus, & bien-
nium,vt in dicto.§.primo.Inſti.de vſucap. & id
pro bono publico,dicta.l. prima. ff. de vſucap.
per quem temporis lapſum lex ſupinam arbitra-
ta eſt negligentiam & ignorantiam, & ideo nec
ignorantiam nec iuris ſui ignorationem admiſit,
dicta.l.vnica.in princi. C.de vſucap.transfor. &
hoc dicit tex.in.§.rurſus.in authẽ.vt ſponſa. lar-
gi.collatio.ix.ibi,ſi autem ignorat verus aliena-
tarum rerum dominus,& quia res ei competũt,
& quia alienatio facta eſt,non aliter excludi hũc
75 niſi per tricennalem præſcriptionẽ. † Ecce quo-
modo ignorantia iuris ſui aduerſus præſcriptio-
nem.xxx.annorum nõ auditur,cum inquit igno
rat verus dominus quod res ei cõpetũt & quod
alienatæ ſunt.qui tex.eſt clarus contra Accurſij,
Bartol.& cæterorum opinionem , in dicta.l. ſi-
cut.C.de præſcrip.xxx.annorum,non eſſe aduer
ſus præſcriptionem.xxx. annorum reſtitutionẽ
concedendam,quia ignorantia ſeu ignoratio iu-
ris ſui non auditur,neque ignorãtia præſcriptio-
nis quæ de re ſua fit.Sed in præſcriptione decẽ
vel viginti annorum aliter quàm in præſcriptio-
ne.xxx.annorum, cautum inuenitur, quoniã in
præſcriptione.x.vel.xx.annorum,cum titulo,et
bona fide, nullum remedium aduerſus huiuſmo
di præſcriptionem conceditur,ſi ſciuit rem ſuam
ab alio poſſideri,& præſcribi,& in hoc lex Co-
dicis immutata non eſt. ſed ſi verus rei dominus
ius ſuum ignorauit , vel ſuam rem præſcribi.ius
authenticorum differt à iure Codicis : quia iure
Codicis,ſi is qui præſcripſit. x.vel. xx.annis ab
initio bonam fidem habuit,& iuſtum titulũ præ
ſcribit,etiam ſi ante finitam præſcriptionem cœ-
perit malam fidem habere nulla differentia facta
an dominus rei ſciuerit,vel ignorauerit ius ſuũ,
vel rem ſuam præſcribi,dicta.l.vnica.in fi.C. de
vſucapio.transfor.ibi,non interrumpatur ex po
ſteriore forſitan alienæ rei ſcientia, licet ex titu-
lo lucratiuo ea cœpta eſt,& dicta.l.fi.C.de præ-
ſcrip.longi tempo.x.vel.xx.annorum,in fin.ibi,
nulla ſcientia vel ignorãtia expectãda. quæ duo
vocabula ſcientia & ignorantia recte explican-
tur,in dicto.§.rurſus. verſicu. ſi autem ignorat.
in verbo,ignorat.& in verſi.& quia res ei com-
76 petãt,& quia alienatio facta eſt. † Neque refert
an res ab initio titulo oneroſo, ſiue lucratiuo,
vel quaſi.xx.annis inter præſentes, &. xx. inter
abſentes poſſeſſæ ſint,quia pleno iure præſcribẽ
ti acquiruntur,adeo vt aduerſus huiuſmodi præ
ſcriptionem decem vel viginti annorum,cum ti-
tulo & bona fide non liceat ei qui dominus erat
iuris ſui neque præſcriptionis rei ſuæ ignoran-
tiam allegare etiam ſi poſt cœptam præſcriptio-
nem is qui præſcribebat cœperat rei alienæ con
ſcientiam habere,dicta.l.vnica.§.penultimo. &
dicta.l.finali.ſecus autem eſt de iure authenti-
corum quo diſtinguitur,an is qui præſcripſit bo
na fide,& cum iuſto titulo lucratiuo ſeu onero-
ſo poſſedit rem ſciente,an verò ignorante rei do
mino. quia ſi ſciuit dominus rem ſuam ab alio
poſſideri & præſcribi ante finitam , decem vel
viginti annorum præſcriptionem,præſcriptionẽ
non interrupit,amplius audiri non poteſt.Si au-
tem ignorauit rem ſuam poſſideri,& præſcribi,
non præiudicat decem vel viginti annorum præ
ſcriptio , neque opus erit domino reſtitutione.
ſed deſiderabitur . xxx. annorum , præſcriptio
aduerſus quam non auditur ſiue ſciens ſiue igno
rans fuit , dicto.§. rurſus.vnde ſumpta eſt auth.
malæ fidei.C.de longi temp. præſcriptio.decem
vel viginti annorum,ſicuti in præſcriptione de-
cem vel viginti annorum rationem nõ habebat,
dicta.l.finali.C.de præſcript.longi tempo. &. l.
vnica.C.de vſucap.transfor.& verbum,ignorã-
tia.poſitum,in dicta.l.finali. ad eos refertur qui
ſi ius ſuum intellexiſſent præſcribere non permi
ſiſſent: & tamen dicit præſcriptionem.x.vel. xx.
annorum,illis nocere. Tamen ad ſingula argu-
menta præſertim ad dictam.l.ſi partem.§.fina.ff.
quemadmodum ſeruit. amitta.&. l. primam. in
verbo,ignorante.C.qui admit. ad bono. poſſeſ.
poſ.l.annus.ff.de calum.l.genero. ff. de his qui
notan.infa.& ſimiles.reſpondet gloſſ.in dicta.l.
prima.C.qui admit.ad bono.poſſeſ.poſ.& Flo.
in dicta.l.ſi partem.§.fi.approbare videtur.ſimi
77 liter & Bal.in dicta.l.prima.dicunt enim, † aut
loquimur in præſcriptiõe extraiudiciali, & igno
ranti præſcriptio currit,dicta.l.ſi partem. in iudi
ciali ſecus,dicta.l.annus.& dicta.l.genero. quia
non niſi à die ſcientiæ curret, ſed non ſatisfacit
hæc diſtinctio dictæ.l.primæ.C.qui admit.quic-
quid illhic gloſſ. dicat quia bonorum poſſeſſio
non niſi in iudicio peti poterat.l.fina.C.qui ad-
mit.& tamen ignoranti currit per dictam. l. pri-
mam.Præterea tex.dictæ. l.fina.C. de præſcrip.
longi tempo.nullam facit inter ignorãtias diſcre
tionẽ ſiue quod quis ius ſuũ ignoret, ſiue quod
ignoret rẽ ſuã poſſideri, & præſcribi , ſiue quod
abſens ſit.et tamẽ.tex.in.§.rurſus.Inſti:de actio.
ſimilibus perſonis qui iuſta ignorantia ducti
rem ſuam à poſſeſſore non vendicauerunt reſti
tutionem concedit . & gloſſa in dicta. l. ſi par-
tem. §. finali. in verbo, vtendo , dicit aduerſus
huiuſmodi præſcriptiones reſtitutionem in inte-
grum concedendam eſſe, dicta. l. & attilicinus.
ff.de ſerui.ruſti.prædio. Vnde glo.in dicta.l.pri
78 ma.C.qui admit. † dicit bonorum poſſeſſionem
non

nõ peti via ordinaria,id eſt,via actionis, ſed offi
cio iudicis,ſed iſtud nihil eſt, quoniam vt inquit
Io.Fab.ſiue officio iudicis, ſiue actionis via bo-
norum poſſeſſio petitur, & ſic edictalis vel de-
cretalis ſit, tamen in iudicio peti debet.l. prima.
§.decretalis.ff.de ſucceſ.edicto.& dicta.l.j.C.q
admit. Præterea in caſu dictæ.l.genero.in primo
reſponſo.ff.de his qui notan. infa. extraiudicia-
lis erat petitio.

Aliam igitur ſolutionem Bartholo.Sozi.tra-
dit in.l.ſi in diem. in princip. ff. de conditio. &
demonſtra. poſt Franciſ. Aretin. in.l. ſi cui. §.
primo. ff.de legatis primo. dicunt enim aut à le-
ge vel conſtitutione vel ab homine tempus in
ſpecie conſtituitur, aut non in ſpecie conſtitui-
tur. Primo caſu ſuppletio fieri debet, ne igno-
ranti præſcriptio currat.l.iij.§.ſi hæredi.ff.de ſta
tuliber.authen.hodie. C. de appel. niſi actus in
quo tempus in ſpem ſtatutum eſt ex ſui natura
vel ex alia cauſa aliunde quàm à ſcientia supple-
tionem pati poſſit,vt in.l.talis ſcriptura.ff.de le
gatis primo.& in dicta.l. ſi cui.§. primo.eodem
titulo.& ſuppletio facienda non eſt. idem notat
Bald. in.l. vnica.C. de his qui pec. nomine. vbi
vero non erit tempus in ſpecie ita diſpoſitum,
& hoc caſu ordo implementi inſpici debet ſecũ-
dum gloſ.in.l.ædiles.§.finali.ff.de ædili.edicto.
Iſta ſolutio noſtræ diſputationi non cõuenit,ſed
procederet,ſi quæſtio noſtra eſſet, quando tem-
pus conditioni appoſitum currere incipiat.tolle
exemplum ſecundum Bald.& Angel. hic in exe
cutore ad implendam teſtatoris voluntatem ele
cto ſeu commiſſo tempus aditæ hæreditatis in-
ſpici deberet,dicta.l.ſi in diem.ff.de conditio.et
demonſtra.ſed quantum ad præſcriptionem ni-
hil iuuat,vt dicã paulò pòſt dum dicta per Bar.
& Angel.diſcutiemus.

Aliam & tertiam ſolutionem tradit Angel. in
l.annus.ff.de calum.poſt glo.illhic Alexand.ſe-
qui videtur, in.l.cum filiusfamiliàs. §. in hac.ff.
de verborum obligat, & Rapha.Fulgo.in dicta
l.cum ſex.ff.de ædili.edicto.& Bartol. prius eis
in.l.quinquennium.ff.ad legem Iuliam de adul-
79 terijs.dicunt † enim quaſdã præſcriptiones eſſe
quarum tempus ab initio vtile eſt, ſed poſtquã
currere incœperit eſt continuum,& iſtud tem-
pus non currit ignoranti, dicta.l.genero. ff. de
his qui notantur infamia. dicta.l.annus. & di-
cta authen. hodie.C. de appel.ante enim quàm
currat tempus ſcire debuit dominus, & donec
ſciuerit ſententiam latam eſſe tempus ei non cur
rit.l.prima.§. biduum. ff. quando appel. ſit. di-
cta.l.poſt rem iudicatam.ff.de tranſact. Sed ſta
tim quo latæ ſententiæ notitiam habuerit decẽ
dies, qui ad appellandum conceduntur, condẽ-
nato currunt. Glo.autem in dicta.l. annus. dicit
hunc primum diſtinctionis articulum in ædilitio
edicto non procedere eo quod non reperiatur
lege cautum tẽpus illius actionis eſſe continuũ:
ſed tantum vtile,& tamen non currit ignoranti,
dicta.l.cum ſex.ff.de ædili.edict.& ex illa gloſſ.
habes non currere præſcriptionem ignorãti vbi
tempus vtile eſt,& non continuum. E contrario
ad illam gloſſ. adde vbi tempus continuum eſt
currere ignoranti. l.finali. C. de dolo. De quo
dic vt per gloſſ. illhic, & in.l. non poſſunt. eo-
dem titulo. & eadem ratione in præſcriptione
longi temporis, decem vel viginti annorum,
cum tempus continuum ſit ignoranti currit di-
cta.l. finali. C. de præſcriptione longi tempo-
ris. Angelus autem in dicta. l. annus. dicit hoc
nouiſſimum dictum locum non habere vbi ne-
ſcientia iuſta eſt, quia tunc reſtitutio conceden-
da eſt,ex clauſula illa generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa videbitur.& licet vlterius nihil alleget,ta-
men ego puto pro eo bene facere dictam.l.non
80 poſſunt.C.de dol. † actio enim de dolo durat
biennio continuo tantum,dicta.l.fin. C. de dol.
tamen abſenti cauſa reipublicæ ſubuenitur, vt
non currat ei tempus,dicta.l.non poſſunt. Hoc
etiam ſentire videtur Bald.in.l.quoties. colum.
ij.C. de precib.imper. offeren.dum diſtinctionẽ
Petr. & Cin. in ignorantiam facti veram eſſe di-
cit præterquàm in præſcriptiõe tempus vtile ha
bente. & pro eo eſt.gloſſ. ſingularis in. l. ij. in
gloſſ.finali.in fi. C.de iure emphy. Pro qua eſt
dicta.l.cum ſex. ſecundum gloſſ.interpretatio-
nem. ff. de ædilitio edicto. Secus autem vbi ne-
ſcientia ſiue ignorantia craſſa & ſupina eſt.l.nec
ſupina.ff.de iur.& fact. ignor. capitu. innotuit.
extra, de electio. & dicam infra dum de igno-
rantia facti tractabimus. quam proſequamur
quoniam huius difficultatis abſolutio cum ea
communis eſt, vt ex doctrina Bald. in dicta. l.
quoties. C. de precib.impera.offen. reprehendẽ
tis.Petr.& Cin.in ea conſtare poteſt.

Igitur videamus quid de ignorantia facti Din.
abſoluerit in dicto capitu. ignorantia. de regu-
81 lis iuris.in.vj. † diſtinguit enim aut error in pro-
prio facto eſt aut in alieno.ſi in alieno,& ſub-
diſtinguit,aut erat publicè notum, & non ex-
cuſat.l. ſed & ſi pupillus.§.de quo palam.ff.de
Inſtitu.actio.ſi non erat publice notum excuſat.
l.finali.ff.pro ſuo. Si in proprio aut in lucro, &
non tolleratur ſi in damno,& tunc aut cum alte-
rius iniuria & non excuſat. l. quamquàm. ff. ad
Velleianum.l.cum falſum. ff.de acquirenda hæ-
reditate.&.l.plurimum. ff.de iuris & facti igno-
rantia. ſecus ſi ſine alterius iniuria proponitur
quoniam excuſat.l.ſed & ſi me putem.ff.de con
dictione indebiti.l.ſi ubi liberum. Hoc verum
eſt ſecundum Henricum Bohic.in capitu.is qui.
extra,de ſolutionib. niſi factum eſſet antiquum,
quod probabiliter poterat ignorare.l.ſi diutur-
no.ff.de pœnis. l.neminem. C. de ſuſceptor. &
Archa.lib.x.l.ſi res obligata.§.primo.ff. de leg.

j.l.iij.§.duæ cauſæ.ff.de carbo.edict. de quo per
gloſſ. in. l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. l.
cum de indebito. ff. de probatio. hanc diſtinctio
nem Din. approbant Cin. & Ioan. Fab. vt ſuprà
dixi, in dicta. l. error. C. de iur. & fact. igno. Cui
videtur conuenire. l. prima. ff. de iur. & fac. igno.

Aliam diſtinctionem tradunt Petr. & Cin. in
dicta. l. quoties. C. de præci. impera. offeren. dũ
82 de quæſtione tractant non inelegante, † de cre-
ditore qui debitori triginta annos ad ſoluendũ
debitum conceſſit: an poſt. xxx. annos, credi-
ror agere poſſit: cum omnes perſonales actio-
nes. xxx. annis præſcribantur. l. prima. C. de an-
na. exceptio. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. annorũ.
Sed hoc nihil ad facti ignorantiam. magis enim
ad iuris ignorantiam accederet, quia putauit cre
ditor ſibi ius ſuum conſeruare, ſicut & re vera
conſeruat, vt plenius per Petr. & Cin. ſcribitur
l. finali. ff. de itiner. actuque priua. intellige præ-
dicta niſi de hærede creditoris quæſtio eſſet, q
forte ignorauit dilationem à creditore conceſ-
ſam. l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus modis pig. ſol
ua. ſed nihil iuuat hoc. Quare Idem Petr. poſt
Iaco. de Rauen. præceptorem ſuum dixit in di-
cta. l. error. conſiderandum eſſe, an error facti ſit
probabilis, an improbabilis. ſi probabilis ſit, &
in damno & excuſatur, non ſolum extra iudiciũ.
l. prima. l. plurimum. & l. nec ſupina. l. regula.
§. ſed facti. ff. de iur. & fact. ignor. ſed etiam
in iudicio, dicta. l. errror. C. de iur. & facti igno
83 ran. † & in hoc ſecundũ eos differre poteſt igno
rantia iuris ab ignorantia facti, quia ſi in iudicio
erratur, non excuſatur, cum errans faciliter po-
teſt aduocatorum & iureperitorum conſilium
petere, iuxtam dictam. l. regula. §. ſed iuris. ff.
de iur. & fact. ignoran. & l. bonorum. ff. de
bonorum poſſeſ. Sed in facti ignorantia non
ita faciliter copiam habere poteſt eorum qui
facti notitiam habeant, ſæpius enim facta pru-
dentiſſimos fallunt. l. mora. ff. de vſur. l. ij. ff. de
iur. & fact. ignor. ideo excuſantur præterquàm
poſt ſententiam, dicta. l. error. & l. cum puta-
rem. ff. familiæ erciſcundæ. & id operatur res
iudica. tamen intellige verum niſi beneficio re-
ſtitutionis in integrum, vt ſuprà dixi quoniam
error faciliter detegitur. iuxta. l. pe. ff. de con-
feſ. & l. de ætate. §. Celſus. ff. de interrog.
actio. Adde prædictis text. qui aliquando in
iudicando à me citatus eſt, dum ſucceſſio non
mediocris cuiuſdam plebei tractaretur in. l. qui-
dam quaſi ex ſeya. ff. de probatio. recordor ali
quando ſuprà meminiſſe: hic igitur eam non re-
84 petam. † Si verò inquit Petr. facti ignorantia
improbabilis ſit, vt quia in proprio facto pro-
ponitur, & hæc tollerabilis non eſt in lucro
ſed in damno, ſic etiam in iudicio, dicta. l. er-
ror. C. de iur. & fact. ignoran. pro quo eſt tex.
in dicta. l. error. & l. ignorantia. ff. de iur. &
fact. ignorant. Moderatur hoc dicta. l. regula.
§. ſed facti, ibi, ſi non ei ſumma negligentia
exigatur, & in verſicu. ſequen. ſcientiã decla-
rat, neque curioſiſſimi, neque negligentiſſimi
hominis accipiendam. idem dicit. l. nec ſupina.
eodem titulo. Nec ſupina ignorantia, nec ſcru-
puloſa inquiſitio exigenda eſt. & in. l. pluri-
mum, eodem titu. dicitur non deperditi & ni-
mium ſecuri hominis. Huic deciſioni Petr. ad-
do tex. in. l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus mo-
dis pig. vel hypo. ſolui. ibi, niſi manifeſte ap-
pareat eum deceptum eſſe, ſicut aliàs in ſimili,
inquit tex. in. l. ſi bene. ff. de vſur. dummodo,
non acerbum ſe exactorem nec contumelioſum
præbeat ſed moderatum, & cum efficacia beni-
gnum, & cum inſtantia humanum. Nam inquit
inter inſolentiam incurioſam & diligentiã non
ambitioſam multum intereſt. Sed intellige hoc
per reſtitutionem in integrum obtinendum eſſe
85 dicta. l. penul. ff. de confeſ. † in cognitione præ-
toris eſſe debet, an ſupina vel probabilis ſit fa-
cti ignorantia per illum textum. l. & attilici-
nus. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. & dicta. l. pri-
ma. §. ſi quis propter inundationem. ff. de itine.
actuque priua.

Ego vero primum articulum diſtinctionis Pe
tri ignorantiæ facti probabilis extendo etiam ſi
talis ignorantia, culpa ignorantis cõtigerit. Tol-
le exemplum in excommunicato, ſecundum Ale
xan. in apoſtil. Bartol. in dicto. §. ſi quis propter
inundationem. per cap. quia diuerſitatem. extra,
de conceſ. præben. illhic per gloſſ. in verbo, ſuſ-
penſionis. & in verbo, notitiæ. cuius apoſtillam
tranſcribit Moder. Papien. Iaſ. in. §. rurſus. Inſti.
de actio. Quibus adde tex. in. l. necnon. verſicu.
item ſi quis, & l. ſi qua. §. primo. ff. ex quibus cau
ſis maiores. & hæc extenſio fuit Hoſtien. prius
eo. in capi. j. de præſcriptio. extra, & Abba. poſt
eum, dum enim excommunicatus eſt excommu-
nicatiõe impeditur agere. c. j. de exceptio. in. vj.
c. intelleximus, extra, de iudi. & pœnam quã ex-
communicatus propter excommunicationẽ pa-
titur ab excommunicatione immediate non pro
cedit, ſed ex pœna excõmunicationis ſecundum
gloſſ. in capi. imputari, de regulis iuris in. vj. Pro
eis adde tex. in. l. miles. §. quidam. ff. ad legem Iu
liam de adulterijs. ibi, quare ſine dubio dies qui-
bus quis in cuſtodia fuerit. extra, computatio-
nem dierum vtilium exiſtimanti tibi conſtitutos
contradici non debere. idem in. l. ſuccurritur.
in principio. ff. ex quibus cauſis maiores. vide
quæ ſcripſi ſuprà noſtra eadem. l. in. §. ſubue-
nitur. Quibus adde. l. vir bonus. ff. iudica. ſolui.
86 non † poteſt cautio iudicatum ſolui ei imputa-
ri, cui de iure prohibitum eſt ſtare in iudicio.
Aduerte non videri hanc rationem in omni
excommunicatione poſſe ſubſiſtere. Præſertim
in ea quæ occaſione delicti à canone fertur,

vt in caſu

vt in caſu.capi.j.de homicid.libro.vj. &. c.cum
non ab homine.extra,de iudi. c. cum ſecundum
de hæreti.lib.vj.c.ad abolendam.&.ca. excom-
municamus.extra,de hæreti. authen. credentes.
C.de hæreti.& alijs enormibus delictis propter
quæ ſentētia à canone ipſo iure inſertur vt in. c.
ſi quis ſuadente. xvij.quæſtio.iiij.Præterea non
videtur illorum opinio de iure poſſe ſubſiſtere
qui differentiam inter excommunicationem &
relegationem faciunt illa ratione ducti, quia re-
legatus in iudicio per procuratorem compare-
re poteſt.l.Papinianus exuli.ff. de minori. quæ
euitari poteſt duplici ratione. Prima ſecundum
primam glo.interpretationem in verbo per pro
curatorem.vt intelligatur de cauſis ante relega-
tionem cœptis,quam interpretationem Bartol.
non reſpuit,in.l.fina.columna.ij.verſicu. venio
ad tertiū.ff.de in integ.reſtitu.& in.l.is qui reus.
87 ff.de publi.iudi. † Quoniam eadem eſt excom-
municationis ratio & banni,ſeu relegationis,ſe-
cundum gloſſ.in.§.minor.ſiue media.Inſtitu. de
capi.diminu.in verbo,interdictum.& Bartol.in
Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu
mis.Rom.in.l.prima.§.& poſt operis.ff.de no.
oper.nuncia.gloſſ.in.ca.paſtoralis,extra,de ap-
pella.& dicit Alexand.in apoſtil.Barto.in.l.vir
bonus.ff.iudi.ſol.quemadmodum excommuni
cationis exceptio litis ingreſſum impedit, pari-
ter banni exceptio quas à pari procedere dicunt
Bart.& Bald.in.l.eleganter.§.ſi quis poſt. ff. de
conditio.indebi. Alexand.in apoſtil. Bartol. in
l.prima.in verbo,poteſt opponi.C.de iur. & fa-
ct.ignor. Ang.Are.in. d.§.minor ſiue media. Si
ergo relegatus à iudicio expellatur procuratorē
non conſtituit.Secundò,non cōuenit noſtræ diſ
putationi hæc cōſideratio. Nam quæſtio noſtra
eſt,de eo qui,propter excommunicationem ab-
ſens fuit,& ratiōe abſentiæ notitiam iuris ſui ha
bere non potuit,vt notat illa Decretalis, quia di
uerſitatē.in verbo,notitiæ.extra,de conceſ. præ
ben.& ſic ius ſuum ignorauit. Quare ſecus eſſet
in eo qui ius ſuum ſciuit,ſed propter excommu-
nicationem prohibitus eſt iure ſuo vti,in quo va
rij & diuerſi ſunt caſus. Aliqui autem vtranque
glo.lecturam in dicta.l.Papinianus exuli.ſaluan
tes inter bānitos,ſeu relegatos diſtingūt,& præ-
ſertim Angel.& Alexand. in.l'. ij. §. quod dixi-
mus.ff.ſi quis cautio.& prius eis glo.in.§.cū au-
tem.Inſtit.quibus modis ius patr.pot. ſol.in ver
bo,retinent.quam illhic Angel.Areti. ſequitur.
88 Aliqui enim ſunt relegati quibus ciuitas, & li-
bertas adimitur & bona fiſco applicantur, & hi
deportatis ſimiles ſunt. de quibus loquitur ille
§.cum autem.qui procuratorem conſtituere nō
poſſunt,quia in iudicio comparere nō poſſunt,
vt plene notatur per gloſſ.in.l.ſeruum. §. publi-
ce.ff.de procur.de quibus etiam in dicta.l.is qui
reus. verſicu.illud.ff.de publi.iudi.glo.meminit

in dicta.l.vir bonus.hi enim,& ſi ſciant ius ſib
competere,poſſunt iure dicere & excipere non
licere eis in iudicio comparere,argumento illius
l.vir bonus.per quem text. idem dicere videtur
Bald.in.l.exceptionem.in fin.C.de probatio.&
ratio eſt ſecundum Angel.Aretin.in dicto.§. cū
autem.quoniam non poteſt relegato patere tu-
tus acceſſus ad comparendum in loco à quo eſt
relegatus quæ exceptio concludens eſt Cle.pa-
ſtoralis.de re iudica.timet enim forte relegatus
domeſticas ſeu ciuiles ſeditiones, vt in ſimili in-
quit tex.in.l.ſulcinius.§.quid ſi latitare.ff. quib.
ex cauſ.in poſ. eatur. l. ad cognitionem. iuncta
gloſſ.finali.ff. ex quibus cauſis maiores.de quo
per Bartol.in.l. creditor.in princi.ff. de ſolutio.
idem Bartol.in dicta.l.finali.ff.de in integrū re-
ſti. niſi ſibi data à iudice fidentia,ſecundū Bart.
in dicta.l.is qui reus.dixi in dicto.§.ſubuenitur.
89 an huiuſmodi pſonis fidentia dari poſſit. † Ego
autem adhuc putarem ſi huic fidentiæ ſeu fragili
tati cautionis ſe cōmittere recuſat, excuſandum
eſſe.l.qui ita.§.etiā.&.l.cogi.§.ſi pater.ff.ad Tre
bel.c.accedens.extra,vt lit.non conteſ.c. ex trāſ
miſſa.extra,de reſti. ſpoliato.&.d.l.Falcinius.§.
quod ſi latitare.Noſtra ætate cognouimus ab ini
micis ſuis occiſos fuiſſe, & aliquos laqueo ſuſpē
ſos,quibus cum de re in iudicio actum eſt,& qui
dam præſectus ærario publico anno. M.cccc-
xxxv.furcis cōdemnatus eſt.Si autem tales ſunt
banniti,quibus bona non adimuntur de quibus
in.l.relegatorum.in princ.ff.de interdic. & rele.
ratione quorum in iudicio conueniri poſſunt,d.
l.Papinianus exuli.ff.de mino.in iudicijs cœptis
ſtare poſſunt,ſicuti & alibi diſtinguitur, in dicta
l.is qui reus.vel niſi expediat eos pro reipublicæ
beneficio aſſeruari.l. de pollicitationibus. ff. de
pollicita.l.qui vltimo.ff.de pœ.de quo per Bal.
in.l.quicunque.v.eolum.C.de ſer.fugiti. & ple-
runque etiam pro cauſa domini.in. l. prima. C.
de bono.præſcrip.in non cœptis cogi non pote
runt ſi vim ſuæ cauſæ fieri timerent ſecundū An
gel. in dicta.l.ij.§.quod diximus. ff. ſi quis cau-
tio.freti autoritate Innocen.in capit. bonæ me-
moriæ.extra,de electio.& in capitu. ij. extra, de
no.oper.nuncia.vbi Innocen.allegat tex.in cap.
quia propter.& in capit.quod ſicut.§.primo.ex-
tra de electio.Tu adde Anto.de Butrio. & Ab-
ba.poſt eum,in dicto.c.quia diuerſitatem.extra,
de conceſ.præben.Adde tamen reſtitutionē iure
concedendam eſſe,ſecundum Ioā.de Imol. in di
cta.l.Pantonius.columna.ij.ff.de acquirē.hære.
90 Etiam † ſi ex cauſa culpabili aliquem contingat
abeſſe,quia propter delictum relegatus ſit,& ob
id ignarus ſit delatæ ſibi hæreditatis & faci-
lius hæredi eius concedenda eſt, cum propter
ignorantiam ſi præſens relegatus eſſet reſtitue-
retur ex capite iuſtæ ignorantiæ, dicta. l. ij. in
princip.ff.quis ord. in bono. poſſeſ. ſerue. Sed

melius faciunt leges ſuprà allegatæ videlicet. l.
miles. §. quidam. ff. ad legem Iuliam de adulte. l.
ſuccurritur. ff. ex quibus cauſis maior. Nec ob-
ſtabit. l. ij. §. ſimili modo. ff. ſi quis cautio. dum il
le tex. excuſat eum qui ratione adepti magiſtra-
tus abſque dolo ſuo detentus eſt. & addit Alex.
niſi in culpa fuit, & tunc non excuſatur. §. ſi quis
tamen. eadem. l. & Alexan. in dicto. §. ſimili mo-
do. poſt Bartol. in dicto. §. ſi quis tamen. dicit,
quãdo delictum circa rem commiſſum cauſa eſt
ignorãtiæ propter exilij pœnam indictam & nõ
reſtituitur qui propter delictum ius ſuum igno-
rauit, ne ex facto ex quo pœnam meretur priui-
legium conſequatur. l. ſi ſequens. in fi. infrà eo.
illhic dicetur. Sed ſi propter aliud contingit &
reſtituitur. & hoc modo putat vtranque opinio-
nem per Barto. memoratam ſaluari poſſe. & ad
id ponderat tex. in. l. ſed & ſi quis, in princi. ff. ſi
quis cautio. Nã reſtitutio, quæ ex illa clauſula,
ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, conceditur. l.
prima. ff. ex quibus cauſis maiores, reſtringi nõ
debet ſi forte aliquis diceret in lege expreſſe cau
tum non inueniri reſtitutionem à lege concedi,
quoniam ſatis eſt nõ inueniri prohibitum. l. nec
non. in princip. & verſicu. quod eis inquit. ff. ex
quibus cauſis maiores. concor. l. ſi idcirco. C. ex
91 quibus cauſis maiores. † De eo autem qui iuſte
abſens eſt, vt procuratorem mittere non debeat
eſt tex. in. l. ſed & ſi per prætorem. §. finali. ff. ex
quibus cauſis maiores. Sed non videtur Alexã.
diſtinctio cõuenire dictæ. l. Papinianus exuli. ff.
de minor. Nam minor ob negociũ quod tracta-
batur non exulabat, & tamen prohibet minori
reuerſo reſtitutionem cõcedi cum potuerit pro-
curatorem mittere qui prætorem adiret, quam-
uis ex capite minoris ætatis reſtitutionem in inte
grum cõcedat. in maiore igitur exule qui potuit
procuratorem mittere, ſecus dicẽdum eſt. l. ſi cõ
tra. §. fi. vbi glo. in verbo, reſtituẽdum. ff. ex qui-
bus cauſis maiores. Sed quæſo aduertite, illa lex
non videtur multa ratione moueri. Primò, dum
dicit non debere prorogari reſtitutionis tempus
exuli, quia abfuit cum potuit adire prætorem
per procuratorem, & mox ſubiungit nec dixit
vel præſidem, vbi erat: per hoc enim Iureconſul
tus conſiderationem non habet, ſi forte dicatur
aduerſus exulem quod præſidem prouinciæ in
qua degebat exul adire poterat, & ſic conteſtari
vel coram eo comparere, & procuratorem con-
92 ſtituere qui ſuo nomine compareret. † & ideo il
lum tex. Barto. intelligit de eo qui iuſſus eſt exu
lare, qui antequàm iter arriperet potuit procura
torem admittere: ſi id non fecit propter abſentiã
nõ excuſabitur. & in eo quod ille tex. ait, nec di-
xit vel præſidem vbi erat. Bart. reprehendit Ol-
dra. qui dicere voluit Papinianum, illum caſum
omiſiſſe, vel præſidem vbi erat. ad id, an banni-
to ſeu exuli ſecuritas veniendi dari debeat, ſi for
te per procuratorem competere nequit. Nã Bar
tol. ait Vlpianum pari reprehenſione dignũ fuiſ
ſe ſi caſum illum omiſiſſet. Certe ille tex. non vi-
detur hoc innuere. quare Accur. illum tex. dupli
citer interpretatur. Primò, quod Papinianus in
duobus ab Vlpiano fuerit reprehenſus. In pri-
mis quia tractare omiſerit de exule qui potuit p
procuratorem comparere, vel qui potuit præſi-
dem adire in loco tuto in quo præſes erat. Secũ-
do modo per Accurſ. illa verba, vel præſidẽ vbi
erat, interpretatur quem per procuratorem adi-
re poterat vbi erat, quia extra locum erat præſes
vnde exul factus eſt. Tertiò, inquit Accurſ. in il
lo tex. pro verbo, dixit. eẽ debet, fecit. & erit ſen
ſus, cum potuerit adire prætorẽ nec fecit, id eſt,
prætorem non adiuit, & ſequitur vel præſidem
vbi erat. Quæ interpretatio plurimũ ſenſum le-
gis facit variare. Nã ſi legas, fecit. de exule intelli
getur, qui prætorem adire potuit, ſed nõ adiuit.
Si verò legas, nec dixit. dirigentur verba ad Vl-
93 pianum interpretantẽ Papiniani reſponſum † q
noluit exulem tam arctare, vt prætorem loci in
quo minor exulabat cogeretur adire, vt corã eo
procuratorem conſtitueret, vel cauſam conteſta
tionis ſuæ proponeret, vt ſua abſentia illi nociua
non eſſet, vt infrà declarabo. Sed vltima glo. in-
terpretatio in verbo, dixit. non poteſt eſſe vera
dum verbum, dixit, exponit, id eſt, fecit, quia re
vera contradicit ſequens. verſicu. ibi, ſed quod
idem dicit, per quæ recte probatur Vlpianũ ſic
voluiſſe proprium verbum, dixit, ſumere, vt Pa-
pinianus in ſuo reſponſo nihil ſit locutus de illa
quæſtione, an reſtitui debeat exul propter ſuam
abſentiam ſi præſidem loci in quo exulabat adi-
uerit, & poſtulauerit cauſam ſuam coram illo tra
ctari, vel an beneficio reſtitutionis vltra tempus
à lege ſtatutum priuari debeat ſi præſidẽ loci in
quo exul erat non adiuerit. & in verſi. ſed quod
id dicit Vlpianus reprehendit Papinianum, qui
indignum putauit reſtitutione exulem propter
irrogatam exilij pœnam occaſione criminis per
exulem commiſſi, & ratio reprehenſionis eſt. qd
enim commune habet delictum cum venia æta-
tis, quaſi dicat non eſſe prohibendam in integrũ
reſtitutionem propter crimen à minore commiſ
94 ſum ratione cuius coactus eſt exulare. † Secun-
dò, Aduerte quamuis in illo text. videatur dif-
ferentia eſſe inter prætorem & prouinciæ præ-
ſidem, tamen præſes & prætor idem ſunt: præ-
ſidis enim nomen cuiuſcunque magiſtratus pro-
uinciam regentis poſt principem comprehendit.
l. prima. ff. de offi. præſid. & prætores qui in pro
uincijs deſignati erant, quorum meminit tex. in
l. ij. §. cunque conſules. & §. capta quoque ſardi-
nia. ff. de origi. iur. & Marcus Fabius Victori-
nus in Ciceronem ad Herennium omnes ma-
giſtratus recte prætores appellare voluit. &
Varro ideo prætorem dici voluit à præeun-
do, quod præiret iure & exercitu, à quo in-
quit Lucilius, ait ergo, prætorum eſt anteire.

Et in ea lege Papinianus prætorem & præſidem
pro eodem poſuit, ſicut & aliàs apud Iuuenalem
Satyra.x. prætor & cõſul pro eodem ponuntur.
Quid ſi vidiſſet prætorem in curribus altis Ex-
tantem. alij ſedentem legunt & haud multo poſt,
Quippe tenet ſudãs hanc publicus, & ſibi cõſul.
Ne placeat curru ſeruus portetur eodem. gloſſ.
igitur ſua interpretatione intellectum illius legis
cuius memini, variare facit vt dicere voluit Papi-
nianus exulem ſi procuratorem nõ miſit qui pro
eo compareret nõ excuſari, licet propter exilium
abſens fuerit. & Papinianum omiſiſſe tractare, ſi
cum exule agebatur, cui per ſe non licebat in iu-
dicio cõparere in loco à quo exul factus eſt, cum
potuit præſidem illius prouinciæ in qua exul erat
adire, & offerre ſe iudicium coram eo ſubire, qui
ſi non adierit an excuſetur. Cui conuenit authẽti.
principales. verſic. ſed & ſi partes. C. de iureiurã.
propter calum. dan. Et vbi Papinianus pariter &
Vlpia. dicere voluiſſent, exulem reſtituẽdum eiſe
ſi in loco exilij præſidem adijſſet, neq; obtinuiſſet
95 poſſe ius ſuum coram eo deducere † ille tex. eſſet
ſingularis, & ſufficere deberet exuli conuento of
ferre ſe iudicium ſubire in loco in quo exulat ſi
forte in loco à quo exul factus eſt per ſe compa-
rere non poteſt, vel talis eſſet cauſa in qua per p-
curatorem comparere nõ poteſt. Sed ſecundum
priorem gloſ. interpretationem, de exule dicen-
dum eſt ſicuti de excommunicato conuento dixi-
mus, qui licet agere non valeat, defendere autem
poteſt per procuratorem iuxta cap. j. de excep. in
vj. ca. intelleximus. extra, de iudi. c. cum inter. ex-
tra, de exceptio. Similiter de exule dicendum eſſe
dicta. l. Papinianus. dum ille tex. ait, Papinianum
recte reſpondiſſe non eſſe reſtituendum exulem
vltra ſtatutum tempus à lege ad concedendam re
ſtitutionem propter abſentiam quæ ratione exi-
lij contigit, ſi per procuratorem potuit corã præ
tore ſeu præſide comparere: igitur tueri ſe & de-
fendere per procuratorem potuit. Cæterum Ber
nard. in dicto ca. intelleximus. fecit dubium ma-
ximum circa prædicta & præſertim dictam. l. Pa-
pinianus. dum Bernard. ait excõmunicatum non
teneri procuratorem conſtituere, neq; ad id cogi
poſſe, vbi conſtituere recuſauerit: quia forſitan fi
delem defenſorem nõ inueniat qui cauſam ſuam
tueri velit aut poſsit, & cum Bernar. ſentit illhic
Innoc. pariter & Hoſtien. qui alleg. c. querelam.
extra, de procur. ſequuntur illhic Anto. & Abb.
Siculus, Moder. vero Cano. poſt Calder. contra
Bernar. Innoc. & Hoſtien. aliter ſentiunt, dicunt
96 † enim excommunicatum conuenium cogi debe
re procuratorem conſtituere per dictam. l. Papi-
nianus exuli. ff. de minor. Et id propter ſuum de-
lictum, quibus addere potes rationem dicti capi.
intelleximus. ne ex delicto ſuo commodum ſen-
tiat, & pars diu expectare cogatur. l. j. in princ. ff.
de dolo. ca. ſi verum. extra, de ſenten. excõmuni.
Secundò dicunt Moder. poſt Calder. verum eſſe
excommunicatum non poſſe per ſe ſtare in iudi-
cio, ſed per alium, id eſt, procuratorem ſuum ſta-
re debet, dicto cap. intelleximus. ſignantes in illo
text. verbum debet, quod neceſsitatem imponit
ſecundum gloſ. in clemen. attendentes. in verbo,
debeant. de ſtatu regu. l. ſed licet. ff. de offi. præſi.
Non poteſt igitur per ſe, ſed neceſſe illi eſt per a-
lium & ſic per procuratorem comparere, quem-
admodum ecõuerſo dicunt, vbi alicui in pœnam
imponitur per ſe agere vbi per procuratorẽ age-
re non liceat. l. cum miles. vbi Bart. hoc notat. ff.
de aliena. iudic. mutan. cauſa fact. ponderantes il
lum text. in verbo, oportet. quod pariter neceſsi-
tatem imponit. l. j. ff. de iuſtitia & iure.

Sed Feli. poſt Calder. in dicto. c. intelleximus.
hanc Calderi. ſententiam moderabat, ſi idoneus
procurator in loco inueniri poteſt. l. idemq;. vbi
hoc notat Barto. per illum tex. ff. pro ſoc. In dubi
tantẽ præſumptio non eſt penuriam eſſe idoneo-
rum, vbi locus inſignis eſt. c. ſtatutum. de reſcrip.
in. vj. Secus autem vbi idoneus non inueniretur.
& hoc modo dicunt Bernar. Innoc. & Hoſtienſ.
opinionem ſaluandam eſſe, ex quibus dicũt plus
ſatis reſponſum eſſe, ca. querelam. extra, de pro-
97 cura. † quia in odium excommunicati ſeu delin-
quentis lex neceſſitatem imponit procuratorem
conſtituere, dicta. l. Papinianus exuli. Ego puto
illam. l. Papinianus. melius ſaluari poſſe per di-
ſtinctionem dicti cap. querelam. & abſque corru
ptione illius decretalis. vult enim in grauioribus
cauſis neminem compellendum eſſe procurato-
rem cõſtituere: in leuioribus autẽ cauſis vel quæ
grande præiudicium nõ ſunt allaturæ teneri pro-
curatorem cõſtituere, etiam ſi exul ſit dicta. l. Pa-
pinianus exuli. nec plurimum mouere debet ra-
tio delicti propter dictum ca. quia diuerſitatem.
extra, de conceſſ. præbẽ. Non enim æquitas, neq;
iuſtitia admittunt, vt propter delictum non pro-
pter id quod agitur cõmiſſum recte defendi non
debeat, et ob id quod ſuum eſt amittat, imo lex ſi
neque procuratorem conſtituerit, neq; defenſus
ſit, reſtitutionem concedit dicta. l. miles. §. quæ-
dam. ff. ad. l. Iuli. de adulter. & l. ſi qua militi. §. j.
ff. ex quib. cauſ. maior. per rationem. l. vir bonus.
98 ff. iudi. ſol. † Non enim, inquit, cautio iudicatum
ſolui imputari ei poteſt qui in iudicio per ſe ſtare
non poteſt. l. necnon. in princi. ff. ex quibus cauſ.
maio. Expedit enim ei forte per ſe negocium ex-
plicare, & ideo text. in ca. paſtoralis. extra, de iu-
dic. voluit principales partes teneri per ſe nõ per
aduocatos factũ enarrare & proponere. Et quod
dicitur in dicto capi. intelleximus. extra, de iudic.
teneri excommunicatum poſſe & debere per ali-
um in iudicio reſpondere, at verbum debet in il-
la decretali poſitum, non alia occaſione dicitur,
niſi vt propoſitæ quæſtioni ſatisfieret, quod ex
capite illius decretalis, & ex ratione decidendi
eiuſdem ſatis conſtat. quæſtio namq; erat de excõ
municato qui recuſabat iudicium ſubire cum ex-

communicatus eſſet, & in ſui fauorem exceptio-
nem excõmunicationis proponebat, ne conuen-
tus reſponderet, hoc probat ratio decidendi, ibi
ne videatur de ſua malitia commodum reporta-
re, reſpondit Alex. tertius, autor illius decretalis,
debere per alium reſpondere. intellige, vt illhic
Bernard. Innocen. Hoſtien. & alij quorum ſuprà
meminimus interpretantur ſecundum dictum. c.
querelam. extra, de procurato. niſi cauſa propter
quã conuenitur tam grauis ſit quæ hominis præ-
ſentiam deſideret, & id puto æquum & iuſtum.
Et demiror Calder. & reliquos qui. l. cum miles.
ff. de aliena. iudic. mut. cauſa fact. ad id allegaue-
runt, vt vbi quis in pœnam tenetur per ſe agere
non poſsit procuratorem conſtituere. in primis
torquent illam legem. & quamuis Barto. fortem
illam legem eſſe dicat, mihi autem clara videtur:
99 nihil enim aliud ex ea lege exigi poteſt, † quàm
quòd donator qui cauſa mutandi iudicij rem ali-
quam militi donauit non obſtante donatione te-
neatur litem cœptam aut incipiendam ad finem
vſq; perducere. neq; licere militi donatario vir-
tute huiuſmodi donatiõis experiri, vt rem inquit
magis quàm litem in militem tranſtuliſſe creda-
tur. neſcio quid obſcurum, quid've in ea tam dif-
ficile inueniatur, tametſi Accurſ. ſeipſum torque
re viſus ſit dupliciter illam legem interpretando
quod vti puto. Bart. occaſionem præbuit, vt dice
ret fortem eſſe illam legem, niſi Bart. ideo legem
illam duram ſenſerit quòd militis rationem in ſta
tuenda pœna illius legis ſeu edicti de alienatione
mutandi iudicij cauſa facta, non habuerit quaſi
hanc noſtram ætatem nouiſſimam fuerit contem-
platus quæ ſuis forte temporibus diſsimilis non
fuerit quod non tantum cataphracto militi, ſed
et gregario ſeu pedario militi, vel vt moderno vo
cabulo vtar ſoldato, vel ſecundum Cæſarem, ſol-
dutio, ſeu lanſqueneto theutonico ſeu tudeſco,
100 vaſcone, aut heluetio, vel ſueuo, ſeu ſuiſſoco † cũ
iniuria dei & hominum licere omnia palam ſæui
re in homines ſceleratiſſima quoq; ſceleratiſſimo
rum facinorũ conuicia cum maxima libidine ex-
plere audeant, vt ne vllum quidem flagitium tam
grande excogitari poſsit quod ab eis non perpe-
tretur, vt & quidam quos gẽtiles, ſeu nobiles vo
cant quos ego nobileios potius appellandos &
nominandos arbitror, quoniam in deum blaſphe
mi ſunt, & ſanctos vniuerſumq; eccleſiæ ſtatum,
deum nãq; prôhdolor ore blaſphemo nulla occa
ſione offendunt, proximum expilant & laniant,
traditiones eccleſiæ paſsim contemnunt omniq;
ſtudio euertunt. Neq; inferiora imo forte maio-
ra his Henrici Imperatoris tẽporibus, cuius Bar
tol. conſiliarium ſe fuiſſe teſtatur, in extrauagan.
ad reprimend. inualuiſſe certum eſt coëgeruntq;
illa forſitan ratione Barto. legem illam difficilem
& fortẽ vociferare quòd de milite & ſic forti ſeu
magis robuſto homine illa lex loqueretur. Cæte-
rum Bart. in ea ſolum dixit cedentem cogi agere
per illum tex. dum ait experiri oportet quod ver
bum ſecundum eundem neceſsitatem imponit et
ſic alteri cedere non poterit, forte inquit, neque
procuratorem conſtituere vt hæc ſit pœna aliena
toris in potentiorem, non ratione officij. Sed ex
illa lege non poteſt dictum Barto. colligi. Hac ra
tione circa id plurimum non inſiſtam, quicquid
ipſe neque alius poſt eum dixerit. Progrediamur
vlterius, cum illa lex nihil ad inſtitutum noſtrum
conferat. Ego vero vltra quàm ipſi dicant puto ſi
in interpretatione dictæ. l. Papinianus. Bart. ad-
hærere velimus, illam legem pro eis nihil afferre:
101 cum Bartol. eam intelligat † de exule qui potuit
antequam exulare cogeretur procuratorẽ dimit-
tere inſtructum qui ſuo nomine experiretur, aut
eum in cauſa qua conuentus erat tueretur, & de-
fenderet ſeu cauſam ſuam ageret, quod facere po
tuit iuxta. l. is qui reus. vltimo reſponſo. ff. de pu-
bli. iudi. quare cum ſibi nõ cauiſſet imputandum
ei erat per illum text. & ſic in cauſa iam cœpta, &
diu agitata non excuſatur exul, ſecus forte dicen-
dum eſt in cauſa nondum ante exilium cœpta, in
qua recte dici poteſt recipiendam eſſe diſtinctio-
nem illius decretalis, querelam. extra, de procura
to. dum cauſas graues à leuibus diſtinguit. Qui-
bus addi poteſt relegatos, & deportatos in inſu-
lam exules in iure vocari. l. capitalium. §. in exuli-
bus. ff. de pœn. quamuis inter eos differentia ſit.
l. relegatorum. §. j. ff. de interdict. & relega. l. eius
qui apud hoſtes. §. fina. ff. de teſta. §. cum autem.
verſic. relegati. Inſti. quib. mod. ius pat. pote. ſol.
Et ideo illa. l. Papinianus. de relegato. qui nec li-
bertatem, nec ciuitatem amiſit intelligi debet, nõ
autem de eo qui libertatẽ & ciuitatem amiſit. Et
ob id abs re nõ eſt ſi relegati iudiciorum capaces
ſunt & per procuratorem agere & conueniri poſ
ſunt. Et ſi id non fecerint, excuſari non debeant,
dicta. l. Papinianus exuli. Et hoc modo ſatis erit
factum diſputationi Calderi. & ſequacium in di-
cto ca. intelleximus. extra, de iudi. Non ſic debet
ob delictum propter aliud commiſſum affligi vt
indefenſus ius ſuum amittat dicta. l. ſuccurritur.
ff. ex quib. cauſ. maior. l. j. ff. de diuerſ. & tempor.
præſcrip. Bart. autem in dicta. l. miles. §. quidam.
ff. ad. l. Iuliam de adulte. voluit ſic illum. §. miles.
cum dicta. l. Papinianus. concordare, vt in illo. §.
102 quidam. † non currat tempus detento in vincu-
lis, cum cauſa talis eſſet quæ per procuratorẽ agi
non poterat, ſed in dicta. l. Papinianus. procura-
tor poterat interuenire, ideo ſi non conſtituit, im
putãdum illi eſt, aduerte in cauſa criminali etiam
inferiore à relegatione, id eſt, quæ pœnam mino
rem relegatione expectat nõ licere iudicium per
procuratorem proſequi. l. j. ff. an per ali. cauſ. ap-
pel. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. l. ij. & iij.
ff. de publ. iudi. videretur autem poſſe accuſatio-
nem per procuratorem proponi, dum illæ leges
de proſecutione criminis ſeu accuſationis crimi-
nalis loquuntur, non autem de ipſa accuſatione.

Tamen ex eiſdem legibus ſatis conſtat huiuſmo-
di accuſationes proponi per procuratorem non
poſſe, & ideo dicta. l.miles. §.quidam. non vult
vtiles dies ſexaginta quæ ad accuſandam mulierē
de adulterio conceduntur marito currere, ei qui
in vinculis detinetur, eo quòd ſolennia accuſatio
nis propter detentionem obſeruare non potuit,
de quo in.l.reos. C.de accuſation.l.noſtris. C.de
calum.plenius in dicta.l.penul.§.ad crimen.ff.de
publi.iudi.his adde text. in.l.ſed & ſi per præto-
rem.§.j.ff.ex quib.cauſ.maior. Et Accurſi.in ea-
dem. in verbo, ex cauſa. recte prædicta declarat.
103 dicit enim ex illo text. † relegatum qui procura-
torem non habet, cùm potuit, quandoq; ex cauſa
reſtituendum, vt ſi procuratorē reliquit qui mor
tuus eſt, vt in dicta.l.necnon.in princ.eo.titu.vel
vt ait Accurſ. relinquere non potuit, neq; præſi-
dem vbi erat per ſe adire potuit. Ex bis igitur fa-
cti probabilis ignorantia excuſat, & vltra quàm
dictum eſt addo text. in.l.eum bonis. ibi, vt ma-
ternum ignorans poſſedit, &.l. cum quidam. in
princi.ff.de acquir.hæredi. vbi abſentia cauſa rei
publicæ iuſtam ignorantiæ cauſam præbuit vel
vbi res paterna intra matris ſucceſsionem inuen-
ta eſt, ideo plerique dicunt poſt gloſ. in.l.ij.C.de
iure emphyte. excuſandum eſſe hæredem emphy
teotæ ſi à ſolutione canonis triēnio ceſſauerit, vt
in canonem non incidat iuxta.l.ij. C.de iure em-
phyteo.& in cap.potuit.extra, de loca.quia igno
rantia ſuper facto alieno probabilis eſt.l.fina. ff.
pro ſuo.l.qui in alterius. ff.de reg.iur. Quamuis
de rigore iuris fecus eſſet ſecundum omnes gloſ.
in.l.ij. C.de iure emphyteoti.l.ad diem.&.l.cum
filiusfamiliàs.§.in hac.ff.de verbo.obliga.l.fina.
ff.de nauti.fœno. Non autem ex capite perſonæ
ſuæ, quia miles aut minor vti volunt in dicta.l.ij.
ſed ex clauſula edicti prætoris ſi qua mihi iuſta
cauſa videbit̃, de qua in.l.j.&.l.ſed & ſi per præ-
torem.in princ.ff.ex quib.cauſ.maio.l.j.§.ſi quis
propter inundationem. ff.de itiner.actuq; priua.
quam hæres prætendere poteſt, cum in ius alte-
rius ſuccedat, per regulam, cum quis. de reg.iur.
in.vj.l.qui in alterius.ff.de regu.iur.nam & ſecū-
dum eos defunctus ipſe ex illo capite potuiſſet
reſtitui ſecundum Bartol. in dicto. §.ſi quis pro-
pter inundationem. cuius dictum aureum eſſe di
cunt Moder.in dicta.l.ij. in expeditione glo.fin.
C.de iure emphyte.& illud Barto. dictum veluti
numen adorant Moder. & Ioan.de Imola in di-
cta.l.cùm filiusfamiliàs.§.in bac. dixit illud Bar-
to.dictum aureis literis ſcribendum eſſe, quomo
104 docunq; ſit, † quod hæredi emphyteotæ reſtitu-
tio ex illa clauſula concedi debeat, tenet gloſſ.in
dicta.l.ij.cum qua tranſeunt Iaco.Butriga.Bart.
Bald.Ange.Salic.Ioan.fab.& Papien.Modern.
poſt Din.in dicto cap.cum quis.de regu.iuris.in
vj.Barto.Ange.Paul.de caſt. Ioan.de Imo.Ale-
xan.& Moder.Papien. in dicta.l.cùm filiusfami
liàs.§.in bac.& in dicta.l.ad diem.Abb.& Felin.
in dicto capitu.vigilanti.extra, de præſcrip.Cum
eis eſt Floria.de ſancto Petro in dicta.l.fin. ff.de
nauti.fœn.Idem Floria.in.l.ſi partem.§.j.ff.quē-
admo.ferui.amitta.Specu.& Ioan.Andr.in titu.
de loca.§.nunc aliqua.verſi.xviij. idem Barto.in
l.ij. C.ſi aduerſ. vendi. pigno. alios pleroſq; qui
huic opini.ſe ſubſcribunt, refert Alexan. in dicta
l.cùm filiusfamiliàs.§.in hac. ff.de verbo.obliga.
Feli.in dicto ca.vigilanti.ij.colum.extra, de præ-
ſcript. Tranſſcribit eos Iaſon in dicta.l.ij.colum.
xcvij. C.de iure emphyteo. Sed cum aduerſus il-
lud Apollinis oraculum comperio Petr. & Cin.
reſiſtere, neque illius rationem habere in dicta.l.
ad diem.ff.de verb.oblig.& Ange.Alberi.in di-
cta.l.ij. hæſitauerint pariter & Iacob.Butriga.vt
vtriuſq; opinionis ratio habeatur aliqua diſtin-
ctione vtranque ſententiam moderare arbitratus
eſt. Quid igitur in vnam & alteram partem alle-
gatum cōperiam, breui recenſebo. In primis glo.
105 in dicta.l.ij.in gloſ.fi. C.de iure emphyte. † dixit
de ſtricto iuris rigore hæredem emphyteotæ non
excuſari, dicta.l.cùm filiusfamiliàs.§.in bac. &.l.
ad diem.ff.de verb.oblig.l.fin.ff.de nauti.fœno.
neq; obſtare huic fententiæ.l.ſemper.§.boc inter
dicto.ff.quod vi aut clam.neque alias leges quas
gloſ. illhic commemorauit quæ de vtili anno in-
telliguntur. Dixit tamen Accurſ.huic iuris rigo-
ri præter eam æquitatem mederi quæ reſtitutionē
concedit ex illa generali clauſula, ſi qua mihi iu-
ſta cauſa videbitur.l.j.ff.ex quibus cauſis maior.
Idem fentit gloſ.in dicto.§.in hac.cui fere omnes
ſe ſubſcribunt. Et pro ea Bald. in dicta.l.ij.C.de
iure emphyteo.inducit illum tex.in verſic.ſinau-
tem. in his verbis, & debitum ſpontanea volun-
tate perſoluere, hoc modo Bald.inducit.pœna il-
lius legis imponitur voluntarie ceſſanti vnde tē-
pus debet cum negligentia eſſe informatum non
tempus ſimpliciter, ignorans autē non poteſt ne-
106 gligens dici. igitur &c. † Quòd autem dominij
priuatio pœna ſit, dicit eſſe text. in.l.vnica. C.de
his qui pœnæ nomine. indecens igitur eſſet pœ-
nām imponere ignoranti.& propterea Din.opi-
ni.in dicto cap.cum quis.de reg.iur.in.vj.verio-
rem dicit eſſe opinionē Petr.& Cin. & pro Din.
addit text.in.l.is qui.§.ceſſatum.ff.vt in poſſeſ.le
ga. Secundò pro autoritate gloſ. inducitur dicta
l.qui in alterius. ff.de regu.iur.qui in ius alterius
ſuccedit iuſtam habet ignorātiæ cauſam. Et ideo
cum probabilis ſit.l.fin.ff.pro ſuo.aduerſus eam
reſtitutio iuſta cauſa concedi debet.Et ratio ſecū
dum Bartol.in locis prædictis eſt, quia & defun-
cto ſi viueret concederetur, fortiori ratione hæ-
redi eius concedenda eſt.Tertiò & iſtud eſt præ-
cedentium argumentorum conſecutiuum, igno-
rantia iuſtum eſt impedimentum dicta.l. annus.
ff.de calum. & dicta.l.j.§.ſi quis propter inunda-
107 tionem.ff.de itiner.actuq; priua. † Impedito au-
tem non currit præſcriptio.l.j.§.fina.C.de annali
excep.& vbi curreret quia iuſte ignorat ſuccurri

debet, hoc dicunt poſt Bartol. in dicto. §. ſi quis
propter inundationem. & vt ſuprà dixi Ioan. de
Imo. in dicto. §. in hoc. dixit eſſe aureis literis ſcri
bendum. Bart. dictum in dicto. §. ſi quis propter
inundationem. & Modern. Papienſ. in dicta. l. ij.
C. de iure emphyteo. dicit à doctis aduocatis au-
reum reputari. & Barto. mouetur præcipue auto
ritate dicti. §. ſi quis propter inundationem. qua-
ſi præſupponat Barto. eum qui ius ſuum ignorat
magis impediri impedimento facti quàm iuris, &
hac ratione per illum text. reſtitutionem in inte-
grum ei qui ius ſuum ignorat competere ex illa
generali clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa videbi-
tur. Quartò Bartol. in illa. l. cùm filiusfamiliâs. §.
in hac. vt reſpõdeat argumentis Petr. & Cin. præ
ſertim. l. Aemilius. ff. de minori. l. j. & l. ij. C. ſi ad-
uerſ. vendi. pigno. l. apud Iulianum. ff. quibus ex
cauſ. in poſſ. ea. In his in quibus contractus origi-
nem à defuncto ſumpſerũt in quibus perſona hæ
redis non conſideratur. Dicit Barto. diſtinguen-
108 dum eſſe, † aut hæres beneficio ſuæ perſonæ pe-
tit reſtitui, quia forte minor vel miles, & non re-
ſtituetur, quia cum eo nihil actum eſt. Aut hæres
vult reſtitui ex capite iuſtæ ignorantiæ, & iſtud
non continet perſonæ priuilegium, quia ſiue mi-
nor, ſiue maior reſtituitur ex illa generali clauſu-
la, ſi qua mihi &c. Nam & defunctus ex illo capi
te reſtitui potuiſſet, & hoc modo dicit ſatis eſſe fa
ctum dictæ. l. Aemilius. & l. j. & l. ij. C. ſi aduerſ.
vendi. pigno. plus addit Floria. in dicta. l. ſi par-
rem. §. j. ff. quemadmo. ſerui. amitt. leges per Cin.
& Petr. allegatas debere de minoribus intelligi,
qui ex capite ſuæ minoris ætatis poſtulant in in-
tegrum reſtitui aduerſus factum defuncti quod
iuſtum non eſt. Quintò Alexã. in dicto. §. in hac.
dicit argumento pro Petr. & Cin. facto, de. l. cum
antiquioribus. C. de iure deliberã. oportune re-
ſponſum fuiſſe per Bald. in. l. j. in oppoſitione
xxiiij. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. poſ. Similiter
& Paul. de caſt. in. l. ventre. ff. de acquiren. hære-
di. Et quia reſponſio eorum inſpectione libri vi-
deri poteſt, non tranſſcribo aliter, ſed de veritate
eiuſdem paulo poſt tractabimus. Sextò Iaco. Bu
ttriga. in dicta. l. ij. C. de iure emphy. cum Accurſ.
ſentiens aliter in hac quæſtione reſpondet dictæ
l. j. & l. ij. C. ſi aduerſ. vendi. pigno. & l. quæ à pa-
109 tre. C. de reſtit. milit. † Dicit enim, aut quæris de
legali præſcriptione, qualis eſt ea quæ ab illa. l. ij.
introducta eſt ceſſationis à ſolutione canonis per
triennium vel per biennium in re eccleſiaſtica de
iure canonico in dicto cap. potuit. extra, de loca.
authenti. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Etiam
ſi præſcriptio à maiore inceperit, & in tempus mi
noris ætatis inciderit, reſtituetur tamen minor di
cta. l. j. & l. ij. C. ſi aduerſ. vendi. pigno. Idem in ma
iore dicit errante vt competat in integrum reſtitu
tio. Si vero præſcriptio eſt conuẽtionalis, quia tẽ
pus cõtractui adiectum eſt, & dicit non concedi
etiam minori reſtitutionẽ niſi error probetur hæ-
redis, quia vbicunq; comperietur hæredem etiam
maiorẽ erraſſe iſtius opinionis eſſe ait, vt reſtitui
debeat hæres ex cauſa iuſtæ ignorantiæ vel iuſti
erroris, licet mero iure in pœnã incidat, vt voluit
Accurſ. ſecundum eum in dicta. l. ij. C. de iure em
phyteo. & in dicta. l. ad diem. ff. de verbo. oblig.
Sed Bart. in dicto. §. in hac. dum reſpondet ad di-
ctam. l. apud Iulianum. ff. quibus ex cauſ. in poſſ.
110 eatur. aliter diſtinxit. † Quandoq; ſtipulatio pro
pter non factum committitur, quia pecunia debi
to tempore in cõtractu expreſſo non ſoluitur, &
hæres etiã minor ſuo priuilegio nõ vtetur. Quan
doq; autem propter non factũ aliquo tamen cum
minore geſto & ſuo priuilegio vtetur, vt ſi obli-
gatio diem ſolutionis non contineat, & ob id ad
conſtituẽdum hæredem in mora interpellatione
opus eſt, ſi minor hæres interpellatus ſoluere ne
glexit iſto caſu minor reſtituetur q̃m ex perſona
minoris mora contracta eſt. allegat gloſ. in. l. ſi cũ
ex militaribus. C. de reſti. mili. gloſ. in. l. qui in al-
terius. ff. de reg. iur. quæ diſtinctio ſi vera eſt con
tradicit omnino Bart. dum propoſitam quæſtio-
nem de hærede emphyteotæ abſoluit. Nam in pri
mo articulo diſtinctionis Bart. vult minorẽ non
poſſe ſuo priuilegio vti, vbi præter factum hære-
dis ex contractu defuncti mora contrahitur. Sed
emphyteotæ tẽpus ad ſoluẽdum canonem à lege
præfixum eſt mediante cõtractu emphyteoſis, &
ſic tẽpus pro homine interpellat. l. magnã. C. de
contrahẽ. ſtipu. l. traiectitiæ. ff. de actio. & oblig.
111 † Igitur hæres emphyteotæ quantũcunq; minor
ſuo priuilegio non vtitur ſecundũ diſtinctionem
Bart. & in hoc differt à Iaco. butr. in dicta. l. ij. C.
de iur. emphy. nõ enim Bart. voluit minorẽ poſſe
reſtitui, niſi quatenus in executione cõtractus ꝓ-
uenientis à defuncto aliquid cũ minore factũ aut
actũ ſit in repilogatione ſua, ſic repetit Bar. q̃nq;
propter factũ cõmittitur & ſuo priuilegio vtitur,
aut propter nõ factũ, aut inquit cũ eo nihil actum
eſt, & non vtitur priuilegio aut aliquid cum eo
actum eſt, & vtitur, dicta. l. ſi cũ ex militaribus. In
contractu enim emphyteotico, nihil cum minore
actũ eſt, imo neq; dici poteſt aliquid cũ eo actum
eſſe. Et vt præcludã quicquid obijci poteſt, iuua-
bit plurimum. text. dictæ. l. ij. C. de iure emphyte.
receſſere ibi, neq; prætendent quod non eſt ſuper
hac cauſa inquietatus, cum neminẽ oporteat con
uentionem vel admonitionẽ expectare, ſed vltro
ſeſe offerre, & debitũ ſpontanea volũtate perſol-
uere. Ecce quomodo lex contentatur ſolo termi-
no ad ſoluendum per eam præfixo, vt hominis fa
cto opus non ſit. Et miror plurimũ Bald. & Mo-
dern. Papien. qui tam ſæuire velint in interpreta-
tione illorum verborũ, ſpontanea voluntate per-
ſoluere. quia illa verba per Imperatorem dicta
ſunt, vt demonſtraret effectum vltroneæ oblatio
nis, quæ ab emphyteota aut eius hæredibus fieri
112 debet: † quia prius dixerat emphyteotam non
debere expectare interpellationem à domino,
ſed vltro

ſed vltro debet offerre abſque vlla domini inter-
pellatione ſiue iudiciali ſiue extraiudiciali, dum
ait cum neminem oportet conuentionem ſcilicet
iudicialem, vel admonitionem ſcilicet extraiudi-
cialem expectare. Et cum dixit neminem non tan
tum perſonam emphyteotæ ſed hæredis eius etiã
minoris comprehēdit. Et dum poſtea ſubiungit,
ſed vltro ſeſe offerre hoc dicit, vt demõſtret non
eſſe expectandam admonitionem etiam extraiu-
dicialem, & vt abundantius, vltroneam ſolutio-
nem quàm facere debet emphyteota, vel eius hæ-
res addit, & debitum ſpontanea voluntate perſol
uere, ſpontanea non coacta, neque expectata co-
actione perſoluere, & hoc verbum perſoluere
iſtius effectus eſt, vt ſi in quadrante emphyteota
defecerit, quo minus integrum canonem ſolue-
rit ab emphyteoſi cadat, vt id operetur dictio per
l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. ſignific. Ferre
inquit Seneca in Thieſte, leue, perferre graue, &
idem ſentit gloſ. & poſt eam Barto. & Bald. in di
cta authenti. qui rem. C. de ſacroſanct. eccle. in. l.
res bona fide. ff. de contrahen. emptio. Sozi. poſt
Bald. in. l. quamuis. per illum tex. ff. de conditio.
& demonſtra. Alexan. & Moder. in. l. in execu-
tione. §. item ſi ita. ff. de verb. obliga. Areti. in. l. ſi
ſeruum. §. prætor. colum. ij. ff. de acquirē. hæred.
& Modern. Papien. poſt Ange. & Salic. in dicta
l. ij. in. ix. notabili. C. de iure emphyteo. ad id no-
ta illam legem contra id quod dixit Iaco. Butrig.
113 in eadem lege illum tex. recte probare † diem le-
galem inter partes debitorem in mora conſtitue-
re & facere pœnam committere abſq; vlla inter-
pellatione, ſicut & diem conuentionalem. & ſic
terminum à iure ſtatutũ interpellare, ſicut & ter-
minum ab homine ſtatutum. alleg. glo. in. l. ſi mo
ra. in gloſ. j. in princip. ff. ſoluto matrimo. gloſ. in
l. iij. §. nunc de officio. ff. de eo quod certo loco. l.
quoties in diem. ff. de verbo. obliga. cap. placuit.
extra, loca. contra hanc gloſ. Din. & Bartol. opi-
nionem reperio. Petr. & Cin. inſiſtere in dicta. l.
ij. C. ſi aduerſ. vendi. & in authent. quas actiones.
C. de ſacroſanct. eccleſ. Rapha. Cuma. in dicta. l.
ad diem. ff. de verbo. obliga. Ange. & Alber. ſu-
per communi doctorum opinione hæſitauerunt.
Dicunt enim Petr. & Cin. non facta inter hære-
des diſcretione, an minores vel maiores ſint ſcien
tes vel ignorantes ſi cõtractus originem à defun-
cto habuit non competere hæredi reſtitutionem,
ſi non impleto contractu, id eſt, ceſſauerit cano-
nem ſoluere continuo triennio hæres ſtatim ipſo
iure cadet à re emphyteotica per dictam. l. ij. C.
de iure emphyt. ſiue de rigore iuris, ſiue de æqui-
tate quæratur. l. æmilius. ff. de minor. l. ij. C. ſi ad-
uerſ. vendi. l. apud Iulianum. ff. quibus ex cauſ. in
poſſeſ. ea. l. cùm filiusfami. §. in hac. & l. ad diem.
ff. de verborum obligatio. & vt ſuprà dixi. text.
eſt indubius in dicta. l. ſecunda. C. de iure emphy
teo: ſecundum quod ſuprà notatur.

Secundò pro Petr. & Cin. aduerſus Barto. re-
torqueri poteſt Barto. fundamentum, quod pro
numine receperunt Ioan. de Imo. Alexan. & Pa-
114 pien. Modern. dum dixit Bartol. † ignorantiam
hæredis potius ſpectãdam eſſe quæ ex iuſta igno
rantia cauſatur, quia in ius alterius ſucceſsit per
l. qui in alterius. ff. de regul. iur. cap. cum quis. de
regul. iuris. in. vj. quàm pupillarem aut minorem
ætatem cum propter iuſtam ignorantiam defun-
ctus potuiſſet reſtitui, quanto magis hæres ex il-
la generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa vide-
bitur reſtitui debet vt verum non ſit hoc funda-
mentum cum iura plus faueant pupillari ætati vel
minori. xxv. annis quàm defuncto, etiam vbi cau
ſa à defuncto incepit. l. ſicut. C. de præſcript. xxx.
ann. Nam præſcriptio. xxx. annorum cum defun
cto cœpta ſuſpēditur ſi illi ſuccedat pupillus per
illum text. & dictam. l. cùm filiusfamil. §. in hac.
verſicu. non videtur. ff. de verbo. obliga. cum in-
quit non videtur per pupillum ſtetiſſe ex huiuſ-
modi ſtipulatione ſi pupillus hæres erit. Secũdò
non excuſatur hæres abſens et ignorãs ſicut neq;
defunctus excuſaretur dicto. §. in hac. in primo
reſponſo. ibi, quamuis abſit, & ignoret, & dicta
l. apud Iulianum. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. ea. &
dicta. l. ad diem. ff. de verbo. oblig. Adde quæ di
cta ſunt in præcedenti. §. de minore. aduerſus quē
præſcriptiones non currunt vt in. l. fina. C. in qui
bus cauſ. in integ. reſtitu. non eſt neceſ. l. fin. C. de
præſcrip. long. tempor. x. vel. xx. anno. l. omnes.
115 C. de præſcrip. xxx. ann. † Imo aduerſus lapſum
diei legalis ius reſtitutionem minori cõcedit. l. ſi
in emptionem. ff. de minori. c. conſtitutus. extra,
de in integ. reſtit. ſecundum Bernar. intellectum,
dixi plenius in repetitione. l. dudum. C. de con-
trahen. emptio. Et ſic lex pupillari ætati potius fa
uet, vel ſubuenit quàm ignorantiæ, vel abſentiæ
quantumcunq; abſentia neceſſaria ſit dicto. §. in
hac. verſicu. non videtur. & dicta. l. ſicut. & dicta
l. omnes. Et tamen vbi contractus originem ſum
pſit à defuncto non vult Iureconſultus pupillum
etiam hæredem, & in ius alterius ſuccedentē poſ-
ſe reſtitui in dicta. l. apud Iulianum. ibi, ideoque
contractus cum ex perſona patris deſcēdat dicen
dum erit non eſſe expectandam pupilli puberta-
tem. Et prius dixerat Marcellus Iureconſultus
perquàm iniquum eſſe eum qui nihil cum pupil-
lo contraxit expectare eius pubertatem, tantun-
dem dicit Imperator in dicta. l. ij. C. ſi aduerſ. ven
di. pigno. rem quam à patre veſtro quondam cre
ditor eius obligatam ſibi diſtraxit per ætatem ve
ſtram poſtulantium reuocari deſiderium non ha
bet rationem quia iuris eſt etiam ſi extraneo ſuc-
ceſsiſtis, & ſic pupillus & hæres reſtitutione non
iuuatur in his quæ à patris vel teſtatoris cõtractu
traxerunt originem. Et ſimili ratione mouebatur
Paul. Iureconſultus in dicta. l. Aemilius. ff. de mi
nori. in verſicu. putabam bene iudicatum. quòd
pater eius non ipſa contraxerat. Et demum Paul.
Iureconſultus ad obiectiones Imperatoris Anto

nini propter quæ Imperator Antoninus præfe-
cti vrbis ſententiam reuocauerat, reſpondet. Pri-
mò in eo quòd Imperator mouebatur diem com
mittendi in tempus pupillæ incidiſſet, effeciſſetq;
ne pareretur legi vēditionis. Et iſta eſt vna ex po
tiſsimis rationibus Bar. quibus ipſe & cæteri qui
cum eo ſenſerūt aduerſus Petr. & Cin. vſi ſunt vt
116 ex prædictis videre quiſq; poteſt. † Secundò mo
tus eſt Imperator quòd priores tutores qui pupil
lum reſtitui non deſideraſſent ſuſpecti pronun-
ciati erant. Cæterum primæ rationi Imperatoris
Antonini reſpondet Iureconſultus. & ea eſt qua
Petr. & Cin. vſi ſunt, vt illa ratio non plus vrgeat
quàm ſi creditor pignus diſtraxiſſet poſt mortem
debitoris die ſolutionis ſinitæ quæ nullo modo
vrget vt inquit Imperator in. l. fin. C. ſi aduer. vē-
di. pigno. Et ideo in caſu illius. l. Aemilius. dice-
bat Paul. pupillam debuiſſe potius reſtitui ex eo
capite quòd creditor denunciando, poſt diē quo
placuerat eſſe commiſſum & precium petendo à
lege ſua receſsiſſe, pro quo eſt tex. in. l. ſi fundus.
§. eleganter. ff. de lega. commiſ. neq; ratio haben-
da erit legis commiſſoriæ ſecundum Accurſi. in
verbo, erant. & ideo dicit Accurſ. Paul. Iurecon-
ſultum rectius Imperatore ſenſiſſe per dictam. l.
apud Iulianum. & . l. fiſcus. ff. de iure fiſci. & alijs
plerisq; legibus per Accurſi. allegatis. & vlterius
Accurſ. ad commiſsionem pœnæ extendit per di
ctam. l. fina. ff. de nautic. fœno. reſciſionem tranſ-
actionis. l. Polla. C. de his quibus vt indig. & di-
ſtractionem pignoris, vt in dicta. l. Aemilius. &
in dicta. l. ij. C. ſi aduerſ. vendi. pignor. In quibus
omnibus Accurſi. non recordatus præcedentis
ſuæ opinionis cum Petro & Cino conuenit. Et ſi
velis pro communi doctorum opinione ſuprà re
lata inſiſtere, Imperatorem Antoninum in caſu
dictæ. l. Aemilius. Rutilianam Aemilij Largiam
filiam reſtituiſſe: igitur in quibuſcunq; alijs caſi-
bus generaliter concludendum eſt. non videtur
hoc eſſe verum per ea quæ Pau. Iureconſultus in
ea dixit quaſi quadam ſingulari ratione Impera-
tor Antoninus motus ſit, vt eam reſtitueret. Pri-
mò quòd Imperatori lex commiſſoria diſplice-
117 bat. † Quoniam huiuſmodi contractus cum pa-
cto legis commiſſoriæ facti in fraudem vſurarum
fieri videantur ſecundum Accurſ. illhic. l. fina. C.
de pact. pigno. ſed in contractu venditionis hoc
non obtinebat ſecundum Bald. in cap. j. de feud.
dat. in vic. leg. commiſ. per. l. ſed ſi lege. in princi.
ff. de petitio. hæredi. tamen quantumcunq; idem
obtineret in venditione ſicut in pignoris conſti-
tutione, quod non paſsim admittitur vt per eun-
dem Bald. in dicto capi. j. & Petr. in dicta. l. fina.
C. de pact. pigno. tamen trahi non poteſt ad alios
contractus diſsimiles non ita odioſos per ratio-
nem. l. j. ff. de conſtitu. princi. §. ſed quod princi-
pi. Inſtit. de iure natura. Secundò dolus tutorum
pupillæ interuenerat, quorum facto res pupillæ
redempta non fuit, et ideo reſtituit ex capite doli
tutorum, quæ in alijs non concludunt. Sed vt ſu-
prà dictum eſt, quæſtio noſtra longe differt: quo
niam nihil in hoc cum pupillo, neque cum hære-
de actum eſt, ſed cum defuncto, & ex cauſa de-
functi prouenit obligatio in quo defuncti tātum
perſona ſpectanda eſt per leges ſuprà dictas. Ex
quibus aliud infertur cuius etiam ſuprà memini-
118 mus, † duplicem eſſe in eis ignorantiam pupilla-
ris ætatis & ignorantiæ, nam pupilli quid agunt
ignorant. l. fin. ff. de iuris & facti ignoran. l. j. §. fi-
na. C. de falſ. mone. l. pupillus. ff. de acquiren. hæ
redit. Secundò concurrit altera ignorantia facul-
tatum ſucceſſionis. l. fin. C. ſi penden. appel. mors
interuene. l. fina. C. de repudian. hæredit. dicta. l.
qui in alterius. ff. de regul. iur. Et tamen neutrius
ignorantiæ rationem habere voluit Paul. Iurecō
ſultus in dicta. l. Aemilius. neque Vlpianus in di
cta. l. apud Iulianum. neque Imperator in dicta
l. ij. C. ſi aduerſ. vendi. pigno. Quartò in præſcri-
ptione initium nactæ poſſeſsionis ſpectamus. l.
clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirē.
poſſeſ. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. Quintò
an is cuius res præſcribitur fuerit ſciens an verò
ignorans. §. rurſus. in authenti. vt ſponſali. largi.
collatio. ix. vnde ſumpta eſt authenti. malæ fidei.
C. de præſcriptio. long. tempor. x. vel. xx. annor.
119 † Et ſi ab initio ſciuerit rem ſuam præſcribi, &
non interrumpit eam infra decem vel viginti an-
nos ſecundum legis diſtinctionem dominium rei
ſuæ amittat dummodo is qui. x. vel. xx. annis præ
ſcribit ab initio cum iuſto titulo & bona fide poſ
ſederit per illos tex. & dictum. §. rurſus. neque il-
los ex capite iuſtæ ignorantiæ poſſe reſtitui, quē-
admodum neque defunctus potuiſſet reſtitui. l.
vnica. §. fina. C. de vſucapio. transfor. quod intel
lige vt dixi in præcedenti. §. per. l. fina. C. de præ-
ſcrip. longi tempor. x. vel. xx. anno. & ita Iaco. de
Are. interpretatus. §. in hac. in dicta. l. cùm filiuſ-
familiàs. ff. de verbo. obliga. Cuius meminit Cin.
in dicta. l. ij. C. de iure emphyteo. Et hoc in præ-
ſcriptione intelligas, cuius tempus eſt continuum
non autem vtile. l. ij. §. j. ff. quis ordo in bon. poſſ.
ſerue. Sed ad confirmationem præcedentis argu
menti plurimum facit. l. cum antiquioribus. C. de
iure deliber. ibi, nec hæredibus eius alius regreſ-
ſus in hæreditatem habēdam ſeruabitur, & ſigna
verbum, alius. per quòd reſtitutionis beneficium
excludi videtur, quoniam ſi via pateret reſtitutio
ni, iam regreſſus eſſet. Plus text. in. l. ad diem. ff.
de verb. oblig. vult non eſſe rationem habendam
vbi hæreditas iacens fuerit: licet aliàs rationem
haberi velit lex, ſi fortè iacente hæreditate ſatiſ-
datum non eſt ab hærede. l. is cui. §. ceſſatum. ff.
vt in poſſeſ. lega. Sed vt illhic Barto. voluit dum
poſt gloſ. reſpondet ad. l. fina. ff. de nautic. fœno.
vbi pœna à contractu defuncti non deſcendit,
tunc tempus hæreditatis iacentis ſubducitur, ſed
vbi à contractu defuncti procedit, pœna commit-
120 titur. † Ecce quomodo hæredi ex capite ignorā-
tiæ non

tiæ non ſubuenitur, vbi actus ſeu contractus de
quo contenditur à defuncto factus eſt, & quam-
uis ſuprà plus æquo ſatis ſit factum capitali fun-
damento, quo Ioan. de Imol. Alexan. & Moder.
Papienſ. aduerſus Petr. & Cin. vſi ſunt vt hæres
ex capite iuſtæ ignorantiæ reſtitui debeat, cum
defunctus ipſe ex illo capite reſtitueretur ex ge-
nerali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur,
tamen vltra quàm dictum ſit, addo aliam ſolutio-
nem in caſu noſtro nullo pacto cõcludere. Quia
cum tempus iſtud in hæredis perſonam ſit inci-
dens, & iure defuncti & acceſsione vtatur neceſ-
ſe habet eo vti cum ſuis qualitatibus & acceſsio-
nibus adeo vt nullo pacto hæredis, neque iacen-
tis hæreditatis ratio ſpectari poſsit vt ſuprà dictũ
eſt per dictam. l. ad diem. l. cùm filiusfamili. §. in
hac. ff. de verbo. obliga. l. fin. ff. de nauti. fœno. l.
apud Iulianum. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ea. & alijs
ſuprà relatis. Et è diuerſo ſi defunctus ignorans
fuiſſet iuris ſui, tametſi defunctus propter igno-
rantiam ius ſibi non acquiſierit de ſtricto iuris ri-
gore ad hæredem cauſam acquirendi non tranſ-
mitteret, ex æquitate tamen ad hæredem tranſmit
tit, vt ſuprà dixi per. l. Pantonius. ff. de acquiren-
da hæredita. & idem notatur in hoc text. noſtro.
121 † Sed iura conſiderauerunt vt quemadmodum
ignorantia defuncti hæredi in hoc prodeſt, ſcien
tia etiam defuncti hæredi nocere debet, quoniam
vt ſuprà dixi in his quæ à facto defuncti proce-
dunt ſolam eius ſcientiam vel ignorantiam conſi
derandam eſſe: Bartol. vero argumentum in his
procedit in quibus defunctus ex capite ignoran-
tiæ ex ſuo facto procedẽtis reſtitueretur. hijſdem
enim modis quibus defunctus reſtituendus erit
hæres & non aliàs, vbi enim ab hærede factum
incipit, neq; in aliquo factum defuncti concerni-
tur tunc habetur ratio temporis quo hæreditas ia
cens fuit dicta. l. is cui. §. ceſſatum. ff. vt in poſſ. le-
ga. Similiter & hæredis per rationem dictæ. l. qui
in alterius. ff. de reg. iur. & aliorum quorum me-
minit gloſ. in dicto. §. ceſſatum.

Ex præcedentibus ſatis eſt factũ ſolutioni Bal.
in. l. j. in. xxiiij. oppoſitione. C. qui admit. ad bon.
poſſ. poſ. quam tradit ad dictam. l. cum antiquio-
ribus. C. de iure deliberan. Et vltra quàm dictum
ſit. Feli. in ca. vigilanti. in. v. limitatione. extra, de
præſcriptio. reſpõdit non eſſe verum quod illuc
122 Bal. dicere voluit † in actu in quo mora vel negli
gentia conſideratur ignorãti non currere præſcri
ptionem, quoniam ſecundum eum obſtat, dicta
l. fin. C. de præſcriptio. long. tempo. x. vel. xx. an.
Secundò in alio non verum dicere Bal. dum ait,
ſi non conſideratur mora, ſed aliud accidens vt in
tranſmittenda hæreditate in iure deliberandi in
quibus ſcientia de ſubſtantia eſt, & iuris autori-
tas ſcientiam requirit nõ dari reſtitutionem quia
ius ita diſponat. in quo Bald. ſecundum Feli. om
nino contradicit dictæ. l. Pantonius. ff. de acquir.
hæred. & dictæ. l. cum antiquioribus. & ideo cõ-
tra Bal. Ang. & Pau. de caſ. inſurrexerũt in. l. ven
tre. & in dicta. l. Pantonius. ff. de acquir. hæredit.
Similiter & Feli. in dicto. c. vigilanti. & quamuis
Bal. pro fundamento ſuæ diſtinctionis induxit. l.
annus. ff. de calum. l. cum ſex. ff. de ædil. edic. ſatis
ſuprà reſponſum eſt poſt glo. & Ange. in dicta. l.
annus. & in dicta. l. cũ ſex. Quare Ioan. de Imo.
in dicta. l. ad diem. ff. de verb. obliga. aliam diſtin
ctionem fecit, quæ tamen à Bart. diſtinctione nõ
diſcrepat in dicta. l. cùm filiusfamil. §. in hac. quæ
confirmat ſententiam Petr. & Cin. ſicuti de diſtin
ctione Barto. ſuprà diximus. Dicit enim Ioan. de
123 Imol. † aut pœna ex pacto committitur abſq; ali
quo hæredis facto, et procedit. l. ad pœnam. ff. de
verb. oblig. quia per eam aduerſus hæredẽ etiam
ignorantem cõmittitur. aut committi, non poteſt
niſi ex mora hæredis præcedẽte eiuſdẽ interpella
tione & cõtra hæredẽ ignorantẽ non cõmittitur.
l. ſed & ſi reipub. ff. de vſur. variauit tantũ termi-
nos diſtinctionis. Bart. Io. de Imo. Sed recte cõſi
derata cõfirmat Petr. & Cin. opinionẽ quia tem-
pus cõtractui emphyteotico adiectum vel quod
ex legis diſpoſitione alijs contractibus interponi
tur currit emphyteotæ abſq; vlla monitione aut
interpellatione ſiue iudiciaria, ſiue extraiudiciali
vt ſuprà dictum eſt, per dictam. l. ij. C. de iure em
phyteo. Si igitur aduerſus defunctum nulla ſit ne
ceſſaria interpellatio, ſimiliter neq; aduerſus hæ-
redem imo nulla interpellatio, & vt ſuprà dixi.
Moder. Papien. in eadẽ. l. in nono notabili illum
text. bene conſiderauerunt, licet poſtea in diſpu-
tatione contrariũ ſenſerint non recordati eorum
quæ prius dixerant. In his enim tempus pro ho-
mine interpellat. l. magnam. C. de contrahen. ſti-
pula. l. traiectitiæ. ff. de actio. & obliga. l. fin. ff. de
nauti. fœno. & iſta eſt rei veritas ſi de iuris diſpo-
ſitione diffinienda eſt. Ego autem dum legebam
dictam. l. cùm filiusfamiliàs. §. in hac. ff. de verbo.
obliga. vtranq; opinionem exiſtimaui moderare
propter rationem. l. fin. C. ſi penden. appel. mors
inter. aut poſt mortem defuncti ſuperfuit hæredi
tantum tempus quo veriſimiliter de viribus hære
ditarijs informari potuit iuxta dictam. l. fin. & . l.
Ariſto. ff. de iure deliberan. l. ſin. §. & quidem. C.
eod. de iure deliberan. & vera ſit Petr. opinio per
dictam. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff.
ex quibus cauſis maior. Quem text. Petr. ad hoc
ſignauit in. §. rurſus. Inſtitu. de actio. & in. l. fina.
C. de tempor. in integ. reſtitu. peten. vbi Petr. vl-
terius induxit. l. pater qui caſtrenſe. §. fin. ff. de ca
ſtrenſ. pecul. & Petr. inductionem quam ex illo
text. facit iuuabit recẽſere cum vt ſuprà dixi Bar-
to. in illo text. commandauit, & in. l. qui bis. ff. de
verborum obligatio.

124 Clarum eſt † de iure hæredem omittentem ex
teſtamento adire, & ab inteſtato adeuntem tene-
ri actione in factum ac ſi ex teſtamento adijſſet. l.
prima. & per totum pene titulum. ff. ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſtamentaria. quæ actio in perpetuum

competit. Contigit autem patrem à filio quãtum
in caſtrenſi peculio erat, inſtitui. Cæterum pater
filij hæreditatem ex teſtamento adire repudiauit
& ab inteſtato adiuit: indubitati autem iuris eſt
patrem qui ab inteſtato filij hæreditatem adijt nõ
poſſe conueniri à creditoribus filij niſi infra an-
num quantum erit in peculio filij, an iſto caſu pa
tre omittente ex cauſa teſtamenti adire & cauſam
inteſtati eligente poterit in perpetuum pater con
ueniri, atque ſi ex teſtamento filij hæreditatem a-
diuiſſet, an vero infra annum aditæ hæreditatis
quantum eſt in peculio. l. prima. ff. quando actio
de pecu. anna. ſit. Et an creditores aduerſus pa-
trem qui forte dolo cauſam inteſtati elegit reie-
cta cauſa teſtamenti poſſint in integrum reſtitui
tanquàm læſi facto patris: quoniam actio quæ
perpetua erat aduerſus patrem facto ipſius pa-
tris annalis tantum effecta ſit, & ratio ſecundum
Iureconſultum eſt quoniam creditores non poſ-
ſunt ſe læſos dicere, licet facto patris actio aduer
ſus patrem abbreuiata ſit, & in hoc ille text. non
eſt alibi ſecundum Petr. & Bartol. fatetur à Petr.
ſe didiciſſe, vt ſuprà dictum eſt. ſic idem eſt in
125 quæſtione propoſita, † vbi tempus idoneum ſu-
pereſt hæredi inquirendi, non debet quod à de-
functo factum eſt reuocari in. §. præcedenti. alle-
gat. l. ſi fundum. in fine. ff. de fundo dotal. & facit
in argumentum. l. ſemper. §. hoc interdictum. &
§. ſequen. ff. quod vi aut clam. l. finali. §. ſin autem
nullatenus. C. de iure domi. impetran. & vt ſuprà
dixi plurimum ad id vrget dicta. l. fina. C. ſi pen-
den. appella. mors interuene. vbi ſi ante mortem
appellantis cui fatalia appellationis currere ince-
perant ſint prope lapſa, vt hæres infra tempus
quod ſupereſt de facultatibus hæreditarijs cer-
tiorari non poſſit, reintegrantur illi quatuor men
ſes, imo plus, vbi ad deliberandum tempus à le-
ge ordinatum conceſſum erit hæredi vt videat,
an hæreditatem adire, an vero repudiare volue-
rit poſt illud tempus quatuor menſes fatales con
cedantur ei vt cauſæ merita intelligat vt delibe-
ret, an cedere, an vero appellationem proſequi
velit. ne, inquit ille text. prius damnis afficiantur,
quàm commodum ſentiant, quæ ratio plena eſt
æquitatis. l. Ariſto. ff. de iure deliberan. & l. Ari-
ſto. j. & l. ſequen. ff. de acquirenda hæreditate. &
ſecundum qualitatem hæreditatum arbitrio iudi
cis tempus moderandum eſſe voluit Accurſi. in
dicta. l. Ariſto. ff. de iure deliberand. Et interim
excuſatur talis ignorantia tanquàm probabilis.
in quo adde quod Petr. & Cin. notant in. l. quo-
ties. C. de precib. impera. offeren. Bartol. & Ale-
xand. in. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouatio. idem
Bart. in. l. ſi quis extraneus. §. primo. & illhic Mo
dern. poſt eum. ff. de acquiren. hæredita. Feli. au-
tem in dicto capi. vigilanti. extra, de præſcriptio.
& Alexan. prius eo in dicta. l. cùm filiusfamili. §.
in hac. ff. de verborum obligatio. communem tra
ditionem doctorum ſuprà relatam limitauerunt.

126 † Primò in præſcriptione triginta vel quadragin
ta annorum, quia per eam pleniſsime præſcriben
ti ſuccurſum eſt. l. fina. C. de fund. patrimo. libro
xj. l. ſicut. in fine. C. de præſcriptio. xxx. anno. l. fi-
na. in fine. C. de edicto diui Adria. tollen. dixi in
l. contractus. ff. de regul. iur. in. l. prima. §. primo.
ſuprà eodem titul. & ideo ſecundum eos reſtitu-
tio aduerſus eam non competit vt plenius notãt
Alexan. & Feli. in locis prædictis, hic plura non
dicam. Secundò limitatur niſi ſupina fuerit negli
gentia per. l. ignorantia. & l. nec ſupina. ff. de iu-
ris & facti ignoran. l. quamquam. ff. ad Velleian.
capi. innotuit. extra, de electione. l. quiſquis. C. de
reſcinden. vend. Tertiò in ſtatutaria præſcriptio-
ne per. l. penul. in fine. ff. ſi quis teſtamen. lib. eſſe
iuſſ. fuer. melius in. l. quinquennium. iuncta gloſ.
prima. ff. ad legem Iuliam de adulter. in qua Bar-
tol. & Alexand. poſt eum de hac limitatione du-
bitauerunt, dixi in. l. dudum. C. de contrahenda
emptio. Quintò in eo qui ius ſuum ignorabat, di
127 xi de ea ſuprà, non repeto. † Sextò niſi ſtatutum
prohiberet aduerſus huiuſmodi præſcriptiones
aliquem inquietari. per hanc enim prohibitio-
nem in integrum reſtitutio ſublata eſſet dicta. l.
fina. C. de fundo patrimo. lib. xj. l. cum antiquio-
ribus. C. de iure deliberan. l. ſi quis maior. in fine.
C. de tranſaction. quoniam vbi lex actionem tol-
lit pariter & beneficium reſtitutionis per quod
actio inſtaurari poteſt, tollit per illum tex. Septi-
mò niſi is contra quem præſcribitur ciuilem poſ-
ſeſsionem retinuerit, tunc reſtitutione opus non
eſt. authentic. male agitur. C. de præſcriptio. xxx.
annor. de qua per Ludouic. Roma. in. l. qui vni-
uerſas. §. fina. ff. de acquirend. poſſeſsio. Octauò
quando ex cauſa neceſſaria ignorantia inducta
eſt, vt hic, & in capite huius. §. dixi poſt gloſ. in. l.
ventre. ff. de acquirenda hæredita. Quam limita-
tionem Bald. & Angel. hic inducebant ad exe-
cutores vltimarum voluntatum, quibus tempus
ad eas implendas ſtatutum eſt. Nam illis etiam
ignorantibus ſecundum eos currit tempus, niſi
forte ignorantia à prohibitione legis proceſſe-
rit per hunc textum. licet Bartol. ſecundum An-
gelum, hic contrarium ſentiat in. l. cum quidam.
ff. de legatis ſecundo. & in. l. genero. ff. de his qui
notantur infamia. & dicit Bartolus in illa lege
moueri per. l. tertiam. §. ſi quis hæredi. ff. de ſta-
tuliber. quæ ſecundum Angelum non obſtat:
cùm in illa lege non eſſet, cui conditio imple-
ri poterat. non diſsimilem reſponſionem tradit
illhic gloſſ. in verbo, adierit. per. l. ſi intra. in ſe-
cundo reſponſo. ff. eodem. de ſtatuliber. eandem
ſolutionem tradit hic Angelus ad dictam. l. ſi in
diem. ff. de conditione & demonſtratio. ſed non
comperio Barto. in dicta. l. cum quidam. ff. de le-
ga. ij. hanc quæſtionem in ſpecie mouere, neq; hu
128 iuſmodi rationem attingere, † ſed dicere tantum
executorẽ teſtamẽti, cui à teſtatore facultas cõceſ
ſa erat eligẽdi pauperes, quibus mille à teſtatore
relicta

relicta erant idq; infra annum, vt ſi non elegerit non poterit tamen epiſcopus eligere, niſi duobus concurrentibus. Primò quòd executor in mora fuerit eligendi. Secundò quòd res deſierit integra eſſe, & intelligit Bartol. executorem in mora eſſe poſt litis conteſtationem. l. non amplius. ff. rem ratam habe. Et licet epiſcopo exequendi facultas poſt annum ex conſtitutione concedatur, non autem eligendi poteſtas, & nihil vlterius dixit Bar. in dicta. l. cum quidam. Cui adde inquantum dixit monitionē eſſe neceſſariam ad hoc, vt in mora eligendi executor conſtituatur. tex. in. l. nulli. & authenti. licet. C. de epiſco. & cler. ibi, ſemel vel bis ab epiſcopo vel œconomo admoniti §. ſi quis autem non implens. in authent. de hære. & falci. colla. j. in verbo, monitus. ca. tua. in verbo, monitione. extra, de teſtam. authenti. hoc amplius. in verbo, monitus. vbi idem notat Bald. C. de fideicommiſ. per Paul. de caſt. in dicta. l. nulli. ad ſecundum Barto. dictum quòd poſsit re integra eligere, eſt melior. text. in. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. l. filij. ff. ad Tertul. adde circa id pulchram quæſtionē tractatam per Benedictum de plumbi. in. l. iij. §. fina. ff. de ſtatuliber. Et cùm hic articulus dubius eſſe videatur nō pigebit aliqua
129 de eo dicere. † Circa quem præmitte vltimam teſtatoris voluntatem infra annum à die mortis cō putandum exequendam eſſe, dicta. l. nulli. C. de epiſco. & cleri. dicto capi. tua. & ca. nos quidem. extra, de teſta. de quo per Bartol. in. l. à filio. & l. alio hærede. ff. de alimen. & cibar. lega. niſi teſtator moriens alium diem deſignauerit, eo tunc voluntas eius ſeruanda erit, dicta. l. ſi in diem. ff. de verb. obliga. l. ſi cui legetur. in princ. ff. de lega. j. vbi autem executor neglexerit poteſtas exequendi ad epiſcopum deuoluitur, dicta. l. nulli. & dicta authent. licet. C. de epiſco. & cler. & dicto ca. tua. extra, de teſta. Secundò ſi pro exequēda morientis voluntate executori legatum factum eſt, ſit executor illo legato indignus ſi forte contingat eam voluntatem exequi dicta. l. ſi cui legetur. quod proſequere, vt per Bartol. in dicta. l. alio.
130 † Quando dicendus erit executor in mora exequendi conſtitutus. Bald. hic & Ange. dicunt ſtatim à die mortis in mora eſſe etiam ſi ignorās fuerit mortis teſtatoris niſi ignorantia propter legis impedimentum prouenerit, vt hic in verbo, idcirco. pro eis eſt text. in. l. penul. C. de his quibus vt indign. aufer. hæred. Bartol. autem in dicta. l. genero. ff. de his qui notan. infamia. dicit executori non currere tempus niſi à die ſciētiæ etiam ſi epiſcopali conſtitutione per interminationem pœnæ excommunicationis teneretur infra certum tempus exequi per dictam. l. iij. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatuliber. vbi licet teſtator iuſſerit ſeruo in triginta diebus proximis mortis teſtatoris hæredi aliquid dare, aut rationes reddere, ſi ſine dolo tardius hæres adierit hæreditatem ſufficiet ſi intra triginta dies aditæ hæreditatis ſeruus dederit, aut rationes reddiderit. Sed vltra quàm dictum eſt ſuprà, & quàm dixerit Angel. ille tex. de æquitate intelligendus eſt in fauorem libertatis, quia de ſtricto iure aliter ſentiendum eſt per. l. ſi hæreditas. ff. eodem. de ſtatuliber. Secundò Barto. allegat dictam. l. ſi in diem. in princ. ff. de conditio. & demonſtrati. quæ omnino præcedentem ſolutionem auertit, quamquam ſumpta ſit ex dicta. l. ſi hæreditas. nam illa. l. ſi in diem. in duabus partibus contradicit dictæ. l. ſi hæreditas. Prima eſt, in his verbis, quia abſurdum eſſe viſum eſt ante diem præterire quàm is exiſteret quem oportet accipere. Secunda eſt in his verbis, & hoc in omnibus qui hæredibus dare iuſsi ſunt dicēdum eſt.
131 † Igitur & legatario tempus ex adita hæreditate imputabitur. Ecce quomodo ſpeciale non eſt in libertate, ſed generale eſt in omnibus qui hæredibus dare iuſſi ſunt, & illæ duæ leges ſunt plurimum contrariæ. tamen vt ſuprà dixi poſt gloſſ. in dicta. l. tertia. §. ſi quis hæredi. in verbo, adierit. ſimpliciter interpretatur de eo qui potuit implere & non impleuit per. l. ſi intra. eodem titul. in quo dicta. l. ſi quis in diem. aperte conuenit in verſicu. quia abſurdum. eodem modo reſpondetur ad. l. final. §. primo. iuncta gloſſ. in verbo, conſummationem. C. de iur. deliberan. quoniam oportet inuentarium ab hærede confici, ante ergo quàm adita ſit hæreditas quia per ignorantem fieri non debet. l. cum quidam. §. penul. & fina. & l. is qui putat. ff. de acquirenda hæredita. non currit ei tempus conficiendi inuentarij donec ſciuerit teſtatorem mortuum ſecundum gloſſ. illhic & hoc ſentire videtur Barto. in. l. Senatuſconſulto. ff. de officio præſid. in præcedenti. §. aliquid diximus. Quare videtur hic articulus dubius propter illas duas leges. Cæterum Bartol. in dicta. l. ſi cui legetur. in principio. ff. de lega. j. vtranque partem quadam diſtinctione moderatus eſt. Aut inquit, tempus diſpoſitioni adiectum eſt: & tempus à die mortis cedit. l. qui duos. ff. de manumiſſis teſtamen. niſi per teſtatorem expreſſe aliter ordinatum ſit, dicta. l. ſi cui legetur. in princip. aut conditioni adiectum eſt, & ſubdiſtinguit aut implendum eſt in perſonam hæredis. & non niſi à die aditæ hæreditatis cedit, dicta. l. tertia. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatuliber. l. ſi in diem. ff. de condi-
132 tione & demonſtratio. † quoniam ante aditam hæreditatem hæres non eſt. l. fina. C. de iure deliberand. Aut in alterius perſonam implendum eſt, & tunc à die teſtamenti cedit, ſiue conditio viuo teſtatore contingat, ſiue poſt mortem eius. l. ſecunda. ff. de conditione & demonſtratione. alibi Bartol. nulla facta diſtinctione voluit executori non currere tempus implendi teſtamenti niſi à die hæreditatis aditæ, hoc dicit in dicta. l. alio. in ſecunda quæſtione. ff. de alimentis & cibarijs legatis. per. l. ſi nemo. §. finali. ff. de teſtamentaria tutela. l. ſecunda. ff. de fideicommiſſarijs libertatib. arguendo de tutore

ad executorem teſtamenti.idem tenent Barro.&
Bald.in dicta.l.ſi in diem.ff.de condi.& demon-
ſtra.idem Bartol.in dicta.l.iij.§.ſi quis hæredi.ff.
de ſtatuliber. Ioan.de Imol. in dicta.l.ſi in diem.
Alibi Bartol.dicit à die ſcientiæ in.l.quinquagin
ta.C.de excuſa.tutor.ſequitur Bald.in.l.id quod
pauperibus. C.de epiſco.& cleri.alibi Bald.dicit
hoc nouiſsimum Bartol.dictum in cauſa pia non
procedere & in cauſa redemptionis captiuorum
hoc dicit in.l.captatorias. C.de teſta.mili.& in.l.
fin.C.de donatio.ex dictis per Bald.in dicta.l.id
quod pauperibus. iij.colum. & in dicta.l. capta-
torias.poſſet elici regula cum quibuſdam limita-
133 tionibus. regula igitur erit, † annum à iure cōceſ
ſum ad exequenda teſtamēta executori ignoran-
ti non currere,eo quòd ignorans exequi non po
teſt.l.quæro.ff.de eo qui pro tuto.neg.geſt. Alia
ratio aſsignatur per Bald. in.l. id quod pauperi-
bus.ſi ignorans exequi non poteſt, ergo iuſte eſt
impeditus ſed impedito tempus non currit con-
ſtitutionis cum ſit prætorium & vtile quo ad ſui
principium.l.ſuperuacuam. C.de tempo.in inte-
grum reſtitu.peten.gloſ.in.§.j. Inſtitu.de perpe.
& tempor.actio.igitur &c. Hæc regula ex dictis
per Bald.in dicta.l.captatorias.limitari poteſt in
legato ad pias cauſas facto in quo ſcientia conſi-
deranda non eſt neque ignorantia cum tempus
executioni fauore executorum adiectum non ſit,
ſed fauore teſtatoris & pauperū, vel eccleſiæ aut
134 alterius piæ cauſæ, † & hac ratione aut alia cauſa
non debet eccleſia ex tempore iacturam pati ar-
gumento capi.ſtatutum.de præbend.in.vj. Et hu
ius rationis meminit Paul.de caſt.in.l.genero.ff.
de his qui notan.infa. Et ita dicit Bald.de conſue
tudine ſeruari, licet forte de ſtricto iuris rigore
expreſſe cautum non reperiatur,ſed cum bona et
æqua ſit huiuſmodi cōſuetudo ſeruanda eſt ſecū-
dum eundem Bal. & hoc pacto executor abſens
& ignorans excludetur, capi.fina.de procura. in
vj. Secundò limitatur ſecundum eundem Bald.
in loco prædicto, in legato pro redemptione ca-
ptiuorum facto.l.penul. vbi Bald.id notat. C.de
donationi. Tu autem pro Bald. pondera melius
text.in.l.nulli. C.de epiſco.& cleri. ibi,pium de-
functi propoſitum ſine vlla cunctatione vt con-
uenit impleturus.& in verſicu.ſequen.ibi,ſtatim
geſtis interuenientibus earum quantitatem &c.
Et ratio eſſe poteſt quia cauſa redemptionis eſt
pia.l.ſi quis ad declinandam. C.de epiſco.& cle-
ric.Tertiò limitatur fauore libertatis cum appel-
latione piæ cauſæ veniat.l.fin.C.de communi ſer
uo manumiſ.Quartò in legato Reipublicæ facto
quod ſimili priuilegio vtitur. l.qui ſolidum. §.e-
tiam.ff.de lega.ij. & his limitationibus adhærere
videntur Modern. in dicta. l. captatorias . C. de
teſtamen.milit.& in.l.ſi cui.§.primo.ff.de lega.j.
Sed circa eas comperio variatum ſuiſſe præſer-
tim in tribus primis limitationibus. & Petrus de
Anchara.in dicto capitu.ſtatutum. de præben.in
vj. ſimpliciter adhæret diſtinctioni Bartol.in di-
135 cta.l.genero.ff.de his qui notan.inſam. † Et tan-
dem abſoluit executori ignoranti vltimam vo-
luntatem qualis qualis ſit etiam ad pias cauſas tē-
pus non currere niſi monitio præcedat . Et idem
prius eo dixit Henric.Bohic in dicto capitu. tua
nos.extra,de teſtamen. cum Barto.Paul.de caſt.
conuenit in dicta.l.genero. licet plerique ſecun-
dum eum variauerint. nam & ipſe Bald. in dicta
l.penul.C.de donatio. in cauſa redemptionis ca-
ptiuorum dixit annum executori non currere eo
quòd facultas non ſemper adeſt , in quorum re-
demptionem pecunia conuerti debeat,ſed iſta ra
tio non poteſt in conſideratione eſſe per dictam
l.nulli.§.ſin autem perſona.C.de epiſco.& cleric.
vt neque cunctatione aliqua vtendum ſit.capitu.
quòd oblationes.& per totam pene quæſtionem
xiij.quæſti.ij.l.prima. C.communia de lega. ibi,
quæ pijs actibus ſunt deputata. Antoni.de Butr.
in dicto capitu.tua nos. voluit remanere dubius
eo quòd tunc quæſtio penderet indeciſa , tamen
potius in opinio. Bald.in dicta.l.captatorias. C.
de teſtamen.milita. inclinare videtur hac potiſsi-
136 mum ratione † vbi tempus à lege præſinitum eſt.
Papæ etiam ignoranti tempus currit,adeovt non
poſsit mora purgari dicto capi.ſtatutum.de præ-
bend.in.vj.capitu.literas. extra,de ſupplend.ne-
gligen.prælato. capitu.ij. extra,de conceſſi.præ-
bend.l.inſulam. ff.de verborum obligatio. idem
tenet Bald.in authenti.cui relictum.iij.columna.
verſicu.quæro de quo anno. C.de indic.viduita.
tollend.vbi dicit Bald.currere tempus ignoranti
quo ad releuationem,licet non quantum ad pœ-
nam aut aliud præiudicium per dictam.l. gene-
ro.Idem Bald.notat in.l.quandiu. C.qui admit.
ad bonor.poſſeſ.poſſ.& in.l.conditionum. ff.de
conditio.& demonſtrati. comperio tamen Bald.
contrarium ſentire in.l.j. in.ix. quæſtione. C. de
inſtitu.& ſubſtitu.ſub condi.fact. dixit enim ab-
ſolute ignoranti tempus non currere & ignoran-
tiam iuſtum eſſe impedimentum.Bartol.vt ſuprà
dixi in dicta.l. cum quidem. colum.ij. ff.de lega.
ij.& in.l.executorem. C.de execut.rei iudica.di-
ſtinxit vt ſuprà meminimus . aut à teſtatore con-
ceſſa eſt executori eligendi facultas aut exequen-
di poteſtas. Primò caſu re integra etiam poſt an-
num recte eliget , ſed non recte poſt annum exe-
quetur per dictam.l.executorem. & ſuprà allega
ui pro Barto.l.mancipiorum.ff.de optione lega.
Paul.de caſtr.in dicta.l.nulli.colum.ij.in fine. C.
de epiſco.& cleri. ſubſcribit ſe Bartol.opinioni,
& ita dicit ſua tempeſtate Bononiæ ſuiſſe iudica-
tum.Cæterum ipſemet Barto. indiſtincte dicit in
l.ſina.§.primo.C.communia de lega. non curre-
re tempus executori , niſi à tempore ſcientiæ.
137 † Ego autem cum pace tantorum patrum dixe-
rim,non puto ignoranti tempus currere,ſed tan-
tum negligenti etiam quantumcunque cauſa pia
ſit.In primis faciunt. capitu.nos quidem.& capi.
tua nos.

tua nos.extra,de teſtamen.authentica,licet.C.de
epiſcopis & cleric. ibi, ſemel vel bis ab epiſcopo
aut æconomo admoniti.Secundò in redemptio-
ne captiuorum eſt.text.in.§.ſi quis autem pro re-
demptione.verſicu.ſi autem qui hoc facere.in au
thent.de eccle.titu.collatio.ix. in hærede eſt.tex.
in.§.ſi quis vero non implens.in authenti.de hæ-
redi.& falcid.collatio.j. In libertate tempus mo-
derandum eſt, nec nimia tarditate aut celeri præ-
cipitatione temperandum. l.ſi peculium.§.fin. ff.
de ſtatuliber. Adde prædictis text.in.§.ex male-
ficijs.verſic.item mixta.Inſtitu.de actio.l.meuia.
ff.de manumiſ.teſtamen.l.libertis.§.fin. ff.de ali-
men.& cibar.legatis.Ex quibus probari videtur
ad hoc vt poteſtas exequendi ad epiſcopum aut
alium deuoluatur,duo requiri.Primò annum ela
pſum fuiſſe. Secundò teſtamentum executori in-
ſinuatum fuiſſe.§.ſi quis in nomine. &.§.ſequen.
&.§.interdicimus.in authenti.de eccleſ.titul.col-
latione.ix. Ex his articulus videtur dubius tum
propter legum varietates tum etiam propter in-
terpretum iuris canonici & ciuilis diſcrepantiam
& vt ex ea vtilitatem aliquam accipiamus in tres
partes diuidere exiſtimaui & per ſingulas quæ-
ſtiones abſoluere.

138 Prima erit ſi ſtatuto † aut conſtitutione epiſco-
pi vltimarum volũtatum executores propter ne-
gligentiam exequendi poteſtate priuari debent,
& ſtatim exequẽdi facultatem ad loci epiſcopum
deuolui, ſicuti eſt vtroque iure tam ciuili quàm
canonico ſancitum, vt ſuprà dictum eſt dicta. l.
nulli.& authenti.licet.C.de epiſcop.& cleri.§.ſi
quis autem. &.§.ſequen.in authenti.de eccleſ.ti-
tu.colla.ix.capi.nos quidem.& cap.tua.extra,de
teſtamen. An ignorans exequendi,poteſtate pri-
uabitur,& ob id ad epiſcopum deuoluetur.

Secunda ſi conſtitutione epiſcopi pœna excõ-
municationis, aut alia pœna in executores negli-
gentes ſtatuatur,an non exequẽdo propter igno
rantiam excommunicati erunt, aut in aliam pœ-
nam incidant,vt in.l.penul. C.de lega.dicto cap.
qui oblationes.xiij.quæſtio.ij.dicto.§.ex malefi-
cijs.verſic.item mixta. Inſtitu.de actio.l.in teſta-
mento.ff.de condi.& demonſtra.

Tertia ſi per teſtatorẽ præmium executori vl-
timæ ſuæ voluntatis conceſſum eſt in teſtamento
ſi eam infra annum exequatur, an ipſo propter
ignorantiam non exequente legato relicto pri-
uari debeat,de quo in dicta.l.penulti. C.de lega.
l.libertis.§.fina. ff.de alimen.& cibar.lega.l.me-
uia.ff.de manumiſ.teſtamen.

139 Ad primam dici poteſt, † quòd cum epiſcopi
conſtitutio in terminis iuris ſcripti facta ſit, vt ſe-
cundum ius commune regulari debeat.l.ij. C.de
noxal.actio. capit.canonum ſtatuta. vbi copioſe
Felin.extra,de conſtitu. Sed indubitatum eſſe vi
detur de iure ciuili vbi tempus à lege præfinitum
eſt executori tempus exequendi etiam in legato
ad pias cauſas non niſi à die inſinuationis curre-
re.§.ſi autem hæres. verſicu.ſi autem legatum. in
authenti.de eccleſia.titu.collatione.ix.inquit ille
tex.ſi autem legatum ab aliquo ad pias relinqua-
tur cauſas iubemus infra ſex menſes ab inſinua-
tione teſtamenti numerandos hoc modis omni-
bus præberi quibus relictum eſt: igitur non plus
poteſt epiſcopi quàm legis conſtitutio operari,
ſed vbi à lege ad exequendas morientium volun
tates præfinitum eſt, non niſi à die inſinuationis
teſtamenti currit.igitur in conſtitutione epiſcopi
idem dicendum eſt in.§. ſi quis autem pro redem
ptione.eodem titu.vt non tranſmittatur exequen
di poteſtas ad loci epiſcopum niſi prius ab epi-
ſcopo executor ſemel & ſecundo admonitus fue
rit,ex quo.§.ſumpta eſt. authenti.licet. C.de epi-
ſcop.& cleri. Idem dicitur in dicto capitu.tua.in
verbo,monitione præmiſſa. extra,de teſtament.
non poterit ergo plus epiſcopi conſtitutio ope-
140 rari quàm iuris communis diſpoſitio. † De iure
autem canonico licet epiſcopo ante lapſum an-
num aut aliud tempus à lege ſeu conſtitutione,
vel etiam ab homine præſtitutum executorẽ ad-
monere,vt teſtamentum exequatur dicto capitu.
nos quidem. extra,de teſtamen.ſecundum vnam
illius Decretalis interpretationem. Plus dico in
eadem decretali probari data, aut inuenta aliqua
executoris circa teſtamenti executionem negli-
gentia loci epiſcopum poſſe vna cum executore
executionis onus aſſumere probat text.illius de-
cretalis.in verſicu. quod ſi infra prædictum tem-
pus.ibi,tecum implere neglexerit, alioquin veri-
ſimile non eſſet pontificem voluiſſe hoc ſtatuere
niſi de iure, epiſcopo licuiſſet executionis offici-
um aſſumere, quamuis Hoſtien.ab hac interpre-
tatione diſſentiat in ſumma illius titu.de teſtamẽ.
§. & per quem cogitur defuncti voluntatem ad-
implere, cum quo conuenire videntur Guillel.
de Cun.& Ioan.fab.in.l.nulli. C.de epiſcopis &
cleric.Specu.in titu.de inſtrumen.editio.§.illud.
verſicu.nunc aliqua. Antoni.de Butri.in capitu.
Ioannes.& in capitu.ſi hæredes.poſt gloſſ.illhic.
extra,de teſtamen. Petr.de Anchar. in capi.fina.
de teſtamen.lib.vj.& cõmuniter omnes ſequun-
141 tur in dicto capi.nos quidem. † vbique enim vo-
lunt ſolius executoris officio incumbere teſtato-
ris voluntatem exequi, neque teneri loci epiſco-
pum adiunctum ſecum admittere, niſi forte præ-
miſſa monitione compertum fuerit teſtamẽti exe
cutionem neglexiſſe dicta.l.nulli. & authenti.li-
cet.& authenti.hoc amplius. C.de fideicommiſſ.
& dicto.§.ſi quis autem pro redemptione. in au-
thenti.de eccleſ.titul.& ad dictum capi. nos qui-
dem.extra,de teſta.reſpondetur quòd Tancreda
religioſa executrix teſtamenti ordinata omnino
negligebat teſtatoris voluntatem exequi,& ea ra
tione põtifex motus voluit, vt cum ea epiſcopus
exequeretũ,ſecũdum Hoſti.opinionẽ in loco præ
dicto,alioquin nõ debet eps̃ ſecũdum eundẽ,niſi
poſt executoris negligentiã quæ poſt monitionẽ

eius contingit de executione teſtamenti ſe intro-
mittere, & ad id ponderat dictum capit. nos qui-
dem. & capi. ſi hæredes. extra, de teſtamen. l. ſi hæ
reditas. §. ſi defuncto. ff. de peti. hæred. & ita pro-
bat dicta decretalis, nos quidem. in verbo, pro-
trahitur. imo ille text. vult poſtquàm detecta erit
executoris negligẽtia vt admoneatur exequi ſta-
tuto illi termino vnius anni ad exequendum, qui
ſi intra annum cum epiſcopo exequi negligat, ſo
142 lus epiſcopus exequetur: † & ſic ratione negligẽ
tiæ tantum executori epiſcopus adiunctus datur,
vbi ergo non neglexerit de iure adiunctus dari
non poteſt, quod vt non contingat niſi prius mo
ueatur per illos text. & cap. Ioannes. extra, de te-
ſtamẽ. & monitio cum interminatione pœnæ fie-
ri debet, argumento dicti capi. ſi hæredes. & cap.
fina. de teſta. lib. vj. & ille text. videtur ad duo di-
cta ſingularis. Primum eſt, licet de iuris commu-
nis diſpoſitione is qui in mora eſt implendæ con
ditionis ſi adhuc tempus durat donec integrum
tempus elapſum fuerit in mora implendi non re-
cte dicitur. l. in illa ſtipulatione. & l. hoc iure. &
l. in inſulam. ff. de verbo. obliga. Si tamen factum
quod impleri debet tantæ ſit neceſsitatis vt om-
nino impleri debeat poteſt debitor ad implemen
tum compelli, & ſi tempus adhuc non aduenerit
ſeu expirauerit poterit illi adiunctus dari. Nam
text. dictæ decreta. in verſic. quòd ſi infra. vult lo
ci epiſcopum omnino teſtatoris voluntatem exe-
qui, poſtquàm conſtiterit executorem in longum
executionem protelare, renueritq́; ſecum habere
adiunctum epiſcopum infra annum exequi, et ſic
qui negligit exequi quamquam vere moroſus di
ci non poſsit ad hoc vt indignus ſit executionis
recipit adiunctum: & ſi eum non admittat, ſit om
nino incapax executionis, cui nõ multum differt
dictum capi. fin. de teſtamen. lib. vj. & l. decreto.
§. fina. ff. de adminiſtra. tutor. Sed gloſ. fina. in di-
cto capi. fina. dicit ſpeciale eſſe fauore piæ cauſæ,
& pupillorum. Igitur leges illæ in cauſa pia & pu
pillari limitandæ erunt. hic non dicam plura, ſed
vide quæ pulchre Alexan. & Moder. ſcribunt in
dicta. l. in illa. & l. hoc iure. & l. in inſulam. ff. de
verborum obligatio.

Secundum dictum quod ex illa decretali colli
143 go eſt, † negligentiam per præſumptionem pro-
bari poſſe. nõ enim ex illo text. de executoris ne-
gligentia conſtitit, niſi quòd executionem teſta-
menti protelabat, vt ſonat verbum protrahitur,
in illo tex. poſitum. ſimilis tex. in dicta. l. inſulam.
in vltimo reſponſo. ibi, ſi certum eſſe cœperit pa-
rere ſtipulationi reſiduo tempore nõ poſſe: com-
perio autem expectandum eſſe diem etiam ſi cer-
tum ſit non poſſe factum in reſiduo tempore im-
pleri, tametſi fauor libertatis tractetur. l. ſi pecu-
lium. §. hæredi. ff. de ſtatulibe. Secundò in prædi-
ctis addo in legatis piæ cauſæ ſpectari negligen-
tiam quæ non videtur contingere niſi poſt finitũ
tempus à lege præſtitutum, quod non niſi à die
inſinuationis incipit dicto. §. ſi autem hæres. in au
thenti. de eccle. titu. Tamen tex. dictæ decretalis,
nos quidem. extra, de teſta. ſcientiam executoris
tantum etiam ſi monitio non præcedat attendere
videtur, cum prima pars eius nullam de monitio-
ne, aut inſinuatione mẽtionem faciat, cui accedit
hæc ratio fruſtra rei demonſtratæ demonſtratio-
nem poſtulari. l. j. ff. de dot. præleg. Tamen ad id
faciliter reſponderi poteſt vt in ſequentibus de-
clarabimus, & non modo inſinuationem neceſſa
riam eſſe, verumetiam monitionem dicto ca. tua.
& cap. Ioannes. extra, de teſta. & ca. fina. de teſta.
in. vj. authenti. hoc amplius. C. de fideicommiſ. di
cta authenti. licet. C. de epiſco. & cleri. & alijs ſu-
144 prà relatis. † Conſentio autem epiſcopum loci
poſſe executorem admonere nõ expectato lapſu
temporis à lege præfiniti dicto cap. nos quidem.
Et per eam executor in mora cõſtituetur vt ſi for
te inſinuatione facta negligat teſtatoris volunta-
tem exequi, facile exequendi poteſtas ad epiſco-
pum deuoluetur per illos text. Et iterum ponde-
ro text. §. ſi autem hæres. in authenti. de eccleſ. ti-
tu. colla. ix. qui de hærede loquitur ſciente defun
cti voluntatem cui tamen ſex mẽſium tempus ad
executionẽ legati ad pias cauſas facti ordinatum
non currit niſi facta teſtamenti inſinuatione, ſed
ad illum text. reſponderi poſſet, ideo illum text.
inſinuationem deſiderare cum pœnalis ſit illa cõ
ſtitutio ſicut dicitur in. §. ſi quis autẽ non implẽs.
in authenti. de hæred. & falci. colla. j. & in authen
ti. hoc amplius. C. de fideicommiſ. tamen text. di-
cti capi. nos quidem. extra, de teſta. videtur for-
mam iuris ciuilis immutare, cùm in prima parte
eiuſdem dicatur, de religioſa fœmina executrice
quæ monaſterij ædificationem in longum protra
hebat, et ſic in mora exequendi inuenta fuerat. In
ſecunda parte dicitur pontificem hac ratione iuſ-
ſiſſe epiſcopo vt executricem admoneret vt infra
annum monaſterium vna cum ipſo epiſcopo ſtu-
deret ædificare. In tertia parte poteſtatẽ exequen
di omnino tollit papa ab executrice & in epiſco-
pum transfert, ſi cum ipſo epiſcopo renuerit in-
145 fra annum executioni teſtamenti intendere. † Et
ſic vbi executor teſtamenti ſcit ſe eſſe cõmiſſum,
& exequi negligit etiam non monitus ex ea mo-
ra meretur vt ei adiunctus ab epiſcopo detur, nõ
autem quòd per eam moram indignus reddatur.
Et ſi cum adiuncto exequi contemnat infra tem-
pus quod ab epiſcopo præfinietur poteſtas exe-
quendi ad epiſcopum deuoluetur vt ſolus exe-
quatur, ſed hæc mora non erit in hac parte pœna
lis quantum ad legati priuationem, aut alterius
pœnæ impoſitionem competens, niſi poſt moni-
tionem neglexerit infra tempus à iure, aut conſti
tutione præfinitum teſtamẽtum exequi, dicto. §.
ſi quis autem non implens. & ideo ſi aduerſus ne
gligentes exequi vltimas morientium voluntates
pœna excommunicationis lege, aut canone, vel
ab homine impoſita inueniatur, non niſi poſt
ſecundam

ſecundam monitionem infligenda erit dicta au-
then.licet.C.de epiſco.& cleri.dicto.§.ſi quis au
tem pro redemptione.& in.§.ſi autem hæres. in
authen.de eccleſ.titu.colla.ix.dicto.c.tua. in bis
verbis, monitiōe præmiſſa compellas.extra,de-
teſta.c.indigne.xij.quæſt.ij.ibi,vt vindictam ad
monitio præcedat,dicto.§.ex maleficijs. verſic.
item mixta vbi Accur.notat in verbo,diſtulerit.
& in verbo,in iudicium.Inſtit.de actio.facit qđ
notat Bald.in.l.qui crimen.viij.quæſtio. C. qui
accuſa.poſ.Felin.in.c.ij.extra,de ſponſa.Nicol.
Spinel.in.l.locorum.C.de omni agro deſer.lib.
xj.Bald.in.l.fina.C.de dol. Bartol. & Ioan. de
platea in.l.ſi quis ſeruum.C.qui milit.poſ. libro
xij. & plenius Moder. Papien. in dicta authen.
hoc amplius.in verbo,moniti à iudice.C.de fidei
commiſſis.& ita intelligi & moderari debet tex.
in.c.qui oblationes.xiij. quæſt. ij. dum ille text.
146 ait, † qui oblationes defunctorum retinēt & ec
cleſijs tradere demorantur, vt infideles ab eccle
ſia ſunt abijciendi quia vſque ad exinanitionem
fidei perueniunt.c.ſi bæredes.extra, de teſtamē.
ſi hæredes iuſſa teſtatoris non adimpleuerint ab
epiſcopo loci omnis res illis relicta interdicatur,
dicto.§.ex maleficijs.verſi.item mixta.ibi,qui re
licta ſacroſanctis eccleſijs,vel alijs venerabilibus
locis legati vel fideicommiſſi nomine dare diſtu
lerunt vſque adeo vt etiam vſque ad iudiciū vo-
carentur,ſed qui monetur ſatis propter negligē
tiam videtur in iudicium vocari dicto.§. ſi quis
autem non implens.in authen.de hæredi.& falc.
collatio.j.ibi,ex decreto iudicis admonitus & di
cta authen.hoc amplius.C.de fideicommiſ. quæ
ſumpta eſt ex dicto.§.ſi quis autem non implēs.
verbum enim demorantur poſitum in dicto. ca.
qui oblationes intelligēdum eſt monitione præ-
miſſa,dicto.c.tua.extra,de teſtamen.ſimiliter in
telligi debet.c.ſi hæredes.dum de hærede loqui
tur negligente iuſſa teſtatoris implere quoniam
ſecundum dictum.§.ſi quis autem non implens.
ſi poſtquàm deereto iudicis admonitus erit an-
num totum protraxerit non agens quod præce-
ptum eſt,& dicta authen. hoc amplius. C. de fi-
deicommiſ.& ita Accurſ.in dicto verſic.item mi
xta,illum tex.interpretatur in verbo, diſtulerit,
& in verbo,iudicium.& id ſequūtur illhic Din.
Ioan.Fab.Nicol.Spinel.& Moder.& ita decla-
rat tex.in dicto.§.ſi quis autem pro redemptio-
ne.verſic.ſi autem qui hoc facere iuſſi ſunt.in au
then.de eccleſ.titu.collatio.ix.ibi,ſemel & ſecū-
do à beatiſſimo locorū epiſcopo, aut eius œco-
nomis per publicas perſonas admoniti diſtule-
rint quæ diſpoſita ſunt adimplere iubemus eos
omne lucrum relictum eis ab eo qui boc præce-
perit amittere.idem.§.ſi autem hæres.qui ſtatim
147 ſequitur.† Conſentio autem vt res legata cum
fructibus à tempore mortis perceptis reſtituatur
duplici ratione quia ſine vlla cunctatione res à
defuncto relictæ tradi debent, dicta. l. nulli. C.
de epiſco.& cleri.quare qui in mora eſt traden-
di etiam nō monitus rem cum fructibus reſtitue
re tenetur,dicto.§.ſi autem hæres.Secūdò, quia
rei pure legatæ ſtatim dominiū legatario acquiri
tur.l.à Titio.ff.de furt.neque huic ſententiæ ad-
uerſatur.tex.dicti.§.ex maleficijs.verſic.item mi
xta.ibi,vſque adeo vt etiam in iudicium vocarē-
tur tunc enim & ipſam rem &c.quia ille text. de
pœna intelligitur quæ vltra rem imponitur quæ
eſt quod aliud tantum pro pœna tradit,& ſic du
plum.non ſic eſt in fructibus qui rem ſeu rei do-
minium concomitantur.& bene facit dictus.§.ſi
autem pro redemptione.ibi,& locorum epiſco-
pos omnes res cunctis ſicut dictum eſt pijs cau-
ſis diſtributas cum fructibus & augmentis me-
dij temporis & memorato luero vēdicare. idem
in dicto.§.ſi autem hæres, ibi, ſi autē diſtulerint
qui in hoc onerati ſunt huiuſmodi præbere lega
tum,& fructus & vſuræ & omne legitimum exi
gat augmentum à tempore mortis eius qui hoc
reliquit,dicto.c.ſi hæredes.extra,de teſta. ſed di
ctus.§.ſi autē hæres obſtare videtur, quia loqui-
tur de eo cui inſinuatio teſtamenti facta erat. &
poſt inſinuationem intra ſex menſes diſtulerat
quod relictum erat præbere. obſtat etiam.l.pri-
148 ma.& fin.C.de vſur.& fruct.rei lega. † vbi à tē
pore litis conteſtatæ tantum dicit vſuras & fru-
ctus & mercedes tantum venire, quod idem vel
le videtur dictus verſicu. item mixta. ibi, vſque
adeo vt etiam in iudicium vocarentur, donec igi
tur in iudicium vocati ſint in mora non ſunt. &
iſte articulus videtur dubius quia leges inter ſe
pugnare videntur,videlicet dicta.l. prima. & fi.
C.de vſur.& fruct.rei lega.l.Herennius. prima.
ff.de vſur.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de leg.
j.dicta.l.à Titio.ff.de furt.l.Titia Seio.§.vſuras.
ff.de lega.ij.propter quas interpretes iuris ciui-
lis plurimum elaborauerūt aliquibus diſtinctio-
nibus concordare in dicta.l.prima.& fi.vbi Pet.
Cin.Bartol.Bald.& alij,& in dicta.l.ſi tibi ho-
mo.§.cum ſeruus.Din.Petr.Ioan. Fab.Nicol.
Spinel.Aretin.& Papien.Moder. in dicto.§.ex
maleficijs.verſicu.item mixta.quare putaui vltra
quàm dicatur ab eis dicere pro cōcordia omniū
149 illarum legum, † vt hæres qui ſcit rem eſſe lega-
tam à teſtatore & iuſſus eſt tradere etiam ſi non
præcedat monitio tenebitur rem cum fructibus
reſtituere,eo quod legatarius ſtatim mortuo te-
ſtatore dominus eſt rei legatæ et in mala fide eſſe
incipit ſtatim quo ſcit rem legatā fuiſſe. text. eſt
in.l.quæſitum.ff.de acquir.rer.do.ibi,quia & ſi
fundum ſuum quis legauerit hæres qui eum lega
tū eſſe ſciat proculdubio fructus ex eo ſuos non
faciat.nam ille tex.à pari iudicat hæredē qui ho-
minem liberum in hæreditate inuentum poſtquā
liberum eum eſſe ſciuit detinet vt ſtatim quo in-
cipit ſcire eum liberū eſſe deſinit bonæ fidei poſ
ſeſſor eſſe.& ideo nihil acquirit facto eius, & hæ
redem qui rem ſcit eſſe legatam detinet. nam fru

ctus ex ea ſuos non facit,ſtatim quo ſcit eſſe lega
tam.& hoc modo intelligo.l. Herennius. primã
quæ dicit poſt acquiſitum fideicommiſſario do-
minium rei per fideicommiſſum relictæ etiam ſi
maior pars anni ante diem fideicommiſſi ceden-
tẽ prætеriſſe dicat.in quo cõuenit.l. à Titio. ff.
de furt.iuuat rõne eorũ qui huic ſentẽtiæ ſe ſub-
150 ſcribũt, † cauſa em̃ teſtamẽtaria eſt bonæ fidei et
de ea iudicãdũ eſt, ſicut de contractibus bonæ fi
dei.l. in minorũ. C.in quib.cau.in integ.reſti. nõ
eſt neceſ.ſed fructus debent à tẽpore moræ quo
cœpit res deberi. l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de
vſur. idẽ ergo in eã teſtamẽti dicẽdũ eſt.repetam
qđ ſuprà dixi pro hac parte.nã volũtates defun-
ctorũ ſtatim ſine vlla cũctatione impleri debent
in forma ſua ſpecifica. d.l.nulli. C. de epiſ.& cle-
ri.l.in teſtõ.ff.de cõditio.& demonſtr. & inquit
tex. in.l.fi.ff.cõia ꝑdio.nec em̃ ſicut viuẽtium ita
& defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt. &
ita puto interpretandum eſſe verbum demorant
poſitum in. d.c.qui oblationes.xiij.q.ij. & in his
qui ſciunt in teſtõ res legatas eſſe. & ſe executo-
res nominatos fuiſſe,vt ſi cunctati ſint rem cum
fructibus & augmento earum reſtituere tenean-
tur.l. equis.ij. reſpõſo.ff.de vſur.d.l. Titia Seio.
§.vſuras.ff.de lega.ij. & recipiendam eſſe ratio-
nem dictæ.l. primæ.ff.de dote præleg. fruſtra rei
demonſtratæ demonſtrationem peti. & ſi ſciue-
rint hæredes ſe teſtamenti executores eſſe & ne-
gligant vſque adeo vt patiãtur ſe in iudicium vo
cari non tantum rem cum fructibus & augmen-
to ſed etiam lucrum quod percipiãt aut percipe-
re ex teſtamento poterãt, amitterent. & adhuc tan
tundem ſoluãt & ſic duplum rei legatæ,dicto. §.
ex maleficijs.verſicu. item mixta. quem puto ſic
intelligendum pariter.§.ſi autem hæres.in auth.
de eccleſ.titu. collatio. ix.&.c.ſi hæredes.iuncto
c.tua.extra,de teſta.idem ſi celauerint teſtamen-
151 tum.l.pen.C. de leg. † Ego autem intelligo hoc
hoc verum niſi ſubſiſtente cauſa legitima hæres
diſtulerit teſtamentum implere quia ſibi aliunde
actio aduerſus teſtm̃ aut hæreditatẽ competeret.
l.ij.C.de vſur.& fruct.rei lega.l. ſi quis liberta-
tem. verſicu.nam cum quidam.ff.de peti.hæred.
& ideo volunt illæ leges tempus à iudice hæredi
vel emptori præfiniẽdum eſſe intra quod agere-
teneatur,iuſque ſuum proſequi ne diu vltima te-
ſtatoris voluntas in ſuſpenſo ſit, vt dictum eſt ꝑ
dictam.l.fin.ff.communia prædio.& in hoc ca-
ſu vbi in ea mora hæres deprehenditur quia in
longum protrahit teſtamenti executionem etiã
non expectato anno ad teſtamentũ exequẽdum
iure debet ep̃us adiunctus eſſe huiuſmodi execu
tori.d.c.non quidam.extra,de teſta.c.ſi. de teſta.
in.vj.& id puto verum & iuſtum. Si verò pœna
petat ab eo qui hæres eſt,& executor teſtamenti
vel etiam ab executore,& puto neceſſariam eſſe
monitionẽ,neque ſufficiat vnica monitio ad pœ
nam infligendã,ſed ſecunda deſideranda eſt ad-
monitio.& ita intelligo dictum.§. ſi quis autem
non implens.in auth. de hæredi.& falci. colla. j.
auth.hoc amplius.C.de fideicom.authẽ.licet. C.
de epiſ.& cleri.§.ſi quis autem pro redemptiõe.
§.ſi quis autem.&.§.ſeq.in authẽ. de eccleſ. titu.
colla.ix.c.indigne.xij.q.ij.& alios tex. quorum
152 ſuprà meminimus. † Si vero ignorans ſit hæres
teſtamenti vel executor neſciat ſe executorẽ fuiſ
ſe commiſſum & neceſſaria eſt inſinuatio teſta-
menti,neque ante in mora eſſe poteſt.& ita intel
ligo.§.ſi autem hæres. in authen. de eccleſ. titu.
colla.ix.& ſex menſes tantum à die inſinuationis
numerandi concedi debent executori ad exequẽ
dum teſtamentum quibus elapſis incidant in pœ
nam illius tex. quæ eſt,amiſſionis lucri & reſtitu
tionis fructuũ & omniũ augmentorũ rei legatæ
de iure Codicis fructus et vſuræ & augmenta rei
legatæ à die litis conteſtatæ tantũ reſtituebantur
d.l.j.& fi.C.de vſur.& fructi.rei leg. de iure au-
thenticorũ veniunt propter eorum malam verſa
tionem fructus & augmenta à die mortis teſtato
ris dicto.§.ſi autem hæres.in auth.de eccleſ.titu.
colla.ix.cuius tex.ſuprà tranſcripſi.hic non repe
to,& per dictum.§.ex maleficijs.§. itẽ mixta. in-
ſti.de actio. ſi legatum factũ eſt pro loco aut piæ
cauſæ in pœnam condẽnabitur in duplũ, & vbi
per cõſtitutionẽ pœna excõicationis imponere-
tur ego putarem eos eſſe excõicatos,dicto.c.qui
oblationes.xiij.q.ij.ibi,hi ergo tales quaſi egen-
tiũ necatores nec credentes iudiciũ dei habendi
ſunt.Ex his ſecũdũ articulũ puto expeditũ. nolo
autem prætermittere quod ſcriptũ inueniam ſu-
per eo quod ſuprà dixi hæredem priuandũ eſſe
omni commodo hæreditario pariter,& teſtamẽ-
ti executorem,ſi negligant doloſe ſeu cũ magna
negligentia teſtatoris volũtatem implere. hac ra
tione neceſſarium eſſe putaui tertium articulum
expedire, An ignorans teſtamentum & quod ex
teſtõ exequi debet propter ignorantiam excuſa-
ri debeat , an vero omni hæreditario commodo
priuari.

Ex prædictis hic articulus videtur de indubi-
153 tabili qa lex negligentiã tm̃ punit. † Sed in igno
rãte non põt negligentia imputari,niſi forte craſ
ſa ſit aut ſupina ignorãtia.l.nec ſupina.ff. de iur.
& fact.ignor.c.innotuit,extra,de electio.vel ni-
ſi affectata eſſet ignorantia.l.j.§.j.in fin.ff.ſi quis
omiſ.cauſ.teſta.l.generali,in verbo, ignorantiã.
vbi plenius Luc.de Pen.C.de tabul. libro. x. &
ideo ſuprà dictum eſt neceſſariam eſſe teſtamen-
ti inſinuationem dicto.§.ſi autem hæres.in auth.
de eccleſ. titu.colla.ix.nec antea vult pontifex in
dicto.cap.nos quidem.extra,de teſta.ep̃um dari
adiunctum niſi data executoris negligentia quæ
in ignorante non ſubſiſtit & poteſt hoc dictum
iuuari iſto text. qui ignorantem omnino excu-
ſat, niſi forte contingeret diu executionem diſ-
ferri,quoniam in locum abſentis vel ignorantis
ep̃us ſuffici poteſt vel melius exequi poterit per

rationem.l.fin.C.communia prædio. &.l.nulli.
C.de epiſco.& cleri.per quam in parte deciſa ita
mouetur tex.in dicto.c.nos quidem.in ſi.ibi, ſi-
cut enim ſecundum pijſſimas leges &c.Sed cum
hic articulus ex varietate diſtinctionum difficilis
reddatur,iuuabit ſi aliquid ex eis videamus. in
primis Bartolus in.l.genero. ff. de his qui notan
tur infamia. circa ignorãtiam diſtinguit & prius
eo. Din.in.l.cum ſeruus.ff.de verborum oblig.
ſequitur Petr.de Ancha.in dicto.c.ſtatutum. de
154 præben.in.vj. † Quandoque ignorantia ad cui-
tandam pœnam allegatur & prodeſt,dicta.l.ge-
nero.niſi culpa ignorantiam præcedat vel igno-
rantiæ admixta fuerit.l.pen. ff. ad legem Iuliam
de adulter.et vbi de culpa punitur ignorans.l.ij.
§.qua actione.ff.vi bono. rapto. quandoque ad
incommodum ignorantis proponitur.& nõ ex-
cuſat huiuſmodi ignorantia.l.inter omnes.§. re-
cte.ff.de ſur.& ideo ſecundum eoſdem in crimi-
nalibus non auditur quis volens per verbũ,ere-
do,reſpondere ſed de veritate reſpõdere debet.
l.repeti.ff.de quæſtio.adde. l. cum falſum. ff. de
acquiren.hæredi.ita notat Bartol. in dicta. l. in-
ter omnes.§.recte. Felin.in.c.quoſdam.ij. colũ.
in expeditiõe.gl.ij.extra,de præſumptio . quan-
doque ad commodum ignorantis allegatur vt
lucrum perdat non vt damnum ſentiat , & non
prodeſt.§.vtrum.ſuprà eadẽ.l. illhic dictũ eſt . l.
ij.ff.de cõditio.& demonſtra. Ex qua diſtinctio
ne videtur ignorantiam in hoc caſu nõ prodeſſe.
nam ſi præmium executori conceſſum eſt,vt faci
lius ad exequendum teſtamẽtum inclinari & in-
duci poſſit præmium relictum in teſtamento nõ
percipiet ſecundum vltimum articulum diſtin-
ctionis Barto.nam ſi ignorantia quæ ad lucrum
ignorantis allegatur non prodeſt,igitur executo
ri non proderit ad præmium conſequendum li-
cet ad damnum euitandum proſit.Sed hoc Bart.
dictũ ſaluari poteſt vt procedat in iure nouo ac-
quirendo,non autem in quæſito conſeruando.
quæ plurimum differunt.l.ſed & ſi lege.§.conſu
luit,vbi hoc notat Angel.ff.de peti. hæredi.l.ſe-
quitῦ.§.furioſus.ff.de vſucapio.l. ſi is qui animo.
155 ff.de acquiren.poſ. † Sed executori ſtatim quo
legatum ſibi factum eſt dominium rei legatæ ſi-
bi quæſitum eſt.l.ſi dies appoſita. ff. quãdo dies
lega.ced.l.à Titio.ff.de fur. quare ignorantia ſu
perueniens non debet in eo quod quæſitum eſt
obeſſe.Sed hæc conſideratio non videtur bona
niſi forte teſtator legatum feciſſet etiam ſi execu
torem eum non feciſſet,hac ratione executor le-
gatum conſequetur.l.ij.§.ſina.ff.de dona. & di-
cam infrà poſt glo.in.l.pen. C.de lega. ſecus au-
tem vbi contemplatione executionis teſtamenti
legatum factum ſuiſſet quoniam oportet execu-
tionem de facto fieri ſeu impleri,& quod à ſcien
te impleatur, dicta.l. ij. &.l.multum intereſt. ff.
de conditio.& demonſtra.& dicta.l.ſi dies appo
ſita.dixi in dicto.§.vtrum. ſuprà eadem.l. aliter

ergo reſponderi poteſt,& repetam in hoc quod
ſuprà dictum eſt quando lex hæredem , aut exe-
cutorem ſuo commodo hæreditaria non priuat
niſi quatenus negligens eſt niſi de negligẽtia cõ
ſtet legato aut præmio priuatus non eſt dicto.§.
ſi quis autem non implens.in authen. de hæredi.
& ſalci.collatio.j.dicta authen. hoc amplius. C.
de fideicommiſ.& alijs legibus & canonibus ſu-
prà relatis,niſi ſorte craſſa eſſet ignorantia, vt ſu
prà dictum eſt per.l.nec ſupina.ff.de iur.& facti
ignoran.Secundò,niſi hæres aut legatarius ſeu
executor doloſe teſtamentum occultaſſet , ne id
exequeretur.l.pen.§.fi.C.de lega. vbi tex. vtrũ-
que articulum amplectitur. Primus eſt quando
legatarius aut executor teſtamentum occultat .
156 Secundus † quando renuit exequi ad ſimilitudi
nem tutoris dati , cui legatum relictum eſt vt tu-
telam gerat,qui ſi tutelam non ſubierit pupillo
aſſignabitur,cui vtilis eſſe noluit.ſimiliter lega-
tum factum executori:vel præmium ei relictum
pro exequendo teſtamento acquiretur hæredi per
illum tex.ſi officium exequendi ſibi iniunctum
non impleat priuabitur omni commodo ſibi re-
licto & hæredi aſſignabitur per illum text. cum
pleriſque alijs quorum meminit illhic Accurſ.
qui in tribus caſibus limitat illum text. Primus
eſt in milite.Secundus eſt quem nunc annotaui-
mus quando aliàs legatarius erat teſtator etiam
ſi eum executorem non feciſſet & allegat.l. ne-
ſennius.§.ſin.&.l.ſed hæc.&.l.ſeq.ff. de excuſa.
tutor.l. qui tutelam.ff.de teſta.tutel.in dubio au
tem ſinalis cauſa legati præſumitur ſiue antece-
dat ſiue ſequatur contemplatione executionis fa
ctum ſuiſſe dicta.l.ſed hæc.licet forte in alijs caſi
bus in dubio huiuſmodi cauſa non cenſeretur ſi-
nalis eſſe ſecundum glo.ſin.in dicta.l.ij.ff.de do
na.dixi aliàs non repeto.non erit ergo indignus
legato aut præmio executor teſtamenti ignorãs
teſtamẽtum vel ſe executorem eſſe quia indigni
tas non niſi propter contumaciam æſtimanda eſt
vt ſuprà dictum eſt.quibus addo.l.quod autem.
ff.de excuſa.tutor.argumento etiam eſt.l. omne
delictum.in princi.ff.de re milita.nam omnia iu
ra ciuilia & canonica ſuprà memorata negligen-
tiam tantum arguunt quæ in ignorante eſſe non
poteſt,vt ſuprà dictum eſt. l. prima. C. de anna.
except.& quamuis Bald.& Angel. hic in oppo-
ſitum hunc noſtrum tex.inducant. in verbo , id-
circo.à contrario ſenſu cum hic tex. dicat hære-
dem excuſandum ſi idcirco ignoratum eſt, quia
ſenatuſconſulto tabulæ aperiri non potuerunt.
157 & ſic legis prohibitio in cauſa fuit. † vbi igitur
ignorantia facto ſeu miniſterio legis ignorantiæ
cauſam non præbuerit,ſed alia ratione ſeu occa
ſione ignorantia contigerit ignorantem non ex-
cuſabit, & ideo ſecundum eos à die mortis non
non autem ſcientiæ tempus computandum erit:
cui conformatur.c.ſtatutum. iuncta gloſ.in ver-
bo,numerandum.de præben.in.vj.dicta. l. ſi in

in diem. in princip. ff. de conditio. & demonſtra.
ibi, neque initium temporis eius quod futurum
eſſet aſſcriptum eſt. igitur à contrario ſenſu ſi ini
tium temporis appoſitum eſt ab eo currere inci
piet. Sed ad iſta reſpondent Bartol. & Barth. ſo-
zi. in dicta. l. ſi in diem. vbi tempus ita expreſſe
appoſitum eſt vt non cadat ſubauditio vt pote
aditæ hæreditatis ſicuti eſt in illa. l. ſi in diem. &
in. l. iij. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatuliber. &. l. ta-
lis. ff. de iure dot. cum in ea dicitur de dote pro-
miſſa in annum proximum ſubauditur, & cōtra-
cti matrimonij, & tunc ſtatim ab eo tempore in-
cipit, alioquin ſubauditio recipienda eſt. l. ſi cui.
in princi. ff. de lega. j. & legibus, ſuprà dictis. &
l. ſi vſuſructus. mihi in bienniũ. ff. de vſuſruc. le-
ga. authẽ. hodie. C. de appel. l. quinquaginta. ff.
de excuſa. tuto. Addo tex. in. l. ſi fundus. §. fin. ff.
158 de leg. commiſ. † vbi tempus in ſpecie in contra
ctu determinatum eſt, nō debet interpellatio ex-
pectari, ſed vltro quod in obligatione eſt offerri
debet & ideo dicit Bartol. in. l. item illa. ff. de cō
ſti. pecu. ſi quis dubitat de mora argui debet ei
cui putat ius competere vltro offerre, alioquin
non excuſatur, vbi ergo tempus ita nō eſt in ſpe-
cie determinatum ſuppletio recipienda eſt per
prædicta ne impedito aut ignoranti tempus cur
rere incipiat niſi ex natura actus tempus ſicuti
coartatum eſt ſuppletionem non poteſt admitte
re, dicta. l. ſi in diem, & hic.

Sed hæc diſtinctio non videtur ſatis huic tex.
facere quoniam tempus hic determinatum recte
cum ſuppletione interpretari poteſt ſicut & Bar
tol. ſentire videtur dum ait recte probari metu ſe
natuſconſulti Sillaniani nō audijſſe ſi ſtatim quo
ſciuit teſtatorem defunctum eſſe non adiuit &
ſic vbi ignoraſſet defunctum eſſe teſtatorem ex
alia cauſa quàm ſenatuſconſulti ignorantia pro-
cederet, vt dictum eſt in. §. aperire. verſic. ſi quis
ignorans. ſupra ea. l. non videtur in alio procede
re Sozi. diſtinctio per dictam. l. iij. §. ſi quis hære
di. ff. de ſtatuliber. imo ille text. aperte contradi-
159 cit. nam in ſpecie tempus à teſtatore determina-
tũ fuit, ſcilicet in diebus. xxx. proximis ſuæ mor-
tis. & tamẽ lex moræ purgationem admittit vſq;
in. xxx. dies à tempore aditæ hæreditatis numerã
dos, & id non tantum in fauorem libertatis ſin-
gulare erit quoniam generale eſt in omnibus qui
hæredibus aliquid dare iuſſi ſunt, per dictam. l. ſi
in diem. in princip. ff. de conditio. & demonſtra.
Addo. l. fi. §. ſin autem dubius. C. de iur. deliber.
vbi lex tempus. xxx. dierum ad incipiẽdam inuẽ
tarij confectionem ſuppletionem recipit à tem-
pore ſcientiæ apertarum tabularũ. & in. l. diuer-
ſum. §. primo. ff. quo lega. dicitur de eo qui ſatiſ-
dare debet ſatis eſſe petenti moram non facere.
Prædictis addo vbi in ſpecie à lege vel homine
tempus præfinitum non eſt ad tempus ſcientiæ
ſeu quo quis veriſimiliter ſcire debuit refertur. l.
qui hoc anno. §. fina. ff. de verbo. oblig. l. mulier.
C. ad Velleia. & quãuis Sozi. in dicta. l. ſi in diẽ.
dicat in his actibus in quibus non ita in ſpecie tẽ
pus determinatum eſt ſubauditio ſic recipiatur,
vt ordo implementi attendatur, per. l. ædiles. pri
ma. §. ſin. ff. de ædili. edic. illa lex non obſtat, nec
aliquid ad propoſitum caſum adſert, quoniã in-
telligit de contractibus in quibus obligatio vel
obligationis diſſolutio eſt reciproca ad aliquem
in mora conſtituendum. nam tunc ordinis ratio
160 habenda eſt. tolle exemplum in † emptore volen
te rem emptam redhibere vt precium à ſe datum
recipiat. prius enim debet emptor rem cum eius
augmento offerre quàm ad precij reſtitutionem
agat. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. l. pri-
ma. ff. de re permuta. & ſic re oblata & reſtituta
venditor preciũ reſtituet. Ex his ergo diſtinctio
Bartholomæi Sozi. in dicta. l. in diẽ, videtur du-
bia. quare Barth. in dicta. l. ſi cui. in princip. ff. de
lega. j. aliam diſtinctionem recenſuit cuius ſuprà
meminimus, dixit enim, aut tẽpus à teſtatore diſ-
poſitioni adiectũ eſt, & tempus à die mortis cur
rit. l. qui duos. §. primo. ff. de manumiſ. teſta. niſi
expreſſe teſtator aliter ſenſerit, tũc teſtatoris vo-
luntas in ſuis terminis obſeruanda erit, dicta. l. ſi
cui in princip. vt ſi teſtator diem præſtiturrit in
quem voluit conditioni parere & ab eo diu ſolũ
tempus currere incipiet. l. ſi cum præfinitione. &
l. ſeq. ff. quando dies leg. ced. Si vero diem non
præfinierit à die mortis cedet, dicta. l. qui duos.
161 §. j. & dicta. l. ſi cui. † aut tempus conditioni ad-
iectum eſt & tunc ſi conditio in perſonam hære-
dis implenda eſt, & tẽpus non niſi à die aditæ hæ
reditatis cedet. dicta. l. ſi in diem. in princi. & di-
cta. l. iij. §. ſi hæredi. ff. de ſtatuliber. Si autem in
perſonam hæredis implenda non eſt, & tempus
conditi teſtamenti attẽdetur. in quo tempus cur-
rere incipit, ſiue in vita, ſiue in morte cōditio im-
pleri debeat. l. ij. ff. de cōditio. & demonſtratio.
Sed primo articulo diſtinctionis Barth. non con
ſentit Aretin. dicit potius à die teſtamenti incipe
re, eo quod relatio ad certum tempus facta pro
non appoſita habetur, dicta. l. ſi cui. in princ. Sed
ad hoc obiectum Paul. de Caſtro & Moder. in
eadem lege reſpondent hoc in illa lege teſtatoris
ignorantiam operari ratione cuius futurum tem
pus à tempore præterito connumeratur. Pro eis
eſt in argumẽtũ. l. Titius. §. j. ff. de liber. & poſt-
hu. Secus autem vbi à ſciente teſtatore fieret, qa
ab eius voluntate ſeu à verbis teſtamenti diſce-
dere non liceret, ne ſecundum eos teſtatoris diſ-
poſitio nugatoria fieret. pro quibus eſt tex. cum
glo. in. l. ſi quis à filio in verbo, ijſdem diebus. ff.
de lega. j. Secundò, vltraquàm ipſi dicãt ſolutio
Areti. quam tradit ad dicta. l. qui duos. §. j. ff. de
manumiſ. teſta. quæ pro contraria refertur ad il-
lam. l. ſi cui. in princi. contradiceret ipſimet Fran
ciſ. Areti. quia ſi teſtamenti clauſula poſita in di-
cta. l. ſi cui ad tempus certe futuræ ætatis referre
tur, & in ſua propria ſignificatione intelligere-
tur leg

tur legatum deberet inutile eſſe. Tolle exemplũ
ſi teſtator ſic in teſtamento legatum feciſſet do
lego Titio centum dum quatuordecim annorũ
erit, & tempore confecti teſtamenti comperire-
tur legatarium.xv. vel.xx. annos natum eſſe non
162 videbatur legatum valere. † Sed quia veriſimi-
le eſt teſtatorem noluiſſe legatum ſuũ reddi inu-
tile, ſed potius valere, propterea legatum conſer
uatur ratione illius dubij ex voluntate teſtatoris
prouenientis, quod dubium non cõtingit reſpe
ctu initij temporis, ſed quia dubium eſt, an teſta
tor ſciuerit, an vero ignorauerit legatarium ma-
iorem eſſe.xiiij. annis, ſi vero teſtator voluit ini-
tium temporis ſpectari, quia voluerit centum da
ri infra annum, tunc illius temporis initium ſpe-
ctandum eſt, aut mortis vel teſtamenti ſecundũ
quod teſtator moriens expreſſerit, dicta. l. qui
duos. §. finali. ff. de manumiſ. teſtamen. Sed non
videtur Barth. diſtinctio conuenire dictæ. l. ter-
tiæ. §. ſi hæredi. quoniam diſpoſitioni tẽpus adie
ctum erat, & tamen tempus præfinitum à teſtato
re protelatur vſq; in diem aditæ hæreditatis: igi-
tur non erit bona differentia quam Bartholo. in
ſua diſtinctione facit, an dies conditioni, an vero
diſpoſitioni apponatur. Similiter in. l. ſi in diem.
nulla erat conditio, ſed tantum diſpoſitio. Præ-
163 terea tex. illius legis generaliter cõcludit † in o-
mnibus legatis, in quibus quis hæredibus dare
iuſſus eſt, vt nihil teſtatoris præfinitio operetur,
ſed conſiderandum tantum ſit, an voluntas de-
functi in perſonam hæredis implenda ſit, ſiue pu
ra ſiue conditionalis fuerit, vt tunc deberi inci-
cipiat cum hæres hæreditatem adierit, quia effe-
ctualiter hæres non eſt donec hæreditatem adie
rit. l. prima. & duabus ſeq. ff. de iur. deliber. l. fi.
C. eo. & hoc modo teſtator inteſtatus dicitur de
cedere ſi hæres hæreditatem non adierit. l. pri-
ma. ff. de ſuis & legi. hæredi. & teſtamentum ad
cauſam inteſtati reducitur. l. prima. ff. ſi qs omiſ.
cauſ. teſta. §. j. Inſti. de hæred. quæ ab inteſ. deſer.
Quare videtur inhærendo dictæ. l. ſi in diem. in
princi. dicendum conſiderandam eſſe perſonam
in quam voluntas teſtatoris implenda ſit, vt ſi in
perſonam hæredis, & ſpectari debeat tẽpus adi-
tæ hæreditatis per illum tex. & dictum. §. ſi hære
164 di. † Si in perſonam alterius quàm hæredis, &
potius ſpectandus eſt dies mortis quàm teſtamẽ
ti & vltra quàm dictum ſit, addo rationem quia
teſtatoris volũtas ambulatoria eſt vſque ad mor
tem. l. in ipſius. C. famil. erciſc. Nam adhuc incer
tum eſt, an legatum reuocabit, & interim quod
hæredi tempus currere debuit, non videtur pro-
pter illud dubium æquum neque iuſtum per ra-
tionem. l. ſi quis à filio. ff. de lega. j. niſi expreſſe
ex teſtamento colligi poſſet voluiſſe teſtatorem
tempus initium à teſtamento accipere, quia tunc
certo ſtandum erit per prædicta, ſed vtroque ca-
ſu puto ſic intelligendum, dummodo voluntatis
teſtatoris notitiam hæres habuerit per ea quæ ſu
prà dicta ſunt, alioquin negligens eſſe non po-
teſt. Quid enim ſi teſtamentum clauſum mane-
re debet propter pupillares tabulas vel propter
aliam iuſtam cauſam, vt in. l. cum ab initio. & l.
pupillares. ff. quemadmodum teſtamenta aperiã
tur. & fortiori ratione quoniam illa negligentia
facto legis proceſſit: vt hic & ea quæ ſuprà dicta
165 ſunt. nec obſtat dictio, idcirco. hic poſita, † quo
niam non prohibet quin hæres excuſari poſſit ſi
iuſta ſubeſt ignorantiæ cauſa, vt ſuprà dictũ eſt.
alioqui mea opinione ſeuera eſſet huius legis in-
terpretatio, vt nulla ignorantia excuſationẽ præ
beat præter eam quæ ex facto legis prouenit. nõ
enim hæc dictio, idcirco, excluſiua eſt aliarum
ignorãtiarum etiam in hoc edicto, vt dictum eſt,
ſuprà eadem. l. §. aperire. verſicu. ſi quis ignorãs,
dum de eo loquitur qui ignorans teſtatorem oc
ciſum tabulas aperuit priuſquàm vindictam de
morte teſtatoris ſumeret. & in. §. qđ ad cauſam.
ſuprà eadem. l. factum. per ignorãtiam vel neſciẽ
tiam hæredis excuſatur dummodo id dolo malo
non fiat. & ideo ſic puto hunc tex. intelligẽdum,
ſi ignorantia quæ aliunde procedit dummodo
aliàs iuſta ſit tãto magis ſi idcirco ignorãtia pro-
ceſſit quia lex ſeu legis prohibitio in cauſa fuit ꝑ
hunc tex. ne facto legis abſque dolo & culpa ho
minis contingat aliquem puniri. & id verum eſſe
puto quamquàm verſiculus ſequens obſtare vi-
deatur. ibi, nihil prodeſſe impedimentum ſena-
tuſconſulti, ſi & aliud impedimentum fuit, & ſic
vbi aliunde cauſata eſſet ignorantia non videre
tur poſſe iuuare. Dicam in verſic. ſeq. & Bartho.
166 hic quærit † quomodo poterit probari hæredẽ
metu ſenatuſconſulti Sillaniani nõ adijſſe. reſpõ
det ſi forte hæres teſtatorem mortuum ſeu occi-
ſum fuiſſe ſciuit, neque aliud impedimentum ap-
paret præſumẽdũ eſt tũc metu ſenatuſcõſulti Sil
laniani nõ adijſſe. l. ꝓpter veneni. in princi. infrà
eodem. Sed non videtur reſponſio huic litere cõ
uenire in his verbis, ſi idcirco ignoratum eſt, quæ
verba clarius in. §. præcedente interpretãtur. ibi,
exploratum eſſe debere idcirco eum non adire
quod ſenatuſconſulto edictoque terreatur. De-
bet igitur iudici conſtare. idcirco, id eſt propter
metum ſenatuſconſulti hæredẽ non adijſſe. alio-
quin nõ excuſatur, & illa verba demonſtrãt onus
hæredi incumbere probare quod idcirco, id eſt,
propter metum ſenatuſconſulti non adierit, qđ
probare poterit medio iuramento concurrenti-
bus alijs actibus exterioribus ꝑ quos iudex mo-
ueri poſſit. l. ob carmen. §. fina. ff. de teſti. ca. fina.
extra, de his quæ vi metus've cauſ. fi. & propius
ad caſum adde tex. in. l. reprehendenda. C. de in-
ſtitu. & ſubſtitu. ſub condi. fact. in verbo, com-
probaſti. & id facta proteſtatione, vt in. l. de pu-
pillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui oper. nun-
cia. l. fin. §. qui vero. C. de his qui prop. met. iudi.
nõ appel. l. fi. C. de iure emph. l. vnica. C. ſi qua-
cum. prædi. poteſ. plenius in. c. cũ in. extra, de cõ-

ſtitu.notatur in.l.pro hærede.in princi.ff.de acquir.hæredi.l.præſenti.§.ſicubi.C. de his qui ad eccleſ.confug.quibus adde Luc.de Pen.in.l.qui grauatos.ij.colum.C.de cenſi.& cenſito.lib.xj. & vbi aliud impedimẽtum facti non apparebit, ſatis illi erit iuris impedimẽtum allegare ſeu proponere, dicta.l.genero.ff. de his qui notan. infa. l.ij.&.l.ab ea parte.ff.de probatio.& cõſtet hoc impedimentum obfuiſſe hæredi quominus adiret, aut aperiret.& tunc contrarium allegãti incumbet onus probandi, dicta.l.ab ea parte. plura circa hunc articulum dicam in verſic.ſeq.& in l.neceſſarios.§.non aliàs.infrà eodem.

SVMMARIVM.

1 Ignorantia ſola ex ſenatuſconſulto Sillaniano proueniens, hæredi prodeſt, ſi eius metu teſtamentum aperire aut certe hæreditatem adire diſtulerit.& nume.2.
2 Mulier poſthumis ſubſtituta, qua ratione præſumatur ſolo metu non adijſſe.
4 Hæres quare debeat de viribus teſtamenti certus eſſe.
5 Obſtetricum oculus quandoque fallax.
6 Ignoratio, ignorantia, incertitudo & dubitatio in quibus differant.
7 Ignorantia quid proprie dicatur.
8 Poſthumi prætereiti natiuitate rumpitur teſtamentum.
9 Hæres ante quæſtionem habitam & ſumptum de familia ſupplicium hæreditatem adire non poteſt.
10 Abſentia reipublicæ cauſa non nocet quo ad vſucapionem.
11 Hæres dubitans mulierem poſthumis ſubſtitutã prægnantem eſſe, non poteſt adire.
12 Seruo neceſſario hæredi inſtituto nullum incommodũ in bonis adferri poteſt.
13 Accommodatio nominis ſerui quare fiat in diſtractione bonorum domini.
14 Seruus libertatis beneficio indignus eſt, qui dominam ſuam ſtuprauerit.
15 Abſentis reipublicæ gratia res neque præſcribitur, neque præſcribit.
16 Domino feudi quid debeatur ex venditione rei feudalis.
17 Feudum alicui pro ſe & liberis conceſſum, an filijs perdatur patre in dominum delinquente.
18 Contractus in quo res pro re datur, dicitur permutationis, & in quo pro re pecunia penditur, dicitur emptionis.
19 Contractus ille dicitur ſimoniacus, in quo iurium ſpiritualium occaſione plus vel minus tribuitur pecuniæ.
20 Conſuetudo de emptione loquens, an extẽdi poſſit ad permutationem.
21 Pecuniæ vſu inualeſcente miſera eſſe cœpit mortalium conditio.
22 Traditio rei initium obligationi præbet in rerum permutatione.
23 Venditio vocatur etiam ſi ſpecies pro re tradatur.
24 Attendi an debeat ſemper quid inter partes conuenerit.
25 Venditio qualiter contrahatur, & qualiter permutatio.
26 Pecunia in ſacculo data, vim emptionis quando obtineat.
27 Vendendam rem alienam accipiens vt precio vtatur, eã habet ſuo periculo.
28 Emẽs fundum pro precio quod habet in arca, cenſetur contractum innominatum inire.
29 Contractus emptionis qualiter diſcernatur à contractu permutationis.
30 Pecunia quæ in ſacculo datur, non eſt vt quantitas accipienda, ſed vt ſpecies.
31 Dare nõnunquam pro eo quod eſt tradere capitur in iure.
32 Contractus an dicatur innominatus ſi emptor dicat ſe vellem rem emptam habere pro pecunia exiſtẽte in ſua arca.
33 Rem tradi tantum venit in contractu emptionis, nõ autem rem dari.
34 Accipere eſt verbum commune dationi & traditioni.
35 Interpretatio fit contra eum qui dicit venditionem factam fuiſſe, vbi obſcura eſt contrahentium voluntas.
36 Voluntas diſcrimen ponit inter cõtractus, & nõ quãtitas.
37 Precium certum dans & numeratum, ſi velit rei dominium ſtatim in ſe transferri, non dicitur emere, ſed inire contractum innominatum, do vt des.
38 Actio præſcriptis verbis æſtimatoria datur aduerſus proxenetam, cui tradita eſt res vendenda.
39 Emptio dici debet quoties precium certum & taxatũ interuenit.
40 Permutatio dici poteſt, vbi res nomine precij data eſt, ſed non eſt taxata precij quantitas.
41 Emptio & venditio dicitur, licet nullum in pecunia numerata precium interuenerit.
42 Actio æſtimatoria cenſetur bonæfidei eſſe, ſicut & emptio.
43 Contractus quando in fraudem legis fieri dicatur.
44 Permutans ſi animum permutandi non habuit, ſed vendendi, & ob id venditionem eſt cõmentus, nihil agere præſumitur.
45 Venditio facta à marito minori precio in fraudem legis, ſed cauſa donationis nullius eſt valoris.
46 Reditus annuus vt in pluribus connumeratur inter immobilia.
47 Contractus quis ſit, & qualis, vbi res pro re datur certo & taxato precio æſtimata.
48 Venditio vera præſumitur quãdo res in parte data eſt, & pro reliqua precium æſtimatur.
49 Contractus emptionis & venditionis præſumitur, vbi res precio data rei precium excedit.
50 Cõtractus innominatus quibus notis diſcernatur à nominatis contractibus.
51 Contractus vim emptionis aſſumentes, præſumuntur eſſe bonæ fidei.
53 Retractus quot modis & qualiter fieri poſſit.& nume. ſequenti.
54 Benemerita quandoque etiam in contractibus ſunt attendenda.
55 Donatio facta perſonæ prohibitæ ab eo qui donare non poteſt, retrotrahitur.
56 Cauſa ſeu ratio contractus attendi debet, an ſcilicet finalis ſit vel impulſiua.
57 Vſus ſeu conſuetudo inducere poteſt vt res æſtimationem recipientes loco precij habeantur.
58 Periculum rei æſtimatæ in eum tranſit qui illam cœpit.
59 Verba conſuetudinis extra propriũ ſignificatum non ſimul extendenda.
60 Venditionis nomine venit omnis contractus, per quẽ transfertur dominium.

Emptio

61 Emptio non ſemper exiſtimatur is contractus, in quo partes verbo, vendidit vtuntur.
62 Benemerita quando & qualiter æſtimari poſſint.
63 Actio æſtimatoria locum habere non poteſt in benemeritis ſeu gratis obſequijs.
64 Feudum non pecunia, ſed amore quærendum eſt.
65 Remuneratio & non precium dicitur quando aliquid ob pietatis officium præſtitum conceditur.
66 Verba conſuetudinis nō vſqueadeo extendenda ſunt, vt legum traditiones euertant.
67 Naturales filij an ſint educādi, & an eiſdem poſſit à parentibus aliquid relinqui.
68 Merita nepotis erga auum potius attēdi debent, quàm patris delictum.
69 Venditionis contractum partes voluiſſe facere aſſerēs, idipſum probare debet.
70 Contractus venditionis quibus notis diſcerni poſſit ab alijs contractibus.
71 Donatio cognoſci poteſt quandoque ex affectu contrahentium.
72 Sententia ſuſtineri poteſt, in qua altera cauſa inſerta vera eſt, & altera falſa.
73 Qualitas naturalis principaliter attenditur, etiam vbi de odio filij tractatur.
74 Priuilegia caſtrenſia quis conſequi poſſit.
75 Pater pecuniam mutuam filio animo donandi fœneratus, eidem donaſſe dicitur, quamuis contractus ſit fœneratitius.
76 Donatio facta ob benemerita de quibus conſtat, valet irreuocabiliter.
77 Cauſa quæ prodeſt potius attenditur quàm quæ nocet, & nume. 82. & 83.
78 Emptionis contractus cenſetur, in quo actum eſt vt dominium ad emptorem tranſeat.
79 Demerita patris an debeant potius ſpectari quàm merita aui.
80 Pater filium emancipatum & exhæredatum arrogans, non præſumitur exhæredationem reuocare.
81 Donatio facta filio à patre affectione ſanguinis & contemplatione meritorum, quare nulla ſit.
82 Delictum patris non nocet filio innocenti.
83 Contractus venditionis publicari debent in exitu miſſæ parochialis loci in quo ſita ſunt prædia vendita.
84 Venter præteritus totum annullat teſtamentum.
85 Hæreditas non adita à quibus & quando tranſmitti poſſit.
86 Poſthumorum intereſt vindictam de morte patris aſſumi.
87 Impedimentum proueniens ab exiſtentia poſthumi potentius eſt eo quod à ſenatuſconſulto prouenit.
88 Donatio inter virum & vxorem facta eſt inualida.
89 Error facti contingens in rei qualitate ad vſucapionem prodeſt.
90 Donatio quare inter virum & vxorem prohibeatur.
91 Error facti in poſſidente nil damni poteſt afferre.
92 Error facti non impedit effectum erroris iuris, qui rei impedit vſucapionem.
93 Errore iuris cum errore facti concurrente, potius quod in veritate eſt, quàm quod in fictione debet attendi.
94 Donatio facta inter coniuges de re aliena, an ſit valida.
95 Actiones plures non concedūtur vbi vnica poteſt quis ſuum conſequi.
96 Priuilegium ob certam cauſam alicui conceſſum, qualiter ſit intelligendum.
99 Cauſa fauorabilior attendi debet, vbi altera compatibilis eſt cum altera.
100 Rogatio tacita non plus confert quàm publica.
101 Statutum municipalem idem quod ius commune continens, non tollitur conſtitutione ſubſequente de priore ſtatuto mentionem non faciente.
102 Cauſa nocens inſerta in ſententia quādo attendi debeat & quando non.
103 Vxore ſuperſtite prægnante quare nequeat adiri hæreditas.
104 Mater poſthumis ſubſtituta moriens nondū natis poſthumis, an tranſmittere poſſit hæreditatem ad ſuos hæredes.
105 Vxor ſubſtituta teſtatori extranea quare non poſſit adire.
106 Momento aliquid in rerū natura extare ſufficit vt verè dici poſſit extitiſſe.
107 Venter plenius, aut certe qui plenius putatur, aditionē hæreditatis impedit.
108 Hæres hæreditatem adire nequit, donec vxorem teſtatoris prægnantem vel non, certò ſciuerit.
109 Subſtitutio vulgaris expreſſa quando tacitam pupillarem admittere poſſit.
110 Subſtitutio pupillaris facta ventri, duos caſus concludit.
111 Subſtitutio facta ventri quando vulgaris dicatur, & quando pupillaris.
112 Subſtitutio facta ventri quibus caſibus non nato poſthumo euaneſcere cenſeatur.
113 Subſtitutio facta vētri ſi naſcatur, dicitur vulgaris: quo non naſcente præſumitur expirare.
114 Mater filio cohæres inſtituta, ſi ſuperuixerit, ſubſtitutum excludit.
115 Subſtitutio facta vētri, ſi nō naſcatur poſthumus, qualiter debeat intelligi.
116 Subſtitutio facta ventri ſi non naſcatur euaneſcit ſi naſcatur poſthumus.
117 Mater quando excludat ſubſtitutum ventri, & quando ſubſtitutus matrem.
118 Hæredes vxoris quo caſu ad hæreditatem mariti pertingere poſſint.
119 Exiſtentia ſui hæredis ex cauſa legis & naturæ diſpoſitione proueniens plus nocet, quàm accidentale ſenatuſconſulti impedimentum.
120 Suus hæres facilius ſpoliatur priuilegio, quàm hæres extraneus.

Verſic. Et ſi aliud.

IN TEX. Nihil prodeſſe impedimentum Senatuſconſulti ſi & aliud fuerit. Accurſius hic verbum, aliud, de eo Senatuſconſulto quod poſitum eſt in §. quod ad cauſam. ſuprà eadem l. intelligit, quaſi duo Senatuſconſulta facta fuiſſent. Sed non puto Accurſium rectè dicere. nam in dicto. §. quod ad cauſam. Iureconſultus Senatuſconſulti verba recenſet, quæ hic Vlpianus interpretatur & ideo

verbum,aliud.intellige impedimentum ꝙ huius
ſenatuſconſulti,cuius verba in dicto.§.quod ad
cauſam ſuprà eo.poſita ſunt.& hoc declarat exē
plum ſequens, veluti, ſi prægnans vxor occiſa
fuit, vel etiam putabatur, & propterea hæres
inſtitutus adire non potuit. Aliud exemplum
huic non diſſimile ponitur in.l.ſequen. quod
nunc proſequemur. & ideo melius dicit gloſſ.
ſeq. in verbo, non potuit.quam vide. & ob id
1 ex hoc tex. probari videtur † ſolam ignorantiā
quæ ex hoc ſenatuſconſulto non quæ aliunde
prouenit hæredi prodeſſe,ſi metu eius teſtamen
tum non aperuit, vel hæreditatem non adi-
uit. cuius contrarium diximus in præcedente
verſiculo. & quod iſte tex. & princip. huius.§.
in his verbis ſi idcirco ignoratum eſt, omnem
aliam ignorantiā excludat ex quacunqꝫ cauſa iu-
ſta prouenientem,probat exemplum huius le-
gis ſuprà recitatum,dum ait veluti ſi prægnans
occiſa fuit vel putabatur.in hoc exemplo ſingu-
lariter ponderanda exiſtimo hæc verba,vel pu-
tabatur,quoniam hæres antequàm hæreditatem
adire poſſit certus eſſe debet de viribus teſta-
menti,alioqui nihil agit.l.cum quidam.§.pri-
mo.§.ff. de acquirenda hæreditate. & ideo ſi
ignorat prægnantem vel dubitat, an poſſit adi-
re quamuis in natura certum ſit adire non po-
teſt, dicta.l.cum quidam.§. ſuum hæredem. &
§.ſequen.ff.de acquirenda hæredita.&.l.ſed &
ſi reſtituatur.§. finali. ff. de iudi. hoc aperte. l.
ſeq. declarat,ibi, eos ita demum audiendos eſſe
reſpondi, ſi mulier quam in vtero nihil geſtare
conſtabat propter ſenatuſconſultum hæredita-
2 tem adire noluit.alioqui &c. † & ſic ignoran-
tia ex alia cauſa ſuperueniens non excuſat quin
tempus à die mortis teſtatoris cedat vt in capi-
te huius.§. dicit iureconſultus. Ex hoc vana vi-
detur Bartho. & aliorum diſputatio de execu-
tore teſtamenti facta, vt ſtatim tempus currat
executori à die mortis niſi impedimentum ſeu
ignorantia facto vel miniſterio legis interue-
niat. & ex hoc difficile eſt, ſicuti fatetur hic
Angel. qui hac ratione dixit vario modo in
hac quæſtione fuiſſe bononiæ iudicatum. Ego
autem puto circa hunc tex.&.l.ſeq. aduerten-
dum,quum nullus ſit qui hoc declaret, vt iſte
tex.&.l.ſequen.de impedimento ex ignorantia
proueniente non intelligatur, ſed de eo quod
etiam ſcientem teſtamentum factum impedit adi
re vel teſtamentum aperire.& bac ratione pu-
to gloſſ. in.l.ſequen. in verbo,conſtat,non re-
cte fuiſſe interpretatam illam.l. dum ait. con-
ſtabat in rerum natura non apud homines,quo-
niam gloſſ. aduerſatur vltimo verſicu.l.ſequen.
ibi,alioqui prægnante ea defuncta nullam iniu-
riæ querelam interueniſſe.per quæ verba aper-
te demonſtratur, ſic iureconſultum vtrunqꝫ ca-
3 ſum diſtinxiſſe † videlicet ſi re vera conſtabat
mulierem quæ poſthumis ſubſtituta erat non
fuiſſe prægnantem. & ideo quia conſtitit, cer-
tum fuit mulierem hæreditatem propter ſolum
metum ſenatuſconſulti non adijſſe. in vltimo re
ſponſo conſtitit re vera fuiſſe prægnantem, &
hac ratione cum prægnans eſſet prohibebatur
ex ſubſtitutione adire, cùm ſpes erat poſthumo-
rum inſtitutorum. & ſic non tantum propter
ſenatuſcōſultum impedita fuit adire,ſed ex alio
capite,quia ſubſtitutioni locus eſſe non pote-
rat etiam ſi ſenatuſconſulti impedimentum ſub-
latum fuiſſet, donec inſtituti hæredes adire poſ-
ſent, vel quia in ſpe adhuc erant, quia certum
erat non tantum in natura, ſed & apud homi-
nes ipſos in natura eſſe,quia mulier prægnans
erat.& hic tex. clare oſtendit, dum ait, veluti ſi
prægnans vxor occiſa fuit, & ob id ſubſtituto
locus eſſe non poterat.l.quandiu inſtitutus.ff.
de acquirenda hæreditate. Sed vt dixi huic in-
terpretationi plurimum obſtat iſte text. in his
verbis, vel putabatur,quæ verba præſupponūt
certum in natura eſſe prægnantem non eſſe,
& nihilominus propter incertitudinem hæres
adire non poterat, vt dictum eſt. Quare circa
4 id dico conſiderandum eſſe legem voluiſſe † hæ
redem debere de viribus teſtamenti certum eſſe.
& quod ex teſtamento adire poſſit priuſquàm
adiret,alioqui ſi ſub ea incertitudine adiuerit ni-
hil agit quamuis in natura certum ſit eum poſſe
adire, & intellige in extraneo hærede,non au-
tem in ſuo vel etiam emancipato ſingulari ratio-
ne poſita in.l.ventre.ff.de acquirenda hæredi-
tate. quia in omnem euentum,inquit, ille tex. fu
turi ſunt hæredes,aut bonorum poſſeſſores. idē
in.l.cum quidam.§.ſuum.eodem titul. non ſic in
extraneo & hac ratione inquirere debet extra-
neus hæres,vt in hæreditate partem habeat iuxta
dictam.l.ſed & ſi reſtituatur.§. finali. ff. de iudi.
dictam.l.cum quidam.§.ſuum.vltimo reſponſo.
ff.de acquirenda hæredita.in muliere igitur quæ
putatur prægnans vt dicitur in illa.l. cum qui-
dam.§.quod dicitur,propter illud dubium pro-
hibebitur hæres adire quamquàm in natura cer-
tum ſit per hunc tex.in verbo, putabatur, & le-
5 ges ſuprà allegatas. † ſæpe enim fallax eſt obſte-
tricum oculus.l.prima.ff. de ventr. inſpicien. &
medicorum iudicium,idque à pleriſque medicis
ſuæ profeſſionis primarijs intellexi. poteſt enim
in ventriculo ſeu matrice mola carnea generari
quæ æque vt infans in vtero moueatur & præ-
gnantem mulierem oſtendat,aut iudicium mulie
ris prægnantis præbeat.l.j.§.j.verſic.per calum-
niam.&.§.finali.ff.ſi mul.ventr.nomine in poſ.
mitta. pōt etiam mulier quandoque partum ſup
ponere.l.j.§.fin.l.iij.§.cauſæ.ff. de carbo. edict.
& in.l.prima.C.ad.l.Corneliā.de falſ. vel aliter

ſe præg

ſe prægnantem ſingere, dicta.l. cum quidam. §.
quod dicitur in fin. ibi, qui ſe prægnantem fin-
git. & lis ſuper ſimili ſictione in curia Norma-
niæ diu agitata eſt & deciſa, mox ſuper ea ſup-
plicatio principi porrecta eſt, & demum tranſ-
actione deciſa. Ego autem aliter ad hunc tex.
6 & illi ſimiles dico differre † ignorantiam igno-
rationem & dubitationem, ſeu incertitudinem:
quoniam aliud eſt neſcire, & aliud dubitare,
& hæc veluti diuerſa ponuntur in.l. ſi.§. ſinau-
tem neſcius, & dubitans. C. de ſurt. & in.l. quod
ſi dubitet. &.l. ſed & ſi. in princip. ff. de acqui-
renda hæreditate. Dubitatio enim ab ignora-
tione magis contingit quàm ab ignorãtia, quo-
niam vt dixi in. §. aperire. verſicu. ſi quis igno-
rans. ſuprà eodem titul. ignoratio ex hoc proce-
dit quia non proditur cauſa ſeu res quam ſci-
re appeto, quia quando non ex me procedit il-
la cauſa magis ignoratio quàm ignorantia dici-
tur, & hæc ignoratio dubitare facit, & incer-
tum hominem reddit. & ideo inquit. Feſtus ver
bum, incerto, interpretari ſolet pro dubium fa-
cio vt teſtis eſt Pacuuius citans ad id Plautum
in epidico. Longa dies meum incertat animum,
& alibi Plautus in pſeudo. Certa amittimus dũ
incerta petimus. nam cum quis dubitat in ani-
mo certat. & hac ratione incertum pro dubi-
tante & dubitantem pro incerto frequentius ac
7 cipi. † ignorantia autem proprie ea eſt, vt dixi
in dicto verſicu. ſi quis ignorans, dum cauſa ad
me pertinet & nolo aut nequeo eam apprehẽ-
dere, vel ſi ad alium ſpectat eam ſcire non quæ-
ro, vel negligo, hæc proprie ignorantia dicenda
eſt. & hæc verba huius tex. vel etiam putabatur,
iureconſultus interpretatur in dicta.l. cum qui-
dam. §. quod dicitur. ſuprà, de acquirenda hære
di. quod dicitur ſi putetur eſſe prægnans ſic acci
piendum eſt ſi dicat ſe prægnantem, & ſequi-
tur. Quid ergo ſi ipſa non dicat, ſed neget alij di
cant prægnantem eam eſſe, & haud multò pòſt
dicitur finge obſtetrices dicere, & ſequitur quid
ſi ipſe putet ſolus ſi iuſta ratione ductus & de-
mum ait, ſi ſecundum multorum opinionem po
teſt. & conſidero rationem verſic. ſeq. ibi, toties
igitur ei ſua præſumptio proficit, quoties con-
currit cum veritate, ex quibus cõſtat incertitudi
nem ex dubitatione cauſari. & quod probatur
in eadem.l. §. ſcientia. ibi, ſinge patrem putaſſe
prægnantem, filium certum eſſe finge, &.l. hæ-
res inſtitutus, vltimo reſponſo, &.l. quod ſi du-
bitet. &.l. ſed & ſi. in princip. &.l. ventre. in
princip. ibi, ſed ſi vacuo ventre mulier fuerit &
incerto eo filius in familia retentus vita deceſ-
ſit. Quare non recte dici poteſt hunc text. im-
pedimentum producere quaſi ex ignorantia ſed
ex incertitudine ab ignoratione ſeu dubitatio-
ne cauſata. & ſic concurrant duo diuerſa le-
gis impedimenta, ſcilicet huius Senatuſconſulti
Sillaniani, & legis. xij. tabularum, ſimul & legis
prætoriæ quæ de aditione ſeu bonorum poſſeſ-
ſione hæreditatis tractant, de quibus in.l. neceſ-
ſarijs. ff. de acquirenda hæredi. §. ſui. Inſtit. de hæ
re. quali. & differentia. & hac conſideratione Ac
curſ. hic in verbo, potuit, dicit hunc tex. ad id
ſolere notari magis inſpici quod obeſt quàm
quod prodeſt. nam & hæres qui propter me-
tum huius ſenatuſconſulti adire non poterat
alia lege ſcilicet. xij. tabularum prohibebatur
adire, quia prægnans vxor erat vel eſſe puta-
8 batur. † ſi prægnans erat, poſthumi natiuitate
teſtamentum rumpebatur, quia præteritus erat,
vel ſi putabatur prægnans, quia de viribus te-
ſtamenti dubitauit non acquirebat: quoniam
certus non erat an adeundo acquirere poſſet,
ſuprà dictum eſt per.l. cum quidam. §. primo.
ff. de acquiren. hæredi. & alijs legibus in capite
illius gloſſ. allegatis. Ecce quomodo nihil pro-
deſt huius ſenatuſconſulti impedimentum vbi
eo ceſſante aliud obſtaculum eſt prohibens hæ
reditatis aditionem. Attẽditur ergo magis quod
obeſt quàm quod prodeſt inquit Accurſ. cui ſe
ſubſcribunt hic Bartol. Bald. Angel. & Roma.
Comperio autem Rapha. Cuma. in.l. ſi vir. ff.
pro dona. ab eis diſſentire: neque in hoc text.
probari aliquod eſſe impedimentum quod pro-
ſit, & aliud quod noceat. ſed vnum eſſe quod
nocet & aliud quod non nocet quæ plurimum
inter ſe differunt. l. ſi non lex eliaſcentia. ff. de
de hæredi. inſtitu. & vbi duo ſunt quorum al-
terum nocet, quod ſpecialius & principalius eſt
inſpici debet. l. prima. ff. de auto. tuto. vbi in pro
prio & alieno negocio tutor auctorari poteſt pu
pillo, ſed non in proprio tantum. Quod autem
hæc duo ſint in hoc text. vnum quod nocet &
9 & alterum quod non nocet ſic inducit. † nam
per hoc ſenatuſconſultum hæres prohibet an-
te habitam quæſtionem & ſumptum de familia
ſupplicium hæreditatem adire. & ſi metu huius
ſenatuſconſulti non adierit, interim decedens hæ
reditatem trãſmittit hoc impedimẽtum prodeſſe
non dicitur, ſed non nocere in tranſmiſſione nõ
aditæ hæreditatis. Si autem aliud impedimẽtum
ſubſiſtit propter quod adire prohibeatur nõ pro
deſt quia legis autoritate nõ prouenit ſicuti nec
in dicta.l. ſi non lex eliaſcentia. quæ cõcedit vnũ
ſeruum poſſe manumitti, vt hæres fiat, neque ob
id dici poteſt in fraudem fuiſſe manumiſſum. ſi
tamen aliud impedimentum manumiſſionis eſt
per talem inſtitutum non tollitur, & ſic vnum
eſt quod non nocet, & vnum quod nocet, an re-
cte intelligat ſtatim videbimus. & ſi vera non
eſſet: puto tamen verum quatuor in hac re ſpe-
cies eſſe. Prima quæ prodeſt, altera quæ no-
cet. Tertia quæ nõ nocet. Quarta quæ neq; pro-
deſt neque nocet, ſicuti in ſimili dicit Din. & alij
poſt eum in regula is qui tacet. de regulis iuris.

in. vj. l. prima. §. ſcientiam. ff. de tribu. actio. l.
Caius. ff. de pignora. actio. l. prima. in principio.
ff. ex quibus cauſis maiores. ibi, ſuccurritur ne
vel obſit vel proſit quod euenit. Exemplum eſt
10 in. §. rurſus. Inſtitu. de actio. † ſicut abſentia rei
publicæ cauſa ad vſucapionem non nocet. ſimili
ter neque prodeſt, de prima ſpecie. text. eſt hic
prodeſt enim ei qui propter metum ſenatuſcon-
ſulti teſtamentum non aperuit, neque hæredita-
tem adiuit, quoniam hæreditatem non aditam
tranſmittit, quam aliàs non tranſmitteret, dicta
l. ventre. ff. de acquirenda hæreditate. l. cum Sil-
lanianum. C. de his quibus vt indig. Secundò,
in alio prodeſt. nam vbi hæres non implens de-
functi voluntatem intra tempus ab eo definitum
omni hæreditario commodo priuari deberet. §.
ſi vero non implens. in authen. de hæred. & falc.
collatio. prima. auth. hoc amplius. C. de fideicō-
miſ. tamen hoc ſenatuſconſultum excuſabit ſi
metu eius aperire non potuit, & ob id quod im-
plēdum eſſet, ignorauit. idem in. l. prima. et in. l.
ſi quis. tuto. ff. ex quibus cauſis maiores. poſſent
hic plura accumulari. iſta duo ſufficiant. Altera
eſt cauſa quæ nocet. Exemplum eſt in hoc tex.
ſecundum Accurſium, Bartolum Baldumq́ Ange
lum & Rom. hic ſi vxor prægnans occiſa fuerit,
vel quæ prægnans putabatur. & ea ratione adi-
re non poterat, vt ſuprà dictū eſt per. l. cum qui-
dam. §. primo. ff. de acquirenda hæredita. Quod
11 autem noceat, clare conſtat: † quandiu enim du
bium illud erit apud hæredem & ſi adeat nihil
agit, dicta. l. cum quidam. §. quod dicitur. in prin
cip. & verſicu. quid ergo. &. l. ventre. eodem ti-
tu. quandiu rumpi poteſt teſtamentum aut dubi-
tatur ne rumpi poſſit adiri hæreditas non poteſt
& adiens nihil agit neque tranſmittit, & ſic cau-
ſa illa nocet. Aliud exemplum eſt in dicta. l. ſi
non lex eliaſcentia. ff. de hæredi. inſtit. quicquid
Rapha. Cuma. dixerit in dicta. l. ſi vir. ff. pro do-
na. & vt clare intelligas præmitte eliaſcentiam le
gem in fauorem teſtatorum introductam fuiſſe
ne inteſtati decedant. §. primo. Inſtitu. quibus ex
cauſ. manumit. non licet. nam morientes alieno
ære grauati abſque hærede inteſtati decedebant
cum non eſſet qui hæreditatem eorum accepta-
ret. & ob id iniuria defuncti afficiebantur, quo-
rum nomine hæreditarij creditores bona ven-
derent: & ideo neceſſarij hæredes ſerui vocati
ſunt. l. neceſſarijs. ff. de acquirenda hæreditate. §.
neceſſarius. Inſtitu. de hæred. quali. & differen-
tia. Ecce quomodo lex illa ad id ſimpliciter in-
uenta non eſt vt non noceat, ſicut vult Rapha.
Cuma. ſed vt proſit quia ſeruus liber fit. Secun-
dò, iniuria qua defunctus afficeretur, tollitur.
Tertiò, inteſtatus decederet. non nocet etiam le
gitimis hæredibus, qui propter onera hæredita-
ria hæredes eſſe nolunt. & hoc reſpectu quinta
ſpecies colligi poteſt quæ prodeſt, & nemini no
cet, de quo in dicto. §. primo. &. dicta. l. ſi nō lex
Aelia Sentia. &. l. ſi is qui ſoluendo. &. l. qui ſol-
uendo. ff. de hæredi. inſtitu. & ſi dixeris huic de-
clarationi obſtare dictum. §. neceſſarius. verſicu.
pro hoc tamen incommodo illud ei commodum
præſtatur, vt ea quæ poſt mortem patroni ſui ſi-
12 bi acquiſierit ipſi reſeruentur &c. Dic † nullū
in bonis ſeruo neceſſario hæredi inſtituto incō-
modum adferri, quoniam priuſquàm hæres inſti
tutus eſſet bona hæreditaria creditoribus affecta
erant, dicta. l. qui ſoluēdo. & dicto. §. primo. In-
ſtitu. quibus ex cauſis manu. non. li. & ſi forte cō
tingebat ſeruum poſtquàm inſtitutus erit quic-
quàm acquirere id vendere creditores nequibāt
dicta. l. neceſſarijs. ff. de acquiren. hæreditate. &
dicto. §. neceſſarius. Inſtitu. de hæred. quali. &
differētia. neque etiam ſeruo incommodum erit
hæredem domini eſſe qui propterea libertatem
conſequebatur: quid enim gratius libertate acci
pere poteſt ſeruus. l. Paulus. §. fin. ff. de fideicom
miſ. liber. & Iuuenalis. Nō bene pro tāto ſeu to-
to libertas venditur auro. & in iuris regulis dici-
tur, libertatem rem eſſe inæſtimabilē. l. libertas.
ff. de regulis iur. quare incommodum ſeruo eſſe
recte dici non poteſt ſi hæres fiat vt hæreditatem
domini adeat, vt poſtquàm adierit ſi aliūde bona
ſibi competunt, vel ſi quid ei à teſtatore debetur
ſeparationem ſuorum bonorum à bonis hæredi
tarijs petere poteſt. l. prima. §. finali. ff. de ſepara-
tio. nullum ergo ſeruo eſt incommodum niſi for
te ſe ſuum nomē accommodaſſe dicat, cuius erat
pleno iure tametſi pluribus creditoribus obno-
xius eſſet. l. generaliter. ff. qui & à quibus manu-
miſ. liber. accipi. ibi, ſine dubio pleno iure & de-
13 bitoris &c. Accommodatio igitur nominis ſer-
ui fit in diſtractione bonorum domini, quia ſuo
nomine non domini vendentur, dicto. §. neceſſa
rius, Inſtitu. de hæred. quali. & differ. & dicto. §.
primo. Inſtitu. quibus ex cauſis manumiſ. non li.
& hac ratione factus eſt domino neceſſarius hæ-
res. nec obſtat quod beneficium hoc inuentum
ſit ne defunctus iniuria afficiatur quam ſeruus ſu
bit. dic maiorem illi futuram iniuriam ſi res do-
mini alienantur quoniam ipſemet ſeruus aliena-
ri publice poterit. & vt meminit Gellius noctiū
atticarum libro. vij. capitu. iiij. ſerui pileati venū
dabantur, mancipia vero iure belli capta coro-
nis induta veniebant: tametſi pileati ſerui ante
funus incedētes iure nouo libertatem recipiant.
l. vnica. §. ſed & qui. C. de lati. liber. tollen. ad in-
ſtitutum redeamus. Seruus ipſe vendi poterat ſi
forte in hæreditate alius ſeruus minoris æſtima
tionis eſſet. l. ſi quis habens. ff. qui & à quibus
manumiſ. liber. accip. & gloſſ. eſt in. l. qui ſoluen
do. ij. ff. de hæredi. inſtitu. nam & inuiti Roma-
nam ciuitatem recuſare nequeunt. l. finali. §. ſin
vero

vero quidam ex ſeruis. C. de teſtamen. manu-
miſ. niſi in caſu expreſſo in eadem. l. & id in
odium recuſantium libertatem, ſi forte alŋ ſunt
ſerui qui velint libertatem cum hæreditate con
ſequi, vt quem patronum habere nuluerunt do
14 minum ſuum forſitan acerbum ſentiant. † Po-
teſt etiam ſeruus eo libertatis beneſicio indi-
gnus fieri ſecundum gloſſ. in dicta. l. ſi non lex
Aeliaſcentia vt ſi ſeruus dominam ſtuprauerit
ſeu cucurbitauerit. l. vnica. C. de ſeruis qui pro-
pri. dominabus ſe immiſcu. l. iŋ. C. ad legem
Iuliam de adulterŋs. l. his verbis. §. interdum.
ff. de hæredi. inſtitu. ſicut & de vaſallo dicitur
in capitu. j. quibus modis feud. amitta. colla-
tio. x. vel niſi lex vel conſtitutio aut munici-
pale ſtatutum aut hominis conſcientia prohi-
beant, dicta. l. ſi non lex, vbi Accurſ. in qua-
tuor primis gloſſ. exempla per ſingulas partes
colligit, & ſic illæ leges quæ prohibent ſeruos
etiam hæredes factos liberos poſſe fieri magis
conſiderantur quàm ea ratio quæ prodeſt quan-
tus ſit libertatis fauor. & ex illis ſatis conſtat
contra Rapha. Cuma. probatum attendi po-
tius cauſam quæ nocet quàm quæ prodeſt.

De ea autem ſpecie quæ neque nocet neque
prodeſt diximus ex. l. Caius. ff. de pigno. actio.
& regula is qui tacet, de regulis iuris. in vj. Si
dixero lego, aut vendo tibi fundum quem à Ti-
tio emi & Titius præſens erat non tamen Ti-
tio etiam tacenti nocet neque alteri prodeſt
per illum tex. & l. ſicut. §. non videtur. ff. qui-
bus modis pigno. vel hypoth. ſolui & in legato
ſit diſtinctiu in. l. in teſtamento. ff. de conditio.
& demonſtra. ſi forte teſtator magis demon-
ſtrandæ rei gratia legato id adiecerit, alioqui
non valet per illum tex. Adde aliud exemplum
in. l. ſi non fortem. in princip. ff. de condictio.
indebi. in eo qui ratione ſortis naturaliter tan-
tum obligatus eſt ad vſuras, non prodeſt haben
ti obligationem neque obligato nocet, excepto
eo ſi ſolutæ pro eis fuerint, quoniam non re-
petuntur. §. libertus. eadē. l. ſed non vt actionem
producant. melius autem exemplum colligi po-
15 teſt in dicto. §. rurſus. Inſtitu. de actio. † in ab-
ſente cauſa reipu. cuius res non præſcribitur, ne-
que etiam præſcribit. Aliquando autem potius
conſideratur quod prodeſt quàm quod nocet. l.
emancipatum. in fi. vbi hoc notat Angel. & re-
cte. ff. de ſenatuſ. & quam ad id Accurſ. hic alle-
gat vbi ſi pater à ſenatu remotus eſt, auus autem
in ſenatu erat cum natus eſt, qualitas patris à
ſenatu remoti non attendetur, ſed aui, vt aui di
gnitas potius proſit quàm caſus patris obſit.
idem in dicta. l. ſi vir. ff. pro dona. & vt videri po
teſt leges in hoc axiumate inter ſe pugnare vi-
dentur. gloſſ. hic alleg. l. iŋ. §. ſi quis palam. ff. de
iure fiſc. addo. l. fulcinius. §. quid ergo ſi duas.
ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur. l. adoptiuum
§. patronum. ff. de in ius vocan. l. eum qui. ff. de
interdic. & relega. ſimiliter & Doctores ſuper
concordia illarum legum varŋ ſunt in dicta. l.
ſi vir. & legibus prædictis. & Bald. in. l. ſi quis
decurio. C. ad legem Corneliam de falſis. Cin.
& Bald. in. l. venditioni. C. pro empto. Quare
non abs re Cuma. in dicta. l. ſi vir. dicit in his
brocardis periculoſum eſſe aliquid diffinire. l.
omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. §. vt autem
lex. in authen. de non alienan. aut permutan. reb.
eccleſ. collatio. ŋ. Sed vt ex hac diſputatione ali-
qua procedat vtilitas priuſquàm illam abſol-
uam, viſum eſt mihi tres quæſtiones in foris
frequentes recenſere, quæ ex ea diffiniri poſ-
ſunt.

16 Prima eſt, † communi Galliæ conſuetudine
obſeruatur quintum & ſubquintum denarium
deberi ſeudi domino ex venditione rei feuda-
lis à vaſallo facta: ex permutatione vero ſeu quo
uis altero contractu dummodo pecunia non in-
terueniat, nihil prorſus domino debetur. Pone
rem ſeudalem partim venditam fuiſſe, & partim
commutatam, an in eo contractu attendetur cau
ſa quæ venditori prodeſt, an ea quæ nocere po
teſt. de qua per Angel. in. l. quæritur. ff. de ſtatu
homi. Bartol. in. l. prima. ff. de rerum permuta-
tio. eundem & Moder. omnes in. l. dedi. quæ eſt
fi. ff. de conditio. ob cauſam dat.

Secunda, Fundus commutatus eſt cum fun-
do, & cum alter maioris æſtimationis eſſet, in
ſupplementum modica pecunia tradita eſt, ſicut
dicit. c. ad quæſtiones. extra, de rerum permuta.
an in vim conſuetudinis Galliæ quæ retraben-
di facultatem rerum à proximis venditarum cō-
cedit, fundi iſti retrahi poterunt. Huius quæſtio
nis meminimus in repetitione. l. dudum. C. de
contrahenda emptione. & ſic conſiderari debeat
potius cauſa quæ nocet quàm quæ prodeſt vel
econtra.

Tertia, Si feudum alicui conceſſum eſt pro ſe
& liberis, ſicut ſæpius ſolent, vt in capitu. j. qui
feud. dare poſ. & c. fina. de ſucceſ. feud. collatio.
17 x. † an ſi pater delinquat in dominum propter
quod feudo priuari debeat, vt in capitu. j. qui-
bus modis feud. amitta. eadem colla. patris per-
ſona conſideranda erit, an aui ſi forte auus in do
minum non deliquit. de qus in capit. inſuper de
prohibi. ſeud. alie. per Frederi. Si patris perſona
ſpectetur filius ſeudum amittet. c. denique quæ
fuit prima cauſa beneſ. amitten. l. ŋ. C. de liber.
& eo. libe. Si vero aui perſonam attendamus,
ſecus erit, dicta. l. emancipatum. ff. de ſena-
tor. Cuius perſona igitur ſpectanda erit, an
ea quæ filio prodeſt, an vero ea que nocet.

Ad primam quæſtionem reuertamur quam
Guliel. in Specu. tractat in titu. de locato. §. nunc

aliqua.verſic.xcvj. Ange.poſt Cin.dicta.l.quæ-
ritur.ff.de ſtatu hominum. Barto. & omnes poſt
eum maxime Alexan.in apoſtil.ad eum in.l. ari-
ſto.ff.de donatio.cuius apoſtil. Moder. Papien.
tranſplantat in.§.actionum,colum.xx. verſi.vlti
mo,pro complemento,Inſtitu. de actio. & Cin.
18 Bald.& Angel.in ea opinione fuerunt, † vt con
tractus pro ea parte qua res pro re data eſt con-
tractus erit permutationis,& pro eo nihil domi-
no debebitur:pro ea verò parte qua pecunia tra-
dita eſt contractus erit emptionis & quintus &
ſubquintus denarius domino debebitur. pro eis
vltra quàm dicant eſt tex.in.l.ſi ſponſus.§.circa.
verſicu.enim vero,ſi cum animum haberet ven-
dendi.ff. de donat. inter vir. & vxor.l.ſi olei. C.
de loca.& conduct.& Moder.tractant in.l.ſi qs
ante conduxit.ff.de acquir.poſſeſ. pro eis etiam
induci poteſt,dicta.l. Ariſto. in princip.ff.de do-
natio,ſeruus inquit donatus vt poſt quinquen-
nium manumittatur id tempus interuſurium, in-
quit,non reuocabitur ſed quod lapſo quinquen
nio manumittatur reuocari poterit eritque pœ-
nitentiæ locus,vt in ſimili notatur in.l.iij.§.idem
erit.ff.de condictio.ob cauſam datam.quoniam
contractus iſti commixti nõ ſunt,inquit ille tex.
cui addo.c.ad quæſtiones. extra, de rerum per-
muta.ſecundum Innocen. interpretationem dũ
19 ille text. vult † vt permutantes caueant ne ſpiri-
tualium iurium occaſione plus vel minus pecu-
niæ aut alterius temporalis vna eccleſia alteri tri
buat:alioqui contractus ſymoniacus cenſendus
& iudicandus erit.cui ſatis conuenit.l. ſi in em-
tione.in princip.ff.de contrahen. emptio. Bald.
tamẽ in eadem.l.& in.l.prima.C. de rerum per-
muta. dicere videtur vnicum contractum eſſe,
non autem duos,idque in ea clare probari, & in
l.prima.§.idem Pomponius.ff.depoſi.quare nõ
videtur veram eſſe Cin.Angel. & eiuſdem Bal.
opinionem in dicta. l.quæritur.ff.de ſtat. homi.
cui tamen Rapha.Cuma. in dicta.l. Ariſto.ſub-
ſcribere videtur. Cæterum idem Ang.in.l.ſcien-
dum.§.deinde.ff.de ædili.edict.aliter diſtinguẽ-
dum eſſe exiſtimauit,aut inquit res quæ cum al-
tera commutatur iam venalis expoſita erat:& de
ea ſicut de re vendita iudicandum eſt, aliter non
l.prima.C.de rerum permuta. ſed illa lex in no-
ſtris terminis nõ loquitur:quoniam in ea ſimpli-
citer rerum permutatio facta eſt abſque vllo pe-
cuniæ interuentu.ſed pro Ange.recte facit dicta
l.ſi ſponſus.§.circa.ff.de donatio.inter virum &
20 vxorem. † Alij autem dicere voluerunt conſue-
tudinem quæ de emptione loquitur ad permuta
tionem extendi debere, vt quemadmodum per
venditionem quintus & ſubquintus debetur, ſi-
militer ex permutatione etiam ſi partes principa
liter permutare intendant per. l. fina. in verbo,
æſtimationis. C. de iure emphyteo. cum eadem
ſit emptionis & permutationis ratio, ſed id ve-
rum non eſt.l.finali.C. de prædi. decur. ſine de-
cre.non alienã.l.prima.ff.de rerum permutatio.
&.l.prima.C.eodem.licet veteres emptiões per
rerum commutationes facerent,vt in.l.prima.&
ij.ff.de contrahen.emptio.§.item precium. Inſti.
de emptio.& vendi.nam pecuniæ vſus frequens
non erat, & ob id priſci Romani pecudibus &
iumentis nocentes plectebant vt Plutarcho pla-
cet,in Valerio & publicola,Familiæ etiam à pe-
cudibus & quadrupedibus nomina accipiebãt.
& inde pr̃imonia peculia denominata ſunt. Exẽ-
pla ſunt Suillorum,Bubulorum,Porcorum, Ca
tonum,& Capranorum cognomina , quæ fami-
liæ nõ mediocrem in populo Romano autorita
tem habuerunt:& vſus obtinebat tũc in pecunia
21 ſuis aut pecudis figuram inſculpere, † ſed poſt-
quàm vſus pecuniæ inualuit miſera hominũ con
ditio eſſe cœpit quæ fidelibus armis contenta
prius erat vt Boetius,inquit,Felix nimium prior
ætas contenta fidelibus armis.& demum contra
ctus emptionis & permutationis à precij conſti-
tutione diſtingui cœperunt,dicta.l. prima.ff. de
contrahenda emptione.&.l.prima. ff. de rerum
permutatio.adeo vt non tantum in forma diffe-
rant,ſed & in tẽpore producendæ actionis quia
emptionis contractus ſtatim cõſenſu perficitur.
l.conſenſu.ff.de actio.& obligatio.§. vnico. In-
ſtitu. de obliga. quæ conſenſu contrahuntur. l.
prima.C.de pericu.& commo.rei vendi. non ſic
22 eſt in rerum permutatione † quoniam in ea rei
traditio initium obligationi præbet, dicta.l.pri-
ma.ff.de rerum permutatio.l.ex placito. C.eod.
dixi in repetitione.§.ſed cum nulla.in.l.iuriſgen
tium.ff.de pact. Similiter conſuetudo vtrunque
contractum diſtinxit , vt ſuprà viſum eſt,quoniã
ex contractu permutationis nihil peti poſſe vo-
luit,ex emptione ſecus,& Moder.Papien. in di-
cta.l.ſina.ff.de conditio.ob cauſ.dat. aliqua con
gerit in tertio notabili.in quibus permutatio ſi-
militudinem cũ emptione haberet . Sed ſi forte
dicerent illi vnicum eſſe contractum vbi res par-
tim precio empta eſt,partim commutatione. Cu
ius meminit Baldus in.l. prima.columna.ij. ver-
ſicu.quid ſi data eſt res pro re. C. de rerum per-
mutatio.paulò pòſt dicam. Quare vt appoſite ad
quæſtionem formiter redeamus non pigebit re-
cenſere quod in ea Bartol.vltra quàm ſuprà di-
ctum eſt ſentiat in dicta. l. Ariſto. ff. de dona-
tione.& in.l.ſi in emptione .in principio. ff. de
contrahenda emptione.& in.l. ij. in princip. ff.
de rebus credito.in.l.finali.ff. de condictio. ob
cauſam datam.in . l.prima.ff.de rerum permu-
tatio.& vbique Alexã.idem Alexand.in apoſti.
Bald.in dicta.l.j.verſic.quid ſi ſtatutum.C.de re
rum permuta.dicit enim inſpiciendum eſſe quod
inter partes ſpecialiter agatur , ſi ſpecialiter emi-
23 tur, † licet res ſeu ſpecies pro re detur erit vendi-
tio. hoc intelligit verum quando res æſtimata da
tur

tur.l.tenetur.§.j.ff.de actio.empt.ca.ad quæſtio-
nes.extra,de rerum permuta.alioqui erit permu-
tatio & facit pro eo dicta.l.ſi ſponſus. §.circa. ff.
de dona.inter virum & vxor.ca.donare.qualiter
olim feud.aliena.poter.colla.x.§.præterea.Inſti-
tu.quibus mod.ius patri. pote.ſol. l.cum in ven-
ditione.ff.de contrahen.emptio.& facit quod ſu
prà retulimus ex dictis per Ange.in.l.ſciendum.
§.deinde.ff.de ædili.edict.Sed in dubio ad diſtin
ctionem per eum poſitam hic & in.l.ſi vir. ff.pro
donat. refugit vt quod in contractu maioris eſt
potentiæ inſpiciatur ſi plus ſit res pro re data
quàm pecunia & permutatio erit. l.quicquid. §.
fin.ff.de acquir.rer.domin.l.quæſitum. ff.de ſer.
expor.aliàs emptio erit per illos text.
Aduerte non eſſe tutum primum Bart.reſpon
24 ſum dum † inſpiciẽdum eſſe dicit quod inter par
tes conuenit : quoniam ſi id attendendum eſſet
ſæpiſsime partes fraudem admitterent in domi-
ni præiudicium, & hoc pacto domini ſub hoc fi-
gmento ſeu commento decipi poſſent, quod lex
non admittit dicto capitu. donare. qualiter olim
feud.aliena.poter.& dicta.l.ſi ſponſus.§.circa.di
cta.l.cum in venditione.fieret enim fraus de con
tractu ad contractum vt plenius omnes notant
in.l.fraus legi.ff.de legib.& in.l.non dubium.C.
de legi.tamen pro Barto.addit Roma.in dicta.l.
Ariſto.ff.de donatio.l.j.§.idem Pomponius.j.ff.
depoſi.l.fundi partem. ff.de contrahenda empti.
l.ſi ſterilis. §.ſi tibi. ff.de actio.empti. earundem
meminit Bald. in dicta.l.j. C.de rerum permuta.
ſimiliter & Alexand.in apoſtil.Bartol.in dicta.l.
Ariſto.licet Roma. & Bal.non alleget. de huius
articuli veritate latius inferius aperiam. Cæterum
Roma.in dicta.l.Ariſto.ad Barto.diſtinctionem
quatuor articulos addidit,aut inquit fit ſimplici-
ter rei traditio,non aliter expreſſo contractus no
mine,& pecunia in ſpecie cum re traditur, & cõ-
tractus erit permutationis & non emptionis di-
cta.l.j. ff.de contrahenda emptio. &.l.j. ff.de re-
rum permuta.aut in genere datur,& conuenit vt
res detur, & contractus erit permutationis. l.j.
ff. de conditio. ob cauſam dat. & ita ſecundum
eundem Roma. notat Ioan.Andr. in dicto capi.
25 ad quæſtiones.extra,de rerum permutatio. † aut
res æſtimata datur, & pecunia cũ re data rei æſti-
mationem excedit erit emptio & venditio, vbi
vero rei æſtimatio pecuniam excederet erit per-
mutatio. l.quæritur. ff. de ſtatu homin. aut eiuſ-
dem ſunt æſtimationis pecunia & res & contra-
ctus emptionis æſtimãdus eſt,vt in benigniorem
partem affirmatur.l.ſemper. ff.de regul.iur.& in
ea opinione fuit Bald. in præludio feudorum ſe-
cundum eum in princi.ſecundæ chartæ . ſed ſi ſic
interpretatio facienda eſſet in quæſtione propo-
ſita qualitas quæ noceret emptori inſpiceretur,
& ideo hic nouiſsimus articulus non placuit Ro-
ma.quia voluit contractum potius innominatum
dici debere , id eſt permutationis quàm emptio-
nis.l.j.in fin.princi. ff. de æſtima.actio. & ex hoc
contractu nihil domino deberi. huic diſtinctioni
Roma.ſubſcribit ſc Ioan.de Imo. in dicta.l.Ari-
ſto. Ego autem non puto in omnibus ſuis articu-
26 lis veram eſſe. † In primis non eſſe verum vt pe-
cunia in ſacculo data vim ſpeciei aſſumat, etiam ſi
ſimpliciter contractum ſit,dicta.l.naturalis.§.pri
mo.ff.de præſcriptis verbis. l.ſi quis nec cauſam.
ff.de reb. credi. nec etiam ex hoc quòd tanquàm
ſpecies tradita eſt, facit contractum eſſe permuta
tionis.l.plerunque.ibi, quia æſtimatio vera ven-
ditio eſt,&.l.quoties.ff.de iure doti. Quid enim
ſi res venalis erat,vt ſuprà dictum eſt , per.l.j.C.
de rerum permutatio.iuncta.l.precij.C.de reſcin
dend.vendi.l.tenetur. §.j.ff.de actio.empt.& di-
cta.l.ſi ſponſus. §.circa. verſicu.enim vero. ff.de
donatio.inter virum & vxor.& ita ſentit Bartol.
in.l.j.ff.de rerum permutatio.pro quo induci po
teſt in argumentum. l.ſi quis nec cauſam. ſecun-
dum Ioan.antiqui gloſſatoris interpretationem.
ff.de rebus credi.ibi, & tu empturus deſideraue-
ris mutuam pecuniam . Cuius memini in repeti-
tione.l.contractus. ff.de regul.iur. facit etiam.l.
rogaſti.in princi.ff.de rebus credi. & quod in fi-
27 ne principij dicitur. † Nam & qui rem venden-
dam accepit vt precio vteretur periculo ſuo rem
habebit:ſicut in emptione dicitur. l.prima. §.fin.
ff.de æſtima.actio.Secundò vt dixi ſi verum eſſet
vt pecunia in ſacculo data vim ſpeciei aſſumeret
via fraudibus pateret , nam tacita fide prius inter
contrahentes habita pecunia conuenta in ſaccu-
lo clauſa daretur,vt de ea veluti de ſpecie iudica-
retur,& ſic contractus qui eſſet emptionis iudi-
caretur permutationis eſſe quod non admittit di
cta.l.ſi ſponſus. §.circa. ff.de donati.inter virum
& vxorem. ibi , ſi modo cum animum vendendi
maritus non haberet, & verſicu.ſequen. & dicta
l.cum in venditione. ff. de contrahenda emptio.
licet verum eſſet, aliàs pecuniam in ſacculo da-
tam vim ſpeciei retinere.l.Lucius.j. ff.depoſi.l.ſi
certos.ff.de verbo.obliga.quamquam iſtud non
firmo nunc , ſed abundantius aperiam . nam &
Lancel. Decius in.l.ij. colum.iij. ff.de rebus cre-
ditor. dicit depoſitum in illa lege ſuos terminos
excedere , & idem prius eo dixerunt illhic Paul.
de caſtr.& Alexand. Nolo autem prætermittere
gloſſ. in.l.hæc venditio. §.huiuſmodi . in verbo,
quanti precij. ff.de contrahen.emptio. quæ con-
trarium tenet cum qua cõmunis legiſtarum ſcho
28 la ſentit , dum gloſſ. quærit † de eo qui fundum
emit,pro eo precio quod in arca habet,vt contra
ctus iſte ſit innominatus cum pecunia vt ſpecies
detur.l.plane.§.j.&.l.ſed & ſi certos.ff.de lega.j.
l.fin.ff.de conditio.ob cauſam dat.vbi glo.idem
notat in verbo,procliuior. plus illhic poſt Azo.
dicit ſi tibi do pecuniam etiam in quãtitate vt ſer
uum mihi des,non erit cõtractus nominatus em-
ptionis , ſed innominatus ſeu permutationis per
illum text. cum in hoc contractus genere qui eſt

do,vt des, debeat vterque contrahentium domi-
nium transferre.l.naturalis.§.at cũ do.ff.de præ-
ſcriptis verbis. Nam dare eſt accipientis facere.§.
ſic itaque.Inſtitu.de actio. l.vbi autem.§.final.ff.
de verborum obligation. ſed venditor dare non
tenetur,& ſic dominium transferre,dicta.l.final.
ff. de condictione ob cauſam datam. ſed tradere
tantum.l.ex empto.&.l.prima.ff.de actio.empti.
dixi plenius in repetitione.l.Cato.in.l.quarta.ff.
de verborum obligation.& huic opinioni pluri-
mum fauet,dicta.l.finali.in princip. ibi,vtrum id
contractus genus.& in verſic.in quo procliuior.
ff. de condictione ob cauſam datam. & Bartol.
hunc intellectum admittit, quamquam omnino
gloſſ. non aſſentiat, dum in prima oppoſitione
priorem gloſſ.ſolutionem reijcit, quæ dicit in il-
lo text. pecuniam in ſpecie fuiſſe datam. & dicit
gloſſ.ſolutionem diuinare, licet in ſe vera ſit, vt
vbi pecunia in ſpecie data eſt, propterea emptio
non ſit,ſed permutatio. Tolle exemplum ſi in in-
ſtrumento contineatur certam pecuniæ quanti-
tatem in ſacculo aut arca exiſtentem dediſſe.l.na
ruralis.§.primo.ff.de præſcriptis verb.cum Bar-
tol.ſentiunt Modern.in dicta.l.ſecunda.in prin-
cipio.ff.de rebus credito.vbi dictum Bartol.hac
29 diſtinctione moderatur. † Aut enim in contra-
ctu pro ſpecie quantitas datur,& in inſtrumento
verbum,dare,exprimitur,& contractus erit per-
mutationis & non emptionis. Si autem verbum
tradere, aut aliud ſimile vocabulum non impor-
tans dominij tranſlationem inſtrumento inſeri-
tur & contractus erit emptionis, & non permu-
tationis,dicta.l.naturalis. §.at cum do.in verbo,
accipere.& quod generalius eſt &c. Si autem ge
nus pro quantitate datur vel econtra.id eſt,pecu
nia numerata pro re in pondere,numero, vel mẽ
ſura conſiſtente, etiam ſi in inſtrumento verbum
dare appoſitum fuerit, non erit contractus per-
mutationis ſed emptionis.l.datio. §.ſi per vendi-
torem. ff.de actio.empti. Sed vbi pro re quanti-
tas & ſpecies datur, vbi aliter de contrahentium
voluntate non conſtat quem contractum facere
voluerunt, in dubio contractus emptionis non
iudicetur,ſed contractus innominatus, dicta.l.j.
in princip.ff.de æſtima.actio.& ita notat Bartol.
in dicta.l.j.in fin.ff.de rerum permuta. & quam-
uis Moder.in dicta.l.fin.ff.de condictio.ob cau-
ſam dat.& in.l.ſecunda.in princip. ff.de reb.cre-
dito. glorientur in hoc & dicant hoc ſuum inuen
tum eſſe,prius tamen eis Roma.meminit in dicta
l.Ariſto.ff.de donatio.poſt Barto,in dicta.l.pri-
ma. ff.de rerum permutatione. & dicta.l. finali.
ff. de condictione ob cauſam datam. & in.l. ſe-
cunda. ff. de rebus creditorum. Priuſquam au-
tem quàm vlterius progrediar non prætermit-
tam vnum circa id quod ſuprà dictum eſt, poſt
gloſſ. in.l.hæc venditio. §.huiuſmodi. in verbo,
30 quanti.ff.de contrahenda emptione. † vbi pecu-
nia in ſacculo poſita datur, non vt quantitatem
accipiendam eſſe ſed vt ſpeciem,& ideo ſi dixero
emo rem pro ea pecunia quæ in arca eſt contra-
ctus innominatus erit & non contractus emptio-
nis, cum qua vt ſuprà dixi conueniunt Bartol. &
omnes in dicta.l.ſecunda. in princip. ff.de rebus
credito.& in.l.fina. ff.de condictione ob cauſam
datam. & in dicta.l.prima. ff.de rerum permuta.
& in dicta.l. hæc venditio. §.primo. & in.l. cum
manu ſata. §.fina. ff.de contrahenda emptio. per
dictam.l.fina.in princip. ff.de condictio.ob cau-
ſam datam. Cui addo Bald. in.l.incendium. C.ſi
certum peta.multo magis ſecundum eos vbi ſpe-
cies pro ſpecie datur etiam ſecundum Moder.ſi
ſpecies ſit data æſtimata per dictam.l.j.ff.de æſti-
ma.actio.quod Barto. non placuit in dicta.l.j.in
fine. ff.de rerum permuta.dum præcedentem re-
gulam intelligit veram eſſe, niſi cum data eſt res
æſtimata partes intendebant venditionem face-
re. Mouetur autoritate dictæ.l.tenetur. §.j. ff.de
actio.empti. Nonnulli addunt etiam ſi in inſtru-
mento verbum, dare. inſertum fuerit. patietur
enim hoc caſu verbum, dare. interpretationem
cum interuerſione ſignificationis & effectus vo-
cabuli,& impropriabitur,ſicuti aiunt, vt contra-
ctus ſaluetur. l.ſi ſtipulatus. ff. de vſur.l.in actio-
31 ne.C.de rebus credit. † dare enim ſecundum eos
pro tradere accipietur. Cæterum fortiori ratione
ſecundum eos dicendum erit, ſi in inſtrumento
non ſit verbum dare, vt in.l. naturalis. §.at cum
do.ff.de præſcriptis verbis. vbi eſt verbum acci-
pere,quod pro tradere accipi poteſt, & hoc mo-
do emptioni conueniat. l.prima. &.l.ex empto.
ff. de actio. empti. Limitauit illhic Alexand. &
Modern. niſi de precio in contractu mentio ha-
bita ſit.l.fina. C.de præd.decurio.ſine decre.non
alienan.libro.x.l.ſi is. C.ſi mancip.ita fuer.alien.
vt manumit. Cin.in.l.ſi liber. C.de condictione
ob cauſam datam. Secundò niſi pecunia data ſit
pro re in genere vel genus pro quantitate, quia
tunc erit emptio. l.ſi à ſubſtituto. §.fina. ff.de le-
gatis.j. iuncta gloſſ. in.l. ſi domus. §.primo. eo-
dem titulo. non autem ſi res in ſpecie tradi de-
bet.l.ſi rem tradi. ff.de verborum obligationib.
Sed hæc limitatio non placuit Lancelo. Decio,
in dicta.l.ſecunda. in principio. ff.de rebus cre-
ditor.per.l.in naue Sapheli. ff.locat.& conduct.
&.l. Lucius. ff. depoſiti. & melius per dictam.l.
cum manu ſata. in fine. ff. de contrahenda em-
ptio. Reſtat nunc ad leges quæ ſuprà poſt gloſſ.
relatæ ſunt, in dicta. l. hæc venditio. §. huiuſ-
modi. ff. de contrahenda emptione. & Barto-
lus illhic poſt eam, & in dicta.l.ſecunda.in prin-
cipio. ff. de rebus creditorum. & in.l. finali. ff.
de condictione ob cauſam datam. Reſpondere
non enim pro mea opinione, velle videntur,
32 † vt contractus debeat innominatus iudicari, ſi
dum rem emere volo dico me eam emptam velle
habere pro pecunia quæ in arca eſt vel pro pre-
cio quod in arca mea habeo. Imò ego puto verũ
eſſe

eſſe contractum emptionis & non permutationis ſeu contractum innominatum, quicquid Acurſ. Barto. Bald. Ange. Paul. de caſt. Alexan. & alij Modern. ſentiant.

In primis hoc non dicunt leges per eos allegatæ. neque Petr. & Cin. ab hac opinione diſſentiunt, ſicut meminit Alexan. in dicta. l. ſecunda. §. primo. ff. de rebus creditor. Secundò non obſtabit. l. fina. ff. de conditio. ob cauſam datam. quoniam in ea partes non ad id agebant, vt contractum emptionis facerent, is enim qui pecuniam dederat, intendebat ſerui dominium conſequi. & ſic promittens ſeruum accipientis omnino faceret, vt inquit ille text. in verſicu. finge. & in vltimo reſponſo eiuſdem. l. quod non eſt de natura
33 contractus emptionis, & venditionis † cum in cõtractu emptionis veniat tantum rem tradi non autem rem dari, dicta. l. prima. & l. ex empto. ff. de actio. empti. & rem tradere non eſt rei dominium transferre per illas leges, & l. ſi rem tradi. ff. de verborum obligatio. dixi plenius in repetitione dicti. §. Cato. & in. l. quatenus. ff. de regulis iuris. nec eſt aliquis, qui ab hac ſententia diſcrepet, quamquam illi. l. final. fortiter obſtet. l. cum manu ſata. in fine. ff. de contrahenda emptio. ibi, nemo poteſt videri rem vendidiſſe de cuius dominio id agitur ne ad emptorem tranſeat, ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus, ſed ad illum tex. dic, licet ex natura contractus emptionis veniat tantum rem tradi & non rem dari, dicta. l. ex empto. ſi tamen is qui tradit dominus eſt tradendo rem dominium transfert per illum tex. alioqui ſi dominus non eſt cauſam præſcribendi præbet. l. prima. ff. de public. in rem actio. quare ſi is qui ita agit ne vllo modo dominium rei venditæ transferat, tametſi dominus ſit, contra emptionis naturam conuenit & ideo emptio, & venditio non erit, ſed potius locatio, aut contractus innominatus, & id verum eſt.

Secundò vltra quàm alius dicat non puto verum eſſe pecuniam in caſu dictæ. l. fina. ſic datam fuiſſe, vt pro ſpecie acciperetur, vt in exemplo gloſſ. dictæ. l. hæc venditio. Imo puto numeratam fuiſſe dum ait, dedi tibi pecuniam, vt mihi Stichum dares. & recte probat ille text. qui in ratione decidendi illius legis, non aliàs motus eſt, niſi vt is qui pecuniam dederat ſeruum ſic acciperet, vt perpetuò dominus eſſet: non autem ab eo euinci poſſet, propter verbum, dares, quod in cõtractu expreſſum erat: & hac conſideratione innominatum eſſe cõtractum do vt des, non autem emptionis. & ita iudicauit Celſus illius legis autor. non igitur illa lex à Bartol. & recentioribus mea opinione tam celebrari meruit, cum legis ratio plurimum eis obſtet, vt ſuprà dixi. Secundò non poteſt plurimum vrgere. l. naturalis. §. primo. ff. de præſcriptis verbis. Imò recte conuenit, & illum text. contra Papienſ. Moderni. in illa. l. naturalis. & dicta. l. fin. poſt Alexand. retorqueo vltra quàm dixi aliquando in. l. quatenus. ff. de re
34 gulis iuris. † Nam verbum accipere in illo text. commune eſt ad dationem & traditionem, vt ex eo clare conſtat. in prima enim parte illius. §. pro traditione accipitur, dum inquit, & ſi quidem pecuniam dem vt rem accipiam emptio & venditio eſt, & ſic vt conueniat contractui emptionis & venditionis verbum accipiam pro traditione aſſumitur, alioqui ſi pro datione caperetur contradiceret dictæ. l. final. ff. de conditione ob cauſam datam. & in verſicu. ſequen. eiuſdem. §. j. dicitur ſi autem do rem vt rem accipiam, quia non placet permutationem rerum emptionem eſſe, dubium non eſt naſci ciuilem obligationem. Ecce quomodo verbum accipiam pro datione aſſumitur, alioquin non eſſet permutatio, neque contractus innominatus, quod contradicit ille text. in fine. ibi, explicatus eſt articulus ille, do vt des. Secundò dum in eo dicitur in qua actione id venit non vt reddas, id quod acceperis &c. & ſic verbum acceperis, interpretatur verbum, do, poſitum in verſicu. ſi autem. quia dixit ſi do rem &c. At in dicta. l. finali. ff. de conditio. ob cauſam datam. pecunia ſic data erat vt illi ſeruus daretur. & ſic in eo contractu erat, do vt des: quia verbum, des: in contractu nominatim expreſſum erat. & ita Azo ſentiebat in dicta. l. fin. vt meminit illhic
35 Accurſ. cum quo conuenio. † Præterea vbi non eſt clara voluntas contrahentium, interpretatio contra eum fieri debet, qui dicit venditionem factam fuiſſe: ſicuti in contractu emptionis & venditionis interpretatio fieri ſolet. l. cum in lege. in fin. ff. de contrahenda emptio. Tertiò non obſtat l. plane. §. primo. verſicu. ſed ſi non corpus. ff. de lega. j. quoniam vt volunt Petr. & Cin. in dicta l. finali. ff. de conditio. ob cauſam datam. quos illhic ſecutus eſt Alexan. de Imol. quantitas legata erat. & ideo niſi teſtator dum legatum certæ quãtitatis fecit certum nummorum corpus bis legaſſet toties debetetur, quoties legatum quantitatis factum eſſet. Sed vbi legatum ad certum nummorum corpus relatum eſt, etiam ſi ſæpius factum ſit, non niſi ſemel debebitur. idem dicit vbi certum auri vel argenti pondus legatur, niſi aliter de teſtatoris voluntate conſtet, & ita declarat. l. ſed & ſi certos. eodem titu. de lega. j. ff. quæ lex optime declarat, quando legatum nummorum vt certum corpus legatum eſt, an vero vt genus vel quantitas, non facta differentia, an quantitas ſit expreſſa vel in ſpecie legata, quia etiam ſi quantitas expreſſa eſt, ſi alia pecuniæ corpora noluit teſtator legatario præberi, ſi pereant, non hæredi ſed legatario peribunt. Et quòd non ſit vera gloſſ. diſtinctio in dicta. l. hæc venditio. §. huiuſmodi. in verbo, quanti. ff. de contrahen. emptio. Bartol. & Moder. in dicta. l. ſecunda. ff. de rebus credito. & l. fina. ff. de condictio. ob cauſam datam. dum dicunt verbum, quanti. facere diſtinctionem, an vt ſpecies, an vero vt quantitas pro-

miſſa ſit: quoniam in dicta.l.plane. §.j.verſic.ſed
ſi non corpus. in quantitate expreſſa legato fa-
ctum erat legatum, & tamen iudicatur vt certum
corpus, & ſic vt certa ſpecies. Et ne videar vti
gloſſemate à textu alieno, non pigebit text.illius
§.recenſere.Sed hoc,inquit, ita erit accipiendum
ſi non certum nummorum corpus ſit ſæpius reli-
ctum,vt puta centum quæ in arca habet,ſepius le
gauit. & io.l.ſed & ſi certos.cum dicit,certos nū-
mos.non enim pecunia quantumcunque certa &
numerata ſit, non niſi corpora ipſa nummorum
36 debebuntur,quæ neq; permutare licebit. † vnde
quantitas non ea eſt quæ inter contractus diffe-
rentiam facit,ſed voluntas.nam ſiue precium ſiue
res æſtimata loco precij detur,vbi partes intende
bant contractum emptionis & venditionis cele-
brare,cōtractus emptionis iudicandus erit.l. pre
cij. C.de reſciodend.vendi.gloſ.eſt in dicta.l.j.in
verbo,taxata. C.de rerum permutati.Plus per il-
lum text.dico in eo caſu in quo pecunia numera-
ta eſt,vt certum corpus tradatur, ſi aliud contra-
ctui non refragetur, quod ex partium voluntate
appareat, de eo contractu iudicandum erit ſicuti
de contractu emptionis, quia pro tali contractu
actio ex empto aut vendito dabitur, non autem
ex permutatione.hoc dicit prima pars illius.l.pri
mæ. dum ait ad exemplum ex empto actionis nō
immerito id quod tua intereſt conſequi deſide-
ras. Et ideo vt hoc dubium ſecundum legum
traditionem abſoluam puto ſic diſtinguendum.
Aut enim precium certum conuentum & nume-
ratum eſt de re certa, & illud abſque dubio eſt,
quia emptio & venditio eſt.§.item precium.Inſti
tu.de emptio.&vendi.l.j.&.ij.ff.de contrahenda
37 empt. † niſi is qui precium dedit certum & nume
ratum, voluerit omnino rei dominium ſibi ſta-
tim dari,& ſic dominium transferri: tunc emptio
non erit, ſed contractus innominatus,do vt des.
l.fina.ff.de condicti.ob cauſam dat.dicta.l.natu-
ralis.§.j.verſicu.ſi autem do.ff.de præſcrip.verb.
Idem dico vbi venditor nullo tempore voluit do
minium in emptorem transferre neq; emptorem
poſſe dominium acquirere non erit venditio ſed
locatio aut cōtractus innominatus quantūcunq;
ſubſtantialia contractus emptionis præceſsiſſe vi
deantur.l.cum manu ſata.§.ſina.ff.de contrahen.
emption.Si autem in contractu non eſt incertum
verbum,quod ſui natura abſque interpretatione
effectum non habet transferendi dominij,tuoc in
dubio faciem emptionis demōſtrabit vimq; eius
accipiet dicta.l.naturalis. §.& ſi quidem. in pri-
mis verbis illius.§.ff.de præſcrip.verb.aut res cer
ta quantitate taxata æſtimata eſt, & pro re data,
& contractus erit emptionis & venditionis dicta
l.precij.C.de reſcinden.vendi. dicta.l.tenetur.§.
§.ff.de actio.empt.dicta.l.plerunq;.&.l.quoties.
ff.de iure doti.dicta.l.j.§.fina.ff.de æſtima.actio.
gloſ.in dicta.l.j.C.de rerum permuta. in his ver-
bis, pater tuus licet non taxata quantitate aliam
poſſeſsionem dedit: ergo ſi taxata fuiſſet quanti-
tas.emptio,non permutatio eſſet: & tamē in hoc
caſu vim emptiōis obtinebit:quia actio quæ pro
eo contractu dabitur ad exemplum erit actionis
ex empto.nec obſtat dicta.l.j.in princ.ff.de æſti-
ma.actio. quæ nullo pacto huic noſtræ diſputa-
tioni conuenire poteſt.Et admiror tantos patres
quomodo non aduerterint. nam in illo textu.de
emptore &venditore quæſtio non erat,ſed de eo
qui cum rem venalē haberc vellet mediatori vel
proxenetæ venalem expoſuit,ſeu magis proxene
tæ aut mediatori vendēdam cōmiſit certo & de-
38 terminato inter eos precio. † nam vbi res proxe-
netæ ſeu mediatori tradita eſt, ad exemplum em-
ptionis,vt inquit dicta.l.j. C.de rerum permuta.
aduerſus proxenetam ſeu mediatorem æſtimato-
ria præſcriptis verbis actio dabitur,quæ in bonæ
ſidei iudiciorum numero comprehenditur, dicta
l.j.in princi.ff.de æſtima.actio.& ratio eſt, quo-
niam is qui proxenctæ rem venalem exponit, ob
id tamen illi vendere non intendebat. hac ratio-
ne ille tex.ait,diu dubitatum fuiſſe,an emptio eſ-
ſet an vero locatio, quaſi rem vendendam locaſ-
ſe viſus eſſet, an ex conducto quaſi operas proxe
netæ vel mediatoris conduxiſſet vt rem vēderet,
an mandati quia mandaſſet rem ſuam venuodari,
& tollendæ dubitationis gratia inquit Iurecon-
ſultus inuenta eſt æſtimatoria præſcriptis verbis
actio, quæ ad exemplum emptionis & venditio-
nis introducta eſt,dicta.l.j.C.de rerum permuta.
& inter bonæ fidei actiones connumerata,dicta
l.j.in fin.princip. ff.de æſtima.actio.§.actionum.
Inſti.de actio. Sed non eſt hæc noſtra diſputatio,
ſed iſta eſt, an ex contractu inter emptorem, &
veoditorē inito, in quo res æſtimata & certo pre
cio taxata pro re tradita emptio & venditio erit,
vt in dicta.l.precij cauſa. C.de reſcinden. vendi.
ſecundum quam dicta.l.plerunq;. ff.de iure dot.
legi poteſt. ibi, ſecutis igitur nuptijs æſtimatio
rerum perficitur & ſit vera venditio, & in verſic.
ſequen. ibi, quia æſtimatio vera venditio eſt.nec
me mouet quòd illhic gloſſ. in verbo,vera.illum
tex.limitauit quo ad rei periculum tantum: quo-
niam ille text. contrarium ſentit, & in.l.quoties.
eodem titul. ſimiliter dicta.l.precij. C.de reſcin-
den.venditio. l.tenetur. §.j. ff.de actio.empti. &
ad.l.inſulam.ff.de præſcrip.verbis.quæ omnino
contradicere videtur, facilis eſt reſponſio: quia
inter emptorem & venditorem precium certum
rei venditæ taxatum non erat ſed vendiderat, vt
inſulam reficeret expreſsione à venditore non fa
cta quantum ad refectionem expendere deberet
39 emptor. † alioqui vbi certum & taxatum fuiſſet
precium emptio fuiſſet, dicta.l.tenetur. §.j. ff.de
actio.empti. quæ propriæ in refectione aut ædifi
catione inſulæ loquitur, & dicta.l. precij cauſa.
C.de reſcindend.vendi.& ideo.l.inſulam.incerti
condictionem tantum ex eo contractu venditori
concedit, quia contractus per ſe vel per relatio-
nem

nem ad aliud certus non erat, aut res pro re ſimpliciter data eſt, & contractus erit permutationis, ſeu innominatus, do vt des, dicta.l.j. ff. de rerum permuta.l.naturalis.§.at cum do. et.§.j.ff.de præſcript.verb.l.fina.ff.de condictio.ob cauſam dato. §.item precium. Inſtitu.de emptio.& venditio.l.j.ff.de contrahend.emptio. etiam ſi precij nomine venalis expoſita eſſet, dicta.l.j. C.de rerum permuta. intellige niſi venalis expoſita eſſet certo et determinato precio dicta.l.j.C.de rerum permuta.quem text. dicit Barto. non eſſe alibi in his verbis, licet nõ taxata quantitate, igitur à contrario ſenſu ſi taxata fuiſſet precij quantitas emptio, & non permutatio eſſet, & ita glo. illhic ſentit in verbo, taxata.per dictam.l.precij. C.de reſcindenda venditio. & dictam.l.tenetur. §.j.ff.de actio.empt. Adde tamen ex dicta.l.j.C.de rerum

40 permutatio. quòd † quamuis res precij nomine tantum data ſit non taxata precij quantitate nomen contractus permutationis aſſumat, tamen ad exemplum actionis empti ad intereſſe actionem producit. & in hoc ex actione empti naturam retinebit. & ideo non ſufficit in contractu mentionem precij facere ad hoc vt contractus emptionis eſſe dicatur iuxta.l.fina. C.de prædi.decurio. libro.x. ſed oportet precium eſſe certum & conuentione vtriuſq; partis taxatum, & quòd partes non ſimulent contractum per prædicta.&.l.cum in venditione.ff.de contrahen.empt.l.cum ſponſus.§.circa.ff.de donatio.inter virum & vxorem. quoniam appoſitio precij non taxati non faciet contractum eſſe emptionis, ſed nomen alterius contractus legis diſpoſitione aſſumet per illos text. aut pro parte rei precium conſtitutum eſt, & pro parte res data. & nonnulli volunt contractum à parte prædominante iudicandum eſſe ſecundum.l.quæritur.ff.de ſtatu homi. & fere communis omnium ſententia in hanc partem inclinat cuius Bart.meminit in dicta.l.j. ff. de rerum permuta. & Modern.in dicta.l.fin. ff.de condictio. ob cauſam dato. & in.l.ſecunda. §.primo. ff. de rebus credito. Ego autem non poſſum huic opinioni omnino me ſubſcribere. & ideo putaui aliter ex prædictis diſtinguere: aut enim is qui vendidit, rem habuit venalem, & precium pro parte recepit, & pro reliqua rem accepit: & non facio vim an rei datæ æſtimatio etiam triplo precium

41 excederet: † quia etiam ſi nullum precium in numerata pecunia datum eſſet adhuc contractus eſſet emptionis, & venditionis, & non permutationis dicta.l.j. C.de rerum permuta. quam Bartol. dicit non eſſe alibi inducendam vt ſuprà poſt Accurſi. dixi, & dictam.l.precij cauſa. C.de reſcind. vendi. &.l.tenetur.§.j.ff.de actio.empti. Et ratio quia id quod pacto additum eſt pars precij & cõtractus eſt. l.fundi partem. &.l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. &.l.pacta conuenta.ff.de cõtrahenda emption. dixi in repetitione.§. ſed cum nulla.in.l.iuriſgentium.ff.de pact. & ratio huius eſt, quia æſtimatio rei loco precij ſuccederet, dicta.l.plerunque. ff.de iure doti. l.ſi æſtimatis rebus.ff.ſoluto matrimo. &.l.j. ff.de æſtima.actio. Si autem precij nomine res venalis expoſita eſt, neque aliter certum precium conuentum eſt, & licet omnes dicant ſufficere de precio in contractu mentionem factam eſſe dicta.l.ſin. C.de prædi.decuri.libro.x. tamen text. dictæ.l.j. C.de rerum permuta. contradicit omnino. Cæterum conſentio ad exemplum emptionis de eo contractu ſicut de emptione iudicandum eſſe per dictam.l.j. Idem dico in re data æſtimata, per ea quæ ſuprà dicta ſunt, & per dictam.l.precij cauſa. &.l.plerunque. ff.de iure doti. ne fraudibus via pateat, dicta.l.ſi ſponſus.§.circa. ff.de donatio. inter virum & vxorem.l.cum in venditione.ff.de contra

42 henda emptio. Secunda † ratio quoniam æſtimatoria actio bonæ fidei eſt, ſicut & emptio dicta.l.j.ff.de æſtima.actio.dicto.§.actionum. Inſtitu.de actio. & pondero rationem illius.l.j.ff.de æſtimato.action. ibi, quare omnia, & hic locum habent quæ in bonæ fidei iudicijs diximus in quibus cõtractibus omnis doli ſuſpicio abeſſe debet.l.bona fides. ff.depoſiti. & notant omnes in dicto. §. actionum. Inſtitu.de actio. Si autem res venalis expoſita non eſt, ſed partes permutare ſolum intendebant. tolle exemplum ſi cum forte non poterat permutatio fieri, niſi modica pecunia pro ſupplemento ab altera permutantium data, putarem de iure veram eſſe conſiderationem dicentium permutationem eſſe, & non emptionẽ procedere, & quòd à parte prædominante interpretatio fiat, dicta.l.quæritur.ff.de ſtatu homi. capi. ad quæſtiones.extra, de rerum permutatio.argumento.l.ſi ex duobus. §.ſina.cum.l.ſequen. ff.de

43 pecul. † niſi contractus in fraudem legis factus eſſet. Tolle exemplum, vt ſi cum deſiderarem pecuniam habere, non autem rem pro re, alius voluit rem tantum dare, ſubminiſtrato mihi emptore, qui rem ſuam quam commutabat ſtatim aut modico interuallo adiecto emeret, vel rei ſuæ precium vendere affectanti conſtitueret, hoc caſu puto in fraudem contractum factum eſſe per dictam.l.primam. C.de rerum permutatio.in his verbis, licet non taxata quantitate aliam poſſeſſionem dedit pro qua ille text. actionem producit ad exemplum emptionis. Et ratio, vt dixi ſuprà, eſt quoniam animus eius qui vendere deſiderabat conſiderandus eſt, ſicut meminit Bal.in dicta.l.j.colum.ij. C.de rerum permuta.argumento eſt.l.& qui ſub imagine.C.de diſtracti.pigno. l.qui teſtamentum.in fine.ff.de probatio. & melior text.in dicta.l.ſi ſponſus.§.circa. ff.de donatio.inter virum & vxorem. ibi, ſi modo cum animum vendendi maritus non haberet, idcirco ven

44 ditionem commentus ſit vt donaret, ſimiliter † ſi is qui permutauit permutandi animum non habuit, ſed vendendi: & idcirco venditionem commentus eſt nihil agit quòd ex precij vilitate, &

contractuum vicinitate alijs'que ſimulationibus
coniecturare quiſq; bonus iudex poterit. l. gene-
raliter. in princi. C. de non numera. pecu. dicta. l.
qui teſtamentum. in fin. ff. de probatio. & memi-
nit Cin. in. l. ij. C. de repu. hæredi. cui recte etiam
conuenit, dicta. l. cum in venditione. ff. de contra
henda emptio. §. donare. qualiter olim feud. alie-
na. pote. quoniam in huiuſmodi contractibus po
tius rei veritas quàm acta ipſa inſpicienda eſt. l. j.
ij. & iij. C. plus vale. quod agitur. Aduerte illam
l. ſi ſponſus. §. circa. verſicu. enim vero. velle vi-
deri in hoc caſu pro quantitate precij tantum ven
ditionem eſſe reuocandam: ibi, itaque ſi res quin
decim, venit quinq;, nūc autem ſit decem, quinq;
tantum præſtanda ſunt, quia locupletior videtur
facta, ſed ad illum text. dic quòd cum in propoſi-
ta quæſtione vnicus ſit contractus, tanquàm de
vno contractu iudicandum eſſe. & ideo æſtima-
tionem rei cum precio reſtituendam, dicta. l. te-
netur. §. j. ff. de actio. empti. & dicto. §. circa. in.
princip. in illo autem verſicu. itaque. verum fuit
maritum animum vendendi habuiſſe, ſed in pre-
cio conuento tantum fraudem cōmittere voluiſ-
ſe, & in parte precij vxorem locupletiorem face-
re, & ideo cum ratio decidendi illius tituli ſit con
ſiderare ſolum id, in quo mulier locupletior ſit,
& maritus pauperior, non mirum eſt ſi lex voluit
id tantum infirmare in quo legi contrauentū eſt.
45 † ſecus autē vbi maritus donationis cauſa in frau
dem legis minori precio vendidiſſet, quia tunc
nullius mom[illegible]et huiuſmodi vēditio. l. ſi quis
donationis. ff.[illegible] contrahenda emptio. vbi ergo
in precio vel in contractu commentum eſt in o-
dium eorum qui fraudem committunt interpre-
tatio fit, dicta. l. ſi quis donationis. in fin. & ita no
tat Bald. in dicta. l. j. colum. ij. C. de rerum permu
ta. per dictam. l. j. §. idem Pomponius. ff. depoſi.
quia ab animo iudicandum eſt, ſicut in ſimili di-
citur in. l. quis ſit fugitiuus. in princip. &. §. idem
Celius. ff. de ædilit. edict. & dicta. l. j. C. de rerum
permuta. vbi hoc notat Bald. in. l. ſi quis nec cau-
ſam. &. l. certi condictio. §. final. cum. l. ſequen. &
l. rogaſti. in princi. ff. de rebus credi. & idem no-
rat Ange. in. l. ſciendum. §. deinde. ff. de ædil. edi-
cto. Et quia agentes in foris frequentius contra
huiuſmodi contractus male aliquid ſuſpicantur,
illosq; in fraudem conſuetudinis fieri arbitren-
tur. ob id vſu interdictum eſt Aureliæ et in Neu-
ſtria vt ſufficiat aliquid nummario precio nume-
ratum eſſe vel aliquid quod æſtimationem à con
uentione partium acceperit promiſſum fuiſſe. tol
le exemplum in eo qui cum fundo annuum ali-
46 quem redditum, qui redimi poteſt, accepit † quã
uis annuus redditus in multis inter immobilia an
numeretur. l. ſi quis argentum. §. ſin autem dona-
tor. C. de donatio. clemen. exiui. §. cunque annui
redditus. de verbo. ſignific. tamen loco precij ſeu
pro precio, datus exiſtimabitur ne fraudibus via
pateat, dicta. l. qui teſtamentum. in fine. ibi, vide-
tur enim ex eo quòd ille plus capere non poterat
in fraudem legis, hæc in teſtamēto adiecisse. ff. de
proba. & quamuis ex his hæc prima quæſtio ter-
minari poſsit, vt tamen regulæ huius legis conue
niar quodam epilogo diffiniam.

In primis dico in caſibus ſeu exemplis ſequen
tibus veluti de emptione & venditione iudican-
dum eſſe, atque ob id quintum & ſub quintum
denarium à domino feudi peti poſſe. Primus
quando contractus omnia ſubſtantialia emptio-
nis & venditionis habet, & hic caſus de indubi-
tabili eſt, ideo non inſiſto iuxta. l. quod Labeo.
ff. de Carbon. edict.

Secundus qui etiam abſque vllo dubio eſt ſe-
cundum communem opinionem quam Bart. re-
fert in dicta. l. j. ff. de rerum permuta. & Angel. in
l. quæritur. ff. de ſtatu hom. quando pecunia quæ
tradita eſt, rei cum precio traditæ æſtimationem
excedit, vt argumentum fiat à parte prædominan
te ſicut Modern. poſt Bartol. notant in dicta. l. ij.
§. primo. ff. de rebus credito. &. l. ſina. ff. de condi
ctio. ob cauſam dat.

47 Tertius eſt, † quando res pro re data eſt certo
et taxato precio æſtimata dicta. l. tenetur. §. j. ff. de
actio. empti. l. precij. C. de reſcinden. vendi. l. j. C.
de rerum permuta.

Quartus, quando conſtat probabilibus indi-
cijs, & argumentis eum qui rem tradidit venalem
habuiſſe, neque aliud quàm precium affectaſſe,
non autem permutationem facere, argumento di
ctæ. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donati. inter virum
& vxorem. l. cum in venditione. ff. de contrahen.
emptio. & dicta. l. j. C. de rerum permut. propter
enim præſumptam fraudem iudicabitur emptio,
non permutatio. exemplum ſuprà datum eſt, hic
non repeto.

Quintus caſus quando in contractu de precio
mentio facta eſt ſecundum communem opinio-
nem per. l. fina. C. de prædi. decur. ſine decre. non
alienan. libro. x. ita tenent Moderni. in dicta. l. fi-
na. ff. de condictione ob cauſam dat. ſed vt ſuprà
dixi, hoc euitari poteſt. tamen recte dici poterit
concurrente illa præſumptione, quòd venalem
rem habuit, & quòd de precio mentio facta eſt,
ad exemplum emptionis hunc contractum iudi-
candum eſſe, dicta. l. j. C. de rerum permutati. ne
fraudandi occaſio detur. l. & qui ſub imagine. in
ſine. C. de diſtract. pigno. & dicta. l. qui teſtamen
tum. in ſine. ff. de probatio.

48 Sextus † ſi res in parte data eſt, & pro reliqua
parte precium vt reliquum æſtimari debeat: quo-
niam in dubio rem æſtimatam potius accepiſſe,
quàm non æſtimatam præſumitur. Et ob id ve-
ram venditionem eſſe, dicta. l. plerunque. ff. de iu
re doti. & alijs legibus ſuprà allega. nec obſtat. l.
j. ff. de æſtima. actio. quoniam male intellecta eſt
vt ſuprà dixi, non enim in propoſito caſu loqui-
tur, ſed quando ſic res alicui æſtimata data eſt, vt
pro ea æſtimatione alteri tertio vēderet, hoc caſu
procedit

procedit, dicta.l.j. ff. de æſtimato.actio. Et ideo
quia incertum erat, an locatio ſeu cōductio eſſet,
an mandatum, an emptio dubitatum fuit, quæ a-
ctio propter illum contractum concedi poſſet, &
Iureconſultus reſpondit æſtimatoriam præſcri-
ptis verbis actionem ob id inuentam eſſe, ſed hoc
nihil ad caſum noſtrum confert quicquid ipſi di-
cant. quæſtio enim noſtra eſt de re æſtimata data
quæ vim emptionis habet, imo venditio ſeu em-
ptio cenſenda eſt, non autem permutatio, dicta.l.
plerunque.ff. de iure doti. l.ſi æſtimatis rebus. &
l.ſequen. ff. ſoluto matrimon. quia precium cum
re acceſsit, & ideo res in precij partem eſt.l.ſi ſte-
rilis.§.ſi tibi.ff. de actio.empti. l.fundi partem. &
l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. ff. de con-
trahenda emptio. l.ab Anaſtaſio. C.mandati. per
quas ſatis conijcitur huiuſmodi contractus fictos
ſimulatos, & fraudulentos eſſe, imo per dictam.l.
ſi ſterilis. & ſequen. ſuprà alleg. vere res magis in
partem precij addi videtur quā quòd partes per-
mutare videantur: & ideo ad petendas res in con
uentione expreſſas lex ex vendito actionem pro-
ducit. Et non obſtat dicta.l.prima. ff. de æſtima.
actione. quæ in ſuo caſu tantum recipienda eſt,
neque ad hunc caſum extendi poteſt. non repeto
49 non facta differentia † an res cum precio data rei
precium excedat. hoc enim caſu veriſſimilius eſt
partes emptionem & venditionem quàm permu-
tationem contraxiſſe, dicta.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff.
de actione empti. plus dico ex illa.l.prima. recte
probari huiuſmodi contractum vim emptionis
habere, ſeu potius emptioni accedere, quàm alte-
ri contractui innominato, ſeu locationi & condu
ctioni, quoniam in æſtimatoria actiōe is qui rem
æſtimatam vendendam ſuſcepit ipſam rem incor
ruptam aut æſtimationem de qua cōuenit redde-
re tenebitur & ſic propius ad venditionem acce-
dit. in quo lex vult omnia in eo contractu locum
habere, quæ in bonæ fidei iudicijs & ſic in empti-
one iura ſtatuerunt, non autem quæ in contracti-
bus ſtricti iuris, & ſic contractibus innominatis
pro quibus lex præſcriptis verbis, vel in factum
actionem dari voluit. Non mirum ſi dixero de eo
contractu iudicandum eſſe ſicut de cōtractu em-
ptionis per dictam.l.j. C. de rerum permut. in his
verbis, ad exemplum ex empto actionis id quod
tua intereſt, ſi in patris iura ſucceſſiſti conſequi
deſideras, & dicta.l.plerunque.ff. de iure doti. &
id pluries iudicatum eſt.

Quare in his omnibus caſibus puto feudi do-
minum quintum & ſubquintum denarium feudi
venditi poſſe iure petere, atq; ſi rei vēditio pure,
& ſimpliciter facta eſſet. Si vero cōtractus per cō
mutationē rerum non æſtimatarum fiat, hic caſus
ſimiliter de indubitabili eſt, quoniam permuta-
tio erit, dicta.l.j.in princ. ff. de rerum permut. aut
alius contractus innominatus, do vt des, dicta.l.
naturalis.§.& ſi quidē.&.§.at cum do. ff. de præ-
ſcript.verb. & quamuis prædictis plurimum ob-
ſtare videatur dicta.l.fin. ff. de condit. ob cauſam
dat. quando pecuniam tibi dedi, vt rem mihi da-
res & ſic dominium transferres cū id contra pro-
priam contractus emptionis naturā & ſubſtantiā
ſit, quoniā in eo non venit dare, id eſt, dominium
transferre per illum tex. & dictam.l.j.in princ. ff.
de rer.permuta.l.j.ff. de contrahē.empt. §.item ſi
precium. Inſtit. de act.empt. & vēdi. tamen ſecun
dum iuris ſubtilitatē dici poteſt verba cōtractus
cōſideranda eſſe, & ita cōmuniter omnes ſentiūt
poſt glo. & Barto. in dicta.l.fin.ff. de condict. ob
50 cauſam dat. † vt ſi in contractu verbum, dare. in-
ſertum ſit, & ex eo conſtat accipientē voluiſſe do
minium rei accipere. hoc caſu contractus innomi
natus erit, dūmodo alijs argumētis aut cōiecturis
iudex opinari ſeu aliter moueri non poſsit ad cre
dendum huiuſmodi cōtractum in fraudem legis
factum eſſe. argumento.l.ita fidei.l. non intelligi
tur. in princ. l.edicto.§.extat. ff. de iur.fiſc.l.j. ff.ſi
quid in frau.patro.aliena.ſit. & toto pene titulo.
ff. de his quæ in fraud.credi. ſi. quia conſilium &
euentus ſpectabitur. l.in fraudē.j.&.ij. ff. qui & à
quib.manumiſ.liber.accip.l.qui pœnæ. ff. de ma
numiſsio.l.ſi is qui.ff. quæ in frau.cred. Si tamen
animus contrahētium aperte demōſtret, noluiſſe
eos emptionem cōtrahere & erit permutatio vel
cōtractus innominatus. ex actibus enim agētium
qui cōtractui acceſſerunt vel qui cōtractum præ
ceſſerunt, vel ſecuti ſunt, faciliter cōiecturari po-
teſt iudex iuxta.l.ſi ſeruus plurimū.§.fin.ff. de le-
ga.j.l.Plautius.&.l.& ſi nō ſint [illegible] fecti. ff. de au
ro & arg.lega. an cōtractus in fr[illegible]dem cōmiſſus
ſit: niſi velimus aduerſus dictam.l.ſin.ff. de condi
ctio. ob cauſam dat. inſiſtere: non inficiabor iudi
ci debere conſtare ſecūdum Alex. & Moder. ſen
tentiam poſt Bart. & Bal. in dicta.l.ſin.ff. de con-
dictione ob cauſam dat. per illum tex. &.l.vbi ita
donatur. ff. de donatio. cauſa mort. l.nec codicil-
los. C. de codicil.l.cum precarium.j.ff. de precar.
reliquū in quæſtione ſubſequente explicabimus.

Nolo tamen duas vtilitates ex iſtorum contra-
51 ctuum differētia procedētes prætermittere. † Pri
ma eſt, huiuſmodi contractus qui vim emptionis
aſſumūt bonæ fidei eſſe dicta.l.j. ff. de æſtimato.
actio. alioqui ex ſtricto iuris rigore contractus,
quaſi innominatus erit dicta.l.j. in fi.ff. de rerum
permutatio. Secunda eſt quæ à præcedente effe-
ctum differentē producit, quia in eo ſicuti in con
tractibus nominatis locus non erit pœnitentiæ,
licet in contractibus innominatis pœnitentiæ lo-
cus eſſe poſſit. l.ſi pecuniam. ff. de conditio. cau-
ſa dat. cauſa non ſecu. Sed ſtatim actio ex empto
& vendito naſcetur, quemadmodum de emptio-
ne & venditione dicitur in dicta.l.j.in princip.ff.
de rerum permuta.l.j. &.l.ex empto. ff. de actio.
empti. l.conſenſu. ff. de actionibus & obligatio-
nibus.l.prima & ſecunda.ff. de contrahenda em-
ptio. non ſic erit in caſu dictæ.l.fin. ff. de conditi.
ob cauſam dato. reliquas vtilitates ex dictis per

Alexan. & Modern. colliges in dicta. l. fina. ff. de conditione ob cauſam dato.

Progrediamur ad ſecundam quæſtionem in materia retractus: quam licet in repetitione. l. dudum. C. de contrahenda emptio. in multis articulis explicauerimus, quæ tamen huic quæſtioni cõueniant, pauca recenſere curabimus. Et ne quæſtio excogitata videatur, exiſtimaui caſum aliquẽ
52 referre ſemel in curia deciſum, † de nepote qui fundum patruo ſuo naturali tantum donare promiſerat, ſi fundus in partem ſucceſsionis obueniret, dum caſus ita contigiſſet, nepos patruo in emphyteoſim perpetuam feudum partim ob benemerita, partim ſanguinis affectione ductus conceſsit. Re vera patronus ille naturalis tãtum de nepote & domo & familia tota benemeritus erat, factaq́ erat emphyteoſis præſentibus & cõſentientibus fratribus donatoris, qui variata ſeu mutata mox opinione, ſicuti ſolent, neſcio quo ſpiritu ducti, feudum in emphyteoſim cõceſſum beneficio conſuetudinis admittentis retractum infra annum & diem perfecti & publicati contractus repetere inſtituerunt propoſita retractus actione, quæ à lege prima introducta eſt. dicebant enim grata patrui obſequia ſeu benemerita æſtimationem recipere, quibus æſtimatis & patruo datis rem veluti venditam reuocare poſtulabant ſuper illo contractus genere diu atque diu diſputatum eſt: in ea quæſtione tandem ſciſſa fuere in duas partes iudicantium vota ſicut etiam ſæpe cõtingere ſolet & Iureconſultus commemorat in. l. ſi pars iudicantium. ff. de inofficioſo teſtamenro. aliqui enim contractum vere emphyteoticum eſſe iudicabant, alij vero naturam, & effectum emptionis habere affirmabant, & ob id de eo ſicuti de emptione iudicandum eſſe conſtanter aſſeuerabant. at vt ex hac quæſtione aliquis fructus percipi poſsit, quid in hac quæſtione in vnam & alteram partem dici poteſt, breuius quàm potero explicabo.

Duo tantum mouebant eos qui huiuſmodi cõtractum ſic addictum eſſe conſuetudini dicebant vt retractui ſubiaceret.

53 Primum † moribus introductum fuiſſe, licet forte cõſuetudinis verba refragari videantur, ſufficere in contractu precium ſtatutũ eſſe, vel aliud quod æſtimationem recipiat, ob id quod in contractu adiectum erat æſtimandum eſſe dicebant, & in precium conuertendum, pro quibus facere videtur dicta. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de actio. empti. l. precij. C. de reſcinden. venditi. In argumentum etiam trahi poteſt. l. ſi cõuenerit. ff. de reſcinden. venditio. in his verbis aut proxima emptioni in factum datur dicta. l. prima. C. de rerum permutatio. Et ideo veteres practici ſeu patroni dicere ſolebant ſufficere, ſi quid modicum quod nummario precio æſtimari poteſt, in contractu interueniat, & ſi vinum tantum dari promiſſum ſit aut ceruiſia vel zithim camum cydonium quod potus cauſa paratum eſt quorum meminit. l. ſi quis vinum. ff. de vino, tritico, & oleo legato.

Secundum quo pro carotio vtebantur eſt ne via fraudibus pateret, quoniam ſub huiuſmodi ſpecie contractuum facile erat fraudem conſuetudini facere tacita promiſsione interueniente redimendæ rei pro re promiſſa, ſicuti ſuprà dictum eſt. l. qui teſtamentum. in fin. ff. de probatio. argumento eſt. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. cum alius forte ſit contrahentium animus, dicta. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donatio. inter virum & vxorem.

54 Tertium præcedentium conſecutiuũ eſt, † quia benemerita æſtimari poſſunt, argumento eſt. l. ſi pater. §. final. ff. de donatio. ibi, quod contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non placuit. aliqua igitur merita ſunt, quæ æſtimari poſſunt. capi. relatum. vltimo reſponſo. extra, de teſtamẽ. quemadmodum & operæ quæ æſtimationem recipiunt. l. medicus. & . l. operarum. ff. de operis liberto. l. fina. ff. de operis ſeruo. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictione indebi. ſufficere ergo debet ſi meritorum æſtimatio præbearur, & res potius in familia conſeruentur ad exemplum emptionis & venditionis, licet in contractu taxata quantitas non ſit, dicta. l. prima. C. de rerum permutatio. Et hoc potiſſime dici poteſt, vbi de meritis non conſtat. l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. ibi, veritatem enim ſpectamus, an vero caſtrenſis peculij notitia, vel affectio, non quid finxit, & ideo dicit Roma. in. l. Aquilius. ff. de dona. poſt Bald. in. l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. huiuſmodi donationes dum de meritis non conſtat inſinuatione indigere, & ſic æſtimabitur vbi quingentos aureos donatio excedet, iuxta. l. ſancimus. C. de donatio. pro ea opinione recte puto facere quæ ſequuntur. In primis. l. primam. C. de natural. li-
55 ber. † dum de donatione loquitur perſonis prohibitis & à perſonis prohibitis facta, vt totum datum retrahatur, inquit ille tex. & retractum legitimæ ſoboli reddatur, cuiuſmodi erat contractus de quo ſermo fit, quia inter nobiles factus erat. illius legis memini in repetitione. l. dudum. C. de contrahen. emptio. vrget etiam tex. in dicto capi. donare. qualiter olim feud. alie. poter. ibi, niſi locatio eſſet fraudulẽta alienatio, ſicut eſt per libellum, vt dicatur venditio. inducitur etiam. l. ſi quis ante conduxit. vltimo reſponſo. vbi Modern. Papienſ. notant. ff. de acquiren. poſſeſſi. §. præterea. Inſtitu. quibus mod. ius patr. pote. ſol. l. fin. C. de emanci. liber. dixi in. l. imaginaria. ff. de regu. iur. Contractus enim huiuſmodi potius imaginarius quàm verus iudicandus eſt, dum ſub ficta benemeritorum commemoratione contractus fit, de quibus non conſtat, dicta. l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. l. data iampridem. C. de dona. l. qui teſtamẽtum. ff. de proba. glo. in. l. ſi donatione. C. de collati. & facit. l. cõuenire. ff. de pact. dot. & maxime hoc dictũ procedit qñ inter coniunctas perſonas

huiuſmo

huiuſmodi donationes fiunt, vt clandeſtinis &
domeſticis fraudibus obuietur dicta.l.data. C.de
donationibus. & ita notat Bald.in dicta.l.illud.
C.de ſacroſanctis eccleſijs. & Roman. in dicta.l.
Aquilius. ff.de donationibus. hac ratione lex ſi
miles contractus prohibet ne legi vel conſuetu
dini fraus fiat.l.ſi quis integris.§.finali.ff.qui & à
quibus manumiſ.liberta.accipi.l.caſtrenſe. & di
cta.l.ſi fortè. ff.de caſtrenſi pecul.gloſſ. eſt in di
cta.l.ſi donatione. C.de collation. trahi in argu
mentum poteſt.l.ſi quis donationis. verſic.quo
ties. &.l.cum in venditione.ff. de contrahen. em
ption.ibi, inter virum enim & vxorem donatio
nis cauſa, venditio facta precio viliori nullius mo
menti eſt. Secundò induci poteſt aliud conſecu
56 tiuum præcedentis argumenti. † Cauſa enim cō
tractus ſeu ratio attendi debet, an finalis vel im
pulſiua ſit.l.ſecunda. §.fina. ff.de donationibus.
notant Moderni. Papienſ. in dicta.l. ſi quis ante
conduxit.colum.iij. ff.de acquiren.poſſeſ.ſed il
lius rei conceſsio in emphyteoſim, in remunera
tionem meritorum facta, ſpeciem alterius contra
ctus aſſumere videtur, quæ æſtimationem quan
dam recipiunt, vt magis venditio pro ſolutione
et ſatisfactione obſequiorum aliquo modico pre
cio dato facta eſſe videatur, quàm quòd in em
phyteoſim dare voluerit, vt inquit text. in dicto
§.donare.qualiter olim feud.aliena.poter.colla
tio.x.argumento etiam eſt.l.Thais.in princip.&
verſicu.Lucius.ff.de fideicommiſſ.liberta. ibi, vt
ſi Stichus & Dama, & Pamphilus te promerue
runt, ære alieno liberes. Et iſta cauſa finalis facit
contractum cenſere nominatum, qui aliàs inno
minatus eſſet.l.ea conditione. iuncta gloſſ. C.de
reſcindend.venditio. Saltem in eo omnia locum
habere, quæ in cæteris bonæ fidei contractibus
admittuntur dicta. l.prima. in fine princip. ff. de
æſtima.actio. & ideo producit huiuſmodi contra
ctus actionem ad exemplum emptionis dicta.l.j.
C.de rerum permuta. præſertim cum dicatur mo
ribus vtentium introductū fuiſſe, ſufficere in con
tractu aliquid exprimere quod precio æquipol
leat, neque hic ſtylus reijciendus aut reſpuendus
eſt, cum primæuam cōtractus emptionis formam
& originem renouare velit. quēadmodum enim
hominum vſus permutationem à venditione pre
cij conſtitutione diſtinxit, dicta.l.prima. ff.de cō
trahenda emptio.l.prima.ff.de rerum permutati.
ſimiliter contrario vtentium more induci poteſt,
vt cōtractus ex prima forma & figura aliquid re
tineat, ſeu ſimiles effectus producat vt tacito po
puli conſenſu legis diffinitio obumbretur. §.pe
nulti.Inſtitu. de iure natur.gent. & ciui.l. de qui
bus.ff.de legi.l.vnica. §.quibus. C.de nouo Co
di.componen. §.quas ex omnibus.in proœ.Inſti
tu.nam ſi de iure contractus emptionis inducitur
vbi res æſtimata loco precij data eſt. l.precij. C.
de reſcindend.venditio. &.l.tenetur.§.primo.ff.
57 de actio.empti. † Quare non poteſt etiam vſus
ſeu conſuetudo inducere, vt res quæ æſtimatio
nem recipiūt loco precij habeantur. præterea an
in ea maior eſſe poteſt diſſonantia quàm in caſu
dictæ.l.final.ff.de conditione ob cauſam dato.in
qua propter adiectionem verbi, dare, contractus
innominatus, & non contractus emptionis iudi
catur, quamquam pecunia numerata fuerit con
tra naturam contractus emptionis & permutatio
nis dicta.l.prima. ff.de rerum permutati.l.j.&.ij.
ff.de contrahen.emptio.l.fin. C.de prædi.decur.
ſine decre.non alienan. & illa.l.fina.ſi rectè con
ſideratur, cum circa contractuum ſubſtantialia fi
ctionem introducat apertè modum & viam frau
dibus aperit, quoniam qui vendendi propoſitum
habebunt, & pecuniam pro re ſtatuunt ſolo ver
bo, dare, in contractu adiecto vertant contractus
ſubſtantiam, ſic vbi res quæ æſtimari poteſt loco
precij datur appoſito verbo tradere, ſubſtantiam
contractus mutabunt, & ad primam contractus
emptionis figuram reducent. nihil igitur in hac
re vſus finget quod lex prius non finxerit, in di
cta.l.precij. C.de reſcinden.vendit. quoniam lex
veluti pro vendito vel empto actionem producit
dicta.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi. ff.de actio.empti. Præ
terea æſtimatoria actio quæ propter dubium cō
tractuum inuenta eſt.l.j.in princip. ff.de æſtima.
58 actione. introduxit † vt rei æſtimatæ periculum
tranſeat in accipientem ad ſimilitudinem emptio
nis dicta.l.j.§.finali.ff.de æſtima.actio. quantum
in actione empti.l.neceſſario.ff.de pericul.& cō
mo.rei vendi.§.cum autem.Inſtitu.de emptio.&
vendi. ſimiliter omnia alia quæ in bonæ fidei iu
dicijs ſtatuta ſunt in eis locum habebunt, dicta.l.
prima.in fin.princip.ff.de æſtima.actio. & tamen
nullum precium nummarium in huiuſmodi con
tractu interuenit, ſed tantum res pro re data eſt,
licet æſtimata. Quare ſi quod æſtimatur, inter par
tes faciat tranſire contractum in aliam cōtractus
ſpeciem per dictam.l.precij.nihil eſt quod dero
get ſi benemerita æſtimētur ſicuti de marito qui
conſulto vendit non tamen animum vendēdi ſed
donandi habuit, dicta.l.ſi ſpōſus.§.circa.ff.de do
natio.inter virum & vxorem. Seruandus ergo eſt
inconcuſſe mos iſte.l.Labeo. ff.de ſtatulibe. l.an
in totum.in fine. C.de ædific.priua.l.prima.& fi
na.C.quæ ſit longa conſtitu. de his per Roma.in
rubrica. ff.de noui operis nuncia. Bartol.in.l.de
quibus.ff.de legib. Felin.in capitu.primo.extra,
59 de reſcriptis. Ex aduerſo allegabatur † verba
conſuetudinis diligenter ſpectanda eſſe quæ de
ſolo contractu emptionis formiter facto loquun
tur, quæ non licet extra proprium ſignificatum
extendere.l.non aliter.ff.de legatis.iij.l.iij.§.hæc
verba. ff. de negocijs geſtis. & de hac extenſio
nis materia facti ſunt ſolennes tractatus per Ioan
nem de Imola, & Romanum in.l.ſi vero.§.de vi
ro. ff.ſoluto matrimonio. aliquos etiam Felinus
commemorat poſt Abbatem in capitu. transla
to, extra, de conſtitutionibus. quos hic aliter non

extendo. nam contractus emptionis & permuta-
tionis ſeu cōtractus innominatus in forma & ma
teria & effectu longe differunt. l. j. ff. de rerũ per-
muta. l. j. &. l. ij. ff. de contrahen. emptio. §. item pre
cium. Inſtitu. de emptio. & venditio. non poteſt
igitur de vno ad alterum extenſio fieri dicta. l. fi-
na. C. de prædi. decurio. ſine decre. non alienan.
libro. x. Conſuetudo autem proprie in emptione
loquitur non in permutatione, aut quouis alio
contractu, vt dixi in. l. dudum. C. de contrahenda
emptio. quibus adde. l. ſciendum. §. fina. verſicu.
60 emptorem. ff. de ædili. edicto. † licet quandoque
verbum venditionis omnes contractus compre-
hendat per quos dominium transfertur. l. fin. C.
de rebus alien. non alienan. vbi per Cin. & Bald.
l. ſtatuliberis. §. Quintus Mutius. ff. de ſtatulibe.
§. alienationis. in authenti. de non alienan. rebus
eccleſ. collatio. ij. quod declara vt per Cin. in di-
cta. l. fina. C. de rebus alien. non alienan. & Mo-
dern. in dicta. l. fina. ff. de condictione ob cauſam
dato. Secundò lex non abs re contractum em-
ptionis à permutatione diſtinxit, vt patet in dicta
l. naturalis. §. & ſi quidem. ff. de præſcrip. verbis.
& dicta. l. prima. ff. de rerum permutatio. quæ di
ſtinctio ſingulariter attendi debet. l. ſi vno. ff. lo-
ca. & conduct. §. adeo. Inſtituta, de locato & con
ducto. l. prima. in fin. C. de iure emphyteo. Bald.
notat in. l. prima. quæſtione. xliiij. ff. de rerum di-
uiſione. facit. l. prima. in principi. ff. de ſuperficie.
l. ſi quis ante conduxit. ff. loca. & condu. l. ſi quis
ante. ff. de acquirenda poſſeſſione.

Tertiò fortiter obſtat. l. inſulam. ff. de præſcri-
61 ptis verb. † vbi etiam ſi partes contrahendo vſæ
ſunt verbo, vendidit. ob id tamen contractus em
ptionis non erit. l. ſecunda. in princip. &. l. ſi tibi.
ff. de rebus creditor. de quo in dicta. l. finali. ff. de
condictione ob cauſam dat. l. ſi olei. C. de locato
& conducto. multo minus in contractu emphy-
teotico dici poteſt, dicta. l. prima. C. de iure em-
phyteoti. ibi, neque conductionis neque aliena-
tionis titulis eſſe adijciendum. Quartò & iſtud
conſecutiuum eſt præcedentis. nam faciliter æſti-
mari poteſt, quantum pro inſula ædificanda im-
pendi poteſt, dicta. l. naturalis. §. ſed ſi facio. ff. de
præſcriptis verbis. benemerita vero talia eſſe poſ
ſunt, vt æſtimationem non recipiant. l. ſi pater. §.
fina. ff. de donatio. l. etiam conditionis. primo re-
ſponſo. ff. de manumiſſ. vindict. ibi, quòd domi-
num in prælio adiuuauerit contra latrones tutus
ſit quòd eum ſanauerit, quòd inſidias detexerit.
l. prima. C. quibus ex cauſ. ſer. pro præmio liber.
accip. ibi, etiam tu pro tam ingentibus meritis. l.
metum. §. ſed ſi vim. ff. quod metus cauſa. Et hac
ratione dicunt Barto. & Roman. in dicta. l. ſi pa-
ter. §. finali. ff. de donationi. l. primam. §. in hono-
rarijs. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionib.
quæ aduocatis ſalarium taxat, in cauſa criminali
locum non habere vbi aduocati organo aut con-
ſilio vita hominis ſaluari, aut liberari poteſt.

62 † Quintò ratio benemeritorum æſtimari nō po-
teſt alioquin in mutuũ cadere poſſent, quoniam
ſecundum numerum dierum & operarum æſti-
marentur. l. in ſtipulationibus. §. operarum. ff. de
verborum obligatio. l. operæ. ff. de operis liber-
torum. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictio
ne indebiti. l. nec patronus. C. de operis libertor.
dixi ſuprà tamen in eis mutuum non cadit, quo-
niam nec illæ eædem operæ reddi poſſunt, dicta
l. libertus. fabriles autem quandoque æſtimari
poſſunt, vt ſuprà dixi quibus adde. l. ſi operas. ff.
de præſcriptis verb. Præterea illa merita frequen
tius ex affectione quàm aliter æſtimantur. capitu.
ſi quos. xij. quæſtione. ij. l. ſeruos. ff. de manumiſ.
teſtamen. affectus autem æſtimari non poteſt. l. li
bertus qui ſoluendo. ff. de bonis libertorum. ibi,
vel aliquod mancipium quod non precio, ſed af-
fectu ſit æſtimandum. l. prima. §. ſed ſi rem. ff. ſi
quid in fraudem patrona. aliena. fuer. l. lex quæ
tutores. §. nec vero. C. de adminiſtratione tutor.
imo nec aliter affectus æſtimari poteſt, quia nec
in eo actu æſtimatio cadit dicta. l. ſi pater. §. final.
63 ff. de donationib. † Si ergo benemerita aut gra-
ta obſequia in æſtimationem cadere non poſſunt
non poteſt etiam in eis actio æſtimatoria verifi-
ficari, quia æſtimationem non recipient per ſu-
prà dicta. iure ergo dici poteſt legem municipa-
lem, aut conſuetudinem, extra caſum ſuum ex-
tenſionem non recipere, argumento. l. neque Do
rotheum. C. de decurionibus. libro decimo. ibi,
nihil in perſona viri illuſtris. l. ambitioſa. vbi Bar
tol. ff. de decretis ab ordina. facien. l. Anthiocen-
ſium. ff. de priuilegijs creditorum. Sextò ſi pe-
cunia in genere data eſt, non recte contractus em
ptionis dicitur, ſecundum communem omnium
ſententiam in dicta. l. finali. ff. de condictione ob
cauſam dat. licet pecunia ad precium conſtituen-
dum ordinata ſit, ad diſtinctionem emptionis à
permutatione, vt ſuprà dictum eſt. l. prima. ff. de
contrahenda emptione. &. l. prima. ff. de rerum
permutatione. vt quantitatem demonſtret. l. hæc
venditio. §. primo. in verbo, quanti. ff. de contra-
henda emptione. l. nummis. ff. de legat. iij. l. num-
mis. ff. de in litem iurand. multo magis dicendum
eſt, vbi partes cauſam æſtimationis non inſerunt,
neq; precium. non poterit igitur huiuſmodi con-
uentionis effectus conuenire, dicta. l. naturalis. §.
& ſi quidem. &. §. at cum do. ff. de præſcriptis ver
bis. §. item precium. Inſtituta, de emptio. & ven-
ditio. Septimò, ſiue cauſa benemeritorum im-
pulſiua ſit, ſiue finalis magis honoris, ſiue mu-
nificentiæ gratia interpoſita æſtimanda eſt, quàm
quòd dationem in emphyteoſim illa conſidera-
tione venditionem facere voluerit, dicta. l. ſer-
uos. ff. de manumiſſ. teſtamen. dicta. l. etiam con-
ditionis. in principio. ff. de manumiſſ. vindict. ar-
gumento eſt. capitu. primum. in fine. de feud. da-
to. in vic. lega. commiſſo. collatione decima. ibi,
64 † feudum enim non ſub prætextu pecuniæ ſed a-
more,

more,& bonore domini acquirendum eſt, & di-
cit text.in.l.Titius. ff. de obſequ.patro.præſtan.
nam plurimum intereſt à ſuo ſeruo quisvel etiam
ab amico eius nummos acceperit dederit liberta-
tem, an ab eo ſeruo qui cum eſſet alienus, in fi-
dem eius deuenit. Adde quod notat Baldus ar-
gumento illius rext.in capitu.vnico.de allod.col
latio. decima. Et animus contrahentium in du-
bio talis iudicari debet, qualis verba & forma
contractus demonſtrant, dicta.l.prima & ſecun-
da.ff.de contrahenda emptio. licet aduerſus eam
præſumptionem probatio admitti poſsit. l.quo-
ties.ff.de probationibus.l.non eſt enim veriſimi-
le. ff. quod metus cauſa. ſed donec ſecus proba-
tum erit, ſecundum eam iudicandum eſt, dicta
l.prima. C.de iure emphyteoti. l.prima. ff.de re-
rum permutation. nec in hoc conſiderandum eſt
ſecundum aliquos, vt Modern.Papien.comme-
morat,in.l.ex hoc iure.xij.columna.ff.de iuſtitia
& iure.an de benemeritis conſtet.l.quod autem.
§.ſi vir & vxor. ff. de donationib. inter virum &
vxorem.l.ſi pater puellæ. C.de inoffici.teſtamen.
quæ tamen nihil probant, vt per hoc non obſtet,
dicta.l.ſi forte.&.l.caſtrenſe.ff. de caſtrenſ.pecu.
Intellige tamen hoc dictum maxime procedere,
ſi contractui expreſſa ſint, dicta.l.Aquilius.ff.de
donationibus. & dicta.l.etiam conditionis. ff.de
manumiſſ.vindicta. de quo etiam in dicta.l.ſi do
natione.vbi per Bartol.Bald.Angel.& Moder-
65 ni.C.de collatio. † nam vbi propter pietatis offi-
cium præſtitum aliquid conceditur, magis præ-
teriti laboris remuneratio dicitur quàm precium
dicta.l.ſi pater.§.fina. ff.de donationib. ibi,mer-
ces enim laboris eximij appellanda eſt quod con
templatione ſalutis certo modo æſtimari non pla
cuit,&.l.Aquilius.eodem titulo.ibi,verum offi-
cium magiſtri, quadam mercede remuneratum,
& quòd huiuſmodi contractus naturam non mu
tet, induci poteſt dicta.l.prima. in principi. ff.de
æſtimato.actio.ſi gloſſ.interpretationem pro le-
gis autoritate non renuas accipere in verbo,mer
ces.dum ille text.ait,hæc actio vtilis eſt & ſi mer-
ces interuenit. & Accurſi.inquit merces interue-
nit ſecundario,id eſt,remuneratio.vbi ergo cau-
ſa remunerationis aliquid conceditur, non em-
ptio erit,nec obſtat quod in illo text.in fin.prin-
cipio. dicitur omnia in ea locum habere quæ &
in bonæ fidei indicijs dicuntur, licet ille contra-
ctus, hoc à bonæ fidei indicijs mutuetur, quòd
fiat bonæ fidei, vt in.§. actionum. Inſtituta, de
actionibus. non tamen id operatur vt nomen aſ-
ſumat, vt inquit ille textus. quoniam illi actioni
nomen antea non cogitatum inuentum eſt & illi
conuentioni addictum: nam & primo permuta-
tione rerum emptiònes fiebant,ſed cum pecuniæ
vſus inuentus eſt, emptio à permutatione diſtin-
cta eſt, & nihilominus inter bonæ fidei indicia
permanſit,dicto.§.actionum. Inſtituta,de actio-
nibus. Et hodie vt diſcreti ſeu diſtincti contra-
66 ctus recepti ſunt. † Non ergo licet tam exten-
dere, vt omnes legum traditiones euertant, &
præſertim vbi verba conſuetudinis aut ſtatuti,id
non patiuntur, dicta.l. ambitioſa. ff. de decretis
ab ordine faciend. l.vnica. §.hoc interdictum.ff.
de fonte.l.tertia.§.hæc verba.ff.de negocijs geſt.
l.non aliter.ff.de legatis.iij.

Octauò, conſideranda erat in illo contractu
non tantum ratio ſanguinis. ſed ipſorum bene-
meritorum, quæ vt ſuprà dictum eſt, talia fue-
runt,vt nullam æſtimationem, ſicut re vera con-
ſtiterat, recipiebant. In primis ratio ſanguinis in
naturali admittit,vt alatur.§.finali.in authentica,
quibus modis naturales efficiun. ſui. collatio. vj.
ibi, paſci vero naturales à legitimis ſancimus, vt
decet eos ſecundum ſubſtantiæ menſuram à bo-
no viro arbitratam. & in verſicul.de nepotibus
qui mox ſequitur in eodem.§. licet. conſuetudo
67 Neuſtriæ,adeo † naturales filios exoſos habeat,
vt non ſinat parentes eis quicquam quoquo reli-
cti titulo relinquere, ſicuti & de iure eſt, in di-
cta.l.prima. C.de naturalib.liber. quæ vult om-
ne datum ab eis auferri, & totum retractum le-
gitimæ ſoboli reſtitui. ſed in nepharijs & alijs
concubitibus à lege prohibitis intelligendam il-
lam eſſe puto, ſicut & aliàs dicitur in.l. cum an-
cillis. & authentica, ex amplexu. C. de inceſt.
& inutilibus nupti. ſed æquitas canonica ratio-
nem naturæ habuit, ſaltem quo ad alimenta.
capitul. cùm haberet. extra, de eo qui duxit in
matrimoni. quam prius polluit per adulterium.
Cuius æquitatem praxis recepit, vt educantur,
ſed vbi benemerita cum ſanguine concurrant
fortius erit vinculum. §. ſed hodie. Inſtituta,
de adoptionibus. Ego vero pro hac ratione in-
duco textum, qui non videtur mihi ſpernendus
in.l.non tantum. §. ſi emancipatus.primo. in fi-
ne. iuncta gloſſæ interpretatione. ff. de bono-
rum poſſeſsione contra tabulas. inquit ille te-
xtus, neque enim minus in hoc nepote is qui
de inofficioſo cogniturus eſt, merita nepotis
68 quàm patris eius, delicta perpendet. † Ecce
quomodo delictum patris, non tam in conſi-
deratione eſſe debet, quàm nepotis merita er-
ga auum. Imò plus, inquit Accurſius illhic in
verbo, merita. etiam ſi nepos mereri non po-
tuerit auo, ſed ſatis eſſe eum non demeruiſſe.l.
cum quidam.ff.de lega.ij.qui text. recte probat,
vt cum ratio ſanguinis aliquem ad bene facien-
dum compellit, ſatis eſſe ſi cum cauſa ſanguinis
concurrat benemeritorum ratio, etiam ſi re ve-
ra non præceſſerint, ſed ſufficit quòd is non de-
meruerit. & ille textus melius probat. l. quod
autem. ff. de donationibus inter virum & vxo-
rem. cuius meminit Iaſon in dicta. l. ex hoc iu-
re. xij. columna. ff. de iuſtitia & iure. per quam
probari dicit in huiuſmodi contractibus non eſſe

neceſſe merita probari, ſed ſufficere vt pro bene
merito ab eo qui donare vult acceptus ſit. Cui
addo dictam. l. ſeruos. ff. de manumiſſ. teſtamen.
ibi, non etiam vt talia officia ab bis exigantur pro
quibus libertatem mereri debent. l. cum pater. §.
rogo. ff. de lega. ſecundo. dum ille text. verba te-
ſtatoris vt quiſque de te meruerit ſic interpreta-
tur quibus matris electione ceſſante ſufficiet, ſi
non offenderint. multo magis vbi re vera bene
meriti ſunt & de benemeritis conſtat, vt in dicta
l. ſi forte. & l. caſtrenſe. ff. de caſtrenſ. pecul. quæ
recte euitari poſſunt, vt infra dicam.

Nonò, ſi hæc ratio admitteretur vt in ſimilibus
contractibus retractui locus eſſet, nullus contra-
ctus à retractu immunis eſſe poterit. ſola enim
cauſa cuiuſque rei quæ æſtimationem recipere
poſſet, tranſire faceret contractum permutatio-
nis, aut innominatum in aliam ſpeciem contra-
ctus. argumento. l. ſi vt proponis. C. de condi-
ctione ob cauſam dato. quamquam finalis cauſa
non eſſet, ſed impulſiua tantum: quod eſſe non
debet, dicta. l. ſecunda. §. finali. ff. de donationib.
69 † Et ideo qui dicit partes contractum venditio-
nis facere voluiſſe id oſtendere debet. l. illud. §.
finali. ff. de manumiſſ. vindic. l. ſi quis integris. §.
minor. ff. qui & à quibus manumiſſ. liberta. acci-
piunt. vbi autem probauerat fraudem de contra-
ctu ad contractum factam fuiſſe obtinebit, vt in
dicta. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donationib. inter
virum & vxorem. dicta. l. ſi illud. §. primo. ibi, vt
proinde vel ex lege donationis vel ex affectione
eius qui dederat res, æſtimetur. ff. de manumiſſ.
vindict. facit quod notatur in. l. iuriſgentium. §.
quod fere. ff. de pactis. & in dicta. l. inſulam. ff. de
præſcriptis verb. Et in dubio ſi per verba inſtru-
menti clara eſt contrahentium voluntas, & tunc
ſecundum verba iudicandum eſt, aliàs non, dicta
l. rogaſti. in principio. & l. non omnis. & l. ſi ti-
bi. ff. de rebus creditorum. dicto. §. quod fere. vt
ſi in contractu pecunia interuenit vel de precio
mentio fiat, vt in. l. ſciendum. §. fina. ff. de ædilitio
edicto. induci poteſt. l. ſi quis nec cauſam. ff. de re
bus creditorum. iudicetur potius emptio quàm
contractus innominatus, dicta. l. naturalis. §. & ſi
quidem. ff. de præſcriptis verbis. licet etiam in ca
ſu. l. fina. ff. de condictione ob cauſam dato. pro-
pter verbum, dare. quod contractui appoſitum
eſt iudicatus ſit à Iureconſulto ille contractus in-
70 nominatus. † Secundò quæ & qualis fuerit tra-
dentis affectio vt ſi intendebat vendere, & non
in emphyteoſim tradere, dicta. l. prima. C. de re-
rum permutatio. etiam ſi verbum, venditio. con-
tractui interuenerit, dicta. l. inſulam. ff. de præſcri
ptis verbis. dicta. l. ſi ſponſus. §. circa. verſic. enim
vero. ff. de donationibus inter virum & vxorem.
Tertiò ſi precium correſpondet rei. l. ſi quis ante
conduxit. ff. de acquirenda poſſeſsione. l. ſi olei.
C. de locato & conduct. capitu. donare. qualiter
feudum olim aliena. poter. collatio. x. l. ſi vno. &
l. ſi quis conduxit. ff. locat. & conducti. l. prima.
ff. de ſuperficie. melius in. l. ſed & ſi vir. §. ſi duo
mancipia. ff. de donationibus inter virum & vxo
rem. Quartò in dubio vbi verbum vendidit, aut
ſimile appoſitum erit, potius contractus emptio-
nis, & venditionis æſtimabitur. l. cum manu ſata.
ff. de emption. & venditiõ. l. cum precario. ff. de
precari. argumento eſt dictus. §. quod fere. ibi,
rogauit Titius, ſpopondit Mæuius, hæc verba
non tantum pactionis loco accipiũtur, ſed etiam
ſtipulationis, ideoq́ ex ſtipulatu naſcitur actio.
Quintò perſonæ ſpectari debent qua affectione
moueri poſſunt, dixi ſuprà per dictam. l. illud. §.
fina. ff. de manumiſ. vindict. l. quod autem. §. ſi ti-
bi maritus. ff. de donationib. inter virum & vxo-
rem. ibi, quod mulier ex contractu locupletior
fiat. Sed in caſu propoſito non poterant quæ ſu-
71 prà dicta ſunt conuenire. † nam contractus ille
cenſeri debuerat potius donationis quàm vendi-
tionis, ex affectione contrahentium iuxta dictam
l. illud. §. finali. ff. de manumiſſ. vindict. Secundò
quòd merita cum ſanguine concurrebant. Ter-
tiò quòd conſuetudo de patre tantum loquitur
quæ ad fratrem extendi non debet, cum odioſa
ſit. l. cum quidam. ff. de liberis & poſthumis. de
qua in. l. Gallus. §. primo. ff. eodem titulo. nam &
alimenta naturali filio tollit contra rationem na-
turalem, vt ſuprà dixi dicto. §. fina. in authentica,
quibus modis natural. efficiun. ſui. collatio. x. &
canonicam æquitatem in dicto capitu. cum habe
ret. extra, de eo qui duxit in matrim. quam prius
polluit per adulter. Cæterum non prætermittam
quod cum hac opinione tenet Paulus de caſtr. in
conſilio. ciij. quem Alexand. refert in. l. ſi dona-
tione. C. de collatio. & Felin. in capitu. primo. in
quinta limitatione. extra, de re iudicata. cui com-
munis opinio recentiorum ſe ſubſcribit in dicta
l. ſi donatione. mouentur quòd naturalis cauſa
potius quàm accidẽtalis conſiderari debet. l. qui
habet. in principio. ff. de tutel. l. tutor. §. quæ tu-
toribus. ff. de excuſation. tutor. l. Aurelius. §. Ti-
tius. ff. de liberatio. lega. quem text. Bald. allega-
uit in authentic. ex teſtamento. C. de collation. &
Alexand. in dicta. l. ſi donatione. ſequitur Paul.
de caſtro. per hunc text. & l. ſequenti. licet Imol.
contrarium tenet in. l. ſi plagij. ff. de verborum
obligationibus. per doctrinam Innocen. in capi-
tu. in præſentia. extra, de renunciationibus. dum
72 Innocentius † dicit, ſententiam ſuſtineri debere,
ſi in ea duæ cauſæ inſertæ fuerint, quarum vna
vera eſt & altera falſa, vt potius vera quàm fal-
ſa attendi debeat. ca. abbate. extra, de verborum
ſignifica. l. quoties. in ſtipulationibus. ff. de ver-
borum obligatio. additur per eos donationem
quæ à patre ſit potius contemplatione ſanguinis
fieri quàm benemeritorum. licet in inſtrumento
donationis benemerita expreſſerit, niſi probe-
tur merita præceſſiſſe per dictam. l. ſi forte. ff. de
caſtren. pecu. & dum in hanc ſententiam conclu-
ſerunt

ſerunt tamẽ circa diſſolutionem argumẽti quod
gloſſ.in dicta.l.ſi donatione,facit de.l.filiæ.C.fa
mil.ercíſcun.plurimum laborauerũt.cui non re-
perio ab eis datum conueniens reſponſum. nam
in ea neque præceſſerant filiæ merita, ſed motus
erat pater ſola ſanguinis affectione,& nõ alia ra
tione.& tamen ille tex.dicit res à patre filiæ do-
natas eſſe illi præcipuas.Secundò, contra Paul.
induco tex.in.l.vnica.C.de impo.lucra.deſcrip.
lib.x.ibi,in tam enim neceſſarijs ſibi cõiunctiſq;
75 perſonis ſub liberalitatis appellatione debitum
naturale perſoluitur , cuius autoritatem iuris
pariter valere ſancimus,etiam ſi ab inteſtato ſuc
cedant præfiniti ſibi generis ordine ſociati. imò
ſola ratione dilectionis in tam coniunctis perſo-
nis conſideranda eſt.l.in teſtamento.ff. de fidei-
commiſ.liber.ibi,pios tamen filios debuiſſe ma
numittere eam quam pater dilexiſſet,quem tex.
glo.notat in.l.eam quam.in verbo,traditur, ibi,
decimo propter pietatem.C.de fideicommiſ. &
73 quod † qualitas naturalis principaliter conſide-
randa ſit,etiam vbi de odio filij tractatur eſt tex.
in.l.non putauit.§.ſi quis emãcipatum.ff.de bo-
norum poſſeſ.contra tabul.ibi, Papinianus lib.
xij.quæſtionum,ait iura naturalia in eo præuale
re.ſimilis tex.in.l.filio.in princip.ff.de liberis &
poſthu.& hæc qualitas magis etiam ſpectãda eſt
vt proſit.l.emancipatum.in ſin.ff. de ſenato. di-
cã aliquid in quæſtione ſeq.& totus mundus ob
id etiam turbatus eſt in dicta.l.ſi donatione. C.
de collatio.propter dictam.l.filiæ.non obſtat.l.
qui habet.in princip.ff.de excuſa.tutor.quæ nul
latenus ſignari meruit.imo in Paul.de Caſt.& ſe
quaces retorqueri debet,quia naturalis qualitas
in ea lege potius ſpectatur quàm accidentalis,eo
quod naturalis qualitas furioſo plus prodeſt ſe-
cundum legis.xij.tabularum diſpoſitionem , vt
inquit ille tex.non enim illa donatio quæ filio ſit
potius operari debet confirmationem factæ do-
nationis vt res donata illi præcipua ſit quàm re-
uocationẽ inducat.idem in dicta.l.tutor.§.quæ
tutoribus.ff.de excuſa.tutor.& alijs legibus ſu-
prà allegatis per Paul.facit.l.illud.& auth.ex te-
ſtamento.&.l.ſi emancipati. C. de collatio. non
obſtat.l.ſi forte.&.l.caſtrenſe.ff. de caſtren. pe-
cul.verum eſt enim in eo qui non erat capax con
ferendi beneficium: & quia peculium caſtrenſe
facere voluit quod ſoli principi cõuenit, non eſt
74 mirum ſi id priuilegium conferre nõ põt † quia
huiuſmodi priuilegia caſtrẽſia non conſequitur
quis niſi re vera meruerit,aut à principe obtinue
rit.l.ex eo tempore.&.l.fin.&.l.quod dicitur.§.
miles.ff.de teſtamen.milit.l.finali. C. eodem. &
hoc probat illa.l.ſi forte.ibi,nõ ex caſtris notus.
expreſſius,in dicta.l.caſtrenſe.ibi,quod niſi mili
taret acquiſiturus non fuiſſet.non enim ſuæ fa-
cultatis erat de non milite militem facere, neque
alij quàm principi cõuenire poteſt priuilegia mi
litaria concedere dicta.l.fina.C.de teſta.milit.&
l.finali.ff.de teſtamen.milita.Sed in bene merito
etiam affectio ſola ſufficit in perſonis coniunctis
dicta.l.vnica.C.de impo.lucr.deſcrip. libr.x. &
alijs ſuprà memoratis præſertim. l. non tantum.
§.ſi emancipatus.poſt gloſſ.in verbo, merita. ff.
de bo.poſ.contra tabu.quia ſatis eſt ſi huiuſmo
di perſonæ non demeruerint & affectionem ſeu
dilectionem ad eas pater habuerit,dicta. l. in te-
ſtamẽto.ff.de fideicommiſ.liber.& dicta.l.filiæ.
C.famil.erciſcun.Cui addo.l. ſi pater. in princi.
75 &.l.fin.§.fin.in princip.ff.de donatio. † nam &
ſi pater,inquit pecuniam mutuam filio ſœnera-
tus ſit animo donandi.licet contractus in ſe fœ-
neraticius ſit quem pater fecit,recte tamen filio
donaſſe dicitur. Si tamen aliquibus argumentis
cõijci poſſet donationem ſic factam fuiſſe, vt pa-
trimonium huiuſmodi donatione aut donationi
bus exinaniret reuocãda erit pro media parte do
natio per querelam inofficioſæ donationis.l. Ti
tia.ij.§.imperator.ff.de legatis.ij.vel pro ratione
quartæ.l.ij.l.ſi mater.l.ſi liqueat.&.l.fina. C. de
inofficio.dona. quæ ſumpta videtur ex dicto. §.
imperator.Ego autem alibi reperio diſtingui do
nationem inter viuos à legatis in perſonis prohi
bitis in.l.vnius.ff.ſi quid in fraud. patro. aliena.
fuer.& vbi opinio Pauli de Caſtr. vera erit quæ
videtur eſſe communis adhuc indubitatũ erit va
lere donationem ob benemerita factam ſi de his
conſtet per dictã.l.ſi forte.ff. de caſtren.pecu.in
qua potiſſime firmata eſt hæc opinio, quæ vt di-
76 xi poteſt euitari, † tamen nullus eſt qui diſcrepet
quin valeat irreuocabiliter donatio ob beneme
rita,vbi de illis cõſtat,etiã ſi inter perſonas pro-
hibitas facta ſit.hoc dicunt in dicta.l.ſi donatio-
ne.C.de colla.quare in occurrente quæſtione in
qua de meritis fratris conſtiterat non poterat lo
cus eſſe retractui,& diu iudicantium vota diuiſa
permanſerunt:tandem quadam media ſentẽtia,
ſeu iuris prudẽtia,ſicuti in ſimilibus fieri debet.
§.cum ex aliena.verſic.& poſt multum.Inſtit.de
rerum diuiſio.inuenta eſt omniũ fere iudicio hac
ratione moti,cum prædium in emphyteoſim da-
tum ſeu donatum nobile,& feudale eſſet ob id
meritorum æſtimatio facta non eſt ſed veri,& iu
ſti valoris,ratio habita eſt & fratri naturali pro
parte ſoluta reivſufructus naturali fratri relictus
eſt quandiu ſuperſtes eſſet ne eo mortuo ad fiſcũ
deuolueretur,ſed in agnatione permaneret.

Sed vt quæſtio nouiſſima nihil à prima detra-
hat conuenio, vt contractus potius emphyteoti-
cus iudicetur,quàm emptionis,dicta.l.j.C.de iu-
re emphyteo.§.adeo. Inſtitu. de loca.& conduc.
ratio enim legis & fauor mea opinione , in hanc
partem potius inclinat per dictam.l.illud.§.fina.
ff.de manumiſſ.vindict. facit regula quam ſuprà
77 excepimus † attendendã magis eſſe cauſam quæ
prodeſt quàm quæ nocet, vbi autem in parte res
empta,& in parte vendita eſt , etiam ſi minus di-
midio precio in pecunia datum ſit,non inſiſtẽdo

diutius circa Barto. diſtinctionem in dicta. l. j. ff.
de rerum permuta. in. l. ſi. ff. de conditio. ob cau-
ſam dat. propter fraudis ſuſpitionem per quam
coniecturari poteſt venalem habuiſſe, non autẽ
permutationem facere voluiſſe, propter preciũ
aut precij partem receptam vt inquit dicta. l. pri-
ma. C. de rerum permuta. cõtractum potius eſſe
venditionis quàm permutationis iudicãdũ eſſe.
& ideo res quæ cũ precio data erit æſtimãda ve-
nit, vt ſuprà dictũ eſt, quaſi in partẽ precij data
ſit. l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. & l. fun
di partem. dicta. l. cum manu ſata. in fin. ff. de cõ-
trahen. emptio. ibi, nemo poteſt videri eam rem
vendidiſſe, de cuius dominio id agitur ne ad em
78 ptorem tranſeat. † vbi igitur actum erit vt domi
nium ad emptorem tranſeat emptio erit. idem in
dicta. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de actio. emptio. ibi,
quaſi in eam partem precij ea res ſit. idem notat
Bal. in dicta. l. prima. C. de rerum permuta. & id
verum puto, dicto. c. donare, qualiter olim feud.
aliena. poter. colla. x. & in hoc puto hunc tex. cũ
l. ſeq. induci poſſe, vt attendatur cauſa quæ plus
nocet quia palàm eſt qualis fuerit contrahentiũ
affectus & ideo ſi quid aliud factum eſſe dicant
probare deberent, quoniã veriſimile eſt his duo
bus concurrentibus quod prius vendere voluit.
Secundò, quod dominium transferre voluerit.
Tertiò, quod precium, aut pars precij interuene
rit, vt reliquum æſtimetur. & Alexã. & Moder.
Papien. in dicta. l. ſi donatione. C. de colla. & in
dicta. l. ex hoc iure, colum. xij. ff. de iuſti. & iure.
qui Paul. de Caſt. ſequuntur, propter dubiũ frau
dis quod lex in talibus plurimum ſuſpicatur, di-
cũt in fraudem legis ſimiles contractus fieri. mo
uentur autoritate Barto. in. l. per diuerſas. C. mã
da. & in auth. ſi quis in aliquo. circa. ſi. C. de adẽ.
Bald. in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan.
eccleſ. Pro eis autem recte facit, dicta. l. ſi ſpon-
ſus. §. circa. ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. qui
teſtamentũ. in ſi. ff. de probatio. l. Lucius. §. quiſ-
quis. ff. de leg. ij. l. cum quis decedens. §. Titia. ff.
de leg. ij. l. & qui ſub imagine. in fi. C. de diſtrac.
pigno. l. ſi. ff. pro dona. Si tamen de meritis con-
ſtet ſentiunt contractum valere, vt ſuprà dixi. &
id de indubitabili eſt p̃ ea quæ ſuprà dicta ſunt.
reſtat alia & tertia quæſtio, quã breui abſoluam
demum quid in hac regula ſentiam declarabo.

79 Tertia & nouiſſima quæſtio eſt † an patris de-
merita ſeu delicta potius ſpectari debeant quam
aui merita. & ſic cauſa quæ nocet potius quàm
quæ prodeſt aut prodeſſe poteſt inſpici & atten
di debeat. Hanc quæſtionem Bald. aperit in. l.
ij. C. de libe. & eo. libe. Angel. in dicta. l. emanci
patum. ff. de ſenatori. Bald. & Feudiſ. in capitu.
denique. quæ fuit prima cauſa beneficij amitten.
collatio. x. & in dicto capitu. inſuper. de prohib.
feud. aliena. per Frederi. eadem collatio. Angel.
Alexand. & Iaſon in. l. adoptiuum. §. patronum.
primo. ff. de in ius vocand. & illam. l. ſimul legit
cum. l. ſed & ſi lege. eodem titul. Iaco. de ſancto
Georg. in tracta. feudo. in verbo. dictique vaſal-
li promiſerunt nõ committere feloniam in. xvij.
& duabus ſeq. colum. ab Alexand. in loco præ-
dicto deſiderabis plures qui hanc quæſtionem
tractauerunt. & ſi recipiatur regula huius legis,
vt cauſa quæ nocet potius quàm quæ prodeſt cõ
ſiderari debeat. cauſa patris quæ immediata eſt
recipi debet, & ſic quæ nocet ſicut & aliàs dici-
tur. in dicta. l. filio. in prin. ff. de liber. & poſthu.
80 vt † quãuis pater filium emancipatum & exhæ-
redatum poſt exhæredationem arrogauerit ex-
hæredationem reuocare non videtur. & ſic qua-
litas illa naturalis quæ nocet attenditur & non
aacidentalis quæ mediante arrogatione filij ſu-
peruenit. idem in dicta. l. non putauit. §. ſi quis
emancipatum. ff. de bonorum poſſeſſione con-
tra tabul. quod non idem eſſet in extraneo arro-
gato, & ſic cauſa filij minus fauorabilis eſt cau-
ſa extranei. idem in dicto capi. denique quæ fuit
prima cauſa beneficij amitten. quoniam potior
eſt cauſa agnatorum cauſa filiorum. Facit quod
ſuprà meminimus ex autoritate Paul. de Caſt.
in concil. ciij. incipiente dominus: Vbertus, quẽ
vt ſuprà dixi Alexander & Moder. in dicta. l.
l. ſi donatione. C. de colla. & Felin. in capit. j. co-
lumna. v. extra, de re. iudi. ſequuntur dum dicit
81 Paul. de Caſt. † ſi pater dicat ſe filio donare fun-
dum affectione ſanguinis qua mouetur, & meri-
torum ſuorum contemplatione non valere hu-
iuſmodi donationẽ, & quod hæc ſanguinis affe-
ctio quæ nocet potius ſpectari debet per. l. qui
habet. in princip. ff. de tutel. & l. tutor. §. qui tu-
toribus. ff. de excuſa. tutor. Quibus adde. l. j. §. ſi
pater. ff. pro dona. Facit deciſio Din. in regula
poſſeſſor. circa ſi. de regulis iuris. in. vj. dicit eñ
in dubio in eo qui in iure & in facto ſimul erra-
uit, vt male fidei poſſeſſor potius quàm bonæfi-
82 dei poſſeſſor æſtimandus ſit. † & ideo dato con
curſu plurium cauſarum quarum altera prodeſt,
& altera nocet, ea quæ nocet conſideranda eſt. l.
fulcinius. §. quid ergo. ff. quibus ex cauſ. in poſ.
eatur. & allegat hunc text. pro quo in caſu pro-
poſito videtur text. in capitu. j. ſi vaſal. feud. pri-
ue. cui defer. collatio. x. Ego autem non intendo
hic pleno ſtylo hanc quæſtionem examinare cũ
ab ea quæſtione dependeat ea qua quæri ſolet,
an delictum patris filio nocere debeat quã aliàs
ampliore commentario intendo diſputare. præ-
ſertim in crimine læſæ maieſtatis, an delictum
patris filijs nocere debeat propter famatiſſimam
& ſanguinariam. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam
maieſt. Sed quãtum ad huius noſtræ regulæ ex-
peditionem tãtum breuiter attingam in qua dici
poteſt vt breui eam abſoluam potius conſide-
randam eſſe cauſam quæ filio fauet ſeu prodeſt
quàm eam quæ nocet, aut obeſſe poteſt. & vt
ſuprà

ſuprà dixi videtur hoc expeditum in dicta. l. iij.
§.ſi emancipatus. primo in fin. ff. de bonorũ poſ.
cōtra tabul. ibi, neq; em̃ minus in hoc nepote is
qui de inofficioſo cogniturus eſt merita nepotis
quàm patris eius delicta perpendet. qui tex. vide
tur clarus & indubius. & in. l. emancipatum. in
fin. ff. de ſenato. ibi, & magis eſt vt debeat vt aui
potius ei dignitas proſit quã obſit caſus patris.
& gloſſ. fi. illius legis inducit illum tex. ad argu-
mentum huius quæſtionis pro qua addit. l. iij. ff.
de interdic. & relega. &. l. diui fratres. ff. de iure
patro. &. l. adoptiuum. in fin. ff. de in ius vocan.
vbi gloſſ. pariter hanc quæſtionem ſic abſoluit
in qua comperi gloſſ. allegare dictum. §. ſi eman
cipatus quam prius noueram quàm ex glo. per-
cepiſſem. Pro qua vltra quàm ſuprà dictum ſit
addo tex. in. l. ij. §. in filijs. verſic. in auo quoque.
ff. de decurio. vbi gloſſ. idem ſentit in verbo, re-
ſpondi. & ratio in eodem. §. verſic. nullum, red-
83 dita eſt, † nullum inquit patris delictum innocẽ
ti filio pœnæ eſt, ideoque nec ordine decurionũ
aut cæteris honoribus propter eiuſmodi cauſam
prohibetur. l. & qui originem. §. quamuis. verſ.
quod ſi pater. ff. de muner. & honor. Clarum eſt
autem à pleriſque diſtinctionem fieri, an filius
per medium patris feudum conſequi debet, an
vero beneficio aui. Secundò, an conceſſio facta
eſt patri pro ſe ſuiſque liberis, ſic quod in con-
ceſſione filij æque vt pater comprehenſi ſint, ſi-
cuti Cin. Bald. & alij commemorant in dicta. l.
ij. C. de liber. & eo. libe. & in dicto. c. vnico. ſi va
ſal. feud. priuet. cui defer. colla. x. & dicto. c. de-
nique quæ fuit prima cauſa beneficij amitten. &
Bartol. in. l. eum qui. ff. de interdic. & relega. &
Moder. in dicta. l. adoptiuũ. §. patronum. ff. de
in ius vocan. diſtingunt etiam filios natos à non
natis, vt etiã diſtinguitur in dicta. l. ij. §. in filijs.
ff. de decurio. & in. l. ij. C. de liber. & eor. liber.
Iaco. in dicto ſuo tractatu feudo. in verbo, dicti-
que vaſalli promiſerunt non committere felo-
niam. Sed omnes diſtinctiones propoſitæ huic
regulæ conuenire non poſſunt, quoniam ex eis
recte colligi non poteſt duplex cauſa, vna quæ
proſit altera quæ noceat, quemadmodum ex no
ſtra quæſtione deſideramus. & ideo puto verio-
rem. & æquiorem eſſe hanc nouiſſimam partem
vt ea pars potius ſpectari debeat quæ prodeſt q̃
quæ nocet. Quid ergo ad hunc tex. &. l. ſeq. di-
cendum erit quæ oppoſitũ planè decidit. & ideo
ad communes traditiones hoc axioma diſſoluen
tes recurrendũ eſſe puto. quod difficile eſſe dicit
Rapha. Cuma. in dicta. l. ſi vir. ff. pro dona. ſicu-
ti & omnia alia ſunt, & ſepe in eis periclitamur,
accipitq; ex eis vnuſquiſque prout ingenium cu
iuſque varijs ſtruitur conſiderationibus. & Bal.
hic qui aliud non diſſimile axioma ex hoc text.
colligit, videlicet, vtile per inutile non vitiari, de
quo in. l. prima. §. ſed ſi mihi. ff. de verbo. oblig.
tamen in. l. iij. §. ſi quis palam. ff. de iur. fiſc. etiam
in cauſa fiſci, vult quod prodeſt non quod no-
cet ſpectari. & per illum tex. dixi quandoque in
84 materia retractus quæ iudicio curiæ deciſa eſt
ſtylo † ſeu more vtentium introductũ eſt, vt con
tractus venditionis publicentur in exitu cuiuſq;
parrochialis miſſæ loci in quo prædia vendita ſi-
ta erunt. alioqui retrahi poterũt vſque ad annos
decem contractum ſubſequentes, vel ſi fraus fa-
cta eſt, in precio protelatur retrahendi facultas
vſque in annos. xxx. Obijciebantur plura & va-
ria cōmẽta circa contractũ facta fuiſſe, propter
quæ dicebant vſui locum eſſe. reſpondebatur ex
aduerſo nullum commentum interueniſſe ſeu
fraudem commiſſam fuiſſe, & ſi quid in eo ſuſpi
tionis eſſet tacitum nunquã fuerat, ſed quicquid
inter partes conuentum erat iuxta patrium mo-
rem publicatum palamq; factumque erat, quare
cum nihil occultum aut tacitum eſſet cauſam il-
lam commenti ſeu fraudis allegatam, ſi contradi
ci poterat non obeſſe idque illa lege, quam aper
tius infra declarabo, & ex multis alijs compro-
85 baui † quia quod prodeſt non quod obeſt atten
di debet. & licet iudicantium ſententiæ diuiſæ
eſſent, hæc autem præualuit. ad rem reuertamur.
addo bene facere dictã. l. ſi vir. ff. pro dona. quã-
quàm perſonæ ſuſpectæ ſint, quod obeſt non cõ
ſiderat. neq; illa lex aliud annullare voluit, niſi in
quo legis ratio offenſa eſt. Similiter. l. ſi ſpõſus.
§. circa. verſicu. em̃ vero. ff. de dona. inter virum
& vxorem. l. ſiue generalis. ff. de iure dotium. l.
placuit. ff. de vſur. ibi, quod illicite adiectum eſt
pro nõ adiecto haberi, & licitas poſſe peti. & ſic
qualitas quæ prodeſt conſideratur & conſerua-
tur, non ea quæ nocet. idem in dicta. l. emancipa
tum. §. fin. ff. de ſenator. Sed vt dictum eſt in con
trarium iſte tex. facere videtur. &. l. Fulcinius. §.
quid ergo. ff. ex quibus cauſis. in poſ. ea. cũ alijs
ſuprà relatis, poſt Accur. & reliquos hic. plerique
autem cauſam ſpectandam eſſe quæ potẽtior eſt
dicta. l. ſi vir. &. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. aut
quæ antiquior, vt in. c. domino ſancto. in fi. l. di-
ſtinc. &. c. hoc ipſum. xxxiij. quæſtio. ij. quando-
que ea quæ fauorabilior eſt dicta. l. emancipatũ.
& dicta. l. ij. §. in filijs. ff. de decurio. cum alijs ſu-
prà relatis. & primum articulum diſtinctiōis ap-
prehendit Barto. in dicta. l. ſi vir. per quem huic
tex. pariter. &. l. ſeq. ſatisfacere videtur. nam & ſi
maritus occiſus non fuiſſet, quia cum venter ple
nus erat adiri non potuiſſet. l. ventre. ff. de acqui
86 ren. poſ. † quare illa ratio ventris præteriti, vel
qui putabatur plenus potior eſſe videbatur, q̃a
teſtamentum in totum deficere facit, dicta. l. ven
tre. ff. de acquiren. hæredi. &. l. Gallus in princi.
&. §. primo. ff. de libe. & poſthu. l. nã & ſi ſub cō
ditione. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſta. hoc dicit. l.
ſeq. ibi, alioqui prægnante ea defuncta nullã in-
iuriæ querelam interueniſſe. & in hoc text. ibi,
vel etiam putabatur, & propterea adire hæredi-
tatem inſtitutus non potuit ſed non videtur hæc

conſideratio in hoc tex. concludere quia hic tex.
oſtendere tantum voluit hoc ſenatuſconſulti be
neficium cum alio incompatibile eſſe in verſi. &
ſi aliud, & ſufficere aliunde hæredem prohiberi
adire: vtrũque enim impedimentum à legis pro-
hibitione procedit, & in vtroque lex eandem ha
bet virtutem & potentiam, licet rationes prohibi
tionis diuiſæ ſint. In ſenatuſconſulto Sillaniano
triplex fauor admittiẽ, vt ſæpius docuimus. Pri-
mus eſt reipub. ne delicta inulta ſint. l. ita vulne-
ratus. ff. ad legẽ Aquiliam. l. licitatio. §. quod pu
plice. ff. de publica. & vectig. Secundus fauor oc
ciſi, ne mors ſua inulta ſit. Tertius parentum vt
ſolatium habeant vltionis ſanguinis ſui. l. capita-
lium. §. fina. ff. de pœn. l. j. ij. & iij. ff. de liber. cau
87 ſa. † Quartus fauor inſtitutorum ſeu etiã ab inte
ſtato ſuccedentium quibus à lege conceditur, vt
non aditam hæreditatem tranſmittãt, vt hic & ſu
prà dictum eſt, Alterum vero impedimentum in
hac lege & ſeq. commemoratum non æque fauo
rabile eſſe videtur tametſi priuilegium fomentũ
à lege accipiat propter poſthumos præteritos. l.
cum quidam. §. quod dicitur. ij. et dicta. l. ventre.
ff. de acquiren. hæred. ſed ille fauor ſolos poſthu
mos reſpicit ne exhæredes ſine culpa ſua fiant. §.
cæterum. in auth. vt cum de appella. cognoſ. col
latio. viij. non eſt inficiendum fauorem illorum à
naturali ratione, & æquitate, & pietatis officio
originem habere. l. hoc colore. ff. de inofficio. te-
ſta. & §. non licebit. in authen. de trien. & ſemiſ.
collatio. iij. plene in. l. Gallus. in princi. & per to
tã pene. l. & l. inter cætera. ff. de liber. & poſthu.
Sed non eſt tantus fauor quantus eſt huius ſena-
88 tuſconſulti. † nam in hoc ſenatuſcõſulto poſthu
mi ipſi iniuria affecti ſunt, quia pater eorum occi
ſus eſt. & ob id eorum intereſt vindictã de mor-
te patris aſſumi, vt ſuprà dixi. & ſi inultam patris
necem relinquerent debitum pietatis officium di
cerentur omittere. l. prima. C. de his quib. vt in-
dig. auſer. hæredi. Dicam in. l. neceſſarios. §. fina.
& l. propter veneni. §. fina. infrà eodem titu. Præ
terea ſanguis clamat vt vindictam vltionis ha-
beat. Geneſis. iiij. e. & dicta. l. capitalium. §. fina.
ff. de pœn. l. j. ij. & iij. ff. de liberali cauſ. non mi-
rum ſi hoc ſenatuſconſultum dixerit hæredẽ dul
ce pietatis officium exequi ſi mortis vltionẽ pro
ſequatur, dicta. l. propter veneni. §. fina. infrà eo-
dem. & dicta. l. prima. C. de his quib. vt indig. &
tamen ab alio priuilegio minus fauorabili effe-
ctus eius prohibetur, & ſic cauſa minus fauorabi
lis nocens potius attẽditur, ea quæ fauorabilior
eſt, & non nocet. quare Bart. diſtinctio nõ videẽ
huic legi & ſeq. ſatisfacere. Sed ſi vis cũ Bar. ſen
89 tire. dicere potes † impedimẽtũ qđ cõtingit pro-
pter poſthumi exiſtẽtiã vel q putareẽ extare po-
tius eſſe, cum ſit cõmune: hoc autẽ ſenatuſcõſul-
ti impedimentum quod caſuale eſt, et quaſi quã-
dam inopinata ratione ſtatutum non ita potens
eſſe. non mirum igitur ſi facilius obſuſcatur, vt
inquit Bartolus hic: & in dicta. l. iij. §. ſi quis pa-
palam. ff. de iur. fiſc. & pro eo facit. l. eius militis.
§. fi. ff. de milita. teſtamen. & ratio huius eſt quo-
niã poſthumi inſtitutio neceſſaria eſt, & adeo ne
ceſſaria, vt teſtamentum infirmet ſi omittatur, di
cta. l. Gallus. in princip. & l. inter cætera. ff. de li
beris. & poſthumis. l. j. ij. & iij. C. de poſthu. hæ-
redi. inſti. & ideo non mirum ſi impedimentum
huius ſenatuſconſulti abſorbet. Secundò minus
iuuare poteſt. l. ſi vir. ff. pro dona. duplici ratiõe.
Prima, quoniam gloſſ. & Bartol. intellectus ali-
quid ſupplere ſeu verius diuinare videtur, dum
voluit in caſu illius legis cõcurrere iuris & facti
errorem, ſecundum gloſſ. & Barto. de iuris erro
90 re ſatis videtur conſtare, † quia exiſtimauerũt va
lere donationem inter virum & vxorem. de erro
re facti quia ignorabãt rem donatam fuiſſe alie-
nam, ex cuius donatione vir vel vxor pauperior
non eſt. Sed non puto in illa lege recte probari
errorem facti interueniſſe, quia non probatur ex
illa lege maritum ignoraſſe rem quam vxori do-
nauit alienam fuiſſe: imò verba legis contrarium
ſonant, dum ait, ſi res aliena donata fuerit, ſed er
rauit in iure, quia putauit donationẽ valere. Sed
ille tex. non aperte declarat, an vir qui donabat
vxori exiſtimabat donationem inter virũ & vxo
rem poſſe fieri in iure eorum do: ſed ſi ſequi hãc
interpretationem volueris ille tex. plurimũ ob-
ſtaret huic legi, quoniam in ea plus conſideratur
91 qualitas quæ prodeſt, quàm ea quæ nocet, † qa
error facti circa rei qualitatem contingens pro-
deſt ad vſucapionem, neque obeſt iuris error qui
vſucapionem impedit in. l. nunquàm. ff. de vſuca
pio. quoniam remanet iuris ſeu legis ratio, firma
quæ prohibet donationẽ fieri inter virũ & vxo-
rem quando ex ea vir aut vxor propter donatio-
nem pauperior efficitur ſed vir, rem alienam do-
nando vxori pauperior non fit. ideo quia ceſſat
legis ratio, ceſſat & legis diſpoſitio. non mirum
ſi nõ obſtat legis error, quia etiam ſi maritus ſci-
uiſſet non poſſe vxori donationem facere, ſcien-
ter autem rem alienam donauerit vxori ignoran
ti eſſe alienã, ſed putanti eſſe mariti, mulier præ-
ſcribet et per rationem illius. l. ſi vir. ff. pro dona.
& declarabo infrà. non igitur mirum eſt ſi iuris
error, non nocet: quia ratio propter quam probi
bitio facta eſt, vim legis tollit. & ideo puto re-
ctius illum tex. legi, ſi plane prout iacet legatur,
dum ille tex. ait, ſi res aliena donata fuerit &c. &
mouet me ratio decidendi illius legis. ibi, ſi pau-
perior is qui donaſſet, non fieret, vſucapionem
92 poſſidenti procedere quia legis ratio † quæ pro-
hibet donationem inter virum & vxorem valere
eſt, quia illa donatione vir aut vxor pauperior
non efficitur. & ideo dum dicit poſſidenti. intel-
lige ignoranti rem ſibi donatam alienã fuiſſe er-
rando in facto. nam ſi ſciuiſſet vſucapere non po
tuiſſet, quoniam mala fides illi obſtaret. l. ſi alie-
na. ff. de vſucapio. l. vnica. C. de vſucap. transfor.
& ad

& ad hoc induco tex.in.l.ſi ſponſus.§.circa.ver-
ſicu.enimvero.&.§.fina.ff.de donatio.inter vir.
& vxor.ibi,vbicunque igitur non diminuit de fa
cultatibus ſuis quæ donauit valet, vel etiam ſi di
minuit locupletior tamen non fit qui accepit do
natio valet.lex igitur in donatione viri & vxoris
ſolum attendit, an is qui donat pauperior fit, &
cui donatur locupletior vel an ſuſpicatur paupe
riorem ſe facere,cum autem cui donat locuple-
tiorem.l.prima.§.fina.ff.pro dona.dicta.l.ſi ſpõ
ſus.§.fin.ibi,cum igitur nihil de bonis erogatur,
recte dicitur valere donationem. ſi autem mari-
tus alienam rem vxori donat,nihil de bonis ſuis
erogat.& iſta eſt ratio prohibitionis à lege circa
donationes inter virum & vxorem factas.l.iij.in
princi.ff.de dona.inter virum & vxorem.ibi, ne
ve melior in paupertatem incideret & deterior
93 ditior fieret.vnde in illa.l.ſi vir. † error facti poſ
ſidentis nihil damni affert,dum ille text.ait,quia
pauperior is qui donauit factus non eſt,intellige
tamen dũmodo is qui accepit ignorauit eſſe alie
nam,vt ſuprà dictũ ne illi mala fides obſtet.quã-
quàm is qui donauit ſciuerit eſſe alienã, accipiẽs
tamen pro donato poſſidet. & illo titulo vſuca-
pit per illum tex.ſecus,vt dixi ſi accipiens ab ini
tio ſciuiſſet alienam.§.primo.inſti.de vſucap. &
in eo ſolo quod vir donãs pauperior eſt & vxor
locupletior,donatio reuocabitur, & non vltra
dicta.l.ſi ſponſus.§.circa.verſic. enim vero. ibi,
itaque ſi res quindecim venit quinque,nunc au-
tem ſit decem quinque tantum præſtanda ſunt,
quia locupletior videtur facta. imo vbi impedi-
mentum eſt aliquod ne ſit omnino matrimoniũ
donatio valet.l.iij.§.videamus.ff.de dona. inter
virum & vxorem.& ille tex. eſt ſingularis & id
præſentire videtur Paul.de Caſ.in dicta.l.ſi vir.
dum allegat.l.nunquam.in princip. ff.de vſuca-
pio.per quam dicit ſentẽtiam.glo.in illa lege nõ
ſubſiſtere cum in.l.nunquam.cõcurrebat error
94 iuris & error facti, † & tamẽ error facti in ea nõ
impedit effectum erroris iuris qui impedit vſu-
capionem rei quia putat titulum valere qui non
valet.l.ij.§.ſi à pupillo.ff.pro empt.Quare ſi vir
rem alienam ſciens vxori ignoranti donauit trãſ
fert cauſam vſucapiendi etiam ſi ſciat vir dona-
tionem inter virum & vxorem non valere, quia
hoc caſu concurrit animus cũ veritate.Pone igi-
tur in vxore doctoris quæ donationem rei alie-
næ cõſtante matrimonio viro ſuo doctori fecit,
qui veriſimiliter non ignorabat donationẽ inuti
lem eſſe cũ triuialis ſit in iure hæc doctrina, ſed
rem donatam alienã eſſe ignorabat, quam tamẽ
ab vxore accepit,& illo titulo longo tẽpore poſ
ſedit,certe vſucapit ſeu præſcribit,inquit ille tex
tus,quia ex ea vxor pauperior facta non eſt per
illum tex.nec obſtabit ignorantia viri donatarij.
& hoc exemplum puto illum tex.recte admitte-
re.& hac ratione non erit concurſus duarũ cau-
ſarũ:quia vir donatarius in iure circa quod ver-
ſatur non errauit,ſciuit enim donationem nõ va
lere:ſciebat etiam donationem poſſe morte con
firmari, etiam ſi res quæ donata eſt propria vxo
ris fuiſſet.l.donationes.C.de dona. inter virum
& vxorem.l.cum hic ſtatus.in princip.&.l.ſi in-
ter extraneos.ff.de dona.inter virum & vxorẽ.
quare illa lex euitari poteſt,vt diſtinctioni Bart.
non conueniat.Si autem non vis hoc exemplũ
admittere,quamquàm glo.in.§.primo.in authẽ.
de inceſt.nupti.collatio.ij.in verbo,licuerit.hãc
diſtinctionem non reſpuat.& in illa.l.ſi vir.re-
95 cte patiatur,vt dixi,ſed ſi dicas † errorẽ iuris cũ
facti errore concurriſſe,& ſic potius quod in vè
ritate eſt quàm quod in opinione conſiderandũ
erit:quoniam facti error ſeu ignorantia attende-
tur,ſcilicet rem donatam fuiſſe alienam,propter
quam non ſit donans factus pauperior. per illũ
tex.& dictam.l.iij.in princip.ff.de donatio.inter
virum & vxorẽ.ſimiliter dicitur in.l.ij.§.ſi à pu-
pillo.ff.pro empt.in ea enim conſideratur quod
in opinione eſt,non quod eſt in veritate quia ei
qui emit à pupillo quem puberem putabat,non
obſtabit quod pupillus erat qui vendidit, quo-
niam vſucapit,& in.§.ſi ſub conditione.in eadẽ
l.quod eſt in veritate ſpectatur.nã is qui ſub cõ-
ditione emerat neſciebat conditionem exſtitiſſe,
quæ re vera exſtitit.ideo vſucapit, quia quod in
re eſt potius quàm quod eſt in æſtimatione atten
ditur.ſed in omnibus his caſibus error facti tan-
tum erat, non autem iuris: & ſic quod prodeſt
attenditur.eodemmodo intelligi poteſt,dicta.l.
ſi vir.ff.pro donato.quoniã in ea error facti non
iuris interuenerat:nõ mirum ſi quod in re eſt ſo-
lum,non quod in opinione erat,attenditur:quia
ratio decidendi legis in hoc tantum cauſat quod
is qui tradidit pauperior effectus non eſt,licet ac
96 cipiens ditior fiat. † idem etiam dici poſſet, ſi do
nans in iure & in facto errauit ſecundum Barto.
quia putauit rem ſuam eſſe cũ eſſet aliena.Secun
do putauit iure ſe poſſe viro donare,ſed hic intel
lectus non eſt tam amicus literæ propter rationẽ
eius.& ſic facti tantum error in accipiente fuit, li
cet in donante iuris error eſſet. Ex his cum Ra-
pha.Cuma.in dicta.l.ſi vir.ff.pro dona.recte di-
ci poteſt difficile eſſe certam diffinire ſententiam
tametſi frequentior ſit Bartol.declaratio poten-
tiorem cauſam inſpiciendam eſſe,& ſic vna quo-
que cauſa pro motu iudicantium arbitrabitur.&
in quo gratia iudicantium plurimum abundabit.
non minus tamen exiſtimaui nonnihil vltra quã
in ea dictum ſit,in medium afferre vt poſteris an
ſam præbeam contradicendi aut melius diſcutiẽ
di.Dic ergo, aut vna cauſa incompatibilis eſt cũ
altera,ſeu vnum priuilegium cum altero compa
tibile non eſt,quia datur vbi aliud nõ conceditᷣ:
97 ſicut † in actionibus dicimus quæ non concedũ-
tur,vbi alia actione poteſt quis quod ſuũ eſt cõ-
ſequi.l.ideoq.&.l.eleganter.§.ſi ſeruum.&.§.ſi
quadrupes.ff.de dolo.l.in cauſæ.prima.§.fin. &

l.in cauſæ.ij.in princip.&.l.auxilium.ff.de mino
bus.cũ multis alijs quæ hic cumulari poſſent. in
quo puto hunc tex.debere intelligi in bis verbis,
nihil prodeſſe impedimentum ſenatuſconſulti ſi
& aliud fuerit,quia etiam ſi non extaret ſenatuſ-
conſulti impedimentum aliud eſſet prohibẽs adi
tionem non ſufficere vnum tollere niſi & aliud
quod per ſe efficax eſt tollatur. idem in. l. ſi do-
mus.ff.de ſeruitu. vrba. prædio. in quo cõfirma
tur quod diximus ſuprà eadem.l.§.vtrum,quan-
do lex vult aliquid fieri non ſufficit aliquid fato
fieri,vel de facto fieri,niſi animo implendæ legis
aut conditionis à lege ordinatæ fiat, quantumcũ
que in cõmune aliquid vtile factum ſit. vult enĩ
hic lex quod cauſa propter quam beneficium cõ
ceditur impleatur.nam niſi propter caſum in lege
comprehenſum prohibitus ſit adire, quomodo
poteſt illud beneficium conſequi,quia cauſa cõ-
ceſſionis non eſt perfecte impleta.& hac ratione
98 volo hunc tex.diligẽter ad id notari. † Quoties
à lege aut conſtitutione vel à principe ob certam
cauſam priuilegium cõceditur,niſi expreſſe cau-
ſa illa impleatur quantumcunque fauorabilis ſit,
alia cauſa nihil agit, vt intelligat vnuſquiſque ſe
à lege aut conſtitutione priuilegium ſeu benefi-
cium accepiſſe. ad id pondero tex.in.l.ſemper.§.
diuus Adrianus.ff.de iur.immu.ibi, nec omĩa ei
congruant quæ principalibus conſtitutionibus
cauta ſunt,nõ poterit vti priuilegio nauicularijs
indulto & in verſic.ſeq.ibi,auferatur ab his tali-
bus tributorum immunitas.l.filio.ff. de legatio.
ibi,interuallis honorum qui ſumptum habẽt,re-
cte obſeruatur in ſtipendijs legationum quæ ſo-
lo miniſterio obeuntur diuerſa cauſa eſt.l. cura.
§.deficientium.ff.de muner.& honor.& iſta fuit
cõſideratio Rapha.Cuma.in dicta.l.ſi vir.ff.pro
dona. quare dixit in hoc text. non recte probari
gloſ.axioma dum dicit hic probari inſpici quod
obeſt non quod prodeſt. & ratio eſt ſecundum
quam diximus,quoniam hæres conſequitur be-
neficium tranſmittendi ad ſuos hæreditatem ſibi
conceſſam. Si ob id quod voluit cauſam bñficij
implere,non potuit adire,& interim decedat,qa
facto ipſius conſtitutionis impeditus eſt adire:
ſed ſi alterius legis erat prohibitio propter quã
non potuit adire,verum eſt à ſenatuſcõſulto nõ
fuiſſe impeditum. quomodo ergo ab eo priuile-
gium conſequetur,cum nihil eius contemplatio
ne egerit neque ſua occaſione moratus eſt.& eſt
vera conſideratio eius,vt ſuprà dixi,per hũc tex.
in hoc verſicu.& ſi aliud impedimẽtum ſit de nõ
99 adeunda &c. † Si vero vna cauſa eſt cum altera
compatibilis.et puto cauſam fauorabiliorem in-
ſpiciendã eſſe,vt ea quæ potiori ratione,& æqui
tate aut maiori antiquitate ſuffulta eſt, recipiat,
vt proſit non vt noceat.& Roma. hic de ea quæ
ſpecialiori ratione, ſi ſic dicere fas eſt,mouetur.
et hoc plures ac plures deciſiões ex ea infert quæ
cum prædictis conueniunt.ideo non inſiſto ali-
ter eas examinare,intelligi tamen dummodo in
odium concedentis non retorqueatur.l. ſi iudex
circumuento.ff. de minori.l.amiciſſimos.§. fina.
ff.de excuſa.tuto.& hoc modo intelligo.l.eman
cipatum.§.fin.ff.de ſenator.l.iij.§. ſi quis palam.
ff.de iur.fiſci.cum alijs legibus notatis in ea.non
obſtabit.l.fulcinius.§.quid ergo.ff. quib.ex cau-
ſis in poſ.ea,quoniam attendenda eſt ratio con-
ſtitutionis:in ea nanque ſufficit debitorẽ latitare
fraudationis cauſa.& ideo vbi comperitur latita
re,licet alia cauſa etiam latitet,verum eſt dicere
fraudandi gratia eum latitare, dicta. l. fulcinius.
§.cum hoc edictum.& ſic non tantum verba ſed
etiam legis mens impleta eſt.at in dicta.l. nõ in-
telligitur.in princip. excuſatur qui palam roga-
tus eſt,dummodo ex rogatione illa ſciri poſſit id
in quo rogatus eſt,per illum tex.&.l.ita fidei. in
princip. ff. de iur. fiſci. ſic vt neque verba legis
neque eius interpretatio circunueniatur. alioqui
tacite & non palam rogatus iudicatur.& ſic licet
is qui tacite rogatus eſt non plus ſit tacite ſeu oc-
culte rogatus quàm palam rogatus fuerat,in nul
100 lo deliquit † quia rogantis volũtas palam facta
eſt : ideo qa illa tacita rogatio nihil plus adferat
quàm ea quæ palam facta eſt,nõ mirum eſt ſi nõ
nocet,quia nemini etiam nocuit,ad.l.fi.§. ſed &
ſi quis nauta.ff.naut.caupo.ſtabula.attẽdi illius
edicti rationem,quia omne periculum mercium
vehendarum aſſumpſit nauta.Secundò ſubiecit
ſe huic legi reſpondere pro nautis ſuis quos ſecũ
ad nauigandum aſſumpſit,quare ſi ſuo periculo
præfecit,non mirũ eſt ſi qualitas mercatoris præ
ponderat alteri qualitati.nam contra nautam du
plex militat ratio.vnde in ea dici non poteſt vnã
eſſe cauſam quæ prodeſt,alterã quæ nocet:quo-
niam vnaqueque cauſa aduerſus nautam eſt, &
eum obligat non tantum de mercibus in naui re
ceptis ſed & de quibuſcunque alijs rebus rece-
ptis.l.prima.§. ait prætor.&.§.fina.&.l. ſed & ſi
nauta.ff.eo.naut.caupo.ſtabula.& hanc conſide
rationem habuit Iureconſultus in dicta.l. fina.§.
ſed & ſi quis. ibi,ſed huius factum præſtat, cum
ſit & nauta,& hac ratione dicit Floria.in dicta.l.
ſi domus.ff.de ſerui.vrba.prædio. poſt Ioan. de
101 lig.in capitu.j.de præſcriptio.in.vj. † ſi munici-
pale ſtatutum cõtinet id quod ius commune, nõ
tollitur per aliam ſubſequentem conſtitutionem
non facientem de priore ſtatuto mentionẽ, quia
concurrunt duo vincula.vnum quod eſt iuris cõ
munis,alterum iuris municipalis. licet ſecũdum
eum contrarium ſentiat glo.in.c.j.de conſtitu.in
vj.de quo per Alexand.poſt Barto.in.l.j.in prin
cip.& in.§.lex falcidia.ff.ad. l. falc. Eodẽ modo
dici poteſt ad.l.filio,in princ.ff.de liber.& poſt-
hu.&.l.non putauit.§.ſi quis emãcipatum.ff. de
bonorum poſſeſ.contra tabu.quoniam illa arro
gationis cauſa accidentalis eſt,quæ veritatem na
turæ tollere non poteſt,neque cauſam antiquam
expreſſe non reuocatam,quæ in extraneo arro-
gato non

gato non eſt. Præcedentia etiam in ſententia non
obtinebunt, ſecundum Feli. in dicto capitu. pri-
mo. in quinta colum. extra, de re iudica. quia aut
expreſſa eſt in ſententia vna cauſa falſa cum al-
tera cauſa vera, & illa quæ vera eſt, ſola vincit.
102 Secundò † ſi altera cauſarum nocet, & ea non
attenditur argumento. l. j. §. biduum. verſic. quid
ergo. ff. quando appel. ſit. l. relegatorum. §. ad tē-
pus. verſic. reprehenſæ. ff. de interdi. & releg. niſi
illa cauſa nocens in ſententia expreſſa eſſet tota-
lis, & finalis cauſa ſentētiæ, de qua dic vt per Ale
xan. & Modern. Papienſ. in dicta. l. ſi donatione.
C. de collatio. & Pau. de caſt. in. l. ſi rem. ff. de ex-
cept. rei iudic. vbi per hunc tex. & . l. ſeq. dicit ſen
tentiam continentem duas cauſas, vnam quæ no-
cet: alteram vero quæ prodeſt, interpretandam
eſſe in eā cauſam quæ nocet. quare periculoſum
eſt iudici cauſam in ſua ſententia inſerere: aduer-
te tamen potius interpretādam eſſe, vt abſurdum
non pariat, argumēto eſt. l. ſcire oportet. §. aliud.
